


BIBLIOTHECA VETERUM PATRUM

ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.




Cura & studio ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri* CONGREGATIONIS ORATORII.



TOMUS II.



VENETIIS CIƆIƆCCLXVI.



EX TYPOGRAPHIA

JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.

CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.



PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE

ATHENAGORA.

SYNOPSIS.

I. Athenagoræ *meminere Methodius martyr*, A *Epiphanius & Philippus Sidetes. Hujus testimonium expenditur.*

II. *An idem Athenagoras, ac Athenogenes.*

III. *Apologia ab eo oblata M. Aurelio ejusque filio Commodo.*

IV. *Oblata anno* CLXXVI. *nec solum scripta.*

V. *De alio illius libro, qui est de Resurrectione mortuorum.*

VI. *De variis Athenagoræ operum editionibus ac versionibus.*

I. Deo adspirante, cœptis insistimus, alterum operosæ collectionis nostræ volumen ab Athenagora inchoantes: huc enim ducimur temporis ordine, quem in hac veterum Patrum bibliotheca instruenda nobis servandum præstituimus. Quandoquidem vero vetustissimi hujus scriptoris opera evulgaturi, præstantem Parisiensem editionem selegimus, quam haud ita pridem adornavit doctissimus Prudentius Maranus; eapropter consentaneum existimamus in medium proferre quæ de hoc insigni Ecclesiæ Patre luculenter edisseruit cl. editor. Sunt autem ejusmodi [1]:

De gestis & scriptis Athenagoræ.

Athenagoram, Athenienſem ac philosophum B fuisse indicat ejus operum titulus. De rebus illius gestis non uberrima est dicendi seges, cum ipsius nomen pæne oblivio deleverit. Nam si Methodium martyrem & Philippum Sidetam excipias, quorum alter unam aliquam Athenagoræ sententiam apud Epiphanium [2] & Photium [3] citat, alter de illo breviter & quasi transiens loquutus est, altum de hoc eximio scriptore in tota antiquitate silentium. Debuit tamen illius fama latius manare, si vera sunt quæ perhibet Philippus Sideta, præfuisse illum scholæ Alexandrinæ, eique in hoc munere discipulum Clementem successisse. Refertur hoc testimonium Philippi Sidetæ in quodam fragmento, quod ex Nicephori Calli- C sti, ut conjicit Dodvvellus, operibus excerptum ad calcem dissertationum Dodvvelli in Irenæum legitur. Sic habent quæ de Athenagora ibi dicuntur. καί φησι Φίλιππος ὁ Σιδητὴς ἐν λόγῳ κδ. Τοῦ διδασκαλείου τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο, κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας Ἀδριανοῦ, καὶ Ἀντωνίνου, οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν· ἀνὴρ ἐν αὐτῷ χριστιανίσας τῷ τρίβωνι καὶ τῆς Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος. οὗτος πρὸ τοῦ Κέλσου κατὰ Χριστιανῶν γράψαι προθυμηθεὶς, ἐντυχὼν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰς τὸ ἀκριβέστερον ἀγωνίσασθαι, οὕτως εἵλετο τῷ παναγίῳ πνεύματι, ὥστε διδάσκαλον κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον ἀντὶ διώκτου γενέσθαι τῆς πίστεως ἧς ἐδίωκεν. τούτου D μαθητὴν γενέσθαι φησὶν ὁ Φίλιππος τὸν Στρωματέα Κλήμεντα, καὶ Πάνταινον τοῦ Κλήμεντος. „ Ait Philippus Sideta in Serm. XXIV. Scholæ Alexandrinæ primus præfuit Athenagoras, qui temporibus Hadriani & Antonini floruit, quibus etiam Legatoriam Orationem pro Christianis inscripsit: vir Christianam religionem in ipso pallio professus, ac scholæ Academicæ præfectus. Is cum ante Celsum in animo haberet adversus Christianos scribere, legens divinas scripturas ad accuratius pugnandum, sic Spiritu sancto captus est, ut more ac modo magni Paulli pro persecutore doctor fieret illius doctrinæ, quam insectabatur. Hujus discipulum fuisse ait Philippus, Clementem Alexandrinum, & Pantænum Clementis.

Quamvis non maxima sit auctoritas Philippi, ejusque opus quod *Historiam Christianam* inscripserat, doctis pariter & indoctis inutile judicet Socrates [4], cui assentitur Photius [5]: eum tamen Dodvvellus ipsi etiam Eusebio in hoc de Athenagora & aliis Alexandrinæ scholæ rectoribus testimonio anteponendum putat; propterea quod Rhodonis discipulus fuit, qui Alexandrinæ scholæ post Didymum præfuit, & eamdem scholam in urbem Sidam transtulit, ubi eum a se auditum narrat Philippus, teste excerpti modo laudati auctore, sive is Nicephorus sit, seu quilibet alius. Haud equidem negaverim Dodvvelli rationem id valere, ut si quid narret Philippus, quod cum optimis monumentis non pugnet, id probetur. At numquam impetrabit Dodvvellus, ut scriptor non magni ponderis, Proclo & Sisinnio æqualis ac Diaconi munere sub Joanne Chrysostomo perfunctus, Eusebio qui & antiquior & accuratior est, & multo plura scholæ Alexandrinæ monumenta, pluresque eruditos viros aut ei præfectos aut in ea institutos viderat, anteponatur. Quare ut omittam longe a vero aberrare Philippum, cum Apologiam Athenagoræ imperatoribus Hadriano & Antonino inscriptam putat; multa in eodem testimonio leguntur partim haud valde probabilia, partim falsa prorsus & absurda. Non libenter crediderim Athenagoram Alexandrinæ scholæ præfuisse. Quomodo enim in tam alto & sub-

1. *Maran.* præfat. ad opp. S. Justini, cet. part. III. cap. XIII. pag. c x. seqq.
2. *Epiph.* Hær. LXIV. §. XXI. pag. 544.
3. *Phot.* Bibl. cod. CCXXXIV. Utrobique autem respicit S. Martyr ad Athenagoræ *Legat. pro Christ.* cap. XXIV.
4. *Socrat.* Histor. eccl. lib. XVII. cap. XXVII.
5. *Phot.* cod. XXXV.

limi loco ita illius ſcripta latuere, ut nulla prorſus ad Euſebium aura perveniret? Illud certe dici non poteſt quod ait Philippus, Athenagoram huic ſcholæ primum præfuiſſe. Nam diſerte teſtatur Euſebius [1] litterarum ſacrarum ſcholam jam inde a priſcis temporibus, antequam ei præeſſet Pantænus, in urbe Alexandrina inſtitutam fuiſſe.

Non minus abſurde idem Philippus Athenagoram Clementis Alexandrini, Clementem Pantæni magiſtrum fuiſſe ſtatuit. Dubitari non poteſt quin Clemens Alexandrinus non magiſter Pantæni, ſed diſcipulus fuerit. Acceptam a Pantæno doctrinam grato animo memorabat in Hypotypoſibus. Rem teſtatur Euſebius [2]: ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν ὑποτυπώσεσιν ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. „ Clemens in Inſtitutionum libris a ſe „ conſcriptis diſerte Pantæni ut magiſtri memi- „ nit. " Et Photius de eodem Clemente [3]: μαθητὴς δὲ, ὡς αὐτός φησι, γέγονε Πανταίνου. „ Fuit „ autem, quemadmodum ipſe teſtatur, diſcipulus „ Pantæni. " Fidem ergo non meretur Philippus, cum de rebus Clementis tantopere diſcrepat ab ipſo Clemente. Atque hinc etiam perſpici poteſt non inani conjectura, ut viſum eſt Dodwelo, ſed firmis indiciis Euſebium niti, cum magiſtrum illum quem Clemens ordine & tempore ultimum, at merito longe principem in Ægypto audierat, Pantænum fuiſſe concludit. Nam cum Clemens uni tantum magiſtro, ut ipſe teſtatur, operam in Ægypto dederit, cumque Pantænus in Ægypto docuerit, & auditore uſus ſit Clemente; an inanis concluſio eſt magiſtrum illum quem ſolum Clemens in Ægypto audivit [4], non alium eſſe a Pantæno? Fabulam itaque redolet ejuſmodi hiſtoria. Nec tamen in Philippi Sidetæ teſtimonio pariter rejecerim, quæ de mirabili Athenagoræ converſione, & Chriſtianæ religionis in ipſo pallio profeſſione narrantur. Hæc enim minime repugnant; ſed certiora eſſent, ſi Philippus majorem in hiſtoria ſcribenda fidem ac diligentiam declaraſſet.

II. Suſpicantur viri præſtantiſſimi, Baronius [5] & Tillemontius, Athenagoram eumdem eſſe ac ſanctum Athenogenem martyrem, cujus hymnum quemdam laudavit Baſilius [6] compoſitum a ſancto martyre & diſcipulis relictum inſtar cujuſdam amuleti, cum igne jamjam comburendus eſſet. Re vera præter nominis ſimilitudinem, quæ fucum librariis facere potuit, videtur Athenogenes eruditione ac diſcipulis floruiſſe; quod quidem non minus apte in philoſophum Athenienſem convenit. Athenagoram paſſum eſſe pro Chriſto, nulla perhibent hiſtoriæ monumenta. Sed ut ejus ſcripta pæne in oblivione jacuerunt: ita & martyrium latere potuiſſet. Nec profecto mirarer ſi vitam pro Chriſto profudiſſet, qui ſub eo imperatore, ſub quo delatus Chriſtianus pœnam capitalem non effugiebat, non modo ſe ipſum deferre auſus eſt, ſed etiam Chriſtianam religionem ſic defendere, ut imperatorem ſuperſtitioni addictiſſimum alloquens, Chriſtiani cultus ſanctitatem & intaminatos Chriſtianorum mores cum turpibus Gentilium ſacrificiis & ſimulacris ac vita corruptiſſima compararet. Sed, ut obſervatum eſt ad laudatum Baſilii locum, veriſimilius eſt Athenogenem illum a ſancto Baſilio memorari, quem ſub Diocletiano Martyrologia ad diem *16.* Julii cum nonnullis aliis paſſum eſſe Sebaſtiæ in Armenia teſtantur.

III. Cum plura non ſuppetant, quæ de rebus Athenagoræ diſſeramus; veniendum ad illius ſcripta quorum longe præſtantiſſimum *Legatio*, ſive *Apologia pro Chriſtianis*. Oblatam fuiſſe M. Aurelio ejuſque filio Commodo idque anno 177. Baronius, Petavius & Tillemontius exiſtimant. Contra Labbeus, Pagius & Dodvellus imperatoribus M. Aurelio & Lucio Vero inſcriptam contendunt: Dodvvellus quidem anno *168.* Pagius vero anno *166.* In hac ſententiarum varietate non difficilis deliberatio eſt utros ſequamur. Baronii enim & Tillemontii ſententiam in clariſſima luce exponunt hæc Athenagoræ verba [7]: τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἵ τινες περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, αὔξησιν δὲ καὶ ἐπίδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων ὑποχειρίων γιγνομένων, λαμβάνῃ; „ Quinam enim „ digniores, qui ea quæ petunt impetrent, quam „ qui pro imperio veſtro precamur, ut filius a „ patre, prout æquiſſimum eſt, regnum accipiatis, & acceſſionibus ac incrementis imperium „ veſtrum, omnibus ditioni veſtræ ſubjectis, au- „ geatur? " Hæc profecto ad M. Aurelium & L. Verum referri non poſſunt. Ambo adoptati fuerant ab Antonino: neuter alterius pater: nec æquiſſimum erat, ut Lucius a M. Aurelio, quicum pari jure jam tum imperabat, ſed potius ut Marci filius regnum a patre aliquando acciperet.

In eamdem ſententiam hæc leguntur [8]: ἔχοιτε ἀφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν ἐξετάζειν· ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ καὶ υἱῷ πάντα κεχείρωται, ἄνωθεν τὴν βασιλείαν εἰληφόσιν (βασιλέως γὰρ ψυχὴ ἐν χειρὶ Θεοῦ, φησὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα) οὕτως ἑνὶ Θεῷ καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ λόγῳ υἱῷ νοουμένῳ ἀμερίστῳ, πάντα ὑποτέτακται. „ Licet autem ex vobiſmet ipſis re- „ gnum cæleſte ſpectetis. Quemadmodum enim „ vobis, patri & filio, parent omnia, quippe cum „ ſurſum regnum acceperitis (*Anima enim regis in* „ *manu Dei*, inquit Spiritus propheticus) ſic uni „ Deo ejuſque Verbo, quem filium ejus numquam „ ſeparabilem intelligimus, ſubjecta ſunt omnia. " Præclara ſane comparatio, ſi de M. Aurelio & Commodo agatur, cum præſertim ſatis indicet Athenagoras, quid interſit inter divinam & humanam generationem, dum Filium Dei a Patre ſeparari non poſſe declarat. At indigna prorſus & abſurda comparatio fuiſſet, ſi de M. Aurelio & Lucio Vero loquutus fuiſſet Athenagoras, quos fratres fuiſſe non potuit ignorare. Atque etiam ſi ſibi finxiſſet, Lucium Verum a M. Aurelio adoptatum fuiſſe; nihil tamen magis pugnabat cum aliis ejus de Trinitate principiis, quam ut æternum Dei Filium cum adoptivo filio compararet.

Huc accedit quod Oratio in omnibus codicibus inſcribitur imperatoribus *M. Aurelio Antonino*, *& L. Aurelio Commodo*, *Armeniacis*, *Sarmaticis*, *& quod maximum eſt*, *philoſophis*. Porro Lucius, ex quo Veri nomen cum imperio accepit, numquam Commodus appellatus eſt, niſi forte ab Hieronymo non ſine gravi hallucinatione, quæ in ſcriptorem æqualem non cadit. Neque cum Lucio Vero congruit Sarmatici cognomen, quod ne ipſe quidem M. Aurelius ante annum 170. aut

1. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. v. cap. x.
2. Id. ibid. cap. xi.
3. *Phot.* cod. cix.
4. *Clem. Alex.* Strom. lib. I. pag. 271.
5. *Baron.* ad d. 18. Jan.
6. *Baſil.* lib. de Spir. ſanct. cap. xxix.
7. *Athen.* Legat. §. xxxvii.
8. Ibid. §. xviii.

ſorte etiam 174. aſſumſit. Quod ait Athenagoras Proteum ſemet ipſum περὶ τὴν ὀλυμπίαν combuſſiſſe, id ita accipit Dodvvellus, quaſi idem valeret ac in hac Olympiade. At etiam ſi Olympicos ludos deſignaſſet hac voce Athenagoras; non eam Olympiadem deſignaſſet in qua ſcribebat: non magis profecto quam cum ait [1] cædem a Theagene ὀλυμπίασι perpetratam. Ejuſmodi vocibus antiqui nunc ipſam urbem, nunc cum urbe ipſos ludos deſignant. Sic Philoſtratus Vit. Apol. IV. cap. 8. ὄντων ὀλυμπίων. cap. 9. ἐν ὀλυμπίᾳ, κατ' ὀλυμπίαν. & cap. 11. μετὰ τὴν ὀλυμπίαν. Ælianus lib. IV. cap. 9. ὀλυμπίᾳ. & lib. IX. cap. 34. εἰς ὀλυμπία.

IV. Hoc opus ante annum 176. aut 177. ſcribi non potuiſſe probat ſumma illa pax, quam toto orbe regnare ait Athenagoras [2]. Nam ut obſervant Baronius & Tillemontius, in toto M. Aurelii imperio vix ullum tempus, præter annum 176. & 177. a bellis vacuum reperias.

Placet Tillemontio annus 177. quia Commodus imperatoris titulum, quem ei Athenagoras defert, ante menſem Novembrem anni 176. non eſt adeptus. Sed cum paternos titulos manifeſtum ſit cum Commodo communicari ob filii nomen & jus hereditatis a natura acceptum; cur non etiam ei imperatoris titulus tribui potuit, antequam illum ſolemni decreto acciperet? Sic etiam cum ait Athenagoras, *Vobis patri ac filio parent omnia*, non adſcitum eſſe in imperii ſocietatem Commodum ſignificat (etſi enim Auguſtus factus eſt anno 177. non tamen credibile eſt eum, quamdiu vixit pater, gubernandarum rerum plurimas partes ſuſtinuiſſe) ſed civium affectum exprimit, filium patri in omni obſequio & obſervatione adjungentium. Tanti ergo eſſe non videtur allata a Tillemontio ratio, ut hanc Apologiam anno 177. addicamus. Sed illius ad annum 176. referendæ neceſſitatem imponere videtur ſuſceptum hoc anno iter a M. Aurelio in Græciam, Syriam & Ægyptum. Sive enim Athenis vixerit Athenagoras, ut ex philoſophi Athenienſis titulo colligi poſſet, ſive Alexandriæ; imperatoris præſentia his in locis percommodam attulit occaſionem offerendæ Apologiæ: nec quemquam dicturum puto Athenagoram prætermiſſa hac occaſione Romam anno ſequenti veniſſe, ut hoc ſui in Eccleſiam amoris ſpecimen ederet.

„ Bælius in Lexico Hiſtorico Gallice edito, „ inquit Fabricius [3], numquam oblatam publico „ Chriſtianorum nomine putat, ſed tantum ſcri- „ ptam privatim ab Athenagora, perinde ut in „ Gallia ab anno 1684. multi e Reformatis per- „ ſequutionem paſſis libellos ejuſmodi ſupplices & „ apologias ad regem ſcripſerunt ediderun tque, „ regi numquam oblatas. " Iniquam eſſe hanc de Athenagora opinionem fatebitur quiſquis ipſam Apologiam accuratius expendet. Ipſe titulus Athenagoram legati quodam munere perfungi docet. Eo ſpectat tota illius oratio, ut imperatoris benevolentiam Chriſtianis conciliet: diſſimulat imperatoris in Chriſtianos odium cauſſam eſſe perſequutionis, ſed Chriſtianos vexari & occidi ait, quia illos non tuetur patrocinio ſuo imperator: in exordio & concluſione & pluribus aliis in locis illius laudes plena manu in aſtra tollit, eique

A ac ejus domui Chriſtianos maximo ſtudio & obſequio affixos eſſe aſſeverat. Quot adhibet argumenta, totidem utitur occaſionibus deliniendi imperatoris & perhonorifice appellandi [4]. Quis non videt ita differenti ſcriptori idem ac Juſtino & Tatiano in Orationibus adverſus Græcos, Clementi in Protreptico, Origeni in libris contra Celſum, propoſitum non eſſe, ut veritatem religionis Chriſtianæ tantummodo demonſtret ac errores Gentilium arguat, ſed illud etiam maxime, ut perſequutionis finem impetret? Videtur ſibi ad imitandum propoſuiſſe Apologias ſancti Juſtini, cujus exemplo nec atheiſmum cum ſanctæ Trinitatis cultu, nec alia facinora cum moribus & doctrina B Chriſtianorum conſiſtere poſſe demonſtrat. Ducem ſequi Juſtinum videtur, cum queritur, quod ſolum nomen in Chriſtianis damnetur [5]; cum poſtulat ut eadem in illos ac in alios homines judicii forma ſervetur; cum perſequutiones non aliunde oriri declarat, quam ex antiqua vitii cum virtute pugna [6]; cum Chriſtianos ab hac vita ad aliam longe meliorem cum Deo & apud Deum traducendam proficiſci docet [7]; & cum de Angelorum lapſu loquitur [8].

Juſtinum longe ſuperat Athenagoras expolito dicendi genere, ordinis venuſtate & peracutis ad captandam benevolentiam circuitionibus. Simplicior enim Juſtinus & parcior in laudando. Quod ſi non C tam multa e ſcripturis & Chriſti myſteriis repetit Athenagoras, quam multa apud Juſtinum his de rebus occurrunt: videtur petitis ex ratione argumentis ſingularitatem Dei, & ſimulacrorum cultus ſtultitiam demonſtrare maluiſſe & in his immorari, quia hanc diſputandi rationem philoſophi imperatoris auribus gratiorem futuram ſperabat. Dum autem in his occupatur, viſus eſt Petavio [9] accidentia in Deo admittere. Vocat ille quidem Dei attributa [10] τὰ ἐπισυμβεβηκότα, ac bonum Deo ineſſe dicit κατὰ συμβεβηκός: ſed cum ipſe mentem ſuam aperiat, non videtur ei ob verbum lis impingenda, ubi ſententia in tuto eſt. Simili indulgentia utendum in Tertullianum, apud quem eodem ſenſu attributa D Dei vocantur appendices [11].

V. Athenagoram multa ſcripſiſſe conjicere poſſumus ex initio libri de Reſurrectione, ubi teſtatur, *ſe nonnumquam ſermones pro veritate, iis quæ de veritate habentur, præmittere*, idque illo in libro facere ſtatuiſſe. Quo tempore hoc opus ſcriptum fuerit, ſtatuere non poſſum; ſed tamen Apologia poſterius videtur, quam ſic abſolvit, ut diſputationem de Reſurrectione nondum ſuſcepiſſe, ſed in aliud tempus differre videatur. Sic enim loquitur: [12] ἀλλὰ ἀνακείσθω μὲν ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος. „ Sed hac de reſurrectione diſputatione ſuperſedeamus. " Quamvis minime dubium ſit quin hæc diſ- E putatio non pronuntiata ſed ſcripta fuerit, ſic tamen loquitur quaſi ei propoſitum ſit [13] *ſummatim his qui convenere, indicare quid de reſurrectione ſentiendum ſit, & argumenta quibus hoc dogma nititur, ad audientium facultatem accommodare*. Quamvis adhibita in hoc opere argumenta ipſos etiam hæreticos feriant, videtur tamen auctor philoſophos potiſſimum voluiſſe refellere. Nam quidquid objicitur ab adverſariis, id ratiunculis continetur: quidquid argumentorum adhibet Athenagoras, id ex ho-

1. *Athen.* Legat. §. XIV.
2. Ibid. §. I.
3. *Fabric.* bibl. Gr. tom. V. pag. 86.
4. *Athen.* Leg. §§. IV. & XXXVII.
5. Ibid. §. II. 6. Ibid. §. III.
7. Ibid. §. XII. 8. Ibid. §. XXIV.
9. *Petav.* Dogm. theol. lib. I. de Deo pag. 83.
10. *Athen.* Legat. §§. XXIII. & XXIV.
11. *Tertull.* lib. I. contr. Marc. cap. XXV.
12. *Athen.* Legat. §. XXXVI.
13. Id. de Reſurr. §. XXIII.

minis natura & Dei justitia repetit. Unde etiam *informis*, *ut illi existimant*, nempe philosophi, *materia* dicitur [1]. At ea non tangit quæ ex scripturis & Christi mysteriis catholici ad probandum hoc dogma, & hæretici ad evertendum ducebant. Sub nomine Athenagoræ prodiit anno 1569. opus *de vero & perfecto Amore*, verbis quidem e Græco sermone Gallicum factum, sed re vera a personato interprete Fumæo fabricatum, cui larvam egregie detractam vide apud Fabricium [2].

Displicuit Petavio quod ait Athenagoras in hoc de Resurrectione libro [3] aut saltem quod doctissimo Theologo visus est dicere, *quod Deus potest id eum velle, & quod vult id omnino posse*. καὶ τὸ δυνατὸν βουλητὸν καὶ τὸ τῷ Θεῷ βουλητὸν πάντως εἶναι δυνατόν. Sed nihil superest difficultatis, si locus accurate expendatur. Non enim illud βουλητὸν dicit Athenagoras, quod Deus facturum se decrevit, sed quod velle potest. Sic alibi [4] ἀβούλητον intelligit id quod Deus velle non potest. Ait enim idcirco ἀβούλητον esse, quia vel injustum est vel indignum Deo. τὸ γὰρ ἀβούλητον, ἢ ὡς ἄδικον αὐτῷ ἐστιν ἀβούλητον, ἢ ὡς ἀνάξιον. Itaque ἀβούλητον interpretari non dubitavit id quod in Dei voluntatem non cadit, & βουλητὸν id quod velle potest. Quos refellit hoc in libro Athenagoras, hi minime inquirebant utrum resurrectionem Deus nec ne promiserit hominibus, sed eam fieri omnino non posse contendebant. Quare Athenagoras statuit eos, si cum aliquo rationis colore increduli esse velint, demonstrare debere resurrectionem vel in Dei potestatem, vel in ejus voluntatem non cadere.

VI. Athenagoræ liber de Resurrectione mortuorum ante Legationem sive Apologiam prodiit. Hunc enim Latine reddidit Georgius Valla, cujus interpretatio Venetiis in fol. excusa cum aliis variorum operibus, anno 1498. Multa etiam ex hoc libro interpretatus est Marsilius Ficinus, quæ in secundo illius operum tomo leguntur. Idem opus litteris Latinis illustravit Petrus Nannius, ac primum Græce vulgavit cum sua interpretatione Paris. & Lovanii anno 1541. in 4. Hæc editio Græco-latina repetita est Basileæ in fol. anno 1550. in *Micropresbytico*, & inter Orthodoxographos anno 1555. in fol. Latine tantum idem opus ex Nannii interpretatione refertur post Philonis Judæi opera Latine reddita a Gelenio Basil. 1552. in 8.

In Legatione sive Apologia tres interpretes elaborarunt, Conradus Gesnerus, qui Græce & Latine cum notis hoc opus edidit in 8. Tiguri anno 1557. & Basileæ anno 1558. Joannes Langus, qui inter opera Justini Latine a se edita in fol. Basileæ an. 1565. Apologiam Athenagoræ ob materiæ similitudinem inseruit: tertius denique Suffridus Petri, qui cum uberioribus notis idem opus Latine redditum vulgavit Coloniæ in 8. an. 1567. Langi interpretatio servata fuit in editione Basileensi: Suffrido honor habitus in editionibus Lipsiensibus annis 1684. & 1685. Ceteræ quas deinceps numerabimus, interpretationem Gesneri retinuerunt.

Utrumque opus, Legatio & liber de Resurrectione mortuorum, Latine editum est in bibliothecis Patrum, Lutetiæ annis 1575. 1589. 1609. Coloniæ 1618. Lugduni 1677. Græce & Latine cum notis, Parisiis in 8. an. 1567. ab Henrico Stephano, quem immerito Auctor Historiæ General. Scriptorum sacrorum & ecclesiasticorum novam interpretationem adornasse existimavit: item Tiguri 1559. & 1560. fol. inter Theologorum aliquot Græcorum veterum Orthodoxorum scripta: in Auctuario bibliothecæ Patrum, Parisiis 1624. item post opera Justini 1615. 1636. 1686. Oxonii in 12. cum brevibus notis Felli episcopi Oxoniensis 1682. Lipsiæ in 8. 1684. 1685. cum notis Rechenbergii, qui interpretationem Suffridi retinuit.

Alia Oxoniæ prodiit editio anno 1706. in 8. ceteris præstantior, opera Eduardi Dechair, qui varias lectiones ex uno codice regiæ bibliothecæ Parisiensis & nonnullis Anglicanis nactus, hoc præsidio ad contextum emendandum usus est; interpretationes Gesneri & Nannii pluribus locis emendavit, notasque eruditas adjunxit, & ad calcem observationes Suffridi, Langi, Kortholti & Rechenbergii, & nonnulla ex Baronio, Halloixio, Dodvvello & Bullo excerpta apposuit.

Non defuere qui Athenagoram litteris vernaculis illustrarent. Librum de Resurrectione Italice vertit Hieronymus Faleti Venetiis apud Aldum in 4. anno 1557. si Fabricio credimus: 1556. si Auctori Hist. General. Scriptor. sacr. & eccles. Annum 1546. assignat eruditus editor Eduardus Dechair. Anglice idem opus prodiit interprete Richardo Pordero, Londini anno 1573. Apologiam Gallice edidit Guido Gaussartus in 8. Paris. 1574. Anglice utrumque opus David Humphreys in 8. Londini 1714. Testatur doctissimus Fabricius exstare utriusque operis Gallicam interpretationem, quæ Arnoldo Ferrono debetur.

Nunc paucis exponendum quid in hac nova editione tentatum sit. In Legatione pro Christianis satis fuit interpretationem pluribus locis emendare: sed novam postulabat liber de Resurrectione. In quo quidem labore id curæ fuit, ut verbum verbo fidus interpres redderem, nec mihi sine necessaria caussa licentiam sumerem. Legatio collata cum duobus codicibus regiis 174. 451. tribus Romanis, quorum duos ex Ottoboniana, alius ex Vaticana bibliotheca; Claromontano & alio ex bibliotheca Institutionis Oratorii Parisiensis. Liber vero de Resurrectione cum codicibus regiis 174. 450. 451. & duobus Claromontanis; quibus accessere variæ Lectiones olim ab eruditissimo Bigot e ms. codice collectæ, quæ in bibliotheca Sangermanensi asservantur. „ Hactenus V. C. Qui plura de Athenagora scire studet, adeat præ ceteris Nourryum [5], Longuereum [6], Moshemium [7] & Leyserum [8].

1. *Athen.* de Resurr. §. III.
2. *Fabric.* bibl. Gr. tom. v. pag. 88.
3. *Athen.* de Resurr. §. xi.
4. Ibid. §. x.
5. *Nourry* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pagg. 471 - 498.
6. *Longuer.* Differt. de Athenag. inter Differtatt. de var. Epoch. pagg. 236 - 253.
7. *Moshem.* de vera ætate Apolog. Athenag. inter Dissertatt. ad Hist. eccles. spectant. vol. 1. pagg. 272 - 319.
8. *Leyser.* Differt. histor. de Athenag. edit. Lipsiæ 1736. 4.

CAPUT II.

DE

S. HEGESIPPO.

SYNOPSIS.

I. *Quis* Hegesippus, *& quantus vir. Ejus sollertia in monumentis primævæ antiquitatis conquirendis.*

II. *Actuum ecclesiasticorum commentaria perscripsit. Quanto in pretio habitum ejusmodi opus. Quæ-* A *nam ex eo supersint.*

III. *Hegesippus ecclesiarum omnium de Christi divinitate consensionis locupletissimus testis. Ipsum in suas partes trahere frustra conantur Unitarii.*

I. Hegesippus, ex circumcisione Christi fidem amplexus ἐξ Ἑβραίων πεπιστευκώς, ut visum Eusebio [1], *vicinus apostolicorum temporum* ex fide Hieronymi [2], sæculo II. ineunte natus existimatur. Hic autem vir antiquus & apostolicus, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικὸς [3], ex Judæa fortasse digressus, longum iter Romam usque suscepisse ex iis quæ de se ipso tradit [4] comperitur. Compluribus itaque provinciis peragratis, cum viris doctrina B & pietate præstantibus sermones habuit; ecclesiarum interim origines & episcoporum successiones sollerter conquirens. Corinthi dum ageret ubi haud paucos dies commoratus est, de illius ecclesiæ statu sciscitatus, intellexit Corinthios in recta fide permansisse usque ad Primum ejus urbis episcopum, quocum & familiariter versatus est. Romam deinde contendit; quo quum pervenisset sedente Aniceto, successionis tabulam usque ad ipsum Anicetum confecit: quam deinceps ad Eleutherum usque deduxit successorem Soteris, qui Anicetum decessorem habuerat. In singulis autem episcoporum successionibus, & per singulas urbes, eamdem fidem viguisse, eademque mansisse quæ per legem & prophetas & C a Domino ipso prædicata fuerant, enarrat.

II. His itaque primævæ antiquitatis præsidiis instructus Hegesippus, *multisque*, ut cum Hieronymo loquar [5], *ad utilitatem legentium pertinentibus hinc inde congregatis, omnes a passione Domini usque ad suam ætatem, ecclesiasticorum Actuum texens historias, quinque libros composuit sermone simplici, ut quorum vitam sectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* „ In quibus quidem, „ inquit Eusebius [6], Apostolicæ prædicationis narrationem complexus, luculentissima fidei suæ testimonia nobis reliquit. „ Supremum diem obiit Hegesippus, si fides Chronici Paschalis auctori, quo D tempore rerum potiebatur Commodus, Olympiade CCXXXIX. Sic enim ille [7]: Ἐπὶ τούτου (Κομόδου) Ἡγήσιππος πλειοῦται, περὶ τῶν Ἀποστόλων μεγάλως συγγραψάμενος, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου. „ Hoc imperante (Commodo) decessit Hegesippus, „ qui de Apostolis eximie scripsit, ut testatur Eu„ sebius Pamphili „. Meminit etiam Hegesippi Sozomenus [8], eumque *virum sapientissimum* appellat, qui ad sua usque tempora Ecclesiæ historiam perduxerit.

Verum magno ecclesiasticæ antiquitatis damno ejus ὑπομνήματα interciderunt, si aliquot præclari operis fragmenta, & quidem illustria, excipias. Sunt autem ejusmodi: I. *De historia martyrii Jacobi, fratris Domini.* II. *De propinquis Salvatoris nostri.* III. *De Symeonis Clopæ filii, Hierosolymorum episcopi, martyrio.* IV. *De tempore quo floruit ipsemet Hegesippus.* V. *De sua profectione ad urbem Romam, & de sectis Judaicis.* Ea vero primum collegit Halloixius [9], deinde Grabius [10]: quos & nos secuti, ex Eusebio, Photio & Syncello protulimus, additis potissimum Valesii V. C. animadversionibus, quibus etiam nonnulla ex aliis subjecimus. Sed ad fragmentum I. quod attinet, haud omittas velim Dissertationem celeberrimi Antonii Arnaldi cum notis doctissimi Tillemontii margini appositis, quam ad calcem tomi I. *Monumentorum ecclesiasticorum* ejusdem Tillemontii legere est.

III. Porro illud observare præstat cum cl. Marano [11], Hegesippum æqualem Irenæo (uterque enim sub Eleuthero scribebat) ecclesiarum omnium de Christi divinitate consensionis testem locupletissimum exstitisse. Ipse namque apud Eusebium [12] testatur „ se, quum Romam proficisceretur, plurimos epi„ scopos adiisse, & ab omnibus unam eamdemque „ audivisse doctrinam „. Paucisque interjectis subdit: Ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ, καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει, ὡς ὁ νόμος κηρύττει καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος. „ In singulis autem episcoporum succes„ sionibus, & per singulas urbes eadem manent, „ quæ per legem ac prophetas, & a Domino ipso „ prædicata sunt. „ Quæ quidem ex eodem Eusebio excerpta, paullo superius nos protulisse meminimus.

Quum itaque res sic se habeat „ luce clarius est, „ ait laudatus Maranus, Hegesippum eodem ac S. „ Irenæum tempore scribentem, eosdemque refel„ lentem hæreticos, hanc ecclesiarum consensionem „ non alio quam Irenæum consilio, nec alios in „ usus prædicare. Repugnat enim ut S. Irenæus fi„ dem in Deum incarnatum toto orbe vigere, iste „ vero Christum ab omnibus simplicem hominem „ existimari testetur. Non tamen pudet Unitarios „ Hegesippum suo gregi adscribere, & consensum „ Ecclesiæ quem hæreticis Deum incarnatum ne„ gantibus objicit, sic interpretari, quasi universa „ Ecclesia Christum simplicem hominem consen„ sisset. „

Sed orthodoxam tanti Patris doctrinam de Christi divinitate, contra impios conatus strenue tuetur

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXII.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. capp. II. & XXII.
3. *Steph. Gobar.* apud Phot. cod. CCXXXII.
4. *Heges.* apud Euseb. l. c.
5. *Hieron.* l. c.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. capp. VIII. & XXII.
7. *Chron. Pasch.* pag. 262. al. 210.

E

8. *Sozom.* Hist. eccl. lib. I. cap. I.
9. *Halloix.* Script. Orient. tom. II. pagg. 703 - 715.
10. *Grab.* Spicil. SS. PP. tom. II. pagg. 203 - 213.
11. *Maran.* Divinit. D. N. J. C. lib. II. cap. V. §. III. pag. 221.
12. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXII.

vir doctrissimus, ubi *de consensu sectarum cum ecclesiis catholicis*, *ac primo de Nazaræis* sermonem habet: cujus proinde verba in medium proferre præstat.

„ In Nazaræorum secta, inquit [1], Sociniani præsidium causæ suæ constituunt, & Hegesippum quem Eusebius ex circumcisis Christianis fuisse opinatur, patronum sibi adsciscunt. Præter auctorem *Irenici Irenicorum*, qui se de Nazaræis & de Hegesippo passim venditat [2], duo ejusdem notæ scriptores apud Bullum citantur [3], qui non Hegesippum solum, sed omnes etiam Orientis & Occidentis ecclesias, quarum consensum laudat Hegesippus, hæresi suæ adscribunt. Hos more suo compilat auctor *Platonismi retecti* [4]. Sic autem apud Bullum [5] auctor libri B illius qui *Judicium Patrum* inscribitur, suam & gregalium sententiam exponit. „ Primo, inquit, Hegesippus fuit ipse Judaico-Christianus, ut Eusebius „ testatur [6]: omnes vero Judaico-Christiani, teste „ Origene, Ebionitæ fuere. II. Idem Eusebius l. c. „ dicit, Hegesippum usum fuisse S. Matthæi Hebraico evangelio, quo solo usi sunt Ebionitæ & „ Unitarii Christiani. III. Hegesippus apud Eusebium ibidem catalogum exhibens hæreticorum, „ qui vel ex Judæis erant, vel inter gentiles exorti sunt, in eo catalogo minime recenset Cerinthianos vel Ebionitas; quod procul dubio fecisset, si Servatoris nostri præexsistentiam ac divinitatem ipse credidisset. „ His præmissis sic de C omnibus ecclesiis arbitrium facit. „ Ait Hegesippus „ apud Eusebium [7], se Romam profectum fuisse, „ atque ibi vixisse sub papis Aniceto, Sotere & „ Eleuthero; ibique & in aliis omnibus episcopatibus, doctrinas a lege & prophetis atque a Servatore nostro traditas, conservatas fuisse. Verbo, „ fatetur se invenisse ecclesias ubique orthodoxas & „ uniformes. Hoc autem, si Unitarius fuit Hegesippus (quod me probasse arbitror) nihil aliud significare potest, quam credidisse ecclesias illas cum „ Judaico-Christianis, Christum Dominum hominem esse Prophetam & Legatum Dei, super quem „ Logos sive divinum Verbum acquievit. „

D Heic operæ pretium est animadvertere quam aperte secum pugnent Sociniani, quam impie in rebus maxime seriis ludificent, dum Hegesippum & laudatum ab eo ecclesiarum consensum ad usus suos adjungunt. Quei enim id quadrare possit cum eorum principiis? Scribebat Hegesippus sub Eleuthero, quem postremum ex Romanis episcopis recenset, id est, annis fere quadraginta, postquam Justinus a quo Platonismum inductum volunt, animum ad religionis defensionem appulerat. Necesse est ergo sanctus Martyr operam luserit in docendo Platonismo: jamque alii novitatis auctores quærendi, si veritas tanto post in omnibus ecclesiis summo consensu vige- A bat. Deinde vero errorem fatentur non subito in Ecclesiam irrupisse, sed quibusdam veluti gradibus obrepentem, sub Victore dominari incœpisse. Sed si sub Eleuthero ne cognitus quidem, sub ejus successore ubique regnavit; non jam leviter insinuatus est, sed potius intra novem annos (amplius enim Victor non sedit) totum orbem terrarum rapido quodam incendio pervasit.

Sed si hæc de Hegesippi & omnium ecclesiarum Ebionismo commenta, ne cum Socinianis quidem commentis congruunt; multo minus cum ipsius Hegesippi testimonio congruent. Is enim, ut modo observavimus, objiciebat Marcionitis, Valentinianis & aliis ejusmodi hæreticis consensum omnium ecclesia- B rum. In quo antea posita erat Ecclesiæ cum his hæresibus controversia? In eo quod mundum hæretici a Filio Dei creatum negarent, eumque in uterum Virginis descendisse & veram carnem assumsisse. Hunc igitur errorem detestabatur Hegesippus cum omnibus catholicis; & mundum a Filio Dei creatum, veramque carnem ab eodem assumtam credebat: quæ sententia pugnat adversa fronte cum Ebionitarum erroribus.

Quod autem evangelium secundum Hebræos ab Hegesippo citatum, & Ebionitas ab eodem in recensendis hæreticis omissos objiciunt; satis est cum erudito Bullo respondere, idem evangelium a Clemente, Origene & Hieronymo citatum fuisse: C Ebionitas pariter a Justino hæreses recensente prætermissos; vel potius & a Justino generatim comprehensos, & ab Hegesippo, dum pseudochristos, pseudoprophetas, pseudoapostolos commemorat [8]. His adde, hanc hæresim obscuram admodum & ad paucissimos redactam fuisse, ut mirum non sit eam prætermitti. Erant enim his sæculis de Christi carne multo acriores, quam de divinitate controversiæ. „

His ita enarratis, paullo post V. C. disputationem suam de Hegesippo claudit his verbis [9]: „ Si Hegesippum Eusebius inter Nazaræos numeravit, ut concludunt Sociniani ex illius verbis [10]: Ἔκ τε τοῦ καθ' Ἑβραίους εὐαγγελίου, καὶ ἰδίως ἐκ τῆς Ἑβραΐδος D διαλέκτου τινὰ τίθησιν, ἐμφαίνων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπιστευκέναι. „ Nonnulla item ex Hebræorum „ evangelio, & ex Hebraica lingua profert in medium; satis per hæc aperte significans, se ex „ Hebræis credidisse: “ si hæc, inquam, verba id valent, ut Eusebius Hegesippum Nazaræum existimaverit; non dubium quin Nazaræos ab Ebionitis longe discreverit. Eum enim, non secus ac Justinum, inter egregios veritatis patronos numerat [11], „ qui non solum viva voce, sed etiam „ scriptis disputationibus adversus impias hæreses „ decertarunt. „ Hactenus cl. Maranus.

1. *Maran.* l. c. cap. VII. pag. 246. seq.
2. *Zwick.* Iren. Irenic. pagg. 73. & 111.
3. *Bull.* Primit. & apostol. Tradit. cap. III. pagg. 12. seqq.
4. *Platon. devoil.* part. II. cap. XXII.
5. *Bull.* l. c. pag. 12. §. 2. seqq.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXII.

E
7. *Euseb.* ibid.
8. *Heges.* apud Euseb. Hist. eccl. lib. IV. cap. XXII.
9. *Maran.* l. c. pag. 250.
10. *Euseb.* ibid.
11. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. cap. VII.

CAPUT III.

DE

HERMIA PHILOSOPHO.

SYNOPSIS.

I. *Quisnam fuerit Hermias, aut quo tempore vixerit, explorati nihil.*

II. *Antiquitatem tamen hujus scriptoris nemo dubiam jure dixerit.*

III. *Inanis Lambecii & Tentzelii conjectura,* A *qui Hermiam Sozomenum fuisse scriptorem istum existimant.*

IV. *Operis Hermiæ summa capita exposita.*

V. *Editiones recensitæ.*

In Orationem Hermiæ, *novissimi editoris Parisiensis admonitio.*

I. QUisnam fuerit Hermias ille Philosophus, qui tot salibus philosophos defricuit, aut quo vixerit tempore, silent antiqui omnes; nec insunt ipsius libello dijudicandi notæ, sed tantum conjiciendi. Recentiorem Justino martyre & Tatiano pronuntiare possumus. Premit enim vestigia Justini, ejusque verbis & sententiis utitur pro suis. Videtur etiam Tatiani sales imitatus esse, & scribendi materiam ex hoc Tatiani loco sumsisse [1]: *Platonis decreta sequeris? Ecce tibi Epicureus sophista palam & aperte adversatur. Rursus Aristotelem vis sectari; tibique Democriti sectator aliquis conviciatur.* Totus Hermiæ libellus nihil aliud videtur esse, quam elegans & peracuta hujus Tatiani sententiæ amplificatio.

II. Antiquitatem hujus scriptoris probare possunt cum adhibita refellendorum philosophorum ratio, quorum dissensiones, & cujusque sectæ de aliis detrahendi studia non videtur tam nativis coloribus picturus fuisse, nisi adhuc ejusmodi sectæ & Gentilium superstitiones viguissent; tum etiam *Philosophi* titulus Hermiæ in omnibus excusis & mss. codicibus attributus: ex quo non absurde conjicias, ut Justinum, Tatianum & alios ejusmodi, ex philosopho gentili factum esse Christianum, ac philosophi insignia retinuisse. Redolet etiam antiquitatem, quod Gentilium sapientiam Angelis acceptam refert, quos antiquissimi quique scriptores e cælo in terram delapsos & stupra mulieribus intulisse, & varias artes ac scientias hominibus tradidisse opinati sunt. Utrum autem sæculo secundo floruerit, ut visum est Caveo, affirmare non ausim; nec video cur isto potius quam tertio sæculo vixisse dicatur.

III. At rejicienda prorsus & refellenda Lambecii [2] & Tentzelii [3] opinio; qui auctorem hujus libri Hermiam Sozomenum, ecclesiasticæ historiæ scriptorem existimant. Sed, ut observat Caveus, huic opinioni reclamat stilus, in Hermia nostro candidus & pellucidus, & gratiis ac leporibus scatens; in Historico simplex & incultus. Reclamat etiam Philosophi titulus, qui Sozomeno nusquam tribuitur, nec cum Scholastici sive Advocati arte quam is sequebatur, valde congruit. Nititur Tentzelius nonnullis Sozomeni adversus philosophos locis: sed hanc rationem Caveus ita infirmam esse contendit, ut si illa valeat, multo potiori jure hic libellus Socrati attribuendus sit, qui multo uberius quam Sozomenus in philosophos invectus est.

IV. Philosophiam ab Angelis malis traditam B probat Hermias ex absurdis & inter se pugnantibus sententiis. Nec de animæ natura [4], nec de ejus immortalitate & post hanc vitam statu [5] consentiunt: sed alii in alias absurdissimas opiniones abierunt. De principiis cum Anaxagora Parmenides, & cum Parmenide Anaximenes pugnat [6]. Si quis Empedoclem sequatur, ab eo abducet Protagoras, & a Protagora Thales, & a Thalete Anaximander [7]. Magna Archelai fama; sed nec ei Plato assentitur, nec Platoni Aristoteles [8]. Pherecydis doctrinam nugas esse clamat Leucippus. Democrito ridenti refragatur plorans Heraclitus [9]. Epicurum ridet Cleanthes, capite e puteo elato. Carneades & Clitomachus nihil comprehendi posse contendunt [10]. C Pythagoras ex numeris elementa componit [11]. Quod si in metiendo, secundum Pythagoræ placita, universo mundo tempus triveris; Epicurus petet ut alios mundos ac innumeros dimetiaris [12]. Ex his concludit Hermias philosophiam nulla evidenti ratione niti.

V. „ Hermias, inquit Fabricius [13], vidit lucem primum ex Jo. Jacobi Fuggeri codice cum versione Raphaelis Seileri Augustani, Basileæ 1553. 8. additus Demetrii Cydonii Orationi de morte contemnenda: atque inter veteres aliquot Theologos Græcos, excusos Tiguri anno 1560. fol. Græce & Latine curante Gesnero. Deinde, ut La- D tinas editiones in bibliothecis Patrum repetitas omittam, Græce & Latine iterum cum castigationibus Frontonis Ducæi in Auctario Ducæano Parisiis 1624. fol. tom. I. & ad calcem Justini Martyri Parisf. 1615. 1636. & Coloniæ sive potius Wittebergæ 1686. fol. Denique cum Thomæ Galei codice collatus, additis ejusdem Galei qui Theodorito juniorem esse Hermiam existimat, & Wilhelmi Worthi notis ad calcem Tatiani, Oxonii 1700. 8. „

1. *Tatian.* Orat. cap. XXV.
2. *Lambec.* Bibl. Vindob. tom. VII. pag. 54.
3. *Tentzel.* Exercit. sel. V. §. XLIV. pag. 227. & 456.
4. *Herm.* cap. I.
5. Cap. II.
6. Cap. III.
7. Cap. IV.
8. Cap. V.
9. Cap. VI.
10. Cap. VII.
11. Cap. VIII.
12. Cap. IX. & X.
13. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. V. pag. 97.

CAPUT IV.

DE

S. THEOPHILO

EPISCOPO ANTIOCHENO.

SYNOPSIS.

DISSERTATIO

V. C. Prudentii Marani [1]

De gestis & scriptis S. Theophili *episcopi Antiocheni.*

I. NAtus est ac institutus Theophilus in superstitionum ethnicarum tenebris; idemque illi contigit, quod de se ipsi Justinus & Tatianus, de Athenagora Philippus Sideta testantur; ut legendis scripturis ad Christianam religionem converteretur. Rem ipse sic narrat sub finem libri primi ad Autolycum: „ Ne sis igitur incredulus, sed potius crede. Nam & ipse non credebam resurrectionem futuram; sed nunc credo, postquam hæc attentius consideravi; simul quod in sacras scripturas incidi sanctorum prophetarum, qui per Spiritum sanctum & præterita eodem quo gesta sunt modo, & præsentia eodem quo geruntur prædixerunt, & futura eodem ordine quo perficientur. Cum igitur ea quæ eveniunt & prædicta olim demonstrationem mihi exhibeant; non sum incredulus, sed credo obtemperans Deo. „

Hunc Theophilum Dodvvellus quem infra refellemus, justo longius ab Apostolica ætate removere & episcopali dignitate spoliare ausus est: alii nonnulli cum eo, cui Actus Apostolorum inscripti, minus belle confudere. Longe ab hoc Theophilo distat ille noster, qui mortuo Erote quinto Antiochiæ episcopo, circa annum M. Aurelii octavum, id est, annum Christi 168. Antiochenæ sedi præfectus fuit. Testatur enim Eusebius [2] anno hujus imperatoris octavo Romæ Soterem Aniceto, Alexandriæ Celadioni Agrippinum successisse; ac statim addit: *τηνικαῦτα καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας Θεόφιλος ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐγνωρίζετο.* „ Tunc autem & in Antiochena ecclesia sextus ab Apostolis Theophilus florebat. „ Quibus verbis non id mihi videtur indicari tres illos patriarchas eodem M. Aurelii anno electos fuisse, sed tantum eodem illos tempore ecclesiam gubernasse. Nam si Eusebii verba stricte sumantur; ex his illud potius sequetur, jam tum Antiochiæ floruisse Theophilum, cum Soter Aniceto, Agrippinus Celadioni successit.

II. Præter quotidianum laboris ac solicitudinis pensum quod omnibus episcopis impositum, haud parum negotii hæreses quæ tunc Ecclesiam oppugnabant, Theophilo nostro addiderant. Illius vigilantia & excubiæ pro commissis ovibus spectari possunt ex studio, quod in profligandis hæreticis & a grege suo avertendis significavit. Sic enim de illo Eusebius [3]: *τῶν γε μὴν αἱρετικῶν οὐδὲν χεῖρον καὶ τότε, ζιζανίων δίκην λυμαινομένων τὴν εἰλικρινῆ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας σπόρον, οἱ πανταχόσε τῶν ἐκκλησιῶν ποιμένες, ὥσπερ τινὰς θῆρας ἀγρίους τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων ἀποσοβοῦντες αὐτοὺς ἀνεῖργον· τοτὲ μὲν, ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς νουθεσίαις καὶ παραινέσεσι· τοτὲ δὲ, πρὸς αὐτοὺς γυμνότερον ἀποδυόμενοι, ἀγράφοις τε εἰς πρόσωπον ζητήσεσι καὶ ἀνατροπαῖς· ἤδη δὲ καὶ δι' ἐγγράφων ὑπομνημάτων τὰς δόξας αὐτῶν ἀκριβεστάτοις ἐλέγχοις διευθύνοντες. ὅ γέτοι Θεόφιλος σὺν τοῖς ἄλλοις κατὰ τούτων στρατευσάμενος δῆλός ἐστιν ἀπό τινος οὐκ ἀγεννῶς αὐτῷ κατὰ Μαρκίωνος πεπονημένου λόγου, ὃς καὶ αὐτὸς μεθ' ὧν ἄλλων εἰρήκαμεν, εἰσέτι νῦν διασέσωσται.* „ Porro cum nihilominus hac etiam tempestate hæretici zizaniorum instar sinceram Apostolicæ doctrinæ sementem labefactarent, ecclesiarum toto orbe pastores, eos tamquam feras atque immanes belluas ab ovili Christi fugare atque arcere properabant: partim hortando & commonendo fratres, partim adversus ipsos hæreticos fortiter colluctando: quos vel propositis cominus interrogationibus viva voce, vel libris accuratissime scriptis, opiniones eorum refellendo, confutabant. Theophilus igitur una cum ceteris adversus illos hæreticos depugnavit, ut constat ex quodam illius libro haudquaquam spernendo, quem contra Marcionem elaboravit; qui liber cum aliis quos retuli, etiamnum exstat. „ Scripserat etiam Theophilus, Eusebio & Hieronymo testibus, alium adversus Hermogenis hæresim librum, in quo testimoniis ex Joannis Apocalypsi desumtis utebatur. Cum his adversus hæreticos elucubrationibus interiere alii ejusdem libri, *in quibus elementa fidei exposita fuisse* testatur Eusebius: *καὶ ἕτερα δέ τινα κατηχητικὰ αὐτοῦ βιβλία,*

1. *Maran.* præfat. ad opp. S. Justini part. III. cap. XV. pag. CXX. seqq.
2. *Euseb.* Hist. eccl. lib. IV. capp. XIX. & XX.
3. Id. ibid. cap. XXIV.

ſive, ut interpretatur Hieronymus, *breves elegan-teſque tractatus ad ædificationem Eccleſiæ perti-nentes.*

Forte in his pertractationibus numerandi ſunt libri, quos a ſe ſcriptos teſtatur Theophilus. In libro II. ad Autolycum citat primum de Hiſtoriis librum, in quo de generationibus primorum hominum egerat. Sic autem loquitur §. XXX. *καὶ γὰρ ἐκ μέρους ἤδη γεγένηται ἡμῖν λόγος ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ὡς ἐπάνω προειρήκαμεν, τῆς γενεαλογίας ἡ τάξις ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τῇ περὶ ἱστοριῶν.* „ Jam enim a nobis aliqua ex parte inſtituta eſt hæc diſputatio „ in alio opere, ut ſupra diximus, nempe genealogiæ ſeries in primo de Hiſtoriis libro. „ Ait paullo poſt ſe in eodem libro egiſſe de rebus Noe. Libri illi hiſtoriarum, quorum in primo Theophilus genealogiæ ſeriem texebat, inſcripti videntur fuiſſe *Geneſis mundi*. Ait enim §. XXVIII. ſe diſputationem de dæmone prætermittere, quia longa eſt oratio, ac ea de re alibi egit. Mox §. XXIX. Sic loquitur: *τὰ μὲν οὖν κατ' αὐτοὺς πλείω ἔχει τὴν ἱστορίαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν οἰκονομίαν τῆς ἐξηγήσεως· διὸ τὰ τῆς ἱστορίας δύναται ἀκριβέστερον διδάξαι αὐτὴ ἡ βίβλος ἥτις ἐπιγράφεται γένεσις κόσμου.* „ „ Ac ea quidem quæ ad illos ſpectant (Abelem „ & Cain) plurimam habent hiſtoriam, immo „ narrationis œconomiam: quare diſcendi cupidos „ accuratius poteſt de hac hiſtoria liber ipſe, qui „ *Geneſis mundi* inſcribitur, edocere. „ Videtur prima ſpecie heic indicari primus Pentateuchi liber, quem eruditus Wolfius *Geneſim mundi* obſervat appellari in mſ. Alexandrino & apud Epiphanium in libro de Ponderibus & Menſuris. Hæ voces, *liber ipſe*, ipſam Geneſim apte deſignant, ut fontem ex quo omnis de his rebus diſputatio deducitur. Sed tamen cum primus Pentateuchi liber non ſoleat inſcribi, *Geneſis mundi*, ſed tantum *Geneſis*, nihil prohibebat Theophilum quominus opus ſuum inſcriberet *Geneſim mundi*: & cum paullo ante dixiſſet ſe in alio opere egiſſe de dæmone, qui Adam & Hevam tentavit, mox diſcendi cupidos ad ipſum librum dimittere potuit. Sed quod mihi neceſſitatem imponit hujus libri qui inſcribebatur *Geneſis mundi*, Theophilo attribuendi; cum Theophilus dicat §. XXX. a ſe jam citatum fuiſſe librum in quo de genealogiis agebat; nullus alius occurrit locus, in quo hoc opus citet præter eum, in quo legendi ſtudioſos dimittit ad Geneſim mundi. Cum de rebus Noe declaret ſe in eodem libro egiſſe, non alium videtur indicare in libro tertio §. XIX. ubi ait ſe alibi demonſtraſſe Arcam non a Deucalione, ſed a Noe, cujus nomen idem ſonat ac requies, conſtructam fuiſſe.

III. De Commentario Theophili in Evangelium & in Proverbia ſic loquitur Hieronymus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. „ Legi ſub nomine „ ejus in Evangelium & in Proverbia Salomonis „ commentarios, qui mihi cum ſuperiorum voluminum elegantia & phraſi non videntur congruere. „ Idem in epiſtola ad Algaſiam, Quæſt. VI. utitur teſtimonio quodam Theophili Antiocheni, quod in Appendice referimus. Quo autem ex opere Theophili deſumtum ſit, Hieronymus declarat. „ Theophilus, inquit, Antiochenæ Eccleſiæ ſeptimus poſt Petrum Apoſtolum epiſcopus, qui „ quatuor Evangeliſtarum in unum opus dicta

A „ compingens, ingenii ſui nobis monumenta dimiſit, hæc ſuper hac parabola in ſuis commentariis eſt loquutus. „ Duo ergo navavit Theophilus: primo Evangeliſtarum dicta collegit, & quæ ſimilia erant ita contexuit, quaſi unum eſſent opus: deinde commentarios ſuos adjunxit. Opus profecto longe ab eo diverſum quod Tatianus elaboravit; nec merito ſuſpicatus eſt Valeſius memoria lapſum eſſe Hieronymum, & Theophilo attribuiſſe opus Tatiani. Nam Tatianus commentarios non adjunxerat Evangeliſtarum dictis. Narrat alibi Hieronymus [1] legiſſe ſe commentarios Theophili.

Ex hac obſervatione illud etiam manifeſtum B fit, Theophilo noſtro attribui non poſſe breves illos commentarios, qui ſub ejus nomine in bibliothecis Patrum editi ſingulos Evangeliſtas ſeparatim libris quatuor exponunt. Præterea quis Latinum Scriptorem non agnoſcat his in verbis? [2] „ Per Jota, vetus ſignificat Teſtamentum, quo „ Decalogus continetur: Jota enim pro decem eſt „ apud Græcos. Apex autem quatuor litteras habens, per Evangelium quadruplex, Teſtamentum indicat novum. „ His adde nonnulla in his commentariis occurrere ex Latinis Patribus deſumta [3]; ex Hieronymo quatuor cauſſas, cur ex deſponſata Chriſtus natus ſit; ex S. Cypriani epiſtola ad Magnum, inſignem locum de corpore & C ſanguine Domini; ex eodem Hieronymo interpretationem Latinam eorum, quæ Theophilus de parabola œconomi diſſeruerat. Inutili prorſus labore Grabius [4] hæc S. Cyprianum & S. Hieronymum a Theophilo mutuatos eſſe opinatur. Sed ſi hæc Theophilus Græce ſcripſiſſet; haud libenter crediderim interpretem illius tam accurate venatum eſſe citata a Latinis Patribus loca, ut eorum verba in ſuam interpretationem transferret. Præterea ſi Hieronymus a Theophilo acceperat quatuor illas cauſſas, ob quas Chriſtus ex deſponſata natus; cur quartam S. Ignatio, nullam prorſus S. Theophilo acceptam refert?

D IV. Nunc de tribus ad Autolycum libris examinandum nobis eſt, quæ fuerit illorum ſcribendorum cauſſa, & quo potiſſimum tempore ſcripti fuerint.

Videtur Autolycus amicitia cum Theophilo noſtro conjunctus fuiſſe. Amicum enim illum vocat Theophilus ſub finem libri primi, & ad frequens colloquium invitat ſub finem ſecundi. Inerant huic homini non parva ethnicorum virtutum ornamenta, & indefeſſum legendi ſtudium. *Optimum* illum ſalutat Theophilus, eique prudentiæ laudem tribuit: plurima legiſſe teſtatur, ac in omni eruditione, ſive, ut ipſe appellat, in omnibus operoſis nugis tanto ſtudio verſari, ut noctes in bi-E bliothecis conſumere non dubitaret. Sed has Autolyci laudes penitus obruebat indigna homine docto in omne ſimulacrorum genus pietas, & periniqua de Chriſtianis ex rumore populari opinio. Nam qui ceterarum rerum diligens erat indagator, Chriſtianos negligenter audiebat, eoſque maleſanis commentis credulus cum ſororibus miſceri, & carnes humanas vorare exiſtimabat. Talem nobis Autolycum variis in locis depingit Theophilus.

Opinatus eſt Tillemontius ſcriptum ab Autolyco adverſus Chriſtianos librum Theophilo noſtro

1. Hieron. prolog. in Matth.
2. Comment. in Evang. lib. II.
3. Ibid. libb. II. & III.
4. Grab. Spicil. tom. II. p. 221.

hujus elucubrationis occasionem ministrasse. At A nullum omnino hujus adversus Christianos libri vestigium. Obtuderat Theophilum Autolycus inanibus sermonibus, fictos ac pictos deos venditans: Christiani nomen instar probri objecerat; ac tandem quæsierat ut Deum suum ostenderet. Sed hæc dicteria, quæ Theophilus in primo libro refellit, non scripto fuisse consignata, ut visum est Tillemontio, sed in quodam colloquio jactata, ex initio libri secundi perspicimus, ubi Theophilus breviter recensens quæ inter eos hactenus intercesserant, ait: ἐπειδὴ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἐγένετο λόγος ἡμῖν, ὦ ἀγαθότατε Αὐτόλυκε, πυθομένου σου τίς μου ὁ Θεὸς, καὶ δι' ὀλίγου παρασχόντος σου τὰ ὦτα τῇ ὁμιλίᾳ ἡμῖν, περὶ τῆς θεοσεβείας μου ἐξεθέμεθά B σοι· ἔτι δὲ καὶ ἀποταξάμενοι ἑαυτοῖς, μετὰ πλείστης φιλίας ἐπορεύθημεν ἕκαστος εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, καίπερ σκληρῶς τὰ πρῶτα ἔχοντος πρὸς ἡμᾶς. οἶδας γὰρ καὶ μέμνησαι, ὅτι ὑπέλαβες μωρίαν εἶναι τὸν λόγον ἡμῶν. „ Cum ante hos dies sermonem inter „ nos, optime Autolyce, haberemus; quærenti „ tibi quisnam meus esset Deus, ac disputationi „ meæ aures aliquamdiu præbenti religionem meam „ exposui. Ita tum discessimus, ut amicissimi do„ mum rediremus, quamvis antea duriuscule me„ cum egisses. Nosti enim & meministi stultitiam „ tibi videri nostram doctrinam. „

Ex his liquet Autolycum non scripto, sed vero sermone sic in Deum ac nomen Christianorum C jocatum esse, ut Theophilum ad has nugas refellendas incitaret. Videtur ergo primus ad Autolycum liber non tam ad refellendum data opera compositus, quam ad ea litteris consignanda, quæ Theophilus Autolyco jam responderat. Hinc librum secundum hortatu Autolyci sic exorditur Theophilus, quasi nihil antea de industria scripsisset. σοῦ οὖν μετὰ ταῦτα προτρεψαμένου με, κἂν ἰδιώτης ὦ τῷ λόγῳ, πλὴν βούλομαί σοι καὶ νῦν διὰ τοῦδε τοῦ συγγράμματος ἀκριβέστερον ἐπιδεῖξαι τὴν ματαιοπονίαν καὶ ματαίαν θρησκείαν ἐν ᾗ κατέχῃ· ἀλλὰ καὶ δι' ὀλίγων τῶν κατὰ σε ἱστοριῶν, ὧν ἀναγινώσκεις, ἴσως δὲ οὐδέπω γινώσκεις, τὸ ἀληθὲς φανερὸν ποιῆσαι. „ Nunc autem horta„ tu tuo, inquit, quamvis imperitus sim dicendi, D „ volo tamen hoc quoque libello accuratius tibi „ demonstrare inutilem laborem & inanem super„ stitionem qua detineris; immo ex vestrarum „ historiarum nonnullis, quæ a te leguntur qui„ dem, forte autem nondum intelliguntur, ve„ rum tibi ante oculos ponere. „ Invitat Autolycum Theophilus ad frequens colloquium; idque videtur iste non neglexisse: sed cum adhuc post hos congressus veritatem instar delirii haberet, ac recentes esse litteras nostras sibi fingeret, eorum antiquitatem Theophilus in libro tertio demonstrare instituit.

V. Suppeditant hi libri non obscuras notas, E quibus dijudicare possimus, quo tempore scripti fuerint. Nam chronologiam in libro tertio pertexit Theophilus ab origine mundi usque ad M. Aurelium, quem 19. annos, dies 10. imperasse testatur. Citat etiam Chryserotem M. Aurelii libertum, qui, teste Theophilo nostro, temporum seriem ab Urbe condita usque ad obitum patroni sui imperatoris M. Aurelii descripserat. Ex his patet hos libros sub Commodo scriptos esse, nec serius aut citius collocari posse; siquidem aliud caussæ esse non potest, cur Theophilus temporum descriptionem ad suam usque ætatem pollicitus, annos Commodi non recenseat, nisi quia is adhuc imperabat.

Quo autem Commodi anno collocandum sit opus, non facile statuitur. Non longe ab initiis Commodi collocabimus, si auctorem sequamur Nicephorum, qui tres & decem episcopatus annos Theophilo tribuit. Cum enim Theophilum Eusebius, ut supra vidimus, Eroti circa annum 168. successisse testetur; si cum Nicephoro annos 13. episcopatus ei demus; sequetur circa annum 181. mortuum esse, ac proinde extremum hoc opus, ut non longe ante mortem, ita sub Commodi imperatoris initia elucubrasse. Theophilum Eutychius Antiochenæ sedi annos 21. præfuisse refert: ex quo sequeretur eum circa annum 188. obiisse. Sed antiquior Nicephorus, ut Tillemontius observat, ac majoris quam Eutychius auctoritatis. Quod autem in Eusebii Chronicis Maximus Theophilo nostro dicitur anno 177. aut 178. successisse, id manifestum est erratum.

Aliud argumentum cur hoc opus ad extrema Commodi tempora rejici non debeat, ab Irenæo qui nonnulla e Theophilo nostro mutuatus est, suppeditatur. Scribebat Irenæus librum tertium contra hæreses sub Commodo & Eleuthero, ac proinde ante annum 192. quo Commodus occisus, Eleuthero Victor successit. Porro quinque libros adversus hæreses non simul vulgavit Irenæus, sed, ut inter omnes convenit, aliquid spatii intercessit inter duos priores, & eos qui consequuti sunt, licet forte non magnum fuerit intervallum. Exstat autem in libro secundo quædam sententia, quam mihi videor e Theophilo decerptam non incertis indiciis perspicere. Sic refellit Irenæus [1] hæreticorum commenta de Deo creatore verum ac supremum Deum ignorante: „ Aut numquid hi qui sub Romanorum imperio „ sunt, quamvis numquam viderint imperatorem, „ sed valde & per terram & per mare separati „ ab eo, cognoscent propter dominium eum, qui „ maximam habet potestatem principatus; qui „ autem super nos erant angeli, vel ille quem „ mundi fabricatorem dicunt, non cognoscent o„ mnipotentem? „ Sic autem Theophilus [2]. εἶτα βασιλεὺς μὲν ἐπίγειος εἶναι πιστεύεται, καίπερ μὴ πᾶσι βλεπόμενος, διὰ δὲ νόμων καὶ διατάξεων αὐτοῦ καὶ ἐξουσιῶν, καὶ δυνάμεων καὶ εἰκόνων νοεῖται· τὸν δὲ Θεὸν οὐ βούλει σὺ νοεῖσθαι διὰ ἔργων καὶ δυνάμεων; „ Deinde vero terrenus rex exsistere creditur, „ quamvis ab omnibus non videatur, sed per le„ ges & mandata & principatus & potestates & „ imagines cognoscitur: Deum vero ex ejus ope„ ribus & potestatibus non vis intelligere? „ Manifesta est in utroque scriptore sententiæ similitudo; sed illam Irenæum e Theophilo, non Theophilum ex Irenæo mutuatum esse inde patet, quod apud Theophilum clara & splendida est, apud Irenæum vero enervata quodammodo & subobscura: quæ vitia imitatores effugere non solent. Multo enim præclarius quod ait Theophilus imperatorem per *leges & mandata*, *per principatus & potestates* (id est per duces & præfectos) ac per imagines cognosci, quam quod Irenæus *propter dominium cognosci*. In quo quidem crediderim Irenæi interpretem, ut sæpe alias, ita etiam hoc loco unius litteræ errore deceptum legisse δι' ἐξουσίαν pro δι' ἐξουσιῶν, & reddidisse *propter dominium*, pro eo quod reddere debuisset per *potestates*, sive per duces & præfectos. Quin etiam adhibita ab utroque comparatio magis apposita videtur adversus Gentiles, qui Deum ex conspicuis in hoc mundo operibus non agnoscebant, quam adversus hæ-

1. *Iren.* adv. Hær. lib. II. cap. VI. num. 2.

2. *Theoph.* lib. I. §. 5.

reticos, qui hujus mundi creatori & angelis ejus supremum Deum fingebant ignotum fuisse. Imitatus est etiam Irenæus [1], quæ de puerili Adami statu apud Theophilum nostrum in libro secundo leguntur [2]. Utriusque testimonia inspicienti & inter se conferenti, ambiguum non erit uter imitator alterius; cum Theophilus magno conatu hanc sententiam tueatur, Irenæus quasi transiens proponat. Ex his concludimus libros ad Autolycum procul ab initiis Commodi non distare; cum ex eis Irenæus, qui sub Commodo scribebat, nonnulla in opus suum transtulerit.

Sed adversus ea quæ statuimus objici possit, hos ad Autolycum libros nec hominis in scribendo exercitati, nec episcopi gravissimis curis implicati fetum redolere: quamobrem satius esse hoc opus a Theophilo nondum ætate provecto elucubratum, ac postea ab ipso iis quæ de M. Aurelii morte leguntur, auctum existimare. Invitatus ad scribendum ab Autolyco Theophilus imperitum se dicendi fatetur, nec sine summa timiditate oneri succedit. An sic loquatur, objiciet aliquis, qui jam multos ex hæreticis triumphos reportarit, ac plurimum scribendi usum habeat, qualem tunc habere debuit Theophilus, si extremum hoc opus paullo ante mortem scribebat? Forte etiam eruditio profana qua hoc opus refertum est, tot poetarum testimonia, tam reconditæ de philosophorum sententiis ac de chronologia disputationes, frequentia cum homine litterato colloquia, episcopo tantæ sedis, gravissimis rebus occupato, minus convenire videantur.

Sed minime mirum si & de se ipso demisse sentiens episcopus imperitum se existimat, & de rebus profanis multa vir eruditus disserit, quia illius proposita conducebant: quamquam plurima Theophilus e media religione Christiana repetit. Frequentia illa cum Autolyco colloquia non hominis erant otio abundantis, sed episcopi caritate ferventis, qui hoc præcipue impositum sibi ducebat, errantes ad veritatem adducere.

Haud equidem negaverim libros ad Autolycum, ut observat Grabius [3] non simul prodiisse; at brevissimum temporis spatium intercessisse contendo. Nam initio libri secundi commemorat sermonem a se ante aliquot dies cum Autolyco habitum, qui sermo libri primi materia fuit. Sub finem libri secundi hortatur Autolycum ut sæpe congrediatur secum; cumque is congressus esset cum Theophilo, nec tamen veritati manus dedisset, tertium librum elucubravit Theophilus, ut anticipatas opiniones quæ ejus animo insederant, radicitus evelleret. Ea est ergo trium librorum series & junctura, ut divelli ac dissociari non debeant. Eo autem scriptos fuisse ordine, quo nunc habentur, inde patet, quod in tertio primus designetur §. III. secundus vero nominatim citetur §. XIX. Neque etiam superaddita videri debent, quæ in tertio libro de M. Aurelii imperio leguntur. Nam cum omnes numerorum rationes quæ a Theophilo expenduntur, in hujus finem imperii, veluti in commune punctum desinant; nihil est in toto libro quod minus suspectum esse debeat.

VI. Non immorabor in refellendo Dodvvello [4], qui nodum in scirpo quærens, tres libros de quibus nunc agimus, non a Theophilo Antiochiæ episcopo scriptos fuisse pronuntiat, sed ab alio Theophilo Antiocheno, quem sub Severo scripsisse contendit.

Reclamant huic commento Eusebius & Hieronymus: A reclamat Irenæus, qui sub Commodo hos libros ad usus suos adjunxit. Quænam ergo Dodvvellum rationes virum sane doctissimum impulerunt, ut contra antiquitatis consensum veniret? At eæ tam leves, vel potius tam nihil sunt, ut Tillemontio, cujus summa animi moderatio omnibus nota, stomachum fecerint, & temeritatis notam Dodvvello inurere coegerint. Prima ratiuncula inde ducitur, quod auctor librorum ad Autolycum Chryserotem citet, qui ante annum 180. scribere non potuit. At quid vetat quominus Theophilus sub Commodo scribens eos citaverit, qui sub eodem imperatore ante illum scripserant?

Objicit secundo loco Dodvvellus hos libros vi- B gente persecutione scriptos fuisse. Ait enim Theophilus Christianos ab ethnicis quotidie vexari, & eos qui ad virtutem festinant ac in sanctiore vita exercentur, partim lapidibus obrutos fuisse, partim interfectos, ac etiamnum crudelissimis plagis affici. At nulla persecutio a Marco usque ad Severum orta est; nec alius quam Severus proselytos & ascetas qui heic designantur, insectatus est.

Nullam veri partem attingit Dodvvellus. Negatur ei, Severum in solos ascetas & proselytos sæviisse: negatur proselytos & ascetas a Theophilo designari: negatur denique singularem persecutionem a Theophilo indicari: sed idem prorsus facit, quod a multis aliis scriptoribus factitatum observavimus; C qui quamvis nulla persecutio sæviret tum cum scriberent, tamen ob inveteratum in Christianos odium ac frequentes persecutiones, Ecclesiam exagitari & vexari non desinere dixerunt. His adde fieri potuisse, ut persequutio, a qua sub Marco nulla fuit relaxatio, non statim ac Commodus gubernacula tenuit, sedaretur. Marcia illa quæ Commodi animum Christianis conciliavit, non statim ac ille regnavit, ab eo amata est, sed tertio imperii anno.

VII. Libros tres ad Autolycum Græce primus vulgavit Joannes Frisius Tiguri ann. 1546. fol. apud Froschoverum, una cum Tatiano atque Antonii Melissæ & Maximi sententiis. In eadem urbe ac D eodem anno prodiit Latine ex interpretatione Conradi Clauseri: quæ quidem interpretatio habetur in bibliothecis Patrum, Parif. 1575. 1589. 1609. 1644. Colon. 1618. Lugd. 1677. Græce autem & Latine exstat hoc opus inter Orthodoxographos ann. 1555. Basil. in Auctario bibliothecæ Patrum, Parif. 1624. cum notis Frontonis Ducæi: nec non additum operibus S. Justini Paris. 1615. 1636. & Colon. seu potius Vittebergæ 1686.

Anno autem 1684. prodiit Oxonii nova editio librorum ad Autolycum, opera Joannis Felli episcopi Oxoniensis; qui codicem ms. e bibliotheca Bodleiana habuit, ac interpretationem Clauseri nonnullis in locis emendavit, brevesque notas adjunxit.

E Concedunt hæ omnes editiones Hamburgensi, quæ prodiit anno 1724. in 8. opera Jo. Christophori VVolfii Pastoris ad D. Cathar. Hamburg. & Scholarchæ. Is contextum contulit cum Bodleiano codice & Regio Parisiensi, suisque & aliorum notis illustravit, ac interpretationem pluribus locis emendavit.

Quid vero in hac editione præstiterim, paucis accipe. Novam interpretationem confeci. Liber III. collatus cum codice Regio 887. Addita quoque fragmenta operum deperditorum Theophili. „

VIII. Quæ de Theophilo Antiocheno hactenus disputavit doctissimus Maranus, propterea heic de-

1. *Iren.* lib. III. cap. XXII. num. 13.
2. *Theoph.* lib. II. §. XXV.
3. *Grab.* Spicil. tom. II. pag. 220.
4. *Dodw.* Differt. II. Iren. §. XLIV. pag. 171.

ſcribenda curavimus, quod ejus editionem præ reliquis excudendam duximus. Interim vero quo iſthæc demum pro munere noſtro nitidior adhuc quomodocumque prodiret, illam ad modo memoratas editiones Oxonienſem & Hamburgenſem exegimus, aliaque adhibuimus ſubſidia, ut ex notis in lim-

A bum conjectis compertum fiet. Neque abs re forraſſe fuerit binas illas Tabulas heic ſubjicere, quas Joannes Fellus ad S. Patris chronologiam elucidandam ſtudioſe confecit, quaſque editioni ſuæ intexuit eruditus editor Hamburgenſis. Sunt autem ejuſmodi.

Ad lib. III. *cap.* XX.

Laterculum regum aliquot Ægyptiorum.

Series ex collatione laterculorum veterum reſtituta.	Ordo Reg.	Syncellus ex Eratoſth. & Manæth.	Anni.	Theoph. ex Manæthone.	Anni & Menſ.	Hieron. & Euſeb. ex African.	An.	Joſephus ex Manæthone.	Anni & Menſ.
Amoſis.	33.	Αμωσις ὁ καὶ Τέθμωσις.	22.	Φαραὼ ὁ Αμασις.	25. 4.	Amoſis.	25.	Τέθμωσις.	25. 4.
Chebron.	34.	Χεβρών.	13.	Χεβρῶν.	13.	Chebron.	13.	Χέβρων.	13.
Amenophis.	35.	Αμέφης.	15.	Αμενῶφις.	20. 7.	Amenoph.	21.	Αμένωφις.	20. 7.
Ameſſes. Mephres.	36.	Αμενύσης.	11.	Αμέσση. Μήφρης.	21. 1. 12. 9.	Mephres.	12.	Αμεσσὴς Μήφρης.	21. 9. 12. 9.
Miſphragmuthoſis.	37.	Μισφραγμύθωσις.	16.	Μισφραμμύθωσις.	20. 10.	Miſpharagmuthoſis.	26.	Μηφραμύθωσις.	25. 10.
	38.	Μισφρής.	23.						
Tuthmoſis.	39.	Τέθμωσις.	39.	Τεθμώσης.	9. 8.	Tuthmoſis.	9.	Θμῶσις.	9. 8.
Amenophis. Memnon.	40.	Αμενῶφθις.	34.	Δαμφενῶφις.	30. 10.	Amenoph. ſive Memn.	31.	Αμένωφις.	30. 10.
Orus.	41.	Ωρος.	48.	Ωρος.	35. 3.	Orus.	38.	Ωρος.	36. 5.
Achencheres.	42.	Αχεγχερής.	25.	Θυγάτηρ.	12. 3.	Achench.	12.	Ακεγχρής.	12.
Athoris.	43.	Αθωρίς.	29.	Μερχέρης.	12. 3.	Achoris.	7.	Ράθωτις ἀδ.	9.
Chencheres.	44.	Χεγχερής.	26.	Αρμαῖς.	30. 1.	Chencher.	18.	Ακεγχήρης.	12. 5.
Acherres.	45.	Αχερής.	8.	Μίσσης. Μιάμμου.	6.	Achorres Cherres.	8. 15.	Ακεγχήρης ἕτερος.	12. 3.
Sethus Miammi.	46.	Αρμαῖος καὶ ὁ Δάναος.	9.	Ραμέσσης.	1. 4. 2.	Armais qui & Danaus.	5.	Αρμαῖς.	4. 9.
Sethus iterum, qui & Rameſſes & Ægyptus: frater Armais ſive Danao regno, quod per nefas invaſerat, depulſo.	47.	Ραμεσσῆς ὁ καὶ Αἰγύπτος.	68.	Αμενώφις.	19. 6.	Remeſſes.	68.	Ραμέσσης.	1. 4.
	48.	Αμενοφίς.	8.	Θοῖσσος καὶ Ραμέσσης.	10.	Menophes.	40.	Αρμέσσης Μιαμμοῦ.	66. 2.
	49.	Θυωρίς.	17.					Αμένωφις.	19. 6.
	50.	Νεχεψώς.	19.					Σεθώσις καὶ Ραμέσσης.	

Ad lib. III. *cap.* XXII.

Laterculum regum Tyriorum.

Series restituta ex veterum laterculis.	An. & Mens.	Ex Josepho & Ἱστοριῶν συναγωγῇ a Scalig. ed.	An. & Mens.	Ex Syncello.	An. & Mens.	Ex Theophilo.	An. & Mens.
Hieromus.	34.	Ἱέρωμος.	34.	Σιρώμος.	34.	Ιερωμος.	
Baleazarus.	7.	Βαλεάζαρος.	7.	Βαλβάζερος.	17.	Βάζορος.	17.
Abdastartus.	9.	Αβδάσταρτος.	9.	Αὐδάσταρτος.	9.	Μεθυάσταρτος.	12.
Nutricis fil.	12.	Τροφȣ̃ υἱός.	12.	Τροφȣ̃ υἱός.			
Astartus.	12.	Ασταρτος.	12.	Ασταρτος.	12.		
Atharymus.	9.	Αστέρυμος.	9.	Ασθάρυμος.	9.	Αθάρυμος.	9.
Phelles.	0. 8.	Φέλλης.	0. 8.	Φέλλης.	0. 8.	Ελλης.	0. 8.
Eithobalus.	32.	Εἰθώβαλος.	32.	Εἰθόβαλλος.	32.	Ιȣθώβαλος.	12.
Bazorus.	8.	Βαδίζωρος.	6.	Βάλζερος.	8.	Βάζωρος.	7.
Metten.	25.	Μάτγηνος.	9.	Λετῖνος.	25.	Μέττλω.	29.
Pygmalion.	7.	Πυγμαλίων.	7.	Πυγαλίων.	7.	Πυγμαλίων.	7.

Huic posteriori laterculo ista subjicit Fellus, qui illud concinnavit [1]: „ Quæ de Tyriis a Theophilo dicuntur, omnino hausta sunt ex Josepho contra Apionem; quorum pleraque ex Dinone qui Persica scripsit, videntur desumta. Notandum vero annos ædificationis Templi Hierosolymitani apud Josephum male statui *612.* quum ipse Theophili calculus *566.* debitum modum excedat. „ Ad prius autem laterculum quod attinet, hæc adnotat Wolfius: „ Compara cum hoc laterculo seriem regum Ægyptiorum, quam eruditissimus Jacobus Perizonius ex iisdem fere scriptoribus exhibet, & observationibus suis illustrat in *Originibus Ægyptiacis* cap. IV. pag. 40. seqq. Inter cetera is monet [2] memorari ab omnibus eamdem fere regum seriem, sed maxima cum discrepantia & varietate. Nam, quod ad reges ipsos, in una chronographia nonnullos reperies omissos, alios additos, cujus contrarium in altera animadvertes. Ordo quoque regum sæpe est perturbatus plane, in primis post reges Dynastiæ XVIII. seu post regem seriei XLVIII. cet. Atque idem ille præterea Marshami, Usserii, Cappelli, Pezronii aliorumque de rebus & antiquitate Ægyptiorum sententias accu-

A rato examini subjicit. Adde, si placet, Eduardi Stillingfleeti *Origines sacras*, Guilielmi Bonjurii *Dissertat. de Dynastia Ægyptiorum novis calculis illustrata*, Rom. 1697. cl. Tourneminium in *Dissert. de Systemate Dynastiarum Ægypti Marshamiano*, quæ exstat in Commentar. Litter. Trivultinis tom. IV. an. 1702. pag. 172. seqq. & Melch. Leydecherum in commentatione singulari, quæ præmissa est lib. III. *de Rep. Hebræor.* pag. 115. seqq. „

Utrumque autem hoc laterculum Nourryus quoque V. C. typis excudendum curavit [3]. Quandoquidem vero eruditus editor Oxoniensis chronologiam generalem contexuit, quam Theophilus

B Antiochenus ab orbe condito ad suam usque ætatem perduxit, non sine studio magnoque labore adornatam; eam quoque heic subjicere juverit. Ex ea enim, verba sunt laudati Nourryi, unusquisque uno oculorum intuitu plura non exigui sane momenti, ad res historicas spectantia, perdiscet; ac præsertim quot annis reges, consules, imperatores regnaverint, quotque ab exordio mundi ad sua usque tempora, Theophilus ipse annos & sæcula computaverit.

1. *Fell.* ad Theophil. pag. 255.
2. *Perizon.* Ægypt. Origin. pag. 52.
3. *Nourry* Appar. ad bibl. PP. tom. I. pag. 515.

Syñopsis ſupputationis Theophili Antiocheni, ab orbe condito, ad mortem Aurelii imperatoris.

Filios genuit	An.
Adam	230.
Seth	205.
Enos	190.
Cainan	170.
Maleleel	165.
Jared	162.
Enoch	165.
Methuſala	167.
Lamech	188.
Diluvium Noe.	600.
	2242.

Poſt Diluvium.	
Arphaxad	135.
Sala	130.
Heber	134.
Phaleg	130.
Ragau	132.
Serug	130.
Nahor	75.
Thara	70.
Abraham	100.
A Diluvio	1236.

Anni ante diluv.	2242.
A diluv. ad Iſaac	1036.
A condito mundo ad Iſaac	3278.

Iſaac genuit Jacob	60.
Tranſitus Jacobi in Ægyptum	130.
Mora Iſraelitarum in Ægypto	430.
Mora in deſerto	40.
Ab Iſaaco nato ad Moſis mortem	660.

A condito mundo ad Iſaacum	3278.
Ad mortem Moſis	660.
A condito mundo ad mortem Moſis	3938.

Joſue præfuit pop.	27.
Servit. regi Meſopot.	8.
Othoniel	40.
Servit. Eglon	18.
Ehud	8.
Servit. Alienig.	20.
Debora	40.
Servit. Midian.	7.
Gideon	40.
Abimelech	3.
Thola	23.
Jair.	22.

	An. A
Serv. Philiſt. & Am.	18.
Jephta	6.
Ibſan	7.
Elon	10.
Abdon.	8.
Servit. Philiſt.	40.
Samſon	20.
Pax.	40.
Shamir	1.
Eli	20.
Samuel	12.
Saul	20.
David	40. B
A morte Moſis ad mortem David	498.

A condito mundo ad Moſis mortem	3938.
A Moſe ad Dav.	498.
A condito mundo ad fin. reg. Dav.	4436.

Solomon regnavit	40.
Roboam	17.
Abias	7. C
Aſa	41.
Jehoſaphat	25.
Joram	8.
Ochaſias	1.
Athalia	6.
Jehoas	40.
Amaſias	39.
Ozias	52.
Jotham	16.
Achas	17.
Ezechias.	29.
Manaſſes	55.
Amos	2.
Joſias	31. D
Ochas	menſ. 3.
Joachim	m. 3. d. 10.
Sedechias	11.
Capt. Babyl.	70.
A Dav. ad fin. Capt.	518. m. 6. d. 10.

A cond. mundo ad fin. regni Dav.	4436.
A Dav. ad fin. Capt.	518.

		m.	d.
A cond. mundo ad fin. Capt.	4954.	6.	10. E

Cyrus qui tempore Tarquinii Superbi vixit, regnavit	29.
Tarquinius Sup.	25.
Conſules	453.

	An.
A capt. ad fin. Conſ.	507.

Julius Cæſar	An.	m.	d.
imper.	03	04	06.
Auguſtus	56	4	1.
Tiberius	22	0	0.
Cajus	3	8	7.
Claudius	23	8	24.
Nero	13	6	28.
Galba	2	7	6.
Otho	0	3	5.

	An.	m.	d.
Vitellius	0	6	22.
Veſpaſianus	9	11	22.
Titus	2	0	22.
Domitianus	15	5	6.
Nerva	1	4	10.
Trajanus	19	6	16.
Hadrianus	20	10	28.
Antoninus	22	7	6.
Aurelius	19	0	10.
	229.	89.	219.

	An.	m.	d.
89. menſes conficiunt	7	5	0.
219. dies, ſi eorum tribus 39. dies, reliquis 31. aſſignemus, conficiunt	0	7	5.
Menſes iſti & dies conficiunt annos	8	0	5.
A Conſulibus ad Aurelii mortem	237	0	5.

A Captivitate ad finem Conſ.	537.
A Conſ. ad M. Aurelii mortem	237.
A Captivitate ad mortem Aurelii	744.

A condito mundo ad reſtitut. Captivit.	4954.
A reſtitut. Captiv. ad mortem Aurelii	744.
A condito mundo ad mortem Aurel. Veri	5698.

Si ergo ex ſententia recepta, Æræ Julianæ an. 46. pro Epocha Domini noſtri Jeſu Chriſti habeamus; anni a condito mundo ad natum Chriſtum, ſecundum Theophili calculum, ad hunc modum ſtatuentur.

A condito mundo ad fin. Capt. Bab.	3954.
Anni Cyri	29.
Anni Tarquinii	25.
Anni Conſ.	453.
Æræ Julianæ	46.
A condito mundo ad Chriſtum	5507.

Ricciolus quidem ait Theophilum ſtatuiſſe æram Chriſti an. mundi 5515. ſatis enim habuit annis quos in libris impreſſis perperam poſitos legerat, annos 180. qui a Chriſto nato ad Aurelii Veri mortem prætererunt, amputaſſe: minime conſiderans numeros in Theophili exemplaribus male eſſe collectos; & etiam decem annos in Claudii imperio, in Galbæ duos redundare. Interim obſervaſſe non pigebit, quod ex Septuaginta variis calculis temporum a condito mundo ad Chriſtum natum, quos Ricciolus enumerat, Theophilum extremas partes evitaſſe. Immo illius rationes fere coincidere cum calculo Orientalis Eccleſiæ, quæ 5508. annos numerat: nec longe diſcedere a LXX. Interpretibus, Joſepho, Theophane, Syncello, Hilarione & Eccleſia Alexandrina. Sed meum eſt Theophili numeros vere exhibere, non autem veros eſſe oſtendere.

CAPUT V.
DE
RHODONE.

„ RHODON, inquit Eusebius [1], oriundus ex „ Asia, & in urbe Roma, ut ipse scribit, „ a Tatiano eruditus, varios conscripsit libros; „ & cum reliquis adversus Marcionis hæresim de- „ certavit. Quam quidem sua ætate in diversas „ scissam esse sententias narrat, auctores illius „ dissensionis in libris suis referens, & mendacia „ a singulis eorum excogitata coarguens. Idem „ refert se cum Apelle collocutum fuisse. Cete- „ rum in eodem libro quem Callistioni nuncupa- „ vit, refert a Tatiano elucubratum esse Quæstio- „ num librum; in quo quum Tatianus obscuros „ & involutos sacræ scripturæ locos se exposítu- „ rum promisisset, ipse Rhodon solutiones Quæ- „ stionum Tatiani peculiari opere editurum se „ esse profitetur. Exstant etiam ejusdem in He- „ xaemeron commentarii. „ Hæc Eusebius. Floruit autem Rhodon, teste Hieronymo [2], temporibus Commodi & Severi: hoc est, circa Æræ vulgaris annum 186. ut statuit Tillemontius [3]. Ex ejus libro adversus Marcionem, fragmenta duo quæ nobis servavit Eusebius, cum notis Valesii proferimus.

CAPUT VI.
DE
MAXIMO
HIEROSOLYMORUM EPISCOPO.
SYNOPSIS.

I. MAXIMUS *quo tempore floruerit. Vir inter Christianos illustris. An episcopus, & cujusnam ecclesiæ fuerit, inquiritur. Hierosolymitanæ autem præfuisse existimatur.*

II. *Scripsit de vulgatissima illa apud hæreticos quæstione*, Unde sit Malum, & de eo quod Materia facta sit.

I. SUb iisdem principibus Commodo & Severo, ut auctor est Hieronymus [4], claruit Maximus, qui ab Eusebio appellatur [5]· *ὁ τῆς Χριστοῦ διατριβῆς οὐκ ἄσημος ἀνήρ, vir inter Christianos illustris.* Num vero aliqua dignitate in Ecclesia præstiterit Maximus iste, inquirendum: hac enim de re silet Hieronymus, neque satis aperte in Historia verba facit Eusebius; ut propterea jure a nobis nonnemo requirat, cur in hujus capitis inscriptione idem Maximus titulo *Hierosolymorum episcopi* sit honestatus. Verum, ipsomet Eusebio duce, in hanc demum sententiam descendimus; cui Fabricium quoque, licet nulla reddita ratione, accessisse novimus [6]. Nimirum anno Commodi imperatoris sexto, Christi CLXXXV. juxta Eusebium in Chronico, *Triario Materno & M. Atilio Bradua Coss. Hierosolymorum episcopus vigesimus sextus constituitur Maximus.* Estque hujus nominis II. inter præsules ex gentibus, qui post captam urbem ab Hadriano, ecclesiæ Hierosolymitanæ præfuerunt. Vide Lequienium [7]. Deinde idem Eusebius Maximum nostrum recenset [8] *inter veteres ecclesiasticos viros, qui* quo tempore Severus rerum potiebatur, *laudabilis diligentiæ monumenta reliquerunt.* Quibus enarratis, statim memorat ejusdem Maximi opus *περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζητήματος τοῦ πόθεν ἡ κακία· καὶ περὶ τοῦ γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην:* „ de vulgatissima illa apud hæreticos quæ- „ stione. *Unde sit Malum, & de eo quod Mate-* „ *ria facta sit.* „ Hæreticos autem intellige Valentinianos & Marcionitas. Quum igitur Maximum de quo quæstio, *virum inter Christianos illustrem* appellat Eusebius, qui postea *inter veteres ecclesiasticos viros* ipsum claruisse refert, quo tempore Maximus II. Hierosolymorum antistes fuit constitutus: tum nominis, tum dignitatis, tum etiam temporis ratione ducimur, quo Maximum nostrum ecclesiam Hierosolymitanam rexisse existimemus.

II. Porro hujus Maximi liber in dialogi modum compositus, inscriptus erat *περὶ τῆς ὕλης*, ut testatur idem Eusebius [9], *καὶ λόγος οἰκεῖος συγγέγραπται περὶ τῆς ὕλης*; qui & ex eo luculentissimum fragmentum profert, unde illud nos quoque descripsimus. Excerptum item ejusdem operis, sed ex ipso Eusebio l. c. descriptum, exstat in Philocalia Origeniana [10], & in Adamantii Dialogo *de recta in Deum fide* [11], perperam Origeni adscripto: qua de re post Tillemontium [12] satis erudite Origenianorum clarissimus editor [13].

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. v. cap. XIII.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XXXVII.
3. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pag. 814.
4. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. [illegible]
5. *Euseb.* Præpar. Evang. lib. [illegible] cap. XXI. sub fin. pag. [illegible]
6. [illegible] Delect. argument. pag. 162. §. XIX.
7. *Lequien.* Or. Christ. tom. III. pag. 147.
8. *Euseb.* Hist. eccl. lib. v. cap. XXVII.
9. *Euseb.* Præp. [illegible] l. c.
10. *Orig.* [illegible] cap. [illegible] pag. 82. edit. Cantabr.
11. [illegible] d tom. I. opp. Origen. pag. [illegible] edit. Paris. [illegible]
12. [illegible] Mem. eccl. tom. II. pag. 760. not. XIII. [illegible] Origene.
13. [illegible] opp. Origen. tom. [illegible] pag. 801.

CAPUT VII.

DE

CLEMENTE ALEXANDRINO.

SYNOPSIS.

I. *Omissum* Clementis Alexandrini Protrepticon : *& cur.*

II. *Typis excusa ejusdem fragmenta, quæ in editione Oxoniensi vel Græce tantum exstant, vel omnino desiderantur. Horum primum præter rem Clementi Alexandrino a Fabricio adscriptum. Est* A *enim fragmentum* Κλημεντίων, *sive* Sermonum Pseudo-Clementis, *ex fide Anastasii Sinaitæ.*

III. *Quid sentiendum de Excerptis* III. *a Lamio V. C. evulgatis. Clementi Alexandrino non esse adscribenda videntur.*

I. QUandoquidem ecclesiasticæ antiquitatis studiosis recepimus [1], nos in hanc Patrum bibliothecam illaturos quotquot superant Veterum apologetica scripta, quibus Christiana religio adstruitur & vindicatur : officium non postulabat, sed flagitabat, ut quando temporis ordo nobis præfinitus, ad finem secundi Ecclesiæ sæculi collectionem nostram deduxisset, Clementis Alexandrini *Protrepticon* typis committentes, fidem B solveremus. Sed viri summi auctoritas quam plurimi facimus, obstitit quo minus id quod maxime placebat, præstaremus. Nimirum, inquiebat ille, bibliothecæ antiquorum Patrum instruendæ consilium, ejusmodi potissimum censeri debet, ut ea minus obvia scripta congerantur, quorum auctores esse perhibentur quos *Patres minores* vocamus; adeoque illa omnia prætermittenda, quæ *Patribus majoribus*, Clementi Alexandrino, Tertulliano, Eusebio ceterisque ordinis hujusmodi tributa noscuntur. Si qua vero exstent quæ post recentiores horum Patrum editiones, in vulgus prodierint, iisdem Patribus legitime adscripta; ea C quidem collecta & rite disposita, reliquis Ecclesiæ scriptorum operibus intexta exhibere operæ pretium fuerit : quo videlicet, hac ratione adhibita, peculiares singulorum Patrum editiones, magno lectorum compendio, perficiantur.

II. Viro itaque præstantissimo prudenter graviterque monenti morem gessimus, gerendumque nobis in posterum profitemur : ac proinde ad complementum luculentæ Clementis Alexandrini editionis Oxoniensis, illud unum curavimus, ut ex Spicilegio Fabriciano [2] ejusdem Patris operum fragmenta excerperentur, quæ in ea vel Græce tantum exstant, vel omnino desiderantur. Recusa est quidem hac in urbe cum Fabricii additamentis Oxoniensis editio : sed quum editor Venetus Claudii Capperonnierii V. C. animadversiones [3] in quædam loca Clementina præterierit, quæ D præsentissimam emendationem efflagitabant; eapropter fragmenta eadem cum præfati viri eruditi notis aliisque observationibus, typis iterum consignandi consilium cepimus.

Heic tamen observare fas est, quod primum inter fragmenta Clementis Alexandrini Fabriciana, quæ in Oxoniensi editione fuerunt omissa, editum jampridem fuerat a Grabio [4], tamquam fragmentum Κλημεντίων, sive *Sermonum Pseudo-Clementis*. Et jure quidem. Nam Anastasius Sinaita unde illud Grabius Fabriciusque descripsere, textui Clementino ejusmodi verba præmittit : ὁ δὲ ἱερὸς καὶ ἀποστολικὸς διδάσκαλος Κλήμης, ἐν τῷ περὶ προνοίας καὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ πρώτῳ λόγῳ, τοιοῦτόν τι λέγει· ὥσπερ κ. τ. λ. „ Sanctus autem & apostolicus doctor Clemens, in primo sermone *de providentia & justo Dei judicio*, tale quid ait : „ *Quemadmodum* „ cet. Mox vero, Clementino loco recitato, ista subdit : ἤκουσας φωνῆς ἱερᾶς πατρὸς πατέρων διδασκούσης κ. τ. λ. „ Audiisti sacram „ vocem patris patrum, quæ docet „ cet. Quis porro non videat, insignia hujusmodi uni Clementi Romano rite congruere, non autem presbytero Alexandrino, quem *doctorem apostolicum* & *patrem patrum* nemo jure appellaverit? Adhæc, quotiescumque antiquis scriptoribus *Clemens* absque addito nominatur, non est cur quisquam dubitet, eos de *Romano* esse accipiendos : suo enim nomine is ab Alexandrino se distinguebat, ut optime cl. Fontaninus [5]. Quæ quum ita se habeant, mirari subit id non perspexisse vel præteriisse Fabricium; quem sane vel ab ipso Sinaita edoctum novisse oportebat, locum illum non Clementi Alexandrino, sed Pseudo-Clementi Romano fuisse tribuendum. Hinc suspicari liceat, fragmentum etiam IV. Fabricianum Pseudo-Clementi afferendum, licet in codice unde fuit descriptum *Clementi Alexandriæ presbytero* adjudicetur : siquidem illud quoque, perinde ac præcedens, ἐκ τοῦ περὶ προνοίας λόγου excerptum perhibetur. Haud equidem infitias ierim, Clementem quoque Alexandrinum scribere potuisse, aut etiam scripsisse *de providentia*, eo in primis nomine quod hoc de argumento fragmenta duo velut ex eo desumta inter opera S. Maximi occurrant [6] : sed ex Anastasii Sinaitæ auctoritate illud saltem consequitur, quod animus anceps hæreat num sint illa presbytero Alexandrino afferenda; quum ejus nomen inscitia vel vitio librariorum, ut sæpius contigisse constat, inscribi potuerit.

III. Illud insuper monendum existimamus, eruditissimum Joannem Lamium [7] Græce dudum evulgasse *Excerpta* III. ex opere, ut fertur, Clementis Alexandrini desumta, cui titulus ὅροι διάφοροι; de quorum tamen sinceritate noluit sibi sumere vir doctissimus ut judicium ferret, quum alias in hoc studiorum genere plurimum valeat. Sed illa demum parentem haud agnoscere Clementem Alexandrinum, quin potius fetum esse adul- E

1. Præfat. gener. §. IV. pag. IV.
2. *Fabric.* Spicil. PP. ad calc. tom. II. opp. Hippol. pagg. *66.* seqq.
3. *Capper.* Animadv. ad calc. tom. I. Thesaur. Canis. pag. *766.*
4. *Grab.* Spicil. tom. I. pag. 300.
5. *Fontan.* Hist. Litt. Aquil. lib. V. cap. X §. I. p. 324. Vid. infr. ubi *de Recognit.*
6. *Maxim.* opp. tom. II. pagg. 144. 152.
7. *Lami* Nov. Lett. di Firenz. 1760. numm. 37. 38. 39.

terinum in comperto est. Ea siquidem αὐτολεξεὶ occurrunt intexta duobus operibus inter pseudo-athanasiana relatis; quorum alterum inscribitur *de Definitionibus* [1], alterum *Quæstiones aliæ* [2]. His adde, Joannem Veccum apud Leonem Allatium [3] perspectum habuisse opus illud, ex quo sua profert Excerpta laudatus Lamius. Sic enim ille: Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις, ὥστε παντὸς ἀσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ θεολογίαν μετιέναι, κ. τ. λ. quæ est Lamiani codicis ipsissima inscriptio. Estque item inter Fabriciana fragmentum II. Vecci quidem exemplar, ut & codex Florentinus, Clementis Alexandrini nomen præfert. Sed hoc esse imposturæ librariorum tribuendum, illud satis evincit quod Anastasius Antiochenus Clementem, non Alexandrinum illum Origenis præceptorem, sed Romanum sanctorum Petri & Paulli discipulum, definitiones ecclesiasticas composuisse testetur his verbis [4]: Καὶ διὰ τοῦτο καὶ Κλήμης, ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει, πεποίηκεν ἰδιαζόντως ὅρους ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων ὡς φοιτητὴς καὶ θρέμμα γνήσιον τῶν ἁγίων Πέτρου, καὶ Παύλου μάλιστα τοῦ πανσόφου, καὶ ἀκούσας αὐτοῦ ἀποβαλλομένου, καὶ λίαν μισαττομένου. καὶ καθυβρίζοντος τὴν ἑλληνικὴν σοφίαν: „ Quamobrem præstantissimus ille sapientia „ & doctrina *Clemens* composuit proprias eccle- „ siasticorum *dogmatum definitiones*, tamquam ge- „ nuinus sanctorum Petri, & maxime sapientissi- „ mi Paulli discipulus, quum audiisset ipsum val- „ de repudiare ac detestari Græcanicam sapien- „ tiam. „ Qua de re vide sis Allatium in prolegomenis ad opera S. Joannis Damasceni apud Lequienium [5], ipsumque doctum Damascenicorum editorem [6]. Neque aliter sane ab Anastasio sensisse videtur anonymus auctor prioris opusculi pseudo-athanasiani modo memorati. Locum adi, si placet [7]. Quin igitur Pseudo-Clementi Romano *Definitiones* ejusmodi sint adscribendæ, mea quidem sententia, nullus relinquitur dubitandi locus. Nunc vero judicium ferat eruditus lector, quid demum sentiendum sit tum de Excerptis a V. C. Lamio evulgatis, tum etiam de fragmentis I. II. & IV. Fabricianis, Clementi Alexandrino adtributis. At de his satis.

CAPUT VIII.

DE

POLYCRATE

EPHESIORUM EPISCOPO.

SYNOPSIS.

I. POLYCRATES *ecclesiam Ephesinam sæculo* II. *desinente administrabat. Annum agens* LXV. *epistolam scripsit ad sanctum Victorem papam, in qua pascha celebrandum die* XIV. *primi mensis more Judaico profitetur. Ejus rei caussa ipsum ab Ecclesiæ unitate abscindere conatur Romanus pontifex. Sed pax interturbata Occidentales inter & Orientales, mox restituta est.*

II. *De hac dissensione veterum testimonia. Epiphanii textus mendosus. Quid de Sozomeno sentiant eruditi. Polycratis epistolæ fragmenta ex Eusebio prolata.*

I. POLYCRATES Ephesinam ecclesiam regebat anno 196. septemque sui generis episcopis octavum se accessisse testatur [8]: ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος. Utrum vero propinqui sui quorum meminit, omnes Ephesinæ urbis fuerint episcopi, an vero, quod potius crediderim, in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinuerint, non liquet. Annum agens LXV. epistolam scripsit ad sanctum Victorem papam, in qua de paschali solemnitate juxta Judæorum morem die XIV. primi mensis celebranda traditionem in Asia ad sua usque tempora propagatam exponit. Cujus quidem traditionis quum se tenaciorem quam par erat præbuerit Polycrates, ipsum tamquam a catholica doctrina dissidentem, ab Ecclesiæ unitate abscindere conatur Romanus pontifex, Eusebio teste [9]; datisque litteris denuntiat, universos qui illic erant fratres, a communione esse alienos. Verum pax interturbata, paullo post in integrum restituta est, sequestre Irenæo, ut auctor est Anatolius episcopus Laodicensis [10]: *Contentio quædam*, inquit, *exorta est inter eorum* (Petri & Paulli) *successores, Victorem scilicet Romanæ urbis eo tempore episcopum, & Polycratem qui tunc in episcopis Asiæ primatum gerere videbatur; quæ Irenæo tunc Galliæ partis præsule rectissime pacata est, utrisque partibus in sua regula perseverantibus, nec a cœpto antiquitatis more declinantibus.*

II. Hujusmodi Victorem inter & Asianos dissidii meminit etiam Epiphanius his verbis [11]: *De illius festi* (paschalis) *celebritate varii ecclesiasticæ disciplinæ tumultus ac contentiones obortæ sunt; præsertim Polycarpi ac Victoris ætate*, ἐν χρόνοις Πολυκάρπου καὶ Βίκτωρος, *quum Orientales ab Occidentalibus divulsi, pacificas a se invicem litteras nullas acciperent.* Ubi tamen pro *Polycratis*, perperam *Polycarpi* nomen irrepsisse nemo non videt. Eamdem emendationem tentavit in Sozomeno doctissimus Petrus de Marca [12]. Sed frustra, judice cl. Abbate de Longuerue [13]; quum Polycrates non fuerit Smyrnæ, sed Ephesi episcopus. Ait enim Sozomenus [14]: *Exortam olim de paschalis festi observatione controversiam sapientissime dissolvisse mihi*

1. *Athan.* opp. tom. II. pag. 243. num. 6. E.
2. Ibid. pag. 339. Quæstt. VIII. IX. & X.
3. *Allat.* Græc. orthod. tom. I. pag. 248.
4. *Anast.* Hodeg. cap. I.
5. *Lequien.* opp. Damasc. tom. I. pag. XXXIX. §. LXVII.
6. Id. ibid. pagg. 543. & 662.
7. *Athan.* opp. tom. II. pag. 242. num. 1.

8. *Polycrat.* apud Euseb. infra pag. 161.
9. *Eus[illegible].* Hist. eccl. lib. V. cap. XXIV.
10. [illegible] apud Bucher. de Doctr. temp. pag. 444. seq.
11. *Epiph.* Hær. LXX. §. IX. pag. 811.
12. *Marc.* de Conc. sacerd. & imper. lib. III. c. IX. §. IV. p. 268.
13. *L[illegible].* de var. epoch. vet. Orient. pag. 29.
14. *Sozom.* Hist. eccl. lib. V[illegible]. cap. XIX.

videtur Victor, tunc temporis Romanorum episcopus, & Polycarpus Smyrnæus, κ̀ Πολύκαρπον τὸν Σμυρναῖον. In eamdem sententiam Longuerueo præiverat Pearsonius [1]. Neque dissentit Coutantius [2]. Sed illustrissimi præsulis emendationem adstruit Baluzius [3]; eaque Lequienio [4] probatur.

Ceterum Polycratis epistolæ fragmenta Historiæ suæ intexuit Eusebius; ex quo ea descripsimus, & cum notis Valesii atque Coutantii protulimus.

CAPUT IX.

DE

S. THEOPHILO

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPO.

SYNOPSIS.

I. *Qua ætate claruerit* Theophilus. *Epistolam synodicam scripsit adversus eos qui luna* xiv. *pascha cum Judæis celebrabant.*

II. *Exstant Acta quædam Synodi Cæsariensis a Theophilo celebratæ. Varia virorum doctorum de his Actis sententia. Recitantur ex edito Bucheriano.*

I. Theophilus, Victori & Polycrati æqualis, ecclesiam Cæsareæ Palæstinæ sub Severo principe administrabat. *Adversum eos qui* xiv. *luna cum Judæis pascha faciebant*, verba sunt Hieronymi [5], *cum ceteris episcopis synodicam valde utilem composuit epistolam*. Qua de re fusius Eusebius [6]; qui & paullo post [7], verba quibus claudebatur eadem epistola, recitat, nobis suo loco relata.

II. Synodi Cæsariensis sub Theophilo celebratæ, Acta quædam exstant apud Bedam [8]: quæ licet Dodvvello [9], Tillemontio [10], Coutantio [11] aliisque nonnullis suspecta & illegitima videantur; ea tamen tamquam genuina recipiunt Baronius [12], Bucherius [13] atque alii complures, neque dissentiunt Valesius [14] & Caveus [15]: ut proinde haud otiosum fuerit Acta illa heic saltem in medium proferre ex edito Bucheriano, quod minus obvium habeatur; licet sinceriora existimet Baluzius, quæ ipsemet ex antiquis libris vulgavit [16]. In exemplari quidem Bucherii ejusmodi Acta *Philippo* cuidam tribuebantur. Nimirum *Theophili* nomen fuerit inscriptum: sed exesis duabus prioribus syllabis, interpres vel librarius *Philippi* legendum esse censuerit. Utcumque sit, Bedam sequimur qui ea Theophilo nostro adscribit, neque aliter codex Oxoniensis apud Caveum. Sic autem se habent:

EPISTOLA THEOPHILI

DE PASCHA.

„ Post resurrectionem vel ascensionem Domini Salvatoris, Apostoli quomodo pascha deberent observare, nihil ordinare potuerunt; quia dispersi per universum mundum, ad prædicandum fuerunt occupati. Sed quacumque die, xiv. luna mense Martio fuisset, pascha celebrabant. Post transitum ergo de hoc mundo omnium Apostolorum, per singulas provincias diversa tenebant jejunia. Nam Galli quacumque die, viii. Kalendas Aprilis fuisset, quando Christi resurrectio tradebatur, semper pascha celebrabant. In Italia vero alii viginti dies ante jejunabant, alii septem. Orientales vero, sicut Apostolos facere viderant, ut supra dictum est, xiv. luna, mense Martio, pascha tenebant. Quum ergo hæ tales observationes per singulas provincias tenerentur, (unde mœror erat sacerdotibus, eo quod quibus una fides recta tenebatur, eorum dissentirent jejunia) tunc papa Victor Romanæ urbis episcopus direxit auctoritatem ad Theophilum, Cæsariensem Palæstinæque antistitem, ut quomodo pascha recto jure a cunctis catholicis celebraretur ecclesiis, inibi fieret ordinatio, ubi Dominus & Salvator mundi fuerat in carne versatus.

„ II. Percepta itaque auctoritate prædictus episcopus, non solum de sua provincia, sed etiam de diversis regionibus omnes episcopos evocavit. Ubi quum illa multitudo sacerdotum convenit, tunc Theophilus episcopus protulit auctoritatem ad se missam papæ Victoris, & quid sibi operis fuisset injunctum ostendit. Tunc pariter omnes dixerunt episcopi: Nisi prius agnoscamus, quomodo mundus a principio fuerit instructus, nihil poterit de observantia paschæ salubriter ordinari. Dixerunt ergo episcopi: Quem diem credimus factum fuisse in mundo primum, nisi dominicum diem? Theophilus episcopus dixit: Probate quæ dicitis. Responderunt episcopi: Secundum scripturæ divinæ auctoritatem [a], *Factum est vespere, & factum est mane dies primus*; deinde secundus, tertius, quartus, quintus, sextus & septi-

a *Gen.* I. 5.

1. *Pearson.* opp. post. Differt. II. cap. xix. §. III. p. 304.
2. *Coutant.* Epistt. Rom. Pont. pag, 102.
3. *Baluz.* ad Marcam l. c.
4. *Lequien.* Or. Christ. tom. I. pag. 673.
5. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. xliii.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. xxiii.
7. Id. ibid. cap. xxv.
8. *Bed.* de Æquin. vern. opp. tom. II. pag. 232.
9. *Dodw.* ad opp. Pearson. Differt. sing. §. 6. pag. 95.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. III. pag. 632. not. II. sur S. Victor.
11. *Coutant.* Epistt. Rom. Pont. pag. 93.
12. *Baron.* ad ann. 197. §. I.
13. *Bucher.* de Doctr. temp. pag. 469.
14. *Valef.* ad Euseb. lib. V. cap. xxv.
15. *Cav.* Hist. Lett. tom. I. pag. 96.
16. *Baluz.* in nov. collect. Conc. pag. 13. sive tom. I. Conc. edit. Venet. Labb. pag. 606.

mus. In quo septimo requievit Dominus ab A omnibus operibus suis: quem diem, Sabbatum appellavit. Ergo quum novissimo die signet Sabbatum, quis potest esse primus, nisi dominicus dies?

„ III. THEOPHILUS episcopis dixit: Ecce de dominico die, quia primus sit, probastis: de tempore quid dicitis? quatuor enim tempora in anno accipiuntur, Ver, Æstas, Autumnus, vel [1] Hiems. Quod ergo tempus primum creditis factum in mundo? Episcopi responderunt: Vernum. THEOPHILUS episcopus dixit: Probate quod dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est [a]: *Germinet terra herbam fœni secundum genus suum, & lignum fructiferum ferens fructum.* B Hæc [2] enim Veris temporibus accipitur. THEOPHILUS episcopis dixit: In quo caput mundi esse creditis? in principio temporis, an in medio temporis, aut in fine? Episcopi responderunt: in æquinoctio, VIII. Kalendas Aprilis. THEOPHILUS episcopis dixit: Probate quæ dicitis. Et illi responderunt: Scriptum est [b]: *Quia fecit Deus lucem, & vocavit Deus lucem, diem: & fecit Deus tenebras, & tenebras vocavit noctem: & divisit inter lucem & tenebras æquas partes.* THEOPHILUS episcopis dixit: Ecce de die vel tempore vel de loco probastis; de luna quid vobis videtur? utrum crescentem, aut jam plenam C an imminutam fuisse a Deo [3] consecratam? Episcopi responderunt: Plenam. Et ille dixit: Probate quod dicitis. Episcopi responderunt: Dicit Scriptura divina [c]: *Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit in firmamento cæli, ut luceant super terram: luminare majus in inchoatione diei, & luminare minus in inchoatione noctis.* Non poterat aliter, nisi fuisset plena. Nunc ergo investigavimus, quomodo in principio factus fuerit mundus, id est, die dominica, verno tempore, in æquinoctio, quod est VIII. Kalendas Aprilis, luna plena. Per ipsum tantummodo tempus & elementa resurgunt.

„ IV. THEOPHILUS episcopis dixit: Nunc igitur D agendum est de ordinatione, quomodo debeamus pascha tenere. Episcopi dixerunt: Numquid potest dies dominicus præteriri, ut in eo pascha minime celebretur, qui tot & talibus benedictionibus sanctificatus est? THEOPHILUS dixit [4]: Dicite ergo, quibus & qualibus benedictionibus eum fuisse sanctificatum asseritis, ut scribere possimus. Episcopi dixerunt: Prima illi benedictio est, quod in ipso tenebræ sint remotæ, & lux apparuit. Secunda est illi benedictio, quod de terra Ægypti, velut de tenebris peccatorum, quasi per fontem baptismi, per mare rubrum populus fuerit liberatus. Tertia [5] illi benedictio est, quia in eodem die cælestis cibus, Manna hominibus datum est. Quarta illi benedictio est, quia Moyses mandat ad populum [d]: *Sit vobis observatus dies primus & novissimus.* Quinta illi benedictio est, ut [6] in centesimo decimo septimo Psalmo dicitur [e]: *Circumdederunt me sicut apes favum, & exarserunt sicut ignis in spinis.* De resurrectione autem Domini dicit [f]: *Hæc est dies quam fecit Dominus: exsultemus & lætemur in ea* [7], *usque ad cornu altaris.* Sexta illi benedictio, quia in ipsa Dominus resurrexit.

„ V. Vides igitur, quia dies resurrectionis dominicus, singulariter in pascha præcipitur teneri. THEOPHILUS dixit: De tempore autem, ad Moysen mandatum est a Deo [g]: *Hic mensis erit vobis initium mensium: pascha facite in eo.* Omnes ergo triginta dies a Domino consecrati sunt. Episcopi dixerunt: Jam superius dedimus responsum, Principium mundi esse æquinoctium, VIII. Kalendarum Aprilium. Et ab VIII. Kalendarum Aprilium, usque in octavum Kalendas Majas, legimus esse consecratas [8]. THEOPHILUS episcopis dixit: Et impium non est, ut passio dominica, tantum sacramenti mysterium, extra limitem excludatur? PASSUS NAMQUE EST DOMINUS AB UNDECIMO KALENDAS APRILIS, QUA NOCTE A JUDA EST TRADITUS, ET AD OCTAVUM KALENDAS APRILIS RESURREXIT. Quomodo ergo tres dies extra terminum excluduntur? Omnes episcopi dixerunt: Nulla ratione fieri debet, ut tantum sacramentum extra limitem excludatur; sed hi tres dies intra terminum inducantur, & [9] deinde usque in undecimum Kalendas Maii subter retrahere.

„ VI. Constitutum est ergo in illa synodo, ut ab undecimo Kalendas Aprilis usque in undecimum Kalendas Maii pascha debeat observari; & nec ante nec postea cuicumque constitutum limitem transgredi sit facultas. Similiter & de luna præceptum dominicum teneatur, quod mandatum est per Moysem [h]: *Sit vobis observata a quartadecima luna, usque vicesimam primam.* Has ergo octo lunas similiter in paschate tenendo constat fuisse consecratas. Quando ergo sit intra illum limitem, ab undecimo Kalendas Maii, dies dominicus, & luna ex illis octo sanctificata est, pascha nobis jussum est celebrare. „ Huc usque THEOPHILI epistola, prout exstat apud Bucherium.

a Gen. I. 11. *b Gen.* I. 4. 18. *c Gen.* I. 16. *d Exod.* XII. 16. *e Psalm.* CXVII. 12. *f* Ibid. ℣. ℣. 24. 27. *g Exod.* XII. 2. *h Exod.* XII. 18.

1. Apud Bedam deest *vel*. Apud Baluz. *&*.
2. Baron. *Hoc autem*. Baluz. *Hæc enim verno tempore videmus fieri*.
3. Apud Baron. al. *concreatam*.
4. Apud Baluz. THEOPH. *ep. dixit: Quibus aut quantis benedictionibus, apertius dicite; ut scire possimus quas sanctificationes in eo asseritis, ut scribere possimus*. Apud Bedam tamen, ut edit. Bucher.
5. Hæc desunt apud Baluz.
6. Apud Baluz. „ quia centesimus decimus septimus Psalmus totus de passione & resurrectione cantatur. De passione: *Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicabor in eis. Circumdederunt me sicut apes favum, & exarserunt sicut ignis in spinis*. Et interjectis versibus: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli*. Hæc de passione. De resurrectione autem dicit: „ cet.
7. Apud Baluz. „ *lætemur in ea*. Et interjectis versibus: *Constituite diem solemnem in condensis frequentantibus in cornu altaris*. „ Sequentia plurimum discrepant ab edito Bucheriano.
8. Apud Baron. *consecratas* (dies). Baluz. *usque ad octavum Kalendas Maii, et sunt triginta dies in pascha consecrati*.
9. Baluz. *& ut [illegible] reducantur*.

CAPUT X.

DE S. SERAPIONE EPISCOPO ANTIOCHENO.

SYNOPSIS.

I. *Quo tempore Antiochenam ecclesiam susceperit gubernandam* Serapion. *Antiochenorum episcoporum chronotaxis Eusebiana reformanda.*

II. *Serapionis scripta recensita, quorum duo tantum superant fragmenta: alterum ex ejus epistola de Cataphrygarum haeresi, ad Caricum & Ponticum: alterum ex libro de Evangelio Petri.*

III. *Socratis testimonium, unde liquet, scripsisse quoque Serapionem contra haeresim Apollinaris. Anno Christi* CCXI. *sanctus Pater decessisse videtur.*

I. Serapion *octavus Antiochiae episcopus ordinatur*, inquit Eusebius in Chronico [1]; ejusque ordinationem anno Christi CXC. Commodi X. illigat. Paullo aliter Hieronymus, Eusebium affectatus; qui *undecimo Commodi imperatoris anno* ecclesiam Antiochenam regendam suscepisse Serapionem scribit [2]. Sed Eusebium errasse docet Lequienius [3]. Siquidem Maximinum Serapionis decessorem, Theophilo in sede Antiochena successisse anno M. Aurelii XVII. perperam tradit, Theophilus enim tres libros ad Autolycum confecisse comperitur sub Commodo, ut ex brevi chronico liquet, quod iisdem libris subjecit. Ibi enim M. Aurelii mortem designat his verbis: *Verus imperavit annis* XIX. *menses* X. adeoque Commodo ejus filio imperante Theophilus adhuc sedebat episcopus. Sic igitur V. C. episcoporum Antiochenorum chronotaxim Eusebianam reformandam existimat. Theophilus sextus ab Apostolis ecclesiae Antiochenae antistes, non nisi anno Christi CLXXVII. sub M. Aurelio sedere incepit, usque ad annum CLXXXVI. Commodi VI. quo ipsum excepit Maximinus. Quum autem hic ex eodem Eusebio XIII. annorum spatio ecclesiae Antiochenae praefuerit, diem obierit postremum oportuit anno CXCIX. ut proinde Serapionis episcopatus initia in VII. vel VIII. Severi annum omnino incidant. Hinc jure Dodvvello videtur Eusebius annos quibus sederint episcopi Antiocheni, nullos habuisse compertos [4].

II. Epistolam scripsit Serapion de Cataphrygarum haeresi ad Caricum & Ponticum, sive Pontium: utraque enim ratione nomen istud apud Eusebium Valesianum effertur, licet Hieronymus *Pontium* appellet. Ejus fragmentum recitat idem Hieronymus [5] ex Eusebio [6]; qui etiam variorum episcoporum subscriptiones eidem epistolae intextas refert: unde aliquo in concilio fuisse illam exaratam arguit Tillemontius [7]. „ Multa quidem „ alia, subdit Eusebius [8], Serapionis doctrinae „ monumenta penes alios exstare credibile est. „ Ea tamen ad nos pervenerunt, quae scripsit ad „ Domninum quemdam, qui persecutionis tempore a fide Christi ad Judaeorum superstitionem „ desciverat. — Praeterea liber de Evangelio „ Petri, quae in eo falsa erant coarguens. Quem „ quidem librum composuit in gratiam quorumdam ex Rhossensi paroecia, qui occasione illius „ evangelii ad doctrinam a recta fide alienam de„ clinaverant. „ Haec Eusebius. qui & ex hoc postremo Serapionis libro excerpta quaedam suae Historiae intexuit. Unde nos quoque illa descripsimus, atque alteri fragmento ex epistola modo laudata desumto adjecimus.

III. Illud autem haud praeterire licet, quod de nostro Serapione tradit Socrates [9]: ejus nimirum testimonio, sicut & antiquiorum theologorum Irenaei, Clementis & Apollinaris Hierapolitani, confirmatam fuisse in concilio Alexandrino sub sancto Athanasio contra haeresim Apollinaris, catholicam fidem qua credimus Verbum Dei corpus animatum sumsisse: quam quidem veritatem, inquit Socrates, *hi Patres communi omnium consensu receptam suis in libris asserunt*. Supremum diem clausisse fertur Serapion anno CCXI. Antonini Caracallae I. licet annos XXV. regiminis ecclesiastici eidem tribuant Nicephorus CP. & Syncellus, Eusebium forte secuti.

1. *Euseb.* Chron. pag. 172.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XLI.
3. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 703.
4. *Dodwell.* Differt. IV. Iren. §. XXXVI. pag. 365.
5. *Hieron.* l. c.
6. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XIX.
7. *Tillem.* Mem. eccl. tom. III. pag. 168.
8. *Euseb.* Hist. lib. IV. cap. XII.
9. *Socrat.* Hist. eccl. lib. III. cap. VII.

CAPUT XI.

DE

ACTIS SS. PERPETUÆ ET FELICITATIS MM.

SYNOPSIS.

I. *De horum* Actorum *editis & mss.*
II. Perpetua *&* Felicitas *an Tuburbitanæ.*
III. *Non Tuburbii, sed Carthagine martyrium passæ noscuntur.*
IV. *Tempus passionis inquiritur.*
V. *De horum Actorum auctore, seu potius collectore. An Tertullianus?*
VI. *Non fuit Montanista: contra Valesium.*
VII. *Exploditur iterum commentum de auctoris Montanismo.*
VIII. *De harum martyrum cultu, & memoria.*
IX. *Ejusmodi Acta adversus Samuelem Basnagium a viro doctissimo dudum vindicata. Quanti facienda sint. Acta proconsularia deinceps omittenda.*

Ex Actis Martyrum sinceris V. C. Theoderici Ruinart, *pag. 77. seqq.*

I. Multum desiderata, & frustra in variis bibliothecis diu conquisita Acta germana sanctarum Perpetuæ & Felicitatis, invenit tandem studiosissimus sacræ antiquitatis indagator, Lucas Holstenius, in codice ms. sacri monasterii Casinensis: unde eruta & Romæ vulgata, eadem postea cum ejusdem Holstenii notis, Parisiis edidit Henricus Valesius. Nos vero ea proferimus ex duobus codicibus mss. cum eadem editione collatis: quorum unus est Ecclesiæ Salisburgensis; cujus codicis varias lectiones sapientissimi viri Antonii Faure theologi Parisiensis & Remensis ecclesiæ præpositi beneficio accepimus: alter vero qui ad annos 800. accedit, est bibliothecæ nostri monasterii sancti Cornelii Compendiensis. Invenimus etiam in schedis Mabillonii nostri excerpta ex iisdem Actis non contemnenda; sed e quo codice ea descripta sint, non indicatur. Porro in iis locis in quibus codices mss. inter se se vel ab editis diffident, & tamen utraque lectio ferri potest, varietatem in notulis apposuimus, ne temere in tam pretioso Ecclesiæ monumento aliquid immutasse videremur. Eadem etiam cautela usi sumus, si quando in mss. codicibus ubi eadem Acta vitiata habentur, aliquid notatu dignum occurrit.

II. Tria inquirit eruditus Valesius in præfatione ad hæc Acta. Primo, ubinam hæ mulieres sanctæ passæ sint. Secundo, quo tempore martyrium consummarint: ac tandem quisnam horum Actorum auctor, seu potius collector fuerit: de quibus omnibus etiam heic paucis agendum est. Quod ad primum attinet, priusquam sincera harum martyrum Acta reperta fuissent, nemo fere in dubium revocabat, quin eædem ipsæ fuerint, quas sub *Sanctarum Tuburbitanarum* nomine varii auctores celebrabant. Id persuadebat, præter quorumdam, etiam veterum, Martyrologiorum auctoritatem, Acta quæ sub Perpetuæ & Felicitatis nomine circumferebantur, in quibus eas Tuburbii passas fuisse disertis verbis expressum erat: & quamvis in his Actis nonnulla viris eruditis vitiosa ac depravata viderentur, nullus tamen de loco martyrii hactenus quæstionem moverat. Verum quum Holstenianæ editionis occasione res exactius discuteretur, aliter viris doctioribus visum est, ac præ ceteris Henrico Valesio; qui libratis quæ ex utraque parte afferri poterant momentis, has martyres, non Tuburbii, sed Carthagine martyrium consummasse asseveranter pronuntiavit. Hanc sententiam probat V. C. tum ex ipsis Actis, tum etiam ex antiquorum scriptorum auctoritate. Ex Actis evincitur has martyres proconsulari potestate damnatas fuisse: ac proinde, ut ait, non Tuburbii in Mauritania, quum in ea provincia nullum jus proconsules haberent. Verum, ut in nova editione Augustiniana observatum est, quum duplex fuerit Tuburbium in proconsulari provincia situm, atque in alterutra earum civitatum fortassis amphitheatrum esset; quumque ex iis una, *Tuburbium majus* diceretur; parum valet ea Valesii ratio: nisi dicatur, Martyrologia fere omnia *Tuburbium in Mauritania* expressisse.

III. Certius est argumentum quod ex auctoritate veterum, qui de sanctis Perpetua & Felicitate scripserunt, deducitur. Nam præterquam quod Victor Vitensis eas *Carthagine in basilica majori sepultas fuisse* affirmat [1]; Prosper in Chronico Labbeano, Beda in libro *de sex ætatibus mundi*, immo & in Martyrologio sincero, (quamvis illud quod sub ejus nomine circumfertur, aliter habeat) Regino, Rabanus in Martyrologio, aliaque bene multa Martyrologia, cum edita tum mss. ut videre est apud Bollandianos ad diem vii. Martii, expressis verbis has sanctas martyres apud Carthaginem passas fuisse afferunt. Nec reponere juvat, ab Augustino in sermone xxxii. a Sirmondo edito, qui est novæ editionis cccxlv. has martyres *Tuburbitanas* appellari: nam in codice ms. ex quo desumtus est iste sermo, non *Tuburbitanarum*, ut correxit Sirmondus, sed *Suburbitarum* legitur. Diceret forte aliquis, eas *Suburbitanas* fuisse dictas, quod in suburbio Carthaginis passæ fuissent. Sed etsi detur, hunc locum recte a Sirmondo emendatum fuisse, nihil inde contra Valesii sententiam deduci potest. Fatetur quidem, de Tuburbitanis martyribus heic Augustinum agere; at negat plane eas esse Perpetuam & Felicitatem: de quibus alias sæpe agens Augustinus, numquam eas Tuburbitanas, sed proprio semper nomine *Perpetuam & Felicitatem* appellavit. Contendit vero vir eruditus, *Tuburbitanarum* nomine heic a sancto Augustino Maximam, Donatillam ac Secundam designatas fuisse, quæ quidem Tuburbii sub Valeriano & Gallieno imperatoribus passæ dicuntur. Et quidem id Valesii commentum confirmari posset ex vetusto Kalendario Carthaginiensi apud Mabillonium, ubi sanctarum Tu-

1. *Vict. Vit.* de persecut. Vandal. lib. I. cap. III. pag. 5. edit. Paris. 1694.

burbitanarum festum recolitur III. Kalendas Augusti: quo die, nusquam Perpetua & Felicitas; Maxima vero & sociæ in omnibus Martyrologiis mortem obiisse referuntur.

IV. Diu non immorabimur in assignando tempore, quo istæ beatæ martyres passionem consummarunt. Acta & Martyrologia, quæ eas sub Valeriano & Gallieno passas fuisse referunt, vel ex eo convincuntur falsi, quod Tertullianus qui in libro *de Anima*, Perpetuæ meminit, diu ante horum imperatorum tempus e vita excesserit. Melius itaque in Martyrologio genuino Bedæ, aliisque antiquis, id martyrium ad Severi imperatoris tempus revocatur: quibus Acta sincera consentiunt; siquidem ibi [1] sanctæ martyres *die natali Getæ Cæsaris* bestiis objectæ sunt: quod anno Christi CCII. aut sequenti, Idibus Martii contigisse existimamus.

V. Inquirendum tandem quisnam fuerit horum Actorum auctor, seu potius collector; quum eorum maximam partem a Perpetua & Saturo scriptam fuisse nemo infitiari possit. Id opus Tertulliano attribuit auctor epistolæ Biturigibus scriptæ ad Henricum Valesium: quod ut probaret, collatis multis Actorum locis cum aliis Tertulliani operibus, ostendit eumdem omnino stilum, easdem loquendi formulas, ac etiam sæpius eadem verba in utrisque reperiri. An vero rem omnino evincat, alii judicabunt.

VI. At Valesio assentiri non possum, hæc Acta a Montani sectatore, quisquis ille fuerit, collecta fuisse existimanti. Id tamen certissimis indiciis colligere sibi videtur vir eruditissimus. Quæ quidem indicia hæc sunt, quod auctor ille novas prophetias recipere se profiteatur, & eas veteris Testamenti prophetiis longe anteponat. Id probat ex collectoris ipsius verbis, qui sic in præfatione loquitur: *Itaque & nos qui sicut prophetias, ita & visiones novas pariter repromissas & agnoscimus & honoramus.* Et paullo ante dixerat: *Sed viderint qui unam virtutem Spiritus unius sancti pro ætatibus judicent temporum, quum majora reputanda sint novitiora quæque ut novissimiora.* Verum etsi hæc verba primo aspectu Montani errores sapere videantur; si tamen paulo accuratius dispiciantur, nihil in ipsis contineri nisi orthodoxum & fidei catholicæ plane consonum reperies. Non enim iste auctor visiones novissimas cum Scripturis canonicis, ut putavit Valesius, sed solummodo cum veterum martyrum visionibus & revelationibus comparat; asseritque non minori veneratione habendas esse quæ suo tempore, quam quæ priscis temporibus, id est primo aut secundo Ecclesiæ sæculo, contigerant: immo & aliquatenus has novas revelationes majori studio suscipiendas esse dicit, quum exempla eo efficaciora sint, quo magis præsentia: tum deinde quod hæ novissimæ visiones, quæ aliquando veteres futuræ erunt, aliqua auctoritate fulciendæ essent, ut a posteris crederentur. Id patet ex eadem ipsius auctoris tota præfatione, ubi ne unum quidem verbum de Scripturæ sacræ cum visionibus martyrum comparatione habetur. *Si vetera*, inquit, *fidei exempla —— propterea in litteris sunt digesta, ut lectione eorum, quasi repensitatione rerum, & Deus*

A *honoretur & homo confortetur; cur non & nova documenta æque utrique caussæ convenientia & digerantur?* cet. Porro etsi iste auctor harum martyrum visiones, ex iis quas Deus per Joelem repromiserat, existimaverit; non tamen inde consequitur, quod eas Scripturis sacris æquipararit: sicut nec Ecclesia fidelium dicta vel scripta inter has Scripturas canonicas computavit, quamvis non dubitaret ab eo processisse, a quo alii dantur genera linguarum, alii prophetiæ, alii sermo sapientiæ, aliis alia dona, quæ laudato Joelis testimonio prænuntiata & promissa fuisse certum est.

VII. Sed ne fortassis aliquos moveant auctoris
B præfationis verba, qui eas visiones quasi divinitus inspiratas laudat; ea de re audiendus est Augustinus, qui licet expressis, ut ajunt, verbis has Perpetuæ visiones a canone Scripturarum excludat [2]; eas tamen *divinas revelationes* appellat, atque a fidelibus religione honorandas asserit [3]: *Exhortationes earum*, inquit, (Perpetuæ & Felicitatis) *in* DIVINIS REVELATIONIBUS, *triumphosque passionum cum legerentur, audivimus; eaque omnia verborum digesta & illustrata luminibus aure percepimus, mente spectavimus, religione honoravimus, caritate laudavimus.* De iisdem visionibus, pluribus aliis in locis agit Augustinus, quas in ecclesia publice lectas fuisse testatur [4]. Sed tandem ut uno
C verbo rem conficiam, qua ratione hæreticus & Montani sectator, ad communionem cum his feminis servandam suos adhortaretur, quas in catholicorum, quos Psychicos vocabant, communione obiisse sciebant? Nec id poterant ignorare ii ad quos hæc auctor scribebat: siquidem eos qui martyrio præsentes fuerant, alloquitur: *Annuntiamus*, inquit, *vobis fratres & filioli, ut & vos qui interfuistis, rememoremini gloriæ Domini*, cet. Sed de his satis. Jam paucis de illis quæ in harum martyrum laudes a variis auctoribus dicta sunt, agendum est.

VIII. Celebris semper fuit in ecclesia, præsertim
D Africana, sanctarum Perpetuæ & Felicitatis memoria; in quarum die natali tres tractatus sanctum Augustinum habuisse testatur Possidius in *Indiculo*, qui in nova editione sunt Sermones CCLXXX. CCLXXXI. & CCLXXXII. Aliquamdiu hæsi, an hos Sermones integros huc proferrem. At quum in omnium fere manibus habeantur Augustini opera, visum est satis si iis omissis, ea quæ ad Acta peculiarius referuntur, in notulis ad textum adnotarem [6]. Pluribus aliis in locis de iisdem martyribus earumque sociis agit idem sanctus Doctor. *Fortissimæ Perpetuæ & commartyrum* meminit Tertullianus lib. *de Anima* cap. LV. ut jam diximus. Omnia Martyrologia earum festum ad diem VII. Martii referunt, qua die hactenus apud nos ce-
E lebratur. Memorantur præterea earum nomina in canone Missæ Romanæ, in vetustissimo Sacramentario Gallicano, quod edidit noster Mabillonius [5]. Item in canone Missæ Sacramentarii Gregoriani, quamvis harum sanctarum festivitas inter alias ibi notatas non habeatur, quod fortassis ea tempore Quadragesimæ contingat. Abest etiam a vetustissimo Kalendario Mabilloniano ecclesiæ Africanæ: sed quum ex Augustino certum sit, earum festivitatem ejus tempore celebratam fuisse; dicendum, quod si in eo

1. Act. passion. &c. cap. XVI.
2. *Aug.* lib. I. de Anim. & ejus origin. ad Renat. cap. X. num. 12. & lib. III. ad Vincent. cap. IX. num. 12. — Vid. infr. Veter. testim. pag. 169.
3. Id. Serm. I. nov. edit. CCLXXX. tom. V. pag. 1134. —— Vid. ibid. pag. 167.
4. *Id.* Serm. CCLXXXII. —— Infra Serm. III. pag. 168.
5. *Mabill.* tom. I. Mus. Ital.
6. Hos sermones Augustinianos cum reliquis veterum testimoniis, typis excudendos curavimus, primam editionem Holstenii Romanam secuti.

Tuburbitanarum nomine non designentur, Kalendarium A istud integrum non sit, in quo re vera Februarii dies duodecim, ac Martius & Aprilis menses integri desiderantur. Quod autem earum festivitas etiam primis temporibus Romæ celebrata fuerit, patet ex Missali Gelasii & ex antiquo Martyrologio Bucheriano, ubi hæc habentur: *Nonis Martii Perpetuæ & Felicitatis Africæ*. Idem habent cetera Martyrologia, cum vetera, tum recentiora. Celebrantur cum sociis in Menologio Græcorum Basilii imperatoris die II. Februarii. Harum reliquiæ tempore Vandalicæ persecutionis ex Africa Romam delatæ dicuntur, quas postmodum exinde Rodulfus Biturigensium archiepiscopus accepit sæculo IX. easque in monasteriis Doverensi & Bellilocensi ab ipso B conditis deposuit. Certe hodieque monachi Benedictini, qui destructa Dovera Virsionem migrarunt, se beatæ Perpetuæ reliquias habere gloriantur.

Sed jam ipsa Acta proferenda sunt: quæ quantum ex nostris codicibus emendatiora prodeant, quisque, si ea cum editis conferre voluerit, facile animadvertet. Id certe spernendum non est, quod *Saturnini* nomen & martyrium eorum ope restituerimus. Huc usque Cl. Ruinartius.

IX. Verum hac de re perlegere præstat eruditam *Dissertationem apologeticam*, quam *pro sanctarum Perpetuæ, Felicitatis & sociorum martyrum orthodoxia adversus Samuelem Basnagium*, edidit Florentiæ anno 1728. C doctissimus Josephus Augustinus Orsi O. P. postea in collegium S. R. E. cardinalium cooptatus.

Jam vero quanti facienda sint ejusmodi Acta, eo potissimum nomine quod maximam eorum partem perscripserunt S. Perpetua ejusque commilito Saturus, decernit magnus Baronius his verbis [1]: „ Quid „ sanctus Hieronymus de Pamphili martyris scri„ ptis ait? *Si enim*, inquit [2], *lætitia est*, *unam* „ *epistolam habere martyris*; *quanto magis tot* „ *millia versuum*, *per quæ mihi videtur sui san*„ *guinis signasse vestigia?* Si hæc ipse de illo, „ qui tamen non sua scripsit, sed ab Origene elu„ cubrata descripsit: quid de martyrum & confesso„ rum scriptis dicendum est, in quibus sua ipsorum „ inesse verba, etsi alia exscripta manu typisve ex„ pressa, noscuntur? Pluris namque facienda sunt „ ea quæ martyr concepit, & ore protulit, & sti„ lo exaravit, licet aliena manu exscripta vel cu„ sa legantur, quam quæ, quum alterius sint, mar„ tyr suo chirographo exaravit.

Heic vero nostra refert lectores monere, nos huic volumini Acta sincera martyrum Scillitanorum & cetera hujusmodi quæ proconsularia vocantur, haud intexuisse; propterea quod ea litteris non consignarint Ecclesiæ scriptores, quorum potissimum monumenta nobis colligenda, ut bibliothecæ nostræ fert inscriptio. Sic nos admonuit vir ille judicio ac eruditione præstans, cujus superius ubi de Clemente Alexandrino, meminimus; a quo proinde vel minimum diffidere nobis religio est. Eapropter Acta martyrum præsidialia deinceps omittemus, quorum collectio alterius est instituti; eaque dumtaxat proferemus in posterum, quæ auctores ecclesiasticos agnoscunt.

C A P U T XII.

D E

A P O L L O N I O.

S Y N O P S I S.

I. Apollonius *an episcopus Ephesinus? Hac de re silent antiquiores, qui neque ipsius genus neque patriam produnt. Quid de eo Eusebius.*

II. *Observationes nonnullæ in textum Eusebianum. Quo tempore Apollonius adversum Cataphrygarum hæresim scripserit. Eusebii erratum a Valesio animadversum.*

III. *De veterum traditione ab Apollonio relata, qua Dominus Apostolis suis præcepisse perhibetur,* D *ne intra duodecim annos excederent Hierosolymis. Quo pacto eam accipiendam censeant recentiores doctissimi.*

IV. *Contra Apollonium Tertullianus scripsisse comperitur.*

I. Apollonius, Montanistarum acerrimus impugnator, Ephesinam rexit ecclesiam, si fides auctori *Prædestinati*. Sic enim ille de Montanistis verba faciens [3]: *Scripsit contra hos sanctus Soter papa urbis, & Apollonius Ephesiorum antistes*. Quem quidem scriptorem, sublestæ sane fidei, sequitur, cunctabundus licet, cl. Lequienius; eique innixus, nostrum Apollonium proxime post Polycratem illi ecclesiæ præfuisse existimat [4]. Verum quum de Apollonii episcopatu sileant antiquiores, E Eusebius atque Hieronymus, neque ipsius genus aut patriam aut officium uspiam prodant; nos iis tantum inhæremus, quæ in vetustiorum monumentis memoriæ commendata novimus. Hæc itaque habet Eusebius [5]: „ Apollonius ecclesiasticus scriptor „ Cataphrygarum hæresim adhuc sua ætate vigen„ tem refutare aggressus, peculiare adversus eos vo„ lumen condidit, tum falsas prophetias quæ ab il„ lis circumferuntur verbatim expendens, tum vi„ tam moresque eorum qui hæresis illius auctores „ fuerunt, discutiens. „ Mox, nonnullis ex hoc Apollonii opere fragmentis in medium allatis quæ nos exinde collegimus, hæc subdit: „ Ceterum hic „ ipse Apollonius in eodem libro testatur, tunc „ quum hæc scriberet, annum quadragesimum fuis„ se, ex quo Montanus adulterinam illam prophe„ tiam commentus fuerat. Addit præterea, Zoti„ cum illum cujus a priore scriptore facta est men„ tio [6], quum jam Maximilla Pepuzis se prophe„ tare simularet, supervenientem dæmonem quo il„ la agitabatur, coarguere instituisse: verum ab aliis „ qui idem cum illa sentiebant, esse cohibitum. „ Meminit etiam cujusdam Thraseæ, qui circa hæc „ tempora martyr fuit. Ad hæc tamquam ex ve„ terum traditione hæc refert, Dominum Apostolis „ suis præcepisse, ne intra duodecim annos Hiero-

1. *Baron.* ad ann. 253. §. XCVI.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXXV.
3. *Prædest.* hær. XXVI.
4. *Lequien.* Or. Christ. tom. I. pag. 674.
5. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XVIII.
6. Vid. *Euseb.* l. c. cap. XVI.

solymis excederent. Utitur quoque testimoniis ex Joannis Revelatione depromtis; mortuumque Ephesi ab eodem Joanne per divinam potentiam suscitatum esse narrat. Multa denique alia scribit, quibus perniciosissimum illum errorem abunde & luculentissime confutavit. „ Hæc Eusebius: quæ ideo protulimus, ut operis Apolloniani conspectus nobis quodammodo pateat, iis præcipue additis quæ suo loco ex eodem Eusebio reddidimus.

II. Verum in iis quæ modo recitavimus ex Historico Cæsariensi, unum alterumve observandum occurrit. Et primum quidem, Apollonium adversus Cataphrygarum hæresim scripsisse, quadragesimo anno ab illius exortu, seu ex quo Montanus pseudoprophetiam suam disseminare cœperat. *ὡς ἄρα τεσσαρακοστὸν ἐτύγχανεν ἔτος ἐπὶ τὴν τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ γραφὴν, ἐξ οὗ τῇ προσποιήτῳ αὐτοῦ προφητείᾳ ὁ Μοντανὸς ἐπικεχείρηκε.* Igitur postremis Septimii Severi annis, circa Christi annum CCX. aut CCXI. scripserit Apollonius.

Deinde haud abs re fortasse fuerit advertere, scriptorem illum anonymum quem *priorem* vocat Eusebius, quique *Zotici* meminisse perhibetur, *Asterium Urbanum* esse intelligendum, qui Zoticum episcopum Comanensem memorat in iis quæ ex ipsius opere contra Montanistas superant, nobis in limine vol. III. nostræ bibliothecæ adducenda. Ad quem quidem locum hæc apposite adnotat eruditus Valesius: „ Jam videor mihi deprehendisse, quam ob caussam Eusebius Apollonium hunc post anonymum illum scriptorem, de quo superius (lib. V. capp. XVI. & XVII.) actum est, collocaverit. Quum enim anonymus ille testetur, quatuordecim annis post Montani & Maximillæ obitum libros suos scripsisse; hic autem quadraginta annis antequam scriberet, Montanum prophetiam suam invexisse: putavit Eusebius, Apollonium anonymo illo scriptore recentiorem esse. In quo tamen, meo quidem judicio, longe falsus est. Etenim Apollonius Montano adhuc superstite cum insanis suis vatibus Priscilla & Maximilla, librum suum composuit, ut ex his fragmentis quæ profert Eusebius, elicitur: idque non uno loco; ut quum dixit, *ἡ προφῆτις ἡμῖν εἰπάτω τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον, τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μάρτυρα· ᾧ συνεστιᾶται· ᾧ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί.* Et paullo post de eodem Alexandro, *ὃν ὁ προφήτης συνόντα πολλοῖς ἔτεσιν ἀγνοεῖ.* Ex quibus verbis apparet, & Alexandrum & Montanum ipsum ac Maximillam adhuc vixisse, quum hæc scriberet Apollonius. Neque enim ait Apollonius, quadraginta annos effluxisse ab obitu Montani ad tempus quo ista scribebat: sed id tantum dicit, quadraginta annis antequam ipse ad scribendum accederet, Montanum pseudo-prophetiam suam invexisse. Ponamus igitur, Montanum anno ætatis tricesimo fabulam suam inchoasse. Quum Apollonius contra ejus sectam scriberet, vix Montanus septuagesimum annum excesserat. Maximillam autem & Priscillam non statim ab ipso sui erroris exordio Montanus comites habuit; sed eas diu postea prophetiæ suæ retibus implicuisse ac decepisse mihi videtur. „ Hæc V. C. In eamdem Valesii sententiam concessit postea Tillemontius [1].

III. Illud præterea in allato loco Eusebiano animadversione dignum occurrit, Apollonium tamquam ex veterum traditione referre, Dominum Apostolis suis præcepisse, ne intra duodecim annos Hierosolymis excederent: *ἔτι δὲ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν Σωτῆρά φησι προστεταχέναι τοῖς αὐτοῦ ἀποστόλοις, ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ.* Observat Pearsonius [2], eamdem traditionem legi apud Clementem Alexandrinum [3], qui eam ex *Petri Prædicatione*, libro quidem apocrypho, sed vetustissimo, desumtam profert his verbis: *ἐὰν μὲν οὖν τις θελήσῃ τοῦ Ἰσραὴλ μετανοήσας διὰ τοῦ ὀνόματός μου πιστεύειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἀφεθήσονται αὐτῷ αἱ ἁμαρτίαι. Μετὰ δώδεκα ἔτη ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον, μή τις εἴπῃ, οὐκ ἠκούσαμεν.* „ Si quis igitur ex Israele pœnitentia ductus, per nomen meum in Deum velit credere, remittentur ei peccata. Post duodecim annos egredimini in mundum, ne quis dicat: non audivimus. „ Hinc forte traditionem quam recitat, hauserit & Apollonius: ut proinde hujus antiqui theologi sententiam, ex traditione majorum, ut ipse ait, acceptam, viri doctissimi Baronius [4] & Tillemontius [5] insuper habendam aut mitius accipiendam jure censuisse videantur. Eam tamen Bacchinius V. C. ingeniose satis propugnare aggressus est: neque otiosum fuerit ipsum loquentem audire. Sic igitur ille [6]: „ Mirum est, inquit, quanto consensu Chronologi & rerum ecclesiasticarum recentes scriptores ab antiquissimi auctoris *Apollonii* traditione recesserint; qui Eusebio teste [7], *ajebat tamquam ex traditione, Servatorem præcepisse suis Apostolis ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ, ne intra duodecim annos Hierosolymis excederent.* Plura autem sunt, ex quibus dissensus auctorum ab Apollonii traditione efficitur. Primo, quod Christi Domini mortem anno vulgaris æræ XXIX. quæ veterum Patrum sententia fuit, consignare nolunt, postponuntque quatuor vel quinque annis. Verum vetus sententia doctissimis Chronologis rursus placere cœpit, quos proinde hæc difficultas minime urget. Secundo, quod Antiochenæ ecclesiæ initia communi omnium consensu ponantur ante admissos ad baptismum Gentiles, & fundata credatur Tiberio adhuc imperante, vel paullo post. Tertio, quod intra duodecimum a Christi ascensione annum Petrus & Joannes narrentur missi ab Hierusalem in Samariam, ut illis qui ex circumcisione baptizati fuerant, manus imponerent. Quarto, quod Paullus narret [a] se quum primo Hierosolymam ascendit videre Petrum, aliorum Apostolorum vidisse neminem præter Jacobum fratrem Domini. Henschenius admittens veterum sententiam de Christo duobus Geminis Coss. crucifixo, remotoque ob id priori obice, Apollonii traditionem admittit [8]: at ut ab aliis se expediat, Hierosolymorum nomine non modo Judæam ac Palæstinam, sed Syriam universam intelligit; quo Antiochenæ ecclesiæ initia cito consignet, anno videlicet vulgari XXXIII. Sed & annorum duodecim spatium Apollonio traditum, ad undecim annos contrahit, numerans duodecimum anno currente XL. Vidit hoc C. V. Daniel Papebrochius [9]; qui quum Christi ascensionem anno vulgari XXXIV. connectat, nec Henschenio consentiat Hierusalem nomine Syriam

a *Gal.* I. 18. 19.

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. II. pagg. 426. 440. Vide quoque pag. 670. not. VI.
2. *Pearson.* Lect. IV. in Act. Apost. §. XI. pag. 61. inter ejus opp. post.
3. *Clem. Alex.* Strom. lib. VI. pag. 636.
4. *Baron.* ad ann. 44. §. XXII.
5. *Tillem.* Mem. tom. I. not. VI. sur S. Matth. pag. 649.
6. *Bacchin.* dissert. de Eccl. Hier. origin. part. I. cap. III. §. III. pag. 192. seq.
7. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XVIII.
8. *Hensch.* Appar. ad Chronol. pontif. Exercit. III.
9. *Papebr.* Conat. chron. hist. Differt. II. de Sedib. Antioch. & Rom. num. 2.

„ universam intelligenti, Apollonii traditionem admittit, quatenus vel Apollonius ipse vel Eusebius erraverit, qui pro anno secundo, duodecimum scripserit, urgetque argumentum ex Paulli primo Hierosolymam adventu desumtum. A

„ Mihi vero alias quam soleat Apollonii traditio intelligenda videtur, & admittenda: nec enim video, cur majorem fidem mereatur Eusebius, (qui tamen Apollonii traditionem refert, non refellit) quam Apollonius, priori Apostolorum ætati multo Eusebio proximior. χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ, quod *Hierosolymis excedere, discedere, abire* interpretantur viri docti, mihi est *ab Hierusalem segregari, separari, sejungi:* & integram sententiam verto: *Ajebat tamquam ex traditione, Servatorem præcepisse suis Apostolis, ne intra duodecim annos a Hierosolymis segregarentur. Separari* autem, *segregari, sejungi* idem esse intelligo, ac alteram ecclesiam fundare, quæ a Hierosolymitana minime penderet; quatenus intra duodecim annos, & Apostolorum collegium cui Petrus præerat, tamquam novæ Legis synedrium majus Hierosolymis tantum sederet, ac unus Hierusalem episcopus ceteris præsideret, si quæ ecclesiæ intra terræ fines, synedriaque minora quæ postmodum Presbyteria vocata sunt, constitui oporteret. Constituere autem principem alteram ecclesiam, ubi Apostolorum quispiam sederet, fieri non poterat, quin & alibi Apostolici collegii jurisdictio plenissime exerceretur, & quin sola desineret esse Hierosolymitana ecclesia quæ ceteris præesset; quod *segregari, sejungi separarique* a Hierusalem erat, ubi pro Judæorum more jurisdictionis plenitudo & apex. Id itaque, Apollonio tradente, fieri Apostolis prohibitum ante duodecim ab ascensione annis. —— Hoc sensu Apollonii traditione intellecta, & Christi morte duobus Geminis Coss. consignata, minime obstat quod Petrus & Joannes a Hierosolymis missi sint in Samariam: quin sententiam confirmat; inde enim missi ubi apostolici synedrii sedes, illuc, peractis quæ a communi statuto decreta fuerant, rediere: nec quod Paullus primo Hierosolymam veniens, præter Petrum & Jacobum, neminem Apostolorum viderit; quum potuerint Apostoli Hierosolyma abesse, nec tamen, modo explicato a Hierusalem separari. Præterquam quod Paullus loco allegato ait, se neminem Apostolorum de Christi doctrina allocutum, quam Gentilibus suo tempore disseminandam, a Christo immediate didicisset, minime autem Apostolos absuisse dicit. At enim ex Apollonii traditione hoc modo intellecta sequitur contra communem omnium sensum, Antiochenæ ecclesiæ initia ad duodecimum ab ascensione annum differenda. Plane sequitur: verum minime ob id traditio antiquissima est rejicienda; quum aliunde differendi rationes urgeant, heic adjiciendæ. „ cet. Hactenus vir eruditus: cujus quidem sententiam aliis dijudicandam relinquimus. B

IV. Iis vero quæ ex veterum monumentis de Apollonio edisseruimus, illa quoque addenda videntur, quæ sanctus Hieronymus de ipso scribens tradit his verbis [1]: *Tertullianus sex voluminibus adversus Ecclesiam editis, quæ scripsit* περὶ ἐκστάσεως, *septimum proprie adversus Apollonium elaboravit, in quo omnia quæ ille arguit, conatur defendere.* C

CAPUT XIII.

DE

S. ALEXANDRO

HIEROSOLYMORUM EPISCOPO ET MARTYRE.

SYNOPSIS.

I. Alexander *primum in Cappadocia episcopus, quamnam ecclesiam rexerit. Ad sedem Hierosolymitanam translatus divinitus.*

II. *Post iteratam fidei confessionem illustrem, vir decora senectute conspicuus in carcerem martyr occubuit anno Domini* CCLII. *quum ecclesiam Hierosolymitanam administrasset annis circiter* XL. D

III. *In Aeliæ urbe bibliothecam insignem instruxit Alexander. Varias quoque scripsit epistolas: ad Antinoitas, ad Antiochenses, ad Origenem, & pro Origene contra Demetrium. Harum fragmenta ex Eusebio depromta.*

Alexandrum prius in Cappadocia episcopum fuisse ordinatum, scribit Eusebius [2]; qui tamen urbis in qua ille sederit, nomen reticet. Neque aliter Hieronymus [3]. Flaviadis episcopum fuisse Alexandrum statuunt Valesius & Tillemontius [4], ex Jure Græco-Romano [5]: cujus tamen textus verba ita corrupta existimavit Wesselingius [6], ut ipsi ambigendum non videatur, quin hac in parte non sit peccatum. Utcumque sit, *Antonini Caracallæ anno* II. *Christi* CCXIII. ut habet Eusebius in Chronico [7], *Alexander tricesimus quintus Jerosolymarum episcopus ordinatur adhuc vivente Narcisso, & cum eo pariter ecclesiam regit.* Rem fusius alibi enarrat idem episcopus Cæsariensis. „ Interea, inquit [8], quum Severus decem & octo annis imperium tenuisset, Antoninus (*Caracalla*) filius (*ejus*) in ejus locum successit. Qua tempestate Alexander, unus ex eorum numero qui in persecutione (*Severi*) fortiter certaverant, & qui post gloriosa confessionis certamina divina providentia fuerant reservati, quem nos Hierosolymorum episcopum fuisse paullo ante retulimus, ob insignem Christianæ fidei confessionem ad supra dictum episcopatum promotus est, Narcisso qui E

1. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. XL.
2. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XI.
3. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXII.
4. *Tillem.* Mem. tom. III. pag. 415.
5. *J. Gr. Rom.* tom. I. pag. 295.
6. *Wessel.* Probabil. lib. cap. XIII. pagg. 106. seqq.
7. *Euseb.* Chron. ad ann. MMCCXXVIII.
8. Id. Hist. eccl. lib. VI. cap. [illegible]

„ prius ibi fuerat episcopus, adhuc superstite. „ Et paullo post [1] : „ Verum quum propter extremam senectutem ministerium suum obire (*Narcissus*) amplius non posset, supra dictum Alexandrum alterius ecclesiæ episcopum divina dispensatio per revelationem quamdam quæ illi in somnis apparuerat, ad participandum cum Narcisso sacerdotis officium evocavit. Hac igitur visione tamquam divino admonitus oraculo Alexander, quum ex Cappadocia in qua primum episcopus fuerat ordinatus, Hierosolyma profectus fuisset, tum orandi tum locorum visendorum gratia : fratres illius ecclesiæ humanissime eum excipientes, reverti posthæc in patriam non siverunt. „ cet.

II. Nonnullis demum interjectis hæc subdit [2] : „ In Palæstina autem Alexander Hierosolymorum episcopus, rursus propter Christum ad præsidis tribunal adductus, quum ex secunda hac confessione (*sub Decio*) magnam gloriam retulisset, Cæsareæ in carcerem conjectus est : vir decora senectute & veneranda canitie conspicuus. Qui quum post præclaram atque illustrem Christianæ fidei confessionem in præsidiali judicio editam, tandem in custodia animam exhalasset, Mazabanes in ejus locum episcopus Hierosolymorum renuntiatus est. „ Hactenus Eusebius. De martyrio ipsius Alexandri eadem refert Dionysius Alexandrinus ad Cornelium papam scribens : „ Quod, inquit [3], ad Alexandrum spectat, is in carcerem A „ conjectus beato exitu defunctus est. „ *μακάριος ἀνεπαύσατο* ; sive ut Hieronymus [4], *martyrio coronatur*. Pretiosa ejus mors consignatur anno Domini CCLII. in Chronico Eusebiano [5] : ut proinde Hierosolymitanam ecclesiam administrarit annis circiter XL.

III. Pietate ac doctrina præstans Alexander inter cetera clarissima monumenta nobilem bibliothecam in Aeliæ urbe quam regebat, exstruxit, in quam præsertim congessit virorum ecclesiasticorum epistolas, qui ea tempestate litteris excellentes florebant : quæ quidem bibliotheca Diocletiani incendio haud conflagrasse comperitur, ut advertit Baronius [6] : B nam testatur Eusebius [7] ad sua usque tempora integram adhuc perdurasse, atque inde uberrimam materiam ad suam historiam ecclesiasticam contexendam se collegisse grato animo profitetur.

Neque vero suis etiam scriptis Ecclesiam illustrare destitit Alexander. Aliquot enim epistolas scripsit ad Antinoitas, ex quarum una fragmentum recitant Eusebius [8] atque Hieronymus [9]. *Scripsit & aliam ad Antiochenses per Clementem presbyterum Alexandriæ*, dum vinctus in carcere detineretur : *nec non ad Origenem, & pro Origene contra Demetrium* : verba sunt Hieronymi l. c. Harum Epistolarum fragmenta, prout exstant apud Eusebium [10], cum notis cl. Valesii suo loco in medium C adduximus.

CAPUT XIV.

DE

CAJO ROMANO

PRESBYTERO.

SYNOPSIS.

I. Cajus, *sancti Irenæi contubernalis, an domo Corinthius. Ecclesiæ Romanæ presbyter, & episcopus Gentium. De Caji presbyteratu & episcopatu, Dodvvellus & Fabricius minus belle opinati esse videntur. Rectius Bacchinius.*

II. *Quo tempore claruit auctor, vir disertissimus. Disputationem scripsit adversus Proculum Cataphrygarum sectatorem. Ex veterum & recentiorum sententia opus eidem asseritur*, parvus Labyrinthus *inscriptum*.

III. *Scripsisse quoque Cajus* de Canone sacrarum scripturarum *existimatur : in ea fortasse disputatione, quam habuit adversus Proculum Montanistam*. D *Hujusce argumenti fragmentum acephalum, haud ita pridem vulgatum, adducitur : ipsique variis conjecturis tribuitur ab editore Muratorio* V. C. *cujus monitum exhibetur*.

IV. *Observationes nonnullæ tum in allatum fragmentum, tum in monitum Muratorianum subjiciuntur*.

I. CAJUS, vel Gajus, una cum sancto Irenæo conversatus fuisse, *ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ*, ex subscriptione Actorum martyrii S. Polycarpi existimatur [11]. Ex qua quidem subscriptione fuisse ipsum domo Corinthium, & cum Irenæo Romam profectum conjicit Moynius [12] : sed præter rem, ut censent eruditi Historiæ litterariæ Gallicæ auctores [13]. Illud certius ex Photio [14], fuisse Cajum Romanæ ecclesiæ presbyterum, ordinatumque & Gentium episcopum. *Τοῦτον τὸν Γαΐον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας· —— χειροτονηθῆναι δὲ αὐτὸν τῶν ἐθνῶν ἐπίσκοπον*. Mirum sane Dodvvellum conjectasse [15], Cajum Romanæ ecclesiæ *presbyterum*, propter ipsas *traditiones* quas conservarit, appellatum : quum præter Photii testimonium, Eusebius quoque *virum ecclesiasticum*, *ἐκκλησιαστικὸν ἄνδρα*, illum nomi- E net [16]. Neque minus mirari subit visum fuisse Fabricio [17], apud Photium pro *ἐθνῶν ἐπίσκοπον* legendum esse *Ἀθηνῶν* : adeo ut, hac lectione fidenter admissa, fuisse Cajum Atheniensem episcopum securus pronuntiet. Quis porro nesciat ab initio rei

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XI.
2. Id. ibid. cap. XXXIX.
3. *Dionys. Alex.* apud Euseb. Hist. eccl. lib. VI. cap. XLVI.
4. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXII.
5. *Euseb.* Chron. ad ann. MMCCLXVII.
6. *Baron.* ad ann. 253. §. CXXV.
7. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XX.
8. Id. ibid. cap. XI.
9. *Hieron.* l. c.
10. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. capp. XI. XIV. XIX.
11. Vid. tom. I. nostr. Biblioth. pag. 622.
12. *Moyn.* ad Var. sacr. pagg. 937. 940.
13. Hist. Litter. de la Franc. tom. I. part. I. pag. 356.
14. *Phot.* Bibl. cod. XLVIII.
15. *Dodw.* Dissert. III. Iren. §. XXXI. pag. 284.
16. *Euseb.* Hist. eccl. lib. II. cap. XXV.
17. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. V. pag. 267.

Christianæ in more positum institutoque majorum A
fuisse, ut episcopi crearentur qui nulli certæ eccle-
siæ præsiderent? ,, In ecclesiis ex Gentibus tantum
,, fundandis (verba sunt Bacchinii V. C. [1]) Pe-
,, trum successoresque pontifices priores, id servas-
,, se compertum, ut episcopi crearentur, antequam
,, Gentiles quibus illi præesse debebant, converte-
,, rentur. Id ex veteribus & sincerioribus eccle-
,, siarum monumentis liquido constat. Missi sunt
,, plures episcopali charactere insigniti a Petro &
,, successoribus in Italiæ, Hispaniarum, Britanniæ,
,, Africæ, Galliarum regiones, qui ecclesias sibi con-
,, stituerent, Gentilibus ad veritatis lumen conversis.
,, Ita in oriente ubi Judæi frequentes degebant, con-
,, versis ex circumcisione & præputio dati sunt epi- B
,, scopi; in occidente, ubi Judæi vel rari vel eo-
,, rum nullus, episcopi creati qui Gentiles con-
,, verterent. Ibi ecclesiæ episcopos receperunt:
,, heic episcopi, quas regerent ecclesias fundarunt.
,, Ordinatos propterea primis Ecclesiæ temporibus
,, in occidente, non modo certæ Gentis quæ in
,, fide erudiri deberet, sed etiam creatos non cer-
,, tæ Gentis nec certæ regionis episcopos novimus,
,, qui Gentibus prædicantes, ubi consisterent ibi
,, certam sibi sedem fundarent. Ejus rei, & post
,, apostolica tempora in moribus positæ, & ab A-
,, postolis procul dubio fluentis, certum documen-
,, tum exhibet Photius [2]. — Id nempe ab initio
,, obtinuerat, ut hujusmodi evangelii emissariis, C
,, orbis Gentilium ad Christum converteretur, qui
,, Romanæ sedis tamquam metropolis colonias fun-
,, darent in occidente, de quibus Innocentius I.
,, epist. ad Decentium Eugubinum hæc habet: *Le-*
,, *gant si in his provinciis alius Apostolorum in-*
,, *venitur, aut legitur docuisse. Quod si non le-*
,, *gant, quia nusquam invenitur, oportet eos hoc*
,, *sequi quod Romana ecclesia custodit, a qua eos*
,, *initium accepisse non dubium est.* ,, Hactenus
vir doctus. Sed hac de re Tillemontium quoque
consulas [3] velim.

II. Claruit Cajus, vir disertissimus, *λογιώτατος ἀνὴρ* [4], sub Zephyrino Romanæ urbis episcopo, D
ut post Eusebium [5] tradit sanctus Hieronymus [6],
Antonino Caracalla imperante, id est, sæculo III.
ineunte, sive circa æræ vulgaris annum CCXII. In-
ter ejus scripta celebratur Disputatio adversus Pro-
culum Montani sectatorem, quam *valde insignem*
Doctor maximus; *accuratam*, *σπουδαίαν*, Photius
appellat [7]: cujus fragmenta ex Eusebio descri-
psimus.

Stilum item strinxisse Cajus adversus Artemonis
hæresim, suamque lucubrationem *parvum Labyrin-*
thum inscripsisse, ex veterum monumentis perhi-
betur. Hujus quidem scripti tria insignia fragmen-
ta nobis servavit Eusebius [8]; qui tamen tum au-
ctoris nomen, tum operis titulum reticet. Hinc E
nonnulli apud Theodoritum [9] Origeni opus per-
peram tribuisse noscuntur. Sic enim ille: *Κα-*
τὰ τῆς τούτων αἱρέσεως ὁ σμικρὸς συνεγράφη Λαβύ-
ρινθος, ὅν τινες Ὠριγένους ὑπολαμβάνουσι πόνημα·
ἀλλ' ὁ χαρακτὴρ ἐλέγχει τοὺς λέγοντας. ,, Contra
,, istorum (Artemonis & Theodoti coriarii) hæ-
,, resim conscriptus est *parvus Labyrinthus*, quem
,, nonnulli Origenis opus esse putant: sed eos qui
,, hoc dicunt, stilus redarguit. ,, Neque aliter
Photius [10]. Plerique tamen recentiorum genuinum
fetus parentem Cajum agnoscunt. Jamque rem con-
fecisse videtur Pearsonius his verbis [11]: ,, Quin scri-
,, ptor qui adversus Artemonis hæresim sub Zephy-
,, rino scripsit, idem fuerit cum eo qui sub Anto-
,, nino Severi filio disputationem cum Proculo Mon-
,, tanista iniit, nempe Cajus, dubitari non debet.
,, Quamvis enim Eusebius nec nomen auctoris nec
,, libri titulum ex quo excerpta verbatim trans-
,, scripsit, commemoret; titulum tamen libri co-
,, gnoscimus *μικρὸν Λαβύρινθον* fuisse. Nam non
,, tantum Nicephorus affirmat [12], *τὸν μικρὸν εἰρη-*
,, *μένον Λαβύρινθον* redarguisse absurditatem Arte-
,, monis & Theodoti, quam beatus Victor depu-
,, gnavit; sed & Theodoretus [13] trium pericoparum
,, apud Eusebium summam ex *parvo Labyrintho*
,, deducit, de Theodoto agens. *Parvum* autem
,, hunc *Labyrinthum* Photius *Γαΐου πόνημα* agno-
,, scit [14], *τῇ ἀληθείᾳ αὐτοῦ συντεταχότος*, *quod*
,, *re vera ille composuit*, qui & *διάλεξιν* contra
,, Proculum Montanistam edidit. ,, Hactenus vir
eruditus. Haud velim tamen omittas quæ in eam-
dem sententiam observant doctissimi viri, Tillemon-
tius [15], Historiæ litterariæ Gallicæ auctores [16],
nec non Wesselingius [17].

III. Tribus hujusce operis excerptis Eusebianis
quæ cum notis Valesii & Coutantii protulimus,
fragmentum acephalum *de Canone sacrarum scri-*
pturarum addidimus, haud ita pridem a cl. Mu-
ratorio evulgatum: cujus proinde monitum heic
apponere operæ pretium existimamus. Sic autem
se habet [18]: ,, Adservat Ambrosiana Mediolanen-
,, sis bibliotheca membranaceum codicem, e Bo-
,, biensi acceptum, cujus antiquitas pæne ad an-
,, nos mille accedere mihi visa est. Scriptus enim
,, fuit litteris majusculis & quadratis. Titulus præ-
,, fixus omnia tribuit Joanni Chrysostomo, sed
,, immerito. Mutilum in principio codicem de-
,, prehendi. — Ex hoc ergo codice ego decerpsi
,, fragmentum antiquissimum, ad Canonem divi-
,, narum scripturarum spectans. Nulli diligentiæ
,, peperci ut ejus auctorem detegerem, simulque
,, rescirem num hactenus editum fuerit. Nisi me
,, fefellerunt oculi, aut complurium librorum
,, defectus quem non semel doleo, nusquam de-
,, prehendi evulgatum; ac propterea spes mihi su-
,, perest, fore ut libentius a lectoribus excipia-
,, tur, ac præcipue quod antiquitatem redoleat
,, maxime venerabilem. Si conjecturam meam ex-
,, serere fas est, in illam opinionem feror, tri-
,, buenda hæc esse CAJO *ecclesiæ Romanæ presby-*
,, *tero, qui sub Victore & Zephyrino pontifici-*
,, *bus*, teste Photio [19], hoc est, qui circiter an-
,, num Christi CXCVI. floruit. Disputationem Caji
,, istius *disertissimi viri, habitam Romæ tempori-*
,, *bus Zephyrini adversus Proclum quemdam Ca-*
,, *taphrygarum hæresis propugnatorem*, memorat

1. *Bacchin.* de Eccl. Hierarch. origin. part. I. cap. III. §. XIX. pag. 266.
2. *Phot.* Bibl. cod. XLVIII. ubi de Cajo cujus loci verba modo retulimus.
3. *Tillem.* Mem. tom. II. pag. 233. art. V. sur la persecut. d' Adrien.
4. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XX.
5. Id. ibid. lib. II. cap. XXV.
6. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LIX.
7. *Phot.* l. c.
8. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XXVIII.
9. *Theodor.* Hæret. fab. lib. II. cap. V. pag. 200.
10. *Phot.* l. c.
11. *Pearson.* opp. post. Differt. II. cap. I. §. III. pag. 148.
12. *Niceph.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XX.
13. *Theodor.* l. c.
14. *Phot.* l. c.
15. *Tillem.* Mem. tom. III. pag. 176.
16. Hist. litter. de la Franc. tom. I. part. I. pag. 359.
17. *Wesseling.* lib. Probabil. cap. XXI. pagg. 173. 177.
18. *Murat.* Antiqq. Ital. med. æv. tom. III. pag. 851. seqq.
19. *Phot.* Bibl. cod. XLVIII.

,, Eusebius Cæsariensis [1]; in qua ille dum adver- A
,, sariorum in componendis novis scripturis teme-
,, ritatem & audaciam sugillat, τῶν τοῦ ἱεροῦ Ἀπο-
,, στόλου δεκατεσσάρων μόνων ἐπιστολῶν μνημονεύει, τὴν
,, πρὸς Ἑβραίους μὴ συναριθμήσας ταῖς λοιπαῖς· ἐπεὶ
,, καὶ εἰς δεῦρο παρὰ Ῥωμαίων τισὶν, οὐ νομίζεται τοῦ
,, Ἀποστόλου τυγχάνειν: *tredecim tantum divini*
,, *Apostoli recenset epistolas, eam quæ ad Hebræos*
,, *inscripta est, cum reliquis non adnumerans. Sa-*
,, *ne hæc epistola etiamnum a quibusdam Roma-*
,, *nis Apostoli esse non creditur*. Sanctus Hiero-
,, nymus totidem fere verbis, de Cajo isto lo-
,, quens [2], reddidit sententiam Eusebii: nisi quod
,, addit *disputationem a Cajo habitam sub Ze-*
,, *phyrino Romanæ urbis episcopo, id est sub An-* B
,, *tonino Severi filio*; ac propterea secundum il-
,, lum Cajus hæc scripserit circiter annum vulga-
,, ris epochæ CCXII. Addit etiam de eadem epi-
,, stola: *Sed & apud Romanos usque hodie quasi*
,, *Paulli Apostoli non habetur*; quum tamen Eu-
,, sebius tantum scripserit *apud quosdam Romanos*.
,, Photius quoque l. c. auctor est, Cajum *trede-*
,, *cim dumtaxat beati Paulli epistolas enumeras-*
,, *se, non recepta in censum quæ est ad Hebræos*.
,, Ille quoque hæc ab Eusebio hausit. Ceterum
,, non est hujus loci recensere, quibus auctoribus
,, & rationibus in canonem sacrarum scripturarum
,, merito recepta deinde ab omnibus fuerit epi-
,, stola ad Hebræos, de qua idem sanctus Hiero- C
,, nymus ad Evagrium scribens, dicit: *Quam om-*
,, *nes Græci recipiunt, & nonnulli Latinorum*.
,, Ita quæstionem hanc jamdiu versarunt ac illu-
,, strarunt viri doctissimi, ut rursus eamdem agi-
,, tare velle, supervacaneum foret.

,, Illud quod ad me spectat, arripio. Hippo-
,, lytus quoque Portuensis episcopus, Caji supra
,, laudati æqualis, Photio teste [3], sensit *episto-*
,, *lam ad Hebræos non esse Paulli Apostoli*. Im-
,, mo ne temporibus quidem sancti Hieronymi
,, Romana ecclesia illam inter canonicas Apostoli
,, Paulli epistolas receperat. Quum ergo eam omi-
,, serit Cajus presbyter Romanus, scriptor anti-
,, quissimus, ceteras recensens; veri videtur si- D
,, mile eidem Cajo tribuendum esse fragmentum
,, infra evulgandum, in quo prætermissam pla-
,, ne videas epistolam ad Hebræos [4]. Accedit &
,, alterum robustius argumentum. Memorat hic
,, scriptor [5] celebrem Hermæ librum, titulo *Pa-*
,, *storis* inscriptum his verbis: *Pastorem ve-*
,, *ro* NUPERRIME TEMPORIBUS NOSTRIS *in Ur-*
,, *be Roma Herma conscripsit, sedente cathedra*
,, *Urbis Romæ ecclesiæ Pio episcopo, fratre ejus*.
,, Jam inter eruditos constat, Hermam floruisse
,, ad dimidium sæculi a Christo nato secundi. Et
,, certe si tunc Romanam cathedram tenuit Pius I.
,, Papa, illius frater; is librum *Pastoris* scripsisse
,, dicendus est circiter annum Christi CL. At nos E
,, supra vidimus, Cajum Romanum presbyterum
,, vixisse circiter annum CXCVI. & nihil obstat,
,, quin antea hæc scripserit. At quando fragmenti
,, auctor testatur, Hermam *nuperrime temporibus*
,, *nostris* librum Pastoris conscripsisse: quemnam
,, opportunius quam eumdem Cajum fragmenti
,, ipsius parentem fuisse conjicias? Tandem scri-
,, bit fragmenti auctor [6]: *Apocalypsim etiam Joan-*
,, *nis & Petri, tantum recipimus, quam quidam*
,, *ex nostris legi in Ecclesia nolunt*. Recte hæc in
,, Caji tempora conveniunt. Eusebius enim *Apo-*
,, *calypsim Petri* inter dubios quidem libros recen-
,, set [7], non tamen abjicit velut hæreticorum fe-
,, tum. Eodem quoque testante, Clemens Alexan-
,, drinus eadem Apocalypsi est usus, non secus
,, ac Epistola Barnabæ. Sozomenus pariter nos
,, monuit [8], hanc Apocalypsim *in quibusdam ec-*
,, *clesiis Palæstinæ usque adhuc singulis annis se-*
,, *mel legi*.

,, Temporibus etiam Caji ipsius circumferebatur
,, epistola spuria Paulli Apostoli *ad Laodicenses*,
,, a sancto Hieronymo & Theodoreto explosa,
,, quam Marcion hæresiarcha in subsidium sui de-
,, lirii adhibuit, uti nos docet sanctus Epipha-
,, nius [9]. At præter hanc ex ipso fragmento nunc
,, discimus, alteram Paullo suppositam fuisse, nem-
,, pe *ad Alexandrinos*, cujus nescio an quisquam
,, alius meminerit. Quum vero *Apocalypsim Paul-*
,, *li*, ab Augustino & Sozomeno memoratam,
,, scriptor hic nequaquam recenseat; confirmatur
,, sententia Joannis Ernesti Grabii, qui censuit [10]
,, erupisse hanc imposturam sæculo dumtaxat Ec-
,, clesiæ Christianæ IV. Heic quoque videas me-
,, morari *librum Psalmorum* a Valentino hæresiar-
,, cha elaboratum. Unus Tertullianus, quod sciam,
,, istos indicavit, scribens [11]: *Nobis quoque ad hanc*
,, *speciem Psalmi patrocinabuntur, non quidem apo-*
,, *statæ & hæretici & Platonici Valentini, sed san-*
,, *ctissimi & receptissimi prophetæ David*. Quis
,, vero fuerit *Miltiades* ille hæreticus, sive *Mil-*
,, *tiades* cujus est mentio in hoc fragmento, di-
,, vinent alii. Profecto non fuerit *Miltiades* rhe-
,, tor, ab Eusebio ac Hieronymo laudatus, qui
,, sub Antonino Commodo multa scripsit pro ca-
,, tholica Ecclesia. Age vero jam proferamus frag-
,, mentum ipsum e vetustissimo codice Ambrosia-
,, no decerptum, atque illud eruditorum omnium
,, examini subjiciamus, nullum demendo ex erro-
,, ribus, quibus librariorum imperitia scripturam
,, saturavit atque fœdavit: quamquam nihil ii ob-
,, stent, quo minus pretium rei intelligamus. ,,
Huc usque doctissimus Muratorius.

IV. Post tanti viri judicium liceat & nobis nonnullas observationes adiicere, quibus ejus sententia magis magisque firmetur. Et primum quidem illud advertimus, fragmenti auctorem ex eo quod haud recenseat inter scripturas canonicas epistolam ad Hebræos, apprime referre sive sodalem sive discipulum Irenæi, Cajum nimirum ecclesiæ Romanæ presbyterum, ut superius ostendimus. Siquidem sanctus ille Lugdunensis antistes, teste Stephano Gobaro tritheita apud Photium [12], eamdem epistolam perinde non admittebat. Heic tamen haud omittendum edicere, a primis Christianæ religionis temporibus Clementem Romanum Paulli Apostoli συνεργὸν [a], adeoque Romanam ecclesiam, canonicam illius epistolæ auctoritatem agnovisse [13]: quod miror sacros interpretes hactenus præteriisse. Si ejusmodi fragmen-

a *Philipp.* IV. 3.

1. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XX.
2. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LIX.
3. *Phot.* Bibl. cod. CXXI.
4. Vid. infr. pag. 208. §. III.
5. Ibid. §. IV.
6. Ibid. §. IV.
7. *Euseb.* Hist. eccl. lib. III. cap. XXV.
8. *Sozom.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XIX.
9. *Epiph.* Hær. XLII.
10. *Grab.* Spicil. tom. I. pag. 84.
11. *Tertull.* lib. de carn. Chr. cap. XX.
12. *Phot.* Bibl. cod. CCXXXII.
13. *Clem. Rom.* epist. I. ad Corinth. cap. XXXVI.

tum ineunte hoc sæculo in lucem fuisset editum, nullus dubito quin illud in suos usus convertisset eruditus Humfredus Hodius, dum *librorum biblicorum numerum ac ordinem* juxta sæculorum seriem pertexere studebat [1].

Illud quoque animadversione dignum occurrit, ut modo monebat noster editor, quod fragmenti scriptor §. IV. *Miltiadis* hæretici mentionem injiciat: ut propterea æquum fuerit existimare, excerptum istud ad illam disputationem pertinere, quam adversus Proculum Cataphrygarum sectatorem Cajus instituit. Asterius enim Urbanus apud Eusebium [2] sub ipsum initium operis quod adversus Cataphrygas composuit, *Miltiadis* hæresim nominat. Unde confirmatur Eusebii lectio, ut & Nicephori eam exscribentis [3], a Valesio & Lango solicitata, qui loco *Miltiadis* substituendum *Alcibiadem* existimant. Neque aliter Dodvvellus [4], licet aliam hujus loci caussam & rationem ineat.

Sunt præterea notatu plane dignissima, quæ eodem §. IV. memoriæ prodidit fragmenti auctor: *Pastorem*, inquit, *nuperrime temporibus nostris in Urbe Roma Herma conscripsit, sedente Cathedra Urbis Romæ ecclesiæ Pio episcopo fratre ejus*. Quibus verbis vim inesse maximam jure censuit eruditissimus editor. Sed, ut vere dicam, est in loci hujus interpretatione Muratoriana, quod non satis assequor. Videtur enim ipse allata verba de Herma viro apostolico accepisse, ejusque respexisse opus quod etiamnum superat, titulo *Pastoris* inscriptum. In hanc autem sententiam ex eo potissimum adducor, quod V. C. illum Hermæ librum *celebrem* vocet, ut vere est *Pastoris* opus cujus auctor Hermas, antiquis Patribus summis laudibus celebratum. Si ejusmodi sit Muratorii sensus & opinio, in nihilum abit ejus *argumentum robustius*: siquidem apostolicus Hermas neque *Pii I. frater* exstitit, neque *ad dimidium sæculi a Christo nato secundi* floruit; qui nimirum centum ante annos sub Clementis Romani pontificatu vixisse comperitur, ut ad volumen I. Bibliothecæ nostræ præfati sumus [5]. Alius igitur quærendus Hermas vel Hermes, qui sæculo II. clarus, Pii I. frater fuerit, quique librum *Pastoris* titulo scripserit: quo semel posito, fragmenti acephali auctorem Cajum esse constet. Jam vero vir eruditione præstans Justus Fontaninus luculenter ostendit [6], Hermetem sancti Pii fratrem plane diversum esse ab Herma, qui opus litteris consignavit *Pastor* inscriptum. Docet igitur Fontaninus ex Catalogo Bucheriano, Anastasio aliisque, Hermetem Pii fratrem librum scripsisse, nunc deperditum, *de Paschate* die dominico celebrando, *in quo mandatum continebatur quod ei præceperat Angelus, quum venit ad eum in habitu pastoris*. Unde illi ab Angelico *Pastore* cujus visum in suo de Paschate libro enarravit, postea cognomentum adhæsit, dictusque inde

Angelicus Pastor, quia tradita verba locutus,

ut canit vetustissimus Scriptor poematis in Marcionem sub finem libri III. Hæc aliaque plura in eamdem sententiam laudatus vir eruditus. Habemus igitur Hermen Pii I. fratrem, cognomento *Pastorem*, qui librum *de Paschate* scripsit.

At enim fragmenti auctor non Hermam cui nomen inditum *Pastor*, sed Hermam *Pastoris* scriptorem appellat. Cui quidem objectioni ut fiat satis, illud unum reponimus quod de Hermæ Pastore nos alibi dixisse meminimus. Nimirum, quemadmodum viri apostolici opus antiquis Patribus *Pastor* seu *liber Pastoris* appellatus fuit, inde fortasse derivata denominatione hujusmodi, quod in toto ferme opere Pastor inducitur Hermam alloquens & informans: ita quoque contigerit, ut & Hermetis liber *de Paschate* fuerit nonnullis saltem *Pastor* nominatus; quia illius auctor *de iis scripsit, quæ ei præcepit Angelus, quum venit ad eum in habitu Pastoris*, ut habet Catalogus II. Henschenianus: unde non solum scriptori, sed ejus etiam libro *Pastoris* nomen inhæserit. Hæc tantum in præsentiarum habemus, quibus propositæ difficultati occurramus. Verum eruditorum arbitrio rem definiendam dimittimus.

Ceterum doleo equidem ejusmodi fragmentum esse fœdis deformatum erroribus. Sed, ut cum magno Baronio loquar [7], *quidquid antiquitas offert, sive corrosum mendosumve sit, accipi tamen grato animo solet*.

De alio autem opere περὶ τῆς τȣ̃ παντὸς ȣ̓σίας, quod a se scriptum in fine *Labyrinthi* testatur Cajus apud Photium loco superius citato, præter ea quæ infra dicenda sunt ubi de Hippolyti scriptis, consulas velim præ ceteris Tillemontium [8], nec non auctores Historiæ litterariæ Gallicæ [9], sed in primis Dodvvellum [10].

1. *Hod.* de Biblior. textib. origin. lib. IV. cap. IV. pag. 644. seqq.
2. *Euseb.* Hist. eccl. lib. V. cap. XXVI.
3. *Niceph.* Hist. eccl. lib. IV. cap. XXIII.
4. *Dodw.* Differt. IV. Iren. §. XXXVIII. pag. 371.
5. Prolegom. ad Bibl. PP. tom. I. cap. II. §§. I. & IV. pagg. XXVI. XXVIII.
6. *Fontan.* Hist. litt. Aquil. lib. II. cap. I. §§. I. & II. pagg. 53. seqq.
7. *Baron.* ad ann. 431. §. XXVII.
8. *Tillem.* Mem. tom. III. pag. 176.
9. Hist. litt. de la Franc. tom. I. part. I. pag. 359.
10. *Dodw.* Differt. VI. Iren. §. XVIII. pag. 463. seqq.

CAPUT XV.

DE

AUCTORE ANONYMO RECOGNITIONUM CLEMENTINARUM.

SYNOPSIS.

I. *Auctor* Recognitionum *inquiritur*.

II. *Ejuſdem ætas ſtatuitur*. *Cur opus titulo* Recognitionum *inſcriptum*.

III. *Cenſuras Gelaſii Papæ de Recognitionibus*. *Operis pretium*. *Auctor catholicus*. *Aliquot recentiorum judicium*.

IV. *Recognitiones Græcas poſt earum translationem, a Paullino Nolano fruſtra tentatam, Rufinus Latine convertit*.

A V. *Rogatu ſanctæ Salviæ, Rufini præfecti prætorio ſororis, opus adgreditur, quod Gaudentio Brixiano epiſcopo nuncupat*.

VI. *Verus præfationis auctor, & Recognitionum interpres, Rufinus*.

VII. *Bellarmini locus circa Clementis Recognitiones expenditur*.

VIII. *De Epiſtola, Recognitionum libris adnexa*. *Operis editio quomodo adornata*.

Ex Hiſtoria Litteraria Aquilejenſi V. C. Justi Fontanini, *lib.* V. *cap.* x.

I. Libri Recognitionum alium plane a ſancto Clemente, poſt Petrum tertio vel quarto Romanæ eccleſiæ pontifice, architectum habuerunt. Ad ejus ætatem quod attinet, eum ante Origenem floruiſſe in comperto eſt. Origenes enim qui ſub Elagabalo florere cœpit, primus omnium teſtimonia ex illo, tamquam ſcriptore jam noto, & *Clementis* nomine quidem diſtincto, ſemel atque iterum promit [1]. Quamobrem Clementini operis artifex, Origene junior dici non poteſt, ſed paullo ſenior; quod nimirum ad tempus ſcriptionis pertinet. Ante Origenem, ſeu tertium Chriſti Domini ſæculum, nemo umquam Recognitiones laudavit, nemo Clementinorum mentionem fecit. Libri auctorem tertio demum Chriſti ſæculo vixiſſe, duo produnt. Unum, quod ex Bardeſanis Syri Dialogo *de Fato* contra Abidam Aſtrologum, laciniam bene longam ſuffuratus, ſuam fecit. Alterum, quod de civitate Romana, univerſo orbi donata, non obſcure loquatur. Atqui Bardeſanes ſub M. Aurelio Auguſto floruit circa annum clxxi. cui Dialogum ſuum nuncupavit. Caracalla vero circa annum ccxv. gentes Romano imperio ſubjectas, propriiſque antea legibus uſas, in Urbis rerum dominæ jura, conſtitutione edita, primus omnium tranſire juſſit. (Utrumque hujuſmodi argumentum ex eodem Fontanino latius deductum videas ſuperius [2], ubi de *Bardeſane*.) Ex his perſpicimus quantopere fallantur, qui Clementini ſcriptoris ætatem ſæculo ii. præfinire voluerunt. Horum agmen ducit Blondellus [3], cui acceſſerunt Cotelerius [4] & Grabius [5]. Cunctis tamen ad hanc eamdem ſententiam præiverat Sixtus Senenſis [6].

II. Dodvvellus compactas cenſet Recognitiones [7] inter ann. Æræ vulgaris ccxviii. & ccxxxi. Verius dixiſſet inter ann. ccxi. & ccxvii. Etenim anno ccxi. ſolus imperare cœpit Caracalla, novæ, quam dixi, conſtitutionis auctor, in Recognitionum libris laudatæ. Mox eodem anno B ccxvii. Caracalla occiditur. His repellitur maximus Petri Allixii lapſus, ajentis [8], Pſeudo-Clementem vixiſſe *non diu ante Sulpicium*, ante quem tamen cc. annos vixit. Origenes primus Recognitionum præco, Caracallæ iram fugiens, Alexandria in Palæſtinam primo ſeceſſit. Bis autem illuc eum convolaſſe animadvertit Huetius [9]. Prius Origenis iter in Palæſtinam, ubi Cæſareæ pedem fixit, ſanctoque Alexandro Hieroſolymorum epiſcopo innotuit, ab Huetio illigatur anno Domini ccxv. Ex hoc itinere, poſt cæſum Caracallam anno ccxvii. Origenes Hieroſolymis Alexandriam redux, ſecum Recognitiones tuliſſe dicendus eſt, unde ipſe illarum ſententias ſuis Commentariis adC miſcuit; quorum octo priores tomos in Geneſim Euſebius ex tomo eorum nono oſtendit [10], Alexandriæ fuiſſe conſcriptos, & quidem poſt Origenis iter illud primum in Palæſtinam. Recognitiones vero in Palæſtina concinnatas, cum Blondello facile credimus: quandoquidem in illis *Thronus Hieroſolymitanæ Eccleſiæ* ſupra ceteros extollitur.

Ceterum operi, ex argumento vox *Recognitionum* adhæſit. *Recognitio* enim, ſive *agnitio*, ex Ariſtotele in *Arte poetica*, oritur, quum homines olim inter ſe conjunctiſſimi, tandem multos poſt caſus in tragœdiis & comœdiis ſe mutuo nec opinato agnoſcunt. Ita plane in hac Pſeudo-Clementis commentatione Fauſtiniano, Mattidiæ ac D filiis, Clementi, Fauſto & Fauſtino contingit. Itaque cum inſcriptione, formam etiam poeticam opus accepiſſe, vero perquam ſimile fit Dodvvello [11].

III. Gelaſius pontifex in Decreto genuino, ex veterrimo codice Vaticano, olim a me edito [12],

1. *Origen.* ex tom. III. Comment. ad *Geneſ.* I. 14. in Philocal. cap. xxii. & in Comment. ad *Matth.* xxvi. 6.
2. Prolegom. ad tom. I. cap. xxvi. §. III. pag. cxxiii. ſeq.
3. *Blondell.* Prolegom. ad Pſeudo-Iſidor. pag. 59. & Cenſur. Epiſt. I. Clem. pag. 28.
4. *Coteler.* Judic. de Libr. Recognit. pag. 484.
5. *Grab.* Spicil. tom. I. pagg. 277. 279.
6. *Sixt. Sen.* Bibl. lib. II.
7. *Dodw.* Diſſert. vi. in Iren. §. xi. pag. 443.
8. *Allix.* Diatr. de ann. & menſ. natal. Dom. pag. 8.
9. *Huet.* Origenian. lib. I. cap. II. §. vi. pag. 10.
10. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. vi. cap. xix.
11. *Dodw.* l. c. pag. 444.
12. *Fontan.* Antiqq. Hort. pagg. 317-331.

hanc censuram de Recognitionibus a Rufino conversis pronuntiavit: *Itinerarium, nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, apocryphum.* Nullus heic, ut in ceteris editionibus, librorum numerus explicatur, quia is pendebat ex arbitrio librariorum. Gelasius, *sancti Clementis* opus quidem *appellari*, non *esse*, dixit; eique publicam lectionem & canonicam auctoritatem vocabulo *apocryphi* abjudicavit. Gelasium in concilio Romano LXX. episcoporum sic definientem, Clementinas *Recognitiones* a Rufino translatas sub nomine *Itinerarii* indicasse, haud dubitandum. Non ideo tamen privata auctoritas apud plurimos Ecclesiæ Latinæ scriptores illis defuit. De Græcis non loquor. (Verum hac de re mox agendum §. VI. ubi de Rufini versione Latina.) Ceterum hos libros, quamquam *apocryphos*, id est, publicæ auctoritatis expertes, quum sint maximæ antiquitatis, non parum fructus idcirco adferre posse, cum Nourryo [1] sentimus. Nam Christianæ religionis *Apologia* sunt; & Gentilium fabulæ, cultusque ethnici, Fatique adsertorum errores, in eis refutantur. Neque inutile opus iis esse poterit, qui philosophorum opiniones, gentium mores, consuetudines, allegoricasque fabularum explicationes scire voluerint. Nec sane facile esset plurima Latinorum loca intelligere, si his Recognitionibus careremus. Hoc etiam fatetur auctor præfationis ad novam Cotelerii editionem, qui alias de more suo non pauca perperam dicit. Librorum analysi pertexenda supersedemus, quum id præstiterit laudatus Nourryus [2].

Quamvis autem genuinum & primarium Recognitionum artificem, doctrina rerumque varietate & copia abundare non diffiteamur; philosophum tamen se prodere, nemo non videt: at *catholicum* certe, quamvis philologum magis quam theologum. Cotelerii verba non præteribo, totius commentationis argumenta complexi in suæ editionis præfatione, ubi vocat *syntagma theologicis, historicis, philosophicis & astrologicis rebus refertum.* Accedat etiam Barthius, qui libros ait [3] *antiquos esse, & bonarum rerum plenos.* Eosdem sæpenumero illustrat, & acri etiam censura perstringit, *vetus fragmentum* appellans, & Latine conversum, quum nondum *genus dicendi barbarismis admodum inquinatum esset, nec mistam olim Gothorum aut talium illuviem oleat, etsi suis etiam nævis non careat.* Rem concludit, *bonorum monitorum gratia* se talia libenter perlegere: *tam*, inquit, *de eorum veritate securi, quam si Apulejum, aut Apollonium aliquem, vel Philostratum volveremus.* Recte quidem ita censet Barthius de veritate historica, si hanc interdum spectes. Non ita de dogmate, de quo aliter Lambertus Gruterus [4]: „ Nusquam non, inquit, in hoc libro defenditur liberum hominis arbitrium, baptismi & eucharistiæ vis, necessitas ac dignitas. Præterea Trinitas personarum unius Dei, providentiaque adstruuntur. Docetur item non contemnenda esse miracula ad martyrum sepulcra edita. Sed sunt

A „ heic tamen loci quidam, veluti nævi, quos pium lectorem vel caute legere, vel suspectos habere oportet. Ne quis fallatur, ejusmodi hæc sunt numeris notata suis locis, ut quis observare possit. „ Hi nævi a Grutero explicati, *sex* numero sunt, qui apud ipsum videri possunt. (In eamdem Gruteri sententiam vide sis quæ inferius ex Marano viro doctissimo sunt adnotata cap. XX., ubi sermo *de Clementinis.*) Postremo loco adjungamus Hugonis Grotii de his libris judicium [5]: Recognitio„ num, ait, qui dicuntur libri, eatenus apud me valent, quatenus aliorum dictis congruunt. Ceteroquin probo cardinalis Baronii de iis judicium, qui ex Epiphanio, Rufino aliisque, di-
B „ cit, illis libris plurima fuisse assuta, & inter ea omnes illas fabulas de iis, quæ Cæsareæ fecisse dicitur Petrus contra Simonem.

Ceterum omnium ferme ordinum catholicorum scriptores Clementi Romano Recognitiones abjudicant.

Primo ex *cardinalium senatu* Baronius, prudentia & gravitate admirandus [6]. Baronium subsequitur Bellarminus [7].

Ex *ordine episcoporum* Carolus Bovius Ostunensis antistes [8].

Ex *Ordine Prædicatorum* Franciscus Victoria [9].

Ex *presbyteris Societatis Jesu* Benedictus Pererius [10], Joannes Lorinus [11], Nicolaus Serarius [12],
C Antonius Possevinus [13].

Ex *Academia Lovaniensi* Joannes Driedo [14].

Ex *Academia Parisiensi* Natalis Beda [15].

IV. Nunc vero de Latina *Recognitionum* versione agendum. Paullinus Nolanus *Rufinum* ex cœnobio Pineti Romam iturum, per litteras humanissime salutavit [16], gratiis amico habitis, quod se de Græcis litteris attentius perdiscendis commonuisset, postquam Latinam operum sancti Clementis ab se adornatam editionem, ad eumdem Rufinum transmiserat. Vir sanctus & modestissimus imperitiæ suæ tribuit, quod alicubi sensum magis quam verba, quippe ab se non intellecta, converterit. Sed Paul-
D linum ipsum loquentem audiamus: *Sane*, inquit, *quod admonere dignaris affectu illo, quo nos sicut te diligis, ut studium in Græcis litteris attentius sumam, libenter accipio: sed implere non valeo; nisi forte desideria mea adjuvat Dominus, ut diutius consortio tuo perfruar. Nam quomodo profectum capere potero sermonis ignoti, si desit a quo ignorata condiscam? Credo enim in translatione sancti* CLEMENTIS, *præter alias ingenii mei defectiones, hanc te potissimum imperitiæ meæ penuriam considerasse, quod aliqua in quibus intelligere vel exprimere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel ut verius dicam, opinata transtu-
E lerim: quo magis egeo misericordia Dei, ut pleniorem mihi tui copiam tribuat; quia pi[illegible] divitiis erit pauperi, ut micas a divitis mensa cadentes, arido famelici cordis ore colligere.* De Clemente Romano Paullinum heic loqui, non est cur quisquam dubitet cum Heriberto Rosvveydo. Suo

1. *Nourr.* Appar. ad Bibl. PP. tom. I. Differt. XI. art. VII. pag. 223.
2. *Nourr.* l. c. pag. 211.
3. *Barth.* Advers. lib. XLV. cap. V.
4. *Gruter.* præfat. ad Clement. edit. Colon. Agripp. 1569.
5. *Grot.* opp. tom. III. pag. 488.
6. *Baron.* ad ann. 34. §. CCLXXX. & CCXCI. ann. 41. §. X. ann. 44. §. XXXVI. ann. 51. [illegible] III. ann. 102. §. XXII.
7. *Bellarm.* de script. eccl. pag. 52. & lib. II. de Rom. pont. cap. II.
8. *Bov.* præfat. ad Const. Apost.
9. *Victor.* tom. II. Relect. XII. de art. magic. §. 35.
10. *P[illegible]*. in Genes. lib. II. quæst. I. pag. 40. edit. I. Rom.
11. *Lor[illegible]* in Act. A[illegible] cap. XIX. [illegible]
12. *Serar.* tom. I. opusc. de Apost. §. I. pag. 27. edit. Mog[illegible] 16[illegible].
13. *[illegible]* in Appar[illegible].
14. *D[illegible]* [illegible] l. de [illegible] l. dogm. part. V. lib. IV. cap. V. fol. 2. [illegible] 157[illegible]
15. [illegible] la. [illegible] propos. [illegible]
16. *Paullin.* Epist. XLVI. al. XLVII. num. 2.

enim is nomine ab Alexandrino aliiſque, apud veteres antonomaſtice ſe diſtinguebat. Rufinus, qui Clementinas Recognitiones in libros X. diſtinctas una cum aliis bene multis Græcorum codicibus ex Oriente ſecum attulerat, in Italiam redux, Paullino hoſpiti interpretandas commodaverat. Sed Paullinus interpretationem adgreſſus, ultimam ei manum nequaquam impoſuit, quod Rufinus ex ſpecimine ad ſe miſſo, eam minus accurate confectam deprehendiſſet, ſanctum virum ut majus ſtudium in Græcis litteris poneret, benevole hortatus. Hæc omnia nobis prodit Paullinus. Roſvveydus monet in notis, *Rufinum vel Paullinum interpretationem interpolaſſe, vel de novo Clementinos illos vertiſſe.* Vir doctus in re clara hærere non debuit. Hoc enim poſterius certiſſimum eſt. Neque Rufinus alienam interpretationem, & ab ſe non probatam, ſibi uſurpaſſet. Hanc Roſvveydi dubitationem illud ſatis convellit, quod Paullinus, *aliqua in quibus intelligere verba non potuit, ſenſu potius apprehenſo* ſe vertiſſe dicat. Rufinus vero, *non ſolum a ſententiis, ſed nec a ſermonibus quidem ſatis elocutionibuſque*, ſe diſceſſiſſe profitetur: *quæ res*, inquit, *quamvis minus ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium.*

V. Rufinus hunc ſuæ Clementinæ translationis laborem ſuſceperat, rogatus olim a ſancta Silvia virgine, quam Paullinus laudat ſcribens ad Severum [1], eam teſtatus, *multorum ex Oriente martyrum* reliquias in Italiam convexiſſe. De illa Rufinus in prologo operis Clementini ad Gaudentium Brixianum epiſcopum: *Nos*, inquit, *quos & ingenii tenuitas minus promtos, & ſenecta jam tardos reddit ac ſegnes, opus quod* OLIM *venerandæ memoriæ* SILVIA *injunxerat, ut Clementem noſtræ linguæ redderemus, & tu deinceps jure hereditario poſcebas, licet* MULTAS *poſt* MORAS, *tamen aliquando reſtituimus. Prædam non parvam, Græcorum bibliothecis ereptam, noſtrorum uſibus & utilitatibus convertamus, ut quos propriis non poſſumus, peregrinis nutriamus alimentis. Nam & ſolent ſuaviora videri peregrina, interdum & utiliora.* Ait Rufinus, Gaudentium *hereditario jure* ab ſe popoſciſſe hanc translationem, propterea quod ſancta Silvia virgo cui eamdem ipſe ſpoponderat, Brixiæ in ſede Gaudentii diem obiiſſet, ubi ejus corpus quieſcit in æde ſancti Laurentii, recoliturque memoria die XV. Decembris [2]. Palladius, qui in Hiſtoria Lauſiaca ſe cum Silvia LX. annos agente in Ægyptum petiiſſe teſtatur [3], *Salviam*, alias *Silvaniam*, & *Rufini expræfecti ſororem* vocat. In veteri tamen ejuſdem Hiſtoriæ ſuæ verſione, quæ *Paradiſus Heraclidis* inſcribitur, non *Silvaniam* aut *Salviam*, ſed *Silviam* dicit [4]. Uterque vero, Palladius & Heraclides, initio capitis ſubſequentis ll. cc. auctor eſt, ſanctam Olympiadem eccleſiæ CP. diaconiſſam, *Silviæ* egregias virtutes ſibi imitandas propoſuiſſe. Tanta nimirum Silviæ fuit claritudo & fama ſanctitatis, ut aliis in exemplum daretur! Vocabulum *expræfecti*, Græce τῶ ἀπὸ ἐπάρχων, non eſt cur Tillemontius ad tempus itineris Palladii cum Silvia in Ægyptum, ſive ad annum 388. referendum dicat [5]; quum vere ad annum 420. quo ſcribebat Palladius, referri debeat. Rufinus enim Silviæ frater, & præfectus prætorio in Oriente ſub Arcadio Auguſto, affectatæ tyrannidis pœnas luit Conſtantinopoli V. Kal. Decembris A. D. 395. adeoque poſt annum 388. ex Philoſtorgio [6] & ex Socrate [7], Rufino fratre ſublato, Silvia ſoror in Italiam trajecit, ubi aderat anno 398. ex Paullino [8]. Hoc enim anno poſt feſtum ſanctorum Apoſtolorum Petri & Paulli, ut diximus [9], Paullinus Victorem in Aquitaniam ad Severum dimiſit cum citata epiſtola XXXI. cui pro conſecratione novæ baſilicæ addidit particulam ſanctiſſimæ Crucis, ex Melania impetratam. Sed non ita addidit ſacros cineres a Severo expetitos, quibus carere ſe dixit. Victorem tamen ait, *ſpem ejuſdem gratiæ copioſam habere a ſancta* SILVIA, *quæ illi de multorum in Oriente martyrum reliquiis ſpopondiſſet.* Ergo Silvia ex Oriente in Italiam ad illud tempus reverterat. Hac vero circa finem ſæculi IV. Brixiæ demortua, Gaudentius urbis epiſcopus *jure hereditario* Clementinas Recognitiones popoſcit, quas Rufinus noſter Silviæ viventi pridem ſpoponderat. Idem Rufinus ſub finem perorationis commentariorum Origenis in Paulli epiſtolam ad Romanos, his verbis fidem ſuam Gaudentio obligaverat: *Poſt hoc ſane vocat nos opus, quod* OLIM *quidem injunctum eſt* (a Silvia.) *Sed nunc* (poſt Silviæ mortem) *a beato Gaudentio epiſcopo vehementius perurgetur, Clementis ſcilicet Romani epiſcopi, Apoſtolorum comitis: quorum ut ſucceſſoribus darem cognitionem, libri a nobis in Latinum vertuntur.*

Roſvveydus in notis ad Paullini epiſtolam XLVII. quæ in nova editione eſt XLVI. poſtque eum Cotelerius ad Recognitiones, æque ancipites ſunt, *Gaudentio Brixiano epiſcopo, an Novarienſi* Rufinus illud opus inſcripſerit. Alio abiit primus libri vulgator Jacobus Faber Stapulenſis, *Gaudentium glorioſum Chriſti martyrem pariter & Ariminenſem epiſcopum* præ oculis habens: qui tamen ſub Conſtantio Auguſto, tanto ante, pro Chriſto ſanguinem fuderat. Varie variis hoc pacto ferram ducentibus, quanto melius David Blondellus de *Brixienſi* omnino intellexit [10]! Rufinum in præfatione ad Gaudentium hoc diſerte comprobantem audiamus: *Tibi quidem Gaudenti,* NOSTRORUM *decus inſigne* DOCTORUM, *tantus ingenii vigor, immo tanta ſpiritus gratia eſt, ut ſi quid a te etiam* COTIDIANI ELOQUII *more dicitur; ſi quid in* ECCLESIA DECLAMATUR *id in* LIBRIS HABERI, *& ad* INSTRUCTIONEM TRADI *poſteris debeat.* Infra vero: *Æquum eſt ſane tibi, qui hæc etiam* GRÆCE LEGERIS (*ne forte in aliquibus a nobis ſervatam translationis ordinem putes*) *interpretationis noſtræ indicare conſilium.* Hæc elogia in Gaudentium epiſcopum a Rufino congeſta, uni *Brixiano* aptari poſſunt; præterea nemini. Is enim fuit *Doctor* vel *Tractator* inſignis. Ita enim qui verbum Dei ſacraſque litteras vel voce vel ſcripto exponerent ac docerent, ab eccleſiaſticis ſcriptoribus paſſim dici, adnotavit Franciſcus Bernardinus Ferrarius [11], ex Gaudentio Brixiano exemplum etiam adducens, a quo *Sermones* ſui, *in eccleſia declamati*, ut Rufinus loqui amat, *Tractatus* dicuntur in præfatione ad Benivolum. Idem eximius antiſtes ſe comperiſſe ait, *a notariis latenter adpoſitis*, Tractatus ſuos ex ore loquentis collectos. Hoc idem inquit Rufinus his verbis: *Si quid a te, etiam* COTIDIANI ELOQUII *more dicitur, ſi quid in eccleſia* DECLA-

1. *Paull.* Epiſt. XXXI. al. XI.
2. *Bolland.* Act. SS. April. tom. III. pag. 495. §. 3.
3. *Pallad.* Hiſt. Lauſ. cap. CXLII.
4. Parad. *Heracl.* cap. XLII. pag. 977. edit. II. Roſvveyd.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XI. pag. 639.
6. *Philoſtorg.* lib. IX. cap. III. edit. Gothofr.
7. *Socrat.* lib. V. cap. I.
8. *Paullin.* Epiſt. XXXI. al. XI.
9. *Fontan.* Hiſt. Litter. Aquil. lib. IV. cap. V. §. III. pag. 194.
10. *Blondell.* Pſeudo-Iſidor. pag. 28.
11. *Ferrar.* de Rit. ſacrar. conc. lib. I, cap. II.

MATUR, *&* *ad* INSTRUCTIONEM TRADI *videmus*: ab iis nimirum qui notarios, ea omnia clam excepturos, submittebant. Gaudentius, teste Rufino *Græcas litteras* calluit. Quidni vero, qui sacras peregrinationes per Orientem se suscepisse testatur, ubi eousque fama ejus virtutum pervenit, ut orientalium præsulum suasu episcopali oneri, post Philastrii obitum, a suis per legationem eo missam sibi denuntiato, humeros suppofuerit? Ibidem Joanni Chrysostomo nondum episcopo stricta necessitudine adhæsit; proque eo, postmodum episcopatu dejecto, legatus ecclesiæ Romanæ Constantinopolim missus est. Adi ejusdem Gaudentii sermonem XVI. Chrysostomi epistolam CLXXXIV. Palladii Dialogum cap. IV. & Nicephorum Callistum lib. XIII. cap. XXII. Itaque nulla superest dubitatio, quin *Gaudentius episcopus* cui Rufinus *Clementem* suum nuncupavit, fuerit *Brixianus*, non alius.

VI. Hæc fusius prosecutus sum propter doctissimos viros, Sixtum Senensem [1] & Robertum Bellarminum [2] venerabilem cardinalem; qui Rufini præfationem ad Gaudentium pro commentitia nimis propere habuerunt. Bellarmini proferam verba ob glossam, quam Labbeus illis adnectit: *Sicut ipsæ Recognitiones falso fortasse tribuuntur Clementi, ita etiam non est incredibile falso illis adjunctam fuisse præfationem Rufini quasi interpretis.* Ad hæc sic scribit Labbeus [3]: *Verum imposturam non agnovit Gennadius, nec ejus sequaces Honorius & Tritbemius.* Post Joannem Rainoldum, nostrorum exscriptorem, in *Censura apocryphorum*, eodem ac Sixtus & Bellarminus, spectavit Gerardus Joannes Vossius, *Rufini vel alterius sub ejus nomine* præfationem appellans [4]. Immo infra nedum præfationem *prorsus fictitiam*, sed & libros ipsos Recognitionum *ab alio*, quam a Rufino *translatos*, se credere malle significat. Vossio ad errorem præiverat Caspar Barthius his verbis [5]: *Recognitionum Clementis titulo inscripti libri, Clementem ne auctorem & Rufinum interpretem habeant, non est facile decidere.* Viris litteratura excultissimis nollem hæc excidissent. Numquid difficile est *decidere*, quod spissa & locuples veterum monumentorum auctoritas comprobat? Nihili ergo est Rufinus ipse in peroratione commentariorum Origenis in Paulli epistolam ad Romanos, ubi, *Gaudentio episcopo perurgente*, se operam dare ait, ut *Clementem* Latinum faciat? Nihili Gennadius [6], *Clementis Romani Recognitionum* libros a Rufino Latine redditos narrans? Longum sit iter conficiendum, si alios deinde rem eamdem testantes percurrere velim. At indictos abire non patiar nonnullos. Anastasius Bibliothecarius in epistola ad Joannem Diaconum [7]: *Clementem*, ait, *quem Rufinus nostræ linguæ redditum, restitutum & redeuntem, ad Gaudentium scribens, innuit.* De versione item Rufini agens sanctus Isidorus Hispalensis episcopus, ex ea testimonium adducit [8]. Sanctus Adhelmus laudat [9] *Itinerarium Petri* (sunt Clementis Recognitiones) *Rufino in Latinum ex Græcorum bibliothecis vertente.*

A Adhæc Beda Recognitionibus utitur [10]. Item Agobardus [11], Freculfus [12], Hincmarus [13] & Honorius [14]. Tam disertis testibus consonant Recognitionum codices mss. plane omnes, *Rufini* interpretis nomen præferentes. Quo minus ergo viros insigniter doctos, ad alia properantes hæc fugerint, non est ambigendum: alias rem certam pro commento non habuissent. E junioribus Cotelerius, Rufini esse præfationem ad Gaudentium juxta ac versionem totius operis, ex stilo etiam probari ait [15]: & codicum vetustiorum præsidio utramque Rufino vindicat. Unus enim quem laudat, sic incipit: *Rufini presbyteri præfatio ad Gaudentium pontificem in Iti-*
B *nerarium Clementis; ab eo ex Græco in Latinum conversum.* Et post præfationem, Clementisque ad Jacobum epistolam, ita habet: *Itinerarii Clementis, Petri Apostoli successoris, liber primus incipit, a Rufino traductus.* Ceterum Bellarminus agnovit, Clementinas Recognitiones a Rufino conversas: nam, Baronio judice [16], *nemo est qui dubitare debeat, quum Gennadius hoc ipsum de Rufino testetur.* Et tamen Dupinium audire nobis contingit [17], omnino aliam sententiam Bellarmino tribuentem, eam scilicet quam refutavimus. Nec minus spisso errore tanto ante irretitum deprehendimus Anastasium Bibliothecarium in epistola modo adducta, cumque illo e junioribus Petrum Danielem
C Huetium [18], quando hæc verba, quibus Rufinus præfationem suam ad Gaudentium auspicatur, *ut Clementem nostræ linguæ redderemus*, ita acceperunt, *quasi Recognitiones* ipsæ *Latinæ scriptæ* primum fuissent; postmodum deperditæ, & demum a Rufino e *Græcia* in Latium restitutæ, non e *Græco* translatæ. At plane aliud, non hoc scripsit Rufinus, apud quem viri docti primis tantum voculis, uti fit, raptim perlectis in errorem adducti sunt.

VII. Nec penitus nobis prætereundus est alter Bellarmini locus, ubi hæc de Clementinis Recognitionibus scribit [19]: *Teste Epiphanio hæresi* XXX. *Clemens ipse testatur, Circuitus Petri a se conscri-*
D *ptos, ab hæreticis depravatos fuisse.* Vir purpuratus hæc hausit e magnis Annalibus [20]. Verum Lucas Holstenius non hoc dicere Epiphanium detexit, sed *ex encycliis epistolis beati Clementis quæ in ecclesiis leguntur, Periodos istas falsitatis convinci. Neque enim congruere cum stilo sancti Clementis, neque cum ejus docendi modo.* Verba sunt Holstenii in notis mss. ad Bellarmini Catalogum, in Museo nostro servatum. Lapsum tanti viri indicavi, ne ulli amplius ob dicentis auctoritatem sit caussa offensionis, ut nuper fuit alteri viro docto, quem corrigens nominare non debeo, ne amicitiam quæ mihi cum eo intercedit, lædere videar. Idem Epiphanius Clementinos libros fuisse ab Ebionitis corruptos testatur [21]. Photius etiam vocat [22] *refer-*
E *tum opus absurdis nugis, non sine pluribus ex Arii opinione in Filium blasphemiis.* Hæc suaserunt magni nominis theologo Dionysio Petavio [23], Photia-

1. *Sixt. Sen.* Bibl. lib. II. pag. 83. ubi de *Clement. Recognit.*
2. *Bellarm.* Catal. ad ann. 39[illegible]. pag. 155. ubi de *Rufino*.
3. *Labb.* Differt. philol. de Script. eccl. tom. II. pag. 309.
4. *Voss.* de Hist. Gr. lib. II. cap. IX.
5. *Barth.* Advers. lib. XLV. cap. V.
6. [illegible] de Script. eccl. cap XVII.
7. [illegible] opp Sirmond. tom. III. pag. 472.
8. [illegible] Nat. rer. capp. XVII. & XXXI. & Orig. lib. [illegible]
9. [illegible] de Laud. Virgin. pag. 316. edit. Lond. Warthon.
10. [illegible] in Hexaem. ad capp I. VI. VII. VIII. Gen. in A[illegible] Ap[illegible] [illegible] §. 34. Retract. ad eumd. loc. & de Rat. temp. cap III.

11. *Agobard.* de Judaic. superst. cap. XVI.
12. *Freculf.* Chron. tom. II. lib. II. cap. X.
13. *Hincmar.* de Divort. Lothar. & Tetberg. cap. IX.
14. *Honor.* de Lumin. Eccles. cap. XV.
15. *Cotel.* in Judic. de libris Recognit. pag. 484. edit. nov.
16. *Baron.* ad ann. 102. §. XXII.
17. *Dupin.* tom. III. Biblioth.
18. *Huet.* de clar. interpr. pag. 151.
19. *Bellarm.* de script. eccles. ad ann. 92.
20. *Baron.* ad ann. 41. §. X. & ad ann. 102. §. XXI.
21. *Epiph.* Hær. XXX. §. XV.
22. *Phot.* Bibl. cod. CXIII.
23. *Petav.* Dogm. theol. lib. I. de Trin. cap. III. §. ult.

nos codices magis fuisse depravatos, quam sit interpretatio A Rufini; qui ea sustulerit, quæ ab hæreticis, præsertim Eunomianis, ingesta, idem Rufinus monuerat in opusculo *de adulteratione librorum Origenis*, quippe quæ, eodem Rufino teste, *ecclesiastica regula omnino non recipiat*. Sed memoria repetendum est, *binas* Recognitionum veteres *editiones* a Rufino indicari in præfatione ad Gaudentium: *Puto*, inquit, *quod non te* (Gaudenti) *lateat*, *Clementis hujus in Græco ejusdem operis* ἀναγνώσεων, *hoc est Recognitionum*, DUAS EDITIONES *haberi*, *in aliquantis quidem diversas*; *in multis tamen*, *ejusdem narrationis*. *Denique pars ultima hujus operis*, *in qua de transformatione Simonis refertur*, *in* UNO CORPORE *habetur*. *Sunt* B *autem & quædam in* UTROQUE CORPORE *de ingenito Deo genitoque disserta*, *& de aliis nonnullis*, *quæ*, *ut nihil amplius dicam*, *excesserunt intelligentiam nostram*. Jam dispice, quamnam Clementini operis editionem Epiphanius & Photius censura perstrinxerint. Non certe quam Rufinus Latine convertit. Hæc enim ab hæreticorum depravationibus vacat; eamdemque etiam Græce scriptam vacasse, nos credere jubent viri sancti Paullinus & Gaudentius, qui eam per amicum Latio donandam studuerunt.

Ceterum Jacobus Faber in margine præfationis Rufini ad Gaudentium, ubi *de ingenito genitoque Deo* agitur, hæc verba adnotavit: C „ Pars illa de „ ingenito genitoque Deo, cognoscitur ab Eunomio aut ab aliis qui Eunomii sequebantur errores, vitiata; ut & epistola Paulli ad Corinthios a Marcione corrupta fuerat. Merito igitur „ illud Eunomii interpretandum non fuit, ut neque Marcion in Paullo. „ Istud scholion in ceteris editionibus, & in ipsa Coteleriana, desideratur; etiamsi in Coloniensi anni 1547. scholion persimile ad oram legeretur his verbis: „ Corrupta „ hæc fuisse suspicor ab Eunomio, quemadmodum „ epistola Paulli ad Corinthios a Marcione. „ Hæc tamen quæ in Clemente suo, ut ab hæreticis corrupta, prætermisit Rufinus, reliquæ ejus versioni inserta reperit Cotelerius in tribus codicibus, Can- D deleriano, Sorbonico & Thuano: suntque *decem capita* inter primum & duodecimum clausa, de quibus ait: *Nescio quis igitur*, *quod a Rufino prætermissum fuerat*, *sibi sumsit*, *ut interpretaretur*. Hoc adsumentum prodit, ni fallor, versionem Rufini antiquitus ad Græca exemplaria recognitam & collatam.

VIII. Nunc ad epistolam, Recognitionum libris subjectam, deveniamus. Romæ ex ædibus Populi Romani anno 1591. prodierunt epistolæ summorum Pontificum, tribus tomis distinctæ: in quorum primo ante omnes alias exstat quæ dicitur Clementina ad Jacobum fratrem Domini, Rufino interprete. E Huic pag. 7. adnectitur spuria appendix cum epigraphe ad oram: *Compendiolum fidei Christianæ*. Labbeus qui tomo I. Conciliorum pag. 89. illam inseruit, de additamento ita scribit: *Heic desinit epistola in quibusdam codicibus: cetera sunt vice appendicis addita circa annum* 800. *ut videtur*. Idem ferme ait Mabillonius [1]. Petrus Crabbe, adsumento conjunctam epistolam inseruerat tomo I. Conciliorum pag. 14. edit. Colon. 1538. At Sichardus in prima sua *Recognitionum* editione anni 1526. quartæ ex epistolis Clementis, appendicem ita inscriptam subjecerat: *Compendium Fidei*. Quæ in altera ejus editione anni 1536. ipsi epistolæ conjungitur. Gruterus quoque Sichardum secutus, conjunxit post Constitutiones Apostolicas pag. 345. quam tamen Faber ante disjunxerat. Theodorus Bibliander libro inscripto, *Christiana & catholica doctrina*, Basileæ per Jacobum Parcum 1550. pag. 221. eamdem epistolam *Rufino* interprete inseruit, sed ablata appendice. Ea tamen sine nomine interpretis, & sine appendice dudum inserta fuerat pag. 7. alterius libri, sic prænotati: *Epistolæ aliquot illustres*, *graves & eruditæ*, *extra bibliorum canonem licet*, *apostolicæ tamen & piæ*. *Augustæ Vindelicorum per Alexandrum Vveyssenhorn* 1529. *in* 8.

Primam inter epistolas Pseudo-Isidori temere statuit, qui eam virulentis notis de more configit, Blondellus. Quanti eam fecerit Franciscus Turrianus, inde constat quod eam & pro vera tueatur, & Latinæ versioni roborandæ, ex codice Vaticano Græcum ejus contextum non semel advocet [2]. At Rufinum versionis auctorem esse, quum careat *prologo*, non admittit [3]. Quis vero ignorat, Rufinum longioribus tantum Græcorum scriptis, non brevi ac simplici epistolæ, ex Gennadii sententia, *prologos* dare debuisse? Epistolæ antiquitatem adstruit testimonium Rufini, ab se *olim interpretatam*, *atque editam* adseverantis in præfatione ad Gaudentium; Recognitionibus non præmissam, quia *tempore posterior est*, nempe Recognitionibus a Clemente, ut putabatur, antea conscriptis. Istud Rufini consilium Cotelerius secutus, eam & ipse operi Clementino postposuit, licet codici Carmelitico insertam inter præfationem & Recognitiones reperisset. Ita sane etiam codices quibus usus fuit Stapulensis, insertam habuerunt: & Photius quoque aperte ait [4], in exemplaribus Græcis eam libris Recognitionum præponi solitam. Postponitur tamen in codice Palatino sine spuria appendice. Epistolæ ipsi additur in collectionibus Vaticanis Isidori cod. 629. fol. 127. & cod. 630. fol. 6.

Quin ergo Clementis epistola ad Jacobum quam Rufinus Latinam fecit, ea sit pura puta quæ omnium manibus teritur, jure ambigi nequit; nec sane dubitat Bellarminus [5]. Ipsemet Blondellus hoc idem satis evincit, quamvis suæ sectæ virus censuræ immisceat. Cotelerius quum post Recognitiones eamdem epistolam Græce & Latine sine ullo additamento edidisset, mox Rufini interpretationem subjecit, ad veteres editiones & codices mss. de more collatam, & in capita xx. distinctam: quorum duodevicesimum citari observavit in concilio I. Vasensi, anno 442. celebrato can. vi. [6] in Capitularibus regum Francorum [7], inque concilio Metensi cum xii. [8]. Citatur quoque a Nicolao I. epist. xlix. a Joanne VIII. epist. ccxxxiv. & a Gregorio VII. lib. viii. epist. xxi. Ad ejus epigraphen tanto ante allusit Sidonius lib. vi. epist. i. eamdemque Bibliothecarius in *Clemente* laudavit. Antiquissima esse creditur perinde ac sunt libri Recognitionum. At Clementi ante Blondellum, quinque insignes S. R. E. cardinales abjudicaverant: Turrecremata [9], Cusanus [10], Baronius [11], Bellar-

1. *Mabill.* Analect. tom. I. pag. 142.
2. *Turrian.* lib. II. capp. III. & xiii. pro Canon. Apost.
3. Id. ibid. lib. iv. cap. xxiv.
4. *Phot.* cod. cxiii.
5. *Bellarm.* de Rom. pontif. lib. II. cap. xiv. post init.
6. Apud *Labb.* tom. III. pag. 1458.
7. Capitul. reg. Franc. tom. II. pag. 1127.
8. Apud *Labb.* tom. ix. pag. 416.
9. *Turrecr.* Summ. Eccl. lib. II. cap. ci.
10. *Cusan.* Concord. cathol. lib. III. cap. II.
11. *Baron.* ad ann. 69. §. xiv.

minus [1] & Perronius [2]. Ex antiquioribus idem sanxerant Petrus Comestor [3], ac postea Marsilius Patavinus [4], & Gobelinus Persona [5]. De epistola III. Clementina, cujus interpretatio Rufino etiam tribuitur, nihil dicam; quum liqueat, eam ad Isidori merces de toto spectare.

Hactenus eruditissimus Fontaninus: ex cujus tamen opere illa tantum excerpsimus, quæ ad rem nostram potissimum pertinebant, eaque pro insti- A tuti nostri ratione digessimus. Porro ad Recognitionum editionem nostram quod attinet, exemplar Cotelerianum omnium præstantissimum typis excudendum tradidimus. Lectiones variantes potiores margini adpositas, suis locis restituimus. Editoris observationes textui subdidimus. Quæ autem suis notis intexuit V. C. vetera monumenta, ne operis lectio nimis impediretur, in Appendicem Recognitionibus subjectam rejecimus.

CAPUT XVI.

DE

JULIO AFRICANO.

SYNOPSIS.

I. *Julius Africanus cujas fuerit. De ipsius rebus gestis perpauca litteris tradita. Epistolam de Susannæ historia inscripsit Origeni; cui alteram opposuit idem Origenes.* B

II. *Utriusque Epistolæ plerique veterum meminere.*

III. *Quo tempore illas perscripserint Africanus & Adamantius.*

IV. *Solvuntur objectiones, quibus VVetstenius canonicam historiæ Susannæ auctoritatem elevare conatur.*

V. *De harum Epistolarum editionibus.*

VI. *Epistolam ad Aristidem conscripsit Africanus de consensu evangelistarum Matthæi & Lucæ in genealogia Christi enarranda.*

VII. *Ejusdem auctoris libri v. Chronographiæ. De hoc opere veterum sententia. Dodvvelli conjectura e mss. codice Mertonensi desumta.*

VIII. *Chronographiæ Africanianæ fragmenta collecta & digesta, quæ potissimum ad rem ecclesiasticam spectant. Alia nonnulla ex Lambecio prolata.*

I. Julius Africanus, Palæstinus ex oppido Emmaunte, cui postea Nicopolis nomen inditum, ut scribit Eusebius [6], sub Antonino Elagabalo & Alexandro Severo claruit. C De hujus scriptoris gestis, Christianorum sane doctissimi, pauca sunt admodum quæ apud veteres legimus. Ex ejus Chronographiæ libris tradit episcopus Cæsariensis [7], ipsum Alexandriam contendisse ob maximam omnium famam & existimationem de Heracla ad episcopatum illius ecclesiæ provecto, philosophia aliisque Græcorum disciplinis præstante. Illudque unum præterea docet [8], ex eoque Hieronymus [9], eumdem Chronographum legatione ad Elagabalum pro Nicopoleos instauratione fuisse aliquando perfunctum: qua de re plura Scaliger [10].

Inter Africani scripta quæ utcumque ad nos pervenerunt, licet primas ferat ejus Chronographia; præstantia tamen argumenti permoti, Epistolæ de historia Susannæ Origeni inscriptæ primum locum tribuimus; cui alteram quoque Origenis Africanianæ oppositam, ut par erat, addidimus. De his Epistolis accipe judicium clarissimi operum Origenianorum editoris; ex eo siquidem utriusque Epistolæ exemplar typis excusum proferimus [11].

In Epistolam Africani ad Origenem, & Origenis ad Africanum responsum de Susannæ historia, admonitio.

II. Hisce duabus scriptiunculis nihil fere est apud D veteres celebratius. Eusebius ait [12]: *ἐπιστολὴ τούτου (Αφρικανοῦ) Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἂν νόθου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν ὁ Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα.* „ Hujus (Africani) exstat epistola „ ad Origenem scripta, in qua historiam Susannæ „ quæ in Danielis libro legitur, spuriam & com„ mentitiam esse suspicatur. Ad quam epistolam „ Origenes copiosissime respondit. „ Rufinus in sua versione hæc pro more suo sic παραφράζει: „ Per „ idem tempus erat etiam Africanus, vir in scri„ pturis ecclesiasticis nobilis. Hujus epistola fertur „ ad Origenem scripta, objicientis ei vel propo„ nentis, quod historia Susannæ quæ in Daniele „ scripta est, ficta videatur & aliena a scriptura „ prophetica. Cui Origenes magnificentissime re„ scribens, asserit nequaquam Judæorum commentis „ & fraudibus auscultandum, sed hoc solum pro „ vero habendum in scripturis divinis, quod LXX. „ Interpretes transtulissent: nam id esse solum, „ quod auctoritate apostolica confirmatum sit. „ Ubi obiter notes, Hieronymum non oblique perstringi, qui præfatione in Danielem ex Judæi persona loquens, Susannæ historiam commentum seu *fabulam* vocarat. Eusebio addendus est modo præfatus Hieronymus. *Hujus*, inquit [13], *est epistola ad Origenem super quæstione Susannæ, eo quod dicat in Hebræo hanc fabulam non haberi, nec convenire cum hebraica etymologia, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, contra quem doctam* E *epistolam scribit Origenes*. His consentit Photius, cujus hæc verba [14]: Οὗτος (Αφρικανὸς) καὶ πρὸς Ὠριγένην γράφει περὶ τοῦ κατὰ Σωσάνναν διηγήμα-

1. *Bellarm.* de script. eccl. ad ann. 92. pag. 51.
2. *Perron.* in iterat. Respons. ad reg. Britann. cap. XXXI. pag. 1..
3. *Comest.* Hist. Act. Apost. cap. CI.
4. *Marsil. Patav.* Defensor. pac. part. II. cap. XXVII.
5. *Gobel.* Cosmodr. ætat. VI. cap. VII.
6. *Euseb.* in Chron. ad ann. MMCCXXXVII.
7. *Euseb.* Hist eccl. lib. VI. cap. XXXI.
8. Id. in Chron. l. c.
9. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXIII.
10. *Scalig.* Animadv. ad Euseb. chron. pag. 232.
11. *Car. Delarue* Origen. opp. tom. I. pagg. 7-10.
12. *Euseb.* Hist eccl. lib. VI. cap. XXXI.
13. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXIII.
14. *Phot.* Bibl. cod. XXXIV.

τες, ὡς οὐκ ἦν αὐτὸ ἐν τοῖς ἑβραϊκοῖς ἀνεγνωσμένον, καὶ ὡς οὐκ ἀκόλουθον τῇ ἑβραϊκῇ ἐτυμολογίᾳ, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, ὅτι τὸ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι· ἃ καὶ ἐπιλαβόμενος Ὠριγένης ἀντέγραψεν. „ Hic „ & ad Origenem scripsit de Susannæ historia, „ quod in Hebræorum libris non legatur, mini- „ meque conveniens sit hebraicæ etymologiæ illud, „ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι. „ Quæ excipiens Origenes, scripto refellit. „ Suidas hæc habet [1]: κατὰ τούτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. „ Contra hunc scripsit Orige- „ nes, respondens ad argumenta, contra historiam „ Susannæ quæ exstat in Daniele, ab ipso objecta. „ Idem rursus [2]: ὅτι κατὰ τοῦ Ἀφρικανοῦ Σέξτου ἔγραψεν Ὠριγένης, ἔνστασιν ποιησάμενος περὶ τοῦ τῆς Σωσάννης βιβλίου, τοῦ εἰς τὸν Δανιήλ. „ Contra Sex- „ tum Africanum scripsit Origenes, ejusque argu- „ menta refutavit, quibus librum Susannæ impu- „ gnaverat. „ Bene quidem, nisi quod Julium Africanum cum Africano Sexto confundit, uti Josephus Scaliger nos monet [3]. Freculfus [4]: *Hujus* (Africani) *est epistola ad Adamantium super quæstione Susannæ, eo quod dicat in Hebraico fabulam haberi* (leg. *non haberi*), *nec convenire cum Hebraico: contra quam, epistolam doctam scripsit Adamantius*. Nicephorus Callistus [5]: Οὗτος δὲ (Ἀφρικανὸς) ἐπιστολὴν σχεδιάσας ἔπεμψεν Ὠριγένει, τὴν κατὰ Σωσάνναν παρὰ τῷ Δανιὴλ ἱστορίαν, ὡς ἂν νόθον τῆς γραφῆς ἀποσειόμενος σύγγραμμα· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφων, δείκνυσι μὴ νόθον εἶναι, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον γνήσιον τῇ γραφῇ, καὶ πληρεστάτην πραγματευόμενον λυσιτέλειαν. „ Dedit is quoque ad „ Origenem epistolam, in qua historiam Susannæ „ quæ in Daniele habetur, veluti adulterinum scri- „ ptum rejicit. Ad quem rescribens Origenes, eam „ non illegitimam, sed germanam potius esse scri- „ pturam, quæ scilicet plurimum afferat utilitatis, „ ostendit, „ Gobelinus Persona [6]: *Gordianus*, inquit, *imperavit annis sex. Hoc tempore Africanus historicus fuit, qui scripsit ad Origenem unam epistolam de historia Susannæ*. Eam quoque inter opera Julii Africani refert Trithemius [7]: *Ad Origenem*, ait, *de Susanna liber unus*. Denique utraque hæc epistola, tam unanimi veterum testimonio afferta, pluribus insuper hodieque consignata reperitur mss. codicibus, quorum duo præsertim venerandam præ se ferunt antiquitatem. Alter enim e bibliotheca Coisliniana num. XXI. undecimo Ecclesiæ sæculo est exaratus: alter vero e bibliotheca Regia num. 1892. scriptus est decimo tertio sæculo.

III. Certum est, Origenem Nicomediæ hanc suam ad Africanum epistolam scripsisse: quumque bis in Græciam iter instituerit, primum anno 228. secundum autem duodecim post annos; alterutro itinere Nicomediam petiisse, & inde epistolam dedisse videtur. Huetius secundo itineri tribuit [8]. Certe in hac epistola Africano narrat Origenes, se ingenti labore Hebraici textus & LXX. Interpretum varias lectiones, facta utriusque collatione collegisse, eaque de caussa varias omnes editiones examinasse. Quod si Hexapla sua indicare voluit, quibus edendis manum admovit, postquam sextam editionem, Epiphanio teste [9], anno Alexandri Severi septimo, id est Christi 228. reperit; non potuisse videtur hoc eodem anno tam arduum tamque immensum opus Hexaplorum concinnasse & edidisse. Melius ergo epistola ad Africanum ad secundum in Græciam iter remittitur. Tillemontius non censet [10] in hac epistola Hexapla indicari, sed Tetrapla, quæ opinatur adornari potuisse ante annum 228. At vero in hac epistola de LXX. cum obelis & asteriscis editione loquitur Origenes cap. IV. καὶ ἄλλα δέ ἐστιν, inquit, εὕρειν ἐν τῇ Γενέσει οἷς σημεῖα παρεθήκαμεν, τοὺς καλουμένους παρ' Ἕλλησιν ὀβελοὺς, ἵν' ἡμῖν γνώριμον ᾖ τὸ τοιοῦτον· ὡς πάλιν ἀστερίσκους, τοῖς κειμένοις μὲν ἐν τῷ ἑβραϊκῷ, παρ' ἡμῖν δὲ μὴ κειμένοις. „ Alia quoque in Genesi reperire est, quæ „ obelis, ut Græci vocant, antepositis signavimus, „ ut nobis ejusmodi loca innotescant: sicut rursum „ asteriscis, quæ in Hebræo quidem exstant, apud „ nos vero non inveniuntur. „ Quod autem in Tetraplis editionem LXX. non emendaverit Origenes, sed iis manum medicam obelorum & asteriscorum usu postea admoverit, nempe quum Hexapla & Octapla adornaret; invicte probat R. P. Domnus Bernardus de Montfaucon [11]. Non ergo solum post Tetraplorum, sed etiam post Hexaplorum editionem, & ad secundum Origenis iter in Græciam epistola ad Africanum remittitur. Quod autem objicit sibi Tillemontius ex epistola Africani, ubi Origenem ille *filium* appellat, non tanti esse momenti videtur: nam verisimile est, ideo *filium* Origenem fuisse nuncupatum, quia longe minor ætate erat: quæ ratio tam in primo, quam in secundo ejus itinere par haud dubie erat. Nec desunt exempla quibus id confirmetur. Eusebius enim Vercellensis Dionysium Mediolanensem episcopum, ætate jam maturum dignitateque conspicuum, se tamen juniorem, filium compellare solebat.

IV. Nunc confutandus est Joannes Rodolphus Wetstenius, qui in notis ad hanc Origenis epistolam quam anno 1674. in lucem Græce edidit, censet non eo spectare illius argumenta, ut ἀποκοπὴ Susannæ pro canonica, θεοπνεύστῳ, & vera genuinaque libri Danielis parte recipiatur; sed tantum ut pro vera, utili, ac proinde inter pios ac sacros libros legenda historia habeatur. Quam falsum id sit, paucis accipe. I. Scripserat Africanus se quum Origenem in dialogo cum Agnomone audiisset historiam Susannæ commemorantem, putasse primum rem ita se habere; sed postmodum re maturius perpensa, mirari quo pacto tantum virum latuerit, spuriam esse hanc libri Danielis partem. θαυμάζω, inquit, πῶς ἔλαθέ σε τὸ μέρος τοῦ βιβλίου τοῦτο κίβδηλον ὄν. Origenes igitur in dialogo absque ullo dubitationis indicio laudaverat hanc historiam ceu veram ac genuinam libri Danielis partem. II. Nec lecta Africani epistola sententiam mutavit. Id patet ex ejus singulis ad Africani objecta responsis. Objicit Africanus primitus, hanc historiam Hebraice in Danielis libro non fuisse, sed postmodum Græce adjectam. ἐξ ἁπάντων τούτων, inquit, ἐμοὶ δοκεῖ προσκεῖσθαι ἡ περικοπή. Quid respondet Origenes? Οὐδὲν, ἄτοπόν ἐστιν, inquit [12], γεγονέναι μὲν τὴν ἱστορίαν καὶ τὴν μετὰ πολλῆς ἀκολασίας ὠμότητα τετολμῆσθαι τοῖς τότε πρεσβυτέροις κατὰ τῆς Σωσάν-

1. *Suid.* v. Ἀφρικανός.
2. Id. v. Σωσάννα.
3. *Scalig.* in Animadv. Euseb. ad ann. MMCCXXXVII.
4. *Frecul.* in Chron. tom. II. lib. III. cap. VIII.
5. *Niceph. Call.* Hist. eccl. lib. V. cap. XXI.
6. *Gobel.* Cosmodr. ætat. VI. cap. X.
7. *Trithem.* de Script. eccl. cap. XXXVIII.
8. *Huet.* Origenian. lib. III. cap. IV. §. I. pag. 269.
9. *Epiph.* de Mens. & Pond. pag. 174.
10. *Tillem.* Mem. eccl. tom. III. pag. 756. not. IX. sur Origen.
11. *Montf.* Prælim. ad Hexapl. pagg. 10. & 38.
12. *Origen.* Epist. ad Afric. cap. IX.

νης, κ̀ γεγράφθαι μὲν προνοίᾳ τȣ̃ πνεύματος, ὑπεξαιρεῖσθαι δὲ, ὡς ἂν εἴποι τὸ πνεῦμα, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων Σοδόμων. „ Nihil repugnat quominus hæc „ historia contigerit; & quæ libidinose simul & crudeliter adversus Susannam perpetrarunt seniores „ qui tunc erant, ea quidem providente Spiritu „ scripta sint; sed postmodum a principibus Sodomorum (ut dixerit idem Spiritus) clam sublata. „ Et paullo ante: Οὐδὲν ȣ̃ν θαυμαστὸν εἰ καὶ ἀληθῆ τυγχάνȣσαν τὴν περὶ Σωσάνναν ἐπιβȣλευθεῖσαν ὑπὸ ἀκολάστων πρεσβυτέρων ἱστορίαν, οἱ μὴ μακρὰν τυγχάνοντες τῆς προαιρέσεως τῶν πρεσβυτέρων ἐκείνων, ἐξέκλεψαν κ̀ ὑφεῖλον ἀπὸ τῶν γραφῶν. „ Nihil ergo mirum, si Susannæ etiam cui libidinosi seniores insidiati sunt, historiam licet veram, ii qui a proposito illorum non multum aberant, suffurati sunt, & subtraxerunt e scripturis. „ III. Objicit Africanus hujus historiæ stilum a vero Danielis stilo, & narrandi ratione differre. Responder Origenes [1], id sibi non videri, ὅπερ ἐμοὶ ȣ̓ πάνυτι ἐφάνη. IV. Ait Africanus, Danielem non videri alibi prophetasse ex inspiratione, sed post visiones. Respondet Origenes [2], non satis illum advertisse animum ad id quod ait Paullus [a], *multifariam multisque modis olim Deum patribus locutum esse in prophetis*: nec proinde mirum videri debere, si, quod multis aliis obtigit ut modo post visiones, modo inspiratione correpti loquerentur, idem quoque Danieli accidit. V. Objicit Africanus hujus historiæ circumstantias non satis sapere gravitatem Scripturæ sacræ. Respondet Origenes [3], mirari se quo pacto vir tanta sapientia tantaque pietate ac religione præditus criminari audeat loquendi Scripturæ modos; quos si liceret ludibrio vertere, tolerabilius derideri posse duarum mulierum historiam, quæ de puero coram Salomone altercantur [b]. VI. Ait Africanus lusum verborum πρῖνȣ πρὸς πρίσαι & σχίνȣ πρὸς σχίσαι, Græcum auctorem prodere. Respondet Origenes [4] se quidem in Hebræo textu, quum interciderit, simile quidpiam non posse exhibere: at non dubitandum quin in eo similes esse potuerint verborum lusus, cujusmodi in multis aliis Scripturæ locis Hebraicæ repeRiuntur. VII. Ait Africanus locum Exodi XXIII. 7. qui in hac historia laudatur, argumento esse eam auctorem Danielem non habere, quum nullibi reperiatur propheta alterius prophetæ verba usurpasse. Respondet Origenes [5], mirari se quo pacto id a tam docto viro potuerit objici, quod multis contrariis refellitur exemplis, quæ & simplicioribus & rudioribus nota sunt.

Hæc est Africani objectionum & Origenis responsionum synopsis: ex qua, ni fallor, liquet Susannæ historiam ut veram & genuinam libri Danielis partem, ac proinde ceu canonicam, θεόπνευστον, scripturam ubique ab Origene defendi: neque enim ullus dubitandi locus est, quin ceteras libri Danielis partes pro canonicis habuerit. Huc adde quod Origenes homil. I. in Leviticum historiam Susannæ canonicis libris accenset his disertis verbis: *Sed tempus est nos adversus improbos presbyteros uti sanctæ Susannæ vocibus, quas illi quidem repudiantes, historiam Susannæ de catalogo divinorum voluminum resecarunt; nos autem & suscipimus, & contra ipsos opportune proferimus*. Idem tractatu XXXI. in Matthæum: *Usi sumus*, inquit, *hoc loco Danielis exemplo*, *non ignorantes quod in Hebræo positum non est: sed quoniam in ecclesiis tenetur, alterius temporis est requirere de ejusmodi*. Ne quis vero cum Wetstenio caussetur, priori loco ex homilia I. in Leviticum desumto, aliquid forte a Rufino insertum esse quod in Græco contextu non fuerit, en alium Origenis locum Græce scriptum, & teste Eusebio [6] depromtum ex ejus commentariis in Genesim: εἰ δὲ δεῖ καὶ ἀπὸ τῶν γραφῶν τȣ̃το παραστῆσαι, πληρεῖς μέν εἰσιν αἱ προφητεῖαι τοιȣ́των παραδειγμάτων, καὶ κατὰ Σωσάνναν δὲ τȣ̃ Θεȣ̃ γινώσκοντος τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ȣ̓́τω λεγȣ́σαν· ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης, ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, σὺ ἐπίστασαι ὅτι ψευδῆ μȣ κατεμαρτύρησαν ȣ̃τοι. „ Si tamen sacrarum quoque litterarum testimoniis eam in rem opus est, „ plenæ sunt exemplorum id genus prophetarum „ voces; ipsaque adeo Susanna rerum Deo cognitionem omnium antequam fiant his verbis afferuit [c]: *Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam isti falsum testimonium tulerunt contra me*. „

V. [7] Ad varias quod spectat ἀμοιβαίων Africani & Origenis epistolarum editiones, utramque primus Latine tantum edidit Leo Castrius Hispanus, præfixitque suis in Isaiam prophetam commentariis Salmanticæ vulgatis anno 1570. Utramque deinde Gilbertus Genebrardus anno 1574. editionis suæ Origenianæ tomo secundo inseruit, Gentiano Herveto Aurelianensi & canonico Remensi interprete ex codice ms. Guillelmi cardinalis Sirleti. Postea Africani ad Origenem epistola integra cum initio responsi Origenis ad Africanum Græce dumtaxat edita est Augustæ Vindelicorum anno 1602. cura Davidis Hœschelii post Hadriani Isagogen sacrarum Scripturarum, & Hesychii presbyteri Hierosolymitani στιχηρὸν in Esaiam & duodecim Prophetas. Responsi Origenis ad Africanum fragmentum alterum Græce item edidit Patricius Junius Londini anno 1637. post catenam Græcorum Patrum in Job. Denique utramque epistolam simul Græce & Latine una cum Dialogo contra Marcionitas, & Origenis exhortatione ad Martyrium Basileæ anno 1674. in lucem edidit Joannes Rodolphus Wetstenius, oratoriæ artis in ejusdem urbis academia professor. Verum ejus editio triplici potissimum videtur laborare vitio. I. quod mendosum plerumque sequatur codicem ms. II. quod barbariem ut plurimum redoleat interpretatio Latina e regione Græci sermonis adposita. III. quod omnia fere Origenis argumenta, quibus objecta ab Africano contra Susannæ historiam diluuntur, prolixis & inutili eruditione refertis notis elevare conetur. Nostra editio Græcam orationem ab innumeris mendis ope manuscriptorum purgatam exhibet, & e regione interpretationem Latinam, quæ, uti spero, minus barbara minusque hirsuta videbitur. Quæ Wetstenii notæ a catholica fide non recedunt, eas suo loco in extremis quibusque paginis repræsentandas esse duximus; reliquas vero ut prolixiores & a catholica fide abnormes, confutatas reperies in observationibus nostris ad Huetii librum secundum Origenianorum. „ Hactenus eruditissimus editor Parisiensis.

a [illegible] I. 1. b III. *Reg.* III. 16. & seqq. c *Dan.* XIII. 42. 43.

1 [illegible] Epist. ad [illegible] cap. XVI.
2. [illegible] 3. Cap. [illegible]
4 Cap. [illegible] & [illegible]
5. Ca[illegible]
6. *Eu*[illegible] cap. [illegible]
7. *D*[illegible] Origen. tom. I. pag. [illegible]

VI. Aliam ſcripſit Africanus epiſtolam ad Ariſtidem A; *in qua*, inquit poſt Euſebium [1] Hieronymus [2], *ſuper* διαφωνίᾳ *quæ videtur eſſe in genelogia Salvatoris apud Matthæum & Lucam, pleniſſime diſputat*. Ejus quoque meminit S. Auguſtinus, libros XXXIII. contra Fauſtum Manichæum retractans [3]; ubi verba facit de quæſtione, *quomodo potuerit duos patres habere Joſeph*. Ibi ſiquidem ad hanc Africani epiſtolam reſpiciens, hæc habet: *Hoc in eorum litteris inventum eſt, qui recenti memoria poſt aſcenſionem Domini de hac re ſcripſerunt. Nam etiam nomen ejuſdem mulieris, quæ peperit Jacob patrem Joſeph de priore marito Mathan, qui fuit pater Jacob, avus Joſeph, ſecundum Matthæum; & de marito poſteriori* B *Melchi peperit Heli, cujus erat adoptivus Joſeph, non tacuit Africanus*. Meminerunt præterea Photius [4], Zacharias Chryſopolitanus [5], & Nicephorus Calliſti [6] Euſebium aſſectatus; ex quo etiam ejuſdem epiſtolæ fragmenta deſcripta in medium alibi profert [7]. Ea vero ex Euſebio Valeſiano cum notis clariſſimi interpretis exhibemus.

VII. Præcipuum Africani opus, Chronographia, ſive libri quinque *de temporibus*, ut ait Hieronymus [8], ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένοι, inquit Euſebius [9], *accuratiſſime compoſiti*. „Conciſus quidem eſt auctor, judice Photio [10]; nihil tamen cognitu neceſſarium omittit. Incipit a mundi creatione, C pervenitque uſque ad Chriſti adventum. Succincte quoque geſta commemorat jam inde a Chriſti ætate uſque ad Macrini imperium: quo tempore, ut idem affirmat, hoc *Chronicon* abſolutum eſt, annorum ſcilicet quinquies mille ſeptingentorum & viginti trium.„ Hæc Photius. Opus jam pridem intercidit: ex quo tamen Euſebius aliique ipſum inſecuti chronographi, complura tranſſcripſiſſe perhibentur.

Jam vero quo hujuſmodi Africani opus eximium plane, uberius utcumque dignoſcatur, haud otioſum fortaſſe fuerit huc adferre, quæ Dodvvellus in eamdem ſententiam obſervat. „Erant, inquit [11], apud Latinos, antequam Euſebianum Chronicon D verteret Hieronymus, qui *Africani* Chronicon Latine verterant, Faſtiſque Conſularibus aptarant, & diverſis deinde temporibus ad ſuam cujuſque, qua vixit, ætatem continuarant. Hoc autem e bonæ notæ Chronici Euſebiani codice Mertonenſi diſcimus, ad cujus finem iſta ſubjuncta legimus:

„*Item ſecundum Africanum*,

„*Qui de Temporibus & Hiſtoriis Hebræorum & Græcorum & Perſarum & Macedonum cum Alexandrinorum itemque Romanorum V. libris omnia complexus eſt ab Adam uſque ad Cataclyſmum* E *Noe anni* ĪĪCCXLII. *Item a Cataclyſmo uſque ad Abraham & tranſmigrationem in terram Chanaan anni MXV. Habitatio omnis generis Iſrahel in terra Chanaan & in terra Ægypti, anni CCCCXXX. Moyſes in heremo anni XL. Hieſus Nave & qui poſt ipſum Presbyteri, an. LV. Judicum & ſine principibus & pacis tempore, ann. CCCCXC. Sacerdotum & Judicum anni XC. Regum Hebræorum anni CCCCXC. Captivitatis & deſtructionis Hieruſalem anni LXX. Perſarum regum anni CCXXX. Macedonum Principatus cum Alexandrinis & Ptolemæis anni CCC. Et Imperium Romanorum uſque ad Salvatorem & Reſurrectionem ejus, anni LXXIV. In ſe omnes anni in tempus ſupra ſcriptum anni* v̄*DCCXXVI. Exinde ad Imperium Alexandri, hoc eſt,* (ſic) *Moricaviti, qui Antoninus cognominatus eſt, anni CLXXXIV. & in Gallum V. & in Voluſianum anni XXXI.*

„*Fit ſumma omnis in Conſ. SSS. anni* (ſic) v̄*DCCLXLIII. ſecundum curſum Solis & XII. menſes. Secundum autem Lunares menſes & computationem Hebræorum qui facient in ſe menſes XII. D. XI. & quadrantem* (ſic) *ad electione facta, qui fiunt anni Lunares CLXXXV. M. IIII. Secundum quam computationem efficiuntur anni in ſe* v̄*DCCCCXX. M. X. D. IIII. Item ex Conſule Gallieno ſecundum & Voluſiano uſque in Conſulatum Limenii & Catulini anni CXVIII. Fit ſumma omnis anni* v̄*DCCCXXXVIII. ſecundum curſum Solis. Item a Liminio & Catulino uſque in Conſulatum Mamertini & Nevittæ CONSS. anni XIII.*

„*Fit in ſumma omnis anni* v̄*DCCCLI.*

„Errores ipſos repræſentavimus ſane fœdiſſimos imperitiſſimi librarii. Nec enim vacat impræſentiarum alia annotare quam quæ faciant ad illam, qua de agimus, cauſſam. Illud itaque in primis conſtat e Syncello [12], annum ipſum quo Chronicon ſuum terminavit Africanus, fuiſſe primum Olymp. CCL. quo fuerit Archon Philenus, Elagabali III. Coſſ. Grato & Seleuco, a primis nimirum Coſſ. pro Africani rationibus, vitioſis tamen illis, DCCXXV. Hæ notæ annum Chriſti deſignant CCXXI. pro Aer. vulg. Huc uſque igitur Chronicon ſuum tam Archontibus quam Coſſ. a primis uſque Archontum & Conſulum initiis inſignitum deduxiſſe ipſe videtur Africanus. Et quidem ſi pro hac forma & reliqua deduxerit, cum annis etiam Imperatorum Coſs. alios illum conjunxiſſe conſentaneum eſt, quum hos ipſos Coſs. cum III. Antonini Elagabali anno conjunxerit. Nimirum annum illum intelligit, non quo monarchiam Alexander adeptus eſt, ſed quo primum adoptatus eſt ab Elagabalo, & Cæſar factus, & ſocius in Imperio.„ Hactenus Dodvvellus.

VIII. Ex hoc autem Africani opere qui primus chronologiæ fontes recluſiſſe comperitur, qui poſt ipſum floruere veteres chronographos, tantum non omnes, ut modo innuimus, Euſebium in primis, Syncellum, Chronici Paſchalis auctorem, Jo. Malalam, Theophanem aliosque, hauſiſſe complura atque in ſua ſcripta derivaſſe, ſatis norunt eruditi. Eorum tamen plerique qui loca ex Africano deſcripſerunt, auctoris nomen prætericre: ut proinde haud multa ſuperſint, quæ Chronographo noſtro ſine ulla controverſia tribuantur. Maximam ejus operis fragmentorum partem ſuppeditat Syncellus, quibus paſſim Africani nomen præfigendum

1. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. VI. cap. XXXI.
2. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. LXIII.
3. *Aug.* Retract. lib. II. cap. VII. §. 2. opp. tom. I. p. 44.
4. *Phot.* Bibl. cod. XXXIV.
5. *Zachar. Chryſop.* Comment. in Harmon. Ammon. lib. I. cap. V. Bibl. PP. Lugd. tom. XIX. pag. 751.
6. *Niceph. Call.* Hiſt. eccl. lib. V. cap. XXI.
7. Id. ibid. lib. I. cap. XI.
8. *Hieron.* de Vir. illuſtr. cap. LXIII.
9. *Euſeb.* Hiſt. eccl. lib. VI. cap. XXXI.
10. *Phot.* Bibl. cod. XXXIV.
11. *Dodw.* Diſſert. ſing. ad opp. poſt. Pearſon, §. 8. pag. 98. ſeq.
12. *Syncell.* pag. 212.

curavit: unum alterumve locum, & quidem insignem, servarunt Eusebius, Hieronymus atque Basilius: Chronici quoque Paschalis auctor paucula profert. Hæc itaque omnia certo Africaniana, in unum collecta, juxta ordinem librorum sive pro temporum ratione digessimus: reliquis interim utpote dubiis prætermissis.

Quandoquidem vero nonnulla deteximus, ad eamdem Africani chronologiam pertinentia, quum jam typis consignata essent quæ hactenus summatim recensuimus; operæ pretium fuerit ea heic exhibere, prout exstant apud Lambecium ex codicibus Vindobonensibus manu exaratis descripta.

Auctor igitur *Propheticarum Eclogarum de Christo* qui Eusebius Pamphili esse perhibetur [1], in illius operis adhuc inediti libro III. cap. ult. hæc habet [2]: *μόνον ἴσμεν Ἀφρικανὸν ἀκριβέστατα, καὶ μᾶλλον παρὰ τοὺς λοιποὺς ἐπιπεπυγμένως τεθεωρηκότα· καὶ δή μοι δοκεῖ ἀναγκαῖον εἶναι, πρῶτον αὐτοῦ τὴν εἰς τοὺς τόπους διήγησιν εἰς μέσον ἀγαγεῖν, εἶθ' οὕτως ἐπισκέψασθαι, εἴ τι ἄρα καὶ αὐτοὶ δυνάμεθα συμβάλεσθαι τῷ λόγῳ. γράφει δὴ οὖν ἐν πέμπτῳ τῶν χρονογραφιῶν κατὰ λέξιν οὕτως.*

ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ.

Η *μὲν οὖν περικοπὴ οὕτω πως ἔχουσα πολλά τε καὶ παράδοξα σημαίνει. νυνὶ δ' ἂν* [3] *χρεία περί τε τοὺς χρόνους καὶ τὰ τούτοις συντείνοντα τὸν λόγον ποιησάμεθα. ὅτι μὲν οὖν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας λέγεται ταῦτα, μετὰ ἑβδομάδας ὁ μέλλοντος ἐπιφαίνεσθαι, δῆλον ἐπὶ γὰρ τοῦ σωτῆρος κ. τ. λ.* Heic vero advertendum, hujusmodi ex Africano excerptum quod Lambecius velut ineditum vulgavit, apud Eusebium & quidem emendatius exstare [4], ipsiusque integram versionem præbere S. Hie-
A ronymum [5]. Estque initium fragmenti XVI. quod infra suo loco legere est pag. 370. Mirari subit, id præter Lambecium, fugisse quoque Caveum [6] & Fabricium [7].

Pergit porro Lambecius, & alibi hæc refert [8]: „ Ceterum quod speciatim ad Sextum Julium „ Africanum attinet, citatur is inter *Γνωμικὰς* „ *διαφόρων* his verbis: *Ἱστορεῖται παρὰ Ἀφρικανῷ,* „ *ὅτι ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσῆν, τὰ* „ *δεσμὰ διερρήγησαν σιδηρὰ ὄντα, καὶ ἔφυγεν.* „ Secutus heic vir eruditus errantem Suidam, qui Julium Africanum cum Africano Sexto confundit, ut supra notatum §. II. Ipsumque deinde sunt imitati Fabricius & Caveus.

B Denique alius fragmenti meminit idem Lambecius [9], quod adhuc ms. in bibliotheca Cæsarea servatur. Est autem ejus inscriptio: *διήγησις Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν ἐν Περσίδι γενομένων διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* Incipit: *Ἐκ Περσίδος ἐγνώσθη ἀπ' ἀρχῆς ὁ Χριστός. οὐδὲν γὰρ λανθάνει τοὺς ἐν αὐτῇ νομομαθεῖς ἅπαντα φιλοπονοῦντας. ὅσοι γὰρ κ. τ. λ.* Et ad Africani quidem chronographiam ejusmodi fragmentum spectare merito existimatur. Huic enim gemina tmemata similiter inscripta exhibet Syncellus, ut videre est infra pagg. 372. 374.

His præterea ex Lambecio relatis aliud addimus fragmentum, e codice regio 2441. a V. C.
C Montfauconio descriptum [10]: ubi de Adami sepultura pertractasse Africanus & Athanasius perhibentur his verbis: *Οὗτοι δέ εἰσιν οἱ περὶ τῆς ταφῆς τοῦ Ἀδὰμ εἰρηκότες, Ἀφρικανὸς καὶ ὁ ἅγιος Ἀθανάσιος.* Hinc in præfat. Montfauc. pag. VI. §. XVIII. rescribendum *de sepultura Adami*, ubi *de sepultura Domini* perperam legitur.

CAPUT XVII.

DE

M. MINUCIO FELICE.

SYNOPSIS.

I. Minucius *an Afer, an Romanus, incertum. Incertum item quo tempore vixerit. Videtur tamen sæculo tertio ineunte claruisse.*

II. *Causidicus insignis fuisse, tum ethnicis superstitionibus adhuc addictus, tum post datum Christianæ militiæ nomen, perhibetur. Heumanni*
D *objectiones diluuntur.*

III. *Dialogum litteris consignavit,* Octavius *inscriptum. Ejus præstantia.*

IV. *De variis Dialogi Minuciani editionibus. Qua ratione isthæc digesta.*

I. M. Minucius Felix, an gente Afer, an vero e consulari apud Romanos Minuciorum familia ortus, omnino incompertum. Si Rigaltium audias [11] „ illum fuisse Afrum opinari licet, cujus verbis Cyprianus tam familiariter utatur, quam ipse Minucius Tertulliano. Afros item fuisse Cæcilium Natalem & Octavium Januarium, Dialogi Minuciani collocutores, Cirtensis Fronto a scriptore nostro laudatus testatur: omnesque adeo se se invicem demonstrant. Ceterum de Minucio quid in veterum scriptis reperiatur, præter illa quæ sunt huic editioni præfixa, Lactantii, Hieronymi & Eucherii testimonia, non habemus quidquam. „

Pergit Rigaltius; & de Minucii ætate disputans „ quo tempore vixerit, inquit, auctores non tradunt: nisi quod Hieronymus in illo suo Scriptorum ecclesiæ catalogo, ubi ordinem fere temporum servat, Minucium anteponit Cypriano, &
E juxta Tertullianum atque alios censet, qui Severi imperatoris ævo proximi fuisse dicuntur. Idem vero in Apologia ad Pammachium, ubi minime necessaria temporis erat cura, citatis auctoribus iisdem, Minucium nostrum Tertulliano quidem,

1. Vide *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VI. pag. 57.
2. Apud *Lambec.* Comment. lib. I. pag. 141.
3. Edit. *ἂν*. Et paullo post, *τούτοις συντ.*
4. *Euseb.* Demonstr. Evang. lib. VIII. cap. II. pag. 3.
5. *Hieron.* Comment. in Daniel. IX. 24. opp. tom. III. pag. 1110. edit. Martian.
6. *Cav.* Hist. Litt. tom. I. pag. 111.
7. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. V. pag. 169.
8. *Lambec.* l. c. lib. III. pag. 39.
9. Id. ibid. lib. V. pag. 297.
10. *Monsf.* Collect. nov. PP. Græcor. tom. II. pag. [illegible]
11. *Rigalt.* not. 1. ad Minuc. pag. 1. edit. Paris. 1666.

verum & Cypriano subjungit; credo ne Minuciani nominis interpositione magistrum a discipulo divelleret. Certe Minucio Victorinum & Firmianum & Hilarium subdit. At Eucherius episcopus Lugdunensis in quadam ad Valerianum epistola, Felici nostro medium inter Firmianum & Cyprianum adsignat locum: ut jam propior vero sententia sit, non habitam fuisse in istis rationem ætatis cujusque exactissimam. Certior igitur ea fuerit conjectura, quæ de ipsius Tertulliani ac Cypriani adversus idolorum cultum scriptis dicetur. Etenim si Tertullianicis comparentur Minuciana, statim apparebit, Minucium ab Tertulliano & argumenta & disserendi ordinem, atque ipsa plerumque verba sumsisse; Cyprianum vero, in illo præsertim opere quo vanitatem idolorum arguit, Minucianis & sententiis & verbis usum esse tamquam suis: ut gloriari tamen debeat Minucius ea sibi in mentem venisse, quæ Cyprianus usurpando sanxerit. Hoc amplius: ne semel quidem a Cypriano Minucium esse nominatum, neque a Minucio Septimium, rationibus utrimque, ut par est credere, haud improbandis. Denique Wovverio libens adsentior affirmanti, antiquiorem Cypriano fuisse Minucium, vel saltem suum Dialogum edidisse, priusquam Cyprianus de idololatria scriberet: at Minucium sane manifesta imitatione aliorum verba suis immiscuisse, nec tamen esse penes ipsum quod acceptum ferre debeat Cypriano. „ Hæc Rigaltius.

II. Causidicum egisse Minucium, fuisseque circa forenses curas occupatum, ipsemet testatur his verbis [1]: *Ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant*. Atque hujusmodi fuit tum veterum, tum recentiorum sententia. Unus quem noverim Heumannus, haud ita pridem e numero Jurisconsultorum illum eximendum censuit [2]. Nimirum, inquit, Lactantius qui primus omnium inter antiquiores eo munere functum esse Minucium perhibere existimatur, appellat illum quidem *causidicum*; ea tamen eleganti notione, qua ipsum non *forensem*, sed *Christianæ religionis* causidicum innuat: quo semel posito, Lactantii verba perperam accepisse Hieronymum arbitratur, quin & eo procedit, ut sibi propemodum persuadeat, haud scripsisse Lactantium: MINUCIUS FELIX *non ignobilis inter causidicos* LOCI, *sed non ignobilis inter causidicos* ECCLESIÆ *fuit*. Scilicet, ait, ex compendiosa scriptura *ecce* pro *ecclesiæ*, facile *loci* nasci potuit.

At operam ludere vir criticus comperitur. Mitto locum illum Minucianum modo laudatum, quem unum vidit alioque detorsit Heumannus. Licet enim ex ejus sententia verba illius loci minus apta existimentur, quibus ejusmodi lis dirimatur; alibi tamen adeo luculenter suam causam perorat noster *causidicus*, & quidem *non ignobilis loci*; ut nemo plane fuerit qui æqui judicis partes sibi sumens, juxta ipsius placita sententiam ferre detrectet. Sic igitur ille [3]: *Nos quum sacrilegos aliquos & incestos, parricidas etiam, defendendos & tuendos suscipiebamus; hos* (Christianos) *nec audiendos in totum putabamus*. Ubi notandum in primis verbum *suscipiebamus*, ex foro sumtum, ut ad eum locum

A ex Wovverio animadversum. SUSCEPTI enim, *clientes*. Servius ad illud Virgilianum [4]:

— — — Et fraus innexa clienti:

Vult, inquit, *intelligi prævaricatores, qui patroni sunt clientium, quos nunc* SUSCEPTOS *vocamus*. Reliqua porro Minuciani contextus quem descripsimus, ita cohærere noscuntur ejusmodi vocis illius acceptioni, ut quisquis integram auctoris sententiam inspiciat, fateatur oporteat, ipsum aliquando saltem, quo tempore scilicet ethnicæ superstitioni esset adhuc addictus, causidici munere fuisse perfunctum. Neque vero jure quis regerat, Octavium
B heic a Minucio ita loquentem induci; adeoque illud unum ut maxime inde colligi posse, Octavium quidem, non autem Minucium, causarum patronum egisse. Quis enim, inquit vir eruditus [5], probe non intelligat, Octavium vel de se ipso deque Minucio simul, vel potius Minucii tantum nomine dixisse, se aliquando *sacrilegos & incestos, parricidas etiam, defendendos & tuendos suscepisse; Christianos vero nec audiendos in totum putasse?*

Quod si rem ita se habere perspicuum sit, illud quoque consequens fuerit, Minucium nostrum, etiam post Christianæ religionis professionem, in eodem munere obeundo perstitisse. Siquidem Octavium ad se Romam venisse scribit [6], *quum ad vinde-*
C *miam feriæ judiciariam curam relaxaverant*; id est, quum a forensi labore, quo per reliquum anni tempus distinebatur, incumbentibus autumnalibus feriis vacaret. Neque est demum cur quis miretur cum Balduino [7], *in tam profano & inimico foro consistere causidicum pium potuisse*; ac proinde non est, cur inde potius colligat Heumannus [8], Minucium *causidicum Romani fori haudquaquam fuisse*. „ Hi enim si considerent, verbis utor Mamachii „ V. C. [9], neque semper imperatores cavisse, ne „ qui nostrum publicis muneribus fungerentur, ne„ que omnes; facile quidem certe confitebuntur, „ tertio sæculo, quo & Septimius Severus æquior „ aliquando, quam decessores sui consuerant, no-
D „ stris [10], & Alexander [11], & Philippi Augusti qui „ nihil adversum nos decernendum existimarunt [12], „ adepti sunt, fas fuisse Christiano viro in forum „ venire, patrociniumque eorum suscipere, quos „ aut injuria affectos, aut bonis injuste privatos „ fuisse arbitraretur. „ Arnobius enimvero testatur [13], *magnis ingeniis præditos oratores & consultos juris magisteria Christiana expetiisse, spretis quibus paullo ante fidebant*. Ecquis vero dubitet Arnobium his verbis ad Minucium nostrum, immo suum, respexisse, quem inter ejusmodi oratores & juris consultos primas tulisse probe noverat? Quid quod Tertullianus, *Hesterni sumus*, inquiebat [14], *& vestra omnia implevimus, urbes, insu-*
E *las, castella, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, senatum*, FORUM: *sola vobis relinquimus templa?* Deleat igitur ex suis *Parergis* Heumannus *Observationem* illam, qua Minucium albo Jurisconsultorum eradendum statuebat: vigeatque Firmiani & Hieronymi auctoritas, afferentium *Minucium Felicem non ignobilis loci*, quin & *insignem inter causidicos Romæ* extitisse.

1. *Minuc.* Dial. cap. II.
2. *Heumann.* Parerg. Gotting. I. pagg. 208-212.
3. *Minuc.* Dial. cap. XXVIII.
4. *Virgil.* Æneid. VI. 609.
5. *Nourry* Appar. ad bibl. PP. tom. II. pag. 11.
6. *Minuc.* Dial. cap. II.
7. *Balduin.* Dissert. de Minuc. Fel. §. 5. pag. 9. edit. I. Davis.
8. *Heumann.* l. c. pag. 212.
9. *Mamach.* Origg. & Antiqq. Christ. tom. III. p. 299. seq.
10. *Tertull.* ad Scapul. cap. IV.
11. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. capp. XXI. & XXVIII.
12. Id. ibid. cap. XXXIV.
13. *Arnob.* adv. Gent. lib. II. pag. 21. edit. Paris. 1656.
14. *Tertull.* Apol. cap. XXXVII. pag. 310. edit. Havere.

III. Postquam Minucius Christo nomen dedit, *nominis hujus sacramentis institutus*, ut cum Arnobio loquar [1], jam veritatis vindicem assertoremque se præbuit. [2] Dialogum itaque perscripsit duas in partes distinctum, quarum altera Cæcilii pro ethnicis, altera Octavii pro christianis orationem complectitur; eumque inscripsit OCTAVIUS, ut tradunt Lactantius & Hieronymus: imitatus nimirum Platonem, Ciceronem aliosque veteres, qui ejuscemodi libris in dialogi formam compositis, illius nomen præfixerunt, qui præcipuas in eis agit partes.

„ Est autem Minucii Dialogus, inquit cl. Blackvvallius [3], acute, eleganter ac perspicue digestus. Tot fere in eo graves sententias, quot periodos deprehendis: & sententiæ quidem, sponte ex argumento profluentes, sollerter orationi sunt intextæ. Rationibus & pugnat, & vincit; quantumque acuminis, tantum habet & salis. Ingenium a natura ipsi datum non ad fingendum, sed ad veritatem dicendam, quam adulterare nescit. Christianorum doctrinam criminibus liberat, quæ pagani eis objecerant; adversariorumque calumnias in ipsorum religionem tam apte tamque evidenter retorquet, ut se, cum malæ causæ fortissimum maximeque timendum oppugnatorem, tum bonæ nobilissimum præstet patronum. „

IV. Jam vero de variis Dialogi Minuciani editionibus Rigaltium verba facientem audire præstat: „ Anni sunt, inquit [4], omnino centum, ex quo M. Minucii Felicis OCTAVIUS prima per typographos editione versari cœpit hominum manibus eruditorum. Exemplar annorum haud minus octingentorum in Vaticana Romæ servabatur; ex eoque descripti septem Arnobii adversus Gentes libri prodiere; cum iisque una pro libro Arnobii octavo, Minucii Felicis Octavius. Nemo suppositum arguebat. Ipse quidem vindicias libello suo satis clare poscebat. Sed libellum percipiebat nemo. Ergo delatus in Germaniam Arnobius cum appendice sua, in eas manus incidit, quæ stili Africani satis horridam libertatem imperiosa dictatura tam inverecunde subegerunt, ut pæne sensus ac mentis impotem reddiderint; fari jussum quæ nec somniare voluisset umquam; ejusdemque sortis infelicitatem nec Minucius effugit. Misellus Octavius! & suum & parentis nomen amiserat; & jam non persona, sed liber octavus Arnobii dicebatur. Non sine rubore talis audiebat inter haud ignaros commentariorum Lactantii & Hieronymi, qui numerum Arnobianorum septimo concludi testarentur; deque Minucii Octavio, clari parentis legitimo fetu, fidem non ambiguam facerent. Quis crederet? Hæc monimenta non senserat Erasmus, qui tam multos simili casu adflictos erexerat. Tandem inter civilis prudentiæ togatos, eruditione, judicio, pietate insignis Franciscus Balduinus Atrebas ex jure manu consertum venit; & appellata fide publica docte & religiose multa præfatus, datis notoribus, indiciis apertissimis, Arnobio non invito, abduxit Octavium, confestimque reddidit M. Minucio Felici.

Sic peractum status Octaviani judicium, anno Christi supra millesimum quingentesimum sexagesimo Heidelbergenses typographi vulgaverant. Et tamen annis post triginta tribus, quasi tota penderet adhuc in dubio causa, Fulvius Ursinus ex schedis Petri Ciacconi Romanam Arnobii editionem instauravit, prima certe, & Germanica etiam atque Batava longe meliorem; sed quæ dissimulato Balduini præjudicio, totam sibi judicii gratiam vindicaret: quasi tum primum de statu suo Minucius & Octavius certi esse inciperent ac securi. Annis adhuc sequutis prope viginti, vir eximie doctus & judicii admodum exacti, Joannes Wovverius, Minucii sextam editionem per Frobenianos accuravit. Notas apposuit sinceras, collatione veterum qui pro Christianis apologetica scripserant, perutiles. Etenim multa præcedentibus editionibus obscura & depravata remanserant. Vetus exemplar inspexisse videtur; illud ipsum ex quo Romanam editionem primam per Ferrarium & Priscianensem fuisse cusam testatur Faustus Sabæus, præfatione ad Franciscum I. cujus nomini majestatique opus dicatum fuerat, & jussu quidem, ut videtur, Pontificis maximi.

Is potentissimo Principi vetustorum exemplarium bibliothecam instituenti, cum editione Arnobii typographica, veteres etiam membranas unde prodibat editio, donari voluit. Nam exinde in bibliotheca regia censentur: tanti plurimi æstimandæ, quod Minucii vel Arnobii vetus exemplar aliud ullibi exstare hactenus est incompertum. Annis post Wovverium novem, septima Minucii Felicis editio venit in lucem ab Geverharto Elmenhorstio elaborata, Balduini præfatione recusa, & Wovverii notationibus interspersis, adjectisque insuper veterum ejusdem argumenti auctorum paginis locuples. Illic præterea variæ lectiones exhibitæ, ac sæpenumero citatus perperam liber manu scriptus: non alius sane quam ille regius. Qui liber visus est etiam Desiderio Heraldo Jurisconsulto; cujus adeo post ceteras omnes accuratior editio anno post Elmenhorstium prodiit. Nos hac ipsa denuo cum eodem libro regio commissa & comparata, deprehendimus quæ perspicaces oculos effugerant aliquam multa, nec pauca etiam secus accepta quam velit ipse Minucius: ut jam opinari liceat, huic editioni nostræ locum fuisse servatum: nec offensum iri de præcedentibus editionibus quemquam, si quid sibi bono publico fiat, quod ipse suis antecessoribus non sine gloria fecisse dicatur. „ Hactenus Rigaltius.

Post Rigaltianam editionem Parisiensibus typis commissam anno 1643. atque ibidem iterum iterumque recusam, alibi quoque aliæ prodierunt, Ouzelii, Cellarii, Davisii & Gronovii; ut eas omittamus, quæ in bibliothecis Patrum occurrunt. Quam vero heic exhibemus, ad duplicem Davisii Cantabrigiensem exegimus ann. 1707. & 1712. sed potissimum ad posteriorem, & altera quidem emendatiorem; in qua V. C. priores suas curas innumeris in locis auxit ac refinxit. Neque vero aliorum virorum eruditorum observationes præteriimus: ea tamen plerumque habita ratione, ut illas tantum selegerimus, quæ contextum Minucianum emaculandum respicerent.

1. *Arnob.* l. c.
2. *Nourry* Appar. ad bibl. PP. tom. II. pag. 19.
3. *Blackwall.* de præstant. class. Auct. cap. x. §. 5. p. 193.
4. *Rigalt.* ex edit. Paris. 1656.

CAPUT XVIII.

DE S. HIPPOLYTO EPISCOPO ET MARTYRE.

SYNOPSIS.

I. Hippolytus, *Irenæi discipulus. Veterum de ipso judicium. Episcopali honore insignitus: at ejus sedes incerta. Num episcopus gentium? De ejus episcopatu Heumanni commentum.*

II. *Opera S. Patris in duas partes tributa. Ejus Demonstratio de Christo & Antichristo, primo loco proposita & recensita.*

III. *Quid sentiendum de ipsius opusculo in Susannam.*

IV. *De Demonstratione adversus Judæos.*

V. *Fragmentum subjicitur ex libro adversus Græcos, qui inscribitur adversus Platonem, de causa universi.*

VI. *De opere contra hæresim Noeti.*

VII. *De excerptis ex sermone de Theologia & Incarnatione contra Beronem & Heliconem.*

VIII. *De reliquis scriptis Hippolyteis, quæ in parte* II. *continentur: in primis vero de Paschali Canone, in lapidea Cathedra insculpto.*

I. S. Hippolytus, Ecclesiæ Doctor γλυκύτατος καὶ εὐνούστατος, *dulcissimus & benignissimus* [1], S. Irenæi discipulus fuit, ut ipsemet apud Photium [2] testatur. Hinc mitius accipiendi Palladius [3] & Cyrillus Scythopolitanus [4], qui eum γνώριμον τῶν Ἀποστόλων, *Apostolorum familiarem*, fuisse tradiderunt. Ipsum namque sub Alexandro imperatore qui regnare cœpit anno Christi CCXXII. vitam duxisse ex ejus canone Paschali compertum fit. Plurimum autem profecisse sub tanto magistro Hippolytum, quæ superant ejus doctrinæ monumenta, luculenter evincunt: ut propterea *vir disertissimus* a S. Hieronymo [5], quin etiam *sacratissimus & magnus Doctor, veritatisque testis fidelis* ab Anastasio [6] jure appelletur. Episcopali charactere ipsum fuisse insignitum, perhibent Eusebius [7] atque Hieronymus [8]: sed incerta omnino ejus sedes circumfertur. An *Episcopus Gentium* putandus; quo quidem titulo ejus sodalem, Cajum Romanæ Ecclesiæ presbyterum, ornatum fuisse probe novimus? Longum enimvero esset ire per singula, quæ hac de re viri doctissimi, excussis Veterum libris, excogitarunt. Præcipua horum loca simul collecta, scriptis Hippolyteis præmisimus: unde quæ ad eorum auctorem spectant potissimum, repetere in promtu est.

Ceterum ad ejus sedis episcopalis quæstionem satis implexam quodammodo enodandam, complura præ ceteris accurate observarunt sive Patres Bollandiani [9], sive Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri [10]: qui sane viri cll. ad examen quoque revocassent, ni temporis ratio ipsis obstitisset, quæ de hoc illustri Ecclesiæ præsule, dissertatione anno 1738. evulgata, Heumannum commentum esse comperimus.

Nimirum vir eruditus, tota licet antiquitate repugnante, unius vocis variæ acceptioni subnixus & fidens, comprobare nititur [11], Hippolytum fuisse quidem episcopum, non tamen *ecclesiasticum*, at *civilem*. Quam in sententiam paucula excitat loca ex Græcis Latinisque scriptoribus, unde colligat fuisse aliquando civilium munerum homines, qui appellarentur *episcopi*; idque nominis in primis oræ maritimæ atque adeo portuum custodibus fuisse tributum: ut proinde noster Hippolytus, ortu fortasse Romanus, eo sensu *Romani portus episcopus* censendus fuerit. Quin, si virum criticum audias, vel ipsa statua marmorea Hippolyto a propinquis posita, atque ex Romani portus ruderibus anno 1551. effossa, istiusmodi sententiam confirmat: quippe quæ, ait, nullam plane notam ecclesiasticæ dignitatis præ se ferat.

Perbelle sane. Nunc vero, si diis placet, inter Ecclesiæ Patres qui sæculo tertio ineunte floruere, novimus recensendum Hippolytum; virum [12] *haud Plinio absimilem*, qui, ut ille *portui Miseno*, fuerit Romano præfectus: episcopus quidem, sed civilis; *oræ*, inquam, *maritimæ inspector, curator, superintendens*. Scilicet noster Hippolytus, *vir fuit magnæ dignationis in urbe Roma, honoribus pariter ac divitiis eminens, Romanique portus præfectus*: ut propterea, quo munere suo rite fungeretur, sublimiora Christianæ religionis mysteria referarit; de Theologia & Incarnatione, de Deo & carnis resurrectione peregerit; commentaria in omnes ferme sacras utriusque Fœderis paginas ediderit; de apostolicis traditionibus scripserit; demonstrationem temporum Paschæ elucubrarit; adversus Judæos, ethnicos hæreticosque stilum acuerit; qui præterea de rebus divinis frequenter ad populum sermones habuerit; potissimum vero [13] προσομιλίαν in oriente *de laude Domini Salvatoris, in qua, præsente Origene, se loqui in ecclesia significat*: cui denique non solum statua marmorea posita, sed statua in cathedra sedens; quo nimirum episcopalis ejus dignitas *ecclesiastica*, non *civilis*, ejusque munus Dei populum in ecclesia dicendi testatum posteris relinqueretur.

II. Plurima scripsit Hippolytus, Eusebio, Hieronymo, Photio aliisque memorata; nunc autem maximam partem deperdita, vel intercisa. Quæ

1. *Anonym.* inter opp. Chrysost. Vid. infr. *Veter. testim.* num. XVII.
2. *Phot.* Bibl. cod. CXXI.
3. *Pallad.* Hist. Lausi. cap. CXLVIII.
4. *Cyrill. Scyth.* Vit. S. Euthym. in Analect. Græc. BB. pag. 82. & Vit. S. Sabæ in Monum. Eccl. Gr. Coteler. tom. III. pag. 354.
5. *Hieron.* Epist. LII. ad Lucin. pag. 579. tom. IV. nov. edit. Paris.
6. *Anast.* in Collectan. Vide infra pag. 469.
7. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XX.
8. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXI.
9. *Bolland.* Act. SS. tom. IV. Aug. pagg. 507. seqq.
10. Hist. Liter. de la France, tom. I. part. I. p. 362. seq.
11. *Heumann.* Primit. Gotting. pagg. 240. seqq.
12. *Heumann.* l. c. pag. 245.
13. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXI.

superant, ſollerti cura congeſſit Joannes Albertus Fabricius. Ea vero in ordinem digeſta, duaſque in partes tributa, rurſus in lucem emittimus. Quæ ampliora ſunt, ſive integra ſive mutila, priorem locum obtinent: poſteriorem vero fragmenta reliqua minutiora, pro argumenti dignitate aut varietate diſcreta.

Et primum quidem locum obtinet *Demonſtratio de Chriſto & Antichriſto*, cujus meminere Hieronymus, Andreas Cæſarienſis, Germanus CP. Joannes Damaſcenus & Photius; eorumque loca inferius habes inter veterum teſtimonia ſcriptis Hippolyteis præmiſſa: ut proinde mirari ſubeat Baſnagii confidentiam, qui antiquorum ſcriptorum fide poſthabita, omnium eruditorum calculo comprobata, *fictitium Hippolytum* appellat [1] hujus Demonſtrationis auctorem. Utinam vero legiſſet ille perpendiſſetque ſincerum primi editoris judicium, qui ſane ſibi ſuſpectus haud eſſe jure poterat. Sic igitur Gudius [2]; „ Illuſtre Photii teſtimonium libenter adjungendum curavimus [3]; ut ſi lectorem offenderet in hoc opuſculo cogitationum, ipſiuſque orationis ſimplicitas, nihil propterea dubitaret περὶ τῆς γνησιότητος. Photius libello noſtro tamquam inſignem notam apponit τὸ τῶν νοημάτων ἁπλούστερον. Et profecto quidquid Hippolyto tribuebat, mirifice reſpondet. „

His autem de operis integritate habitis, pergit Gudius atque de illius titulo hiſce verbis ediſſerit: „ Sed non omittenda eſt inſcriptio, quam conſervavit idem Photius: περὶ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχρίστου. Uterque codex Remenſis & Ebroicenſis unde opus deſcriptum, ſimiliter: περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου. Ego vero diſceſſi magnis rationibus. Non enim debebam conſcientia convictus, librariorum errorem atque ignorantiam ſuperſtitioſe propagare. Hippolytus cauſſam dicet neceſſariæ mutationis, cujus verba ſunt [4]: Ἀλλ' ἐπειδὴ καιρὸς λοιπὸν ἀπαιτεῖ πρὸς τὰ ὑποκείμενα, αὐταρκῶν ὄντων τῶν ἐν τῷ προοιμίῳ εἰς δόξαν Θεοῦ εἰρημένων, δίκαιόν ἐστιν ἡμᾶς ἐφαψαμένους αὐτῶν τῶν θείων γραφῶν, ἐπιδεῖν δι' αὐτῶν, τίς καὶ ποταπὴ ἡ τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσία. Quid nunc eſt apertius, quam non ad argumentum pertinere, quæ de Chriſto dixerat? Nihil ſe profiteri planiſſime teſtatur præterquam Antichriſti demonſtrationem. Credamus auctori potius quam Photio, cui librariorum ſtupor fraudi fuit. Error in hac ἐπιγραφῇ antiquior eſt octingentis annis. Sed erroris vetuſtate non movemur. Nam Photio teſtem fide atque ætate longe ſuperiorem opponimus Hieronymum, cujus auctoritatem magni ſemper facio. Ille autem laudavit ἁπλῶς commentationem de Antichriſto. Hoc ἐν παρόδῳ monendum fuit, ne quis nos juvenili temeritate in libros manu exaratos graſſari ſuſpicaretur. „ Hactenus Gudius: cujus tamen ſententia minus probatur Combefiſio [5]; eumque proinde cum Fabricio [6] nos quoque affectamur.

Opus iſtud litteris conſignavit ſanctus Pater, rogatus a quodam Theophilo, quocum de eodem argumento fuerat antea collocutus; ipſique propterea, quem cariſſimum fratrem appellat, librum ſuum nuncupat. In eo autem, judice Photio ut modo audivimus, ſervata ſenſuum ſimplicitas ac vetuſtas: genus vero dicendi, clarum in primis ac perſpi-

A cuum, nec non interpretationi congruens. Illud præterea obſervare juverit, Hippolytum una cum Irenæo magiſtro ſuo agnoſcere, Apocalypſin ab Apoſtolo Joanne fuiſſe perſcriptam [7]. De loco autem auctoris libri I. Maccabæorum, ad quem S. Hippolytus reſpexiſſe videtur, quemque contra Gudium ſtrenue adſtruit Combefiſius, *Annales Syriæ* Froelichianos vere aureos evolvere potiſſimum præſtat [8], ipſorumque Annalium vindicias quarum eruditiſſimus auctor eumdem locum, ſicut & reliqua, egregie tuetur [9] contra Wernſdorffium; qui Gudium ſectatus canonicam librorum Maccabaicorum auctoritatem infringere irrito conatu aggreſſus eſt [10].

B Verum ad Hippolytum redeamus. Ejus Demonſtrationem primus in lucem extulit, Græciſque typis edidit Pariſiis anno *1661*. Marquardus Gudius, ut ſuperius innuimus: deinde anno *1672*. G. L. vulgavit illuſtravitque Franciſcus Combefiſius [11]; ejuſque verſio Latina quinque poſt annos repetita in bibliotheca PP. Lugdunenſi [12]. Demum editionem Combefiſianam cum Gudiana collatam anno *1716*. Hamburgi recudendam curavit Joannes Albertus Fabricius; qui præter ſuas animadverſiones addidit etiam aliquot ineditas Gudii adnotationes, cum caſtigationibus Tanaquilli Fabri, ex ejus Epiſtolarum libro II. pag. 324. ſeq. deſumtis. Hanc vero poſtremam editionem in primis ſecuti ſumus; C quam tamen recenſuimus ad Combefiſianam, ut ex iis quæ paſſim adnotavimus, compertum ſit. De reliquis porro quæ noſmet ipſi præſtitimus, ſententiam ferendam viris eruditis relinquimus. Ceterum quum ab editore Hamburgenſi Combefiſii præfatio fuerit prætermiſſa, operæ pretium duximus eam heic deſcribere. Sic autem habet [13]:

„ Hanc vetuſtiſſimi Theologi genuinam lucubrationem juris publici fecit nuper, ex duplici Gallicano codice, altero Remenſi, altero Ebroicenſi, adoleſcens ſupra ætatem eruditus ac vere φιλομαθής, eaque indole doctas orbis academias & in eis viros doctos, luſtrans, Marquardus Gudius Batavus (Holſatus.) Sed ſive labori pepercit, ſive nomini D ſuo conſuluit, ſenis adeo Theologi monumentum ſibi dum adoleſcenti permittere noluit, ut in Latium transferret: ne maturiori forte ætate, caſtigandum aliquid inveniret, quod ſic præcoci conatu excidiſſet. Mihi ea jam in palæſtra cano, an res ſucceſſerit, aliorum eſto judicium. Fidelius conatus ſum, quam elegantius reddere. Auctoris τὸ τῶν νοημάτων ἁπλούστερον nihil obſtat, quin opus ſit vere theologicum, quodque perinde interpretem non ἀμύητον exigat, aut inexpertem rerum theologicarum. Conjecturæ Gudii non ſtatim omnes placuerunt. Mihique indulſi ut emendarem, ubi ita certo mendum deprehendi: ubi vero res paullo perplexior erat, manum inhibui, ne præcipiti juE dicio, lectori qui meliora a ſe inventurus eſſet, præſcriberem; ac quid videretur, conjectura cuivis libera, aperirem. Quod Hippolyti nomine opus de Antichriſto hactenus pluteos oneraverat, ſequioris Græciæ monumentum eſt, ac plane ſtramineum, nihil ævi illius ſinceritatem redolens, aut venam magni cum ſimplicitate Theologi ſatiſque in Scripturis verſati: cujus parens id ipſum perſuaſum habuerit, quod ſcripſiſſe Hippolytum de

1. *Baſnag.* Animadv. ad tom. I. Theſ. Caniſ. pag. 10.
2. *Gud.* apud Fabric. Hippol. tom. I. pag. 2.
3. *Phot.* teſtimon. infra pag. 415.
4. *Hippolyt.* de Antichr. cap. V.
5. *Combef.* in notis ad cap. V. infra pag. 419.
6. *Fabric.* Hippol. tom. I. pag. 2. not. **,
7. *Hipp.* de Antichr. capp. XXXVI. & L.
8. *Frœlich.* Annal. compend. reg. Syr. proleg. p. 31.
9. *Khell.* Auctor. utriuſq. lib. Maccab. pagg. 173. ſeqq.
10. *Wernſdorff* Comment. hiſt. crit. de fide hiſtor. libror. Maccab. pagg. 40. ſeqq.
11 *Combef.* Auctar. noviſs. bibl. PP. tom. I. pag. 26 - 62.
12. Bibl. PP. Lugd. tom. XXVII. pag. 1 - 9.
13. *Combef.* Auctar. noviſs. bibl. PP. tom. I. pag. 57.

Antichristo apud antiquos pervulgatum sit. „ Hactenus Combefisius.

III. Demonstrationem de Christo & Antichristo excipit opusculum *in Susannam*, a laudato Combefisio Græce ac Latine vulgatum [1]: hinc vero a Fabricio in suam editionem conjectum [2]: versio autem Latina in bibliotheca Patrum Lugdunensi l. c. repetita. De hujus opusculi integritate nemo jure ambigat, ubi conferat illud cum præcedentis cap. LIX. siquidem utrobique parem scripturas interpretandi rationem facile agnoscet. His accedit Georgii Syncelli testimonium, qui scriptum hujusmodi perlegisse videtur. Sic enim scribit [3]: Ὁ δὲ ἱερὸς Ἱππόλυτος ἐν τῷ κατὰ τὴν Σωσάνναν καὶ τὸν Δανιὴλ γράμματι τρία ἔτη λέγει τὸν υἱὸν Ἰωακεὶμ, Ἰωαχεὶμ τὸν καὶ Ἰεχονίαν, μετὰ τὸν πατέρα κρατήσαντα μετοικισθῆναι εἰς Βαβυλῶνα σὺν τοῖς λοιποῖς· τὸν δὲ Δανιὴλ καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας τῆς παρούσης αἰχμαλωσίας λέγει· τοῦτον δὲ λέγει καὶ τῆς Σωσάννης ἄνδρα εἶναι· καὶ πιθανὸς ὁ λόγος. „ Sacer „ autem Hippolytus in scripto de Susanna & Daniele, Joachim Joacimi filium, alio nomine Jechoniam, quum tres annos post patrem imperasset, Babylonem cum reliquis translatum; Danielem vero ac tres pueros captivitatis hujus consortes; eum vero Susannæ conjugem dicit: nec aliena est a veritate sententia. „

Verum ut hac de re plenius adhuc edoceamur, cl. editorem ita loquentem audiamus [4]: „ Quod, inquit, repræsento Hippolyti opus de Susannæ historia, (non ipsum forte integrum, sed quale auctor Catenæ Regiæ in Scripturam, ejusmodi Catenarum licentia quasi per electa suæ expositioni inseruit) ipsum videtur, quod *de Daniele* inscribit Hieronymus, ac Photius alteri ejus de Antichristo lucubrationi jungit. Simplici allegoria sic Susannam in Ecclesiæ typum assumit, ut ejus temporis Ecclesiæ statum, nonnullosque obiter ritus ecclesiasticos, graviter aperiat: de Baptismi unctione, de ejus ritu solenni in Pascha, per cujus occasionem præcipue in Ecclesiam sævirent Judæi & Ethnici; quod forte molestius habebant fieri novos Christianos, quam esse jam veteres. Sic sæpe in Actis Martyrum videmus, qui recens ad Christi castra transirent, ac Martyrum opera reverterentur, ipsos ad pœnas vocatos; quum innumerabiles alii Christiani essent, quibus parceretur, & qui vix latere judices possent. Extra enim Diocletianeam Romæ persecutionem, vix umquam in Christianos, qui jam plures essent & populum facerent ac ecclesiam, sic universe sævitum est, ut omnis ipsa multitudo, una quasi furentis mucronis quæreretur victima.

Quod excerptum sequitur, pars quædam sit ejus ipsius Hippolyti operis. Conjectura potius videtur, quam quod exploratum omnino Hippolytus habuerit, suppressisse Judæos hoc Danielis caput tamquam illis invidiosum, & quo tantum scelus eorum quos Babylone judices haberent, detegeretur. Verum nihil mitiora, non uni aut alteri seniori, & ad tempus judici, tribuunt divinæ Scripturæ Judæis in Canone receptæ, sed regibus & toti fere genti, ob quæ etiam sic traditi hostibus: quamquam liquet plures libros sacros excidisse, illorum vel negligentia vel malitia, ut Josiæ tempore vix exstarent Legis volumina, a Manasse suppressa & A abolita, ut veri Dei cultum destrueret & idololatriam statueret. Sic novum fuit quod Deuteronomii liber reperiretur, dum templum instauraretur, ibidem occultatum pii cujusdam sedulitate, ut videtur, ne regis impii plagio aboleretur; ea ipsa ratione, qua sic compunctus sanctus rex Josias ejus lectione, quod datæ Legis Deique beneficiorum, ac ingratæ in eum Hebræorum mentis admoneret, pœnasque posteris, majorum pravis institutis atque moribus, non unius veri Dei cultu illis tradito ambulantibus, denuntiaret. Existimatum forte Hebræis, & si vere hæc Susannæ historia contigit, non ipsum tamen Danielem scripsisse, sed alium quemdam, cujus scripta illis ἁγιόγραφα ac sacra B minime habita sint: quum tamen Ecclesia divino in Apostolis & successoribus Spiritu, Scripturam sacram agnoverit ac probaverit, uti etiam libros alios minime ab Hebræis in Canonem receptos: quo judicio suo & approbatione, non facit ut libri non sacri aut divino Spiritu scripti ac prophetici, tales evadant, ut sectariorum quidam obganniunt, sed ut innotescant quod erant; neminique liceat post eam approbationem, eis obluctari. Sic factum in Marci Evangelio quod Petrus lectum probavit, & sua auctoritate legendum Ecclesiæ tradidit, auctor Hieronymus, eoque antiquiores alii Eusebio relati.

Helciam Susannæ patrem, ipsum esse qui lib. IV. *Regum* Sacerdos legitur, instaurationi templi a Jo- C sia præfectus, vir plane probus ac religiosus, quique ea religione liberos instituerit, ut auctor est Hippolytus, a vero non abludit. Potuitque Susanna viro sic nobili atque diviti in ipsa captivitate nuptiis copulari, ipsa reverentia paterni stipitis; & quod Chaldæi quasi Dei vindices, viros religiosos ac Dei cultores ex Hebræis, præcipuo quodam honore hactenus habebant. „ Hæc Combefisius. Quibus addenda quæ supra de Susannæ historia disputata sunt, ubi de Africani & Origenis epistolis ad idem argumentum pertinentibus sermo recurrit. Plenius siquidem hac de re edisseruisset Combefisius, si quo tempore ista scribebat, ad eas Africani & Origenis epistolas jam tum Latine saltem D vulgatas animum adjecisset.

IV. Quæ tertio sequitur *Demonstratio adversus Judæos*, designata existimatur in laterculo Hippolyti lapideo, ubi linea prima hæ litteræ comparent ΙΟΥC, id est, ut nonnullis visum, Ἀπόδειξις πρὸς τοὺς ἸουδΙΟΥC. Varias virorum eruditorum conjecturas infra suo loco exposuimus. Ut ut sit de laterculi inscriptione, nihil in opusculo occurrit quod sit Hippolyto indignum, nihil quod illius ætati non congruat. Præterea laudatur passim ab auctore [5] sub Salomonis nomine Sapientiæ liber: quod quidem Irenæi discipulum in primis decet, ut viris doctis animadversum [6]. E Accedit auctoritas veteris codicis, unde versionem suam adornavit Franciscus Turrianus. Hinc minime audiendus Basnagius, qui ut duo præcedentia Hippolyti scripta tamquam fictitia respuit, sic etiam istud Hippolyto suppositum ducit [7]. Sed superciliosum censorem dimittamus, sibique uni sapiat; qui nimirum ne unum quidem verbum proferat, quo saltem significet, cur ita demum sentiat.

Turriani versionem primum edidit Possevinus [8], deinde Imbonatus [9], postremo Fabricius in prio-

1. *Combef.* Auctar. noviss. tom. I. pag. 50-56.
2. *Fabric.* Hippol. tom. I. pag. 273. seqq.
3. *Syncell.* Chronogr. pag. 218. al. 174.
4. *Combef.* l. c. pag. 63.
5. *Hippol.* adv. Jud. capp. IX. & X.
6. Hist. litter. de la Franc. tom. I. part. I. pag. 371.
7. *Basnag.* Animadv. ad Thes. Canis. tom. I. p. 9. seq.
8. *Possev.* Appar. sac. tom. I. pag. 763-765.
9. *Imbonat.* Bibl. Lat. Hebr. pag. 74-76.

re Hippolyti sui volumine; qui postea codicis Vaticani apographum nactus; quod cum eo communicavit Montfauconius V. C. in posteriore Græce & Latine eodem Turriano interprete opus vulgavit.

V. Fragmentum insigne subjecimus *ex libro adversus Græcos, qui inscribitur adversus Platonem, de causa universi*: quem quidem in laterculo lapideo memoratum videas, πρὸς Ἕλληνας καὶ πρὸς Πλάτωνα, ἢ καὶ περὶ τοῦ παντός. Plura de eo erudite Fabricius [1]. Scripti hujus Hippolytei præstantia duo excerpta, & quidem editis emendatiora, exstant in Parallelis Damascenicis Rupefucaldinis pagg. 755. 789. quibuscum propterea editum Fabricianum contulimus. Quandoquidem vero de hujus operis auctore varia tum veterum tum recentiorum circumfertur opinio, in medium adducere placet Lequienii judicium; cujus quidem viri doctissimi sententiam libenter amplectimur. Sic igitur ille [2]: „ Lucubrationis hujus περὶ τοῦ παντὸς, *de universo*, excerptum aliud habetur in hisce Parallelis Rupefucaldinis, Litt. α. Tit. LXXI. ubi *Meletio Antiocheno* tribuitur. Photius [3] hoc idem opus assignatum fuisse narrat sanctis Justino, Irenæo & Cajo Romanæ Ecclesiæ presbytero. Josephi quidem non esse fetum, inde certissime constare arbitror, quod ambæ istæ laciniæ, immo totum fragmentum quod Hoeschelius in notis ad Photium Græce edidit, ac Græce Latineque Stephanus le Moyne inter *Varia sacra*, Christianum, non Judæum auctorem prodat. Nam Christum esse Deum Verbum docet, immo Deum factum hominem, Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα. Evangelicas insuper locutiones & sententias usurpat. Sic enim de Deo Verbo carne facto loquitur. τούτῳ ὁ πατὴρ πᾶσαν κρίσιν δέδωκε. *Huic Pater omne judicium dedit*: quemadmodum scilicet Joan. V. 22. legerat: *Neque enim Pater judicat quemquam, sed omne judicium dedit Filio*. Itemque ubi dicit: Χάος γὰρ βαθὺ καὶ μέγα ἀνὰ μέσον ἐστήρικται, ὥστε μὴ δίκαιον συμπαθήσαντα προσδέξασθαι, μήτε ἄδικον τολμήσαντα διελθεῖν. *Chaos profundum & magnum inter utrosque firmatum est, ut neque justus illos miserationis affectu recipiat, neque injustus ad hos audeat transire*: quid aliud sibi vult, nisi quod Lucæ XVI. 26. Dominus pronuntiaverat: *Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est*, ἐστήρικται, *ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare?*

Eos dedita opera non refello, qui tractatum istum Cajo, Justino, Irenæo, Origeni & Meletio adscripserunt. Satius sit nobis, in inscriptione lapidea vetustissima quæ etiamnum exstat, inter opera Hippolyti Portuensis episcopi recenseri librum πρὸς Πλάτωνα ἢ περὶ τοῦ παντός, *ad* (*adversus*) *Platonem, seu de universo*, ut alterum illius parentem non quæramus. Nimirum accidisse oportet, ut librarius, quum in codice quem præ oculis habebat, primas dumtaxat nominis Hippolyti litteras Græcas legeret, Ιππο, deletis vel compendio suppressis aliis; hinc arbitratus sit, fuisse scriptum Ιωσίππου [4]; unde opus Josepho restituendum intulerit. Auctorem porro, non Platonis opiniones propugnasse, sed potius impugnasse, ad-

A eoque legendum esse (in Parallelis & in operis inscriptione) κατὰ Πλάτωνος, non κατὰ Πλάτωνα, jam viri docti observarunt. Et certe in his fragmentis Platonicorum philosophorum de inferno fabulæ ac næniæ dedita opera refelluntur explodunturque, horum loco substitutis quæ Christiana fides tradit, si pauca demas quæ a communi catholicorum doctrina discrepant. Photius observat opus istud in duas partes distributum fuisse, ἐν δυσὶ λογιδίοις; quin etiam in quibusdam codicibus ejusmodi inscriptionem habuisse, περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, *de causa universi*, & in aliis περὶ τῆς τοῦ παντὸς οὐσίας, *de substantia universi*. Plura vide sis apud eumdem Photium. „ Hacte-
B nus V. C.

Neque heic præterire fas est locum ex eodem opere *de causa Universi* excerptum, qui non exstat in eo fragmento quod hodie superest. Nobis illum servavit Joannes Philoponus, licet ipse, uti & Joannes Zonaras [5], perperam ut vidimus, Josepho adscribant. Est autem ejusmodi [6]: Τὸ οὖν, γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, οὐ μεταξὺ λέγει τοῦ κάτω ὕδατος τὴν τοῦ στερεώματος γενέσθαι φύσιν, ὡς Ἰώσηπος ὁ Ἑβραῖος ἐν τῷ περὶ τοῦ παντὸς αἰτίας συγγράμματι βούλεται· „ εἰς τρία, λέγων, „ διῃρῆσθαι τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ μὲν τρίτον αὐτοῦ εἰς „ γένεσιν συμπαγῆναι τοῦ στερεώματος· τὸ δὲ τρίτον „ ἐναπομεῖναι κάτω· τὸ δὲ λοιπὸν τρίτον ἐν τοῖς
C „ νώτοις εἰς ὕψος συναναληφθῆναι τῷ στερεώματι. „ Hoc est: Illud igitur, *Fiat firmamentum in medio aquæ*, non arguit naturam firmamenti exsistere in medio aquæ hujus inferioris, ut Josephus Hebræus vult in libro quem conscripsit *de causa universi*, dicens „ aquam tripartitam esse: „ & unam quidem tertiam ejus, in firmamenti „ generationem coaluisse: alteram vero tertiam „ inferius remansisse: denique residuam aliam tertiam, per rarefactionem in sublime una cum „ firmamento elevatam esse. „

Ceterum acu rem tetigisse videntur, qui ad istud opus Hippolyteum *adversus Græcos & Platonem*, existimant respexisse Doctorem maximum,
D dum ait [7]: *Scripsit & Miltiades contra Gentes volumen egregium*. HIPPOLYTUS *quoque, & Apollonius Romanæ urbis senator*, PROPRIA *opuscula condiderunt*. Imitatus nempe fuerit sanctus Pater viros ea tempestate longe doctissimos, qui ethnicorum placita scriptis suis evertere aggressi sunt; Clementem, inquam, Alexandrinum, Cajum sodalem suum, Ecclesiæ Romanæ presbyterum, alios.

VI. Quintum locum occupat egregia sane lucubratio *contra hæresim Noeti*. Et scripsisse quidem Hippolytum contra omnes hæreses, testantur Eusebius [8] atque Hieronymus [9]: at Photius qui opus istud legisse comperitur, nos edocet [10] Hippolyti
E librum adversus hæreses duas & triginta exaratum fuisse; ubi S. Pater initium a Dositheanis ducens, in Noeto desinebat; qui nimirum prodire cœpit imperante Alexandro sub annum CCXXX. ut proinde quod superest illius operis, pars ultima fuerit. Ad ejus autem integritatem adstruendam, illud in primis observare præstat, locum insignem satisque prolixum ex eo descripsisse sanctum Gelasium, cui opus ejusmodi brevitatis ergo *Memoria hæresum* dicitur. Sic enim ille, recensens *Te-*

1. *Fabric.* Delect. argument. & Syllab. script. cet. pag. 62. seq.
2. *Lequien.* opp. Damasc. tom. II. pag. 789.
3. *Phot.* Bibl. cod. XLVIII.
4. Scribitur Ἰώσηπος & Ἰώσηππος, sed & Ἰώσιπος ac Ἰώσιππος.
5. *Zonar.* in Annal. lib. VI. §. IV. pag. 267. al. 201.
6. *Philopon.* de Mund. creat. lib. III. cap. XVI. p. 140.
7. *Hieron.* Epist. LXX. ad Magnum Orat. §. 4. pag. 421. tom. I. edit. Veron.
8. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XXII.
9. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LXI.
10. *Phot.* cod. CXXI.

ſtimonia Veterum de duabus naturis in Chriſto [1] : Hippolyti Episcopi et Martyris Arabum Metropolis in Memoria Hæresum. *Hic procedens in mundum , Deus & homo apparuit* , cet. quæ quidem verba, pauculis immutatis, occurrunt apud Hippolytum cap. xviii. Quid quod vel ipſemet Sandius, reliquis Hippolyteis tamquam nothis rejectis, hoc unum *contra hæreſin Noeti* germanum agnoſcendum exiſtimat [2] ?

Præclarum autem hunc commentarium in lucem extulit Gerardus Voſſius Tungrenſis inter *Miſcellanea ſanctorum aliquot Patrum Græcorum & Latinorum* , ad calcem operum S. Gregorii Thaumaturgi edit. Moguntiæ 1604. 4. ex Latina verſione Franciſci Turriani , ſubjectis etiam animadverſionibus ejuſdem interpretis pagg. 58-71. Exinde vero editio repetita in bibliothecis Patrum Colonienſi 1618. Pariſienſi 1644. & Lugdunenſi 1677. nec non in ſupplementi Morelliani tomo I. pag. 620. Græce demum primus vulgavit Fabricius ex codicis Vaticani apographo , quod viro præſtantiſſimo Montfauconio acceptum retulit. Alterius codicis Græci exemplar detexit in antiquiſſimo S. Baſilii monaſterio Guillelmus cardinalis Sirletus , ejuſque meminit in epiſtola Liturgiæ S. Marci Evangeliſtæ præmiſſa [3] . Ceterum operis inſcriptio apud Turrianum ſic legitur : *Homilia de Deo trino & uno , & de myſterio Incarnationis contra hæreſin Noeti* . In codice autem Vaticano eſt hujuſmodi : Ὁμιλία Ἱππολύτȣ εἰς τὴν αἵρεσιν Νοήτȣ τινός . In eo enimvero S. Pater fideles interdum alloquitur, ut in homiliis fieri ſolet . Sed in aliis quoque ſcriptis eadem methodo uſos fuiſſe veteres ſatis liquet , ut advertit laudatus Fabricius.

Porro ad doctrinam in opere ipſo contentam quod attinet , ex adytis intimiſque ſublimioris theologiæ receſſibus depromtam , plura quidem ex viris doctis in notis protulimus , quibus potiſſimum præcipua fidei capita in tuto collocarentur. Unus tamen locus adhuc ſupereſt, eximius plane, quem præterire religio eſt . Sic autem ſe habet [4] : Ποῖον οὖν υἱὸν ἑαυτȣ̃ ὁ Θεὸς διὰ τῆς σαρκὸς κατέπεμψεν, ἀλλ' ἢ τὸν Λόγον, ὃν υἱὸν προσηγόρευε διὰ τὸ μέλλειν αὐτὸν γενέσθαι ; κ) τὸ κοινὸν ὄνομα τῆς εἰς ἀνθρώπους φιλοστοργίας ἀναλαμβάνει ὁ υἱὸς καλȣ́μενος . οὔτε γὰρ ἄσαρκος καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Λόγος , τέλειος ἦν υἱὸς , καί τοι τέλειος Λόγος , μονογενής . οὔθ' ἡ σὰρξ καθ' ἑαυτὴν δίχα τοῦ Λόγου ὑποστῆναι ἠδύνατο , διὰ τὸ ἐν Λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχειν . οὕτως οὖν εἷς υἱὸς τέλειος Θεοῦ ἐφανερώθη . „ Qualem igitur Filium ſuum Deus , per carnem „ miſit , niſi Verbum , quod a principio ſcilicet „ Filium vocavit , quia futurum erat ut ortum „ caperet ? Et quum Filius vocatur , commune „ nomen amoris erga homines ſumit . Nec enim „ Verbum per ſe & ſine carne perfectus Filius „ erat , quum tamen eſſet perfectum Verbum , „ Unigenitus. Neque caro per ſe ſine Verbo ſubſiſtere poterat , quia in Verbo habebat τὴν σύστασιν , id eſt , in Verbo ſubſiſtebat . Sic ergo „ unus Filius Dei perfectus , manifeſtatus eſt . „

Hunc autem locum quo maxime abutuntur Unitarii , egregie illuſtrat ac ſtrenue propugnat doctiſſimus Maranus his verbis [5] : „ Videtur , inquit , ſanctus Martyr ita locutus fuiſſe duplici potiſſimum de cauſſa .

I. Quia Verbum , etſi perfectus Dei Filius erat ante Incarnationem , ut patet ex ipſo loco , ubi eum *Unigenitum* appellat Hippolytus , & ex multis aliis in quibus de ejus generatione diſerte diſputat ; nondum tamen erat filius hominis . Hanc ipſe interpretationem ſuppeditat . Obſervat enim Verbum ante Incarnationem vocatum fuiſſe filium hominis : unde colligit perfectum filium non fuiſſe , quum nondum eſſet homo . His enim verbis : *A principio Filium vocavit ... commune nomen amoris erga homines ſumit* , filius hominis clare deſignatur . Idque confirmari poteſt ex cap. iv. ubi ſic loquitur Hippolytus : Λόγος γὰρ ἦν , πνεῦμα ἦν , δύναμις ἦν . εἰς τὸ κοινὸν ὄνομα κ) παρὰ ἀνθρώποις χωρητὸν , ἀνελάμβανεν εἰς ἑαυτὸν τȣ̃το , καλȣ́μενος ἀπ' ἀρχῆς υἱὸς ἀνθρώπου διὰ τὸ μέλλον , καί τοι μήπω ὢν ἄνθρωπος , καθὼς ὁ Δανιὴλ μαρτυρεῖ , λέγων · εἶδον , κ) ἰδȣ̀ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τȣ̃ ȣ̓ρανȣ̃ ἐρχόμενον ὡς υἱὸν ἀνθρώπȣ . „ Verbum enim erat , Spiritus erat , Virtus erat . „ Unus commune nomen & in uſu apud homines „ ſibi ſumſit , vocatus a principio filius hominis „ propter futurum , quamvis nondum eſſet homo, „ ſicut Daniel teſtatur , inquiens : *Vidi , & ecce „ in nubibus cæli venientem tamquam filium ho„minis* . „ Quum Noetus metaphoras in *Filii* voce venaretur , & Patrem & Filium unam & eamdem perſonam eſſe ſtatueret ; ſuſcepta adverſus hunc hæreticum diſputatio poſtulabat , ut Verbum Hippolytus , ante Incarnationem non metaphorice , ſed vere ob futuram ex virgine generationem filium hominis vocatum fuiſſe pertenderet , nec tamen perfecte filium fuiſſe , quia nondum ex virgine genitus erat .

II. Non ſolum Verbum in Chriſto , ſed etiam corpus & animam conſiderat Hippolytus ; ac Verbum unitum carni , unum & perfectum Dei Filium exiſtimat : ita ut Chriſtus non ſolum quatenus Verbum , ſed etiam quatenus Deus & homo , Filius ſit Dei . Quemadmodum igitur caro ſine Verbo Filius Dei eſſe non poteſt , ut quæ in Verbo ſubſiſtat ; ita Verbum ſine carne , perfectum quidem Verbum erat & Unigenitus , ſed unus ille perfectus Filius , ex Verbo , corpore & anima conſtans , non erat . Huc pertinet quod ait cap. iv. Ἐστιν μὲν οὖν σὰρξ ἡ ὑπὸ τȣ̃ Λόγȣ τȣ̃ πατρῴȣ προσενεχθεῖσα δῶρον , ἡ ἐκ πνεύματος κ) παρθένȣ , τέλειος υἱὸς Θεȣ̃ ἀποδεδειγμένος . „ Eſt igitur caro , quæ a „ Verbo Patris oblata , ut munus , eſt ; caro , in„ quam , quæ eſt ex Spiritu ſancto & Virgine , „ perfectus Filius Dei oſtenſus . „ In eamdem ſententiam accipienda quæ leguntur in libro genuino de Antichriſto cap. iii. Αὐτὸς πάλιν ὁ τȣ̃ Θεȣ̃ παῖς , ὁ πάλαι μὲν Λόγος . „ Ipſe rurſus Dei Filius , qui „ prius Verbum erat . „ Hactenus V. C. Neque minus ſolide tuetur eumdem locum Georgius Bullus [6] , contra Zvvicherum *Irenici Irenicorum* auctorem .

VII. Hippolyteorum partem I. claudunt fragmenta viii. excerpta ex Sermone *de Theologia & Incarnatione* contra Beronem & Heliconem . Ea nobis ſervarunt , Græce quidem Nicephorus CP. in Antirrheticis contra Iconomachos; Anaſtaſius vero Apocriſiarius in ſuis Collectaneis Latine reddita . Ex Turriani verſione primus illa vulgavit Henricus Caniſius . Græca deinceps ex ejuſdem Turriani codice addidit Anaſtaſianæ verſioni Sirmondus . Græce item & Latine operum S. Maximi tomo I. præmiſſa edidit Combefiſius , qui & Anaſtaſii ver-

1. *Gelaſ.* de duab. natur. tom. iv. part. i. biblioth. PP. edit. Pariſ. 1644. pag. 424.
2. *Sand.* Nucl. Hiſt. eccl. in tract. de veter. Script. eccleſ. pag. 27.
3. Vid. bibl. PP. Pariſ. 1644. tom. xii. pag. 165.
4. *Hippol.* contra Noet. cap. xv.
5. *Maran.* Divinit. J. C. lib. iv. cap. xiii. §. iv. p. 459.
6. *Bull.* Defenſ. fid. Nic. ſect. II. cap. viii. §. v. p. 99.

ſionem recenſuit. Eadem exinde in ſuum Hippolytum tranſtulit Fabricius. Poſthæc ex Combefiſii editione, Græca deſumſit Baſnagius, ac Turriani verſioni adjunxit tom. I. Theſauri Caniſiani; ad cujus calcem præterea V. C. Claudii Capperonnierii animadverſiones in Anaſtaſii verſionem cum Græcis collatam adjecit. His ſubſidiis inſtructi editionem noſtram paravimus. Præcedentium editorum obſervationes ſubjecimus, neque notas omiſimus quas eruditus Sirmondianorum editor margini adlevit: Anaſtaſii verſioni Teſtimoniorum Hippolyteorum, Combefiſianam recenſionem appoſuimus; atque integras Capperonnierii animadverſiones ſubdidimus.

De operis integritate non eſt profecto cur jure dubitare quis valeat. Nihil quippe in his fragmentis legere eſt, quod Hippolytum apprime non deceat: quin immo ſive argumentum ſpectes, ſive diſputandi rationem; omnia pæne gemina cum præcedenti opuſculo contra Noetum reperias: ut proinde fragmenta ejuſmodi merito vindicent Hippolyto viri doctiſſimi, Bullus [1] in primis Tillemontius [2] aliique.

VIII. Jam vero ad reliqua ſcripta Hippolytea quod attinet quæ in parte II. continentur, paucis rem expediemus.

I. Occurrunt excerpta commentariorum in aliquot ſacræ Scripturæ libros, a Joanne Alberto Fabricio tum e mſs. codicibus eruta, tum ex antiquis Eccleſiæ ſcriptoribus ſtudioſe collecta.

II. Exhibentur varia λόγων ſeu ſermonum homiliarumve fragmenta: iiſque præmittitur homilia *in ſancta Theophania*, quam ex codice V. C. Thomæ Galei deſcriptam Latine reddidit idem Fabricius.

III. Sequitur *de Chariſmatibus apoſtolica traditio*. „ Quod quidem opus, inquit noſter editor [3], non modo ex monumenti marmorei auctoritate, ſed codicum quoque mſs. teſtimonio ad Hippolytum refertur; una cum aliis nonnullis, quæ jampridem quidem edita fuere, ſed abſque Hippolyti nomine, in libro VIII. Conſtitutionum, quas quum ex variis ſecundi & tertii maxime ſæculi monumentis conſarcinatæ ſint, Clementinas vulgo vel etiam Apoſtolicas appellare ſolemus. Quoniam vero in codice mſ. Cæſareo Vindobonenſi & altero Oxonienſi, in quibus Hippolyti expreſſum nomen eſt, aliter quædam leguntur quam in vulgatis Conſtitutionum libris; locum illis inter Hippolytea dare non dubitavi, nactus eadem ad jam dictos mſs. libros recenſita a doctiſſimo viro Joanne Erneſto Grabe, qui ea etiam latina verſione donavit. „ Hæc ille. De hoc autem Hippolyti opere habent etiam nonnulla Pearſonius [4] & Dodvvellus [5].

Cetera leviora prætcrimus, quum ex fragmenti cujuſque inſcriptione ſatis liqueat quanti facienda ſint; ex auctoritate nimirum veterum ſcriptorum eccleſiaſticorum, unde illa deſumta; Theodoriti, Euſtratii CP., Anaſtaſii Sinaitæ aliorumque.

A Ultimo tandem loco ſtitimus *Canonem Paſchalem* Græce & Latine, interprete eruditiſſimo Franciſco Blanchinio, notiſque Ægidii Bucherii illuſtratum. Nimirum, ut cum eodem viro docto loquar [6], anno Domini quingenteſimo quinquageſimo primo ſupra milleſimum, ex agro Verano, non procul ab æde S. Laurentii ad Urbem, e memoriæ Hippolyti veteris ruderibus, effoſſa prodiit antiqua e marmore ſtatua, ſolio inſidens, Græcis utrimque litteris inſcripta. Litteræ in binis Cathedræ laterculis Cyclos Paſchales annorum XVI. exhibebant; Quartarumdecimarum dextro, Dominicalium Paſchalium ſiniſtro, utroſque CXII. annis univerſim comprehenſos: qua annorum periodo, Ferias eaſdem in orbem redire credidit Hippolytus. B Non erat quidem expreſſum Hippolyti nomen; ſed facile ipſa Heckaedecaeteridos methodo, & librorum lemmate quod dextrum laterculum continebat, proditum eſt: eorum enim omnium auctorem Euſebius, Hieronymus aliique Hippolytum epiſcopum faciunt. „ Hactenus ille. Hos autem binos ſedecennales canones in eadem Cathedra lapidea inſculptos fuiſſe, non una plane ratio ſuadet, ut recte animadvertit V. C. Joannes Vignolius [7]. Præ ceteris, inquit, quæ ejus creditur Statua; quam ut eidem adhuc viventi poſitam exiſtimemus, non illius ævi humilis Chriſtianorum conditio, neque ipſius viri ſanctitas omnino pati videtur. C Atque ejus deinde librorum tituli, quorum in margine Cathedræ mentio exſtat: qui non niſi poſt illius obitum ab alio appoſiti fuiſſe videntur, ut in ipſius honorem laudemque cederent. Quod quum ita ſit, veriſimile admodum eſſe reor, aliquid in eodem Canone commiſſum fuiſſe, quod nullo pacto ſancto Hippolyto eſt adſcribendum. Nonnulla viri doctiſſimi jam prænotarunt, quæ partim ſculptoris inſcitiam, partim alterius incuriam arguunt. Ceterum Canonem Hippolyteum poſt Joſephum Scaligerum, Dionyſium Petavium & Ægidium Bucherium, alii quoque recentiores, at maxime omnium V. C. Franciſcus Blanchinius, luculenter illuſtrarunt. Hactenus eruditus Vignolius. D

Cetera Hippolytea Fabriciana ſuppoſititia eſſe noſcuntur: in primis vero excerpta illa ex mſ. Catena Arabica, Pentateuchum referente, litteris exarata Syriacis, quæ ſollers editor protulit [8] cum Latina verſione Joannis Gagnierii. Ibi enim nothus Hippolytus ubique appellatur *Expoſitor Targum*, nuſquam vero epiſcopus aut martyr; quum tamen ibidem reliqui Patres proprio charactere inſigniti compareant: videlicet S. Athanaſius, *patriarcha Alexandrinus*; S. Baſilius, *epiſcopus Cæſareæ*; S. Epiphanius, *epiſcopus Cypri*, cet. Accedit, Hippolyti hujus Targumiſtæ interpretationes ſapere plerumque Rabbinorum ineptias, indignas plane tanto E Patre, quantus fuiſſe perhibetur in ſacris litteris potiſſimum explanandis verus Hippolytus. Qua de re adi ſis eruditos Hiſtoriæ litterariæ Gallicæ auctores [9]. Sed manum de tabula.

1. *Bull.* l. c. pag. 98. ſeq.
2. *Tillem.* Mem. eccl. tom. III. pag. 249.
3. *Fabric.* præf. ad Hippol. tom. I. pag. VII.
4. *Pearſ.* Vindic. Ignat. part. I. cap. IV.
5. *Dodw.* Diſſert. Iren. pagg. 50. & 463.
6. *Bucher.* de doctr. temp. pag. 292.
7. *Vignol.* Diſſert. de anno I. Sev. Alex. pag. 94.
8. *Fabric.* Hippol. tom. II. pagg. 37-44.
9. Hiſt. litt. de la Franc. tom. I. part. I. pag. 397.

CAPUT XIX.
DE
AMMONIO ALEXANDRINO.

SYNOPSIS.

SECTIO I.

De Ammoniana Evangeliorum Harmonia.

I. Ammonius Alexandrinus, *num idem cum Ammonio Sacca, Plotini præceptore censendus.*

II. *Harmonia quatuor Evangeliorum Ammoniana, ipsis Evangelistarum verbis contexta. Superest Latina ejus versio, a Victore episcopo Capuano adornata. Ejusmodi opus ab interprete præter rem Tatiano adtributum.*

III. *Occurritur Wetstenii objectionibus, contendentis Harmoniæ scriptorem fuisse Ammonio posteriorem, quin & Cæsariensi episcopo Eusebio. Et prima quidem diluitur, ex adulteræ historia evangelica desumta.*

IV. *Alia nonnulla Wetsteniana excutit edidit que Semlerus.*

V. *Reliqua ex Millio expedita plenissime: qui & operis Ammoniani conspectum ante oculos exhibet.*

A VI. *De notis numeralibus ad marginem Evangeliorum adscriptis.*

VII. *Harum auctoris consilium.*

VIII. *Earumdem inventor Ammonius.*

IX. *In hac Harmoniæ paranda editione quid operæ præstitum.*

X. *Nonnullæ observationes tum in opus Ammonianum, tum in ejus versionem propositæ.*

SECTIO II.

De Eusebii Cæsariensis Epistola ad Carpianum, deque ejus Canone Evangeliorum.

XI. *Ammonius, Evangeliorum Harmonia digesta, textum evangelicum in sectiones divisum, nu-* B *meralibus notis distinxit.*

XII. *Has notas Ammonianas ad decem Tabulas redegit Eusebius, quibus integrum absolutumque repræsentaretur Diatessaron.*

XIII. *Tabularum Eusebianarum usus exponitur. De nostra tum Epistolæ, tum Canonis editione.*

SECTIO I.

De Harmonia Evangeliorum.

I. Quo tempore florebat S. Hippolytus episcopus & martyr, clarus habebatur Commodo imperante Ammonius Alexandrinus, scriptor ecclesiasticus *disertus*, teste Hieronymo [1], & *valde eruditus*. Utrum vero is fuerit, celeberrimus ille philosophus cui *Saccas* cognomentum inditum, ex eo ut videtur quod primum mercibus ex portu Alexandrino comportandis victum sibi quæsivisset, disputant eruditi. Veteres quidem, Eusebius in primis [2] & Hieronymus [3], scriptorem nostrum fuisse Ammonium Saccam existimarunt; in quorum sententiam nihil sane mirum si deinceps concesserint viri doctissimi, Baronius [4], Tillemontius [5] aliique complures. Contra vero haud pauci ex recentioribus, Eusebium qui unus reliquos postea in errorem induxerit, duos Ammonios inter se confudisse contendunt, & scriptoris Christiani libros Ammonio Plotini præceptori præter rem adscripsisse; quem nimirum Longinus inter eos philosophos recensuerit, qui placita sua ad posterorum utilitatem scriptis consignare noluerunt. Qua de re præ reliquis Valesius [6] & Fabricius [7]; quibus etiam V. C. haud ita pridem accessit [8].

II. Verum his missis, Ammonium quo de agimus, *ob ea quæ reliquit ingenii monumenta celeberrimum* [9], de sacro quoque Evangeliorum codice præclare meritus perhibetur [10]. Siquidem Harmoniam contexuit quæ integram historiam evangelicam, ipsis Evangelistarum verbis expressam, exhiberet. Et Græca quidem hujusce operis Ammoniani jampridem periisse dolendum enimvero: C nisi quod grave ex ejusmodi jactura acceptum detrimentum, cura & industria Victoris episcopi Capuani sartum utcumque comperitur. Hic enim vir non minus sanctitate quam eruditione clarus circa sæculi VI. medium, Alexandrini scriptoris Harmoniam Latine vertit, annexisque Canonibus Eusebianis concinniorem utilioremque reddere studuit. Sed illud incommodi accidit, quod interpres exemplar nactus tituli expers, post longam habitam discussionem, quod Ammonii erat opus, Tatiano adtribuit. Verum, ut cum magno Baronio loquar [11], „ ipso tantum Tatiani sublato, & restituto Ammonii nomine, omnia se recte habent. Nam quod ponitur, *Alexandrinus*, Ammonio convenit qui D fuit Alexandrinus, non Tatiano qui Syrus: & *Harmoniæ* nomen, non operis Tatiani, sed Ammonii titulus fuit. Hæc autem ita se habere, ipse contextus qui sequitur quatuor Evangelistarum, plane declarat: in quo nihil ponitur auctoris, sed ipsa tantum, ut se habent in codicibus, quatuor Evangelistarum verba; nec quidquam ab eo prætermissum quod illi dixissent. Quod quidem nequaquam factum esse a Tatiano, Theodoretus est firmissimus testis [12]: nam ait, ab eo prætermissas esse genealogias, & alia quæ ad insinuandam Christi generationem secundum carnem spectarent: quæ

1. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LV.
2. *Euseb.* Hist. eccl. lib. VI. cap. XIX.
3. *Hieron.* l. c.
4. *Baron.* ad ann. 234. §. II. seqq.
5. *Tillem.* Mem. eccl. tom. III. pag. 279. seqq.
6. *Vales.* ad Euseb. l. c. & ad Ammian. Marcell. lib. XXII. cap. XVI.

E

7. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IV. pag. 172. & alibi.
8. *Orsi* Ist. eccl. lib. VI. §. X. tom. III. pag. 33.
9. *Euseb.* l. c.
10. *Euseb.* epist. ad Carpian.
11. *Baron.* ad ann. 174. §§. VIII. IX.
12. *Theodor.* Hæret. fab. lib. I. cap. XX.

quidem omnia exacte, ut habent verba Evangelistarum, in ea Ammonii Harmonia, Tatiano a Victore tributa, habentur recitata.

Nec quidquam refert, quod ait Victor, Ammonium reliquos tres Evangelistas associasse Matthæo, si Concordia illa quam primo loco ponit, a Luca incipiat: nam necessitate historiæ, illa quæ a Luca scripta essent de sacerdotio Zachariæ, erant primo loco ponenda; quum in reliquis, quæ in contextu operis continentur, ut idem ipse Victor fatetur, maxima ex parte ex Matthæi Evangelio sint descripta. „ Huc usque Baronius.

III. Verum huic Alexandrino scriptori graviorem litem intendit Wetstenius; qui nomine haud uno Ammonio nostro Harmoniam abjudicandam censet, eamque fetum esse auctoris, Eusebio non prioris sed posterioris, omni studio evincere nititur [1]. Et primum quidem, inquit, Latinus Ammonius habet historiam adulteræ [2], Græcis Ammonio æque ac Eusebio numquam lectam. Ecquis porro nimiam eruditi viri confidentiam æquo animo ferat? Si enim ab eo quæras quo demum, teste sententiam suam de Ammonio adstruat, quem tibi sistat habet plane nullum: quum contra ex ipsomet opere, Græco enimvero, quin & Ammoniano, ut mox manifestius patebit, adulteræ historiam auctori nostro perlectam fuisse constet. Ad Eusebium vero quod attinet, ex ejus Canonum evangelicorum decimo ipsum in suo Novi Testamenti exemplari eamdem historiam legisse haud obscure colligere sibi visus est doctus Seldenus [3]: ut proinde illam in suo quoque codice descriptam habuisse noster Ammonius merito existimandus fuerit. Neque id sane mirum cuipiam videri queat. Nam, ut Montfauconii verba usurpem [4], ea historia non solum in toto Occidente & in Africa, verum etiam in Ecclesia Alexandrina quæ secunda in orbe Christiano erat, atque etiam in tota Græcia, paucis exceptis locis, legebatur. Unde auctor Synopseos quæ inter Athanasii opera circumfertur, illam historiam in Evangelio Joannis haberi confirmat his verbis [5]: *ἐνταῦθα τὰ περὶ τῆς κατηγορηθείσης ἐπὶ μοιχείᾳ. Heic agitur de muliere adulterii accusata.* Hæc V. C. Quod si quando de istius pericopæ integritate dubitatum fuit, illud in caussa fuisse novimus, teste S. Augustino [6], quod *nonnulli modicæ fidei, vel potius inimici veræ fidei, credo metuentes peccandi impunitatem dari mulieribus suis, illud quod de adulteræ indulgentia Dominus fecit, auferrent de codicibus suis: quasi permissionem peccandi tribuerit qui dixit*, Jam deinceps noli peccare: *aut ideo non debuerit mulier a medico Deo illius peccati remissione sanari, ne offenderentur insani.* In eamdem pæne sententiam S. Ambrosius [7]. At in his diutius immorari, instituti nostri ratio non patitur. Si quis vero hac de re plenius edoceri cupit, adeat viros hujus & superioris ævi doctissimos, Sixtum Senensem [8], Baronium [9], Maldonatum [10], Fr. Lucam Brugensem [11], Simonium [12], cet.

A IV. Pergit Wetstenius, aliaque nonnulla ingerit leviora, quibus Harmoniæ Ammonianæ sinceritatem evertat. Ea vero paucis nuper elisit vir eruditus Jo. Sal. Semlerus [13]; cujus propterea placita Wetstenianis subjecta huc adferre placet.

WETSTEN. Latinus Ammonius numeris tantum appositis parallela ceterorum Evangelistarum loca indicat: istud autem, non utique Ammonii, sed Eusebii, ut ipse (in epistola ad Carpianum) diserte testatur, inventum est.

SEMLER. Quod heic Wetstenius opponit, nihil facit ad rem: Victor enim numeros Eusebii Ammoniano operi addere potuit, licet in Ammonii opere nondum exstarent.

B WETSTEN. Latinus Ammonius eamdem historiam semel tantum narrat, nihilque repetit: Ammonius vero quod apud diversos Evangelistas bis terve quaterve iisdem verbis occurrebat, iisdem verbis bis terve quaterve posuit, etiam *τοὺς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθείς*.

SEMLER. Potuit Victor omittere ipsum textum *τῶν ὁμοφώνων*, eumque per adscriptos numeros brevius repræsentare.

WETSTEN. Si Ammonius voluisset omnes Evangelistas permiscere atque confundere, quid ad ejus scopum fecisset accurata illa singulorum distinctio in *τίτλους* & *κεφάλαια*, quæ ipsi adscribitur? aut si eadem distinctio ex veriori sententia Eusebii est, quid
C labor Ammonii juvare potuit Eusebium, qui fatetur *ἐκ τοῦ προειρημένου πονήματος τοῦ ἀνδρὸς εἰληφέναι ἀφορμάς*; quum confusio Evangelistarum utique ordinem & distinctionem non juvet, sed potius turbet atque difficiliorem reddat?

SEMLER. Istud autem oppido est ad hanc rem conficiendam ineptum. Quum Eusebius de sua opera id profiteatur, *σωζομένου τοῦ σώματος τῶν εὐαγγελιστῶν δι' ὅλου, καὶ τοῦ εἱρμοῦ*, sequitur, in Ammonio servatum fuisse *σῶμα* atque *εἱρμὸν* Evangeliorum. Itaque *confusio* Evangeliorum *juvit* Eusebium, & ad istos Canones inveniendos eum adduxit. Si maxime Ammonii labor non integer atque intemeratus in Latina illa translatione exstat: tamen non est
D dubium servatam fuisse rei œconomiam. „ Huc usque Semlerus. Et recte quidem. „ Quum enim, inquit Millius [14], Harmonia hæc concinna atque artificiose admodum digesta, nihil præferat indignum Ammonii nomine; tum structura ipsius operis, & paullo post initium (ubi postulabat Historia Evangelica, ut Lucæ præfatio, quæque ab ipso de Zachariæ sacerdotio, ac nativitate Joannis Baptistæ tradita sunt, proœmii loco ponerentur) adposita Evangelio Matthæi reliquorum loca *ὁμόφωνα* haud obscure arguunt; hanc Harmoniam, illam ipsam esse, quam digessit Ammonius. „

V. Neque heic demum stitit Wetstenius: sed ulterius
E progressus illud quoque urgebat, codicem Latinum quatuor Evangelistas in unum corpus conflatos exhibere: Ammonium autem quaternis columnis quatuor Evangelistas distincte descripsisse: hæc enim, inquit, est vis verbi *παραθείς*, id est, juxta Matthæum reliquos apposuit. Addebatque præ-

1. *Wetsten.* Prolegom. ad N. T. Gr. cap. VI. pag. 66.
2. *Ammon.* Harm. cap. CXX.
3. *Selden.* Uxor Hebr. lib. III. cap. XI.
4. *Montf.* præfat. ad tom. VIII. opp. Chrysost. §. V. sub fin.
5. Auct. *Synops.* inter *Athan.* opp. tom. III. pag. 185.
6. *Aug.* de Conjug. adult. lib. II. cap. VII. opp. tom. VI. pag. 4[illegible].
7. *Ambr.* Apol. David II. cap. I. num. 1. opp. tom. I. pag. 707.
8. *Sixt. Sen.* Bibl. sanct. lib. I. pag. 41. lib. VI. Annot. CXCVIII. & lib. VII. p. 1006.
9. *Baron.* ad ann. 99. §. VI.
10. *Maldon.* Comment. in Joan. VIII. p. 1551. seq.
11. *F. Luc. Brug.* Comment. in Evang. tom. II. pag. 1051. seq.
12. *Simon.* Hist. crit. du texte du N. T. chap. XIII. p. 142-151.
13. *Semler.* in not. ad Wetsten. Prolegom. ad N. T. pag. 179. seq. edit. Halæ Magdeb. 1764. 8.
14. *Mill.* Prolegom. ad N. T. §. 660.

terea ex Eusebii testimonio, in Ammonii opere Matthæi Evangelium pro basi fuisse, eoque ordine quo scriptum est, fuisse exhibitum: at in Latino Ammonio non trium tantum Evangelistarum reliquorum; sed Matthæi etiam textum, intermixtis ceterorum verbis esse perturbatum. Verum postremæ huic objectioni occurrentem Baronium superius vidimus, & modo Millium. Quandoquidem vero rem confecit idem V. C. quippe qui ejusmodi argumentum omni cogitatione pertractavit; ipsum propterea de opere Ammoniano accurate differentem satius fuerit audire. Sic igitur ille [1]: „ Ammonii Harmonia integram exhibebat historiam evangelicam, ipsissimis Evangelistarum verbis conceptam, adnexis ad marginem textus, ceterorum Evangelistarum locis ὁμοφώνοις, sive parallelis quæ dicimus. Operis fundus erat Evangelium Matthæi, ut ex Eusebio discimus in Epistola ad Carpianum: huic enim adjectas fuisse ab Ammonio reliquorum ὁμοφώνους, seu ejusdem argumenti περικοπὰς ex eodem episcopo Cæsariensi novimus. Utrum vero pericopas istas ceterorum, quæ cum locis Matthæi concordabant, ipsis, ac sibi invicem e regione integras posuerit Ammonius ἐν πλάτει, in ejusdem paginæ facie, distinctis columellis, quomodo hodierni Harmonistæ; an vero ipsas per characteres dumtaxat, sive numeros (qui locum Evangeliorum ubi singulæ fuerint, indicarent) ad oram textus sui designaverit: tum vero quomodo pericopas non ὁμοφώνους in Harmonia sua disposuerit, age ex Opere ipso dispiciamus.

Complectitur autem integrum, numerisque omnibus absolutum *Diatessaron*: injectis in Evangelium Matthæi e reliquis tribus, quæcumque apud ipsum haud occurrebant; ac repositis insuper loco textus Matthæi περικοπαῖς ceterorum Evangelistarum, quum de eodem argumento fusius & explicatius agunt: ubi vero adhibito in Harmonia Matthæi alteriusve alicujus Evangelistæ textui convenirent, quæ apud ceteros occurrunt, seu aliqua, seu etiam omnia, adscriptis ad oram Harmoniæ notis numeralibus, istarum pericoparum indicibus; quarum quidem notarum beneficio, facile ad ὁμόφωνα ista loca in codice Evangelico recurrere liceret, si cui animus esset ipsa cum Harmoniæ textu conferre.

VI. Sunt autem notæ istæ numerales de quibus agimus, haud aliæ, quam quas in omnibus fere codicibus nostris ad marginem Evangeliorum adscriptas cernimus. Ex istis sunt in Evangelio Matthæi CCCLV., Marci CCXXXVI., Lucæ CCCXLII., Joannis CCXXXII. Et in hoc quidem sectionum sive capitulorum, notis numeralibus istis signatorum, numero conveniunt fere mss. codices. In Matthæo recensent omnes CCCLV. Sic etiam Suidas, Euthymius, Eusebius. In Evangeliis Lucæ & Joannis non minor consensus: nisi quod pro τμβʹ apud Lucam, habeat Suidas τμηʹ, & e codicibus nostris aliqui τμθʹ, utrique ex errore scribarum. In Marco aliqua variatio est. Editi aliqui habent CCXXXV., alii CCXXXVI. Sic Suidas (nam λϛʹ. error librarii est, pro σλϛʹ.) Mss. codices aliqui CCXXXIII. Ita Epiphanius [2] & Cæsarius [3], ac si qui alii capitula codicis Evangelici numerant in universum cum Cæsario, χίλια ἑκατὸν ἑξήκοντα δύο. Nempe sublato IↃCCCCXXIX., integro capitulorum trium Evangeliorum numero, ex MCLXII., manebit numerus capitulorum Marci, CCXXXIII. is ipse quem dicimus. Atque hunc fuisse numerum ipsum *Ammonianum*, nulli dubitamus. Nempe quum ad ultima hujus Evangelii accessisset Ammonius in sectionibus conficiendis, visum est sub nota numerali σλγʹ omnia ad finem Evangelii, sine ulteriori aliqua divisione, comprehendere.

VII. Consilium sectionum harum confectoris quod attinet, illud in primis certum, non excogitatas fuisse illas, ad argumenti cujusque integri, sive historiæ, varia membra distinguenda: quod vulgo creditur. Adscriptæ enim sunt ad marginem, ubi nulla omnino occurrunt κεφάλαια majora, sive *tituli*; ex. gr. in Matthæi, Lucæ & Joannis capitibus primis, & Marci XXII. versibus prioribus capitis I. Tum vero tituli sunt haud pauci satis ampli, variaque argumenta continentes, qui minoribus istis sectionibus non omnino sunt distincti. Denique haud raro accidit, ut e κεφαλαίοις istis minoribus unum aliquod non modo partem argumenti, sed argumentum integrum, immo vero plures integros titulos, aut saltem plurium partes complectatur. Sicut autem ad distinguenda capitum majorum sive titulorum membra adhibitæ non erant; ita nec constat eas umquam usurpatas fuisse a veteribus Græcis in allegationibus ac citationibus Evangelici textus. Numerum quidem horum Tmematum apud Epiphanium, Cæsarium, Suidam, alios reperire est: qui ad ipsa loca Evangeliorum, sub istorum κεφαλαίων nomine in scriptis suis provocet, unum novi Euthymium, sæculi XII. scriptorem.

VIII. Restat igitur ut sectiones hasce mirifice inæquales (hoc est, numerales notas harum indices) in margine Evangelici codicis positas fuisse dicamus, ad repræsentandam Evangeliorum Harmoniam; adeoque Harmonistam aliquem auctorem habuisse, & quidem *Ammonium*. Is enim primus & solus adhuc *Diatessaron* proprie sic dictum composuerat. Certe Hieronymus sectionum harum inventionem ei diserte tribuit [4]. Hieronymum secutus est Victor Capuanus; qui proinde Harmoniæ, quam nudam reperit numerisque omnibus ex inertia scribæ destitutam, adscripsit ad marginem in Latina sua Versione numeros istos *Ammonianos*, quos vocat. In eamdem sententiam abiit postea Zacharias Chrysopolitanus, ex auctoritate (ut ait) Eusebii; qua & nixum haud dubito ipsum Hieronymum. Certe Eusebius [5] clare satis videtur sectionum istarum notarum quæ eas signant numeralium, inventionem Ammonio tribuere. Dicit enim, ipsum Matthæi Evangelio adjecisse in hoc opere ceterorum Evangelistarum loca ὁμόφωνα, seu concordantia. Quum autem ex Harmonia ipsa constet, eum haud adjecisse locorum istorum concordantium ipsa verba ad latus Evangelii distinctis columnis; necesse est hoc præstiterit ope characterum numeralium, qui pericoparum indices forent, ut diximus. Quumque frustra positæ essent notæ istæ ad marginem *Diatessari*, nisi etiam simul adscriptæ essent ad oram codicis Evangelici, ut hoc pacto ad loca per notas istas indigitata recurrere liceret, ac videre ὁμόφωνα fuerint, nec ne: eamdem quidem operam, quam in adpingendis ad marginem Harmoniæ notis istis numeralibus insumsit auctor, impenderit etiam necesse est in iisdem describendis

1. *Mill.* Prolegom. ad N. T. Gr. §. 658. seqq.
2. *Epiph.* Ancor. §. L.
3. *Cæsar.* Dial. I. Interrog. XXXIX.
4. *Hieron.* de Vir. illustr. cap. LV. & præfat. in Evang. ad Damas.
5. *Euseb.* Epist. ad Carpian.

ad oram Evangeliorum; idque non tantum ratione locorum ὁμοφώνων; sed etiam reliquorum quæ in Evangeliis singulis peculiare aliquod tractabant argumentum. Neque enim alias instituì potuisset examen universi operis, dignoscique recte an secus digestum fuerit: quum tamen in hunc maxime finem tmemata ista, numerique eorum indices, excogitata fuisse videantur.

Atque hinc plus quam probabile est, eas, utpote initio solum adhibitas ad probandam Harmoniam, haud transiisse ultra exemplar ipsius Ammonii. Codices quidem vidimus, quibus ad marginem adpicti erant numeri isti seorsim, & absque Canonis Eusebiani comitatu; pervetustum Bezæ Cantabrigiensem, ad cujus oram exstant, manu diversa; & alterum quemdam quadringentorum circiter annorum. Verum hoc ex mera scribarum negligentia factum puto; qui quum Canonem Eusebii miniatis litteris repræsentandum relinquerent, absoluto reliquo opere, propositi sui fuerint obliti. Quis autem fuerit *Canon Eusebii*, seu quo demum modo sectiones *Ammonianas* is studiosorum usibus accommodaverit, mox ostendemus. „ Hactenus eruditissimus Millius.

IX. Ceterum quo notarum numeralium defectum quas librarii sive in Ammonii opere, sive in ejus versione Victoriana describendis præteriere, utcumque farciremus: primum quidem Eusebii Cæsariensis epistolam ad Carpianum cum ejusdem Evangeliorum Canone præmisimus. Deinde ad marginem cujusque paginæ Harmoniæ Ammonianæ loca Evangelistarum indicanda censuimus, quibus omnium similia perhibentur, singulisque sua propria restituuntur. Adhæc nonnullas observationes subjecimus, quibus unum alterumve Harmoniæ locum, tum cum Græco textu hodierno, tum vero cum Vulgata contulimus: ex qua proinde collatione instituta illud commodi potissimum emergit, ut Vulgatæ lectio plerumque firmetur. Sed quum complura ejusmodi occurrerent, quæ aliquatenus aut redundare aut deesse apud Ammonium existimantur, aut aliter ac in Vulgata legisse auctor videtur: propterea ne nimis opus excresceret, ea hoc signo * indigitare satis habuimus. Denique si quid in Victoriano edito quo usi sumus, typographi negligentia omissum advertimus, advertimus autem bene multa, illud tum vero parenthesi passim conclusum, restituendum adjiciendumve curavimus. Prodiit autem primum Victoris versio Moguntiæ anno 1524. ex Erbacensis cœnobii apud Moguntinos bibliotheca, Michaele Memlerio curante: quæ deinceps pluries repetita fuit in Orthodoxographis & Bibliothecis Patrum.

X. Antequam vero huic sectioni finem imponamus, unum alterumve tum in ipso Ammonii opere, tum in ejus versione adnotandum ducimus; præter illud quod superius de muliere adultera, cujus mentio *cap.* CXX. observabamus.

Et primum quidem advertere præstat, scriptorem nostrum inter Patrum vetustissimos recensendum esse, qui Mariam Magdalenam, Mariam Lazari & Marthæ sororem, & pœnitentem feminam quæ Jesu Christi pedes unxit apud Simonem, unam eam-
A demque mulierem fuisse existimarunt: secutus fortasse Clementem Alexandrinum, quem hujus sententiæ auctorem exstitisse [1] perhibent. Ex iis enim quæ quatuor Evangelistæ tradidisse noscuntur de muliere quæ Dominum unguentis perfuderit, unum Harmoniæ caput CXXXVIII. contexuit Ammonius, unique Mariæ illud pietatis officium asseruit. Origenes qui huic opinioni adversari cœpit, quique paullo serius eodem sæculo floruit quo noster Ammonius: *Multi quidem*, inquit [2], *existimant de una eademque muliere quatuor Evangelistas exposuisse*. In quem *multorum* censum fuisse ab Adamantio Ammonium quoque relatum, nullus dubitandi locus relinquitur. Hinc recte arguit cl. Lamyus [3], ea tem-
B pestate qua hæc scribebat Origenes, communem fuisse in Ecclesia de unica Magdalene opinionem; quæ proinde ab ipsis primis temporibus tradita censeri possit. Cetera omittimus huc spectantia, quippe quæ instituto nostro haud congruant. Adi sis præter Lamyum l. c. Cotelerium [4], Huetium [5], Calmetum [6], alios.

Alterum, quod in Ammonio maxime observandum putamus, illud est: ipsum nimirum capitis XVI. Marci commata duodecim postrema, a nono usque ad vicesimum, in suo exemplari legisse, ut ex ejus Harmoniæ capitibus CLXXIII. & CLXXXI. compertum fit. Priore siquidem loco, ex commate nono ubi de Maria Magdalene verba facit sanctus Evan-
C gelista, ea verba desumsit, *de qua ejecerat septem dæmonia*: posteriore autem, reliqua descripsisse perhibetur. Quod quidem minus mirandum: nam ante Ammonium comma 19. ejusdem capitis, ab Irenæo quoque fuisse perlectum probe novimus. Sic enim ille [7]: „ In fine autem Evangelii ait Mar- „ cus: *Et quidem Dominus Jesus, postquam lo-* „ *cutus est eis, receptus est in cælos, & sedet ad* „ *dexteram Dei*. „ Hæc vero adnotasse propterea oportuit, quod, ut eruditi norunt, de horum duodecim commatum integritate fuit aliquando dubitatum; eaque antiquitus in pluribus codicibus defuisse, testis est S. Hieronymus [8]. Cujus quidem defectus meminit deinceps præ aliis Severus Antioche-
D nus in excerptis *de Concordantia Evangelistarum*, haud ita pridem a doctissimo Montfauconio evulgatis [9]. Sic enim ille: Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἀντιγράφων τὸ κατὰ Μάρκον εὐαγγέλιον μέχρι τοῦ, ἐφοβοῦντο γάρ, ἔχει τὸ τέλος· ἐν δέ τισι πρόσκειται καὶ ταῦτα· ἀναστὰς δὲ κ. τ. λ. „ In ac- „ curatioribus exemplaribus evangelium secundum „ Marcum in hæc verba, *timebant enim*, desinit. „ In quibusdam autem adjiciuntur & hæc: *Quum* „ *surrexisset autem* „ cet. Quo de loco recte censet cl. editor, nullatenus nimirum dici posse his verbis, ἐφοβοῦντο γάρ, Marci evangelium claudi. Nam hujusmodi sunt, ut alia consequentia postulent: quod nemo sanus negaturus est. Eadem por-
E ro Severi excerpta, quantacumque sunt, Hesychius presbyter Hierosolymitanus integra intexuit suæ *in Dominicam resurrectionem* homiliæ [10], quæ sub Gregorii Nysseni nomine præter rem circumfertur; ut ex accurata utriusque opusculi collatione liquet: quod nemini hactenus animadversum, ut quidem puto. Ceterum præter vetustissimorum Patrum Irenæi atque Ammonii testimonia, qui secuti sunt re-

1. *Clem. Alex.* Pædag. lib. II. cap. VIII. pag. 205. edit. Oxon.
2. *Origen.* Tract. XXXV. in Matth. §. 77. edit. noviss. tom. III. pag. 891.
3. *Lamy* Differt. de unic. Magdal. §. VI. in Append. ad Harm. Evang. pag. 650. edit. Paris.
4. *Coteler.* ad Const. Apost. lib. III. cap. VII.
5. *Huet.* in notis ad Origen. pag. 43. seq.
6. *Calmet.* Differt. in tres Mar. tom. VII. Comment. pag. 451. seqq.
7. *Iren.* adv. Hær. lib. III. cap. X. §. 6. edit. nov. Paris.
8. *Hieron.* Epist. CXX. ad Hedib. quæst. III. p. 819. tom. I. edit. Veron.
9. *Montf.* Bibl. Coisl. pag. 74.
10. *Hesych. Hieros.* hom. de resurrect. apud Combesis. Auctar. nov. tom. I. pag. 765. E.

liqui scriptores ecclesiastici tum Græci tum Latini, A duodecim illorum commatum veritatem agnoscunt; suffragantibus etiam veteribus ferme omnibus sive impressis sive manu exaratis codicibus Græcis Latinisque, nec non antiquis versionibus orientalibus universim spectatis. Qua de re pluribus Fr. Lucas Brugensis [1], Simonius [2] aliique. Si quis vero caussam inquirat, unde acciderit ut in multis codicibus commata illa olim defuerint, Calmetum adeat [3] Fabriciumque [4] cet.

Unum adhuc his addere juverit, in Victoris versione advertendum. Nimirum in Harmoniæ Ammonianæ cap. CXXIII. exstat ex *Matth.* XXI. 28-31. parabola de homine duos filios habente hisce verbis proposita: *Homo quidam habebat duos filios, & B accedens ad primum dixit: Fili vade, hodie operare in vinea mea. Ille autem respondens ait: Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait: Eo Domine. Et non ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris. Dicunt ei:* PRIMUS. Sic interpres Vulgatus, Græcis inhærens: *λέγουσιν αὐτῷ·* ὁ ΠΡΩΤΟΣ. Et quidem quin ita legerit Ammonius, nullus dubito. At *novissimus* reddidit Victor Capuanus. Qua ratione autem permotus id egerit, mihi sane incompertum. Hoc autem adnotasse oportuit, quo iterum adstrueretur integritas Fragmenti II. Polycarpiani superius editi [5], atque ab eodem interprete una cum reliquis Latine redditi; ubi Jacobus Apostolus Joannis frater, *novissimus* martyrio consummatus perhibetur. Siquidem dubio procul *πρῶτος* scripserit Polycarpus: quippe virum apostolicum haud latuerit, sanguinem pro Christi nomine *primum* omnium Apostolum illum fudisse. Aliter quidem istius Fragmenti sinceritatem vindicavimus [6], quod nondum hic Harmoniæ locus nobis occurrisset. Nunc vero, quum constet quo sensu vocem *πρῶτος* reddere consueverit interpres; ipse proinde in Græco item Polycarpiano *πρῶτον* legisse, atque *novissimum*, ut in citato loco Ammoniano, transtulisse merito existimandus. Haud equidem ignoro, nonnullos N. T. codices l. c. præter rem *ἔσχατος* præferre, ut videre est apud Millium [7]. Verum „ sciendum est, inquit „ S. Hieronymus [8], in veris exemplaribus non „ haberi *novissimum*, sed *primum*. „ Quis porro jure dubitet, quin sæculo tertio ineunte, Ammonio, & quidem Alexandrino, ejusmodi *verum* exemplar præsto fuerit?

S E C T I O II.

De EUSEBII CÆSARIENSIS *Epistola ad Carpianum, deque ejus Canonibus Evangeliorum.*

Ex JOANNIS MILLII *Prolegomenis ad N. T. Græcum* §§. 738-741.

XI. „ Inter alia Eusebii opera exstat Epistola C ejus ad Carpianum, quam mss. plerisque codicibus Evangeliorum præfixam videre est, una cum ejus *Canone*, quem vocant, sive *decem Tabulis*, in quas retulit numeros *Ammonianos*. Horum autem artificium, usumque quem præbent insignem, in repræsentanda quatuor Evangeliorum Harmonia, jam breviter explicabimus. Ante annos centum *Ammonius* Alexandrinus, singulari arte atque studio, ex quatuor nostris Evangeliis inter se collatis, confecerat ipsissimis Evangelistarum verbis integram quamdam Historiam Evangelicam, seu *Diatessaron*. Quum primum autem hanc digessisset, etiam universum Evangeliorum textum in sectiones quasdam divisit, & notis numeralibus distinxit in margine sui exem- D plaris. Sectiones istæ non aliæ erant, quam quas hodieque in codicum nostrorum margine interiori adpictas videmus: nimirum in Evangelio *Matthæi* 355., *Marci* 236., *Lucæ* 340., *Joannis* 232. Divisionem autem hanc haud alio fine institutam ab auctore supra diximus, quam ad demonstrandam Diatessari hujus perfectionem & integritatem. Neque alii ulli adhuc usui inserviebat: unde nec credibile est, numeros istos propagatos fuisse ultra ipsius Ammonii exemplar.

XII. Hoc quum in Cæsareæ bibliotheca aliave aliqua repositum reperisset Eusebius, in mentem ipsi venit, Harmoniæ hujus, numerorumque Ammonia- E ni Evangeliorum codicis ope, institui ac repræsentari posse integrum & perfectum Diatessaron, *σωζομένου καὶ τοῦ τῶν εὐαγγελιστῶν δι' ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ*, ut Eusebii verbis utar. Nempe, perlustratis singulis Harmoniæ istius partibus, una cum numeris juxta positis in margine; (nam & illic, pariter ac in codice ejus evangelico adnotatos fuisse supra ostendimus) constabat omnes omnino pericopas evangelici codicis ad decem ordines sive classes reduci potuisse. Vel enim ejusmodi esse, in quibus omnes quatuor Evangelistæ conveniant: vel ex iis tres tantum; nempe *Mat. Mar. Luc.* — *Mat. Luc. Joan.* — *Mat. Marc. Joan.*: vel duo dumtaxat; *Mat. Luc.* — *Mat. Mar.* — *Mat. Joan.* — *Luc. Mar.* — *Luc. Joan.*: vel denique cujusque Evangelistæ esse proprias & peculiares. Istas igitur universas reduxit ad decem Tabulas: Pericopas scilicet in quibus quatuor Evangelistæ concordant, ad Tabulam primam; in quibus *Mat. Mar. Luc. Joan.* ad tertiam; in quibus *Mat. Mar. Joan.* ad quartam; in quibus *Mat. Luc.* ad quintam; in quibus *Mat. Mar.* ad sextam; in quibus *Mat. Joan.* ad septimam; in quibus *Luc. Mar.* ad octavam; in quibus *Luc. Joan.* ad nonam: reliquas vero, quæ cuique Evangelistæ sunt peculiares, ad decimam.

XIII. Digestis hoc modo in decem Tabulas numeris Ammonianis, mox iisdem suffixit in margine Evangeliorum unam aliquam e primis litteris Alphabeti, quæ significaret Tabulam, ad quam numerus iste foret referendus: α scilicet primam Tabulam, β secundam, γ tertiam, & sic deinceps. Hoc quidem pacto statim ad oculum repræsentavit, in quibus locis duo, tres, vel quatuor Evangelistæ inter se concordarent; vel ubi ipsorum aliquis quædam haberet, quæ non essent in reliquis tribus. Ex. gr. *Matt.* III. 16. ad verba, *καὶ βαπτισθεὶς ὁ*

1. *L. Brug.* Comment. in Evang. tom. II. sub fin. in Not. ad Evang. Marc. Græc. pag. 1042. edit. Antuerp. 1606.
2. *Simon.* Hist. crit. du text. du N. T. pag. 114-122.
3. *Calmet.* Comment. ad Marc. XVI. 9.
4. *Fabric.* Cod. Apocr. N. T. tom. I. pag. 326. seq.
5. Vol. I. Bibl. PP. pag. 314.
6. Prolegom. ad vol. I. Bibl. PP. pag. LXV.
7. *Mill.* ad Matth. XXI. 31. & in Prolegom. §§. 757. 758.
8. *Hieron.* Comment. in Matth. XXI. 31.

Ἰησοῦς ἀνέβη εὐθὺς ἀπὸ τοῦ ὕδατος: appositum vides in margine numerum ιδ'., cum α subscripto: quod indicat pertinere numerum istum ad Tabulam primam. Eo autem in hac Tabula invento, juxta apparent loca reliquorum Evangeliorum, quæ cum ipso conveniunt: nempe Marci ε'., Lucæ ιγ'., Joannis ιε'. Sic *Matth.* v. 27. ad ista, *Ἠκούσατε, ὅτι ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, οὐ μοιχεύσεις*: notatum videmus ad oram codicis λζ'. cum ι suffixo; quod ostendit pericopen istam ad Tabulam decimam referri, ideoque peculiare quoddam argumentum tractare, ceteris Evangelistis intactum. Neque vero mirandum, si argumenta singula distincta ad suas Tabulas haud redegerit Eusebius. Neque enim hoc sine plurium ad marginem sectionum additione præstari poterat. Illud ipsi datum, ut Ammonianis numeris, quales adspicti fuerant ad oram codicis ejus, adaptaret suos Canones; hoc est, in ipsos digereret singula argumenta, quæ notis Ammonianis distincta reperit, non item ut alias notas adderet. „ Hactenus Millius.

Ceterum tum Epistolæ, tum Canonum textum Eusebianum, ex præclara ejusdem Millii editione Novi Testamenti Græci desumsimus [1]: ad quem item exegimus eorumdem Canonum versionem, quam inter S. Hieronymi opera edidere Martianæus [2] & Vallarsius [3]: sed ex collatione Græci textus Milliani complura menda sustulimus, quæ in utramque Hieronymianam editionem irrepserunt, ut cuilibet attendenti compertum fiet. Veterem autem Latinam Epistolæ Eusebianæ versionem ex Fabricio [4] descripsimus.

C A P U T XX.

D E

C L E M E N T I N I S.

S Y N O P S I S.

I. Clementinorum *opus non incelebre: quippe antiquis Ecclesiæ scriptoribus memoratum atque excerptum. Varia hujus operis partitio.*

II. *Licet erroribus scateat, fructu tamen haud caret ejus lectio, multiplicis in primis doctrinæ caussa, atque ad primarum hæreseon dogmata melius cognoscenda. In multis similia sunt Recognitionibus Clementina; quæ interpolationem quoque passa esse videntur. Quid* Ὁμιλίαι?

III. *Auctor Recognitionum & Homiliarum Clementinarum, unus & idem esse videtur. Erat ex secta Nazaræorum. Longe aliter sentit de Filio Dei ac Ebionitæ.*

IV. *Duplicem in Christo naturam agnoscit.*

V. *Omnia per eum creata esse docet.*

VI. *Illius cum Ebionitis pugna, ex pluribus aliis principiis perspicitur.*

VII. *De tempore quo scriptum Homiliarum opus existimatur. Quo pacto adornata isthæc editio.*

De Clementinorum *opere* Joannis Baptistæ Cotelerii *judicium.*

I. „ INter multa apocrypha quæ Clementi Romano veteres tribuerunt, quorumque caussa eum videtur primum Historicorum ecclesiasticorum constituere Sozomenus [5], non incelebre istud est: excerpitur enim a Joanne Damasceno; nominatim vero memoratur in Synopsi Athanasiana, Chronico Alexandrino, Historia ecclesiastica Nicephori, Anastasii Presbyteri vel alterius Collectaneis, & Niconis Pandecte inferius citando ad Homil. XII. cap. XXV. atque in Epitomen per Metaphrastem redactum est. Conspectum autem fuisse ab Epiphanio [6], Anastasio Antiocheno [7], Maximo [8] & Cedreno [9] colligitur; si cum Clementinis nostris [10] citata eorum loca conferuntur. Quin etiam Clementina forte nominaverat Nicephorus CP. in Stichometria seu Canone Scripturarum: & ubi nunc legitur, apud Scaligerum & Croium, Κλήμεντος λβ'. in Criticis autem sacris tom. 8. Κλήμεντ. λβ'. hoc est, Anastasio Bibliothecario interprete, *Clementis* (XXXII.) ibi primitus scriptum erat Κλημέντια λβ'. aut Κλημέντια κβ'. Etenim Synopsis dicta, quam Nicephorus sequitur, Κλημέντια habet. Si autem retineas λβ'., vel dices variam olim fuisse hujus operis, ut Recognitionum, divisionem; fretus auctoritate Francisci Turriani, (qui illud nactus manu scriptum, in epistola ad Hosium Cardinalem præliminari *Defensionis pro Canonibus Apostolorum & Epistolis Pontificum*, citat ex libro VIII. locum quem heic leges Homil. XVII. 15. & Defensionis lib. V. cap. ult. e libb. VI. & VIII. loca Homil. XI. 22. & Hom. XVI. 12. in Explanationibus vero ad Constit. Apost. lib. II. cap. 36. laudat e lib. VII. locum Hom. XVIII. 4.) vel dices, cum hocce volumine conjunctum fuisse alium ejusdem farinæ librum, verbi gratia illum qui Petri & Apionis disputationes complectebatur.

Quod si malis corrigere κβ'., intelligere poteris viginti Homilias, Epistolam Petri ad Jacobum cum Contestatione, ac Epistolam Clementis ad eumdem Jacobum. Poteris etiam Epistolam Petri separando a Contestatione, credere omissam fuisse Epistolam Clementis. Certe ex Epiphanio [11], Rufino [12], Photio [13] & Sylloge hac nostra constat, Clementi adscripta apocrypha de peregrinationibus, sermonibus, actibus & disputationibus Petri; deque recognitione Clementis ejusque parentum ac fratrum, varie conscripta fuisse, interpolata, corrupta atque permista; & quibusdam libris præfigi solitam Epistolam Petri ad Jacobum, aliis Clementis ad eumdem, aliis utramque; quum tamen idem opus se-

1. *Mill.* Nov. Test. Gr. pag. 1. seq.
2. *Martian.* edit. Hieron. tom. I. pagg. 1429 - 1440.
3. *Vallars.* edit. Hieron. tom. X. pagg. 671 - 682.
4. *Fabr.* Bibl. Gr. tom. VI. pag. 97.
5. *Sozom.* Hist. lib. I. cap. 1.
6. *Epiph.* Hær. XXVI. n. XVI.
7. *Anast.* Quæst. XX. pag. 241.
8. *Max.* Serm. LIII. & LV.
9. *Cedren.* Compend. Hist. pagg. 170 - 173.
10. *Clement.* Hom. IV. n. 16. Hom. II. 32. Hom. IV. 4. Hom. XI. 8. 11. Hom. III. 38. & seq.
11. *Epiph.* Hær. XXX. n. XV.
12. *Rufin.* præfat. ad libb. Recognit. & lib. de adulter. libb. Origen.
13. *Phot.* codd. CXII. CXIII.

queretur, incipiens, ἐγὼ Κλήμης. Quo etiam fit, ut triginta duo Nicephoriani libri complexi forsan fuerint libros decem Recognitionum.

II. Et vero quæ damus Clementina, licet nugis, licet erroribus scateant, a semichristiana philosophia, & hæresi, præcipue Ebionitica, profectis; non sine fructu tamen legentur, tum propter elegantiam sermonis, tum multiplicis doctrinæ caussa, tum denique ad melius cognoscenda primarum hæreseon dogmata. In multis autem similia sunt Clementina Recognitionibus: unde probabiliter existimatum Turriano, ea esse aliam editionem ἀναγνωρίσεων, de qua Rufinus in præfatione: quamquam auctor Synopseos Periodos Petri a Clementinis distinguit. Sed & interpolationem factam esse in Homiliis istis, idque non semel, conjicio ex his. I. e simili sorte congenerum apocryphorum. II. quod ea quæ in Chronico Alexandrino & a Maximo proferuntur, non parum diversa fiut: nec non quæ a Damasceno interdum. III. ex hac Eunomianorum corruptela: ἐν ἀρχῇ κτίσας ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, ἔκτισε καὶ τὸν υἱόν: quæ Turrianus in præfatione Græca ad Constitutiones Apostolicas adducit ex Ammonio. IV. quia locus e ms. bibliothecæ Claromontanæ relatus inter Testimonia Veterum, alium a nostro scriptorem, magisque pium sapit; eum forte, cujus fragmentum *de Spiritu sancto* habes infra pag. 316. num. I. in Appendice monumentorum ad Recognitiones Clementis. V. denique Nicephorus dicit [1], Κλημέντια esse τῇ ἐκκλησίᾳ εὐπαράδεκτα: id vero laudis nequaquam tribuisset Κλημεντίοις, nisi incidisset in ea repurgata. Idem judicium fero de Scholiaste vetere, cujus mentio fit in Annotationibus V. C. Henrici Valesii ad Euseb. Hist. lib. III. cap. XXXVIII. Sed fortassis Nicephorus & Scholiastes ille viderant tantum Simeonis Metaphrastæ Epitomen, aut aliam ei similem. Ceterum quod in Synopsi Athanasii, Clementina referantur cum libris novi Testamenti quibus contradicitur, apud Nicephorum vero CP. cum apocryphis: ratio est, lacuna manifesta Athanasiani codicis. Eam tu & ex contextu facile agnosces, & per Nicephorum ac Anastasium complebis.

Ὁμιλίαι idem sunt atque κηρύγματα & διαλέξεις, colloquia, sermones, prædicationes, dissertationes, Epist. ad Jacobum cap. II. Epitom. num. 145. Clementinorum I. 20. „ Hactenus Cotelerius.

III. Verum quo plenius dignoscatur Clementinorum auctor, simulque in primis ab impia Ebionismi labe purgetur, qua ipsum fuisse inquinatum perhibent nonnulli cum veterum tum recentiorum; operæ pretium fuerit disquisitiones hac de re a viro docto perscriptas heic in medium adducere, quas inspexisse studiosum lectorem haud pœnitebit. Sic igitur præstantissimi operis auctor [2]: „ Homiliarum & Recognitionum Clementinarum tanta est similitudo, ut nonnullis unum & idem esse opus, sed non semel editum videatur. Hunc scriptorem circumcisum fuisse, & Mosaicæ legis in ipsa religione Christiana observantem, nemini dubium esse arbitror. Nam cum in Recognitionibus tum in Homiliis Petrus plurimis in locis inducitur lustrationes Judaicas aut ipse usurpans, aut aliis præcipiens, nec cum Ethnicis baptismo nondum initiatis comedens. Post Epistolam Petri ad Jacobum, inducitur Jacobus graviter franciens, ut libri Prædicationum Petri, nisi fideli circumciso, nemini committantur. Vide Recognit. lib. IV. cap. III. lib. V. cap. XXXVI. & lib. VIII. cap. I. & Hom. I. cap. XIX. X. capp. I. & XXVI. XI. capp. XXVIII. XXIX. XXX. & XXXI. XIII. capp. IV. & IX.

Citavit hos libros Origenes [3]: quod quidem eorum antiquitatem demonstrat. Scripti sæculo secundo exeunte, ac post annum CLXX. si eorum parens ex Bardesane mutuatus est, quæ ab Eusebio [4] ex libro Bardesanis depromta, totidem verbis leguntur lib. IX. Recognit. cap. XIX.

Epiphanius qui hos libros Clementi omnino suppositos non videbat, ab Ebionitis corruptos existimavit [5]; eorumque perfidis manibus tribuit, quæcumque parum congruere cum Clementis doctrina videbantur. Cotelerius Homilias Clementinas hæresis Ebioniticæ notis signatas existimat. Tillemontius nullam ad rem utiles putat, nisi forte ad cognitionem Ebionitarum doctrinæ. Videtur eorum opinioni favere, quod sæpe auctor Homiliarum, præsertim vero Homil. II. cap. XXXVIII. falsa veris permista fuisse in sacris Scripturis pronuntiat: quod quidem de Scripturis judicium Ebionitis usitatum & solemne fuit, ut recte observat Cotelerius. Sed quum ipse Philo de formatione Evæ ex Adami costa pronuntiare non dubitet [6], *Quod ea de re dictum est, fabulosum esse;* liquet hanc temeritatem Ebionitarum propriam non fuisse, sed dudum a Judæis excogitatam, quo facilius Scripturæ loca quorum subabsurda species videbatur, expedirent. Quamquam fatendum est multo audacius & ineptius loqui auctorem Homiliarum, quam Philonem. Sed quod evidenter probat hunc scriptorem, etsi circumcisus & legis retinendæ studiosus fuit, minime tamen Ebionitam fuisse; ea de Filio Dei in Homiliis & in Recognitionibus statuit, quæ ab Ebionitarum hæresi prorsus abhorreant.

Nemo est qui non perspiciat immanem hujus scriptoris ab Ebionitis discrepantiam, si legat quæ Homil. I. cap. VII. a Pseudoclemente narrantur, audisse se Romæ sub Tiberio, quum quidam publice clamaret: *Viri Romani, audite: Filius Dei adest in Judæa.* Addit se his auditis moleste tulisse neminem ex tanta hominum multitudine, tam magno accepto nuntio dixisse: In Judæam proficiscar, ut cognoscam, utrum iste hæc proferens vera loquatur; nempe ὅτι υἱὸς Θεοῦ ἐπιδεδήμηκεν τῇ Ἰουδαίᾳ, *Filium Dei in Judæam advenisse.* Tanta admiratio ob nuntiatum Filii Dei in Judæam adventum, cum ejus præexistentiam præclare exprimit (nemo enim dixerit Isaiam prophetam advenisse in Judæam) tum magnum aliquod mysterium animo obversari demonstrat, quod a Socinianis & Arianis commentis longe discrepet.

Cum hac Filii Dei notione mirifice quadrat, quod verus Propheta (quo nomine Christum designat) visus esse Abrahæ dicitur lib. I. Recogn. cap. XXXIII. Similiter Mosi apparuisse narratur cap. XXXIV. Quicumque verum ab eo non didicerunt, hi illud non invenisse & quærentes obiisse dicuntur, Homil. II. cap. VI. Ὅσοι ποτὲ ἀλήθειαν γνῶναι ἐπεθύμησαν, παρὰ δὲ τούτου μαθεῖν αὐτὴν οὐκ ἐτύχησαν, μὴ εὑρόντες, ζητοῦντες ἐτελεύτησαν.

Simon magus Homil. XVII. cap. IV. ut probet Deum ante incognitum a Christo nuntiatum, his verbis utitur: *Nemo novit Patrem, nisi Filius;*

1. *Niceph.* Hist. eccl. lib. III. cap. XVIII.
2. *Maran.* Divinit. D. N. J. C. lib. II. cap. VII. §. IV. pagg. 150-154.
3. *Origen.* tom. III. in Genes. Philocal. cap. XXII. & in Matth. XXVI. 6.
4. *Euseb.* Præp. evang. lib. VI. cap. XX.
5. *Epiph.* Hær. XXX. §. XV.
6. *Philo* lib. II. Leg. Allegor. tom. I. pag. 70. edit. Londin. 1742.

tum addit: Εἰ οὖν αὐτὸς υἱὸς ἦν ὁ παρὼν, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας, οἷς ἐβούλετο τὸν πᾶσιν ἄγνωστον ἀπεκάλυπτεν. „ Si ergo qui advenit, ipse Filius erat, „ post suum adventum, quibus voluit, eum qui „ cunctis incognitus erat, revelavit. „ Hæc Simonis magi ratiocinatio e Christianorum principiis petita, argumento est Christum ab eis, non ut simplicem hominem, qui Filius Dei nomine tenus dicatur, sed ut ipsum Dei Filium, qui in hunc mundum e cælo venerit, adoratum fuisse.

IV. Duplicem Christi naturam demonstrant, quæ Petrus huic Simonis argumento respondet Homil. XVIII. cap. XIII. Πρῶτον μὲν γὰρ δύναται ὁ λόγος εἰρῆσθαι πρὸς πάντας Ἰουδαίους, τοὺς πατέρα νομίζοντας εἶναι τοῦ Χριστοῦ τὸν Δαβίδ· καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν υἱὸν ὄντα, καὶ υἱὸν Θεοῦ μὴ ἐγνωκέναι. διὸ καὶ οἰκείως εἴρηται· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα· ἐπεὶ ἀντὶ τοῦ Θεοῦ, τὸν Δαβὶδ πάντες ἔλεγον. τὸ δὲ ἐπάξαντα εἰπεῖν· ὡς οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν· ἐπεὶ αὐτὸν υἱὸν οὐκ ᾔδεισαν. καὶ τὸ εἰπεῖν· οἷς ἂν βούλεται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι· ὀρθῶς εἴρηται. ὁ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ὢν υἱὸς, μόνος ὡρίσθη, ἵνα οἷς βούληται ἀποκαλύψῃ. „ Enimvero primum potest testimonium esse dictum ad „ omnes Judæos, qui putabant patrem Christi esse „ Davidem, eos non cognovisse Christum Filium „ (hominis) & Filium Dei. Quare apte dictum „ est, *Nemo novit Patrem*, quia pro Deo omnes „ Davidem dicebant. Et quod subjungit, *Nec Filium quis novit*, quia eum Filium esse nescive„ runt. Et quod ait, *Quibus voluerit Filius revelare*, recte habet. Qui enim ab initio Filius „ est, solus destinatus est, ut quibus cupit reve„ let. „ Accurata sane de Filii æternitate, ejusque ex Patre generatione disputatio. Dei & hominis Filius, ab initio Filius dicitur: & ut pateat quantum inter Patrem & creatorem, inter Filium & rem creatam intersit; Deum Judæi quatenus Patrem Christi, ignorasse dicuntur, quamvis eum ut creatorem omnium probe novissent.

Multa in eamdem sententiam libri Recognitionum suppeditant. Lib. I. cap. XLV. hæc leguntur: „ Quum esset Filius Dei & initium omnium, fa„ ctus est homo. „ Et cap. LXIX. Nolite putare „ nos duos ingenitos dicere Deos, aut unum divi„ sum esse in duos, vel, sicut impii dicunt, eum„ dem masculum & feminam sui effectum: sed Fi„ lium Dei unigenitum dicimus, non ex alio ini„ tio, sed ex ipso ineffabiliter natum. Similiter „ etiam de Paracleto dicimus. „ Et lib. III. cap. XLVIII. „ Noster autem Magister qui est Filius „ Dei & hominis, manifeste bonus est: quod au„ tem vere sit Filius, quibus oportuit dictum est „ & dicetur. „ Hinc cap. II. ejusdem libri indignatur Simon, Deo Filium attribui tamquam animali.

V. Omnia a Filio creata esse, multis locis confirmatur: Υἱοῦ ἐστιν τοῦ οὐρανὸν καὶ γῆν διακοσμήσαντος, ait Petrus Homil. XVIII. cap. VI. τὸ ᾧ βούλεται ἀποκαλύψαι τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις Πατέρα. „ Ad „ Filium cæli & terræ constitutorem spectat reve„ lare cui vult ipsius Patrem in absconditis posi„ tum. „ Et Homil. XVI. capp. XI. & XII. objicienti Simoni duos esse creatores, eo quod dixerit Deus, *Faciamus*, sic respondet Petrus: Εἷς ἐστιν ὁ τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ εἰπών· ποιήσωμεν ἄνθρωπον. ἡ δὲ [illegible] ὥσπερ ἰδίῳ πνεύματι, αὐτὸς ἀεὶ συνέχαιρεν. [illegible]ται μὲν ὡς ψυχὴ τῷ Θεῷ. ἐκτείνεται δὲ ἀπ' αὐτοῦ, [illegible] χεὶρ δημιουργοῦσα τὸ πᾶν. „ Unus est qui „ Sapientiæ suæ dixit: *Faciamus hominem*. Hinc „ vero Sapientiæ tamquam proprio spiritui semper „ ipse congaudebat. Unita quidem est Deo, ut „ anima: ab eo autem extenditur ut manus, uni„ versitatem producens. „ Hinc in his verbis Homil. XI. cap. XXII. Τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ τὰ ὅλα πεποιηκότος Θεοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκστάσεως ἔχει, legendum puto ἐκτάσεως. „ Spiritus a Deo qui omnia „ fecit, initium habet extensionis. „ Aqua per Unigenitum facta dicitur lib. VII. Recogn. cap. VIII. Vide cap. VII. ejusdem libri, & capp. XXXIV. & XL. lib. VIII. Ex quibus patet Pseudoclementem, quamvis multis Judaismi reliquiis implicatus esset, idem tamen ac ceteros scriptores ecclesiasticos de mundi per Filium creatione sensisse; contra quam placet Socinianis, qui hanc doctrinam Christianis circumcisis penitus ignotam, a philosophis religionem amplectentibus inductam fingunt.

Multis aliis rebus declaratur hujus scriptoris cum catholicis verborum & sententiarum similitudo. Omnia nosse dicitur Christus Homil. VIII. cap. XXI. Solus animas illuminare posse: solus veritatem retegere, Homil. II. cap. IV. Solus Patrem immutabiliter videre, Hom. XVII. cap. XVI. Τὸ γὰρ ἀτρέπτως Πατέρα ἰδεῖν, υἱοῦ μόνου ἐστίν. „ Nam Patrem „ immutabiliter videre, solius Filii est. „ Eadem habent libri Recognitionum, præsertim lib. V. cap. X. ubi hæc legimus: „ Hic ergo est verus Propheta, „ qui in Judæa nobis apparuit, ut audistis: qui „ stans publice sola jussione faciebat cæcos videre, „ surdos audire; fugabat dæmones, ægris sanita„ tem reddebat, & mortuis vitam. Quumque ni„ hil ei esset impossibile, etiam cogitationes ho„ minum pervidebat: quod nulli est possibile, nisi „ soli Deo. „

Neque etiam illud principium prætermittendum est, quod huic scriptori cum ceteris scriptoribus ecclesiasticis commune est: deos coli non licere, etiamsi summi & omnipotentis Dei ministri dicantur; sed soli Patri, & Filio & Spiritui sancto hunc honorem deferendum: in quo quidem insaniæ notam effugere non potest, si Filium & Spiritum sanctum in rebus creatis numerabat. Primum docet Homil. X. capp. XV. & XVI. & Recogn. lib. V. cap. XIX. Alterum multis locis testatur. De cultu Patris & Filii sic loquitur Petrus lib. X. Recognit. cap. XLVII. „ Quid enim est in quo adversari præ„ dicationi nostræ quis debeat? aut in quo contra „ veri honestique fidem sermo prædicationis nostræ „ deprehenditur? qui dicit honorandum esse Deum „ & Patrem omnium conditorem, ejusque Filium „ qui solus eum & voluntatem ejus novit, cuique „ soli de omnibus credendum est quæ præcepit: „ solus enim est lex & legislator & judex justus. „ Unum & eumdem cultum sanctissimæ Trinitati adhiberi docent, quæ leguntur Homil. III. cap. LXXII. Σοῦ γάρ ἐστιν δόξα αἰώνιος, ὕμνος, πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας, ἀμήν. „ Ad te enim pertinet æterna gloria, laus, Patri „ & Filio & Spiritui sancto, in omnia sæcula, „ amen. „ Hinc Homil. IX. cap. XXIII. baptismus administrari dicitur Τρισμακαρίᾳ ἐπονομασίᾳ, *Ter beata invocatione*: quod de tribus Personis intelligendum patet ex his verbis lib. I. Recognit. cap. LXIII. „ Ad ultimum autem, inquit Petrus, ad„ monui eos, ut priusquam progrederemur ad gen„ tes prædicare eis agnitionem Dei Patris, ipsi re„ conciliarentur Deo, suscipientes Filium ejus. Ali„ ter enim nullo modo eos ostendi posse salvari, „ nisi per Spiritus sancti gratiam Trinæ invoca„ tionis dilui baptismate properarent. „

VI. Ibidem Jesus vocatur *Christus æternus*. Quod ut intelligatur, quam vim & sententiam habeat, observandum est ita Jesum vocari, ut opponatur Simoni qui se Christum & Stantem dictitabat. Ἀντὶ τοῦ ὄντως Χριστοῦ ἡμῶν ἑαυτὸν ἀναγορεύει. *Pro vero Christo nostro se ipsum prædicat*, inquit Aquila Homil. II. cap. xxii. Porro eo nomine majorem se mundi creatore, ibidem declarat. Cap. xxiv. sic quærenti Dositheo: *Dic mihi, si tu es Stans, ut adorem te*; respondet Simon: *Ego sum*; & statim Dositheus cecidit, & adoravit eum. Nicetas cap. xxviii. sic eumdem Simonem alloquitur: *Deus esse non potes: time eum, qui vere Deus est*. Similiter adoratur Simon lib. II. Recognit. cap. xi. In eodem libro, cap. xiv. per ridiculum vocatur *incorruptibilis Deus*. Non dubium ergo quin Pseudoclemens, quum Jesum verum & æternum Christum esse contendit; omnia ei tribuat, quæ sibi Simon per summum nefas arrogabat.

Non dissimulandum est, nonnulla his in libris occurrere, quæ de Christo dicta minus commode, & Rufino visa sunt Eunomii commentis simillima, & Epiphanium adduxerunt, ut Ebionitis a quibus hos libros interpolatos putabat, sententiam Arianæ gemellam affingeret contra totius antiquitatis testimonium, immo contra suum ipsius, qui Christum ab Ebionitis simplicem hominem haberi declarat. Sed quum hæc imitati sint Origenes, Methodius & Lactantius; erit tempus de his agendi magis opportunum, quum solvendis sanctorum Patrum difficilioribus locis operam dabimus.

Ex his autem quæ attulimus, facile perspicitur hunc scriptorem non modo nihil habere quod Ebionitarum errorem redoleat; sed etiam de Filii æternitate, omnipotentia & vera ex Patre generatione recte sentire. Quare quæ de Nazaræis Justinus [1], Hieronymus [2] & Augustinus [3] testantur, eos nimirum Filii divinitatem agnovisse; ea quis in dubium revocet, quum & tantis auctoribus nitantur, & in scriptore legis observationem audacter docente & prædicante, conceptis verbis legantur? Præter legis observationem & fidem in Christum Deum, illud etiam huic scriptori cum Nazaræis commune est, quod Pharisæos acriter interdum insectatur, ut Homil. xi. capp. xxviii. & xxix. & Recognit. lib. I. cap. liv. „ Huc usque doctissimus Maranus.

VII. Unum tamen est, quod heic moneamus. Nimirum, sub harum disquisitionum initium opinatus est V. C. Recognitionum & Homiliarum unum & idem opus esse, sed non semel editum, quod pridem insinuaverat Cotelerius ac post annum clxx. litteris traditum. Verum antequam hæc describeremus, de Recognitionibus jam fuerat nobis demonstratum, illas demum scripto non fuisse consignatas ante annum ccxvi. Clementinorum autem auctorem circa annum Christi ccxxx. floruisse, cum Joanne Millio existimabamus, qui ejus Homilias editas fuisse censet [4] sub idem tempus, quo suam Harmoniam perscribebat Ammonius Alexandrinus.

Ceterum Cotelerii editionem typis excudendam curavimus. Notis Cotelerianis ea passim intexuimus quæ animadvertit eruditus Davisius, ad textum potissimum emendandum comparata: paucula etiam ex Joanne Clerico adjecimus: utraque vero ex iterata Patrum Apostolicorum editione Amstelodamensi desumsimus. Epistolæ sub Clementis nomine Jacobo inscriptæ Græcum exemplar stitimus inter duplicem versionem, alteram Rufini, alteram Cotelerii: eique præterea nonnullas doctissimi Coutantii adnotationes ex ejus *Epistolis Romanorum Pontificum* subjecimus: qui & illud observat [5], eamdem Epistolam, postquam a Rufino latinitate donata est, quibusdam antiquis Canonum collectionibus insertam fuisse. Hinc haud miratur, illam anno 441. a concilio Vasensi I. can. xvi. ac subinde a Nicolao I. Joanne viii. aliisque Clementis nomine fuisse laudatam: qua quidem in re adnotanda præiverat Cotelerius.

1. *Justin.* Dial. cap. xlvii.
2. *Hieron.* Epist. lxxx. ad August.
3. *August.* lib. de Hæres.
4. *Mill.* Prolegom. ad N. T. Gr. §. 670.
5. *Coutant.* Append. ad Epistt. Rom. Pontif. p. 5. §. vi.



A P P E N D I X.

C A P U T XXI.

De Hiſtoria LXX. vel LXXII. Interpretum, quæ ARISTEÆ nomine circumfertur.

Ex Præliminaribus in Hexapla Origenis, a V. C. BERNARDO DE MONTFAUCON *adornatis* [1].

S Y N O P S I S.

I. *Ariſteanæ hiſtoriæ compendium.*
II. *Quid de hac hiſtoria dixerint Ariſtobulus, & Philo Judæus.*
III. *Quid Joſephus.*
IV. *Quam longe ab Ariſteæ narratione aberraverit Juſtinus martyr: & quinam ipſum ſecuti ſint.*
V. *Epiphanius longe diverſa ab Ariſtea & a ceteris refert.*
VI. *Tota controverſia in tres quæſtiones dividitur.*
VII. *Probatur, Ariſteæ exemplaria quæ ſuperſunt, eſſe genuina: ceterorum autem additamenta reſpuenda.*
A VIII. *Poſt Hieronymum aſſeritur, LXX. vel eos qui Pentateuchum tranſtulerunt, non reliqua interpretatos eſſe.*
IX. *Utrum Ariſteæ primigenia hiſtoria vera ſit, an ficta & ſuppoſititia: adferuntur argumenta utrimque.*
X. *Diſputationis concluſio.*
XI. *Addita huic diſputationi nonnulla. Juſtinus M. qui primus ab Ariſteæ hiſtoria longe aberraſſe comperitur, mutaſſe poſtea ſententiam videtur. De noſtra hiſtoriæ Ariſteanæ editione.*

I. QUæ ad Hiſtoriam ARISTEÆ ſpectant, tot plena difficultatibus, tot agitata quæſtionibus ſunt; ut ſi luberet omnia prolixe tractare, ſingulorumque ſententias expendere, longius a propoſito noſtro abduceremur. Itaque rem ita compendio explanare ſtatuimus, ut nihil debeat ultra ſtudioſus lector deſiderare.

Ariſteæ epiſtola ad Philocratem, quæ hactenus exſtat & eruditorum manibus teritur, minutatim recenſet ea quæ juſſu ſumtibuſque Ptolemæi Ægypti regis, pro interpretandis ex Hebraico in Græcum ſacris ſcripturis, geſta ſunt. Hæc autem συνεπτικῶς proferimus.

Demetrius Phalereus bibliothecæ Ptolemæi Philadelphi Ægypti regis præfectus, conquiſitis undique libris, eam uſque adeo auxerat, ut pluſquam ducenta voluminum millia complecteretur. Quod quum ſciſcitanti regi, præſente tum Ariſtea, renuntiaret, adjecit effecturum ſe ut brevi ad quingenta millia librorum numerus pertingeret; aitque ſe narratu quorumdam comperiſſe, Judæorum leges dignas eſſe, quæ in ejus bibliotheca reponerentur, dummodo ex Syriaca lingua (ita vocabant multi, ſed iis repugnat Demetrius) qua conſcriptæ erant, in Græcam converterentur. Nec mora, rex decrevit ad ſummum pontificem ſcribere, ut quæ in optatis erant aſſequeretur. Tum Ariſteas ea de quibus jam Soſibium Tarentinum & Andream regiorum cuſtodum principe allocutus ſæpe fuerat, regi aperit: nimirum par eſſe ut miſſurus ad ſummum pontificem legatos qui Judæorum libros adferrent, Judæos omnes qui a patre ipſius in captivitatem abducti fuerant, liberos remittat in patriam. Percontatus rex quot Judæorum millia in Ægypto ſervituti addicti eſſent: plus, quam centum millia eſſe, referente Andrea, audivit. Hinc converſo in hilaritatem vultu, rex juſſit liberos dimitti Judæos omnes, tum eos qui a patre ipſius, tum alios qui antea in ſervitutem abducti fuerant, tradique dominis qui hujuſmodi famulitio utebantur, pro ſingulis capitibus viginti drachmas. Summa porro regii muneris fuit 660. talentorum.

Demetrius Phalereus poſtea libellum dat regi, B quo auctor eſt ut petat a ſummo Judæorum ſacerdote Eleazaro ſex ex quaque tribu ſenes, honeſtate vitæ & peritia legum præſtantes, ut plurium interpretatio fide dignior habeatur. Rex oratores mittit Andream & Ariſteam noſtrum, cum præſtantiſſimis muneribus quæ ibidem recenſentur, & litteris regis; ubi de Judæis a ſervitute redemtis, de mittendis ad interpretationem ſcripturæ ſenibus, deque miſſis muneribus agitur. Has litteras excipit epiſtola Eleazari ad Ptolemæum, ubi in gratiam beneficiorum fauſta regi Arſinoeque uxori & filiis apprecatur, & ex ſingulis tribubus ſenes ſex interpretandis ſcripturis ſe mittere profitetur. Deinde ſenum cujuſque tribus nomina referuntur. Donorum C poſtea forma præſtantiaque fuſe deſcribitur. Sequitur narratio eorum quæ Hieroſolymis Andreas obſervaverat, Hieroſolymorum nempe ſitum, templi Hieroſolymitani formam, ſacerdotum item miniſterium, Eleazari ſacerdotum principis ſacra tractantis cultum, arcis Hieroſolymitanæ ſitum, urbis totius ambitum, agri & regionis fecunditatem, fructuum copiam & varietatem, Jordanem fluvium inſtar Nili exundantem terraſque irrigantem exhibet Ariſteas; eaque in re falſi arguitur a multis.

Sub hæc de ſenibus ab Eleazaro ex quaque tribu ſelectis agitur: hi utriuſque linguæ, Hebraicæ nimirum & Græcæ peritiſſimi, & legum ſcientia clariſſimi perhibentur. Poſtea de recta morum D inſtitutione, de vanitate deorum Gentilium, de legis Moſaicæ præſtantia excellentiaque multa ediſſerit Eleazarus. Hinc oblato ſacrificio, oratores & una LXXII. a ſe delectos viros cum litteris ad regem dimittit. Rex qui venturos exſpectabat, eoſdem perhumaniter excepit; deinde exhibitas ſibi membranas ubi lex aureis litteris deſcripta erat, venerabundus ſepties adoravit, ac præ gaudio lacrymatus eſt: & quia eodem tempore victoria navali adverſus Antigonum potitus erat, eum ſibi diem ſolemnem & fauſtum quotannis fore denuntiavit, viroſque eodem ipſo die ad lautam cœnam invitavit. Accumbentes ſecum ſenes variis ad vi-

1. *Montf.* Prælim. in Hexapl. Origen. tom. I. cap. III. pagg. 17 - 36

tam instituendam, regnumque moderandum quæstionibus provocat, quarum singulis senes per ordinem interrogati sapientissime responderunt; ita ut septem dierum spatio, repetito eodem cœnæ more, LXXII. senum singulatim sententias exceperit, ac cujusque dictum laudibus celebrarit, demumque singulis talenta tria dono obtulerit.

Elapso post convivia triduo, senes a Demetrio ad proximam insulam deducuntur; & in splendida domo locati, quotidie ad nonam usque horam, legis interpretationi dabant operam, Demetrio scribæ munere fungente. Atque etiam quotidie bene mane veniebant in aulam, & salutato rege redibant in locum suum. Sicque collatis exemplaribus, unaque congregati, septuaginta duorum dierum spatio interpretationem absolvunt. Demetrius totam interpretationem Judæis omnibus tum præsentibus recitavit, qui summis eam laudibus prosecuti sunt. Tum omnium consensu, suadente Demetrio, diras imprecati sunt iis qui huic versioni aliquod addere, vel demere, vel in ea quidpiam immutare ausuri essent.

Rex fausto rei exitu lætus, & post lectionem legislatoris sapientiam admiratus, sciscitatur cur poetæ & historiographi nullam tanti operis mentionem fecerint. Respondet Demetrius, sanctissimam legem non potuisse sine periculo in scriptis exterorum usurpari: Theopompum enim & Theodecten qui id aggressi fuerant, divinitus immissis pœnis coercitos fuisse. His auditis rex legem religiosa veneratione prosecutus est, eamque jussit summo studio asservari. Senesque rogavit ut in posterum se crebrius convenirent; ipsosque cum donis, & amplissimis muneribus Eleazaro summo pontifici destinatis, domum remisit.

En totam Aristeæ & LXX. interpretum historiam. Licet autem hinc hausisse putentur quotquot idem argumentum pertractarunt: attamen illi tum a se mutuo, tum ab Aristea illo quem modo retulimus, multum differunt.

II. Qui primus Aristeæ historiam memoravit, tacito tamen Aristeæ nomine, est Aristobulus ab Eusebio Cæsariensi allatus [1]; qui de scripturæ Hebraicæ interpretatione jussu Ptolemæi Philadelphi, curante Demetrio Phalereo facta, carptim loquitur. Hunc quidam sub Ptolemæo Philadelpho, plures sub Philometore, alii sub postremo Ptolemæorum vixisse arbitrantur. Nec desunt qui fragmenta Aristobuli ab Eusebio allata, ex operibus supposititiis, & prima Christianæ rei ætate confictis, desumta esse putent.

Philo Judæus historiam LXX. Interpretum commemorat [2]; ac primo dicit Ptolemæum Philadelphum, quem summis laudibus extollit, pro interpretatione scripturarum adornandæ misisse ad summum sacerdotem & regem Judææ, qui unus & idem erat, ἐξέπεμπε πρὸς τὸν τῆς Ιεδαίας ἀρχιερέα ϗ βασιλέα· ὁ γὰρ αὐτὸς ἦν. Ille vero peritissimos quosque delegit, qui de Chaldaica in Græcam linguam (sic ille) Legem converterent. De numero autem interpretum nihil uspiam tradit Philo. Pergit vero deinde, aitque interpretes in

A occulto nemineque præsente, versionem suam edidisse. Quum autem in Pharo insula hæc interpretatio facta fuisset, testificatur Philo ad suum usque tempus hujusce tantæ rei memoriam quotannis celebrari; ita ut non modo Judæi, sed etiam alii, in eam insulam transmeantes, gratiarum actionibus & conviviis tantum beneficium recolerent.

III. Josephus, qui se ea quæ tradit, ex Aristea ipso mutuatum profitetur [3], stilum Aristeæ omnino mutavit; ita ut etiam epistolas variorum quæ in historia eadem comparent, longe alia verborum serie describat. Nec modo verba, sed & res ipsas aliquando commutat, multa detrahit, non
B pauca de suo adjicit. Attamen eodem ipso exemplari, quo hodiernus Aristeas ad nos usque transmissus est, usus fuisse videtur: licet enim plurimum variet in recensione, id ex more suo fecit: scripturas enim sacras quibus fere per totam historiam utitur, paribus mutationibus passim vitiavit.

IV. Justinus martyr, Admonitione ad Græcos [4], longe alia narravit: ait quippe Ptolemæum Ægypti regem, quum bibliothecam Alexandriæ pararet & libros undique comportari curaret, audivisse antiquas historias Hebraicis litteris conscriptas superesse, ac legendi cupidum, septuaginta
C viros Hebraicæ & Græcæ linguæ peritos accersivisse, qui interpretationem Græcam ederent; utque procul tumultu rem peragerent, LXX. viris totidem cellulas seu domunculas construi jussisse, eo consilio, ut quisque separatim inconsultisque aliis interpretationem adornaret: ministrisque ad eam rem destinatis præcepisse, ne ipsos mutuo colloquia inire permitterent, ut collatis postea interpretationibus, de eorum fide peritiaque judicare posset. Quum autem eamdem omnes, ne minimo quidem verborum discrimine, interpretationem peregissent, stupefactum regem interpretes quasi divinos homines muneribus cumulasse, domumque remisisse. In rei fidem Justinus testificatur se do-
D muncularum hujusmodi rudera in Pharo insula ipsis oculis conspexisse, & ab indigenis quæ refert accepisse. Claudit demum, & lectorem remittit ad Philonem & ad Josephum, ubi tamen nulla cellularum mentio. In prima vero pro Christianis Apologia [5], ait Ptolemæum regem, quum libros undique parandæ bibliothecæ comportari curaret, Herodem regem rogavisse, libros sibi prophetiarum transmitteret: ac quum Hebraicos libros legere non posset, rursum ab eodem interpretes postulasse, qui Hebraica Græce converterent, cet. Sic ille immanem profert anachronismum: nam Herodes annis circiter ducentis quinquaginta post Ptolemæi Philadelphi obitum regnare cœpit.

E Eamdem porro, quam Justinus, cellularum historiam refert Cyrillus Hierosolymitanus [6]. At qui proxime post Justinum scripserunt, Irenæus [7], Tertullianus [8] & Clemens Alexandrinus [9], de historia LXX. interpretum pauca locuti, nihil de cellulis hujusmodi narraverunt: ex quibus Irenæus & Clemens Alexandrinus versionem eorum divino

1. *Euseb.* Præpar. evang. lib. VIII. cap. XII. pag. 664. — Vid. infra Veter. testimon. num. I. pag. 805.
2. *Philo Jud.* Vit. Moys. lib. II. pag. 657. — Vid. inf. Vett. testim. num. II. pag. 805.
3. *Joseph.* Antiqq. Judaic. lib. XII. 2. — Vid. infr. Veter. testim. num. III. pag. 806.
4. *Justin.* Admon. ad Gr. num. XIII. — Vid. infr. Veter. testim. num. IV. pag. 808.
5. Id. Apol. I. num. XXXI. — Vid. infr. Vett. testim. num. IV. pag. 809.
6. *Cyrill. Hier.* Catech. IV. cap. XXXIV. — Vid. infr. Vett. testim. num. X. pag. 811.
7. *Iren.* lib. III. adv. Hær. cap. XXI. num. 50. — Vid. infr. Vett. testim. num. V. pag. 809.
8. *Tertull.* Apol. cap. XVIII. — Vid. infr. Vett. testim. num. VII. pag. 810.
9. *Clem. Alex.* Strom. lib. I. cap. XXII. tom. I. pag. 409. edit. Oxon. — Vid. infr. Vett. testim. num. VI, pag. 810.

afflante Spiritu factam asseverant. Eusebius vero Aristeæ maximam partem refert [1], & cum exemplaribus hodiernis ut plurimum consentit.

V. Demum Epiphanius longe alia, quam ceteri, refert. Et quia ejus narratio a multis pro verissima & sincerissima omnium habita est, eam heic referre non gravabimur. In libro de mensuris & ponderibus sub initium [1], postquam editionis τῶν O. præstantiam prædicavit, eamque non sine sancti Spiritus afflatu factam asseruit, sic prosequitur.

„ Duo enim ac LXX. viri in Pharo insula quæ „ Terra superior dicitur, e regione urbis Alexan„ drinæ, in sex & triginta domunculis seu cellu„ lis, bini scilicet in singulis, a primo diluculo „ usque in vesperam concludebantur. Vespere au„ tem triginta sex scaphis in Ptolemæi Philadel„ phi palatium transvecti, ad ejus epulas adhibe„ bantur. Tum bini in triginta sex cubiculis dor„ miebant, ne mutuo colloquia miscere possent; „ (ἀλλ' ἀνοδεύτως ἑρμηνεῦσαι) sed sibi propriam, „ nec ab aliis acceptam interpretationem ederent. „ Ptolemæus enim triginta sex illas, quas dixi, „ domunculas in insula paravit, easque duplices, „ in quibus binos conclusit, duosque famulos qui „ cibos pararent ipsisque ministrarent, simulque „ tachygraphos sive notarios. In illis porro do„ munculis, nullas parietibus fenestras effecit, sed „ e recto superne illas aperuit, quas anaphotidas „ vocant. Hoc illi modo a primo diluculo ad „ vesperam obseratis foribus (ὑπὸ κλεῖδα.) inclu„ si sacras litteras transtulerunt. Unicuique vero „ interpretum pari liber unus tradebatur; exem„ pli caussa, Genesis uni, Exodus alteri, Leviti„ cus alii: atque ita ceteri. Sic porro viginti se„ ptem sacræ scripturæ libri, qui duo & viginti „ secundum alphabetum Hebraicum numerantur, „ Græcum in sermonem conversi sunt.

„ Habent enim Hebræi XXII. litteras, e quibus „ quinque duplicantur, Caph, Mem, Nun, Phi „ & Aleph. Quamobrem quum libri hac ratione „ viginti duo numerantur, septem ac viginti re„ periuntur, quod ex illis quinque duplicentur. „ &c.

„ Igitur septem & viginti illi libri, qui vigin„ ti duo numerantur, — eo quem dixi modo, per „ ordinem unicuique interpretum pari traditi sunt; „ scilicet a primo pari ad secundum, a secundo „ ad tertium transierunt, donec sexies ac trige„ sies singuli Græce conversi sunt, ut quidem nar„ ratur. His viginti duo addendi sunt apocryphi.

„ Postremo absolutis omnibus rex in sublimi so„ lio consedit: aderant triginta sex lectores cum „ triginta sex exemplaribus, & alter qui Hebrai„ cum antigraphum tenebat. Uno legente aliisque „ attendentibus, nihil repertum est discriminis. „ Sed admirandum Dei opus accidit, ut notum „ esset, viros illos dono Spiritus sancti præditos, „ in illa solitudine consensisse: ita ut ubicumque „ aliquid addebatur, ab omnibus simul addere„ tur; & ubi demebatur, ab omnibus pariter de„ meretur. Et quidquid ademtum erat, inutile; „ quidquid vero relictum, necessarium esse depre„ hendebatur. Ut autem cognoscas eos mirum in „ modum, & ex Dei providentia, exque Spiri„ tus sancti consensu interpretatos esse, exemplum „ tibi proferam &c. „

Sub hæc autem Epiphanius rem a principio repetens ait: Ptolemæum Philadelphum, φιλόκαλον καὶ φιλόλογον, in ea urbis parte quæ Bruchium appellatur, bibliothecam instituisse, eique Demetrium Phalereum præposuisse; qui quum magnam librorum omnis generis suppellectilem comparasset, sciscitanti regi quot librorum millia collegisset, jam quinquaginta quatuor millia cum octingentis haberi dixit: superesse tamen longe plures in orbe terrarum apud Æthiopes, Indos, Persas, Elamitas, Babylonios, Assyrios, Chaldæos, Romanos, Phœnicas, Syros & Græcos: esseque præterea Hierosolymis & apud Judæos libros prophetarum, eosque divinos, qui de Deo & de mundi creatione edisserebant; quos hortatus est regem ut accerseret, eaque de caussa ad doctores Hierosolymitanos scriberet. Cui rex morem gerens, epistolam Hierosolymitanis, ab Aristeanis omnibus longe diversam scripsit, quæ αὐτολεξεὶ ab Epiphanio adfertur. In ea postulat rex ad se transmitti prophetarum libros, ut in bibliotheca sua reponerentur: in memoriam revocat præterita beneficia, quo pacto scilicet multos Judæorum populares in bello captos & in Ægyptum deportatos, liberos cum viatico dimiserit. Nunc autem mensam auream lapidibus pretiosis ornatam pondo quingentorum talentorum cum aliis muneribus mittere, ut voti compos efficeretur.

Missos postea libros Hebraice scriptos quum legere non posset, secundo scribere & interpretes petere coactus est. Secundam postea adfert Epiphanius epistolam Aristeanis dissimilem, licet Aristeam, vel Aristæum (sic ille) sibi auctorem profiteatur; ubi Ptolemæus interpretes Hebraice Græceque peritissimos postulat, qui libros sacros de Hebraico in Græcum convertant: sex videlicet ex singulis tribubus, qui in Pharo insula, eo quo supra dictum est modo, sacros codices interpretati sunt. Quo peracto, libri illi in Græcum translati, in priore bibliotheca quæ in Bruchio fundata est, repositi sunt. Post hæc alia rursus in Serapio bibliotheca constituta est, longe illa minor, quæ hujus filia dicebatur; in quam Aquilæ, Symmachi, Theodotionis & aliorum editiones congestæ sunt post annos CCL. Hactenus Epiphanius.

VI. Hac porro conspecta narrationum varietate, nemo mirabitur hinc tanta opinionum divortia facta esse. Licet autem nulla fere ex præmissis narrationibus cum altera plane consentiat, sed unaquæque vel in majoris momenti rebus, vel in minusculis differat ab aliis; attamen in tres præcipuas quæstiones potest tota controversia reduci: nimirum, utra ex narrationibus γνήσιος sive primigenia sit; an ea quæ Aristeæ nomine hodieque circumfertur, quæque senes una congregatos interpretationem adornasse perhibet, nulla facta mentione peculiaris Spiritus sancti afflatus; an vero ea quæ senes sive solos in septuaginta cellulis, sive binos in triginta sex domunculis inclusos, afflante numine interpretatos esse commemorat. Altera quæstio, an LXX. interpretes, vel qui priorem scripturam sacram de Hebraico in Græcum converterunt, solam Legem vel Pentateuchum, an etiam reliquos libros interpretati sint. Tertia demum, an historia Aristeæ, sive ut primo prodiit, sive ut postea a Justino, & aliquot post sæculis ab Epiphanio allata est, vera sit, an conficta & supposititia.

VII. Quod ad primam quæstionem attinet, cer-

[1] Euseb. Præp. evang. lib. VIII. cap. I. seq. p. 349. — Vid. infr. Vett. testim. num. IX. pag. 811.

[1] Epiph. de mens. & ponder. cap. III. — Vid. infr. Vett. testim. num. XII. pag. 812.

tum est alterutram ex narrationibus adulteratam fuisse: aut videlicet eam quæ LXXII. senes simul congregatos, mutuoque colloquia miscentes, interpretationem illam edidisse perhibet; aut eam quæ illos in septuaginta cellulis separatos, aut binos in triginta sex domunculis inclusos, ut narrat Epiphanius, scripturam afflante numine, ut ex mirabili omnium consensu probatum est, vertisse commemorat. (De aliis porro prope innumeris varietatibus quæ inter narrationes illas intercedunt, brevitatis caussa consulto tacemus.) Pro hac postrema sententia stant Justinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Epiphanius, licet in numero cellularum variet, Chrysostomus [1], Augustinus [2]: quibus accenseri possunt Irenæus & Clemens Alexandrinus; qui licet de LXX. cellulis nihil habeant, interpretationem tamen illam Spiritus sancti afflatu & inspiratione factam asseverant. Ex recentioribus autem Leo Castrius, Alphonsus Salmeron aliique eamdem sententiam amplectuntur; qui narrationem Aristeæ, qualis in hodiernis exemplaribus habetur, vitiatam & adulteratam: alteram vero de cellulis & de mirabili interpretatione, veram germanamque esse pugnant.

Huic porro sententiæ refragatur Hieronymus, qui cellularum historiam mendacii arguit, & LXX. senes afflante numine interpretatos esse negat. Sic enim ille [3]: *Et nescio quis primus auctor septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo exstruxerit, quibus divisi eadem scriptitarent; quum Aristæus ejusdem Ptolemæi* ὑπερασπιστὴς, *& multo post tempore Josephus, nihil tale retulerint: sed in una basilica congregatos contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse interpretem. Ibi Spiritus ventura prædicit; heic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit transfert. Nisi forte putandus est Tullius Œconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte; afflatus rhetorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta, aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit; ut quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint.* Quæ postrema Hieronymi verba ut intelligas, scias oportet multa in scripturis esse, quæ LXX. interpretes vel prætermiserant, vel consulto tacuerant, quæ ab Evangelistis & ab Apostolis adferuntur. Quod citato prologo in Genesim affirmat Hieronymus, & passim in commentariis, maximeque in Jeremiam. Sententiam porro Hieronymi amplectuntur plerique omnes hodierni eruditi viri; & putant cellularum historiam, mirabilemque illum consensum & Spiritus sancti afflatum, omnino supposititia esse. Certe Justinus martyr, qui primus cellularum & mirabilis senum consensus historiam texuit, id ex rumore vulgi acceperat, ut ipse profitetur his verbis [4]: Αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι, ϗ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, ϗ παρὰ τῶν ἐκεῖ, ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν· ἃ ϗ παρ' ἑτέρων ἔξεστιν ὑμῖν μανθάνειν, ϗ μάλιστα παρ' αὐτῶν τῶν περὶ τούτων ἱστορησάντων σοφῶν ϗ δοκίμων ἀνδρῶν, Φίλωνός τε, ϗ Ἰωσήπου ϗ ἑτέρων πλειόνων. Id est: „ Ipsi qui Alexandriæ fuimus, & „ vestigia domuncularum in Pharo adhuc residua „ vidimus, & ab incolis qui rem a majoribus ac„ ceperant, audivimus, hæc annuntiamus: quæ ex „ aliis quoque ediscere potestis, ac potissimum ex „ iis qui hæc enarraverunt, Philone, Josepho aliis„ que pluribus. „ Hinc sane conspicias, ex populari fama loqui Justinum martyrem, quum de cellulis & de miraculo tanto verba facit: nam Philo & Josephus quos allegat, ne verbum quidem de cellulis & de mirabili interpretum consensu habent. Probabile igitur est, Justinum ea quæ de cellulis tradit, ex iisdem fontibus accepisse, ex quibus acceperat Ptolemæum ab Herode Judæorum rege interpretes vertendis scripturis sacris postulasse. Qui Justinum secuti sunt, ejus auctoritate abrepti, explorandæ rei ne minimum quidem examen habuisse videntur. Epiphanius vero qui Justini narrationem in multis mutavit plurimaque adjecit, ex aliis fabulatoribus mutuatus putatur. Sane primigeniam Aristeæ historiam eam esse quæ hodie in bibliothecis nostris exstat, suadet Josephus, qui licet eum pro more suo, quoad stilum & seriem in non paucis mutaverit; quoad sensum tamen & res gestas, presso vestigio sequitur: suadet item Eusebius, qui longissima Aristeanæ historiæ excerpta edidit in Præparatione evangelica: itemque Hieronymus, qui Aristeæ quidem historiam agnoscit, sed additamenta posteriora reprobat.

VIII. Altera quæstio est, an LXX. interpretes, vel qui priores scripturam sacram de Hebraico in Græcum converterunt, solam Legem seu Pentateuchum, an reliquos etiam libros interpretati sint. Ratio dubitandi hinc primum exorta est, quod qui LXX. interpretum historiam texuerunt, alii Legem tantum ab iis Græce conversam dicant, alii historias, alii prophetas; Epiphanius universæ scripturæ libros. Hieronymus vero ait [5], eruditorum sui temporis opinionem esse, solos quinque libros Moysi a LXX. versos fuisse. Ejus verba sunt: *Hoc in LXX. non habetur, qui forsitan Alexandriæ in Græcum sermonem scripturas ex Hebraica veritate vertentes, timuerunt hoc edere, ne regem Ægypti viderentur offendere, dum a Deo Hierusalem debitum regnum esse commemorent: quamquam eruditi solos quinque libros Moysi ab eis interpretatos esse putant.* Idem porro existimant eruditi hodierni, quotquot videlicet Hebraicum cum editione illa quæ LXX. interpretum dicitur, contulere. Nam qui Pentateuchum verterunt longe peritiores fuisse videntur iis, qui ceteros scripturæ libros Græce sunt interpretati: stilus omnino diversus est: verba sæpe longe disparata Hebraicis vocibus aptantur. Varietatis hujusmodi exempla multa proferre in promtu esset. Verum quia res a doctis viris jam fuse & ex professo agitata fuit, nobisque ad alia properantibus non licet his diutius immorari, destinatum carpimus iter.

IX. Tertia demum quæstio, illaque gravissima, est: num Aristeæ historia, sive illa quæ jam ejus nomine circumfertur, doctorumque manibus teritur, sive illa quæ cum additamentis & mutationibus a Justino vel ab Epiphanio adfertur, vera ac sincera, an vero conficta & supposita sit. Quam autem additamentis illis fidem esse denegandam jam supra demonstratum sit, restat ut de primigeniæ Aristeanæ historiæ fide nunc agamus. Historiam illam prorsus fictitiam & commentitiam esse pugnant viri doctissimi: ex catholicis Henricus Valesius quem sequitur Joannes Bona cardinalis, itemque Ægidius Menagius & alii: ex heterodoxis Josephus Scaliger, Humfredus Hody in eruditissimo opere *contra hi-*

1. *Chrysost.* Vid. infr. Vett. testim. num. XV. pag. 815.
2. *August.* Vid. infr. Vett. testim. num. XIV. pag. 814.
3. *Hieron.* prolog. in Genes.
4. *Justin.* Admon. ad Græc. num. XIII.
5. *Hieron.* Comment. in Ezech. XVI. 25.

ftoriam Aristeæ, & noviſſime Antonius Van Dale in *Diſſertatione ſuper hiſtoria Ariſteæ*, aliique quam plurimi.

Primo dicitur, Ariſteam illum qui ſe & ortu & parentibus Græcum eſſe fingit, eſſe haud dubie Judæum Helleniſtam; ut comprobant bene multa: exempli cauſſa, Judaicarum legum plena notitia, unius Dei cognitio, nulla admixta Serapidis, Iſidis, aliorumque qui tum maxime Alexandriæ colebantur, deorum commemoratione. In ipſa narratione Hebraiſmi plurimi occurrunt; quæ omnia auctorem vere Judæum produnt.

Præterea objicitur, Demetrium Phalereum heic induci bibliothecæ regiæ Ptolemæi Philadelphi præfectum; quum tamen Hermippus apud Diogenem Laertium narret, Demetrium Phalereum transfugam apud Ptolemæum Soterem Lagi filium, a Philadelpho relegatum fuiſſe, & morſu aſpidis obiiſſe. Ad hæc Demetrius ille Phalereus homo facundiſſimus, & ſua ætate Atticæ eloquentiæ facile princeps; iſque deorum cultor, pravis moribus luxuque perditus; heic ab Ariſtea exhibetur vix Græce, immo barbare loquens in epiſtola quam ſcribit ad Philadelphum; unius Dei cultor, utpote qui Hebræorum legem pro divina omniumque ſanctiſſima habeat, & diras imprecetur iis qui in translatione LXXII. interpretum aliquid addere, vel demere, vel immutare auſi fuerint. Erunt fortaſſe qui huic argumento occurri poſſe putabunt, ex Coſmæ Ægyptii nuper a nobis editi narratu. Is enim in *Topographia Chriſtiana* quam Juſtiniano imperante edidit, non Demetrium Phalereum, ſed Tryphonem Phalereum ſub Ptolemæo Philadelpho bibliothecæ regiæ cuſtodem fuiſſe dicit [1]: qua admiſſa lectione, cadunt omnia illa argumenta, quæ ſtante Demetrio Phalereo alicujus momenti erant. At quid valeat hac in re ſcriptoris unius, & quidem inferioris ævi, teſtimonium, quando omnes a principio qui Ariſteam meminere, Demetrium Phalereum habeant? Certe nulli dubium eſſe poteſt primum illum Ariſteam, Demetrium Phalereum item habuiſſe. Quare Coſmas Ægyptius vel memoria lapſus eſt, vel aliunde errorem eſt mutuatus.

Nec modo Demetrium Phalereum, ſed etiam Ptolemæum ipſum Philadelphum, fratrum interfectorem, ſororis conjugem, cujus mollities, luxuria, ſcelera, ab hiſtoricis celebrantur; ita pium legiſque Moſaicæ cultorem exhibet Ariſteas, ut regem Davidem vel Ezechiam dicas. Is allatas ſibi Legis membranas tanta veneratione proſecutus eſt, ut ſepties adoraret, ac præ gaudio lacrymaretur. Parem erga legem Moſaicam cultum exhibent Græci omnes, quotquot in Ariſteana hiſtoria memorantur; ut mira metamorphoſi credas omnes qui huic negotio interſunt, derepente proſelytos factos eſſe.

Laudatur Ptolemæi Evergetis (non Philadelphi, ut quidam dixere) liberalitas, quod Sophoclis, Euripidis & Æſchyli exemplaria ab Athenienſibus mutuatus, ut exſcribi curaret; reſervatis ſibi exemplaribus, apographa pulcherrima reddiderit, ſimulque ſummam quindecim talentorum quam Athenienſibus oppigneraverat, iis in gratiam beneficii reliquerit. Sane quindecim talentorum ſumma tunc temporis magni habebatur: at quid dicas, ſi computatis omnibus quæ pro adipiſcendis Legis exemplaribus a Philadelpho expenſa ſunt, captivorum videlicet pretio, donis Eleazaro, templo, ſenum cuilibet oblatis, plus quam mille ducentorum talentorum ſummam reperias? An non exhauſtam plane

A gazam regiam inferas? Nemo negaverit hæc fabulam ſapere.

Mirum etiam videatur, quo pacto Eleazarus ſex ex ſingulis tribubus viros, ſenes, bene moratos, doctos, Legis peritiſſimos, & utramque linguam, Hebræam ſcilicet & Græcam, apprime callentes, ſic paratos & ad manum habuerit, ut rogatus ſtatim miſerit: quum tamen Eleazari tempore, vel nulla vel modica tribuum diſtinctio fuiſſe credatur.

Ad hæc victoriam illam de Antigono reportatam eodem tempore, quo LXXII. ſenes Alexandriam advenere, ut narrat Ariſteas, certum eſt multis ante annis, regnante videlicet Ptolemæo Lagi filio

B contigiſſe. Sunt & alia multa quæ contra Ariſteanæ hiſtoriæ ſinceritatem adferuntur: at poſtquam præcipua in medium adduximus, ab aliis recenſendis compendii cauſſa abſtinendum putamus.

Alii pro Ariſteæ hiſtoria ſtant, ejuſque γνησιότητα propugnare nituntur: ex catholicis, Serarius, Gretſerus, Paullus Pezronius, multique alii: ex heterodoxis, Brianus Waltonus, Iſaac Voſſius, aliique inſignes viri. Non referam argumentum, quod ex Patrum teſtimonio ad tutandam Ariſteanæ hiſtoriæ veritatem quidam referunt. Nam quum ſancti Patres, Juſtinus, Irenæus, Clemens, Cyrillus Hieroſolymitanus, eam præcipue hujus hiſtoriæ partem propugnare videantur, quæ reſpicit cel-

C lulas, mirabilem ſenum in interpretando conſenſum & Spiritus ſancti afflatum; quam tamen partem ut ſuppoſititiam & ſpuriam cum divo Hieronymo aliiſque doctis viris rejecimus: non poteſt heic pro Ariſteanæ hiſtoriæ defenſione Patrum illorum auctoritas opponi.

Verum aliud in medium adducam, quod ſane validiſſimum putatur a multis. Ariſteas, ut oculatus teſtis rem ſuo tempore, ſeque præſente parteſque ſuas agente, geſtam enarrat: rem, inquam, uſque adeo inſignem & ſingularem, ut neceſſario debuerit omnium ore celebrari, nec facile ex hominum memoria obliterari potuerit. Poſt Ariſteam Ariſtobulus vir inſignis, vel ipſius Ptolemæi Phi-

D ladelphi tempore, vel ut alii exiſtimant ſub Philometore Alexandriæ ſcribit; & Ariſteanæ hiſtoriæ teſtimonio ſuo patrocinatur. Si ea falſa prorſuſque ſuppoſititia fuiſſet, an poterat Ariſtobulo ipſis Ægypti regibus tunc familiari fucum facere, etiamſi ponatur eum ſub poſtremis Ptolemæorum floruiſſe? Alexander etiam Polyhiſtor qui Olympiade circiter CLXXIII. ſcripſit, laudat Ariſteæ cujuſdam hiſtoriam Judaicam, illam videlicet quam de LXXII. interpretibus ſcripſit, ut putant eruditi. Poſt eum Philo hiſtoriam eamdem paucis tangit: ac licet de numero interpretum nihil habeat, quia rem carptim enarrat; videtur tamen ea quæ dixit, ex Ariſtea hauſiſſe. Poſt eum Joſephus, ac

E demum Euſebius Ariſteanam hiſtoriam referunt, eique patrocinantur. Nihil dicam de Juſtino & aliis, qui adulteratis exemplaribus ſunt uſi. Si qua poſſit hiſtoria ſequentium temporum teſtimonio confirmari, nihil ſane huic deeſt, ut talem firmitatem adipiſcatur.

Reponunt alii, Ariſtobuli & Alexandri Polyhiſtoris auctoritate id unum argui & probari, videlicet Ariſteæ hiſtoriam ante horum ſcriptorum ætatem prodiiſſe: & Ariſtobulum quidem diu poſt Philadelphum vixiſſe: nam quod modo ſub Philadelpho, modo ſub Philometore ſcripſiſſe dicatur apud Euſebium; id Euſebii lapſu contigit, vel fortaſſe librariorum, qui nomina commutarunt.

1. Coſm. Ægypt. Topogr. Chriſt. lib. XII. pag. 344. — Vid. infr. Vett. teſtim. num. XIII. pag. 816.

ipse namque Aristobulus, Philadelphum ejus ad A quem scribit, Philometoris πρόγονον vocat; qua posita lectione, Philadelphi nomen mendose irrepsisse convincitur: Aristobulumque utpote Judæum Hellenistam, historiam illam qua interpretatio LXX. senum summopere commendabatur, lubenter amplexatum esse; & si νοθείαν agnoverit, in partem tamen fabulæ venisse. Siquidem omnes Judæi Hellenistæ interpretationem illam summo in pretio habebant, haberique volebant. Alexandrum vero Polyhistorem, si tamen vere de hac Aristeæ historia loqui voluerit, solum indicare illam prodiisse ante suum ævum; quod fere omnes fatentur. Philonem, Josephum & alios, ut solent oves gregariæ, priorum vestigiis hæsisse, nec exami- B nasse veram ne an supposititiam historiam adoptarent. Demum tam validas objectiones contra Aristeanam historiam superius allatas, non posse scriptorum sequentium testimoniis enervari: quandoquidem multas quotidie narrationes deprehendimus esse supposititias, licet non a sequentium modo sæculorum scriptoribus, sed etiam a coævis & supparibus enarrentur.

X. His diutius immorari, quæstionemque fusius exagitare non libet. Quædam solum nobis in confesso habenda, & pro veris tuenda sunt. Nimirum interpretationem quæ τῶν O. seu LXX. vocatur, sive illa a septuaginta viris, sive a paucio- C ribus facta fuerit, esse veram & sanctam fidei morumque normam, utpote quæ ab Apostolis non semel adhibeatur; ac non modo in ecclesia Græca pro vera scriptura semper habita fuerit, sed etiam in ecclesia Latina prioribus sæculis obtinuerit; quando scilicet vetus Itala quæ ex Græco LXX. interpretum facta fuerat, pro unica scriptura sacra agnoscebatur, antequam Hieronymus hodiernam Vulgatam adornaret: licet enim multa esset inter editiones quæ tunc in usu erant, varietas; omnes tamen editiones ex LXX. manaverant: immo etiam hodie Psalmi ex eadem veteri Itala in ecclesia Latina in scripturæ sacræ catalogo locum habent. Nihilque officere auctoritati edi- D tionis τῶν O. quod ejus auctor vel ignoretur, vel quisnam sit in dubium vocetur: quandoquidem nihil officiebat veteris Italæ auctoritati, quod quo interprete prodiisset ignoraretur. Non enim ex interpretibus versiones auctoritatem mutuabantur, sed ex approbatione & admissione Ecclesiæ.

Quod autem Hieronymus in editione τῶν O. multos nævos deprehenderit, ac multa secus quam oportebat, de Hebraico Græce conversa redarguerit; id ejus editionis auctoritatem neutiquam minuit vel infirmat, ut alicubi fatetur & ipse Hieronymus: loca enim illa quæ Hieronymus reprehendit, hujusmodi sunt, ut utrovis modo legas, æque pia sententia remaneat.

Pro certo item habemus cellularum historiam, E mirabilem illum seniorum consensum, & ea quæ inde consequuntur, supposititia esse, jureque ab Hieronymo reprobari.

Itemque cum Hieronymo & eruditorum turba putamus, interpretem Pentateuchi Græcum, omnino diversum esse ab eo vel iis, qui reliquos scripturæ sacræ libros interpretati sunt. Huc usque doctissimus Montfauconius.

XI. Quandoquidem vero Justinus martyr primus fuisse perhibetur, qui ab Aristeæ narratione longe aberrarit; nostrarum partium esse ducimus, qui Justini Apologias cum ejus Dialogo edidimus, illud adjicere quod post vulgatam Montfauconianam de Aristeæ historia disputationem advertit cl. Maranus. Verba ejus exstant in *addendis* ad suam luculentam Justini editionem pag. 604. spectantque ad illustrandum §. LXXI. Dialogi cum Tryphone; quæ quum ibi nescio quo casu nobis exciderint, heic propterea restituenda existimamus. Sunt autem ejusmodi: „ Mirum cur Justinus crimini vertat Judæis quod LXX. interpretationem *quibusdam in rebus veram* non esse dicerent. Quum scriberet Exhortationem ad Græcos Justinus, credebat septuaginta illos viros, dum pro se quisque separatim inclusi laborabant, magno miraculo in omnibus verbis & sententiis inter se consensisse. Sed hanc fabulam nec in Apologia I. ubi agit de septuaginta interpretibus, nec in Dialogo illius credendæ onus imponit Judæis: ex quo quidem non levis conjectura est, eam Justinum aut missam fecisse, aut saltem suspectam habere cœpisse. Cur ergo tam moleste fert, quod *quibusdam in rebus veram non esse* Judæi pronuntient? Inde ortum puto sancti Martyris animi dolorem, quod Judæi hanc interpretationem non solum contextui, sed etiam veritati & sanæ doctrinæ absonam esse dicerent. Urebat eos doctrina Verbi incarnati, nec eam in LXX. interpretatione patienter ferebant: quare septuaginta illos viros *recte interpretatos esse assentiri* nolebant. Eo libentius Justini querelas in hanc sententiam accipio, quod ipse interdum aliter ac LXX. interpretari non dubitet, nedum accuratissimam illorum diligentiam nonnumquam requirere piaculum esse duceret. „ Hæc vir ille doctus.

Ceterum Oxoniensem Aristeæ editionem, quæ prodiit e Theatro Sheldoniano anno Domini 1692. 8. typis excudendam studuimus; cujus adornandæ curam qui recepit, ita præloquitur: „ Græcum & Latinum Aristeam bonis viris doctisque commendavimus, ex impresso olim codice tibi lector fideliter exhibendum — In textu Græco nihil mutavere: utrum enim typographi incuriæ, an fidei debeantur errores, mss. codice carentibus non constabat. In Latina versione (*Matthiæ Garbitii*) paullo amplius licere sibi arbitrati sunt: eam igitur invenies, ubi opus videbatur, correctam. Addenda quoque censuit vir summus (*Eduardus Bernardus*) quæ in fine adjecimus *Testimonia*; eademque spoliis Orientis, magnam partem ineditis locupletavit. „

Hanc autem editionem ita secuti sumus, ut in subsidium tamen vocaremus tum Fabricianam editionem Fl. Josephi Havercampianæ subjectam, tum eas quas sive Humfredus Hodius operi *de Bibliorum textibus originalibus*, sive Antonius Van Dale *Dissertationi super Aristea de* LXX. *Interpretibus* præmittendas curarunt. Testimoniis Veterum quæ Græce tantum in Oxoniensi exstabant, versionem adjunximus: quin & ad novas auctorum editiones illa exegimus, aliisque auximus: nonnullasque præterea observationes subdidimus.

INDEX

EORUM QUÆ IN PROLEGOMENIS CONTINENTUR.

CAPUT IX.

DE S. THEOPHILO

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPO.

CAPUT X.

DE S. SERAPIONE

EPISCOPO ANTIOCHENO.

CAPUT XI.

DE ACTIS SS. PERPETUÆ

ET

FELICITATIS MM.

CAPUT XII.

DE APOLLONIO.

CAPUT XIII.

DE S. ALEXANDRO

HIEROSOLYMORUM

EPISCOPO ET MARTYRE.

CAPUT XIV.

DE CAJO ROMANO

PRESBYTERO.

CAPUT XV.

DE AUCTORE ANONYMO

RECOGNITIONUM

CLEMENTINARUM.

CAPUT XVI.

DE JULIO AFRICANO.

CAPUT XVII.

DE M. MINUCIO FELICE.

CAPUT XVIII.

DE S. HIPPOLYTO

EPISCOPO ET MARTYRE.

CAPUT XIX.

DE AMMONIO ALEXANDRINO.

SECTIO I.

De Ammoniana Evangeliorum Harmonia.



INDEX CHRONOLOGICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SÆCULUM II.

SÆCULUM III.



INDEX ALPHABETICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.



ATHENAGORÆ
ATHENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI
LEGATIO PRO CHRISTIANIS.

ACCESSIT


LIBER DE RESURRECTIONE MORTUORUM.

ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ

ΠΡΕΣΒΕΙΑ [1] ΠΕΡΙ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 177.



ATHENAGORÆ

ATHENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI

LEGATIO PRO CHRISTIANIS.

Conrado Gesnero *interprete*.

Αὐτοκράτορσι [2], *Μάρκῳ Αὐρηλίῳ* [3] *Ἀντωνίνῳ*, *καὶ Λευκίῳ Αὐρηλίῳ* [4] *Κομμόδῳ Ἀρμενιακοῖς, Σαρματικοῖς, τὸ δὲ μέγιστον, φιλοσόφοις.*

Η ΥΜΕΤΕΡΑ, [5] μεγάλοι βασιλέων, [6] οἰκουμένη, ἄλλος ἄλλοις ἔθεσι χρῶνται καὶ νόμοις, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν, νόμῳ καὶ φόβῳ δίκης, κἂν γελοῖα ᾖ, μὴ στέργειν τὰ πάτρια εἴργεται. ἀλλ' ὁ μὲν Ἰλιεὺς θεὸν Ἕκτορα λέγει, καὶ [7] τὴν Ἑλένην Ἀδράστειαν [8] ἐπιστάμενος προσκυνεῖ· ὁ Λακεδαιμόνιος, [9] Ἀγαμέμνονα Δία, καὶ Φυλονόην τὴν Τυνδάρεω θυγατέρα, καὶ [10] Τέννην Ὀδίαν σέβει· ὁ δὲ

A *Imperatoribus M. Aurelio Antonino, & L. Aurelio Commodo, Armeniacis, Sarmaticis, & quod maximum est, philosophis.*

I. VESTER orbis, maximi Reges, aliis alibi moribus utitur & legibus; nec quisquam lege aut judicii metu patria instituta, etiamsi ridicula fuerint, diligere prohibetur. Sed Iliensis Hectorem deum dicit, & Helenam colit, Adrastiam illam esse existimans: Lacedæmonius Agamemnonem Jovem & Philonoem Tyndari filiam, Tenen Tenedius veneratur. Atheniensis Erechtheo Ne-

1. *Περὶ Χριστιανῶν.*] Suffridus in suo codice reperit *ὑπὲρ*, quod ei magis arridet quam *περὶ*. At immerito prorsus B illud *περὶ* in suspicionem venit. Præter exemplum ab Henrico Stephano allatum ex Isocrate in Helenæ Encomio, *ἀπολογεῖσθαι μὲν γὰρ προσήκει περὶ τῶν ἀδικεῖν αἰτίαν ἐχόντων*, multa alia proferri possunt ex sacris & ecclesiasticis scriptoribus. Sic in libro Job. cap. 42. vers. 28. *Ἰὼβ δὲ ὁ θεράπων μου εὔξεται περὶ ὑμῶν*, *Job servus meus precabitur pro vobis*. Non rara sunt in Scriptura ejusmodi exempla. In epist. Maximiani ad Cyrillum hæc leguntur: *μὴ ἀμέλει τῆς περὶ ἡμῶν πρὸς τὸν δεσπότην Χριστὸν πρεσβείας*. Liber pro Judæis a Philone scriptus, vocatur ab Eusebio *ὁ περὶ Ἰουδαίων συνταχθεὶς λόγος*, lib. 2. Hist. cap. 18. Non dubitat Valesius quin legendum sit *ὑπὲρ Ἰουδαίων*, quia Eusebius lib. 8. Præp. Evang. cap. 10. locum profert *ἐκ τῆς Φίλωνος ὑπὲρ Ἰουδαίων ἀπολογίας*. Sed cum Suidas librum Philonis *περὶ Ἰουδαίων* commemoret, cumque Rufinus locum Eusebii sic vertat, *De Judæis apologeticus liber*, quo etiam modo Hieronymus reddidit; nihil prorsus in Eusebio immutandum. C

2. *Αὐτοκράτορσι.*] Sic uterque Reg. & Clarom. Editi *αὐτοκράτορσιν*.

3. *Ἀντωνίνῳ.*] Codices nonnulli *Ἀντωνίῳ*. Desunt in codice Ætonensi hæ voces *Ἀντωνίνῳ καὶ Λευκίῳ Αὐρηλίῳ*.

4. *Κομμόδῳ.*] Nonnulli codices *Κομόδῳ*.

5. *Μεγάλοι βασιλέων.*] Legendum existimat H. Stephanus *μέγιστοι*.

6. *Οἰκουμένη.*] Sic vocari solet Romanum Imperium. Cajus apud Josephum Antiq. lib. 19. p. 653. dicitur malis & sycophantiis replevisse *πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἧς ἐπῆρχε*, *totum orbem cui imperabat*. Et pag. 666. Imperium Romanum vocatur *ὑποτελοῦσα Ῥωμαίοις οἰκουμένη*. Episcopi Valentis aulæ addicti vocantur a Gregorio Naz. orat. 20. p. 338. sævi Tetrarchæ orbis ipsi parentis, *οἱ πικροὶ τετράρχαι τῆς ὑπ' αὐτὸν οἰκουμένης*. Vid. epist. 42. S. Basilii. Sic etiam vocantur interdum non latissimæ regiones. Hieronymus observat illud Isaiæ, *& visitabo super orbis mala*, ubi hebraice dicitur *Thebel* & græce *οἰκουμένη*, non de mundi consummatione intelligendum, sed de Babylonis ruina. D


7. *Τὴν Ἑλένην Ἀδράστειαν.*] Mirum sane est Ilienses tantum honoris habuisse Helenæ, quæ tot illis malorum caussa extiterat. Sed Ilienses, ut observat Eustathius Iliad. δ. p. 590. & ν. p. 666. Herculem oderant, quamvis urbem non evertisset; Achilli autem, Antiloco, Patroclo, Ajaci qui eam solo æquaverant, parentare non dubitabant, quia bellum Herculis honorificum Trojæ non fuerat, at postremam cladem plurimum laudis & gloriæ compensabat. Hinc forte Helenam colere non veriti sunt. Cur autem Helena sub Adrastiæ nomine culta fuerit, illustrari potest ex Eustathio, qui docet in δ. Odyss. p. 1488. Helenam *ab Homero cum Artemide comparari, ac inde scriptores Homero posteriores ansum arripuisse, ut quia Artemis allegorice luna dicitur, Helenam lunarem mulierem fingerent, ut ex mundo lunari delapsam, eamque sursum postea raptam, cum Jovis consilia per eam fuissent completa*. Ex his Græcorum fabulis Simon magus hausisse narratur Homil. 2. Clementin. p. 566. quod de Helena sua dicebat, *eam de supremis cælis in mundum deductam fuisse dominam, quasi omnium genitricem essentiam ac sapientiam: pro qua, inquit, Græci & Barbari confixerunt, imaginem formantes veritatis: quæ enim revera est, tunc apud illum primum omnium habitabat Deum*.

8. *Ἐπιστάμενος.*] Vertit Gesnerus *Helenam, velut Adrastiam, scientes adorant*. Sed hæc videntur explicari posse ex his quæ infra n. 14. leguntur: *ἐπὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς οἷς ἴσασι νομίζομεν*. *Quod non eosdem, quos ipsi agnoscunt, adsciscamus deos*. Apud Eusebium Hist. 7. 11. sic Æmilianus alloquitur Dionysium: *θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε καὶ θεοὺς οὓς πάντες ἴσασι*. Illud ergo *ἐπιστάμενος* idem videtur esse ac *agnoscens*.

9. *Ἀγαμέμνονα.*] Sic vocatur Agamemnon apud Clem. Alex. Protrept. p. 24. & apud Lycophronem vers. 85. ubi observat Tzetzes sic olim Reges appellari solitos fuisse. Idem observat Eustathius in Iliad. p. 166. Sæpe alias nomina deorum hominibus affinguntur. Paullo post Athenagoras Erechtheum vocat Neptunum; Agesilaum Plutonem Lactantius lib. 1. cap. 11. Observat Clemens Alexandrinus Protrept. p. 36 non Reges solum nomina deorum sibi arrogasse, ut Dionysii seu Bacchi Ptolemæum quartum & Mithridatem; sed idem ausos esse ipsos etiam privatos, ut Menecratem medicum, & Nicagoram, quorum prior Juppiter, alter Mercurius vocabatur. Hinc etiam Aristarchus Juppiter apud Athenæum lib. 3. cap. 20. Vid. lib. 6. & lib. 13.

10. *Τέννην Ὀδίαν.*] Variæ in hunc locum lectiones & conjecturæ, de quibus judicium erit eruditi lectoris. Codex Reg. 1. habet *τίνι ἐνοδίαν*. Secundus *τένν ὀδίαν*. Codex Orat. *τέννην ὀδίαν*. Suffridus in codice suo reperit *ὀτρύνην ὀδίαν*; hinc vertit *Caduceatricem Triviam* sive [illegible] *nam*, quam & *ὀδίαν* apud Græcos dici, ut [illegible] apud Latinos existimat, quia eadem est ac Hecate, & [illegible] ab impellendo, quia suum habet ut Mercurius caduceum, & mortuos ad inferos deducit. Addit idem Suffridus Phy-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



Αθηναῖος, Ερεχθεῖ Ποσειδῶνι θύει· καὶ Αγραύλῳ A Αθηναῖοι καὶ τελετὰς καὶ μυστήρια ἄγουσι καὶ Πανδρόσῳ, αἳ ἐνομίσθησαν ἀσεβεῖν, ἀνοίξασαι τὴν λάρνακα. καὶ ἑνὶ λόγῳ, κατὰ ἔθνη καὶ δήμους, θυσίας κατάγουσιν ἃς ἂν [1] ἐθέλωσιν ἄνθρωποι, καὶ μυστήρια. οἱ δὲ Αἰγύπτιοι καὶ αἰλούρους καὶ κροκοδείλους καὶ ὄφεις καὶ ἀσπίδας καὶ κύνας, θεοὺς νομίζουσι. καὶ [2] τούτοις πᾶσιν ἐπιτρέπετε καὶ ὑμεῖς καὶ οἱ νόμοι· τὸ μὲν οὖν μηδ' ὅλως Θεὸν ἡγεῖσθαι, ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιον νομίσαντες· τὸ δὲ, οἷς ἕκαστος βούλεται χρῆσθαι ὡς θεοῖς, ἀναγκαῖον· ἵνα τῷ πρὸς τὸ θεῖον δέει, [3] ἀπέχωνται τοῦ ἀδικεῖν. [4] ἡμῖν δὲ (καὶ μὴ παρακρουσθῆτε, ὡς οἱ πολλοὶ, ἐξ ἀκοῆς) τῷ ὀνόματι ἀπεχθάνεσθε. οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα μίσους ἄξια, ἀλλὰ τὸ ἀδίκημα δίκης καὶ τιμωρίας. διόπερ τὸ πρᾶον ὑμῶν καὶ ἥμερον B καὶ τὸ [5] πρὸς ἅπαντα εἰρηνικὸν καὶ φιλάνθρωπον θαυμάζοντες, οἱ μὲν καθ' ἕνα, ἰσονομοῦνται· αἱ δὲ πόλεις, πρὸς ἀξίαν τῆς ἴσης μετέχουσι τιμῆς· καὶ ἡ σύμπασα οἰκουμένη τῇ ὑμετέρᾳ συνέσει βαθείας εἰρήνης ἀπολαύουσιν. ἡμεῖς δὲ οἱ λεγόμενοι Χριστιανοὶ (ὅτι μὴ προενοήσθε καὶ ἡμῶν, συγχωρεῖτε δὲ, [6] μηδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλὰ καὶ πάντων, ὡς προϊόντος τοῦ λόγου δειχθήσεται, εὐσεβέστατα διακειμένους καὶ δικαιότατα πρός τε τὸ θεῖον καὶ τὴν ὑμετέραν βασιλείαν, [7] ἐλαύνεσθαι καὶ φέρεσθαι καὶ διώκεσθαι, ἐπὶ μόνῳ ὀνόματι προσπολεμούντων ἡμῖν τῶν πολλῶν) μηνῦσαι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐτολμήσαμεν (διδαχθήσεσθε δὲ ὑπὸ τοῦ λόγου, ἄτερ δίκης καὶ παρὰ πάντα νόμον καὶ λόγον πάσχοντας ἡμᾶς) καὶ δεόμεθα ὑμῶν καὶ C περὶ ἡμῶν τι σκέψασθαι, ὅπως [8] παυσώμεθά ποτε ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν σφαττόμενοι. οὐδὲ γὰρ εἰς χρήματα ἡ παρὰ τῶν διωκόντων ζημία, οὐδὲ εἰς ἐπιτιμίαν ἡ αἰσχύνη, ἢ εἰς ἄλλο τι τῶν μειζόνων ἡ βλάβη (τούτων γὰρ καταφρονοῦμεν, κἂν τοῖς πολλοῖς δοκῇ σπουδαῖά γε ὄντα· οὐ μόνον τὸ ἀντιπαίειν, οὐδὲ μὴν δικάζεσθαι τοῖς ἄγουσι καὶ ἁρπάζουσιν ἡμᾶς, μεμαθηκότες· ἀλλὰ τοῖς μὲν, κἂν κατὰ κόρρης προσπηλακίζωσι, καὶ τὸ ἕτερον παίειν παρέχειν τῆς κεφαλῆς μέρος· τοῖς δὲ, εἰ τὸν χιτῶνα ἀφαιροῖντο, ἐπιδιδόναι καὶ τὸ ἱμάτιον) ἀλλ' εἰς τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς, ὅταν ἀπείπωμεν τοῖς χρήμασιν, ἐπιβουλεύουσιν ἡμῖν, κατασκεδάζοντες ὄχλον ἐγκλημάτων· ἃ ἡμῖν μὲν, οὐδὲ μέχρις ὑπονοίας, τοῖς δὲ ἀδολεσχοῦσι καὶ τῷ D ἐκείνων προσεστι γένει.

Καὶ εἰ μέν τις ἡμᾶς ἐλέγχειν ἔχει ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον ἀδικοῦντας, κολάζεσθαι οὐ παραιτούμεθα, ἀλλὰ καὶ ἥτις πικροτάτη καὶ ἀνηλεὴς τιμωρία, ὑπέχειν ἀξιοῦμεν. εἰ δὲ μέχρις ὀνόματος ἡ κατηγορία (εἰς γοῦν τὴν σήμερον ἡμέραν ἃ περὶ ἡμῶν λογο-

A ptuno sacra facit: ac Agraulo Athenienses ceremonias & mysteria consecrant & Pandroso; quæ quidem quod arcam aperuerint, impietatis opinionem non effugerunt. Uno verbo, in omnibus gentibus & populis sacra homines quæ ipsis placuerint, & mysteria colunt. Ægyptii autem & feles & crocodilos & serpentes & aspides & canes existimant deos. Atque his quidem omnibus & vos & leges conceditis; nullum quidem omnino Deum arbitrari, impium & nefarium; deos autem quos quisque voluerit, colere necessarium judicantes, ut numinis metu abstineant maleficio. Nostrum autem nomen (ne, quæso, ut vulgus solet, ipso auditu offendamini) cur odio habetur? Non enim nomina odio digna, sed malefactum pœna B & supplicio. Quapropter lenitatem vestram & mansuetudinem, & in omnes placabilitatem ac humanitatem admirantes, singuli quidem æquo jure vivunt; civitates autem pro sua quæque dignitate æquabilem honorem sortiuntur, ac universus orbis prudentiæ vestræ beneficio, summa pace perfruitur. Nos autem, qui Christiani dicimur, quia non etiam nobis providetis, sed nihil agentes mali, vel potius omnium, ut progressu orationis patebit, sanctissime & æquissime de Deo ac de imperio vestro sentientes exagitari, rapi & vexari sinitis, plerisque bellum nobis ob solum nomen inferentibus; nos, inquam, ipsi res nostras in lucem proferre ausi sumus (docebit autem vos oratio præter fas ac præter legem omnem & rationem hæc C nos pati) ac vos obsecramus, ut & de nobis aliquid cogitetis, quo tandem aliquando a sycophantis mactari desinamus. Neque enim ad pecunias spectat inimicorum injuria, neque ad mulctam ignominia, nec ad aliud quidpiam rei majoris illata damna (hæc enim contemnimus, quamvis studio digna multis videantur; ut qui non modo non repercutere, nec invadentibus & rapientibus diem dicere; sed istis, etiam si colaphum inflixerint, alteram capitis partem percutiendam præbere; his autem, si tunicam abstulerint, pallium superaddere didicerimus) sed corporibus ac vitæ nostræ, postquam pecunias projecerimus, insidiantur, criminum acervum in nos effundentes; quæ nobis quidem nec cogitatione teD nus, his autem qui hæc effutiunt, & illorum similibus inhærent.

II. Ac nos quidem magni minorisve criminis si quis arguere habeat; non deprecamur pœnam, sed acerbissimam & sævissimam quamque nobis infligendam censemus. Sin autem in solo nomine hæret accusatio (hactenus enim quod de nobis dictitant, pro-

lonoen eamdem esse ac Proserpinam Caduceatricem, & tollit καὶ ante ὀτρύνην. Gesnerus legendum putat τέννην τενέδιος, quia, ut ait Cicero 3. Act. in Ver. *Tenem apud Tenedios putant esse sanctissimum deum ac eorum urbem condidisse*. Porro sive Tennem, sive Tenem scribas, perinde est. Conon apud Photium cod. 18. scribit cum duplici ν. Langus legit τὴν ὁδίαν, & *compitalem Proserpinam* interpretatur. Meursius mavult, τὴν ἐνοδίαν, ac Dianam ita cognominatam esse declarat lib. 1. cap. 2. Miscell. Laconic.

1. Εθέλωσιν.] Reg. 1. & tres Romani codices θέλωσιν prima manu.

2. Τούτοις πᾶσιν.] Clarom. & tres Anglicani codices αὐτῶν πᾶσιν.

3. Απέχωνται.] Reg. 1. & uterque Ottobon. ἀπόχωνται.

4. Ημῖν δέ.] Monet H. Stephanus legendum esse ἡμῶν δὲ, sed videtur loci emendationem tantum inchoasse. Legitur in Reg. 1. & Orat. ἀπεχθάνεται. Unde facile est accuratam & cum iis quæ sequuntur congruentem sententiam habere. Quare sic legendum videtur: ἡμῶν δέ .... τὸ ὄνομα τί ἀπεχθάνεται; Cum hac scriptura melius quadrat quod sequitur, οὐ γὰρ τὰ ὀνόματα &c. Quare etiamsi retineamus ἀπεχθάνεσθε, legendum erit, ἡμῶν δὲ τῷ ὀνόματι τί ἀπεχθάνεσθε. Legitur ὑμῖν δὲ in codice Institutionis Parisiensis Oratorii.

5. Πρὸς ἅπαντα.] Reg. 1. & alter Ottobon. habent πρὸς ἅπαντας.

6. Μηδὲν ἀδικοῦντας.] Reg. 1. & uterque Ottobon. μηδένα ἀδικοῦντας. Ibidem Reg. 1. συγχωρεῖται.

7. Ελαύνεσθαι.] Dodvvelli in hunc locum perabsurda obE servatio legitur differt. 11. Cypr. n. 38. *Non dicit ipsos persecutionum auctores*, inquit, *fuisse Imperatores, sed aliorum sævitia oppressis Christianis non utique subvenisse, plane ad mentem Tertulliani ac Lactantii, ut supra vidimus. Quos vero persecutores intelligat, ex ipsa pœnarum mentione facile colligimus*, ἐλαύνεσθαι, φέρεσθαι καὶ διώκεσθαι. *Nempe proscriptionem illa & exsilium denotant, non autem mortes, sed ne cruciatus quidem. Non est itaque quod heic martyres aliquos fuisse colligamus*. At Dodvvellus oscitanter hallucinatus est, si non animadvertit quæ sequuntur; vel probi viri non functus officio, si dissimulavit. Addit enim paullo post Athenagoras: *Neque enim ad pecunias spectat inimicorum injuria, neque ad mulctam ignominia, nec ad aliud quidpiam rei majoris illata damna .... sed corporibus ac vitæ nostræ, postquam projecerimus pecunias, insidiantur*. His adde illam precem, *Quo tandem aliquando mactari desinamus*. Non temere ergo credendum Dodvvello, si quid confidentissime pronuntiet.

8. Παυσώμεθα.] Clarom. & unus ex Anglicanis παυσόμεθα.

ποιοῦσιν [1] ἡ κοινὴ καὶ ἄκριτος τῶν ἀνθρώπων φήμη· καὶ οὐδεὶς ἀδικῶν Χριστιανὸς ἐλήλεγκται) ὑμῶν ἤδη ἔργον τῶν μεγίστων καὶ φιλανθρώπων καὶ φιλομαθεστάτων βασιλέων, ἀποσκεδάσαι ἡμῶν νόμῳ τὴν ἐπήρειαν· ἵν' ὥσπερ [2] ἡ σύμπασα ταῖς παρ' ὑμῶν εὐεργεσίαις καὶ καθ' ἕνα κεκοινώνηκε καὶ κατὰ πόλεις, καὶ ἡμεῖς ἔχωμεν ὑμῖν χάριν, σεμνυνόμενοι ὅτι πεπαύμεθα συκοφαντούμενοι. καὶ γὰρ οὐ πρὸς τῆς ὑμετέρας δικαιοσύνης, τοὺς μὲν ἄλλους, αἰτίαν λαβόντας ἀδικημάτων, μὴ πρότερον ἢ ἐλεγχθῆναι κολάζεσθαι· ἐφ' ἡμῶν δὲ μεῖζον ἰσχύειν τὸ ὄνομα τῶν ἐπὶ τῇ δίκῃ ἐλέγχων· οὐκ εἰ ἠδίκησέ τι ὁ κρινόμενος, τῶν δικαζόντων [3] ἐπιζητούντων, ἀλλ' εἰς τὸ ὄνομα, ὡς εἰς ἀδίκημα, ἐνυβριζόντων. οὐδὲν δὲ ὄνομα ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ; οὐ πονηρὸν οὔτε χρηστὸν νομίζεται· διὰ δὲ τὰς ὑποκειμένας αὐτοῖς ἢ πονηρὰς ἢ ἀγαθὰς πράξεις, ἢ φλαῦρα ἢ ἀγαθὰ δοκεῖ. ὑμεῖς δὲ ταῦτα ἴστε φανερώτερον, ὡσανεὶ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ παιδείας πάσης ὁρμώμενοι. διὰ τοῦτο καὶ οἱ παρ' ὑμῖν κρινόμενοι, κἂν ἐπὶ μεγίστοις [4] φεύγωσι, θαῤῥοῦσιν, εἰδότες ὅτι ἐξετάσετε αὐτῶν τὸν βίον, καὶ οὔτε τοῖς ὀνόμασι προσθήσεσθε, ἂν ᾖ κενὰ, οὔτε ταῖς ἀπὸ τῶν κατηγορούντων αἰτίαις, εἰ ψευδεῖς εἶεν· [5] ἐν ἴσῃ τάξει τὴν καταδικάζουσαν τῆς ἀπολυούσης δέχονται ψῆφον. τὸ τοίνυν πρὸς ἅπαντας ἴσον καὶ ἡμεῖς ἀξιοῦμεν, μὴ ὅτι Χριστιανοὶ λεγόμεθα, μισεῖσθαι καὶ κολάζεσθαι (τί γὰρ ἡμῖν τὸ ὄνομα πρὸς κακίαν τελεῖ;) ἀλλὰ κρίνεσθαι ἐφ' ὅτων ἂν καὶ εὐθύνῃ τὶς, καὶ ἢ ἀφίεσθαι ἀπολυομένους τὰς κατηγορίας, ἢ κολάζεσθαι τοὺς ἁλισκομένους πονηρούς· μὴ ἐπὶ τῷ ὀνόματι (οὐδεὶς γὰρ Χριστιανὸς πονηρὸς, εἰ μὴ ὑποκρίνεται τὸν λόγον) ἐπὶ δὲ τῷ ἀδικήματι. οὕτω καὶ [6] τοὺς ἀπὸ φιλοσοφίας, κρινομένους. οὐδεὶς αὐτῶν πρὸ κρίσεως διὰ τὴν ἐπιστήμην ἢ τέχνην, ἀγαθὸς ἢ πονηρὸς τῷ δικαστῇ εἶναι δοκεῖ. ἀλλὰ δόξας μὲν εἶναι ἄδικος, κολάζεται, οὐδὲν τῇ φιλοσοφίᾳ προστριψάμενος ἔγκλημα (ἐκεῖνος γὰρ πονηρὸς, ὁ μὴ, ὡς νόμος, φιλοσοφῶν· ἡ δὲ ἐπιστήμη, ἀναίτιος) ἀπολυσάμενος δὲ τὰς διαβολὰς, ἀφίεται. ἔστω δὴ τὸ ἴσον καὶ ἐφ' ἡμῶν· ὁ τῶν κρινομένων ἐξεταζέσθω βίος, τὸ δὲ ὄνομα παντὸς ἀφείσθω ἐγκλήματος. ἀναγκαῖον δέ μοι ἀρχομένῳ ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τοῦ λόγου, δεηθῆναι ὑμῶν, μέγιστοι αὐτοκράτορες, ἴσους ἡμῖν ἀκροατὰς γενέσθαι, καὶ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ φήμῃ συναπενεχθέντας προκατασχεθῆναι, ἐπιτρέψαι δὲ ὑμῶν τὸ φιλομαθὲς καὶ φιλάληθες καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ. ὑμεῖς τε γὰρ οὐ πρὸς ἀγνοίας ἐξαμαρτήσετε, καὶ ἡμεῖς τὰ ἀπὸ τῆς ἀκρίτου τῶν πολλῶν φήμης [7] ἀποδυσάμενοι, παυσόμεθα πολεμούμενοι.

Τρία ἐπιφημίζουσιν ἡμῖν ἐγκλήματα, ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, [8] Οἰδιποδείους μίξεις. ἀλλὰ εἰ μὲν ἀληθῆ ταῦτα, μηδενὸς γένους φείσησθε, ἐπεξέλθετε δὲ τοῖς ἀδικήμασι· σὺν γυναι-

miscuus est & temerarius hominum rumor, nec ullus malefacti Christianus convictus est) vestrum jam fuerit, maximi & humanissimi & litteratissimi Reges, injuriam a nobis lege propulsare; ut quemadmodum in toto orbe & unumquemque & civitates beneficia vestra complectuntur, ita & nos gratiam vobis habeamus gloriantes, quod calumniis appeti desierimus. Neque enim vestræ æquitatis est, ut alii quidem, si in judicium de crimine aliquo vocentur, non ante puniantur, quam convicti fuerint; in nobis autem plus nomen valeat, quam in judicio argumenta; non id inquirentibus judicibus, utrum reus aliquid mali admiserit, sed nomini, tamquam sceleri, notam inurentibus. Nullum autem nomen in se & sua sponte bonum aut malum censetur; sed propter subjectas illis bonas aut malas actiones, bona aut mala videntur. Sed hæc clarius ipsi perspicitis, ut pote in philosophia & eruditione omni versati. Propterea & qui apud vos judicantur, etiamsi maximis de criminibus in judicium vocati fuerint, confidunt tamen, cum futurum intelligant, ut in eorum vitam inquiratis, ac neque nominibus, si inania fuerint, neque accusationum criminibus, si falsa, moveamini, ac damnantem sententiam eodem judicii ordine ac absolventem experiuntur. Quod igitur commune jus est omnium, nos quoque postulamus, ut nequaquam odio habeamur & puniamur, quia dicimur Christiani; (quid enim nobis hoc nomen ad nequitiam affert?) sed judicemur de quocumque quis vocaverit, ac vel absolvamur refutato crimine, vel convicta improbitate puniamur; non propter nomen (nemo enim Christianus improbus, nisi doctrinam hanc simultate profiteatur) sed propter crimen. Sic & de philosophis judicium ferri videmus, quorum nemo ante judicium, scientiæ aut artis nomine, bonus aut malus judici videtur; sed improbus deprehensus punitur, nullo in philosophiam redundante crimine (improbus enim ille est, qui non legitime philosophatur, scientia extra noxam) repulsis autem calumniis dimittitur. Nobis quoque servetur hæc juris æquabilitas: inquiratur in vitam reorum, nomen crimine omni exsolvatur. Necessarium autem mihi est doctrinam nostram defendere incipienti, vos, maximi Imperatores, orare, ut æquis animis audiatis, nec communi & a ratione alieno rumore abrepti præoccupemini; sed vestrum doctrinæ ac veritatis studium nostris quoque rebus concedatis. Cum enim vos nihil imprudentes peccabitis, tum nos etiam postquam ea exuerimus quæ temerarius multorum rumor affingit, bello appeti desinemus.

III. Tria nobis affingunt crimina, atheismum, Thyesteas cœnas, Oedipodeos concubitus. Quæ si vera sunt; nulli parcite generi: pœnas scelerum repetite: radicitus nos cum uxoribus & pueris delete,

1. Ἡ κοινή.] Delendum articulum monet H. Stephanus, & paullo post legendum φιλανθρωποτάτων.

2. Ἡ σύμπασα.] Deesse heic vocem οἰκουμένη aut aliam similem existimat Stephanus, sed forte supplenda magis quam deesse existimanda.

3. Επιζητούντων.] Deest in tribus Anglicanis.

4. Φεύγωσι.] Uterque Regius & Orat. φεύγουσι.

5. Εν ἴσῃ τάξει.] Ante hæc verba videtur deesse conjunctio copulativa, quam quidem in interpretando supplevimus. Henricus Stephanus eam collocat ante εἰδότες, quod idem esse putat ac διὰ τὸ εἰδέναι. Videtur ergo Stephanus sic intellexisse has voces ἐν ἴσῃ τάξει, &c. æquo animo sententiam damnantem & absolventem excipiunt vel exspectant. Mox tres Angl. ἐφ' ὅτῳ. Ducæus ἐφ' ὅσων. Alii ἐφ' ὅτων.

6. Τοὺς ἀπὸ φιλοσοφίας.] Hoc argumentum, quo utitur S. Justinus Apol. 1. n. 5. eo majoris est ponderis, quod philosophi statuas & deos irridebant, nec tamen ob eam rem male audiebant, aut sacrificare cogebantur. *Cur ergo*, inquit Tertullianus Apol. 46. *quibus comparamur de disciplina, proinde illis non adæquamur ad licentiam impunitatemque disciplinæ? Vel cur & illi, ut pares nostri non urgentur ad officia, quæ nos non obeuntes periclitamur. Quis enim philosophum sacrificare aut dejerare aut lucernas meridie vanas proferre compellit? Quin immo & deos vestros palam destruunt, & superstitiones vestras commentariis quoque accusant, laudantibus vobis.*

7. Αποδυσάμενοι.] Videtur Athenagoras Justinum imitari & falsas criminationes, ut prava quædam integumenta considerare, quæ Christianæ doctrinæ, ut ait Justinus Apol. 2. n. 13. improbi homines ad alios deterrendos injecerant. Si quis tamen hanc vocem ἀποδυσάμενοι idem esse velit, ac, *postquam depulerimus*, non repugnabo; sed tunc legendum erit ἀπολυσάμενοι, ut paullo ante & passim.

8. Οἰδιποδείους.] Reg. uterque, Orat. & tres Angl. Οἰδιπ…

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



ξὶ καὶ παισὶ προῤῥίζους ἡμᾶς ἀποκτείνατε· εἴ γέ τις A ἀνθρώπων ζῇ δίκην θηρίων. καί τοί γε καὶ τὰ θηρία τῶν ὁμογενῶν οὐχ ἅπτεται, καὶ νόμῳ φύσεως, καὶ πρὸς ἕνα καιρὸν τὸν τῆς τεκνοποιΐας, οὐκ ἐπ᾽ ἀδείας μίγνυνται· γνωρίζειν δὲ καὶ ὑφ᾽ ὧν ὠφελεῖται. εἴ τις οὖν καὶ τῶν θηρίων ἀνημερώτερος, τίνα οὖν πρὸς τὰ τηλικαῦτα ὑποσχὼν δίκην, καὶ πρὸς ἀξίαν κεκολάσθαι νομισθήσεται; εἰ δὲ λογοποιΐα ταῦτα καὶ διαβολαὶ κεναὶ, φυσικῷ λόγῳ πρὸς τὴν ἀρετὴν τῆς κακίας ἀντικειμένης, καὶ πολεμούντων ἀλλήλοις [1] τῶν ἐναντίων θείῳ νόμῳ, καὶ τοῦ μηδὲν τούτων ἀδικεῖν, ὑμεῖς μάρτυρες, [2] κελεύοντες μὴ ὁμονοεῖν· πρὸς ὑμῶν λοιπὸν ἐξέτασιν ποιήσασθαι βίου, δογμάτων, τῆς πρὸς ὑμᾶς καὶ τὸν ὑμέτερον οἶκον καὶ [3] τὴν βασιλείαν σπουδῆς καὶ ὑπακοῆς, καὶ οὕτω ποτὲ συγ- B χωρῆσαι ἡμῖν οὐδὲν πλέον τοῖς διώκουσιν ἡμᾶς. νικήσομεν γὰρ αὐτοὺς, [4] ὑπὲρ ἀληθείας ἀόκνως καὶ τὰς ψυχὰς ἐπιδιδόντες.

si quis ferarum ritu vivit. Quamquam belluæ generis sui belluas non tangunt, ac lege naturæ & ad solum procreandæ sobolis tempus, non ad omnem licentiam miscentur, ac eos etiam a quibus sibi bene fit, agnoscunt. Si quis ergo etiam belluis immanior; quamnam ille talium scelerum pœnam persolvens, vel pro meritis puniri censebitur? Sin autem hæc verba sunt & inanes calumniæ, quæ inde oriuntur quod virium virtuti adversetur naturali quadam lege, & contraria divina quadam lege inter se pugnent; si nihil horum a nobis admitti vos testes estis, qui nomen nostrum deferri vetatis; vestrum jam fuerit de moribus nostris, de doctrina, de nostro in vos ac domum vestram & imperium studio & obsequio in- B quirere, ac nobis tandem aliquando non amplius juris, quam inimicis nostris, concedere. Vincemus enim eos; ut qui nostram etiam pro veritate vitam libenter profundamus.

Οτι μὲν οὖν οὐκ ἐσμὲν ἄθεοι (πρὸς ἓν ἕκαστον ἀπαντήσω τῶν ἐγκλημάτων· μὴ καὶ γελοῖον ᾖ τοὺς λέγοντας μὴ ἐλέγχειν.) Διαγόρᾳ μὲν γὰρ εἰκότως ἀθεότητα ἐπεκάλουν Ἀθηναῖοι, μὴ μόνον τὸν Ὀρφικὸν εἰς μέσον κατατιθέντι λόγον, καὶ τὰ ἐν Ἐλευσῖνι καὶ τὰ τῶν Καβείρων δημεύοντι μυστήρια, καὶ τὸ τοῦ Ἡρακλέους, ἵνα τὰς γογγύλας ἕψοι, κατακόπτοντι ξόανον· ἄντικρυς δὲ ἀποφαινομένῳ μηδὲ ὅλως εἶναι Θεόν. ἡμῖν δὲ, διαιροῦσιν ἀπὸ τῆς ὕλης τὸν Θεὸν, καὶ δεικνύουσιν ἕτερον μέν τι εἶ- C ναι τὴν ὕλην, ἄλλο δὲ τὸν Θεὸν, καὶ τὸ διὰ μέσου πολὺ (τὸ μὲν γὰρ θεῖον, ἀγέννητον εἶναι καὶ ἀΐδιον, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ θεωρούμενον· τὴν δὲ ὕλην, [5] γενητὴν καὶ φθαρτὴν) μή τι οὐκ ἀλόγως τὸ τῆς ἀθεότητος ἐπικαλοῦσιν ὄνομα; εἰ μὲν γὰρ ἐφρονοῦμεν ὅμοια τῷ Διαγόρᾳ, τοσαῦτα ἔχοντες πρὸς θεοσέβειαν ἐνέχυρα, τὸ εὔτακτον, τὸ διαπαντὸς σύμφωνον, τὸ μέγεθος, τὴν χροιὰν, τὸ σχῆμα, τὴν διάθεσιν τοῦ κόσμου· εἰκότως ἂν ἡμῖν καὶ ἡ τοῦ μὴ θεοσεβεῖν δόξα καὶ ἡ τοῦ ἐλαύνεσθαι αἰτία προσετρίβετο. ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος ἡμῶν ἕνα Θεὸν ἄγει τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητὴν, αὐτὸν μὲν οὐ γενόμενον (ὅτι τὸ ὂν οὐ γίνεται, ἀλλὰ τὸ μὴ ὂν) πάντα δὲ διὰ τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ λόγου πεποιηκότα· D ἑκάτερα ἀλόγως πάσχομεν, καὶ κακῶς ἀγορευόμεθα καὶ διωκόμεθα.

IV. Quod igitur spectat ad impietatis crimen, quod immerito nobis affingitur (singulis enim criminationibus occurram, ne ridiculum sit eos qui hæc dicunt non arguere) Diagoram quidem merito atheum judicabant Athenienses, qui non solum Orphica verba proferebat in medium, ac Eleusinia & Cabirorum mysteria vulgabat, & de statua Herculis secabat, ex quo rapas suas coqueret; sed etiam Deum omnino non esse palam & aperte pronuntiabat. No- C bis autem, qui Deum a materia disjungimus, & aliud quidem materiam, aliud vero Deum esse, ac plurimo utrumque intervallo distare demonstramus; (Deum enim increatum & æternum esse, ac sola mente & ratione cognosci posse; materiam autem creatam & corruptioni obnoxiam) nonne immerito atheorum nomen imponitur? Nam si idem ac Diagoras sentiremus, cum tot ac tanta habeamus Dei colendi pignora, ratum ordinem, perpetuum concentum, magnitudinem, colorem, figuram, descriptionem mundi; merito in atheismi crimen, & in capitis judicium vocaremur. Sed quia doctrina nostra unum Deum agnoscit hujus universitatis conditorem, qui ingenitus ipse (quod enim est non fit, D sed quod non est) omnia per Verbum suum facit; utrumque præter rationem patimur, ut & male audiamus & vexemur.

1. Τῶν ἐναντίων.] Elegantius fore existimat Stephanus si legatur καὶ ἐναντίων, sed inutili prorsus opera, cum locus nec corruptus sit, nec inornatus. Eadem sententia occurrit infra n. 31. Non absimili sensu Synesius epist. 76. οὐκ ἐθέλει περιμένειν ἄλληλα τὸ φῶς καὶ τὸ σκότος· ἀλλὰ νόμῳ φύσεως περιίστανται: vel ut est apud Joan. Damasc. Parallel. p. 532. ἀντιπερίστανται. *Non sese invicem exspectare amant lux & tenebræ, sed lege naturæ se devitant.*

2. Κελεύοντες μὴ ὁμονοεῖν.] Omisit hæc verba Gesnerus, ut parum quadrantia: suspicatur conjungi debere cum his quæ præcedunt, ita ut legatur θείῳ νόμῳ κελεύοντι μὴ ὁμονοεῖν. Suffridus ac Auctor editionis Oxon. nihil mutandum putant: uterque sic interpretatur, quasi dicat Athenagoras vetuisse Imperatores, ne ethnici cum Christianis E consentirent. Ex quo nulla prorsus sententia erui possit, quamvis diversam uterque eruere conetur. Corrupti loci non difficilis erit emendatio, si, ut par est, attendamus. Lego itaque μὴ μηνύειν; *si nihil horum a nobis admitti vos ipsi testes estis, qui nomen nostrum deferri vetatis.* Nefas ambigere, quin respiciat Athenagoras ad aliquod Imperatorum edictum, ex quo Christianorum eluceret innocentia. At vix ullo edicto Imperatores innocentiam Christianorum significantius declararunt, quam cum eorum nomen deferri vetuerunt. Trajanus Plinio secundo rescripserat *hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere*, ut ait Tertullianus Apologet. cap. 2. Hadrianus in Epistola ad Minucium Fundanum in ipsos delatores animadverti jusserat, si Christianos solius religionis nomine accusarent. Idem sanxerat Antoninus in epistola ad commune Asiæ. M. Aurelius, etsi tam liberaliter cum Christianis non agebat, eos tamen accusari vetuerat paucis annis antequam ei hanc Apologiam Athenagoras offerret. *Sicut non palam ab ejusmodi hominibus*, inquit Tertullianus Apologet. cap. 5. *pœnam dimovit, ita alio modo palam dispersit, adjecta etiam accusatoribus damnatione & quidem tetriore.* Quare cum Marcus Christianos accusari vetaret, accusatis pœnam non eximeret; merito Athenagoras illius testimonio Christianorum innocentiam declarari contendit. Quod quidem argumentum sic Tertulliani nervis vibratur Apologet. cap. 2. *O sententiam necessitate confusam! Negat inquirendos ut innocentes, & mandat puniendos ut nocentes. Parcit & sævit: dissimulat & animadvertit. Quid temetipsam censura circumvenis? Si damnas, cur non & inquiris? Si non inquiris, cur non & absolvis?* Hæc Tertulliani dicta de Trajani edicto haud scio an melius quadrent in edictum M. Aurelii, qui Christianos non solum, ut Trajanus, inquiri, sed etiam accusari vetabat, inflicta accusatoribus gravissima pœna, quod a Trajano factum non legimus.

3. Τὴν βασιλείαν.] Reg. 2. & tres Anglicani τῆς βασιλείας.

4. Ὑπὲρ ἀληθείας .... ἐπιδιδόντες.] Videtur ratiocinatio Athenagoræ duabus rebus, tamquam fundamento niti. 1. Moribus tanto veritatis amore inflammatis nihil inesse posse sceleris, quod legum severitatem reformidet. 2. Christianos, dum vitam pro veritate profundunt, non cedere adversariis, nec ab eis vinci, sed potius vincere. His suppositis sic ratiocinatur Athenagoras: Si nunc Christiani, cum impetrare non possunt, ut leges observentur, mortem libenter oppetunt pro veritate; quanto magis causæ suæ confident & adversarios non metuent, cum accusatoribus non jam nomen Christiani deferendum erit, sed æquabili jure crimina probanda? Forte legendum ἢ τοῖς διώκουσιν.

5. Γενητὴν καὶ φθαρτήν.] Unus ex Anglicanis codicibus γεννητὴν καὶ φθαρτήν.

Καὶ ποιηταὶ μὲν ᾗ φιλόσοφοι ἐκ ἔδοξαν ἄθεοι, A ἐπιστήσαντες περὶ Θεῦ. ὁ μὲν Εὐριπίδης ἐπὶ μὲν τῶν κατὰ κοινὴν πρόληψιν ἀνεπιστημόνως ὀνομαζομένων Θεῶν διαπορῶν·

Ὤφειλε δ' εἴπερ ἔς' ἐν οὐρανῷ
Ζεὺς, [1] μὴ τὸν αὐτὸν δυςυχῆ καθιςάναι.

ἐπὶ δὲ τῦ κατ' ἐπιςήμην νοητῦ, ([2] ὡς ἐκεῖνος δογματίζων)

[3] Ὁρᾷς τὸν ὑψῦ, τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
[4] Τῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγῦ Θεόν.

τῶν μὲν γὰρ ὔτε τὰς ὐσίας, αἷς ἐπικατηγορεῖσθαι τὸ ὄνομα συμβέβηκεν, ὑποκειμένας ἑώρα

(Ζῆνα γὰρ ὅςις ἐςὶ Ζεὺς, [5] ὐκ οἶδα, πλὴν λόγῳ)

ὔτε τὰ ὀνόματα καθ' ὑποκειμένων κατηγορεῖσθαι πραγ- B μάτων. ὧν γὰρ αἱ ὐσίαι ὐχ ὑπόκεινται, τί πλέον αὐτοῖς τῶν ὀνομάτων; τὸν δὲ ἀπὸ τῶν ἔργων [6] ὄψει τῶν ἀδήλων νοῶν τὰ φαινόμενα, ἀέρος, αἰθέρος, γῆς. ὗ ὗν τὰ ποιήματα, ᾗ ὑφ' ὗ τῷ πνεύματι ἡνιοχεῖται, τῦτον κατελαμβάνετο εἶναι Θεὸν (συνᾴδοντος τύτῳ καὶ Σοφοκλέυς,

Εἷς ταῖς [7] ἀληθείαισιν, εἷς ἐςιν Θεὸς,
Ὃς ὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακράν·

πρὸς τὴν τῦ Θεῦ φύσιν τῦ κάλλυς τῦ ἐκείνυ [8] πληρυμένην) ἑκάτερα, ᾗ πῦ δεῖ εἶναι τὸν Θεὸν, ᾗ ὅτι ἕνα δεῖ [9] εἶναι, [10] διδάσκων.

V. Ac poetæ quidem & philosophi nequaquam athei visi sunt, cum de Deo quærerent. Euripides de iis, qui inscienter ex præjudicata vulgi opinione appellantur dii, dubius & incertus,

Debebat alto Juppiter si est in polo,
Haud perculisse rebus adversis probum.

De eo autem, qui scientia percipitur (quemadmodum idem poeta decernens & asseverans:)

Videsne sublimem hunc, qui immensum æthera,
Ulnisque terras humidis circum tenet?
Jovem æstimabis hunc, hunc deum decernito.

Horum enim nec naturas quibus nomina imponi solent, subesse,

(*Quis namque Juppiter, haud scio præter sonum*)

nec nomina rebus subjectis imponi videbat. Quorum ergo nulla subest natura, quid eis prosint nomina? Illum autem invisibilem ex operibus inquirens, ea videbat, quæ manifesta sunt in æthere & terra. Cujus ergo exstant opera, cujusque Spiritu reguntur, hunc Deum esse perspiciebat: (ei etiam Sophocle, qui dixit,

Unus profecto est, unus est tantum Deus,
Cæli atque terræ conditor latissimæ,

assentiente circa Dei naturam, quæ divina opera implet pulcritudine) utrumque & ubi Deum esse oporteat, & unum esse oportere demonstrans.

Καὶ Φιλόλαος δὲ, ὥσπερ ἐν φρουρᾷ, πάντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ περιειλῆφθαι λέγων, καὶ τὸ ἕνα εἶναι, C καὶ τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης, δεικνύει. Λύσις δὲ καὶ [11] ὄψει, ὁ μὲν ἀριθμὸν ἄῤῥητον ὁρίζεται τὸν Θεὸν, ὁ δὲ τοῦ μεγίστου τῶν ἀριθμῶν τὴν [12] παρὰ τῶν ἐγγυτάτων ὑπεροχήν. εἰ δὲ μέγιστος μὲν ἀριθμὸς ὁ δέκα, κατὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς, ὁ τετρακτύς τε ὤν, καὶ πάντας τοὺς ἀριθμητικοὺς καὶ τοὺς ἁρμονίους περιέχων λόγους, τούτῳ δὲ ἐγγὺς παράκειται

VI. Philolaus autem tamquam in carcere, omnia a Deo comprehendi asserens, & unum esse, & supra materiam esse demonstrat. Lysis vero & Opsimus Deum definiunt, alter quidem numerum non enarrabilem, alter autem id quo maximus numerus proximum sibi numerum superat. Igitur si maximus numerus, ut Pythagoricis placet, denarius est, ut pote quaternarius, ac numerales omnes rationes & harmonicas in se continens, eumque novenarius pro-

1. Μὴ τὸν αὐτόν.] Recte observavit Gesnerus legendum esse ἐσθλόν. Ibidem tres Anglicani καθεςάναι.

2. Ὡς ἐκεῖνος δογματίζων.] Samuel Petitus Var. Lect. lib. 3. cap. 3. legendum putat, ὡς ἔχει νὺς, δογματίζων, quod idem est ac *apte & ut sana mens postulat*. Gesnerus legit, ὅτι Θεός, δογματίζων. Editor Oxoniensis, ὡς ἐκεῖνος ὁ Θεός δογματίζων, *illum Deum esse affirmans*. Sed parenthesis, quam apposui, videtur rem expedire, nosque inutilium conjecturarum labore levare. Si quis tamen legere malit ὅτως ἐκεῖνος, *sic ille decernens & asseverans*; eo probabilior erit hæc emendandi ratio, quod vocis ὅτως duæ priores litteræ facile, ob similitudinem cum præcedentibus, excidere potuerunt.

3. Ὁρᾷς τὸν ὑψῦ.] Hos versus Athenagoras deflectit ab ea sententia in quam accipi solent. Sic enim eos interpretatur Cicero lib. 2. Nat. deorum, (cap. 25.)

Vides sublime fusum, immoderatum æthera,
Qui terram tenero circumjectu amplectitur:
Hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Jovem.

Liquet Euripidis versus sic a Cicerone reddi, ut æther qui terram circumplectitur, pro Deo habendus sit. Sed aliter interpretandi necessitatem mihi attulit Athenagoras, qui non ætherem pro Deo haberi ab Euripide existimat, sed eum qui & ætherem & terram complectitur. Nam 1. Euripidem laudat Athenagoras, quod Deum ex operibus in æthere & terra manifestis cognosci doceat. Non ætherem ergo, sed eum qui ætherem complectitur, Deum ab Euripide credidit agnosci. 2. Euripidem loqui declarat de Deo qui scientia tantum cognoscitur, ἐπὶ τῦ κατ' ἐπιςήμην νοητῦ, nedum de æthere hos versus acceperit. Sic interpretandi Euripidis locum fortasse dedit Athenagoræ is ejusdem poetæ versus, quem citant Justinus in libro de Monarchia, & Clemens Alex. Protrept. p. 45. τὸν πάνθ' ὁρῶντα κ' αὐτὸν ὐχ ὁρώμενον. *Qui cuncta cernit, ipse sed non cernitur*. Sed illud ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις dubitare non sinit, quin ætherem Euripides appellaverit Deum.

4. Τῦτον.] Duo Anglicani codices τῦτο.

5. Οὐκ οἶδα.] Sic codices omnes manu exarati. Male in editis οἶδεν. Ceterum hic versus, accuratius a Justino, ex Euripidis Hecuba citatur in lib. de Monarch. Ζεὺς, ὅςις ὁ Ζεὺς, ὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ.

6. Ὄψει τῶν ἀδήλων.] Gesnerus legit ὄψει ἐκ ἀδήλων. Editor Oxoniensis ὄψει τὸν ἄδηλον. Atque hæc quidem lucis aliquid his tenebris afferre possunt. Sed cum in utroque Regio, & utroque Ottobon. & Orat. legamus τὰ φαινόμενα ἀέρα, αἰθέρος, γῆς, facilis suspicio est illud ἀέρα corruptum esse, & ex alia voce, quam librarii non belle legerunt, ortum esse. Cum enim illud ἀέρα, non consentit cum sequentibus vocibus αἰθέρος, γῆς, tum vero in testimonio Euripidis; quod hoc loco expendit & explanat D Athenagoras, nulla fit mentio aeris, sed tantum ætheris & terræ. Quare pro ἀέρα legendum puto ἑώρα, sicque scribendum: τὸν δὲ ἀπὸ τῶν ἔργων ὄψει τὸν ἄδηλον νοῶν, τὰ φαινόμενα ἑώρα αἰθέρος, γῆς.

7. Ἀληθείαισιν.] Fronto Ducæus ἀληθείησιν. Reg. 2. & 3. Angl. ἀληθείαις.

8. Πληρυμένην.] Ita codices mss. summo consensu & editiones Ducæi & Oxon. Aliæ πληρυμένων. Langus & Gesnerus dum legunt πληρυμένων ἑκάτερος pro ἑκάτερα, mirum in modum aberrarunt. Suffridus hanc amat constructionem, γαῖαν μακρὰν πληρυμένην τῦ κάλλυς τῦ ἐκείνυ πρὸς τὴν Θεῦ φύσιν. At illud πρὸς τὴν τῦ Θεῦ φύσιν referri ad præcedens verbum συνᾴδοντος, non vidit Suffridus. Neque id etiam animadvertit eruditus Editor Oxoniensis, qui ita reddit: *Præter naturam Dei illa mundi pulcritudine abundantem, hæc duo insuper ostendens* &c. Perabsurde natura divina impleri dicitur mundi pulcritudine; nec quidquam magis pugnat cum sententia, quam Athenagoras ex Euripidis versibus E deducit. Difficilem & corruptum locum sanare conatus sum legendo τῦ κάλλυς τὰ ἐκείνυ πληρυμένην. Euripides eum pro Deo agnoscit cujus opera videbat: Sophocles unum esse Deum asseverat, qui cælum & terram condidit. Uterque consentit de Dei natura, quæ opera sua pulcritudine implet. Themistius ait in tertia Oratione, *Minervam ex Patris capite prosilientem implevisse cælum primæva pulcritudine: implevisse solem & lunam & alia astra*. ἡ Ἀθηνᾶ ἐκθορῦσα τῆς τῦ πατρὸς κεφαλῆς κατέπλησε μὲν ὐρανὸν τῦ πρώτυ κάλλυς· κατέπλησε δὲ ἥλιον καὶ σελήνην ᾗ τὰ λοιπὰ ἄςρα.

9. Εἶναι.] Iterum τὸν Θεὸν tres Angl. codices & Reg. secundus.

10. Διδάσκων.] Hæc ad Sophoclem non referuntur (is enim non docebat, ubi Deum esse oporteat) sed ad Euripidem, qui *sublimem illum*, cujus ulnis æther & terra continentur, solum Deum esse pronuntiat.

11. Ὄψει.] Meursius in Denario Pythagorico legit Ὄψιμος pro corrupta hac voce ὄψει.

12. Παρὰ τῶν ἐγγυτάτων.] Jamdudum monuit Gesnerus legendum τὸν ἐγγυτάτω, ut paullo post legitur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

ὁ ἐννέα· μονάς ἐστιν ὁ Θεός, τοῦτ' ἔστιν εἷς. ἑνὶ γὰρ ὑπερέχει ὁ μέγιστος τὸν ἐγγυτάτω [1] ἐλάχιστον αὐτῷ. Πλάτων δὲ καὶ Ἀριστοτέλης· (καὶ οὐχ ὡς ἐπιδεικνύων τὰ δόγματα τῶν φιλοσόφων ἐπ' ἀκριβὲς, οὕτως ἃ εἰρήκασι περὶ Θεοῦ, διέξειμι. οἶδα γὰρ ὅτι ὅσον συνέσει καὶ ἰσχύϊ τῆς βασιλείας πάντων ὑπερέχετε, τοσοῦτον καὶ τῷ πάσαν παιδείαν ἀκριβοῦν, πάντων κρατεῖτε· οὕτω καθ' ἕκαστον παιδείας μέρος κατορθοῦντες, ὡς οὐδὲ οἱ ἓν αὐτῆς μόριον ἀποτεμνόμενοι. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀδύνατον δεικνύειν ἄνευ παραθέσεως ὀνομάτων ὅτι μὴ μόνοι εἰς μονάδα τὸν Θεὸν κατακλείομεν, ἐπὶ τὰς δόξας [2] ἐτραπόμην) φησὶν οὖν ὁ Πλάτων· τὸν μὲν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα, [3] εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν· ἕνα τὸν ἀγέννητον καὶ ἀΐδιον νοῶν Θεόν. εἰ δ' οἶδεν καὶ ἄλλους, οἷον ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, ἀλλ' ὡς γεννητοὺς οἶδεν αὐτούς. [4] Θεοὶ θεῶν ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων, ἀδύνατα ἐμοῦ μὴ θέλοντος. τὸ μὲν οὖν δεθὲν πᾶν, λυτόν. εἰ τοίνυν οὐκ ἔστιν ἄθεος Πλάτων, ἕνα τὸν δημιουργὸν τῶν ὅλων νοῶν ἀγέννητον Θεόν· οὐδὲ ἡμεῖς ἄθεοι, ὑφ' οὗ λόγῳ δεδημιούργηται καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ πνεύματι συνέχεται τὰ πάντα, τοῦτον εἰδότες καὶ κρατοῦντες Θεόν. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ, ἕνα ἄγοντες οἱονεὶ [5] ζῶον σύνθετον, ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος συνεστηκότα λέγουσι τὸν Θεὸν, σῶμα μὲν αὐτοῦ τὸ αἰθέριον νομίζοντες, τούς τε πλανωμένους ἀστέρας καὶ τὴν σφαῖραν τῶν ἀπλανῶν, κινούμενα κυκλοφορητικῶς· ψυχὴν δὲ, τὸν ἐπὶ τῇ κινήσει τοῦ σώματος λόγον· αὐτὸν μὲν οὐ κινούμενον, αἴτιον δὲ τῆς τούτου κινήσεως γινόμενον. οἱ δὲ ἀπὸ τῆς Στοᾶς, κἂν ταῖς προσηγορίαις κατὰ τὰς παραλλάξεις τῆς ὕλης, δι' ἧς φασι τὸ πνεῦμα χωρεῖν τοῦ Θεοῦ, πληθύνωσι τὸ θεῖον τοῖς ὀνόμασι, τῷ γοῦν ἔργῳ ἕνα νομίζουσι τὸν Θεόν. εἰ γὰρ ὁ μὲν Θεὸς πῦρ τεχνικὸν ὁδῷ βαδίζον [6] ἐπὶ γενέσεις κόσμου, ἐμπεριειληφὸς ἅπαντας τοὺς σπερματικοὺς λόγους, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἱμαρμένην γίγνεται, τὸ δὲ πνεῦμα αὐτοῦ διήκει δι' ὅλου τοῦ κόσμου· ὁ Θεὸς εἷς κατ' αὐτοὺς, Ζεὺς μὲν, κατὰ τὸ ζέον τῆς ὕλης, ὀνομαζόμενος· Ἥρα δὲ, κατὰ τὸν ἀέρα· καὶ τὰ λοιπὰ καθ' ἕκαστον τῆς ὕλης μέρος δι' ἧς κεχώρηκε, καλούμενος.


Ὅταν οὖν τὸ μὲν εἶναι ἓν τὸ θεῖον, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, κἂν μὴ θέλωσι, τοῖς πᾶσι συμφωνῆται, ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῶν ὅλων παραγινομένοις· ἡμεῖς δὲ κρατύνωμεν τὸν διακοσμήσαντα τὸ πᾶν τοῦτο, τοῦτον εἶναι τὸν Θεόν· τίς ἡ αἰτία, τοῖς μὲν, ἐπ' ἀδείας ἐξεῖναι καὶ λέγειν καὶ γράφειν περὶ τοῦ θείου ἃ θέλουσιν· ἐφ' ἡμῖν δὲ κεῖσθαι νόμον, οἳ ἔχομεν ὅ, τι καὶ νοοῦμεν καὶ ὀρθῶς πεπιστεύκαμεν, ἕνα Θεὸν εἶναι, ἀληθείας σημείοις καὶ λόγοις παραστῆσαι; ποιηταὶ μὲν γὰρ καὶ φιλόσοφοι, [7] ὡς καὶ τοῖς ἄλλοις, ἐπέβαλον στοχαστικῶς, κινηθέντες μὲν, κατὰ συμπάθειαν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ πνοῆς, ὑπὸ τῆς αὐτὸς αὑτοῦ ψυχῆς ἕκαστος ζητῆσαι, εἰ δυνατὸς εὑρεῖν καὶ νοῆσαι τὴν ἀλήθειαν· [8] τοσοῦτον δὲ δυνηθέντες ὅσον

A xime antecedit; unitas eſt Deus, id eſt unus. Unitate enim maximus numerus eum ſuperat, qui proxime minor eſt ipſo. Platonis etiam & Ariſtotelis ſententiam exponam. Nec tamen quaſi philoſophorum placita accurate demonſtrans, ita eorum de Deo dicta perſequor. Scio enim quantum prudentia & imperii potentia omnes ſuperatis, tanto etiam accurata omnis eruditionis inveſtigatione omnibus præſtare, ſic in ſingulis doctrinæ partibus verſantes, ut ne ii quidem qui unam aliquam illius partem avellunt, tantum aſſequantur. Sed quia demonſtrari non poteſt ſine appoſitione nominum, Deum non a nobis ſolis in unitatem includi, converti me ad opiniones. Ait igitur Plato: *Creatorem & Patrem hu-* B *jus univerſi invenire difficile eſt: inventum apud omnes eloqui impoſſibile*; unum ingenitum & æternum intelligens Deum. Quod ſi & alios agnoſcit, ut ſolem, lunam & ſtellas, ut creatos agnoſcit: *Dii deorum quorum ego opifex, & pater operum quæ diſſolvi non poſſunt, me nolente. Quidquid autem vinctum eſt, ſolvi poteſt.* Si igitur non atheus Plato unum opificem omnium intelligens ingenitum Deum; neque nos athei, a quo omnia per Verbum creata ſunt, & cujus Spiritu continentur, eum agnoſcentes & tenentes Deum. Ariſtoteles & qui eum ſequuntur, unum agnoſcentes veluti compoſitum quoddam animal, ex corpore & anima conſtantem inducunt Deum; corpus quidem illius aſſignantes ætherem & C ſtellas errantes & fixarum ſphæram, quæ in orbem moventur: animam vero, rationem quæ corporis motui præeſt; ipſam quidem minime mobilem, ſed efficientem ut illud moveatur. Stoici autem, etſi ſecundum materiæ mutationes per quam Dei ſpiritum dicunt permeare, Deum nominibus multiplicant, re vera tamen unicum ſtatuunt Deum. Nam ſi Deus ignis eſt artificioſus ad mundi generationes via progrediens, ac ſeminales omnes rationes ſecundum quas omnia fato eveniunt, in ſe complectens; ſi ejus ſpiritus totum mundum pervadit; unus eſt ſecundum illos Deus, qui Juppiter vocatur pro fervida materiæ parte; Juno pro aere; & aliis nominibus deſignatur pro ſingulis materiæ quam permeat, D partibus.

VII. Cum igitur unum eſſe Deum, ut plurimum vel inviti fateantur omnes, ubi ad univerſorum principia venerunt; cumque nos eum a quo hæc univerſitas ornata eſt, Deum eſſe confirmemus: quid cauſæ eſt, cur iſtis impune de Deo dicere quod libuerit & ſcribere liceat; nobis autem poſita ſit lex, qui quod & intelligimus & recte credimus unum eſſe Deum, id veritatis ſignis & rationibus demonſtrare poſſumus? Nam poetæ & philoſophi, ut res alias, ita hanc quoque conjiciendo attigere, ex quadam divini flatus cognatione, a ſua quiſque mente impulſi, ut tentarent, num verum invenire & intelligere poſſent. Sed tantum in eis facultatis minime inventum E eſt, ut rem inveſtigatione aſſequerentur; quippe

1. Ἐλάχιστον.] Mallet Geſnerus ἀριθμὸν, ſed nihil mutandum.
2. Ἐτραπόμην.] Unus ex Anglicanis ἐπετραπόμην, ac paullo poſt τὸν δὲ τοῦ παντός.
3. Εἰς πάντας.] Tres Anglicani εἰς πλῆθος.
4. Θεοὶ θεῶν.] Hic locus aliter legitur apud Platonem in Timæo, ubi pro his vocibus ἀδύνατα ἐμοῦ μὴ θέλοντος, habemus: δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα ἐμοῦ γε θέλοντος. Ciceronem qui vertit, *me invito*, legiſſe μὴ θέλοντος probat H. Stephanus.
5. Ζῶον σύνθετον.] Sic exponitur ſententia Ariſtotelis apud Plutarchum 1. de Placit. philoſoph. c. 7.
6. Ἐπὶ γενέσεις κόσμου ἐμπεριειληφός.] Mendoſe apud Plutarchum loco jam citato, ἐπὶ γενέσει κόσμου ἐμπεριειληφότος. Vid. Euſeb. Præp. Ev. l. 15. c. 14.
7. Ὡς καὶ τοῖς.] Legit Geſnerus οἱ καὶ τοῖς. Sed nihil mutandum.
8. Τοσοῦτον δὲ δυνηθέντες.] Sic legitur totus hic locus in cod. Clarom. τοσοῦτον δὲ δυνηθέντες περινοῆσαι, περὶ Θεοῦ ἀξιώσαντες μαθεῖν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἕκαστος. Geſnerus legit τοσοῦτον δὲ ὅσον μὴ δυνηθέντες; ſed cum Athenagoræ verba verbis latinis reddita commodam habeant ſententiam, nihil prorſus mutandum eſt, præter illud ὃν ante οὐκ ἀξιώσαντες, quod aut tollendum eſt ut inutile, aut mutandum in οἱ vel ὡς. Cur autem philoſophi cum veritatem quærerent, invenire non potuerint, eamdem cauſam afferunt multi alii ſcriptores, in primis Lactantius, qui l. 3. Inſtit. c. 1. ſic loquitur: *Neque ego nunc eorum ſtudium reprehendo, qui veritatem ſcire voluerunt, quia naturam hominis Deus veri adipiſcendi cupientiſſimam fecit: ſed id ar-*

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 177.



περινοῆσαι οὐχ εὕρωνται ὂν οὐ παρὰ Θεοῦ περὶ Θεοῦ ἀξιώσαντες μαθεῖν, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ ἕκαστος· διὸ καὶ ἄλλος ἄλλως ἐδογμάτισεν αὐτῶν καὶ περὶ Θεοῦ καὶ περὶ ὕλης καὶ περὶ εἰδῶν καὶ περὶ κόσμου. ἡμεῖς δὲ, ὧν νοοῦμεν καὶ πεπιστεύκαμεν, ἔχομεν προφήτας μάρτυρας, οἳ πνεύματι [1] ἐνθέῳ ἐκπεφωνήκασι καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ περὶ τῶν τοῦ Θεοῦ. εἴποιτε δ' ἂν καὶ ὑμεῖς, συνέσει καὶ τῇ περὶ τὸ ὄντως θεῖον εὐσεβείᾳ τοὺς ἄλλους προὔχοντες, ὡς ἔστιν ἄλογον, [2] παραλιπόντας πιστεύειν τῷ παρὰ τοῦ Θεοῦ πνεύματι, ὡς ὄργανα κεκινηκότι τὰ τῶν προφητῶν στόματα, προσέχειν δόξαις ἀνθρωπίναις.

A cum de Deo non ab ipso Deo, sed a se quisque discendum sibi esse existimassent: unde etiam alius aliter statuit & de Deo & de materia & de formis & de mundo. Nos autem eorum quæ perspicimus & credimus, testes habemus Prophetas, qui divino Spiritu afflati de Deo ac rebus divinis pronuntiarunt. Atque id quidem ipsi quoque confirmabitis, qui prudentia & pietate in verum numen ceteros superatis, alienum esse a ratione, ut Dei Spiritui, qui Prophetarum ora tamquam instrumenta pulsavit, credere supersedentes, animum ad humanas opiniones adjungamus.

Οτι τοίνυν εἷς ἐξ ἀρχῆς ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητὴς Θεὸς, οὑτωσὶ σκέψασθε, ἵν' ἔχητε καὶ τὸν λογισμὸν ἡμῶν τῆς πίστεως. εἰ δύο ἐξ ἀρχῆς ἢ πλείους ἦσαν θεοὶ, ἤτοι ἐν ἑνὶ καὶ ταὐτῷ ἦσαν, ἢ ἰδίᾳ ἕκαστος αὐτῶν. ἐν μὲν οὖν ἑνὶ καὶ ταὐτῷ εἶναι οὐκ ἠδύναντο. οὐ γὰρ εἰ θεοὶ, ὅμοιοι· [3] ἀλλ' ὅτι ἀγένητοι, οὐχ ὅμοιοι. τὰ μὲν γὰρ γενητὰ, ὅμοια τοῖς παραδείγμασι· τὰ δὲ ἀγένητα, ἀνόμοια, οὔτε ἀπό τινος, οὔτε πρός τινα γενόμενα. εἰ δὲ ὡς χεὶρ καὶ ὀφθαλμὸς καὶ ποὺς περὶ ἓν σῶμά εἰσιν, συμπληροῦντες τὰ μέρη, ἕνα ἐξ αὐτῶν συμπληροῦντες, ὁ Θεὸς εἷς· καί τοι ὁ μὲν Σωκράτης, παρὸ γενητὸς καὶ φθαρτὸς, συγκείμενος καὶ διαιρούμενος εἰς μέρη· ὁ δὲ Θεὸς, ἀγένητος καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀδιαίρετος, οὐκ ἄρα συνεστὼς ἐκ μερῶν. εἰ δὲ ἰδίᾳ ἑκάστου αὐτῶν ὄντος, τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος, ἀνωτέρω τῶν γεγονότων καὶ περὶ ἃ ἐποίησέ τε καὶ ἐκόσμησε, ποῦ ὁ ἕτερος, ἢ οἱ λοιποί; [4] εἰ γὰρ ὁ μὲν κόσμος σφαιρικὸς ἀποτελεσθεὶς, οὐρανοῦ κύκλοις ἀποκέκλεισται, ὁ δὲ τοῦ κόσμου ποιητὴς ἀνωτέρω τῶν γεγονότων ἐπέχων αὐτὸν τῇ τούτων προνοίᾳ, τίς ὁ τοῦ ἑτέρου Θεοῦ ἢ τῶν λοιπῶν τόπος; οὔτε γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶν, ὅτι ἑτέρου ἐστίν· οὔτε περὶ τὸν κόσμον· ὑπὲρ γὰρ τοῦτον ὁ τοῦ κόσμου ποιητὴς Θεός. εἰ δὲ μήτε ἐν τῷ κόσμῳ ἐστὶ, μήτε περὶ τὸν κόσμον (τὸ γὰρ περὶ αὐτὸν πᾶν ὑπὸ τούτου κατέχεται) ποῦ ἐστιν; ἀνωτέρω τοῦ κόσμου καὶ τοῦ Θεοῦ; ἐν ἑτέρῳ κόσμῳ, ἢ περὶ ἕτερον; ἀλλ' εἰ μέν ἐστιν ἐν ἑτέρῳ ἢ περὶ ἕτερον, οὔτε περὶ ἡμᾶς ἐστιν ἔτι· οὔτε γὰρ κόσμου κρατεῖ, οὔτε αὐτὸς δυνάμει μέγας ἐστίν· ἐν γὰρ περιωρισμένῳ τόπῳ ἐστίν. εἰ δὲ οὔτε ἐν ἑτέρῳ κόσμῳ ἐστὶν, (πάντα γὰρ ὑπὸ τούτου πεπλήρωται) οὔτε περὶ ἕτερον (πάντα γὰρ ὑπὸ τούτου κατέχεται) καὶ οὐκ ἔστιν, οὐκ ὄντος ἐν ᾧ ἐστιν. ἢ τί ποιεῖ, ἑτέρου μὲν ὄντος οὗ ἐστιν ὁ κόσμος, αὐτὸς δὲ ἀνωτέρω ὢν τοῦ ποιητοῦ τοῦ κόσμου, οὐκ ὢν δὲ οὔτε ἐν κόσμῳ, οὔτε περὶ κόσμον; ἀλλ' ἔστι τί ἕτερον, ἵνα ποῦ στῇ [5] ὁ γενόμενος κατὰ τοῦ ὄντος, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὸν ὁ Θεὸς, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ. καὶ τίς ἔσται τόπος, τὰ ὑπὲρ τὸν κόσμον τούτου πεπληρωκότος; ἀλλὰ [6] προνοεῖ; καὶ μὴν οὐδὲν, εἰ μὴ προνοεῖ, πεποίηκεν. εἰ δὲ μὴ ποιεῖ, μήτε προνοεῖ, μήτε ἐστὶ τόπος ἕτερος ἐν ᾧ ἐστιν, εἷς οὗτος ἐξ ἀρχῆς καὶ μόνος ὁ ποιητὴς τοῦ κόσμου Θεός.

VIII. Unum igitur ab initio esse hujus universi B creatorem Deum, ad hunc modum considerate; ut nostram etiam cum fide conjunctam ratiocinationem perspiciatis. Si duo essent ab initio vel plures dii; vel in uno & eodem loco essent, vel in suo quisque separatim. In uno quidem & eodem esse non possent. Neque enim si dii sunt, similes esse possint; sed quia ingeniti, minime similes. Nam quæ genita sunt, exemplaribus similia sunt: ingenita vero, dissimilia, cum nec ab alio orta, nec ad aliud expressa sint. Quod si, quemadmodum manus, oculus, pes circa unum corpus versantur, & dum partes complent, unum ex se efficiunt, ita Deus unus est; verum illud quidem est Socratem, quatenus genitus & corruptioni obnoxius est, compositum esse & di- C visum in partes; Deus autem, cum ingenitus sit & perpessionis ac divisionis expers, non sane constat ex partibus. Si vero seorsum quisque fuerit; cum mundi creator supra mundum sit & circa ea quæ condidit & ornavit; alter aut reliqui ubi erunt? Nam si mundus, cum sit rotundus, cælestibus sphæris concluditur; mundi autem conditor Deus supra opera sua versatur, ad eorum providentiam advigilans; quis erit alterius Dei aut ceterorum locus? Neque enim in mundo est, cum sit alterius; neque circa mundum; supra hunc enim mundi conditor Deus. Si vero neque in mundo est, neque circa mundum (totus enim ille circuitus ab opifice occupatur) ubinam est? Supra mundum & Deum? In alio mundo, D aut circa alium? Sed si in alio est, vel circa alium; non jam circa nos est; neque enim mundi dominatum tenet, nec potestas ejus magna est, cum in circumscripto loco versetur. Quod si neque in alio mundo est, (omnia enim ab isto implentur) neque circa alium (omnia enim ab isto tenentur); jam profecto nullus est, cum nihil sit in quo versetur. Aut quid faciet, si cum ab alio mundus teneatur, ipse supra conditorem mundi, nec tamen in mundo aut circa mundum versetur? Sed estne aliud quidpiam, in quo stare possit? Verum quis erit iste locus, cum ab opifice quæ sunt supra mundum impleantur? Num etiam providet? Nihil sane ab eo factum, nisi provideat. Quod si nec facit quidquam, nec provi- E det, nec alius est locus in quo versetur; unus est ille ab initio & solus mundi opifex Deus.

quo, id revince, quod honestam illorum & optimam voluntatem non sit secutus effectus: quia neque quid esset verum ipsum sciebant, neque quomodo, aut ubi, aut qua mente quærendum. Et lib. 4. c. 2. *Quid autem putemus fuisse causæ, cur tot ingeniis, totque temporibus summo studio & labore quæsita non reperiretur, nisi quod eam philosophi extra fines suos quæsierunt.* Vid. Justinum Cohort.

1. Ενθέῳ.] Unus Angl. ἐν θεῷ.

2. Παραλιπόντας.] Tres Angl. παραλιπόντες & infra ἔχοιτε.

3. Αλλ' ὅτι ἀγένητοι, οὐχ ὅμοιοι.] Sic habet codex Clarom. Sic etiam 1. Reg. nisi quod alia manus haud recens post ἀγένητοι addiderat, ut est in aliis codicibus mss. & editis, τὰ δὲ γενητοί; ex quo tota Athenagoræ de Dei singularitate disputatio deformabatur. Eadem ratiocinatio occurrit apud Johan. Damasc. lib. 5. de Fide cap. 5.

4. Ei γὰρ ὁ μέν.] Tres Romani codices εἰ μὲν γὰρ ὁ.

5. O γενόμενος, κατὰ τοῦ ὄντος.] Pugnant hæc verba cum Athenagoræ sententia, qui de duobus illis diis, quos animi causa fingit, ita disputat ut utrumque ingenitum & increatum ac proinde dissimilem esse ponat, quemadmodum supra vidimus. Quamobrem has voces in interpretando neglexi; nec assutas esse dubito ab eo, qui prius addiderat similem vocem, καὶ γενητοί; ut duo illi dii, præter sententiam Athenagoræ, geniti & ingeniti dicerentur.

6. Προνοεῖ.] Reg. 2. προνοῇ. Ibidem Reg. 2. & duo Angl. οὐδὲ. Legendum putat Gesnerus οὐδὲ προνοεῖ εἰ μὴ πεποίηκεν. Sed inutilis ejusmodi emendatio loci minime mendosi.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



Εἰ μὲν ὖν ταῖς τοιαύταις ἐννοίαις ἀπηρκέμεθα, ἀνθρωπικὸν ἄν τις εἶναι τὸν καθ' ἡμᾶς ἐνόμισεν λόγον. ἐπεὶ δὲ αἱ φωναὶ τῶν προφητῶν πιςῦσιν ἡμῶν τὺς [1] λογισμὺς ([2] νομίζω ϗ ὑμᾶς, φιλομαθεςάτυς ϗ ἐπιςημονεςάτυς ὄντας, ὐκ ἀνοήτυς γεγονέναι ὔτε τῶν Μωσέως, ὔτε τῶν Ησαΐυ ϗ Ιερεμίυ, ϗ τῶν λοιπῶν προφητῶν, οἳ κατ' ἔκςασιν τῶν ἐν αὐτοῖς λογισμῶν κινήσαντος αὐτὺς τῦ θείυ πνεύματος, ἃ ἐνηγῦντο ἐξεφώνησαν· συγχρησαμένυ τῦ πνεύματος, ὡσεὶ καὶ αὐλητὴς αὐλὸν ἐμπνεῦσαι.) τί οὖν οὗτοι; κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· ὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ϗ πάλιν· ἐγὼ Θεὸς πρῶτος ϗ μετὰ ταῦτα· ϗ πλὴν ἐμῦ οὐκ ἔςι Θεός. ὅμοιος ἔμπροσθεν ἐμῦ ὐκ ἐγένετο ἄλλος Θεὸς, ϗ μετ' ἐμὲ ὐκ ἔςαι. ἐγὼ ὁ Θεὸς, ϗ ὐκ ἔςι [3] πάρεξ ἐμῦ. ϗ περὶ τῦ μεγέθυς· ὁ ὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μυ. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; καταλείπω δὲ [4] ὑμῖν, ἐπ' αὐτῶν τῶν βιβλίων γενομένοις, ἀκριβέςερον τὰς ἐκείνων ἐξετάσαι προφητείας, ὅπως μετὰ τῦ προσήκοντος λογισμῦ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπήρειαν ἀποσκεδάσησθε.

IX. Si ejuſmodi tantum rationibus niteremur, doctrina noſtra nonnullis humana videretur. Sed quia prophetarum vocibus argumenta noſtra confirmantur: (non enim vobis, qui litteratiſſimi & doctiſſimi eſtis, ignota eſſe puto Moyſis ſcripta aut Eſaiæ, aut Jeremiæ & aliorum Prophetarum, qui mente & animo extra ſe rapti, impellente Spiritu ſancto, quæ ipſis inſpirabantur, ea ſunt loquuti; utente illis Spiritu ſancto, velut ſi tibiam inflet tibicen.) Quid igitur illi? [a] *Dominus Deus noſter: non comparabitur alius ad illum*. Et rurſus: [b] *Ego ſum Deus primus & noviſſimus; & præter me non eſt Deus*. [c] *Similis ante me non fuit Deus, & poſt me non erit. Ego ſum Deus & non eſt præter me*. Et de magnitudine ejus: [d] *Cælum mihi thronus eſt, terra vero ſcabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mibi, aut quis locus requietis meæ?* Sed vobis relinquo ut ipſos libros adeuntes, eorum expendatis oracula, ut conſentanea de cauſa injuriam a nobis propulſetis.

Τὸ μὲν οὖν ἄθεοι μὴ εἶναι, ἕνα τὸν ἀγέννητον ϗ ἀΐδιον καὶ ἀόρατον καὶ ἀπαθῆ καὶ ἀκατάληπτον καὶ ἀχώρητον, νῷ μόνῳ καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενον, φωτὶ καὶ κάλλει καὶ πνεύματι καὶ δυνάμει ἀνεκδιηγήτῳ περιεχόμενον, ὑφ' οὗ γεγένηται τὸ πᾶν [5] διὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου καὶ διακεκόσμηται καὶ συγκρατεῖται, Θεὸν ἄγοντες, ἱκανῶς μοι δέδεικται. νοῦμεν γὰρ καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ. καὶ μή μοι γελοῖόν τις νομίσῃ τὸ υἱὸν εἶναι τῷ Θεῷ. οὐ γὰρ, ὡς ποιηταὶ μυθοποιοῦσιν, οὐδὲν βελτίους τῶν ἀνθρώπων δεικνύντες τοὺς θεοὺς, ἢ περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἢ περὶ τοῦ υἱοῦ πεφρονήκαμεν. ἀλλ' ἔστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, [6] λόγος τοῦ πατρὸς [7] ἐν ἰδέᾳ ϗ ἐνεργείᾳ· [8] πρὸς αὐτοῦ γὰρ καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο, ἑνὸς ὄντος τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ. ὄντος δὲ τοῦ υἱοῦ ἐν πατρὶ, καὶ πατρὸς ἐν υἱῷ, [9] ἑνότητι καὶ δυνάμει πνεύματος, νοῦς καὶ λόγος τῦ πατρὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ δι' ὑπερβολὴν συνέσεως σκοπεῖν ὑμῖν ἔπεισιν, ὁ παῖς τί βύλεται, ἐρῶ

X. Satis igitur demonſtratum a me eſt atheos nos non eſſe, qui unum ingenitum & æternum tenemus Deum, inviſibilem & impaſſibilem; qui nec capi aut comprehendi poteſt, qui ſola mente & ratione cognoſcitur, ac luce & pulcritudine, & ſpiritu ac potentia non enarrabili circumdatus eſt; a quo denique omnia per ipſius Verbum & creata & ornata ſunt, & conſervantur. Agnoſcimus enim & Dei Filium. Nec quiſquam ridiculum exiſtimet ſuum Deo eſſe Filium. Neque enim, ut poetæ fabulantur, qui nihilo meliores hominibus inducunt deos, ita de Deo & Patre aut de Filio ſentimus. Sed eſt Filius Dei, Verbum Patris in idea & operatione: ab eo enim & per eum facta omnia, cum Pater & Filius unum ſint. Cum autem Pater ſit in Filio, & Filius in Patre, unitate & virtute ſpiritus, mens & Verbum Patris eſt Filius Dei. Quod ſi vobis pro ſumma veſtra intelligentia inquirere ſubeat, quid ſibi velit Filius; dicam breviter, primam eſ-

a Eſai. XLI. 4. *b* Ibid. XLV. 5. *c* Ibid. XLIII. 10. *d* Ibid. LXVI. 1.

1. Λογισμούς.] Duo Angl. & Clarom. συλλογισμὺς.

2. Νομίζω ϗ ὑμᾶς.] Legend. νομίζω γὰρ ὑμᾶς vel νομίζω δέ. Primum teſtimonium non reperitur quo ad verba. In ſecundo illud, καὶ μετὰ ταῦτα malui reddere, *& noviſſimus*, ut in Vulgata.

3. Πάρεξ ἐμῦ.] Duo Anglicani & Reg. 2. addunt σώζων.

4. Ὑμῖν.] Unus ex Anglicanis ὑμῶν, & mox tres Anglicani γενομένων.


5. Διὰ τῦ αὐτῦ.] Reg. 1. & duo Anglicani δι' αὐτῦ. Legitur tamen in Regio διὰ τῦ ſupra lineam. Ibidem mallem συγκροτεῖται pro eo quod omnes editi & mſs. habent συγκρατεῖται.

6. Λόγος.] Uterque Bod. ὁ λόγος.

7. Ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ.] Accuſatus Petavio Athenagoras, quod Verbum cum Patre uſque ad mundi creationem confundat. Sed nihil iniquius hac criminatione. Duo incommoda removet a Filii generatione Athenagoras. Ne quis ſibi fingeret Chriſtianos de Filio Dei idem ſentire ac poetas de filiis deorum; docet Filium Dei eſſe Verbum Patris in idea & operatione, ac proinde illius generationem nihil commune habere cum ſtultis Gentilium de divinitate commentis. Rurſus ne videretur hunc λόγον in divinis ideis, veluti quamdam efficientiam & proprietatem, reponere; explanat has voces *in idea & operatione* ac demonſtrat Dei Filium eſſe *Verbum Patris in idea & operatione, quia ſecundum ipſum & per ipſum omnia creata ſunt*; ſive quia, ut paullo poſt legimus, Verbum prodiit *ut omnium idea & effectio foret*. Itaque Verbum declarat Athenagoras perſonam eſſe æqualem Patri, ut quæ omnes Patris ideas poſſideat, & æque omnipotens ſit ac Pater. Nam Verbum *in idea & operatione*, ſive Verbum prodiens ut omnium ſit idea & effectio, nihil aliud eſt quam Verbum in quo mundi exemplar deſcriptum fuit, & per quod mundus creatus fuit. Notiſſima eſt antiquis hæc loquendi ratio. Verbum apud Philonem lib. de mundi opificio p. 5. dicitur eſſe mundus intelligibilis, ſive mundi exemplar, quod idem eſt ac idea. Vocatur idea apud Clementem Strom. 5. p. 553. idea idearum apud Origenem lib. 6. adv. Celſ. p. 320. Neque aliud ſenſerunt quicumque omnia in Verbo creata dixerunt. Sic etiam Verbum apud antiquos ſcriptores vocatur, effectio ſive operatio quia per eum omnia facta ſunt: quale eſt illud Tertulliani adv. Hermog. c. 20. *Erat initium viarum* (Sophia), *quia cogitatio & diſpoſitio prima Sophiæ ſit operatio de cogitatu viam operibus inſtituens*. Eadem de cauſa Verbum appellatur ἐργασία apud Juſtinum Dialog. n. 114. ἔργον apud Tatianum n. 5. quia nimirum per Verbum omnia creata ſunt. Docet ergo Athenagoras Filium nec modo corporeo genitum eſſe, nec Patris efficientiam aut proprietatem eſſe, ſed veram & coæternam genitori perſonam.

8. Πρὸς αὐτοῦ.] Valde mihi diſplicet hæc ſcriptura. Neque enim, ut erudito Bullo viſum eſt, idem valet ac ὑπ' αὐτῦ, neque ullum afferri poſſit exemplum, in quo omnia πρὸς τῦ λόγυ creata dicantur, pro eo quod ſæpiſſime uſurpatur ὑπὸ τῦ λόγυ. Sed ſi legamus πρὸς αὐτὸν præclara exſtabit ſententia; nempe omnia ſecundum Verbum, ſive ſecundum exemplar in Verbo deſcriptum creata eſſe. His enim verbis; πρὸς αὐτῦ γὰρ καὶ δι' αὐτῦ πάντα ἐγένετο, continetur explicatio præcedentium, ἐν ἰδέᾳ καὶ ἐνεργείᾳ: nec difficile eſt animadvertere, quemadmodum Filius Verbum dicitur *in operatione*, quia omnia per eum facta ſunt; ita etiam *in idea* dici, quia πρὸς αὐτὸν omnia facta ſunt. Dicebat n. 8. τὰ δὲ ἀγέννητα, ἀνόμοια, ὔτε ἀπό τινος, ὔτε πρός τινα γενόμενα.

9. Ἑνότητι καὶ δυνάμει πνεύματος.] Docet Filium in Patre eſſe & Patrem in Filio, quia una in utroque divinitas. Hoc enim loco *ſpiritus* nomine divinitas ſignificatur, ut ſæpe alias apud antiquos ac nominatim ipſum Athenagoram, qui paullo ante dicebat Deum ſpiritu & virtute non enarrabili circumdatum eſſe. Deum ait eſſe Spiritum n. 16.



διὰ βραχέων· πρῶτον γέννημα εἶναι τῷ πατρὶ, οὐχ ὡς γενόμενον (ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὁ Θεὸς, νοῦς ἀΐδιος ὢν, εἶχεν αὐτὸς [1] ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον, ἀϊδίως λογικὸς ὢν) ἀλλ᾽ ὡς τῶν ὑλικῶν ξυμπάντων ἀποίου φύσεως καὶ [2] γῆς ὀχείας ὑποκειμένων δίκην, μεμιγμένων τῶν παχυμερεστέρων πρὸς τὰ κουφότερα ἐπ᾽ αὐτοῖς, ἰδέα καὶ ἐνέργεια [3] εἶναι προελθών. συνᾴδει δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα· κύριος γὰρ, φησὶν, ἔκτισέ με, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. καί τοι καὶ αὐτὸ τὸ ἐνεργοῦν τοῖς ἐκφωνοῦσι προφητικῶς ἅγιον πνεῦμα, ἀπόρροιαν εἶναι φαμὲν τοῦ Θεοῦ, ἀπορρέον καὶ [4] ἐπαναφερόμενον, ὡς ἀκτῖνα ἡλίου. [5] τίς οὖν οὐκ ἂν ἀπορήσαι, [6] λέγοντας Θεὸν πατέρα καὶ υἱὸν Θεὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, δεικνύντας αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τῇ ἑνώσει δύναμιν, καὶ τὴν ἐν τῇ τάξει διαίρεσιν, ἀκούσας ἀθέους καλουμένους; καὶ οὐκ ἐπὶ τούτοις τὸ [7] θεολογικὸν ἡμῶν ἵσταται μέρος· ἀλλὰ καὶ πλῆθος ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν φαμὲν, οὓς ὁ ποιητὴς καὶ δημιουργὸς κόσμου Θεὸς διὰ τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ λόγου διένειμε, καὶ διέταξε περί τε τὰ στοιχεῖα εἶναι καὶ τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν τούτων εὐταξίαν.

se Patris progeniem, non quod factus sit (ab æterno enim Deus habebat in se ipso Verbum, ut pote ab æterno rationalis) sed quod prodierit, ut omnium materialium rerum, quæ instar informis naturæ & inertis terræ, partibus crassioribus commixtis cum levioribus, jacebant, idea & actus foret. Hæc sanctus ipse Spiritus confirmat; [a] *Dominus enim*, inquit, *condidit me initium viarum suarum ad opera sua*. Atque ipsum illum Spiritum sanctum qui in Prophetis operatur, effluentiam Dei esse dicimus, emanantem & redeuntem veluti radium solis. Quis igitur non miretur, cum atheos vocari audiat eos, qui Deum Patrem, & Filium Deum & Spiritum sanctum asserunt, ac eorum & in unione potentiam & in ordine distinctionem demonstrant? Neque his tamen Theologiæ nostræ ratio continetur; sed & multitudinem Angelorum & ministrorum agnoscimus, quos creator & opifex mundi Deus per Verbum suum distribuit & ordinavit, ut circa elementa, cælos, mundum & quæ in eo sunt, eorumque temperationem versarentur.

Εἰ δὲ ἀκριβῶς διέξειμι τὸν καθ᾽ ἡμᾶς λόγον, μὴ θαυμάσητε. ἵνα γὰρ μὴ τῇ κοινῇ καὶ ἀλόγῳ συναποφέρησθε γνώμῃ, ἔχητε δὲ τἀληθὲς εἰδέναι, ἀκριβολογοῦμαι. ἐπεὶ καὶ δι᾽ αὐτῶν τῶν [8] δογμάτων οἷς [9] προσέχομεν, οὐκ ἀνθρωπικοῖς οὖσιν, ἀλλὰ θεοφάτοις καὶ θεοδιδάκτοις, πεῖσαι ὑμᾶς, μὴ ὡς περὶ ἀθέων ἔχειν, δυνάμεθα. τίνες οὖν ἡμῶν οἱ λόγοι οἷς ἐντρεφόμεθα; λέγω ὑμῖν· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους, προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν διωκόντων ὑμᾶς, ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς [10] ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς

XI. Quod si accurate persequor doctrinæ nostræ rationem, non est quod miremini: nam ne communis vos & a ratione aliena abripiat sententia, atque ut verum videre possitis, idcirco diligens & accuratus sum: siquidem ex ipsis etiam quibus adhæremus præceptis, ut pote non humanis, sed a Deo pronuntiatis & traditis, persuadere vobis possumus, ut ne nos atheos existimetis. Quænam sunt igitur illa placita, in quibus enutrimur? [b] *Dico vobis: Diligite inimicos vestros, benedicite maledicentibus, orate pro persequentibus vos: ut sitis*

a Prov. VIII. 22. *b* Matth. V. 44. 45.

1. Ἐν ἑαυτῷ.] Tres Anglicani ἐν αὐτῷ.

2. Γῆς ὀχείας.] Clarom. & tres Anglicani γῇ ὡς ὀχείας. Evanescit tota hujus loci difficultas, quæ mirum in modum torsit interpretes, si legamus γῆς ἀχρείας, & mutemus pravam editionum præcedentium interpunctionem, ἀποίου φύσεως καὶ γῆς, ὀχείας ὑποκειμένων δίκην.

3. Προελθών.] Alia criminatio heic repellenda. Jam vidimus immerito accusari Athenagoram, quod Verbum cum Patre confundat. Non justior accusandi caussa, quod Verbum tunc productum fuisse censeat, cum mundus creatus est. Liquet hanc progressionem nihil minus esse quam productionem. 1. Idcirco omnia per Filium creata esse dicit, quia Pater & Filius unum sunt, quia una in utroque divinitas. Erant ergo unum, erat una in utroque divinitas, antequam mundus crearetur. 2. Conceptis verbis declarat minime productum fuisse tunc Verbum, sed prodiisse ut idea & effectio foret omnium rerum creandarum. 3. Ejusdem Verbi æternitati consulit, cum ait: *Ab æterno enim Deus habebat in se ipso Verbum*. Erat ergo ab æterno Verbum in Patre, ac proinde & ipse Pater in Verbo. Nam idcirco, ut jam dixit Athenagoras, Verbum est in Patre, quia uterque unum sunt ac una in utroque divinitas. Cur autem Deus, *ut pote ab æterno rationalis*, Verbum in se ipso dicatur habuisse, explicabimus ad lib. 2. Theophili. 4. Filium ab æterno filium fuisse iisdem rationibus probatur. Hanc enim filii notionem subjicit, *mens & Verbum Patris est*. Erat autem mens & Verbum Patris ab æterno, ut jam probavimus. Sed tamen hanc filii notionem explicat Athenagoras ex mundi creatione; neque id incommode. Suppeditat enim mundi creatio exemplum, in quo Filius munus sustinuit, Filio Dei, id est, menti & Verbo Patris conveniens: idea omnium exstitit, qui ab æterno erat mens Patris & omnes ideas Patris acceperat; effectio omnium, qui Verbum erat Patris & ab æterno omnipotentiam ac totam Patris essentiam acceperat.

4. Ἐπαναφερόμενον.] Similia de Verbo leguntur apud Ignatium epist. ad Magnes. n. 7. Nec verendum est, ne hæc a Sabellianis commentis non satis recedant. Idem enim hic dicit de Spiritu, quod antea de Filio: quemadmodum Filius ita progressus est ad mundi creationem, ut semper sit in Patre; ita etiam de Spiritu sentiendum docet. Paullo post prædicat trium personarum & in unione potentiam & in ordine distinctionem. Similia habes num. 12. Vide etiam num. 24. ubi tres personas unum esse dicit κατὰ δύναμιν, id est, secundum divinitatem.

5. Τίς οὖν οὐκ ἄν.] Reg. 1. & Clarom. οὖν & ἂν supra lineam. Deest οὖν in tribus Anglicanis.

6. Λέγοντας.] Tres Angl. codices λέγοντες, & mox cum Claromontano δεικνύντας αὐτόν. Ibidem in Reg. 2. distinctio apposita post υἱὸν, ut vox *Deus* referatur ad Spiritum sanctum.

7. Θεολογικόν.] Duo codices Anglicani λογικὸν, quæ scriptura Suffrido sine ulla prorsus ratione arrisit. Satis ex hac voce perspicitur angelis honorem aliquem & cultum a Christianis adhiberi, sed tanto inferiorem eo cultu qui Deo debetur, quanto res creata distat a creatore. Quare immerito Barbeyrac in tractatu de doctrina morali Patrum Athenagoram exagitat, quasi haustum e Platonicis fontibus angelorum cultum doceat, ac ethnicis hæc legentibus integrum non fuerit non existimare *divinitates quasdam inferiores* a Christianis coli, & ab eis *Polytheismum* quemdam admitti. Iniquissima sane criminatio post tam multas Athenagoræ cautiones, tamque diligentem ab eo adhibitam operam, ut in tribus personis una adoretur divinitas, ut increatam a creato, id quod est ab eo quod non est secernatur, nec quidquam Dei nomine donetur, nisi quod æternum sit. Vox θεολογικὸν, quæ moroso censori stomachum fecit, etsi apud antiquos divinæ naturæ prædicationem significare solet, interdum de omni doctrina divinitus revelata usurpatur. Moyses apud Eusebium Præp. Evangel. lib. 7. c. 14. dicitur legibus, quas Judæis præscripsit, præmisisse *theologiam antiquitus a majoribus ad eum transmissam*, τὴν ἄνωθεν ἐκ προπατόρων εἰς αὐτὸν ἥκουσαν θεολογίαν. Hoc autem Theologiæ nomine non ea solum comprehendit Eusebius, quæ ad divinam naturam spectant, sed ea etiam quæ ad hominis creationem. Unde ait cap. seq. μετὰ δὲ τὴν πρώτην θεολογίαν μέτεισιν ἐπὶ τὸ δεύτερον δόγμα φυσικὸν ὁμοῦ καὶ φιλόσοφον. μετὰ γοῦν τὴν περὶ Θεοῦ γνῶσιν, τήν τε περὶ ὅλων διακόσμησιν, τάξει πρόεισιν ἐπὶ τὸ καὶ τῇ φύσει δεύτερον· τοῦτο δὲ ἦν, τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου.

8. Δογμάτων.] Hanc vocem Athenagoras proprie de vivendi præceptis usurpat, quæ quidem a doctrina fidei supra exposita distinguit. Dogmata Christiana Tatianus eodem sensu videtur usurpare num. 27. si quidem ea pravis ethnicorum institutis opponit.

9. Προσέχομεν.] Tres codices Anglic. & Clarom. προέχομεν.

10. Ὑμῶν.] Deest in tribus Anglicanis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

οὐρανοῖς, ὃς τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. [1] ἐπιτρέψατε ἐνταῦθα τοῦ λόγου ἐξακούστου μετὰ πολλῆς κραυγῆς γεγονότος, ἐπὶ παῤῥησίαν ἀναγαγεῖν, ὡς ἐπὶ βασιλέων φιλοσόφων ἀπολογούμενον. τίνες γὰρ ἢ τῶν τοὺς συλλογισμοὺς ἀναλυόντων καὶ τὰς ἀμφιβολίας διαλυόντων καὶ τὰς ἐτυμολογίας σαφηνιζόντων, ἢ τῶν τὰ ὁμώνυμα καὶ συνώνυμα καὶ κατηγορήματα καὶ ἀξιώματα, καὶ τί τὸ ὑποκείμενον, καὶ τί τὸ [2] κατηγορούμενον, [3] οἱ εὐδαίμονας ἀποτελεῖν διὰ τούτων καὶ τῶν τοιούτων λόγων ὑπισχνοῦνται τοὺς συνόντας, οὕτως ἐκκεκαθαρμένοι εἰσὶ τὰς ψυχάς, ὡς ἀντὶ τοῦ μισεῖν τοὺς ἐχθρούς, ἀγαπᾷν, καὶ ἀντὶ τοῦ, μετριώτατον, κακῶς ἀγορεύειν τοὺς προκατάρξαντας λοιδορίας, εὐλογεῖν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπιβουλευόντων εἰς τὸ ζῆν, προσεύχεσθαι; οἳ τοὐναντίον ἀεὶ διατελοῦσι κακῶς τὰ ἀπόῤῥητα [4] ἑαυτοῖς τὰ τοιαῦτα μεταλλεύοντες, καὶ ἀεί τι ἐργάσασθαι ἐπιθυμοῦντες [5] κακόν, τέχνην λόγων, καὶ οὐκ ἐπίδειξιν ἔργων, τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι. παρὰ δ' ἡμῖν εὕροιτε ἂν ἰδιώτας καὶ χειροτέχνας καὶ γραΐδια, εἰ λόγῳ τὴν ὠφέλειαν παριστᾷν εἰσιν ἀδύνατοι τὴν παρὰ τοῦ λόγου, ἔργῳ τὴν ἀπὸ τῆς προαιρέσεως ὠφέλειαν ἐπιδεικνυμένους. οὐ γὰρ λόγους διαμνημονεύουσιν, ἀλλὰ πράξεις ἀγαθὰς ἐπιδεικνύουσιν· [6] παιόμενοι μὴ ἀντιτύπτειν, καὶ ἁρπαζόμενοι μὴ δικάζεσθαι, τοῖς αἰτοῦσι διδόναι, καὶ τοὺς πλησίον ἀγαπᾷν ὡς ἑαυτούς.

A filii Patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. Per vos hoc loco mihi liceat, ut apud Reges philosophos caussam dicenti, in sermonem magno clamore exaudiendum liberius erumpere. Quinam enim vel ex iis qui syllogismos resolvunt, & ambigue dicta dissolvunt, & voces unde dictæ sint explanant, vel ex iis qui homonyma & synonyma, ac prædicamenta & axiomata, & quid sit subjectum, quid prædicatum docent, atque his & aliis ejusmodi sermonibus beatum auditorem facturos pollicentur; quinam, inquam, ex eis ita puri & insontes vivunt, ut inimicos non modo non oderint, sed etiam diligant, ac iis qui priores
B maledixerunt, non modo non maledicant, quod tamen moderatissimum videretur, sed etiam benedicant, ac pro iis precentur, qui ipsorum vitæ insidiantur? At contra numquam desinunt malo animo artis suæ arcana sibi ipsis investigare, ac semper mali aliquid facere cupiunt, institutum suum artem verborum, non factorum demonstrationem existimantes. Apud nos autem reperietis imperitos homines, & opifices & anus, si minus verbis præstare possint eam, quæ ex doctrina nostra percipitur, utilitatem; at factis eam quæ ex animi inductione proficiscitur, demonstrare. Neque enim verba declamitant, sed recte facta exhibent: percutientem non repercutere, rapienti litem non scri-
C bere, petentibus dare, proximum ut se ipsum diligere.

Ἆρα τοίνυν, εἰ μὴ ἐφεστηκέναι Θεὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἐνομίζομεν, οὕτως ἂν ἑαυτοὺς ἐξεκαθαίρομεν; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἀλλ' ἐπεὶ πεπείσμεθα ὑφέξειν παντὸς τοῦ ἐνταῦθα βίου λόγον τῷ πεποιηκότι καὶ ὑμᾶς καὶ τὸν κόσμον Θεῷ, [7] τὸν μέτριον καὶ φιλάνθρωπον καὶ εὐκαταφρόνητον βίον αἱρούμεθα, οὐδὲν τηλικοῦτον πείσεσθαι κακὸν ἐνταῦθα νομίζοντες, κἂν τῆς ψυχῆς ἡμᾶς ἀφαιροῦνταί τινες, ὧν ἐκεῖ κομιούμεθα τοῦ [8] πρᾴου καὶ φιλανθρώπου καὶ ἐπιεικοῦς βίου παρὰ τοῦ μεγάλου δικαστοῦ. Πλάτων μὲν οὖν Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν δικάσειν τοὺς πονηροὺς ἔφη· ἡμεῖς δέ, κἂν Μίνως τις, κἂν Ῥαδάμανθυς ᾖ, κἂν ὁ τούτων πατήρ· οὐδὲ τοῦτον φαμὲν διαφεύξεσθαι τὴν κρίσιν τοῦ Θεοῦ. εἶθ' οἱ μὲν τὸν βίον τοῦτον νομίζοντες, φάγωμεν [9] καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν· καὶ τὸν θάνατον, βαθὺν ὕπνον καὶ λήθην τιθέμενοι, ([10] ὕπνω καὶ θανάτω διδυμάονε) πιστεύονται θεοσεβεῖν· ἄνθρωποι δέ, τὸν μὲν ἐνταῦθα, ὀλίγου καὶ μικροῦ τινος ἄξιον βίον λελογισμένοι, [11] ὑπὸ μόνου δὲ [12] παραπεμπό-

XII. Num igitur, nisi Deum humano generi præesse crederemus, ita puri & insontes viveremus? Id profecto dici non potest. Sed quia persuasum habemus reddituros nos totius hujus vitæ rationem ei, qui & nos & mundum condidit, Deo; moderatam & humanitatis plenam & aspernabilem vitam sectamur: nihil heic mali, etiam si quis vitam eripiat, passuros arbitrati; quod quidem cum iis conferendum sit, quæ illic a magno judice ob vitam mansuete & benigne & moderate actam consequemur. Dixit quidem Plato Minoem & Rhadamanthum jura daturos & pœnas irrogaturos improbis;
D nos autem etiam si Minos aliquis aut Rhadamanthus fuerit, etiam si illorum pater, ne illum quidem judicium Dei declinaturum dicimus. Deinde vero qui hanc vitam in his positam putant, *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur;* quique mortem, gravissimum somnum & oblivionem interpretantur (*somnus enim & mors gemelli*) ii pie existimantur vivere. Nos autem qui hanc vitam

1. Ἐπιτρέψατε.] Reg. 2. ἐπιτρέψασθε. Mox tres Anglicani codices ἀγαγεῖν.

2. Κατηγορούμενον.] Frustra Gesnerus addendum putat διδασκόντων.

3. Οἱ εὐδαίμονας.] Articulus additus in editione Oxoniensi ex tribus mss. quibuscum consentit Clarom. In Reg. 2. habetur supra lineam. In eodem Clarom. & 2. Anglic. legitur οἱ διὰ τούτων εὐδαίμονας. Mox duo Angl. καὶ τοὺς προκατάρξαντας.

4. Ἑαυτοῖς τὰ τοιαῦτα.] Hæc scriptura Reg. 2. & trium Angl. longe videtur præferenda vulgatæ, ἐπ' αὐτοὺς ταῦτα, quæ sic reddiderant interpretes: *Numquam non pergunt adversus eos, a quibus offensi fuere, nefanda quævis excogitare.* Sed in hac interpretatione vox ταῦτα nec redditur, nec videtur reddi posse. Sed si illam, aut quod pro ea posuimus, nempe τὰ τοιαῦτα, referamus ad supradicta artis sophisticæ instituta, non difficilis erit nec obscura sententia. Rhetores & Sophistas exagitat Athenagoras, quod non modo Christianorum virtutem in diligendis inimicis non imitentur, sed etiam ipsi incœptores injuriarum sese præbeant, & dum aliis beatam vitam docendo pollicentur, ipsi artis arcana ad maledicta & malefacta sibi investigare non desinant.

5. Κακόν.] Legitur σκαιὸν in Clarom. Atque ita in suo exemplari legerat H. Stephanus.

6. Παιόμενοι.] Duo Anglicani codices παιόμενον. Paullo post tres Anglicani οὕτω ἂν ἑαυτοὺς, & mox Reg. 2. cum duobus Anglicanis, ἐνταῦθα κακὸν πείσεσθαι.

7. Τὸν μέτριον.] Clarom. τὸ μέτριον.

8. Πρᾴου.] Deest conjunctio post hanc vocem in duobus Anglicanis codicibus & Clarom.


9. Καὶ πίωμεν.] Hæc desunt in Clarom. Desumta sunt, ut observat Ducæus, ex Esaiæ 22. 13. & 1. Cor. 15. 32.
E & Sap. 2. 6.

10. Ὕπνω καὶ θανάτω διδυμάονε.] Casus sunt tres numeri dualis, nescio quam recte, neque cujus auctoris; malim ego dativo ὕπνῳ καὶ θανάτῳ διδυμάονι. GESNER.

11. Ὑπὸ μόνου δὲ παραπεμπόμενοι τούτου, ὃν ἴσως.] Sic emendo hunc locum ὑπὸ μόνου δὲ παραπεμπόμενοι τοῦ τὸν Θεὸν καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον εἰδέναι. Cur τοῦ ponendum existimem pro τούτου, ducor auctoritate codicis Reg. 2. ubi postremum του alia manus addidit. Cum autem librarii alicujus culpa pro his vocibus, ὑπὸ τοῦ τὸν Θεὸν, scriptum fuisset, ὑπὸ τοῦ ὃν, Lector indoctus videtur apposuisse margini hanc notam, ἴσως Θεὸν, *fortasse Deum*, id est, fortasse legere oportet Θεόν. Inde ergo factum, ut hæ voces, ἴσως Θεὸν, quæ sua sponte nihil aliud esse videntur, nisi observatio lectoris nævum animadvertentis, in ipsum contextum reciperentur, neque expungeretur illud τούτου ὃν. Vox Θεὸν in eodem Regio codice supra lineam apposita, quod quidem emendationem meam confirmat.

12. Παραπεμπόμενοι.] Ex hac voce pendet totius loci

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
177.



μενοι τούτου, ὃν ἴσως Θεὸν καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον A εἰδέναι, τίς ἡ τοῦ παιδὸς πρὸς τὸν πατέρα [1] ἑνότης, τίς ἡ τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν κοινωνία, τί τὸ πνεῦμα, τίς ἡ τῶν [2] τοσούτων ἕνωσις, καὶ διαίρεσις ἑνουμένων, τοῦ πνεύματος, τοῦ παιδὸς, τοῦ πατρός· πολὺ δὲ καὶ [3] κρείττονα ἢ εἰπεῖν λόγῳ, τὸν ἐκδεχόμενον βίον εἰδότες, ἐὰν καθαροὶ ὄντες ἀπὸ παντὸς παραπεμφθῶμεν ἀδικήματος· μέχρι τοσούτου δὲ φιλανθρωπότατοι, ὥστε μὴ μόνον στέργειν τοὺς φίλους (ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτε, φησιν, τοὺς ἀγαπῶντας, καὶ δανείζετε τοῖς δανείζουσιν ὑμῖν, τίνα μισθὸν ἕξετε;) τοιοῦτοι δὲ ἡμεῖς ὄντες, καὶ τὸν τοιοῦτον βιοῦντες βίον, ἵνα κριθῆναι διαφύγωμεν, ἀπιστούμεθα θεοσεβεῖν; ταῦτα μὲν οὖν, μικρὰ ἀπὸ μεγάλων, καὶ ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν, ἵνα μὴ ἐπὶ πλεῖον B ὑμῖν ἐνοχλοῖμεν· καὶ γὰρ τὸ μέλι καὶ τὸν [4] ὄρον δοκιμάζοντες, μικρῷ μέρει τοῦ παντὸς, τὸ πᾶν εἰ καλὸν δοκιμάζουσιν.

[5] Ἐπεὶ δὲ οἱ πολλοὶ τῶν ἐπικαλούντων ἡμῖν τὴν ἀθεότητα, οὐδ' ὄναρ τί ἐστιν, Θεὸν ἐγνωκότες, ἀμαθεῖς καὶ ἀθεώρητοι ὄντες τοῦ φυσικοῦ καὶ τοῦ [6] θεολογικοῦ λόγου, μετροῦντες τὴν εὐσέβειαν θυσιῶν νόμῳ, ἐπικαλοῦσι, τὸ μὴ καὶ τοὺς αὐτοὺς ταῖς πόλεσι θεοὺς ἄγειν, σκέψασθέ μοι αὐτοκράτορες ὧδε περὶ ἑκατέρων, καὶ πρῶτόν γε περὶ τοῦ μὴ θύειν. ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς δημιουργὸς καὶ πατὴρ οὐ δεῖται αἵματος, οὐδὲ κνίσσης, οὐδὲ τῆς ἀπὸ τῶν ἀνθῶν καὶ θυμιαμάτων εὐωδίας, αὐτὸς ὢν C ἡ τελεία [7] εὐωδία, ἀνενδεὴς καὶ ἀπροσδεής· ἀλλὰ θυσία αὐτῷ μεγίστη, ἂν γιγνώσκωμεν τίς ἐξέτεινε καὶ συνεσφαίρωσε τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὴν γῆν κέντρου δίκην ἥδρασε, τίς συνήγαγε τὸ ὕδωρ εἰς θαλάσσας, καὶ διέκρινε τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ σκότους, τίς ἐκόσμησεν ἄστροις τὴν αἰθέρα, καὶ ἐποίησε πᾶν σπέρμα τὴν γῆν ἀναβάλλειν, τίς ἐποίησε ζῶα, καὶ ἄνθρωπον ἔπλασεν· [8] ὅταν ἔχοντες τὸν δημιουργὸν Θεὸν συνέχοντα καὶ ἐποπτεύοντα ἐπιστήμῃ καὶ τέχνῃ, καθ' ἣν ἄγει τὰ πάντα, ἐπαίρωμεν ὁσίους χεῖρας αὐτῷ, ποίας ἔτι χρείαν ἑκατόμβης ἔχει;

Καὶ τοὺς μὲν θυσίῃσι καὶ εὐχωλῇς ἀγανῇσι,
Λοιβῇ τε κνίσσῃ τε παρατρωπῶσ' ἄνθρωποι,
D Λισσόμενοι, ὅτε κέν τις ὑπερβαίῃ καὶ ἁμάρτῃ.

Τί δέ μοι ὁλοκαυτώσεων, ὧν μὴ δεῖται ὁ Θεός; καίτοι προσφέρειν [9] δέον ἀναίμακτον θυσίαν, καὶ τὴν λογικὴν προσάγειν λατρείαν.

Ὁ δὲ περὶ τοῦ μὴ προσιέναι καὶ τοὺς αὐτοὺς ταῖς πόλεσι θεοὺς ἄγειν, πάνυ αὐτοῖς εὐήθης λόγος. ἀλλ' οὐδὲ οἱ ἡμῖν ἐπικαλοῦντες ἀθεότητα, ἐπεὶ μὴ τοὺς αὐτοὺς οἷς ἴσασι νομίζομεν, σφίσιν αὐτοῖς συμφωνοῦσι περὶ θεῶν [10] μάτην. ἀλλ' Ἀθηναῖοι μὲν Κε-

A instar minimi ponderis habemus: qui hac una re ad futuram perducimur, si Deum ejusque Verbum cognoscamus; tum quæ Filii cum Patre unio; quæ Patris cum Filio communicatio; quid Spiritus; quæ trium unio & in unitate distinctio, Spiritus, Filii, Patris: qui exspectatam vitam multo, quam verbis dici possit, præstantiorem esse scimus, si puri ad eam ab omni delicto perducamur: qui humanitatem eo perducimus, ut non amicos solum diligamus (*si enim diligitis*, inquit [a], *eos qui vos diligunt*, & [b] *mutuum datis iis, qui mutuum vobis dant; quam mercedem habebitis?*) tales, inquam, cum simus, ac ejusmodi vitam agamus ne damnemur in judicio; pie vivere non existimamur? Hæc B igitur parva de magnis, & pauca de multis, ne pluribus vobis obstrepamus. Nam qui mel & serum lactis explorant, ex parte exigua de tota re an bona sit dijudicant.

XIII. Sed quia plerique eorum qui nos atheos esse criminantur, cum Dei cognitione ne per somnium quidem informati, sed rudes & ignari naturalium & divinarum rerum, pietatem victimarum norma metiantur; vitio illud etiam nobis vertunt, quod non eosdem ac civitates deos cognoscamus: spectate, quæso, utrumque, Imperatores; ac primo quidem cur non immolemus. Opifex universorum & parens non eget sanguine, C nec nidore, nec florum aut suffimentorum odore; sed ipse est suavissimus odor, nec ullius rei intra se indigus est aut extra: sed victima ei præstantissima, si cognoscamus quisnam ille sit qui cælos extendit & conglobavit, qui terram instar centri stabilivit, qui congregavit aquas in maria, ac lucem a tenebris secrevit, qui astris ætherem ornavit, fecitque ut terra omne semen educeret, qui animalia creavit & hominem finxit. Hunc igitur opificem tenentes Deum, qui omnia scientia & arte gubernatrice conservat ac inspicit; si puras ei manus tollamus; quid adhuc ei opus est hecatomba?

Atque illos victimis & precibus mœstis,
D *Nec non libamine & nidore placant homines*
Orantes, si quis transgressus fuerit & peccaverit.

Quo mihi holocausta quorum non indiget Deus, cum victimam incruentam offerre & cultum rationalem adhibere oporteat?

XIV. Quod autem queruntur, cur non eosdem ac civitates adeamus & colamus deos, ineptum sane est. Sed ne ii quidem, qui nos atheos esse criminantur, quia non eosdem ac ipsi agnoscimus, inter se de diis consentiunt. Sed Athenienses Celeum & Me-

[a] Matth. v. 46. [b] Luc. vi. 34.

sententia. Vertit Gesnerus: *Illum dumtaxat ducem pertranseuntes sequimur*. Auctor editionis Oxon. *In hoc tantummodo incumbimus*. Langus: *Qui hanc vitam in hoc tantummodo transmittimus*. Sic reddendum videtur: *Qui hac una re ad futuram vitam perducimur*. Paullo post eodem sensu ab Athenagora usurpatur. Nam ne solam fidem requirere videretur, addit aliam conditionem, nempe *si puri ab omni delicto perducamur*. Sic apud Clementem Alex. Strom. 6. p. 617. cognitio non sine labore comparanda dicitur, qui per angustam viam *ad æternam & beatam salutem perducuntur*, τοῖς εἰς τὴν ἀΐδιον καὶ μακαρίαν παραπεμπομένοις σωτηρίαν. Virginitas apud Gregorium Naz. Orat. 20. p. 358. dicitur *mundum ad mundum transmittere, præsentem nimirum ad futurum*, κόσμον κόσμῳ παραπέμπουσαν, τὸν ἐνεστῶτα τῷ μέλλοντι.

1. Ἑνότης.] Deest in duobus Anglicanis.

2. Τοσούτων.] Non improbat hanc scripturam Gesnerus, sed tamen legi posse existimat τούτων vel τῶν τριῶν.

3. Κρείττονα.] Reg. 2. Clarom. & duo Anglicani κρεῖττον. Suffridi codex τὸ κρεῖττον.

E 4. Ὄρον.] Sic codices Regii & Ottoboniani cum editione Tigurina & codice quo usus est Suffridus. Mallet tamen Suffridus ὄξος, *acetum*. Gesnerus legendum putat οἶνον vel μύρον vel ὀπόν. Legitur οἶνον in editt. Paris. Salmasius ὀπὸν legit *Plinian. Exercit.* p. 369. Sed nihil vetat, quominus ὄρον retineamus; hæc lectio probatur Samueli Petito Var. Lect. lib. 3. cap. 3. ubi *serum lactis* vertendum existimat.

5. Ἐπεὶ δέ.] Codices tres Anglicani ἐπειδή. Mox unus ex iisdem codicibus τί ἐστι Θεός. Codex Suffridi τί ἐστιν ὁ Θεός.

6. Θεολογικοῦ.] Codex Suffridi θεωρητικοῦ, quæ scriptura Suffrido arridet, quamvis omnino vitiosa sit.

7. Εὐωδία.] Sic Irenæus lib. 4. c. 14. n. 3. *Ipse quidem nullius horum est indigens: est enim semper plenus omnibus bonis, omnemque odorem suavitatis, & omnes suaves* [illegible] *vaporationes habens in se, etiam antequam Moyses esset.*

8. Ὅταν.] Addendum videtur οὖν.

9. Δέον.] Clarom. & tres Anglicani δεῖ.

10. Μάτην.] Hanc vocem, quæ tenebras huic loco of-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



λεὸν καὶ [1] Μετάνειραν ἵδρυνται θεούς · Λακεδαιμόνιοι δὲ [2] Μενέλεων, καὶ θύουσιν αὐτῷ καὶ ἑορτάζουσιν · Ἰλιεῖς δὲ οὐδὲ τὸ ὄνομα ἀκούοντες, Ἕκτορα φέρουσι · καὶ [3] Χῖοι Ἀρισταῖον, τὸν αὐτὸν καὶ Δία καὶ Ἀπόλλω νομίζοντες. Θάσιοι [4] Θεαγένην, ὑφ' οὗ καὶ φόνος ὀλυμπιάσιν ἐγένετο · [5] Σάμιοι Λύσανδρον, ἐπὶ τοσαύταις σφαγαῖς καὶ τοσούτοις κακοῖς · Ἀλκμὰν καὶ Ἡσίοδος [6] Μήδειαν · καὶ Νιόβην Κίλικες · Σικελοὶ Φίλιππον τὸν Βουτακίδου · Ὀνησίλαον Ἀμαθούσιοι · Ἀμίλκαν Καρχηδόνιοι. ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα τὸ πλῆθος καταλέγοντα. ὅταν οὖν αὐτοὶ αὐτοῖς διαφωνῶσι περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς θεῶν, τί ἡμῖν μὴ συμφερομένοις ἐπικαλοῦσιν; τὸ δὲ κατ' Αἰγυπτίους, μὴ καὶ γελοῖον ᾖ; [7] τύπτονται γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς τὰ στήθη κατὰ τὰς πανηγύρεις ὡς ἐπὶ τετελευτηκόσι, καὶ θύουσιν ὡς θεοῖς. καὶ οὐδὲν θαυμαστόν · οἵ γε καὶ τὰ θηρία θεοὺς ἄγουσι, καὶ ξυρῶνται, ἐπεὶ ἀποθνήσκουσι, καὶ θάπτουσιν ἐν ἱεροῖς, καὶ δημοτελεῖς κοπετοὺς ἐγείρουσι. ἂν τοίνυν ἡμεῖς, ὅτι μὴ κοινῶς ἐκείνοις θεοσεβοῦμεν, ἀσεβῶμεν, πᾶσαι μὲν πόλεις, [8] πάντα δὲ ἔθνη ἀσεβοῦσιν · οὐ γὰρ τοὺς αὐτοὺς [9] πάντες ἄγουσι θεούς.

Ἀλλ' ἔστωσαν τοὺς αὐτοὺς ἄγοντες · τί οὖν, ἐπεὶ οἱ πολλοὶ διακρίναι οὐ δυνάμενοι τί μὲν ὕλη, τί δὲ Θεὸς, πόσον δὲ τὸ διὰ [10] μέσου αὐτῶν, προσίασι τοῖς ἀπὸ τῆς ὕλης εἰδώλοις, δι' ἐκείνους, καὶ ἡμεῖς οἱ διακρίνοντες καὶ χωρίζοντες τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν, τὸ ὂν καὶ τὸ οὐκ ὂν, τὸ νοητὸν καὶ τὸ αἰσθητὸν, καὶ ἑκάστῳ αὐτῶν τὸ προσῆκον ὄνομα ἀποδιδόντες, προσελευσόμεθα καὶ προσκυνήσομεν τὰ ἀγάλματα; εἰ μὲν γὰρ ταυτὸν ὕλη καὶ Θεὸς, δύο ὀνόματα καθ' ἑνὸς πράγματος, τοὺς λίθους καὶ τὰ ξύλα, τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον οὐ νομίζοντες θεοὺς, ἀσεβοῦμεν. εἰ δὲ διεστᾶσι πάμπολυ ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τοσοῦτον ὅσον τεχνίτης καὶ ἡ πρὸς τὴν τέχνην αὐτοῦ παρασκευὴ, τί ἐγκαλούμεθα; ὡς γὰρ ὁ κε-

A taniram deos ſtatuunt: Menelaum Macedonii, eique ſacrificia & dies feſtos peragunt: Ilienſes vero cum hujus nomen audiant perinviti, Hectorem celebrant: Ariſtæum Chii, quem eumdem eſſe ac Jovem & Apollinem putant: Theagenem Thaſii, a quo etiam cædes in Olympicis facta: Lyſandrum Samii poſt tot cædes & maleficia: Medeam Alcman & Heſiodus, Nioben Cilices: Philippum Butacidæ filium Siculi: Oneſilaum Amathuſii: Amilcam Carthaginenſes: Deficiet me dies, ſi ſingulos percurram. Cum igitur inter ſe ipſi de diis ſuis diſſentiant; quid nobis crimini vertunt, quod non in eaſdem ac ipſi opiniones feramur? Quæ autem apud Ægyptios fiunt, nonne ridicula ſunt? In templis enim, cum magnos B agunt conventus, pectora tundunt, tamquam ob defunctos, & ſacrificant tamquam diis. Neque id mirum; quippe cum ipſas belluas referant in deos, iiſque mortuis capillos deponant, eaſque ſepeliant in templis, ac publicos luctus excitent. Si ergo impii ſumus, quia non eamdem ac illi pietatem in deos ſequimur; civitates omnes, gentes omnes impiæ: non enim omnes eoſdem venerantur deos.

XV. Sed eſto, eoſdem venerentur. Quid igitur? Quia plerique, cum internoſcere non poſſint, quid ſit materia, quid Deus, & quantum inter utrumque intervallum, ſupplicant confectis ex materia ſimulacris; num idcirco nos quoque, qui diſcerni- C mus & disjungimus ingenitum & genitum, id quod eſt & quod non eſt, id quod mente & quod ſenſu percipitur, & aptum unicuique horum nomen imponimus, adibimus & adorabimus ſimulacra? Nam ſi unum & idem materia & Deus, ac duo ejuſdem rei nomina; impii ſumus, qui lapides & ligna, aurum & argentum non exiſtimemus deos. Sin autem quam longiſſime & tantum a ſe invicem diſtant, quantum artifex & ſubjectus illius arti ap-

fundit, librario alicui in mentem veniſſe puto ob ſimilitudinem ſequentium ſyllabarum, ἀλλ' ἄθλων. Sæpe enim librariis contigit, ut ex duabus ſimilibus vocibus alteram omittere, ita eamdem vocem bis ſcribere. Sic infra n.16. vocem μαρτυρεῖ, quæ perperam iterabatur, ope cod. Bodlejani ſuſtuli.

1. Μετάνειραν.] Menalina dicitur apud Ovidium Faſt. lib. 4. Legendum Μεγάνειρα. Sic enim Pauſanias, Nicander & Diomedes Grammaticus. *Suffridus*. Meganiræ quoque meminit Apollodorus lib. 3. c. 3. & Antonius Liberalis Metamorphoſ. cap. 8. *Rechemberg*.

2. Μενέλεων.] Illius delubrum in vico Laconico, qui dicebatur Therapne, commemorat Pauſanias l. 3. p. 199.

3. Χῖοι.] Legendum eſſe Κεῖοι probat eruditus Oxonienſis Editor tum ex his Virgilii verſibus:

—— & cultor nemorum, cui pinguia Ceæ
Ter centum nivei tondent dumeta juvenci:

tum etiam ex teſtimonio Diodori Siculi Bibl. p. 281. ex quo patet Ariſtæum non apud Chios, ſed apud Cejos pro deo habitum fuiſſe: citat etiam hujus emendationis auctores Huetium Demonſtr. p. 550. Bochartum Geogr. Sacr. p. 442. & Rechembergium.

4. Θεαγένην.] Lucianus in *Deorum Concilio* Thaſiorum ſimplicitatem ridet, qui ſtatuam hujus pugilis febribus mederi putabant. Quod ſpectat ad cædem ab eo patratam Olympiæ, exiſtimat Suffridus memoriam effluxiſſe Athenagoræ, dum in Theagenem confert celeberrimam hiſtoriam, quæ de Cleomede Aſtypalæenſi, pugile altero longe clariore, narratur. Non improbabilis hæc conjectura Suffridi. Quamvis enim, ut obſervat Rechembergius, non repugnet, ut cædem Theagenes patraverit; id tamen de Cleomede notum & teſtatum eſt; de Theagene autem, excepto Athenagora, ſilent omnino antiqui Scriptores.

5. Σάμιοι Λύσανδρον.] Gratum animum videntur Samii hac adulatione ſignificare voluiſſe ob reſtitutam a Lyſandro eorum rempublicam ejectis Athenienſibus, ut teſtatur Plutarchus in Lyſandri vita. Idem Scriptor vivo Lyſandro aras in Græcia erectas, ac victimas narrat oblatas fuiſſe. Lyſandri crudelitas quam notat Athenagoras, præcipue enituit in occidendis octingentis Mileſiis, quos juris jurandi religione deceptos partim in urbe retinuerat, partim in urbem vocaverat.

6. Μήδειαν, καὶ Νιόβην.] Habent duo Regii, Clarom. & Orat. ἢ Νιόβην. Obſervat Suffridus Medeam ab Heſiodo in Theogonia commemorari, non tamen celebrari ut deam. Hac de cauſſa Samuel Petitus, tum etiam quia Athenagoras hoc loco varias gentium ſuperſtitiones, non ſingulo- D rum poetarum deliria perſequitur, hunc locum ſic emendat Variar. Lect. lib. 3. c. 3. ἀλλὰ μὲν Καδούσιοι Μήδειαν ἢ Νιόβην Κίλικες. *Sed Cadufii colunt & venerantur Medeam tamquam deam, quomodo etiam Cilices Nioben.*

7. Τύπτονται γάρ.] Sic Julius Firmicus lib. de errore Prof. Relig. p. 21. edit. Lugd. Batav. an. 1672. *Si dii ſunt quos colitis*, inquit, *cur eos lugetis? Cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrymis & luctu digni ſunt, cur eos divino honore cumulatis?* Similis ſententia Xenophanis Colophonii refertur apud Plut. lib. de Oſir. p. 379.

8. Πάντα δὲ ἔθνη ἀσεβοῦσιν.] Eodem argumento ſæpe uſi ſunt alii religionis defenſores. Tertullianus Apologet. cap. 13. *Cum alii alios colitis*, inquit, *utique quos non colitis offenditis. Prælatio alterius ſine alterius contumelia non poteſt procedere; quia nec electio ſine reprobatione. Jam ergo contemnitis quos reprobando offendere non timetis.* Eadem leguntur lib. 1. ad Nat. cap. 10. Hac ratiocinatione Augu- E ſtinus utendum ſibi eſſe non duxit, quia aliud ſibi proponebat. *Qua in re*, inquit, lib. 7. de Civit. Dei cap. 1. *non dico quod facetius ait Tertullianus fortaſſe quam verius, ſi dii ſeliguntur ut bulbi, utique ceteri reprobi judicantur. Non hoc dico: video enim etiam ex ſelectis ſeligi aliquos ad aliquid majus atque præſtantius. Sicut in militia, cum tyrones electi fuerint, ex his quoque eliguntur ad opus aliquod majus armorum.* Demonſtrare inſtituebat Auguſtinus deorum cultu æternam felicitatem comparari non poſſe. Huic propoſito parum conducebat ethnicos impietatis arguere, quia alios alii deos colebant. At eadem ratiocinatio magnum & præclarum Tertulliano uſum præbebat, quem profecto rejectum non fuiſſe ab Auguſtino aſſeverare licet. Duobus enim illa ratiocinatio ſtat principiis. 1. Nemini cultum divinum eſſe deferendum, niſi qui ab omnibus colendus & adorandus ſit. 2. Cum Chriſtianos impietatis nomine damnarent ethnici ob cultum diis negatum; jure merito referebant Chriſtiani quod allatum erat ab adverſariis.

9. Πάντες.] Deeſt ea vox in editionibus Pariſienſ.

10. Μέσου.] Tres Anglicani & Reg. 2. μέσον.

ραμεὺς, [1] καὶ ὁ πηλὸς (ὕλη μὲν ὁ πηλὸς, τεχνίτης δὲ ὁ κεραμεὺς) καὶ ὁ Θεὸς δημιουργὸς, ὑπακούουσα δὲ αὐτῷ ἡ ὕλη πρὸς τὴν τέχνην. ἀλλ᾽ ὡς ὁ πηλὸς καθ᾽ ἑαυτὸν σκεύη γενέσθαι χωρὶς τέχνης ἀδύνατος, καὶ ἡ [2] πανδεχὴς ὕλη ἄνευ τοῦ Θεοῦ τοῦ δημιουργοῦ διάκρισιν καὶ σχῆμα καὶ κόσμον οὐκ ἐλάμβανεν. ὡς δὲ οὐ τὸν κέραμον προτιμότερον τοῦ [3] εἰργασμένου αὐτὸν ἔχομεν, οὐδὲ τὰς φιάλας καὶ χρυσίδας, τοῦ χαλκεύσαντος· ἀλλ᾽ εἴ τι περὶ ἐκείνας δεξιὸν κατὰ τὴν τέχνην, τὸν τεχνίτην ἐπαινοῦμεν, καὶ οὗτός ἐστιν ὁ τὴν ἐπὶ τοῖς σκεύεσι δόξαν καρπούμενος· καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης καὶ τοῦ Θεοῦ, τῆς διαθέσεως τῶν κεκοσμημένων, οὐχ ὕλη τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν δικαίαν ἔχει, ἀλλ᾽ ὁ δημιουργὸς αὐτῆς Θεός. [4] ὡς εἰ τὰ εἴδη τῆς ὕλης ἄγοιμεν θεοὺς, B ἀναισθητεῖν τοῦ ὄντος Θεοῦ δόξομεν, τὰ λυτὰ καὶ φθαρτὰ τῷ ἀϊδίῳ ἐξισοῦντες.

Καλὸς μὲν γὰρ ὁ κόσμος, καὶ τῷ μεγέθει περιέχων καὶ τῇ διαθέσει τῶν τε ἐν τῷ λοξῷ κύκλῳ, καὶ τῶν περὶ τὴν ἄρκτον, καὶ τῷ σχήματι σφαιρικῷ ὄντι· ἀλλ᾽ οὐ τοῦτον, ἀλλὰ τὸν τεχνίτην αὐτοῦ προσκυνητέον. οὐδὲ γὰρ οἱ πρὸς ὑμᾶς ἀφικνούμενοι ὑπήκοοι, παραλιπόντες ὑμᾶς τοὺς ἄρχοντας καὶ δεσπότας θεραπεύειν, παρ᾽ ὧν, [5] ὧν ἂν δέοιντο, καὶ τύχοιεν, [6] ἐπὶ τὸ σεμνὸν τῆς καταγωγῆς ὑμῶν καταφεύγουσιν· ἀλλὰ τὴν μὲν βασιλικὴν ἑστίαν, τηνάλλως ἐντυχόντες αὐτῇ, θαυμάζουσι καλῶς ἠσκημένην, ὑμᾶς δὲ [7] πάντα ἐν πᾶσιν ἄγουσι τῇ δό- C ξῃ. καὶ ὑμεῖς μὲν οἱ βασιλεῖς ἑαυτοῖς ἀσκεῖτε τὰς καταγωγὰς βασιλικάς· ὁ δὲ κόσμος, οὐχ ὡς δεομένου τοῦ Θεοῦ γέγονεν. πάντα γὰρ ὁ Θεός ἐστιν αὐτὸς αὐτῷ, φῶς ἀπρόσιτον, κόσμος τέλειος, πνεῦμα, δύναμις, λόγος. εἰ τοίνυν ἐμμελὲς ὁ κόσμος ὄργανον [8] καὶ κινούμενον ἐν ῥυθμῷ, τὸν ἁρμοσάμενον καὶ [9] πλήσσοντα τοὺς φθόγγους, καὶ τὸ σύμφωνον ἐπᾴδοντα μέλος, οὐ τὸ ὄργανον, προσκυνῶ. οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγωνιστῶν, παραλιπόντες οἱ ἀθλοθέται τοὺς κιθαριστὰς, [10] τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν αὐτῶν. [11] εἴτε (ὡς ὁ Πλάτων φησὶ) τέχνη τοῦ Θεοῦ, θαυμάζων αὐτοῦ τὸ κάλλος, τῷ τεχνίτῃ πρόσειμι· εἴτε οὐσία [12] καὶ σῶμα (ὡς οἱ ἀπὸ τοῦ Περιπάτου) οὐ παραλιπόντες προσκυνεῖν τὸν αἴτιον τῆς κι- D νήσεως τοῦ σώματος Θεὸν, ἐπὶ τὰ πτωχὰ καὶ ἀσθενῆ στοιχεῖα καταπίπτομεν, τῷ ἀπαθεῖ ἀέρι κατ᾽ αὐτοὺς, τὴν παθητὴν ὕλην προσκυνοῦντες. εἴτε δυνάμεις τοῦ Θεοῦ, τὰ μέρη τοῦ κόσμου νοεῖ τις, οὐ τὰς δυνάμεις προσιόντες θεραπεύομεν, ἀλλὰ τὸν ποιητὴν αὐτῶν καὶ δεσπότην. οὐκ αἰτῶ τὴν ὕλην ἃ μὴ ἔχει, οὐδὲ παραλιπὼν τὸν Θεὸν, [13] τὰ στοιχεῖα θεραπεύω, οἷς μηδὲν πλέον ἢ ὅσον ἐκελεύσθησαν [14] ἔξεστιν. εἰ

A paratus, quid incusamur? Quemadmodum enim figulus & lutum (materia quidem lutum, artifex autem figulus) ita Deus opifex, & quæ ejus arti obsequitur materia. Sed ut lutum per se ipsum vasa fieri sine arte non potest; sic omnium formarum capax materia, sine opifice Deo, nec distinctionem, nec figuram, nec ornatum accepisset. Quemadmodum autem figlinum opus pluris non facimus, quam figulum, nec phialas & vasa aurea quam fabrum; sed si quid in eis arte elegans, artificem laudamus, isque laudem ex vasis reportat; ita etiam, ubi agitur de materia & de Deo, mundi descriptionis gloriam & honorem non materia sibi merito vindicat, sed materiæ opifex Deus. Itaque si materiæ B species existimemus deos, nullum veri Dei sensum habere videbimur, ut qui æterno adæquemus obnoxia dissolutioni & corruptioni.

XVI. Præclarus quidem mundus tum magnitudine, quia omnia complectitur, tum eorum quæ in obliquo circulo, & eorum quæ circa Septemtrionem, dispositione, tum etiam figura sphærica; non ille tamen, sed artifex adorandus. Neque enim qui ad vos accedunt subditi, vobis principibus ac dominis, a quibus sane ea quibus indigent, consequantur, ad palatii vestri magnificentiam confugiunt: sed regiam quidem domum obiter spectantes, præclare adornatam mirantur, vos autem omni C prorsus honore prosequuntur. Ac vos quidem Reges, vobis ipsi regias domos adornatis: mundus autem non ideo factus, quod eo indigeret Deus. Omnia enim ipse sibi Deus est, lumen inaccessum, mundus perfectus, spiritus, potentia, ratio. Quamobrem sive mundus concinnum quoddam est & quod in numerum moveatur instrumentum; eum qui sonos temperat & pulsat, ac numerosum concentum modulatur, non ipsum instrumentum adoro. Neque enim præsides in certaminibus, citharœdis prætermissis, citharas eorum coronant. Sive mundus, ut ait Plato, ars Dei est; admirans ejus pulcritudinem artificem adeo: sive illius substantia & corpus, ut Peripateticis placet; nequa- D quam Dei qui motus corporis auctor est, omisso cultu, ad egena & infirma elementa nos abjicimus, aere, ut ipsi existimant, a perpessione immuni materiam perpessioni obnoxiam adorantes. Sive quis Dei potestates, mundi partes existimat; non ad potestates adimus colendi caussa, sed ad earum creatorem & dominum. Non ea peto a materia, quibus ipsa caret; nec relicto Deo elementa colo, quibus nihil amplius licet, quam quod jussa sunt.

1. Καὶ ὁ πηλὸς .... κεραμεύς.] Hæ voces cum deessent in omnibus editt. restitutæ sunt ex mss. codicibus, Reg. 2. & Clarom. & tribus Anglicanis & Suffridi. Habebant editi: ὡς γὰρ ὁ κεραμεὺς ὁ Θεὸς δημιουργός. Unus ex Anglicanis ὑπακούουσα.

2. Πανδεχής.] Reg. 2. & Clarom. cum tribus Anglicanis παντοδεχής.

3. Εἰργασμένου.] Regius uterque & Ottobon. ἐργασαμένου.

4. Ὡς εἰ.] Legendum putat Gesnerus ὥστε.

5. Ὧν ἂν.] Hæc desunt in Reg. 1. & uno ex Anglicanis. Paullo ante tres Anglicani ἀφικόμενοι, & mox unus ex iisdem τύχοιμεν.

6. Ἐπὶ τὸ σεμνὸν &c.] Refert Clemens Alex. Protrept. p. 33. illud Heracliti καὶ ἀγάλμασι τουτέοισιν εὔχονται, ὁ- [illegible] δόμοις λεσχηνεύοιτο. *His simulacris vota faciunt, [illegible] si quis [illegible] ædibus garriat.* Minucius Felix pag. 139. [illegible] *domum, omnia exculta, disposita,* [illegible] *esse universitatis* [illegible] *totius mun..* [illegible] *pulcriorem.*

7. Πάντα.] Frustra Gesnerus legendum conjicit [illegible].

8. Καὶ κινούμενον.] Deest conjunctio in duobus Anglicanis & Reg. utroque.

9. Πλήσσοντα.] Tres Anglicani τὸν πλήσσοντα.

10. Τὰς κιθάρας στεφανοῦσιν.] Eodem exemplo utitur Tertullianus lib. 2. ad Nat. cap. 5. *Nam in voluptatibus vestris*, inquit, *non tibiæ aut citharæ coronam ad præmium adjudicatis, sed artifici, qui tibiam & citharam suavitatis temperet.* Vid. Iren. lib. 2. cap. 25.
E
11. Εἴτε.] Clarom. & tres Anglicani ὥστε εἴ τε.

12. Καὶ σῶμα.] Subaudiendum est Θεοῦ, quæ vox paullo ante occurrit. Neque enim Peripateticorum propria fuit hæc sententia, mundum esse substantiam & corpus; sed, ut supra num. 7. testatur Athenagoras, Deum Aristoteles ejusque sectatores ex corpore & anima, veluti animal quoddam componebant; & corpus quidem assignabant æthereum substantiam & tum errantia, tum fixa sidera; animam autem, rationem motuum corporis effectricem.

13. Τὰ στοιχεῖα.] Liquet hæc elementa, quæ visu præclara esse propter opificis artem declarat, non esse, aerem aut aquam aut ignem aut terram, sed solem & stellas. Vide lib. 1. Theophili.

14. Ἔξεστιν.] Hanc vocem addidimus ex utroque Reg. utroque [illegible] Clarom. & Orat. Ibidem tres Anglicani ἢ ὅσον [illegible]. Sic etiam Reg. 2. nisi quod deest ἢ ante [illegible]. Legitur illud ἔξεστιν in edit. Oxon.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

γὰρ καὶ καλὰ ἰδεῖν τῇ τοῦ δημιουργοῦ τέχνῃ, ἀλλ' αὐτὰ τῆς ὕλης [1] φύσει. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ τούτῳ [2] καὶ Πλάτων· ὃν γὰρ οὐρανόν, φησι, καὶ κόσμον ἐπωνόμακεν, πολλῶν μὲν μετέσχηκε μακαρίων παρὰ τοῦ πατρός, ἀτὰρ οὖν δὴ κεκοινώνηκε σώματος· ὅθεν αὐτῷ μεταβολῆς ἀμοίρῳ τυγχάνειν ἀδύνατον. εἰ τοίνυν θαυμάζων τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς τέχνης, οὐ προσκυνῶ αὐτὰ ὡς θεούς, εἰδὼς τὸν ἐπ' αὐτοῖς τῆς λύσεως λόγον· ὧν οἶδα [3] ἀνθρώπους δημιουργούς, πῶς ταῦτα προσείπω θεούς; σκέψασθε δέ μοι διὰ βραχέων·

A Etsi enim visu præclara propter opificis artem, non tamen a materiæ natura discedunt. Testis accedit huic sententiæ ipse Plato: *Quod enim cælum*, inquit, *& mundum appellavit, id multa quidem a Patre felicia consequutum est; sed tamen corporis est particeps: hinc mutationis expers esse non potest*. Igitur si cæli & elementorum artem admirans, ea ut deos non adoro, quippe cum impositam illis dissolutionis legem noverim; quorum homines opifices esse scio, ea quomodo appellaverim deos? Rem mihi paucis considerate.

Ἀνάγκη δέ, ἀπολογούμενον, ἀκριβεστέρους παρέχειν τοὺς λογισμούς, καὶ περὶ τῶν ὀνομάτων, ὅτι νεώτερα· καὶ περὶ τῶν εἰκόνων, ὅτι χθὲς καὶ πρώην γεγόνασιν, ὡς [4] λόγος, εἰπεῖν. ἴστε δὲ καὶ ὑμεῖς ταῦτα φιλολογώτερον, ὡς ἂν ἐν πᾶσι καὶ ὑπὲρ πάντας τοῖς παλαιοῖς συγγινόμενοι. φημὶ οὖν Ὀρφέα καὶ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον εἶναι τοῖς [5] ὑπ' αὐτῶν λεγομένοις θεοῖς. μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἡρόδοτος· Ἡσίοδον γὰρ καὶ Ὅμηρον ἡλικίην τετρακοσίοισι ἔτεσι δοκέω πρεσβυτέρους ἐμοῦ γενέσθαι, καὶ οὐ πλείοσι, [6] τοὺς καὶ γένη καὶ ὀνόματα δόντας· οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι, καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες, καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες, καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες. αἱ δ' εἰκόνες, μέχρι μήπω πλαστικὴ καὶ γραφικὴ καὶ ἀνδριαντοποιητικὴ ἦσαν, οὐδὲ [7] ἐνομίζοντο· Σαυρίου δὲ τοῦ Σαμίου καὶ Κράτωνος τοῦ Σικυωνίου καὶ Κλεάνθους τοῦ Κορινθίου, καὶ Κόρης Κορινθίας ἐπιγενομένων. καὶ σκιαγραφίας μὲν εὑρεθείσης ὑπὸ Σαυρίου, ἵππον ἐν ἡλίῳ περιγράψαντος· γραφικῆς δὲ ὑπὸ Κράτωνος, ἐν πίνακι λελευκωμένῳ [8] σκιὰς ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐναλείψαντος· ἀπὸ δὲ τῆς Κόρης ἡ [9] κοροπλαστικὴ εὑρέθη· ἐρωτικῶς γάρ τινος ἔχουσα, περιέγραψεν αὐτοῦ κοιμωμένου ἐν τοίχῳ τὴν σκιάν· εἶθ' ὁ πατὴρ ἡσθεὶς ἀπαραλλάκτῳ οὔσῃ τῇ ὁμοιότητι (κέραμον δὲ εἰργάζετο) [10] καὶ ἀναγλύψας τὴν περιγραφήν, πηλῷ προσανεπλήρωσεν. ὁ τύπος ἔτι καὶ νῦν ἐν Κορίνθῳ σώζεται. τούτοις δὲ ἐπιγενόμενοι Δαίδαλος καὶ Θεόδωρος ὁ Μιλήσιος [11] πλαστικὴν καὶ ἀνδριαντοποιητικὴν προσεξεῦρον. ὁ μὲν δὴ χρόνος ὀλίγος, τοσοῦτος ταῖς εἰκόσι καὶ τῇ περὶ τὰ εἴδωλα πραγματείᾳ, ὡς ἔχειν εἰπεῖν τὸν ἑκάστου τεχνίτην θεοῦ. τὸ μὲν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀρτέμιδος, καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, [12] μᾶλλόν γε Ἀθηλᾶς (Ἀθηλᾶ γὰρ ὡς οἱ μυστικώτερον, [13] οὕτω γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαίας, τὸ παλαιὸν) καὶ τὴν κα-

XVII. Necesse est autem caussam dicenti, accuratius & de nominibus, ea esse recentia, & de simulacris, B heri & nudius tertius, ut ita dicam, facta demonstrare. Hæc autem & vos accuratius scitis, ut qui cum omnibus eruditis hominibus, & supra omnes in antiquis scriptoribus versati sitis. Dico igitur Orpheum & Homerum & Hesiodum esse, qui genera & nomina iis quos appellant, diis dederе. Testatur id ipse Herodotus: *Hesiodum enim*, inquit, *& Homerum annis quadringentis existimo majores natu me esse, nec pluribus. Hi sunt qui Græcis deorum originem texuerunt, ac diis cognomina imposuerunt, & honores atque artes distribuerunt, & eorum formas ac figuras designarunt*. Simulacra autem, quamdiu plastice & pictura & ars statuaria non erant, ne cognoscebantur quidem: C donec tandem Saurius Samius, & Craton Sicyonius, & Cleanthes Corinthius, & Core virgo Corinthia prodierunt. Ac delineatio quidem a Saurio inventa est, cum is equum ad solem circumscripsisset: pictura autem a Cratone, cum in tabula dealbata umbras viri ac mulieris illevisset: a Core autem coroplastice. Hæc enim cujusdam amore capta, dormientis umbram in pariete delineavit: tum pater imagine simillima delectatus (is autem figulus erat) delineationem exculpsit ac luto implevit. Hæc effigies etiamnum servatur Corinthi. His posteriores Dædalus & Theodorus Milesius plasticen & statuariam artem invenerunt. Ætas igitur imaginibus & simulacrorum apparatui tantula est, ut D cujusque dei artificem dicere possimus. Nam Artemidis Ephesiæ simulacrum, & Minervæ, sive Athelæ (Athela enim dicitur ab his qui rem secretius tradunt; sic enim illud ex olea antiquum simula-

1. Φύσει.] Heic editi addunt μαρτυρεῖ; quod cum iterum statim occurrat, ac sententiam prorsus deformet, ac desit in Bodleiano secundo, visum est delendum e contextu.

2. Καὶ Πλάτων.) Deest conjunctio in duobus Anglicanis ac Clarom.

3. Ἀνθρώπους.) Pro hac voce tres Angl. habent αὐτούς.

4. Λόγος.) Legendum esse λόγῳ jamdudum monuit Stephanus. Sic legitur in edit. Frontonis Ducæi.

5. Ὑπ' αὐτῶν.) Nonnulli codices ἐπ' αὐτῶν.

6. Τοὺς καὶ . . . δόντας.) Has voces, quæ in contextu Herodoti non leguntur, nec sine incommodo legerentur, restituendas esse in avitam sedem, post hæc verba λεγομένοις θεοῖς admonuit Oxoniensis editor, idque in interpretando sequutus sum.

7. Ἐνομίζοντο.) Duo codices Anglicani ὀνομάζοντο. Legendum conjicit Gesnerus ὠνομάζοντο.

8. Σκιάς.) Suffridi codex σκιάν, idque illi magis probatur. Paullo ante habent editiones Parisienses γραφικῆς δὲ καὶ Κράτωνος.

9. Κοροπλαστική.) Suffridi codex habet κοροπλαθική, quod quidem ei magis probatur, quia vox κοροπλάθος frequentiori usu teritur quam κοροπλασταί. DECHAIR. Ibidem leg. ὑπὸ δὴ τῆς Κόρης.

10. Καὶ ἀναγλύψας.) Conjunctionem suppeditavit codex Claromontanus.

11. Πλαστικὴν καὶ ἀνδριαντοποιητικήν.) Sic emendavi ope Reg. 2. Clarom. & duorum Anglicanorum. Male in editis ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ πλαστικήν. Plastice enim, ut ait Plinius lib. 34. *prior quam statuaria fuit*. Unde etiam mater statuariæ vocatur apud eumdem lib. 35. pag. 711.

12. Μᾶλλόν γε Ἀθηλᾶς.) Secum pugnare Gesnero visus est Athenagoras, quia Athenam, quam heic eamdem esse ac Athelam declarat, infra n. 20. ab Athela distinguit. Atque hæc caussa Langum adduxit, ut has voces μᾶλλόν γε Ἀθηλᾶς, Ἀθηλᾶ γάρ, &c. e contextu in marginem obrepsisse crederet. Sed duæ sunt Athelæ: altera dicitur e cerebro Jovis prodiisse, & ut ait Eustathius in Iliad. p. 83. οἱονεὶ Ἀθηλῆτις οὖσα ὡς μὴ θηλάσασα· ὤδινε μὲν γάρ φασιν ἡ κεφαλὴ τοῦ Διός. Hæc Minerva dicitur & Athena, meritoque eam distinguit Athenagoras ab altera Athela, sive Proserpina, quam Juppiter ex matre suscepit, quæque idcirco lactata non fuit, quia matri, utpote horrendum monstrum, displicuit.

E 13. Οὕτω γὰρ τὸ ἀπὸ τῆς ἐλαίας.) Testatur Plutarchus apud Eusebium Præp. Evang. lib. 3. ligneum fuisse Minervæ Urbicæ simulacrum, quod ab indigenis consecratum asservabatur apud Athenienses: ξύλινον δὲ τὸ τῆς Πολιάδος ὑπὸ τῶν αὐτοχθόνων ἱδρυθέν, ὃ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι διαφυλάττουσιν. Athenagoræ verba οὕτω γάρ quæ Gesnerus interpres omiserat, sic redduntur in Oxoniensi editione, *sic enim quod ex olea fabricatum fuit, antiquitus appellabatur*. Sed his verbis non simulacri nomen, sed illius species significari videtur: neque Athelæ, sed Poliadis simulacrum dicebatur. At quomodo Minerva in hoc simulacro Ἀθηλᾶ effingi potuit, si hac voce ubera illi admota non fuisse significetur? Dicendum ergo Minervam in hoc simulacro cum unica mamilla, ut Amazones solebant, effictam fuisse: vel, illa verba, quæ tantum molestiæ facessunt, post τὴν καθημένην rejicienda, unde in locum non suum, ut sæpe alias contigit, migrare potuerunt. Non repugnat Minervam sedentem in antiquissimo quoque illo simulacro expressam fuisse.

θημένlω [1] Ενδυὸς εἰργάσατο μαθητὴς Δαιδάλȣ· ὁ δὲ Πύθιος, ἔργον [2] Θεοδόρȣ [a] ϰ̀ Τηλεκλέȣς· ϰ̀ ὁ Δήλιος, ϰ̀ ἡ Αρτέμις, [3] Ιδεκταίȣ ϰ̀ Αγγελλίωνος τέχνη· [4] ἡ δὲ ἐν Σάμῳ Ηρα, [b] ϰ̀ ἐν Αργει, Σμίλιδος χεῖρες, ϰ̀ Φειδίȣ τὰ λοιπὰ εἴδωλα· ἡ Αφροδίτη ἐν Κνίδῳ ἑταίρα, Πραξιτέλȣς τέχνη· ὁ ἐν Επιδαύρῳ Ασκληπιὸς, ἔργον Φειδίȣ. συνελόντα φάναι, ȣ̓δὲν αὐτῶν διαπέφευγεν τὸ μὴ ὑπ' ἀνθρώπȣ γεγονέναι. εἰ τοίνυν θεοὶ, [5] τί ȣ̓κ ἦσαν ἐξ ἀρχῆς; [6] τί δαί εἰσι νεώτεροι τῶν πεποιηκότων; τί δαὶ ἔδει αὐτοῖς, πρὸς τὸ γενέσθαι, ἀνθρώπων ϰ̀ τέχνης; γῆ ταῦτα ϰ̀ λίθοι, ϰ̀ ὕλη, ϰ̀ περίεργος τέχνη.

A crum) & Minervam sedentem Endyus fecit Dædali discipulus: Pythius autem, opus Theodori & Teleclis: Delius & Artemis, Idectæi & Angelionis ars: Juno Samia & Argiva, Smilidis manus: Phidiæ cetera simulacra. Venus Cnidia meretrix, Praxitelis ars: Epidaurius Æsculapius, opus Phidiæ. Uno verbo, nullum est ex his simulacris, quod dici possit factum ab homine non fuisse. Si igitur dii; cur ab initio non erant? Cur iis recentiores a quibus facti sunt? Quid hominibus & arte opus habebant, ut fierent? Terra hæc sunt & lapides & materia & ars curiosa.

Επεὶ τοίνυν φασί τινες εἰκόνας μὲν εἶναι ταύτας, θεοὺς δὲ, ἐφ' οἷς αἱ εἰκόνες· καὶ τὰς προσόδȣς ἃς τούτοις προσίασι, καὶ τὰς θυσίας ἐπ' ἐκείνους ἀναφέρεσθαι καὶ εἰς ἐκείνους γίνεσθαι· μὴ εἶναί τε ἕτερον τρόπον τοῖς θεοῖς ἢ τοῦτον προσελθεῖν ([7] χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς) καὶ τοῦ ταῦθ' οὕτως ἔχειν, τεκμήρια παρέχουσι τὰς ἐνίων εἰδώλων ἐνεργείας· φέρε, ἐξετάσωμεν τὴν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι δύναμιν αὐτῶν. δεήσομαι δὲ ὑμῶν, [8] μέγιστοι αὐτοκρατόρων, πρὸ τοῦ λόγου, ἀληθεῖς παρεχομένῳ τοὺς λογισμοὺς συγγνῶναι. οὐ γὰρ προκείμενόν μοι ἐλέγχειν τὰ εἴδωλα, ἀλλ' ἀπολυόμενος τὰς διαβολὰς, λογισμὸν τῆς προαιρέσεως ἡμῶν [9] παρέχω. ἔχοιτε ἀφ' ἑαυτῶν καὶ τὴν ἐπουράνιον βασιλείαν ἐξετάζειν· ὡς γὰρ ὑμῖν πατρὶ καὶ υἱῷ πάντα κεχείρωται, ἄνωθεν τὴν [10] βασιλείαν εἰληφόσιν (βασιλέως γὰρ [11] ψυχὴ ἐν χειρὶ θεοῦ, φησὶ τὸ προφητικὸν πνεῦμα) οὕτως ἑνὶ θεῷ καὶ τῷ παρ' αὐτοῦ λόγῳ υἱῷ νοȣμένῳ ἀμερίστῳ, πάντα ὑποτέτακται. ἐκεῖνα τοίνυν σκέψασθέ μοι πρὸ τῶν ἄλλων. οὐκ ἐξ ἀρχῆς, ὡς φασὶν, ἦσαν οἱ θεοὶ, ἀλλ' οὕτως [12] γέγονεν αὐτῶν ἕκαστος, ὡς γιγνόμεθα ἡμεῖς· καὶ τοῦ-

XVIII. Sed quia dicunt nonnulli simulacra hæc B quidem esse, deos autem esse, quorum sunt simulacra; & supplicandi rationem quam simulacris adhibent, & victimas quas illis offerunt, ad deos referri & diis fieri; nec alium esse ad deos accedendi modum (difficile enim est ut dii clare & aperte videantur) & quia argumenti loco, cur ita se res habeat, nonnullorum simulacrorum efficientias proferunt; age, inquiramus ecquid ex impositis nominibus habeant efficacitatis. Vos autem, orabo, maximi Imperatores, antequam disputationem hanc ingrediar, ut veris ratiocinationibus utenti ignoscatis. Neque enim mihi propositum est simulacra redarguere; sed cum afficta crimina dissolvam, instituti nostri rationem exhibeo. Licet autem ex C vobismetipsis cæleste regnum spectetis: quemadmodum enim vobis patri & filio parent omnia, qui cælitus regnum accepistis ([a] *regis enim anima in manu Dei*, inquit propheticus Spiritus) ita Deo ejusque Verbo, quem filium non separabilem esse intelligimus, omnia subjecta. Illud igitur mihi ante omnia perpendite. Ab initio, ut aiunt, dii non erant; sed ita eorum quisque natus est, ut

a Prov. xxi. 1.

1. Ενδυὸς.] Ενδιὸς dicitur in duobus codicibus Anglicanis: vocatur Ενδοῖος apud Pausaniam lib. 1. p. 47. ubi hæc leguntur: *Ενδοῖος ἦν γένος μὲν Αθηναῖος, Δαιδάλȣ δὲ μαθητὴς, ὃς ϰ̀ φεύγοντι Δαιδάλῳ διὰ τὸν Κάλω θάνατον ἐπηκολούθησεν ἐς Κρήτην. τούτȣ καθήμενόν ἐστιν Αθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον, ὡς Καλλίας μὲν ἀναθείη, ποιήσειεν δὲ Ενδοῖος. Endœus erat patria Atheniensis, Dædali discipulus, qui Dædalum ob necem Cali fugientem Cretam usque sequutus est. Hujus est sedens Minervæ simulacrum, cum hac inscriptione, Calliam dedicasse, fecisse Endæum.*

2. Θεοδώρȣ ϰ̀ Τηλεκλέȣς.] Theodorum hunc paullo ante Athenagoras Milesium vocat. Plinius Samium fuisse dicit, *Hist. Nat.* l. 7. c. 56. Sed Plinii sententiam confirmat Pausanias, qui lib. 8. p. 479. Rhœcum Philæi, & *Theodorum Teleclis filium, ambo Samios, æs excudere primos docuisse* narrat.

3. Ιδεκταίȣ.] Τεκταῖον vocat Pausanias lib. 2. p. 146. ubi sic loquitur: *μαθητὴς δὲ ὁ Κάλλων ἦν Τεκταίȣ ϰ̀ Αγγελίωνος, οἳ Δηλίοις ἐποίησαν τὸ ἄγαλμα τȣ̃ Απόλλωνος· ὁ δὲ Αγγελίων καὶ Τεκταῖος παρὰ Διποίνῳ ϰ̀ Σκύλλιδι ἐδιδάχθησαν. Discipulus autem fuit Callon Tectæi & Angelionis, qui Deliis simulacrum Apollinis fecerunt. Angelion autem & Tectæus Dipœno & Scyllidi operam dederunt.*

4. Η δὲ ἐν Σάμῳ.] Quod ait Athenagoras de Junone Samia, confirmatur a Pausania, qui Junonis Samiæ templum antiquum esse probat ex ipso simulacro, quod Smilidis Æginetæ, Euclidis filii, Dædalo æqualis opus esse testatur. Hinc emendari potest quod legitur apud Clementem Alexandrinum Protrept. p. 30. *Junonis Samiæ statuam scalpro Euclidis factam esse*, Σμίλῃ τῇ Εὐκλείδȣ πεποιῆσθαι. D Legendum videtur ὑπὸ Σμίλιδος τȣ̃ Εὐκλείδȣ πεποιῆσθαι, *a Smilide Euclidis filio factam esse.*

5. Τί ȣ̓κ ἦσαν.] Sic editio Oxoniensis & mss. Aliæ editiones θεοὶ ȣ̓κ ἦσαν. Vitium animadverterat Stephanus & legendum monuerat, ut in textu posuimus.

6. Τί δαί.] Reg. 2. & tres Anglicani habent τί δὲ, & mox τί δὲ ἔδει. Mox tres Anglicani λίθος.

7. Χαλεποί.] Pars versus 131. l. 20. Iliad. Deest θεοὶ in Clarom. & tribus Angl.

8. Μέγιστοι.] Duo codices ὦ μέγιστοι. Suffridus in suo codice reperit αὐτοκράτορες, atque ita legendum putat.

9. Παρέχω.] Multi veteres libri παρέχων. Mox Gesnerus legendum putat ἔχετε vel ἔχοιτε ἄν.

10. Βασιλείαν.] Heic editi addunt εἰλήφοσιν, excepta editione Oxoniensi. Delendam censuit hanc vocem Stephanus, nec eam agnoscunt Anglic. codices & Clarom. Linea transversa notatur in Regio secundo. Mox codices Anglicani ὥς φησι.

11. Ψυχή.] Liquet hunc locum ab Athenagora de præcipuo quodam in regum vita protegenda præsidio intelligi. Sic intellexit Themistius, orator profanus, qui in orat. 7. ait scriptum esse in litteris Assyriorum ὡς ἄρα ὁ νȣ̃ς τȣ̃ βασιλέως ἐν τῇ τȣ̃ Θεȣ̃ παλάμῃ δορυφορεῖται: & in orat. 11. τὴν τȣ̃ βασιλέως καρδίαν ἐν τῇ τȣ̃ Θεȣ̃ παλάμῃ δορυφορεῖσθαι. E Præsidium singulare significat & ipsa illa vox δορυφορεῖσθαι, & adjuncta a Themistio explicatio, qui in primo loco manum reges affectantem interpretatur. Mox editi ἑνὶ τῷ Θεῷ. Melius Anglicani codices quos sequutus sum.

12. Γέγονεν.] Deest in cod. Clarom.

a Θεοδώρȣ καὶ Τηλεκλέȣς] P. Wesselingius in *Probabil.* cap. xii. p. 96. expungendam conjunctionem ϰ̀, legendumque Θεοδώρȣ Τηλεκλέȣς autumabat ex Pausania, tum in *Arcadicis* cap. 14. tum in *Phocicis* cap. ult. ubi *Theodorus Teleclis* filius Græcorum more a patre cognominatur. Verum in *corrigendis* idem V. Cl. adnotat, Athenagoræ adstipulari Diodorum *Biblioth.* lib. 1. ubi Theodorum & Teleclem fratres, Rhoecique filios fuisse docet. Diodori verba exscribit Eusebius *Præp. Evang.* lib. x. cap. 10.

b Καὶ ἐν Αργει] Idem Wesselingius l. c. putat heic rescribendum, ἡ ἐξ Αργȣς, vel potius ἣ ϰ̀ ἐν Αργει, *quæ & Argis fuerat*. Censet nimirum vir eruditus, Athenagoræ verba heic accipienda de Junonis signo, quod Argonautæ in insulam Samum Argis asportarunt. Quam in sententiam Pausaniæ locum adducit ex *Achaicis* cap. 4. [illegible] τῆς Ηρας, εἶσὶν οἱ ἱδρύσασθαι φασὶ [illegible] τὸ ἄγαλμα [illegible]

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

το πᾶσιν αὐτοῖς ξυμφωνεῖ. Ὁμήρου μὲν γὰρ λέγοντος· A

Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν.

Ὀρφεὺς δὲ (ὃς καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν πρῶτος ἐξεῦρεν, καὶ τὰς γενέσεις διεξῆλθε, καὶ ὅσα ἑκάστοις πέπρακται εἶπε, καὶ πεπίστευται παρ' αὐτοῖς ἀληθέστερον θεολογεῖν· ᾧ καὶ Ὅμηρος τὰ πολλὰ καὶ περὶ θεῶν μάλιστα ἕπεται) καὶ αὐτοῦ τὴν πρώτην γένεσιν αὐτῶν ἐξ ὕδατος συνιστάντος.

[1] Ὠκεανὸς, ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται.

ἦν γὰρ ὕδωρ ἀρχὴ κατ' αὐτὸν τοῖς ὅλοις, ἀπὸ δὲ τοῦ ὕδατος ἰλὺς κατέστη, ἐκ δὲ ἑκατέρων ἐγεννήθη ζῶον δράκων, προσπεφυκυῖαν ἔχων κεφαλὴν λέοντος· διὰ μέσου δὲ [2] αὐτῶν θεοῦ πρόσωπον, B ὄνομα Ἡρακλῆς, καὶ Χρόνος. οὗτος ὁ Ἡρακλῆς ἐγέννησεν [3] ὑπερμέγεθες ὠὸν, ὃ συμπληρούμενον, ὑπὸ βίας τοῦ γεγεννηκότος ἐκ παρατριβῆς εἰς δύο ἐῤῥάγη· τὸ μὲν οὖν κατὰ κορυφὴν αὐτοῦ, οὐρανὸς εἶναι ἐτελέσθη· τὸ δὲ [4] κατενεχθὲν, γῆ. προῆλθε δὲ καὶ θεὸς Γῆ διὰ σώματος· [5] Οὐρανὸς δὲ Γῇ μιχθεὶς, γεννᾷ θηλείας μὲν, Κλωθὼ, Λάχεσιν, Ἄτροπον· ἄνδρας δὲ ἑκατόγχειρας, [6] Κόττην, Γύγην, Βριάρεων· καὶ Κύκλωπας, Βρόντην καὶ Στερόπην καὶ Ἄργον· οὓς καὶ δήσας κατεταρτάρωσεν, ἐκπεσεῖσθαι αὐτὸν ὑπὸ τῶν παίδων τῆς ἀρχῆς μαθών. διὸ καὶ ὀργισθεῖσα ἡ Γῆ τοὺς Τιτᾶνας ἐγέννησε.

Κούρους δ' οὐρανίωνας ἐγείνατο πότνια Γαῖα, C
Οὓς δὴ καὶ Τιτῆνας ἐπίκλησιν καλέουσιν,
Οὕνεκα [7] τισάσθην μέγαν οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Αὕτη ἀρχὴ γενέσεως περὶ τοὺς κατ' αὐτοὺς θεούς τε καὶ [8] τῷ παντί. ἐκεῖνο τοίνυν· ἕκαστον γὰρ τῶν τεθεολογημένων ὡς τὴν ἀρχὴν [9] ὂν εἶναι. εἰ γὰρ γεγόνασιν οὐκ ὄντες, ὡς οἱ περὶ αὐτῶν θεολογοῦντες λέγουσιν, οὐκ εἰσίν. ἢ γὰρ ἀγέννητόν τι, καὶ ἔστιν ἀΐδιον· ἢ γεννητὸν, [10] φθαρτόν ἐστι. καὶ οὐκ ἐγὼ οὕτως, ἑτέρως δὲ οἱ φιλόσοφοι. τί τὸ ὂν ἀεὶ, γένεσιν τε οὐκ ἔχον· ἢ τί τὸ γενόμενον μὲν, ὂν δὲ οὐδέποτε; περὶ νοητοῦ καὶ αἰσθητοῦ διαλεγόμενος ὁ Πλάτων, τὸ μὲν ἀεὶ ὂν, τὸ νοητὸν, ἀγέννητον εἶναι διδάσκει· τὸ δὲ οὐκ ὂν, τὸ αἰσθη- D

A nos nascimur; qua de re inter eos omnes convenit. Sic enim canit Homerus:

Oceanum deorum originem & matrem Tethyn,

Orpheus autem, qui eorum nomina primus invenit, & nascendi modos persequutus est, & res cujusque gestas narravit, ac verius de rebus divinis pertractasse apud eos existimatus est, quem Homerus in multis ac præcipue in iis quæ ad deos spectant, imitatur; ipse, inquam, Orpheus primam eorum generationem ex aqua constituit:

Oceanus qui omnibus generatio exstitit.

Aqua enim, secundum illum, omnium principium fuit: ex aqua autem lutum constitit, & ex utroque genitum animal draco, adjunctum habens caput leo- B nis. Horum in medio facies dei, cui nomen Hercules & Chronus. Hic Hercules genuit ovum immensæ magnitudinis, quod cum esset plenum, vehementius a genitore attritum in duas partes disruptum est. Quod superius in eo fuit, cæli formam accepit: quod autem depressum, terræ. Prodiit autem dea Terra corpore instructa. Cælum autem dum Terræ miscetur, genuit feminas quidem Clotho, Lachesin, Atropon; mares autem centimanos, Cottyn, Gygen, Briareum, & Cyclopes, Brontem, Steropem, Argum; quos etiam constrictos in tartara detrusit, cum se regno a filiis pellendum didicisset. Quapropter irata Terra Titanes peperit.

C *Filios autem cælestes genuit veneranda Tellus,*
Quos & Titanes cognomine vocant,
Propterea quod ulti sunt Cælum stellis micans.

XIX. Hoc principium originis fuit, tum eorum, quos existimant, deorum, tum universarum rerum. Quid hoc igitur sibi vult? Unumquodque enim eorum quibus divinitas tribuitur, ab initio esse intelligitur. Nam si, cum non essent, facti sunt, ut iis placet qui de ejusmodi diis disputant, profecto nulli sunt. Nam vel ingenitum quid & æternum est; vel si genitum, corruptioni obnoxium est. Neque hæc ego in hunc modum, aliter autem philosopho. *Quid est, quod semper est, generationem autem non habet; aut quid illud, quod ge-* D *neratur quidem, numquam autem est?* Differens Plato de eo quod mente, ac de eo quod sensu percipitur illud

1. Ὠκεανός.] Legitur hic versus apud Homerum Iliad. ξ. citatusque est a Justino Martyre in Cohort. ad Græcos. Nec mirum est, si eum Orpheo attribuit Athenagoras potius quam Homero; cum ejusmodi versus Orpheo suppositi, & plerumque ex Homero imitatione expressi his, qui fraudem non subolfaciebant, imitatorem Orphei Homerum fuisse persuaderent.

2. Αὐτῶν.] Legendum censuit Gesnerus αὐτοῦ, unde etiam sic reddidit: *corpus vero medium continebat faciem Dei.* Sed retinenda est vulgata lectio. Illud enim Dei caput non in medio corpore situm erat, sed inter duo alia capita, nempe draconis & leonis. Hercules enim erat tempus apud Ægyptios, ut observat Suffridus, eique tria capita affingebant, ut tempus præteritum, præsens & futurum designarent. E

3. Ὑπερμέγεθες ὠόν.] Hæc frustra quæsieris in versibus sub falso Orphei nomine exstantibus; sed Athenagoræ testimonium confirmat Plutarchus, qui de Orpheo sic loquitur *Sympos.* lib. 2. p. 636. οὐκ ὄρνιθος μόνον τὸ ὠὸν ἀποφαίνει πρεσβύτερον, ἀλλὰ καὶ συλλαβὼν ἅπασαν αὐτῷ τὴν ἁπάντων ὁμοῦ πρεσβυγένειαν ἀνατίθησι. *Non modo gallina ovum antiquius facit, sed omnem ei omnium prorsus rerum originis principatum attribuit.* Recenset deinde Plutarchus ad firmandam Orphei opinionem animalia, quæ ex ovis nasci constat, & idcirco ovum *in Bacchi mysteriis ut imaginem illius, qui omnia genuit, & in seipso continet, non absurde consecratum fuisse* dicit. Eodem fere ac Orpheus modo Phœnices, teste apud Eusebium Sanchuniatone *Præpar. Evang.* lib. 1. cap. 10. omnium rerum originem ex limo ac deinde ex ovo quodam repetebant. Ægyptii autem, ut testatur Porphyrius apud eumdem Eusebium lib. 3. *Præpar.* cap. 11. mundi opificem Deum, quem *Cneph* appellabant, ex ore suo ovum fingebant emisisse; quo ex ovo alium Deum genitum esse, apud ipsos *Phtha*, apud Græcos Vulcanum nomine; illudque ovum interpretabantur mundum. Quod ad limum spectat, iidem Ægyptii, teste Jamblicho *de Myster.* sect. 7. cap. 11. dicebant eum esse τῶν στοιχείων καὶ τῶν περὶ τοῖς στοιχείοις δυνάμεων πασῶν ἀρχηγὸν αἴτιον ἐν πυθμένος λόγῳ προϋποκείμενον, *elementorum & omnium in elementis potestatum causam principem instar fundamenti subjectam.*

4. Κατενεχθέν.] Legitur κάτω κατενεχθὲν in uno ex Anglicanis & in codice Suffridi, qui hanc probat scripturam.

5. Οὐρανὸς δέ.] Reg. 2. οὐρανὸς δὲ θεός. Mox Reg. 2. & duo Anglicani ἄνδρας τε.

6. Κόττυν, Γύγην.] Legitur in nonnullis mss. & editt. Paris. Κόττην. Habent etiam nonnulli codices Γύην, alius Γυῖην.


7. Τισάσθην.] Hæc scriptura debetur Henrico Stephano. Legitur in codice Claromontano τιμωρήσωσι, in duobus Anglicanis τὶ τιμωρήσωσι, in utroque Regio & tribus Romanis ἕνεκα τὶ τιμωρήσωσιν ἢ τιμήσωσιν σάσθην, unde Stephanus elegit τισάσθην. Observat Suffridus Titanes heic confundi cum Gigantibus quos sola Terra genuit, cum primi ex Cælo & Terra orti fuerint.

8. Τῷ παντί.] Locus valde corruptus. Legitur in Claromontano codice & tribus Anglicanis τῷ παντὶ ὡς τὴν ἀρχὴν &c. Editor Oxoniensis percommode emendat hoc modo, καὶ τὸ πᾶν. τί ἐκεῖνο τοίνυν;

9. Ὂν εἶναι.] Tres Anglicani codices ἂν εἶναι. Suffridus & Oxoniensis Editor deesse ἔδει existimant: legere malim ὂν νοεῖσθαι.

10. Φθαρτόν.] Editio Oxon. καὶ φθαρτόν ἐστι, & mox οὐκ ἐγὼ μέν. Sed nec in editionibus Parisiensibus nec in nostris codicibus leguntur hæ particulæ καὶ & μέν. Platonis verba, quæ mox citantur, desumta sunt ex Timæo. Ope codicis Clarom. emendavi quod erat in editis αἰσθητὸν, γινετόν.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 177.



τὸν, γεννητόν· ἀρχόμενον εἶναι καὶ παυόμενον, τούτῳ καὶ οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς τῷ λόγῳ ἐκπυρωθήσεσθαι τὰ πάντα, καὶ πάλιν ἔσεσθαι φασὶν, ἑτέραν ἀρχὴν τοῦ κόσμου [1] λαβόντος.. εἰ δὲ, καίτοι δισσοῦ αἰτίου κατ' αὐτοὺς ὄντος, τοῦ μὲν δραστηρίου καὶ κατάρχομένου, καθὸ ἡ πρόνοια· τοῦ δὲ πάσχοντος καὶ τρεπομένου, καθὸ ἡ ὕλη· ἀδυνάτον δέ ἐστι καὶ προνοούμενον ἐπὶ ταυτοῦ μεῖναι τὸν κόσμον γενόμενον, πῶς ἡ τούτων [2] μένει σύστασις, οὐ φύσει ὄντων, ἀλλὰ γενομένων; τί δὲ τῆς ὕλης κρείττους οἱ θεοὶ, τὴν σύστασιν ἐξ ὕδατος ἔχοντες; ἀλλ' οὐδὲ κατ' αὐτοὺς ὕδωρ τοῖς πᾶσιν ἀρχή· ἐκ τε ἁπλῶν καὶ μονοειδῶν τί ἂν συστῆναι στοιχείων δύναιτο; δεῖ δὲ καὶ τῇ ὕλῃ τεχνίτου, [3] καὶ ὕλης τῷ τεχνίτῃ· ἢ πῶς ἂν γένοιτο τὰ ἐκτυπώματα, χωρὶς τῆς ὕλης, ἢ τοῦ τεχνίτου; οὔτε πρεσβυτέραν λόγον ἔχει εἶναι τὴν ὕλην τοῦ Θεοῦ. τὸ γὰρ ποιητικὸν αἴτιον προκατάρχειν τῶν γιγνομένων ἀνάγκη.

A quidem quod semper est, quod mente percipitur, ingenitum esse docet; illud autem quod non est, quodque sensu percipitur, genitum declarat, quippe cum esse incipiat & desinat. Simili ratione Stoici omnia conflagratura, ac iterum futura dicunt, mundo aliud initium accipiente. Quod si, quamvis duæ apud eos vigeant causæ, quarum altera efficiens & imperans, eaque providentia est, altera patiens & mutabilis, id est, materia; fieri tamen non potest, ut mundus qui creatus est, eodem in statu, etiam providentia gubernatus, permaneat; quomodo istorum constitutio permanebit, qui non natura existunt, sed facti sunt? Aut quid materia præstant dii, qui ex aqua constituti sunt? Sed nec aqua omnium est, ut isti existimant, principium: B ex simplicibus enim & uniusmodi elementis quid possit constitui? Opus autem est & materiæ artifex, & artifici materia: quei enim formæ exprimi possint sine materia aut artifice? Neque etiam rationi consentaneum est, ut materia antiquior sit Deo: necesse est enim ut causa efficiens, priusquam ea quæ fiunt, existat & imperet.

Εἰ μὲν οὖν μέχρι τοῦ φῆσαι γεγονέναι τοὺς θεοὺς, καὶ ἐξ ὕδατος τὴν σύστασιν ἔχειν, τὸ ἀπίθανον ἦν αὐτοῖς τῆς θεολογίας, ἐπιδεδειχὼς ὅτι οὐδὲν γεννητὸν, ὃ οὐ καὶ διαλυτὸν, ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἂν [4] παρεγενόμην τῶν ἐγκλημάτων. ἐπεὶ δὲ τοῦτο μὲν, διατεθείκασιν αὐτῶν τὰ σώματα· τὸν μὲν Ἡρακλέα, ὅτι [5] θεὸς δράκων ἑλικτός· τοὺς δὲ, ἑκατόγχειρας εἰπόντες· καὶ τὴν θυγατέρα τοῦ Διὸς, ἣν ἐκ τῆς μητρὸς Ῥέας [6] ἢ Δημήτορας αὐτῆς ἐπαιδοποιήσατο, δύο μὲν κατὰ φύσιν εἶπον ἔχειν ὀφθαλμοὺς καὶ ἐπὶ τῷ μετώπῳ δύο, καὶ προτομὴν κατὰ τὸ ὄπισθεν τοῦ τραχήλου μέρος, ἔχειν δὲ καὶ κέρατα· διὸ καὶ τὴν Ῥέαν φοβηθεῖσαν τὸ παιδὸς τέρας, φυγεῖν οὐκ ἐφεῖσαν αὐτῇ τὴν θηλήν· ἔνθεν μυστικῶς μὲν Ἀθηλᾶ, κοινῶς δὲ Φερσεφόνη καὶ Κόρη κέκληται, οὐχ ἡ αὐτὴ οὖσα τῇ Ἀθηνᾷ τῇ ἀπὸ τῆς [7] κόρης λεγομένῃ· τοῦτο δὲ, τὰ πραχθέντα ἐπ' ἀκριβὲς αὐτοῖς, ὡς οἴονται, διεξεληλύθασι· Κρόνος μὲν, ὡς ἐξέτεμε τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρὸς, καὶ κατέρριψεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἅρματος, καὶ ὡς ἐτεκνοκτόνει καταπίνων τῶν παίδων τοὺς ἄρσενας· Ζεὺς δὲ, ὅτι τὸν μὲν πατέρα δήσας κατεταρτάρωσε, καθὰ καὶ τοὺς υἱεῖς ὁ Οὐρανός· καὶ πρὸς Τιτᾶνας περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησε, καὶ ὅτι τὴν μητέρα Ῥέαν ἀπαγορεύουσαν αὐτοῦ τὸν γάμον ἐδίωκε· δρακαίνης δ' αὐτῆς γενομένης, καὶ αὐτὸς εἰς δράκοντα μεταβαλὼν, συνδήσας αὐτὴν τῷ καλουμένῳ Ἡρακλειωτικῷ ἅμματι, ἐμίγη, τοῦ σχήματος τῆς μίξεως σύμβολον ἡ τοῦ Ἑρμοῦ ῥάβδος· εἶθ' ὅτι Φερσεφόνῃ τῇ θυγατρὶ ἐμίγη, βιασάμενος καὶ ταύτην ἐν δράκοντος σχήματι, ἐξ ἧς παῖς Διόνυσος αὐτῷ· [8] ἀνάγκη κἂν τοσοῦτον εἰπεῖν· τί τὸ [9] σεμνὸν ἢ χρηστὸν τῆς τοιαύτης ἱστορίας, ἵνα πιστεύσωμεν θεοὺς εἶναι τὸν Κρόνον, τὸν Δία, τὴν Κόρην, τοὺς λοιπούς; [10] αἱ διαθέσεις τῶν σωμάτων; καὶ τίς ἂν ἄνθρωπος κεκριμένος καὶ ἐν θεωρίᾳ γεγονὼς, ὑπὸ θεοῦ γεννηθῆναι πιστεύσαι ἐχίδναν; (Ὀρφεύς·

XX. Si absurda eorum theologia his finibus contineretur, ut deos generatos & ex aqua constitutos dicerent; cum demonstraverim nihil genitum esse, quod non sit dissolutioni obnoxium, ad eas quæ supersunt, criminationes progrederer. Sed nunc eorum corpora describunt, velut cum Herculem deum draC conem volubilem, & Centimanos commemorant; vel cum filiam Jovis, quam is ex ipsa matre Rhea, sive Cerere suscepit, duobus quidem secundum naturam oculis, duobus autem in fronte, ac rostro quodam in posteriore colli parte, ac præterea cornibus instructam esse dicunt: quare Rheam hoc puellæ monstro exterritam fugisse, nec ei papillam præbuisse; unde secretius quidem Athela, vulgo autem Proserpina & Core dicitur, non eadem ac Minerva, quæ a pupilla appellatur: nunc autem eorum præclare, ut ipsi existimant, gesta persequuntur; velut Saturni, ut verenda patris exsecuerit, ipsumque curru dejecerit, ac parricidio se obstrinxerit mares filios devorans: velut Jovis, ut patrem constrictum in tartara D detruserit, quemadmodum filios suos Uranus; ut bellum cum Titanibus de imperio gesserit, ac matrem Rheam ab ejus nuptiis abhorrentem persequutus sit, eaque in dracænam conversa ipse in draconem mutatus, nodo eam, ut vocant, Herculeo constringens cum ea coierit; cujus concubitus imaginem virga Mercurii designat: deinde vero ut cum filia Proserpina coierit: ex qua filium Dionysum susceperit, cum ei quoque in hac draconis forma vim intulisset. Quamobrem cum hæc ita se habeant, necesse est hæc saltem verba facere. Quid honesti aut utilis habet ejusmodi historia, ut deos esse credamus Saturnum, Jovem, Coren & ceteros? Corporumne descriptiones? At quis judicio præditus aut in rebus considerandis versaE tus viperam a Deo progenitam putet? Sic enim Orpheus:

1. Λαβόντος.] Clarom. & tres Anglicani λαβόντες. Infra unus ex Anglicanis ἀδύνατον δὲ καί.

2. Μένει.] Deest ea vox in editionibus Parisiensibus, legitur in aliis & in codicibus mss. Habent στάσις Reg. 2. Clarom. & tres Anglicani. Mox Gesnerus & Suffridus malunt τόγε γὰρ κατ' αὐτοὺς. Sed nihil mutandum.

3. Καὶ ὕλης.] Hæc verba & quæ in eamdem sententiam dicta consequuntur, desunt in Clarom. & tribus Anglicanis, in quibus legitur, δεῖ δὲ καὶ τῇ ὕλῃ τεχνίτου, οὔτε πρεσβυτέραν &c.

4. Παρεγενόμην.] Reg. 2. παραγενοίμην.

5. Θεὸς δράκων.] Hæc quoque ex Ægyptiorum hausta fontibus. Hercules enim, ut paullo ante dicebat Athenagoras, opifex est mundi, cujus ex ore ovum emissum est. At mundi opificem Ægyptii sub serpentis specie effingebant. *Hoc animal Phœnices*, inquit Philo Biblius apud Euseb. Præp. 1. cap. ult. *bonum dæmonem appellant, Ægyptii vero Cneph*. Cneph autem nomen est mundi opificis apud Ægyptios, ut modo observavimus ex Porphyrii testimonio.

6. Ἡ Δημήτορος αὐτῆς.] Sic emendavi ope codicis Claromontani quod in editis legebatur, καὶ Δήμητρος ἢ Δημήτορος τὸν αὐτῆς. Legendum putant Gesnerus & Oxoniensis editor τῆς αὐτῆς. Hinc interpretatur Gesnerus: *Eamdem enim illi faciunt*.


7. Κόρης.] Codices nonnulli κόρους. Ibidem Clarom. & tres Anglicani γενομένης, Reg. 2. γενομένη.

8. Ἀνάγκη.] Ponitur post αὐτῷ in duobus Anglicanis, & Reg. secundo.

9. Τί τὸ σεμνόν.] Uterque Bodleianus αἱ σεμνὸν ἢ αἱ χρηστόν.

10. Αἱ διαθέσεις.] Codex Suffridi εἶτα αἱ διαθέσεις; atque hæc illi scriptura plurimum probatur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



[1] Αν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὴν τεκνώσατο δεινὴν, A
Νηδύος ἐξ ἱερῆς προσιδεῖν φοβερωπὸν ἔχιδναν.
Ης χαῖται μὲν ἀπὸ κρατὸς, καλόν τε πρόσωπον
Ην ἐπιδεῖν, τὰ δὲ λοιπὰ μέρη φοβεροῖο δράκοντος
Αὐχένος ἐξ ἄκρου.)

ἢ αὐτὸν τὸν Φάνητα δέξαιτο, θεὸν ὄντα πρωτόγονον (οὗτος γάρ ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ ᾠοῦ προχυθεὶς) ἢ σῶμα ἢ σχῆμα ἔχειν δράκοντος; ἢ [2] καταποθῆναι ὑπὸ τοῦ Διὸς, ὅπως ὁ Ζεὺς ἀχώρητος γένοιτο; εἰ γὰρ μηδὲν διενηνόχασι τῶν φαυλοτάτων θηρίων (δῆλον γὰρ ὅτι ὑποδιαλλάσσειν δεῖ τῶν γηΐνων καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ὕλης [3] ἀποκρινομένων τὸ θεῖον) οὐκ εἰσὶ θεοί. τί δαὶ καὶ πρόσιμεν αὐτοῖς; ὧν κτηνῶν μὲν δίκην ἔχει ἡ γένεσις, αὐτοὶ δὲ θηριόμορφοι καὶ δυσειδεῖς.

Aut quis ipsum Phanetem primogenitum deum esse (is enim est qui primus ex ovo effusus est) aut draconis corpus ac speciem habere, aut a Jove, ut is comprehendi non posset, devoratum approbet fuisse? Nam si nihil a belluis vilissimis discrepant (liquet enim inter res terrenas & ex materia eductas, ac divinum numen interesse aliquid oportere) non sunt dii. Quid ergo ad eos adimus, qui generantur ut belluæ, facie ferina sunt & deformi?

Phanes aliam sobolem genuit horribilem
Utero ex sacro, visu terribilem viperam,
Cujus ex capite crines, ac pulcra facies
Erat visu, ceteræ partes terribilis draconis
Summo ex collo.

B

Καίτοι εἰ σαρκοειδεῖς μόνον ἔλεγον αὐτοὺς καὶ αἷμα ἔχειν [4] καὶ σπέρμα, καὶ πάθη ὀργῆς καὶ ἐπιθυμίας· καὶ τότε ἔδει λῆρον καὶ γέλωτος λόγους τούτους νομίζειν· οὔτε γὰρ ὀργὴ, οὔτε ἐπιθυμία καὶ ὄρεξις, οὐδὲ παιδοποιὸν σπέρμα ἐν τῷ Θεῷ. ἔστωσαν τοίνυν σαρκοειδεῖς, ἀλλὰ κρείττους μὲν θυμοῦ καὶ ὀργῆς· ἵνα μὴ Αθηνᾶ μὲν βλέπηται

Σκυζομένη Διῒ πατρὶ, χόλος δέ μιν ἄγριος [5] αἱρεῖ.

Ηρα δὲ θεωρῆται,

Ηρῃ δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα.

κρείττους δὲ λύπης,

Ω πόποι· ἦ φίλον ἄνδρα διωκόμενον περὶ τεῖχος, C
Οφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι. ἐμὸν δ' ὀλοφύρεται ἦτορ.

ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ [6] ἀνθρώπους ἀμαθεῖς καὶ σκαιοὺς λέγω, τοὺς ὀργῇ καὶ λύπῃ εἴκοντας· ὅταν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε [7] ὀδύρηται μὲν τὸν υἱόν,

[8] Αἴ αἴ (λέγων) ὅτε μοι Σαρπηδόνα φίλτατον ἀνδρῶν,
Μοῖρ' ὑπὸ Πατρόκλοιο Μενοιτιάδαο δαμῆναι·

[9] ἀδυνατῇ δὲ ὀδυρόμενος τοῦ κινδύνου ἐξαρπάσαι,

Σαρπηδὼν Διὸς υἱὸς, ὁ δ' οὐδ' ᾧ παιδὶ ἀμύνει,

τίς οὐκ ἂν τοὺς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μύθοις φιλοθέους, μᾶλλον δὲ ἀθέους, τῆς ἀμαθίας καταμέμψοιτο; ἔστωσαν σαρκοειδεῖς· ἀλλὰ μὴ [10] τιτρωσκέσθωσαν, μηδὲ Αφροδίτη ὑπὸ Διομήδους τὸ σῶμα, D

Οὖτά με Τυδέος υἱὸς ὑπέρθυμος Διομήδης.

ἢ ὑπὸ Αρεως τὴν ψυχὴν,

Ως ἐμὲ χωλὸν ἐόντα Διὸς θυγάτηρ Αφροδίτη

XXI. Quod si eos carnem tantum habere, & sanguinem ac semen, & iræ ac cupiditatis morbos dicerent; ne hæc quidem oratio nugarum opinionem & risum effugere deberet. Nam nec ira, nec cupiditas, nec appetitus, nec semen ad procreandum in Deum cadunt. Constent igitur ex carne, sed tamen ira & furore sint superiores, ne videatur Minerva

[a] *Succensa Jovi patri, ira autem illam vehemens ceperat.*

Nec Juno hanc speciem exhibeat:

[b] *Junonis pectus non continuit iram, sed proloquuta est.*

Sint dolore superiores:

[c] *Proh malum! certe dilectum virum fugatum circa murum*
Oculis video: meum autem angitur cor.

Ego enim etiam homines imperitos & futiles dico, si iracundiæ & dolori cedant. Sed si parens hominumque deumque lugeat filium,

[d] *Hei mihi, quod mihi Sarpedonem carissimum virorum*
Fatale est a Patroclo Menœtiade interfici!

nec possit, dum lamentatur, eum periculo eruere,

[e] *Sarpedon Jovis filius, ipse autem ne filio quidem suo auxiliatur,*

quis non eorum imperitiam incuset, qui his fabulis se deorum cultores, vel potius atheos præbent? Carnem habeant, sed ne vulnera accipiant, nec Venus corpore vulneretur a Diomede:

[f] *Vulneravit me Tydei filius superbus Diomedes.*

animo vero a Marte:

[g] *Ut me claudum Jovis filia Venus*

a Iliad. δ'. b Iliad. δ'. v. 24. c Iliad. χ'. 168. 169. d Iliad. π'. v. 434. 435. e Ibid. v. 522. f Iliad. ε'. v. 376. g Odyss. θ'. v. 308. 309.

1. Αν δὲ.] Duo Anglicani τὸν δὲ, Clarom. τὸν δὲ Φάνης ἄλλην γενεὰν. Unus ex Anglicanis habet γένεσιν. Hunc Phanetem ex ovo profusum fuisse non dixerat Athenagoras illo in loco, ubi de ovo loquutus est. Sed difficile non est intelligere, simul cum ovo prodiisse primogenitum illum deum, qui cælum & terram ovo contenta dicitur condidisse. Idcirco enim Phanes ille draconis speciem dicitur habuisse, quia mundi opifex ita effingi solebat apud Ægyptios. Phanes ille nihil aliud esse videtur quam Minerva. Hæc enim, ex patris capite, ἐκθοροῦσα, *prosiliens*, ut ait Themistius orat. 3. omnia creavit & cælum ac terram temperavit. Præterea Metis, cum prægnans Minerva esset, a Jove deglutitur, ut videre est apud Eustathium in Iliad. p. 83. ac deinde Minerva per caput Jovis erupit. Quadrat id cum Phanete, qui a Jove devoratus dicitur. Ex his patet immerito Gesnerum existimasse addendum esse τὴν Μῆτιν post ὑπὸ τοῦ Διὸς, quod quidem in interpretando sequi non dubitavit.

2. Καταποθῆναι.] Clarom. tres Anglicani καταποθῆναι. Sic etiam alius codex citatus a Ducæo.

3. Αποκρινομένων.] Clarom. & tres Anglicani ἀποκρινομένων. Sic etiam Reg. 2. ad marginem. Qui contextum Athenagoræ immutaverunt, videntur minus intellexisse vim hujus verbi ἀποκρίνεσθαι, & idcirco illud retulisse ad Deum. At verbum illud percommode dicitur de iis, quæ e materia educuntur & generantur; idque observavit Gesnerus, cujus observationem confirmat Plutarchus, quo teste apud Euseb. Præp. Evangel. lib. 1. cap. 8. Anaximander docebat infinitum esse causam mundi generationis & corruptionis. *Ex eo enim cælos eductos fuisse*, ἐξ οὗ δή φησι τούς τε οὐρανοὺς ἀποκεκρίσθαι.

4. Καὶ σπέρμα.] Deest conjunctio in utroque Regio & uno Anglicano. Paullo ante tres Anglicani τί δὲ καὶ πρόσιμεν. E

5. Αἱρεῖ.] Legitur apud Homerum ᾕρει. Perperam conjecit H. Stephanus scripsisse Athenagoram αἵρῃ & inde factum αἱρεῖ.

6. Καὶ ἀνθρώπους.] Deest conjunctio in uno ex Anglicanis. Mox editio Oxoniensis ὁ πατήρ.

7. Οδύρηται.] Clarom. ὀδύρεται.

8. Αἲ αἲ.] Legisse se ait Suffridus in antiquo codice ὤ μοι ἐγὼν, ut apud Homerum λέγων pro ἐγὼν ex incuria.

9. Αδυνατῇ.] Sic pro ἀδυνατεῖ, emendavit Fronto Ducæus qui duos codices mss. citat. Ita legendum monuerat Stephanus, atque ita legitur in Reg. 2. Sic etiam habuit prima manu Reg. 1. Retinuit ἀδυνατεῖ utraque editio Parisiensis.

10. Τιτρωσκέσθωσαν.] Ita Reg. 2. prima manu & tres Anglicani. Editi τιτρωσκέσθω. Paullo post ante hæc verba, διὰ δὲ χρόα καλὸν ἴαψεν, Gesnerus addendum putat Αρης ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ. Sed fortasse Athenagoras, ut in re notissima, necesse esse non putavit admonere hæc verba de Marte & Diomede dicta esse.

Αἰὲν ἀτιμάζει, φιλέει δ' ἀΐδηλον Ἄρηα. A

Διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαψεν.

ὁ δεινὸς ἐν πολέμοις, ὁ σύμμαχος κατὰ Τιτάνων τῦ Διὸς, ἀσθενέστερος Διομήδους φαίνεται,

Μαίνετο δ' ὡς ὅτ' Ἄρης ἐγχέσπαλος.

σιώπησον Ὅμηρε· θεὸς ἐ μαίνεται· σὺ δέ μοι κ) μιαιφόνον καὶ βροτολοιγὸν,

Ἄρες, Ἄρες, βροτολοιγὲ μιαιφόνε,

διηγῇ τὸν θεὸν, καὶ τὴν μοιχείαν αὐτῦ [1] διεξίης κ) τὰ δεσμά.

Τὼ δ' ἐς δέμνια βάντε κατέδραθον, ἀμφὶ δὲ δεσμοὶ
Τεχνήεντες [2] ἔχυντο πολύφρονος Ἡφαίστοιο.
Οὐδέ τι κινῆσαι μελέων ἦν. B

ἐ καταβάλλουσι τὸν πολὺν τῦτον ἀσεβῆ [3] λῆρον περὶ τῶν θεῶν; Οὐρανὸς ἐκτέμνεται, δεῖται καὶ καταταρταρῦται Κρόνος, ἐπανίστανται Τιτᾶνες, Στὺξ ἀποθνήσκει κατὰ τὴν μάχην. ἤδη κ) θνητὺς αὐτὺς δεικνύουσιν· ἐρῶσιν ἀλλήλων, ἐρῶσιν ἀνθρώπων.

Αἰνείας, τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε δῖ' Ἀφροδίτη
Ἴδης ἐν κνημοῖσι, θεὰ βροτῷ εὐνηθεῖσα.

Οὐκ ἐρῶσιν; οὐ πάσχουσιν; [4] ἦ γὰρ θεοὶ, ἅψεται αὐτῶν ἐπιθυμία; κἂν σάρκα θεὸς κατὰ θείαν οἰκονομίαν λάβῃ, ἤδη δοῦλός ἐστιν ἐπιθυμίας;

Οὐ γάρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, οὐδὲ γυναικὸς
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν. C
Οὐδ' ὁπότ' ἠρασάμην Ἰξιονίης ἀλόχοιο,
Οὐδ' ὅτε περ Δανάης καλλισφύρε Ἀκρισιώνης.
Οὐδ' ὅτε Φοίνικος κέρης τηλεκλειτοῖο,
Οὐδ' ὅτε περ Σεμέλης, ἐδ' Ἀλκμήνης ἐνὶ Θήβῃ.
Οὐδ' ὅτε Δήμητρος καλλιπλοκάμοιο ἀνάσσης,
Οὐδ' ὅτε περ Λητῦς ἐρικυδέος, ἐδὲ σεῦ αὐτῆς.

γεννητός ἐστι, φθαρτός ἐστιν, ἐδὲν ἔχων θεῦ. ἀλλὰ καὶ θητεύουσιν ἀνθρώποις·

Ὦ δώματ' Ἀδμήτεια, ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν.

καὶ βουκολοῦσιν·

Ἐλθὼν δ' ἐς αἶαν τήνδ' ἐβουφόρβουν [5] ξένῳ,
Καὶ τόνδ' ἔσωζον οἶκον. D

ἐκῦν κρείττων Ἄδμητος τῦ θεῦ. ὦ μάντι κ) σοφὲ, κ) προειδὼς τοῖς ἄλλοις τὰ ἐσόμενα, ἐκ ἐμαντεύσω τῦ ἐρωμένε τὸν φόνον, ἀλλὰ κ) ἔκτεινας αὐτοχειρὶ τὸν φίλον.

[6] Κἀγὼ τὸ Φοίβου θεῖον, ἀψευδὲς στόμα
Ἤλπιζον εἶναι, μαντικῇ βρύον τέχνῃ.

(ὡς ψευδόμαντιν κακίζει τὸν Ἀπόλλω ὁ Αἰσχύλος)

Ὁ δ' αὐτὸς ὑμνῶν, αὐτὸς ἐν θοίνῃ παρὼν,
Αὐτὸς τάδ' εἰπὼν, αὐτός ἐστιν ὁ κτανὼν
Τὸν παῖδα τὸν ἐμόν. — —

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως πλάνη ποιητικὴ, φυσικὸς δέ τις ἐπ' αὐτοῖς καὶ τοιῦτος λόγος,

Ζεὺς ἀργῆς, (ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς) Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ' Ἀϊδωνεὺς,
Νῆστίς θ' ἣ [7] δακρύοις τέγγει κρένωμα βρότειον. E

Semper dehonestat, amat autem perniciosum Martem.

[a] *Cutem autem pulcram dilaceravit.*

Terribilis ille in bellis & Jovis adversus Titanes auxiliator, Diomede infirmior apparet.

[b] *Furebat autem velut cum Mars hastam vibrans.*

Tace Homere: Deus non furit. Tu vero mihi & cæde inquinatum & perniciosum hominibus

[c] *Mars, Mars, pernicies hominum, cæde inquinate,*

enarras deum, & illius adulterium describis & vincula,

[d] *Illi autem in lectulum ut conscenderunt, dormierunt: vincula autem*
Fabrefacta circum fundebantur prudentis Vulcani,
Neque ullo pacto movere membra poterant.

An non plurimas illas de diis impias nugas projicient? Cælus castratur: ligatur & in tartarum præcipitatur Saturnus: insurgunt Titanes: Styx moritur in prælio: jam & mortales illos faciunt. Amant se invicem, amant homines.

[e] *Æneas, quem sub Anchise peperit diva Venus*
Idæ in vertice, Dea mortali mixta.

Nonne amant? Nonne patiuntur? Quatenus enim dii, an eos attinget cupiditas? Etiam si carnem Deus per dispensationem divinam assumat; an idcirco servus erit cupiditatis?

[f] *Non enim umquam sic mihi deæ amor, neque mulieris*
Animum pectoribus circumfusus domuit:
Neque quando captus fui amore Ixioniæ uxoris,
Neque quando Danaes formosæ Acrisii filiæ,
Neque quando Phœnicis filiæ inclyti,
Neque quando Semeles, neque Alcmenes in Thebis,
Neque quando Cereris pulchricomæ reginæ,
Neque quando Latonæ valde illustris, neque tui ipsius.

Genitus est, corruptioni obnoxius est, nec quidquam habet Dei. Quin etiam serviunt hominibus:

O regiam Admeti domum, in qua pertuli
Laudare mensas vernulis deus datas.

Et armenta pascunt:

Ingressus hanc terram, hospiti pavi boves,
Domumque servabam hanc.

Est ergo Admetus deo præstantior. O vates & sapiens, & aliis futura præsagiens, non es vaticinatus amasii cædem, sed eum ipse manibus tuis occidisti.

Cæleste Phœbi os, nescium mendacii
Ego esse credebam, augurum artibus scatens.

(ut falsum vatem Æschylus Apollinem exagitat

Qui cantat ipse, quique cœnæ ipse interest
Hæc qui ipse dixit, ipse prob superi! meum
Natum peremit.

XXII. Sed hæc forte commenta poetica; at in illis naturalis quædam ejusmodi ratio,

Juppiter velox, ut ait Empedocles, *& Juno vitalis & Pluto*
Et Nestis, quæ tingit lacrymis humanos fontes.

[a] Iliad. ε. v. 858. [b] Iliad. ε. v. 605. [c] Iliad. ε. v. 31. [d] Odyss. θ. v. 296. 297. [e] Iliad. β. v. 327. 328. [f] Iliad. ξ. v. 315.

1. Διεξίης.] Uterque Regius, duo Romani codices cum Claromontano & tribus Anglicanis habent διέξῃ. In nonnullis tamen non exstat ι subscriptum. Codex Suffridi διηξεις.

2. Ἔχυντο.] Deest in tribus Anglicanis.

3. Λῆρον.] Iidem codices λῆρον τὸν ἀσεβῆ. Legendum videtur ἐ καταβαλῦσι: sic paullo ante σιώπησον Ὅμηρε.

4. Ἦ γὰρ θεοί.] Editi ἢ γὰρ θεοὶ κ) ἐχ ἅψεται. Codex Suffridi εἰ γὰρ θεοὶ, quæ quidem illi scriptura probatur, nec non Gesnero. Codex Claromontanus ἦ γὰρ θεοί; ἅψεται &c. legendo cum interrogationis nota, quam quidem miror in hac tota verborum complexione editori Oxoniensi displicere.

5. Ξένῳ.] Legitur ξένων in Regio primo & sex aliis. Ibidem monet Oxoniensis editor legi δὲ γαῖαν in *Alceste* Euripidis ubi hæc leguntur.

6. Κἀγὼ τό.] Sic apud Eusebium Præp. lib. 13. cap. 3. Sic etiam legendum censuit Gesnerus. Editi κἀγὼ τε. Tres Anglicani cum codice Suffridi κἀγὼ τοι. Ibid. Reg. 2. & duo Anglicani habent φοῖβον.

7. Δακρύοις τέγγει κρένωμα.] Sic restituit H. Stephanus, cum antea legeretur, ut in plerisque mss. δακρύοις τ' ἐπικύρει νομῷ.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

εἰ τοίνυν Ζεὺς μὲν τὸ πῦρ, [1] Ηρα δὲ ἡ γῆ, καὶ ὁ ἀὴρ Αϊδωνεὺς, καὶ τὸ ὕδωρ Νῆστις· στοιχεῖα δὲ ταῦτα, τὸ πῦρ, τὸ ὕδωρ, ὁ ἀήρ· οὐδεὶς αὐτῶν θεὸς, οὔτε Ζεὺς, οὔτε Ηρα, οὔτε Αϊδωνεὺς· ἀπὸ γὰρ τῆς ὕλης διακριθείσης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡ τούτων σύστασίς τε καὶ γένεσις.

> Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖα, καὶ ἠέρος ἤπιον ὕψος,
> [2] Καὶ φιλίη μετὰ τοῖσιν.

ἃ χωρὶς [a] τῆς φιλίας οὐ δύναται μένειν, ὑπὸ τοῦ νείκους [3] συγχεόμενα. πῶς ἂν οὖν εἴποι τις ταῦτα εἶναι θεούς; ἀρχικὸν ἡ φιλία, κατὰ τὸν Εμπεδοκλέα· ἀρχόμενα τὰ συγκρίματα· τὸ δὲ ἀρχικὸν, κύριον· [4] ὡς ἐὰν μίαν καὶ τὴν τοῦ τε ἀρχομένου καὶ τοῦ ἄρχοντος δύναμιν θῶμεν, λήσομεν ἑαυτοὺς ἰσότιμον τὴν ὕλην τὴν φθαρτὴν καὶ ῥευστὴν καὶ μεταβλητὴν τῷ ἀγεννήτῳ καὶ ἀϊδίῳ καὶ διαπαντὸς συμφώνῳ ποιοῦντες Θεῷ. Ζεὺς, ἡ ζέουσα οὐσία, κατὰ τοὺς Στωϊκούς. Ηρα, ὁ ἀὴρ, καὶ τοῦ ὀνόματος, εἰ αὐτὸ αὐτῷ [5] ἐπισυνάπτοιτο, [6] συνεκφωνουμένου. Ποσειδῶν, ἡ πόσις. ἄλλοι δὲ ἄλλως φυσιολογοῦσιν· οἱ μὲν γὰρ ἀέρα διφυῆ, ἀρσενόθηλυν [7] τὸν Δία λέγουσιν· οἱ δὲ, καιρὸς εἰς εὐκρασίαν τρέποντα τὸν χρόνον· διὸ καὶ μόνος Κρόνον διέφυγεν. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἔστιν εἰπεῖν· εἰ ἕνα τὸν ἀνωτάτω Θεὸν, ἀΐδιόν τε καὶ ἀγέννητον νομίζετε, συγκρίματα δὲ [8] ἴσα ἡ τῆς ὕλης ἀλλαγὴ, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς ὕλης κεχωρηκὸς κατὰ τὰς παραλλάξεις [9] αὐτῆς, ἄλλο καὶ ἄλλο ὄνομα μεταλαγχάνειν φατέ· σῶμα μὲν τὰ εἴδη τῆς ὕλης τοῦ Θεοῦ γενήσεται, φθειρομένων δὲ τῶν στοιχείων κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν, ἀνάγκη συμφθαρῆναι ὁμοῦ τοῖς εἴδεσι τὰ ὀνόματα, μόνου μένοντος τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. ὧν οὖν σωμάτων φθαρτὴ ἡ κατὰ τὴν ὕλην παραλλαγὴ, τίς ἂν ταῦτα πιστεύσαι θεούς; πρὸς δὲ τοὺς λέγοντας, τὸν μὲν Κρόνον, χρόνον· τὴν δὲ Ρέαν, γῆν· τὴν μὲν, συλλαμβάνουσαν ἐκ τοῦ Κρόνου καὶ ἀποτίκτουσαν· (ἔνθεν καὶ μήτηρ [10] νομίζεται πάντων) τὸν δὲ, γεννῶντα καὶ καταναλίσκοντα· καὶ εἶναι τὴν μὲν τομὴν τῶν ἀναγκαίων, ὁμιλίαν τοῦ ἄρρενος πρὸς τὸ θῆλυ, τέμνουσαν καὶ καταβάλλουσαν σπέρμα εἰς μήτραν, καὶ γεννῶσαν ἄνθρωπον, ἐν ἑαυτῷ τὴν ἐπιθυμίαν, ὅ ἐστιν Αφροδίτη, ἔχοντα· τὴν δὲ μανίαν τοῦ Κρόνου, τροπὴν καιροῦ φθείρουσαν ἔμψυχα καὶ ἄψυχα· τὰ δὲ δεσμὰ καὶ τὸν τάρταρον, χρόνον ὑπὸ καιρῶν τρεπόμενον καὶ ἀφανῆ γινόμενον· πρὸς τοίνυν τούτους φαμέν· εἴτε χρόνος ἐστὶν ὁ Κρόνος, μεταβάλλει· εἴτε καιρὸς, τρέπεται· εἴτε σκότος, ἢ πάγος, ἢ οὐσία ὑγρὰ, οὐδὲν αὐτῶν μένει· τὸ δὲ θεῖον, καὶ ἀθάνατον καὶ ἀκίνητον καὶ ἀναλλοίωτον· οὔτε ἄρα ὁ Κρόνος, οὔτε [11] τὸ ἐπ' αὐτῷ εἴδωλον, θεός.

Si igitur Juppiter ignis, Juno terra, Pluto aer, & Nestis aqua; hæc autem elementa sunt, ignis, aqua, aer; nullus eorum deus est, nec Juppiter, nec Juno, nec Pluto: ex materia enim a Deo divisa eorum constitutio & generatio.

> *Ignis, aqua, & tellus, blandum aeris atque cacumen,*
> *Adde & amicitiam his.*

Quæ quidem sine amicitia permanere non possunt, discordia autem confunduntur. Quo pacto igitur hæc deos esse quisquam dixerit? Imperat amicitia, secundum Empedoclem; parent quæ concreta sunt: quod autem imperat, dominatum tenet. Itaque si illius quod imperat, & illius quod paret, unam & eamdem vim esse ponamus, corruptioni obnoxiam & fluxam & mutabilem materiam imprudentes ingenito & æterno & sibi semper constanti adæquabimus Deo. Juppiter, fervida essentia, secundum Stoicos: Juno aer, ipso etiam nomine, si ipsum sibi superimponatur, id sonante: Neptunus, potus. Hæc autem alii aliter ad naturam referunt: quidam enim aerem biformem, masculo-feminam appellant Jovem: alii vero tempestatem, quæ tempus serenat; unde solus Saturnum effugit. Ac cum Stoicis quidem ita licet disputare: Si unum illum Deum qui supremus & sempiternus & ingenitus est, agnoscitis; totidem autem corpora concrescere, quot materiæ mutationes fiunt, ac spiritum Dei qui materiam pervadit, pro variis ejus mutationibus aliud atque aliud nomen sortiri dicitis; corpus quidem Dei, species materiæ fient; intereuntibus autem in conflagratione elementis, necesse est una cum speciebus nomina interire, solo permanente spiritu Dei. Quorum igitur corporum secundum materiam immutatio, corruptio est, ea deos esse quis credat? Quod autem ad eos spectat, qui Saturnum tempus esse dicunt, Rheam autem terram, atque hanc quidem ex Saturno concipere & parere, (unde etiam omnium mater existimatur) hunc autem gignere & genita devorare: virilium autem abscissionem nihil aliud esse, quam viri cum muliere coitum, quo veluti resecta e viri corpore genitura in uterum demittitur, & homo cui cupiditas, id est Venus, insita est, generatur: furorem vero Saturni nihil aliud, quam temporis mutationem animata & inanimata corrumpentem: vincula & tartarum tempus esse, quod tempestatibus mutatur & evanescit: sic igitur adversus eos disceptamus: Si tempus est Saturnus, mutatur: si tempestas, vertitur: si tenebræ, aut summum frigus, aut humida natura; nihil horum permanet. Deus autem immortalis, & immobilis & immutabllis. Quocirca neque Satur-

1. Ηρα δὲ ἡ γῆ.] Plutarchus in libro de *Placit. philosoph.* sententiam Empedoclis aliter, ac Athenagoras, explanat, ac Junonem interpretatur aerem, Plutonem terram. Sed quia Juno sæpe alias ab antiquis terra dicitur, frustra immutetur Athenagoræ contextus, ut mutandum opinatus est Langus.

2. Καὶ φιλίη.] Ante hæc verba alius apud Sextum philosophum versus legitur, quem H. Stephanus apud Athenagoram omissum fuisse existimat, is nempe, Νεῖκός τ' οὐλόμενον δίχα τῶν ἀτάλαντον ἁπάντη. Ex quo nonnulli sex principia Empedocli attribuunt. Sed cum hoc loco Athenagoras sententiam Empedoclis ad duo principia revocet, nempe amicitiam quæ imperat & ea quibus imperat amicitia; hic versus non incuria librariorum, sed consilio Athenagoræ prætermissus.

3. Συγχεόμενα.] Sic plerique codices mss. Editi χεόμενα.

4. Ω'ς ἐάν.] Legendum, ut Gesnerus & editor Oxoniensis monuere, ὥστε ἐάν.

5. Ε'πισυνάπτοιτο.] Edit. Oxon. ἐπισυνάπτοιο.

6. Συνεκφωνουμένου.] Conjiciunt nonnulli legendum συμφωνουμένου.

7. Τὸν Δία.] Tres Anglicani πρὸς Δία. Clarom. πρὸς διαλέγουσιν.

8. Ισα.] Gesnerus mallet ὅσα. Idem erit sensus, si legamus, ἴσα τῇ τῆς ὕλης ἀλλαγῇ. In duobus Angl. & Clarom. 2. legitur ἡ τῆς ὕλης κεχωρηκός, ceteris omissis. Codex Æton. retinet vocem ἀλλαγή, cetera omittit.

9. Αὐτῆς.] Tres Angl. αὐτοῦ, & paullo post φατίον μὲν ὄντος.

10. Νομίζεται πάντων.] Sic plerique mss. Editi πάντων νομίζεται.

11. Τὸ ἐπ' αὐτῷ εἴδωλον.] His verbis non videtur designari simulacrum ex ære aut ligno factum, sed aliena species sub qua depingebatur Saturnus, sive ficta illa temporis imago, ad quam illius facta revocari solebant. Videtur hunc locum sic intellexisse Tertullianus, cujus verba eo libentius referam, quod & antiquis Athenagoras non plurimum cognitus fuit, & Tertulliano ejus vestigia prementi opem ac lucem afferre potest in explendis lacunis.

a Α χωρὶς κ. τ. λ.] Quamvis vitiosa non sit hujus loci interpunctio, aut interpretatio; videtur tamen utraque melius se habitura, si hunc in modum immutetur: ἃ χωρὶς φιλίας οὐ δύναται μένειν, ὑπὸ τοῦ νείκους συγχεόμενα, πῶς ἂν οὖν εἴποι τις ταῦτα εἶναι θεούς; *Quæ sine amicitia permanere non possunt, discordia autem confunduntur; hæc quomodo deos esse quispiam dixerit?* MARANUS in Emendand. p. 605.

περὶ δὲ τοῦ Διὸς, εἰ μὲν ἀήρ ἐστι γεγονὼς ἐκ Κρόνου, οὗ τὸ μὲν ἄρσεν ὁ Ζεὺς, τὸ δὲ θῆλυ Ἥρα (διὸ καὶ ἀδελφὴ καὶ γυνὴ) ἀλλοιοῦται· εἰ δὲ καιρὸς, τρέπεται. οὔτε δὲ μεταβάλλει, οὔτε μεταπίπτει τὸ θεῖον. [1] τί δεῖ πλέον λέγοντα ἐνοχλεῖν, οἳ ἄμεινον τὰ παρ' ἑκάστοις τῶν πεφυσιολογηκότων οἴδατε· ἢ οἷα περὶ τῆς φύσεως ἐνόησαν οἱ συγγραψάμενοι· ἢ ἃ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς, [2] τὴν φρόνησιν διὰ πάντων διήκουσαν φασίν· ἢ περὶ τῆς Ἴσιδος, ἣν φύσιν αἰῶνος, ἐξ ἧς πάντες ἔφυσαν, καὶ δι' ἧς πάντες εἰσὶ, [3] λέγουσιν. ἢ περὶ τοῦ Ὀσίριδος, οὗ σφαγέντος ὑπὸ Τυφῶνος τοῦ ἀδελφοῦ [4] περὶ Πελώρου τοῦ υἱοῦ, ἡ Ἴσις ζητοῦσα τὰ μέλη, καὶ εὑροῦσα ἤσκησεν εἰς ταφὴν· ἣ ταφὴ ἕως νῦν Ὀσιριακὴ καλεῖται· ἄνω γὰρ καὶ κάτω περὶ τὰ εἴδη τῆς ὕλης στρεφόμενοι, ἀποπίπτουσι [5] τῷ λόγῳ θεωρητοῦ Θεοῦ· τὰ δὲ στοιχεῖα καὶ τὰ μόρια αὐτῶν θεοποιοῦσιν, ἄλλοτε ἄλλα ὀνόματα αὐτοῖς τιθέμενοι· τὴν μὲν τοῦ σίτου σπορὰν, Ὄσιριν (ὅθεν, φασὶ, μυστικῶς ἐπὶ τῇ ἀνευρέσει τῶν μελῶν ἢ τῶν καρπῶν ἐπιλεχθῆναι τῇ Ἴσιδι, εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν) τὸν δὲ τῆς ἀμπέλου καρπὸν, Διόνυσον· καὶ Σεμέλην, αὐτὴν τὴν ἄμπελον, καὶ κεραυνὸν τὴν τοῦ ἡλίου φλόγα. [6] καί τι γὰρ πάντα μᾶλλον ἢ θεολογοῦσιν οἱ τοὺς μύθους θεοποιοῦντες, οὐκ εἰδότες ὅτι οἷς ἀπολογοῦνται ὑπὲρ τῶν θεῶν, τοὺς ἐπ' αὐτοῖς λόγους [7] βεβαιοῦσι. τί ἡ Εὐρώπη καὶ ὁ Ταῦρος καὶ ὁ Κύκνος καὶ ἡ Λήδα πρὸς γῆν καὶ ἀέρα, ἵν' [8] ἡ πρὸς ταῦτα μιαρὰ τοῦ Διὸς μίξις, ἡ γῆς καὶ ἀέρος; ἀλλ' [9] ἀποπίπτοντες τοῦ μεγέθους τοῦ Θεοῦ, καὶ [10] ὑπερκύψαι τῷ λόγῳ (οὐ γὰρ ἔχουσι συμπάθειαν εἰς τὸν οὐράνιον τόπον) οὐ δυνάμενοι, ἐπὶ τὰ εἴδη τῆς ὕλης [11] συντετήκασιν, καὶ καταπίπτοντες, τὰς τῶν στοιχείων τροπὰς θεοποιοῦσιν· ὅμοιον εἰ καὶ ναῦν τις ἐν ᾗ ἔπλευσεν, ἀντὶ τοῦ κυβερνήτου ἄγοι· ὡς δὲ οὐδὲν πλέον νεὼς, κἂν ᾖ πᾶσιν ἠσκημένη, μὴ ἐχούσης τὸν κυβερνήτην· οὐδὲ τῶν στοιχείων ὄφελος διακεκοσμημένων, δίχα τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας. ἥτε γὰρ ναῦς καθ' ἑαυτὴν οὐ πλεύσεται, τά τε στοιχεῖα χωρὶς τοῦ δημιουργοῦ οὐ κινηθήσεται.

Εἴποιτε ἂν οὖν συνέσει πάντας ὑπερέχοντες· τίνι οὖν τῷ λόγῳ ἔνια τῶν εἰδώλων ἐνεργεῖ, εἰ μή εἰσι θεοὶ ἐφ' οἷς ἱδρυόμεθα τὰ ἀγάλματα; οὐ γὰρ εἰκὸς τὰς ἀψύχους καὶ ἀκινήτους εἰκόνας, καθ' ἑαυ-

A nus, neque ejus ſimulacrum Deus eſt. Quod autem ſpectat ad Jovem, ſi is eſt ex Saturno genitus aer, cujus id quod maſculum eſt, Juppiter dicitur; quod autem femineum, Juno; (hinc ſoror & conjux) immutatur: ſi tempeſtas, vertitur. Deus autem nec mutatur, nec cadit. Sed quid attinet vobis, qui melius perſpicitis, quid eorum quiſque dixerit, qui hæc ad naturam revocarunt, plura dicentem obſtrepere; vel quid de natura ſentiant ſcriptores, exponendo; vel quid de Minerva, quam mentem omnia pervadentem eſſe dicunt; vel de Iſide, quam ævi naturam, ex qua orta omnia, & per quam exſiſtunt omnes; vel de Oſiride, quo occiſo ex Typhone fratre, Iſis ejus membra quæſivit, & inven-
B ta ſepulcro decoravit, quod ſepulcrum Oſiriacum etiamnum vocatur; vel de Horo ejus filio. Nam dum ſuſdeque circa materiæ ſpecies vertuntur, ab eo qui ratione cognoſcitur Deo, aberrant: elementa autem eorum partes deos faciunt, aliter alias appellantes: frumenti ſationem, Oſirim (hinc ajunt in myſteriis ob inventionem membrorum, ſive frugum, Iſidi acclamari, *invenimus*, *gratulemur*) vitis fructum, Bacchum, ipſam vitem Semelem, ac fulmen ſolis æſtum. Nam quidvis potius quam naturam divinam ediſſerunt, qui fabulas in deos vertunt: in quo quidem non vident iis quæ ad eorum defenſionem adhibent, confirmari quæ de diis dicuntur. Quid Europa & Taurus, Cycnus & Leda
C ad terram & aerem, ut Jovis nefarius cum iſtis coitus, terræ & aeris coitus ſit? Sed cum a Dei magnitudine aberraverint, nec ratione altius ferri poſſint (non enim tenentur cæleſtis loci cognatione) circa materiæ ſpecies tabeſcunt, ac humi affixi mutationes elementorum deos faciunt; velut ſi quis navem in qua navigat, gubernatoris habeat loco. Sed ut navis, etiamſi omnibus rebus inſtructa ſit, nihil tamen prodeſt, niſi gubernatorem habeat: ita nec elementa ordine adornata quidquam juvant ſine Dei providentia. Navis enim per ſe ipſa non navigabit: elementa ſine opifice non movebuntur.

D XXIII. Ac vos quidem dicetis, cum intelligentia præſtetis omnibus: Qua ergo ratione ſimulacra nonnulla, ſi dii non ſunt ii, quibus ea ſtatuimus, efficacia prædita ſunt? Neque enim veriſimile eſt inanimas &

Sic igitur Tertullianus lib. 2. ad Nat. cap. 12. *Aut Saturnus fuit, aut tempus. Quomodo Saturnus*, ſi tempus? Aut ſi Saturnus, *quomodo tempus? Utrumque enim non potes corporale in eo confirmare. Quid autem prohibuit tempus coli in ſua qualitate*, & non in ſpecie *hominis; aut fabulam hominis in ſua ſpecie, non in temporis* qualitate? *Quid ſibi vult intellectio iſta, niſi fœdas materias mentitis argumentationibus colorare? Saturnum neque ideo quid .... tempus* (neque adeo qui Deum dicis, das eſſe tempus) *aut dum eum tempus facis, jam nec hominem vis fuiſſe*.

1. τί δεῖ.] τί δὲ Reg. 2. Clarom. & 2. Angl. Addendum ὑμῖν poſt verbum exiſtimat Geſnerus: ſed ea vox facile
E ſuppletur.

2. Τὴν φρόνησιν.] Legendum ἣν φρόνησιν. Mox tres Anglic. τὴν φύσιν. Ibidem Reg. 2. & tres Anglic. καὶ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς pro ἢ ἃ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς. In Reg. 1. ἢ περὶ Ἀθηνᾶς & ἃ ſupra lineam.

3. Λέγουσιν.] Ita tres Angl. & Clarom. cum Ducæo & Oxon. Aliæ editiones λέγοντες. Geſnerus bis legit πάντα.

4. Περὶ Πελώρου.] Sæpe librarii eamdem ſyllabam, eamdemque vocem bis ſcripſere imprudentes. Sæpe etiam eorumdem incuria nonnullæ voces e ſua ſede in aliam migrarunt. Utrumque vitium videtur huic corruptiſſimo loco accidiſſe. Crediderim enim ſcripſiſſe Athenagoram ἢ περὶ Ὥρου, unde factum a librariis, præpoſitione ob negligentiam repetita, περὶ Πελώρου, atque has voces collocandas eſſe poſt καλεῖται. Si cui minus placeant hæ conjecturæ, legere poterit cum Suffrido μετ' Ὥρου pro περὶ Πελώρου. Notum eſt enim ex Plutarcho lib. de Iſide cap. 5. ut idem vir eruditus obſervat, Iſidem, ubi didicit diſperſa a Typhone membra Oſiridis fuiſſe, Butim veniſſe, ubi educabatur Horus, quem probabile eſt a matre aſſumtum, ut Oſiridis membra ſimul quærerent.

5. Τῷ λόγῳ.] Melius fortaſſe, ut conjicit Geſnerus, τοῦ λόγου.

6. Καί τι γάρ.] Legendum καὶ τοί γε, ut monuit Geſnerus. Ibidem Reg. uterque εἰ θεολογοῦσιν. Deeſt ἢ in Clarom. & tribus Anglicanis.

7. Βεβαιοῦσι.] Tres Anglicani præmittunt οὐ. Sic etiam Reg. 2. Sed alia manu ſupra lineam. Ibidem Clarom. ἐπ' αὐτοῖς.

8. Ἡ πρὸς ταῦτα.] Legit Geſnerus πρὸς ταύτας. Legendum videtur ἡ πρὸς ταύτας ... ἢ γῆς.

9. Ἀποπίπτοντες.] Sic editiones Ducæi & Oxonienſis, & codices Clarom. & Suffridi & duo Anglicani & Reg. ſecundus alia manu. In aliis & mſs. ἀποπίπτοντας.

10. Ὑπερκύψαι.] Sic editio Oxon. cum codicibus Reg. 2. Clarom. tribus Anglic. & Suffridi. Eodem verbo utitur Athenagoras infra n. 26. Aliæ editiones ὑποκύψαι.

11. Συντετήκασιν.] Sic uterque Regius codex, quibus favent alii codices. Legitur enim in uno ex Romanis Συντετήκασιν, In alio συντετήκασιν, in duobus Anglicanis συντεθείκασιν. Editi συνεστήκασι. Scriptura, quam in contextum recepimus, quæque infra iterum occurrit n. 26 confirmatur his Theodoreti verbis, 1. adv. Græcos p. [illegible] μόνοις γὰρ τοῖς ὁρατοῖς συντετήκατε καὶ τὰ χειρόκμητα [illegible] σέβοντες τὴν περὶ τῆς ἀοράτου φύσεως διδασκαλίαν οὐ δέχ[illegible] *Solis enim viſibilibus rebus intabeſcitis & manufacta ſi[illegible] cra venerantes, doctrinam de inviſibili natura [illegible]*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

τὰς ἰσχύειν χωρὶς τοῦ κινοῦντος. τὸ μὲν δὴ κατὰ τόπους καὶ πόλεις καὶ ἔθνη γίγνεσθαί τινας ἐπ' ὀνόματι εἰδώλων ἐνεργείας, οὐδ' ἡμεῖς ἀντιλέγομεν· οὐ μὴν εἰ ὠφελήθησάν τινες, καὶ αὖ ἐλυπήθησαν ἕτεροι, θεοὺς [1] νομιοῦμεν τοὺς ἐφ' ἑκάτερα ἐνεργήσαντας. ἀλλὰ καὶ ᾧ λόγῳ νομίζετε ἰσχύειν τὰ εἴδωλα, καὶ τίνες οἱ ἐνεργοῦντες, ἐπιβατεύοντες αὐτῶν τοῖς ὀνόμασιν, ἐπ' ἀκριβὲς [2] ἐξητάκαμεν. ἀναγκαῖον δέ μοι μέλλοντι δεικνύειν τίνες οἱ ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις ἐνεργοῦντες, καὶ ὅτι μὴ θεοί, προσχρήσασθαί τισι καὶ τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας μάρτυσι. πρῶτος Θαλῆς [3] διαιρεῖ (ὡς οἱ τὰ ἐκείνου διαιροῦντες, ἀκριβοῦντες μνημονεύουσιν) εἰς θεὸν εἰς δαίμονας, εἰς ἥρωας. ἀλλὰ θεὸν μὲν, τὸν νοῦν τοῦ κόσμου ἄγει, δαίμονας δὲ οὐσίας νοεῖ ψυχικάς· καὶ ἥρωας, τὰς κεχωρισμένας ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων, ἀγαθοὺς μὲν, τὰς ἀγαθάς, κακοὺς δὲ, [4] τὰς φαύλας. Πλάτων δὲ τὰ ἄλλα ἐπέχων, καὶ αὐτὸς εἴς τε τὸν ἀγέννητον θεόν, καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦ ἀγεννήτου εἰς κόσμον [5] τὸν οὐρανοῦ γεγονότας, τούς τε πλάνητας καὶ τοὺς ἀπλανεῖς ἀστέρας, καὶ εἰς δαίμονας τέμνει. περὶ ὧν δαιμόνων αὐτὸς ἀπαξιῶν λέγειν, τοῖς περὶ αὐτῶν εἰρηκόσιν προσέχειν ἀξιοῖ. περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν, καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐγγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς [6] γέ που τοὺς ἑαυτῶν προγόνους [7] εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, κἄνπερ ἄνευ εἰκότων καὶ ἀναγκαίων ἀποδείξεων [8] λέγωσι. ἀλλ' ὡς οἰκεῖα φασκόντων ἀπαγγέλλειν, ἑπομένους τῷ νόμῳ πιστευτέον. οὕτως οὖν κατ' ἐκείνους καὶ ἡμῖν ἡ γένεσις [9] περὶ αὐτῶν τῶν θεῶν ἐχέτω, καὶ λεγέσθω· Γῆς τε καὶ Οὐρανοῦ παῖδες Ὠκεανός τε καὶ Τηθὺς [10] ἐγεννήθησαν· τούτων δὲ, [11] Φόρκυς, Κρόνος τε καὶ Ῥέα, καὶ ὅσοι μετὰ τούτων· ἐκ δὲ Κρόνου τε καὶ Ῥέας, Ζεὺς Ἥρα τε, καὶ πάντες, οὓς ἴσμεν πάντας ἀδελφοὺς λεγομένους αὐτῶν· ἔτι τε [12] τούτων ἄλλους ἐκγόνους. ἆρ' οὖν ὁ τὸν ἀΐδιον νῷ καὶ λόγῳ καταλαμβανόμενον [13] Θεόν, καὶ τὰ ἐπισυμβεβηκότα αὐτῷ [14] ἐξειπεῖν, τὸ ὄντως ὄν, τὸ μονοφυές, τὸ ἀγαθὸν ἀπ' αὐτοῦ [15] ἀποχεόμενον, ὅπερ ἐστὶν ἀλήθεια· καὶ περὶ πρώτης δυνάμεως· καὶ ὡς περὶ τὸν

A immobiles statuas quidquam per seipsas posse nemine movente. Ac variis quidem in locis & civitatibus & gentibus nonnullos edi sub nomine simulacrorum effectus, ne nos quidem inficiamur. Non tamen si qui adjuti sunt ac rursus alii male affecti, pro diis habebimus eos, qui in utramque partem operati sunt. Sed qua ratione fiat ut simulacra aliquid posse existimetis, & quinam in eis operentur, nomina eorum sibi arrogantes, accurate vestigavimus. Necesse autem mihi est demonstrare instituenti quinam sint ii qui in simulacris operantur, & cur dii non sint, nonnullos etiam ex philosophia testes præmittere. Primus Thales, ut accurate commemorant qui ejus disputationes digerunt, dividit in Deum, in dæmo- B nes, in heroes. Ac Deum quidem mundi mentem existimat: dæmones autem essentias animales: heroes vero animas hominum separatas, bonos quidem bonas, malos autem malas. Plato autem qui cetera quidem assensum cohibet, idem tamen in Deum ingenitum, & in facta ab ingenito ad ornatum cæli tum errantia tum fixa sidera, & in dæmones dividit. De dæmonibus autem dicere recusans, eos audiri jubet qui de iis dixerunt. *De ceteris*, inquit, *dæmonibus dicere, eorumque generationem pernoscere vires nostras superat. Credendum autem his, qui priores dixerunt, deorum, ut ipsi narraverunt, posteris, qui majores suos probe noverant. Fides ergo deorum filiis derogari non potest,* C *etiamsi absque probabilibus & necessariis demonstrationibus dicant: sed ut res domesticas narrare se profitentibus, ita ut lex jubet, credendum. Sic igitur, ut illis placet, de eorum generatione teneamus & dicamus: Ex Terra & Cælo filii geniti sunt Oceanus & Thetys: ex istis Phorcys & Saturnus & Rhea, & reliqui eorum fratres: ex Saturno autem & Rhea, Juppiter & Juno, & quoscumque horum fratres dici novimus, aliosque præterea ex istis genitos.* Num igitur qui æternam mentem & Deum qui ratione cognoscitur, contemplatus fuerat, & quæ ei congruunt explicuerat, nempe id quod vere est, quod uniusmodi est, bonum ab eo emanans, id est, veritatem: item de prima potestate, & quemadmodum *circa omnium Regem sint omnia,*

D

1. Νομιοῦμεν.] Clarom. tres Anglicani & Suffridi codex νοοῦμεν: quod quidem Suffrido magis arridet. Tatianus n. 18. Justini auctoritate fretus effectus dæmonum eo redigit, *ut morbo quem inflixerunt deleto, hominem pristinæ valetudini restituant;* non absimiles hac in re latronibus, qui quos ceperunt, pretio restituunt. Tertullianus, Justinum & Tatianum imitatur, cum ait Apolog. cap. 22. *Lædunt enim primo, dehinc remedia præcipiunt, ad miraculum nova, sive contraria, post quæ desinunt lædere & curasse creduntur.* Huc spectat quod Minucius Felix cap. 27. & S. Cyprianus de Idol. Van. dicunt, dæmones *remissis quæ constrinxerant* videri curasse. Lactantius l. 2. c. 15. *Prodesse enim eos putant, cum nocere desinunt, qui nihil possunt quam nocere.* Eusebius lib. 5. Præp. Evang. dæmones hominibus illudere existimat cum multis aliis artibus, tum *curationibus corporum, quæ postquam propria sua dæmonum operatione læserunt, rursus iidem, dum lædere desinunt, morbis solutos relinquunt:* θεραπείαις τε σωμάτων, ἃ διὰ τῆς οἰκείας αὐτῶν δαιμονικῆς ἐνεργείας ἀφανῶς αὐτοὶ λυμαινόμενοι, πάλιν οἱ αὐτοὶ διὰ τῆς ἐξ αὐτῶν ἀνέσεως ἐλευθέρους τῶν παθῶν ἠφίεσαν. Inter hos omnes scriptores convenit, morbos interdum immitti a dæmonibus, neque ea res Scripturam reverentibus dubia esse possit; sed dum dicunt ea a dæmonibus sanari quæ læserant, id de morbis per inanem speciem immissis & eodem modo sanatis intelligunt. Neque enim morbi qui languorem afferrent, & ea quæ ad sensuum perfunctiones necessaria sunt, immutarent, solo dæmonum discessu, & eorum quæ constrinxerant, remissione sanari dicerentur. Præterea iidem scriptores, ut infra videbimus ad n. 27. totam rem inanibus visis & somniis magna ex parte perfici declarant. Dubitat Irenæus an magi dæmones a se immissos ejicere possint, nedum morbos, Deo permittente, inflictos sanare. *Nec enim cæcis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes dæmones effugare, præter eos qui ab ipsis immittuntur, si tamen & hoc faciunt*, lib. 2. c. 31. n. 2.

2. Ἐξητάκαμεν.] Gesnerus mallet ἐξετάσωμεν.

3. Διαιρεῖ.] Idem Gesnerus addi posse non incommode existimat θεῖον: sed satis est illud subintelligere. In codice Suffridi post verbum διαιρεῖ addebatur οὐσίας τὰς λογικάς. Libentius assentior Gesnero verbum διαιροῦντες satis incommode ibidem occurrere, ac multo nitidiorem fore orationem, si expungeretur.

4. Τὰς φαύλας.] Uterque Regius τοὺς φαύλους. Duo Romani τοὺς φαύλους. Frustra Suffridus legendum putat τοὺς κακούς, ut similibus respondeant.

5. Τὸν οὐρανοῦ.] Unus ex Anglic. τοῦ οὐρανοῦ, quod Gesnero magis placet.

6. Γέ που.] Reg. 2. & tres Angl. γέ τοι. Legitur δέ που apud Platonem edit. Francofurt. in Timæo, unde hæc desumta.

7. Εἰδόσιν.] Legitur εἰδότων in octo codicibus mss. nempe utroque Reg. utroque Rom. Orat. & tribus Angl. Sic etiam habet Clemens Alexandrinus Strom. 5. pag. 589. qui E quidem hunc Platonis locum ad Prophetas nostros violenter detorquet.

8. Λέγωσιν.] Legitur λέγουσιν apud Platonem.

9. Περὶ αὐτῶν τῶν θεῶν.] Gesnerus scribi vult καὶ περὶ τούτων τῶν θεῶν, quomodo scriptum in ms. & excuso Platonis codice, quo usus est Suffridus. At in Bodl. & Æton. & in edit. Platonis Francofurt. legitur περὶ τούτων τῶν θεῶν. DECHAIR.

10. Ἐγεννήσθησαν.] Legitur ἐγεννήθην apud Platonem.

11. Φόρκυς.] Codices nonnulli Φόρκος, & sic edit. Oxon. Ibidem apud Plat. Φόρκυς τε καὶ Κρόνος καὶ Ῥέα.

12. Τούτων.] Plat. τοὺς τούτων.

13. Θεόν.] Reg. 2. θεῖον. Tres codices Anglicani λαμβανόμενον.

14. Ἐξειπεῖν.] Legendum ἐξειπών, ut monuit Gesnerus. Ibidem frustra Suffridus legendum putat τὸ ἀϊδίως ὂν pro τὸ ὄντως ὄν, quamvis ita invenerit in suo codice ms.

15. Ἀποχεόμενον.] Reg. 2. & duo Angl. ἐπιχεόμενον.

πάντων βασιλέα πάντα ἐστὶ, καὶ ἐκείνου ἕνεκεν πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον πάντων· καὶ περὶ δύο καὶ τρία· δεύτερον δὲ περὶ τὰ δεύτερα· καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα· περὶ τῶν ἐκ τῶν αἰσθητῶν γῆς τε καὶ οὐρανοῦ λεγομένων γεγονέναι, μεῖζον ἢ καθ᾽ ἑαυτὸν τἀληθὲς μαθεῖν ἐνόμισεν; ἢ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν; ἀλλ᾽ ἐπεὶ ἀδύνατον γεννᾷν καὶ ἀποκυΐσκεσθαι θεοὺς ἐνόμισεν, ἑπομένων τοῖς γιγνομένοις τελῶν, καὶ τὸ τούτου ἀδυνατώτερον, μεταπεῖσαι τοὺς πολλοὺς ἀβασανίστως τοὺς μύθους παραδεχομένους· διὰ ταῦτα μεῖζον ἢ καθ᾽ ἑαυτὸν γνῶναι καὶ εἰπεῖν ἔφη περὶ τῆς τῶν ἄλλων δαιμόνων γενέσεως, οὔτε μαθεῖν, οὔτε ἐξειπεῖν γεννᾶσθαι θεοὺς [1] δυναμένους. καὶ τὸ εἰρημένον [2] αὐτῷ· ὁ δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, ἐλαύνων πτηνὸν ἅρμα, πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῷ δὲ ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε καὶ δαιμόνων· οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀπὸ Κρόνου λεγομένου ἔχει Διός. ἔστι γὰρ ἐν τούτῳ ὄνομα τῷ ποιητῇ τῶν ὅλων· δηλοῖ δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων· [3] ἑτέρῳ σημαντικῷ προσειπεῖν αὐτὸν οὐκ ἔχων, τῷ δημώδει ὀνόματι, οὐχ ὡς ἰδίῳ τοῦ Θεοῦ, ἀλλ᾽ εἰς σαφήνειαν, ὅτι μὴ δυνατὸν εἰς πάντας φέρειν [4] κατὰ δύναμιν τὸν Θεὸν, προσεχρήσατο, ἐπικατηγορήσας τὸ μέγας· ἵνα διαστείλῃ τὸν οὐράνιον ἀπὸ τοῦ [a] χαμάθεν, τὸν ἀγέννητον ἀπὸ τοῦ γεννητοῦ, τοῦ νεωτέρου μὲν οὐρανοῦ καὶ γῆς, νεωτέρου δὲ Κρητῶν, οἳ ἐξέκλεψαν αὐτὸν, μὴ ἀναιρεθῆναι ὑπὸ τοῦ πατρός.

[5] Τί δαὶ δεῖ πρὸς ὑμᾶς πάντα λόγον κεκινηκότας, ἢ ποιητῶν μνημονεύειν, ἢ καὶ ἑτέρας δόξας ἐξετάζειν; τοσοῦτον εἰπεῖν ἔχοντι· εἰ καὶ μὴ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι ἕνα μὲν εἶναι ἐπεγίνωσκον Θεὸν, περὶ δὲ τούτων, οἱ μὲν ὡς περὶ δαιμόνων, οἱ δὲ ὡς περὶ ὕλης, οἱ δὲ ὡς περὶ ἀνθρώπων γενομένων ἐφρόνουν, ἡμεῖς τε ἂν εἰκότως [6] ξενηλατούμεθα, διαιρετικῷ λόγῳ, καὶ περὶ Θεοῦ καὶ ὕλης καὶ περὶ τῆς τούτων οὐσίας κεχρημένοι. ὡς γὰρ Θεὸν φαμὲν, καὶ υἱὸν τὸν λόγον αὐτοῦ, καὶ [7] πνεῦμα ἅγιον, ἑνούμενα μὲν [8] κατὰ δύναμιν, τὸν πατέρα, τὸν υἱὸν, τὸ πνεῦμα, ὅτι νοῦς, λόγος, σοφία, υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ ἀπόρροια, ὡς φῶς ἀπὸ πυρὸς, τὸ πνεῦμα· οὕτως καὶ ἑτέρας εἶναι δυνάμεις κατειλήμμεθα περὶ τὴν ὕλην ἐχούσας [9] καὶ δι᾽ αὐτῆς, μίαν μὲν, τὴν ἀντίθεον· οὐχ ὅτι ἀντιδοξοῦν τι ἐστὶ τῷ Θεῷ, ὡς τῇ φιλίᾳ τὸ νεῖκος, κατὰ τὸν Εμπεδοκλέα· καὶ τῇ ἡμέρᾳ νὺξ, κατὰ τὰ φαινόμενα (ἐπεὶ κἂν εἰ ἀνθειστήκει τι τῷ Θεῷ, ἐπαύσατο τοῦ εἶναι, λυθείσης αὐτοῦ τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει καὶ ἰσχύϊ τῆς συστάσεως) ἀλλ᾽ ὅτι τῷ τοῦ Θεοῦ ἀγαθῷ; ὃ [10] κατὰ συμβεβηκός ἐστιν αὐτῷ, καὶ συν-

A *ejusque causa omnia, & ipse omnium causa*: quemadmodum circa duo & tria, *secundum circa secunda, tertium circa tertia*: num is, inquam, de iis qui ex rebus sub sensum cadentibus, cælo & terra, geniti feruntur, verum perdiscere majus esse viribus suis existimavit? An potius id prorsus dici non potest? Sed quia fieri non posse intelligebat, ut gignant & gignantur dii, quippe cum genita finis consequatur; illud autem adhuc difficilius esse, ut vulgus quod fabulas inconsiderate adscivit, dedoceatur: propterea majus viribus suis esse dixit, de ceterorum dæmonum generatione pernoscere ac disserere, cum deos generari nec cogitare posset nec dicere. Quod autem ab eo dictum est, *Rex magnus in cælo Juppiter volucrem currum agens, primus gradi-* B *tur exornans omnia & gubernans: hunc autem sequitur exercitus deorum & dæmonum*: id de illo non dictum est Jove, qui ex Saturno ortus dicitur. Hoc enim Jovis nomine universorum opifex designatur; idque demonstrat ipse Plato, qui cum eum alio nomine appellare non haberet, populari, non ut Dei proprio, sed ad perspicuitatem, quia de Deo apud omnes pro viribus disseri non potest, usus est vocabulo, addito magni nomine, ut cælestem a terrestri, ingenitum secerneret a genito, qui cælo & terra posterior est, ac ipsis etiam Cretensibus posterior, a quibus subreptus est ne occideretur a patre.

XXIV. Sed quid necesse est apud vos, qui in omni C doctrina versati estis, aut poetarum meminisse, aut alias sententias exquirere? cum paucis ita possim dicere: Si philosophi & poetæ unum quidem Deum esse non agnoscerent, nec de istis diis ita sentirent, ut eos alii dæmones esse, alii materiam, alii homines fuisse dicant; non deesset causa cur exagitaremur, qui Deum & materiam, ac utriusque naturas discernimus. Quemadmodum enim Deum dicimus & Filium ipsius, & Spiritum sanctum, unitos secundum virtutem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, quia mens, Verbum & sapientia filius patris, effluvium autem, ut lumen ab igne, Spiritus; sic alias esse potestates accepimus, quæ circa materiam & ope materiæ principatum exercent: unam quidem Deo D inimicam; non quod Deo quidquam adversetur, ut amicitiæ discordia secundum Empedoclem; nox diei, ut oculis cernimus (si quid enim Deo adversaretur, esse desiisset, Dei potentia & vi dissolutum) sed quia Dei bono, quod ei adjunctum est & ei coexsistit, ut

1. Δυναμένους.] Legendum δυνάμενος Suffridus & Gesnerus monuerunt.
2. Αὐτῷ.] Reg. 2. τούτῳ.
3. Ετέρῳ.] Gesnerus putat addendum esse γάρ. Idem erit sensus si legamus ὡς ἑτέρῳ.
4. Κατὰ δύναμιν.] Immerito has voces expungit Gesnerus nisi addatur ἀνθρωπίνην. Neque Gesnerus hunc locum intellexit, quem ita reddit: *Deum enim summum illum in vulgus efferre, homini possibile non est:* neque ipse Oxoniensis editor, qui sic emendat: *quod fieri non possit, ut pro potentia Deum vulgo patefaciamus.* Non viderunt eruditi viri Athenagoram non suis verbis loqui, sed Platonis, qui difficultatem Dei apud omnes prædicandi, non ex Dei majestate infinita, non ex prædicantis imbecillitate repetit, sed ex malo audientium affectu; quos læderet ejusmodi prædicatio. Unde Athenagoras impossibile esse statuit ex Platonis sententia, id est, valde periculosum, apud omnes Deum pro viribus prædicare, seu quod idem est, in vulgus efferre quidquid de Deo mens acutior investigaverit. Respicit igitur ad hæc verba Platonis, supra citata n. 6. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.
5. Τί δαί.] Reg. 2. & tres Anglicani τί δέ. Quod sequitur ad ipsum referri posset in hunc modum: *Quid attinet apud vos, omne doctrinæ genus scrutando aut poetarum meminisse* &c. Illud κεκινηκότας affine est, ut observat Gesnerus, proverbio, *omnem lapidem movere*, satisque convenit homini argumenta undique exquirenti ad causæ defensionem. Ita hunc locum intellexit Suffridus, unde etiam paullo post legit εἰπεῖν ἔχοντας.
6. Ξενηλατούμεθα.] Legendum ξενηλατοίμεθα, vel ἐξενηλατούμεθα monet Stephanus. Quamquam ei magis placet ut legatur, εἰ καὶ οἱ ποιηταὶ . . . ἀνεικότως ξενηλατούμεθα.
7. Πνεῦμα.] Tres Anglic. ἅγιον πνεῦμα.
8. Κατὰ δύναμιν.] Frustra Gesnerus legere mallet τρία μὲν κατὰ δύναμιν, ἑνούμενα δὲ κατ᾽ οὐσίαν. Δύναμις hoc loco idem est ac οὐσία, & *divinitas*.
E 9. Καὶ δι᾽ αὐτῆς.] Valde mihi displicent hæc verba, quæ commodum sensum non videntur assequi posse, sive cum Gesnero reddamus, *quæ vel circa materiam vel intra eam versantur*, sive cum Lango, *circa materiam versantes & per eam consistentes*. Sed si pro ἐχούσας legamus ἀρχούσας, quæ quidem levissima est immutatio; paucis verbis expressam habebimus totam Athenagoræ de angelis sententiam, quos & materiæ præfectos fuisse, & quidquid juvant aut nocent, per materiam id præstare mox docebit. Ita interpretari coactus sum, cum aliter commodam sententiam elicere non possem.
10. Κατὰ συμβεβηκός.] Sic etiam supra num. 23. ὡς συμβεβηκότα αὐτῷ. Quæ quidem loquendi ratio interdum significat accidens; unde Clemens Strom. 5. p. 587. Deus μήτε συμβεβηκός τι, μηδὲ ᾧ συμβέβηκέν τι: *Neque est acci[illegible], neque ei quidquam accidit.* Sed tamen eadem voce interdum ea, quæ alicui rei necessario conveniunt, sive attri-

a Χαμάθεν] Oxoniensis editor Dechairus reposuit in textu χαμᾶθεν ex duobus mss. Bodleiano & Ætonensi.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

A ὑπάρχον, ὡς χρόα σώματι, οὗ ἄνευ οὐκ ἔστιν (οὐχ ὡς μέρους ὄντος, ἀλλ' ὡς κατ' ἀνάγκην συνόντος παρακολουθήματος ἡνωμένου καὶ [1] συγκεχρωσμένου· ὡς τῷ πυρὶ, ξανθῷ εἶναι, καὶ τῷ αἰθέρι, κυανῷ) ἐναντίον ἐστὶ τὸ περὶ τὴν ὕλην ἔχον πνεῦμα, γενόμενον μὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καθὸ οἱ λοιποὶ ὑπ' αὐτοῦ γεγόνασιν ἄγγελοι, καὶ τὴν ἐπὶ τῇ ὕλῃ καὶ τοῖς τῆς ὕλης εἴδεσι πιστευσάμενον διοίκησιν. [2] τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων σύστασις τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γέγονε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις, ἵνα τὴν μὲν παντελικὴν καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς τῶν ὅλων [3] πρόνοιαν, [4] τὴν δὲ ἐπὶ μέρους, οἱ ἐπ' αὐτοῖς ταχθέντες ἄγγελοι. ὡς δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, αὐθαίρετον καὶ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν ἐχόντων (ἐπεὶ οὐκ ἂν οὔτ' ἐτιμᾶτε τοὺς ἀγαθοὺς, οὔτ' B ἐκολάζετε τοὺς πονηροὺς, εἰ μὴ ἐπ' αὐτοῖς ἦν καὶ ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετή· καὶ οἱ μὲν, σπουδαῖοι περὶ ἃ πιστεύονται ὑφ' ὑμῶν, οἱ δὲ, ἄπιστοι εὑρίσκονται) καὶ τὸ κατὰ τοὺς ἀγγέλους ἐν ὁμοίῳ καθέστηκεν. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι αὐθαίρετοι δὴ, [5] οἷοι γεγόνασι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἔμειναν, ἐφ' οἷς αὐτοὺς ἐποίησεν καὶ διέταξεν ὁ Θεός· οἱ δὲ ἐνύβρισαν καὶ τῇ τῆς οὐσίας ὑποστάσει καὶ τῇ ἀρχῇ· οὗτός τε ὁ τῆς ὕλης καὶ τῶν ἐν αὐτῇ εἰδῶν ἄρχων, καὶ [6] ἕτεροι τῶν περὶ τὸ πρῶτον τοῦτο στερέωμα (ἴστε δὲ μηδὲν ἡμᾶς ἀμάρτυρον λέγειν, ἃ δὲ τοῖς προφήταις ἐκπεφώνηται, μηνύειν) ἐκεῖνοι μὲν, εἰς ἐπιθυμίαν πεσόντες παρθένων, καὶ ἥττους σαρκὸς εὑρεθέντες· οὗτος δὲ, ἀμελήσας, καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων γενόμενος διοίκησιν. ἐκ μὲν οὖν τῶν περὶ τὰς παρθένους ἐχόντων, οἱ καλούμενοι ἐγεννήθησαν γίγαντες. C εἰ δέ τι ἐκ μέρους εἴρηται περὶ τῶν γιγάντων καὶ ποιηταῖς λόγος, μὴ θαυμάσητε, τῆς κοσμικῆς σοφίας, [7] καὶ θεολογικῆς, ὅσον ἀλήθεια πιθανοῦ διαφέρει, διαλλαττουσῶν, καὶ τῆς μὲν, οὔσης ἐπουρανίου· τῆς δὲ, ἐπιγείου. καὶ κατὰ τὸν ἄρχοντα τῆς ὕλης,

[a] Ἴσμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὅμοια.

A color corpori, quo sine non exsistit (non quod pars illius sit, sed ut necessario coexsistens proprietas, eique insita & penitus infixa, ut igni color fulvus, ætheri cæruleus) Dei bono, inquam, contrarius est ille circa materiam spiritus, a Deo, ut ceteri Angeli, factus, ac materiæ ejusque specierum administrationi præfectus. Hoc enim consilio Angelos Deus creavit, rebus scilicet a se creatis providens, ita ut universam quidem Deus & generalem omnium procurationem gereret; eam autem quæ partes attingit, instituti ad hoc munus Angeli sustinerent. Quemadmodum autem in hominibus, qui liberam habent eligendæ virtutis aut vitii optionem (neque enim præmiis bonos, suppliciis improbos afficeretis, si penes B illos situm non esset vitium & virtus: atque alii quidem in his quæ a vobis committuntur, probi, alii autem infideles reperiuntur) sic etiam in Angelis se res habet. Alii enim, liberi scilicet, quales a Deo facti fuerant, in his permanserunt quorum causa creati a Deo fuerant, quæque illis commiserat Deus: alii vero & naturæ substantia & munere sibi commisso abusi sunt; iste videlicet materiæ ejusque specierum princeps, & alii circa primum hoc firmamentum constituti: (scitis autem nihil nos sine testibus dicere: sed quæ a Prophetis prædicata sunt, exponere) isti quidem in virginum cupiditatem lapsi, & carnis amore superati; ille autem in rerum sibi commissarum administratione negligens & improbus. Ex C his igitur virginum amatoribus nati sunt ii, qui vocantur gigantes: de quibus si qua ex parte ipsi quoque poetæ loquuti sunt, ne miremini; cum divina sapientia tantum distet a mundana, quantum verum a probabili; atque hæc quidem cælestis, ista vero terrena sit. Nam secundum materiæ principem,

Scimus falsa loqui non pauca simillima veris.

Οὗτοι τοίνυν οἱ ἄγγελοι οἱ ἐκπεσόντες τῶν οὐρανῶν, περὶ τὸν ἀέρα ἔχοντες καὶ τὴν γῆν, οὐκέτι εἰς τὰ ὑπερουράνια ὑπερκύψαι δυνάμενοι· καὶ αἱ τῶν γιγάντων ψυχαὶ, οἱ περὶ τὸν κόσμον εἰσὶ πλανώμενοι δαίμονες, [8] ὁμοίας κινήσεις οἱ μὲν αἷς ἔλαβον συστάσεσιν [9] οἱ δαίμονες, οἱ δὲ αἷς ἔσχον ἐπιθυμίαις οἱ ἄγγελοι, ποιούμενοι. ὁ δὲ τῆς ὕλης ἄρχων, ὡς ἔστιν ἐξ αὐτῶν τῶν D γινομένων ἰδεῖν, ἐναντία τῷ ἀγαθῷ τοῦ Θεοῦ ἐπιτροπεύει καὶ διοικεῖ.

XXV. Hi igitur Angeli, qui de cælo lapsi circa aerem & terram versantur, nec jam supra cælum evehi possunt; tum etiam gigantum animæ, qui errabundi sunt circa mundum dæmones, motiones excitant: isti quidem, nempe dæmones, naturæ & constitutioni quam acceperunt; hi autem, scilicet An- D geli, cupiditatibus quas sensere, congruentes. Materiæ autem princeps, ut ex ipsis rebus quæ eveniunt, cernere est, contrariam Dei bono administrationem & procurationem exercet.

buta significantur, velut cum ait Eusebius Demonstrat. Evangel. lib. 4. p. 148. Ἡ μὲν αὐγὴ οὐ κατὰ προαίρεσιν τοῦ φωτὸς ἐκλάμπει, κατά τι δὲ τῆς οὐσίας συμβεβηκὸς ἀχώριστον. *Splendor non ex luminis proposito & voluntate splendet, sed secundum quiddam, quod essentiæ inseparabiliter convenit.* Ambigua videri non debet Athenagoræ sententia, cum diserte declaret hac voce ea significari, quæ nec pars Dei esse possunt, nec ab eo separari.

1. Συγκεχρωσμένου.] Reg. 1. συγκεχραμένου.

2. Τοῦτο γάρ.] Gesnerus præmittendum putat διά.

3. Πρόνοιαν.] Heic addendum ἔχοι aut aliquod simile verbum, ut monet Gesnerus. Generalis illa providentia quam Deo tribuit Athenagoras, non sic accipienda est, E quasi rebus particularibus ita præficiat legatos suos, ut nullam ipse illarum procurationem gerat. Tam stulta opinio non potest affingi Athenagoræ, qui infra lib. de Resur. n. 18. pronuntiat *nihil neque in cælo, neque in terra a gubernatione & providentia Dei destitui, sed ad omnia, sive non videantur, sive videantur, sive parva sint, sive magna, pervenire creatoris solicitudinem.* Quare providentia illa generalis in eo posita, quod, cum angeli, pro naturæ suæ conditione, paucis tantum rebus providere possint, Deus omnia prorsus regat & gubernet. Unde illam providentiam Athenagoras παντελικὴν & γενικὴν vocat. Methodius apud Photium cod. 234. ita hunc locum Athenagoræ citat, ut eum non modo de providentia Dei non detrahere existimaverit, sed etiam idoneum ad Dei dominatum adstruendum judicaverit. Sic enim habet: τοῦτο γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων σύστασις τῷ Θεῷ ἐπὶ προνοίᾳ γεγονέναι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ διακεκοσμημένοις, ἵνα τὴν παντελικὴν καὶ γενικὴν ὁ Θεὸς ἔχων τῶν ὅλων πρόνοιαν, ᾖ τὸ κῦρος καὶ τὸ κράτος ἁπάντων αὐτὸς ἀνηρτημένος.

4. Τὴν δὲ ἐπὶ μέρους.] Sine causa Gesnerus legendum putat τὴν δὲ τῶν ἐπὶ μέρους.

5. Οἷοι γεγόνασιν.] Uterque Reg. & duo Angl. γεγόνασιν οἷοι. Methodius hæc describendo partim ipsa verba immutat, partim ipsam sententiam, aut saltem liberius interpretatur. Ait enim diabolum invidia in hominem concepta peccasse, ac deinde ceteros mulierum amore captos fuisse: Καὶ οἱ μὲν λοιποὶ ἐφ' ὧν αὐτοὺς ἐποίησε καὶ διετάξατο ὁ Θεὸς ἔμειναν· αὐτὸς δὲ ἐνύβρισε καὶ πονηρὸς περὶ τὴν τῶν πεπιστευμένων ἐγένετο διοίκησιν, φθόνον ἐγκισσήσας καθ' ἡμῶν· ὥσπερ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα σαρκῶν ἐρασθέντες καὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων εἰς φιλοτησίαν ὁμιλήσαντες θυγατράσιν.

6. Ἕτεροι τῶν.] Deest articulus in Regio primo. Tres Anglicani ἕτεροι τοῦ.

7. Καὶ θεολογικῆς.] Hæc ad contextus emendationem addidit Oxoniensis Editor, ex tribus desumta codicibus. Reperiuntur etiam ad marginem in Regio secundo.

8. Ὁμοίας . . . ποιούμενοι.) Hæc desunt in Clarom. & duobus Anglicanis.

9. Οἱ δαίμονες.] Legitur γίγαντες in codice Suffridi, quæ scriptura immerito ei probatur ac Gesnero. Nam gigantes Athenagoras eosdem esse ac dæmones declarat: in quo quidem facile conciliatur cum Justino, qui in Apol. 2. n. 5. dæmones ex angelorum cum mulieribus consuetudine genitos fuisse testatur.

a Ἴσμεν κ.τ.λ.] Est versus 203. Hom. *Odyss.* τ'. ab auctore nostro ad suum propositum paullo immutatus. DECHAIR.

[1] Πολλάκι μοι πραπίδων διῆλθε φροντὶς,
Εἴτε τύχα, εἴτε δαίμων τὰ βιότια κραίνει.
Παρά τ' ἐλπίδα καὶ παρὰ δίκαν
Τὺς μὲν ἀπ' οἴκων δ' ἐναπίπτοντας
Ἄτερ βίυ, τὺς δὲ εὐτυχῦντας ἄγει.

τὸ παρ' ἐλπίδα ἢ δίκην εὖ πράττειν ἢ κακῶς, ἐν ἀφασίᾳ τὸν Εὐριπίδην ἐποίησε, τίνος ἡ τοιαύτη τῶν περιγείων διοίκησις, ἐν ᾗ εἴποι τις ἄν·

Πῶς ὖν τάδ' [2] εἰσορῶντες, ἢ θεῶν γένος
Εἶναι λέγωμεν, ἢ νόμοισι χρώμεθα;

τῦτο καὶ τὸν Ἀριστοτέλη ἀπρονόητα εἰπεῖν τὰ κατωτέρω τῦ ὐρανῦ ἐποίησε, καί τοι τῆς ἀϊδίυ ἐπίσης ἡμῖν μενύσης προνοίας τῦ Θεῦ·

Ἡ γῆ δ', ἀνάγκη κἂν θέλῃ, κἂν μὴ θέλῃ,
[3] Φύυσα ποίαν τἀμὰ πιαίνει βοτά·

τῆς δ' ἐπὶ μέρους πρὸς ἀλήθειαν οὐ πρὸς δόξαν χωρούσης ἐπὶ τοὺς ἀξίους, καὶ τῶν λοιπῶν κατὰ τὸ [4] κοινὸν συστάσεως νόμῳ λόγου προνοουμένων. ἀλλ' ἐπεὶ αἱ ἀπὸ τοὐναντίου πνεύματος δαιμονικαὶ κινήσεις καὶ ἐνέργειαι τὰς ἀτάκτους ταύτας ἐπιφορὰς παρέχουσιν· ἤδη καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἄλλον ἄλλως καὶ καθ' ἕνα καὶ κατὰ ἔθνη, μερικῶς καὶ κοινῶς κατὰ τὸν τῆς ὕλης λόγον καὶ τῆς πρὸς τὰ θεῖα συμπαθείας, ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν κινῦσαι· διὰ τοῦτό τινες, ὧν δόξαι οὐ μικραὶ, ἐνόμισαν οὐ τάξει τινὶ τὸ πᾶν τῦτο συνεστάναι, ἀλλ' ἀλόγῳ τύχῃ ἄγεσθαι καὶ φέρεσθαι· οὐκ εἰδότες ὅτι τῶν μὲν περὶ τὴν τοῦ παντὸς κόσμου σύστασιν, οὐδὲν ἄτακτον οὐδὲ ἀπημελημένον, ἀλλ' ἕκαστος αὐτῶν γεγονὸς λόγῳ· διὸ οὐδὲ τὴν ὡρισμένην ἐπ' αὐτοῖς παραβαίνυσι τάξιν. ὁ δὲ ἄνθρωπος, κατὰ μὲν τὸν πεποιηκότα καὶ αὐτὸς εὐτάκτως ἔχει, καὶ τῇ κατὰ τὴν γένεσιν φύσει, καὶ ἕνα καὶ κοινὸν ἐπεχούσῃ λόγον, καὶ τῇ κατὰ τὴν πλάσιν διαθέσει, οὐ παραβαινούσῃ τὸν ἐπ' αὐτῇ νόμον, καὶ τῷ τοῦ βίυ τέλει, ἴσῳ καὶ κοινῷ μένοντι· κατὰ δὲ τὸν ἴδιον ἑαυτοῦ λόγον καὶ τὴν τῦ [5] ἐπέχοντος ἄρχοντος, ἢ τῶν παρακολυθύντων δαιμόνων ἐνέργειαν, ἄλλος ἄλλως φέρεται ἢ κινεῖται· κοινὸν πάντες τὸν ἐν αὐτοῖς ἔχοντες λογισμόν.

Καὶ οἱ μὲν περὶ τὰ εἴδωλα αὐτὺς ἕλκοντες, οἱ δαίμονές εἰσιν οἱ προειρημένοι, οἱ προστετηκότες τῷ ἀπὸ τῶν ἱερείων αἵματι, ἢ ταῦτα περιλιχμώμενοι· οἱ δὲ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκοντες θεοὶ, ἢ ταῖς εἰκόσιν ἐπονομαζόμενοι, ὡς ἐστὶν ἐκ τῆς κατ' αὐτὺς ἱστορίας εἰδέναι, ἄνθρωποι γεγόνασιν. ἢ τὺς μὲν δαίμονας εἶναι τὺς ἐπιβατεύοντας τοῖς ὀνόμασι, πίστις ἡ ἑκάστυ αὐτῶν ἐνέργεια. οἱ μὲν γὰρ ἀποτέμνυσι τὰ αἰδοῖα, οἱ περὶ τὴν Ῥέαν· οἱ δὲ ἐγκόπτυσιν ἢ ἐντέμνυσιν, οἱ περὶ τὴν Ἄρτεμιν· ἢ ἡ μὲν ἐν Ταύροις, φονεύει τὺς ξένυς. ἐῶ γὰρ τὺς ταῖς μαχαίραις ἢ τοῖς ἀστραγάλοις αἰκιζομένυς αὐτὺς λέγειν, ἢ ὅσα εἴδη δαιμόνων. ὐ γὰρ Θεῦ κινεῖν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν.

Ὅταν δ' ὁ δαίμων ἀνδρὶ πορσύνῃ κακὰ,
Τὸν νῦν ἔβλαψε πρῶτον.

ὁ δὲ Θεὸς, τελείως ἀγαθὸς ὢν, ἀϊδίως ἀγαθοποιός ἐστιν. τῦ τοίνυν ἄλλυς μὲν εἶναι τὺς ἐνεργῦντας, [6] ἐφ' ἑτέρων δὲ ἀνίστασθαι τὰς εἰκόνας, ἐκεῖνο μέγιστον τεκμήριον, Τρωὰς ἢ Πάριον· ἡ μὲν, [7] Νερυλλίνυ εἰκόνας ἔχει, ὃς ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς· τὸ δὲ Πάριον, Αλε-

A *Incerta sæpe cura mentem agitat meam,*
Casus gubernet, an Deus mortalia
Spem nempe præter, jusque præter, hos quidem
Domo excidentes, omnibus nudos bonis:
Illos fruentes rebus usque prosperis.

Hi præter spem & præter æquum prosperi aut adversi successus eo redegerant Euripidem, ut eloqui non posset cuinam adscribenda sit ejusmodi administratio eorum, quæ circa terram sunt, de qua quidem aliquis dixerit:

Ergo hæc videntes, quomodo deum genus
Dicamus esse, aut obsequamur legibus?

Id quoque Aristotelem induxit, ut quæ cælo inferiora sunt, nulla regi providentia diceret; quamvis B æterna Dei providentia nobis æquabiliter præstetur:

Coacta terra, seu velit, seu non velit,
Producit herbas, & pecus pascit meum:

quæ autem ad singulos pertinet, ad veritatem, non ad opinionem, pro meritis cujusque procedat; cetera autem secundum communem naturæ constitutionem lege rationis gubernentur. Sed quia profectæ a contrario spiritu dæmonicæ motiones & operationes hos impetus inordinatos excitant, ac homines alium aliter, singulos & universos, privatim & communiter, pro ratione materiæ & cognationis cum divinis rebus, intus & exterius movent; propterea nonnulli, quorum non levis existimatio est, nullo ordine hoc universum consistere, sed casu temerario agi & C ferri censuerunt. In quo non viderunt ex iis quidem quæ ad totius mundi constitutionem attinent, nihil inordinatum esse aut neglectum, sed unumquodque ratione fieri, unde nec præscriptum sibi ordinem transgrediuntur: hominem autem, quantum ad eum a quo factus est spectat, tum generationis natura quæ unam & communem rationem retinet, tum corporis quod formatur dispositione, quæ convenientem ipsi legem non transgreditur, tum vitæ exitu qui par & communis manet, ordinate se habere; at secundum propriam ipsius rationem, & dominantis principis, & affectantium dæmonum operationem variis modis ferri & moveri, quamvis communis insit omnibus ra- D tiocinandi facultas.

XXVI. Qui autem eos ad simulacra trahunt, ii sunt, quos jam diximus, dæmones, victimarum sanguini affixi, easque lambentes. Dii autem illi qui multis placent, quorumque nomina statuis imponentur, homines, ut cernere est ex eorum historia, fuerunt. Ac dæmones quidem in hæc nomina invadere, argumento est cujusque illorum operatio. Alii enim virilia exsecant, ut Rhea: alii vulnerant & incidunt, ut Diana: Taurica etiam hospites necat. Eos enim, qui se ipsi cultris & flagellis dilacerant, & quot sint dæmonum species prætermitto. Neque enim Dei est ad ea quæ sunt contra naturam impellere.

E *Dæmon mali quid si paret mortalibus,*
Mens primum ab illo læditur.

Deus autem cum perfecte bonus sit, perpetuo beneficus est. Alios igitur esse qui operentur, alios quibus erigantur statuæ, maximo sunt documento Troas & Parium: quarum civitatum altera statuas habet Neryllini, qui nostra vixit ætate; Parium autem Ale-

1. Πολλάκι.] Hos versus, qui inter Incert. Tragœd. Euripidis reperiuntur, ita edidimus, ut habentur in editione Oxon. Athenagoræ & Cantabrig. Euripidis. Pro ultima voce ἄγει, legendum videtur ἀεί; ita ut hæ voces τὺς μὲν, τὺς δὲ referantur ad κραίνει. Mox legendum videtur τίνος ἡ.

2. Εἰσορῶντες.] Reg. 1. & 2. Anglic. εἰσορῶντας. Mox Reg. 2. ἢ νόμοισι. Sunt etiam hi versus ex Incert. Tragœd. Euripidis.

3. Ποίαν.] Editi φύουσαν οἴαν, excepto Ducæo qui habet φύουσα ποίαν. Euripides in Cyclope, ut observat Editor Oxoniensis, τίκτουσα ποίαν. Legendum videtur ἀνάγκῃ.

4. Τὸ κοινὸν . . . . νόμῳ.] Sic uterque Reg. & Clarom. & tres Anglic. Editi τὸν κοινὸν συστάσεως νόμον.

5. Επέχοντος.] Duo Anglic. ἀπέχοντος. Ibidem deest ἄρχοντος in Clarom. Mox vox ἄλλος desumta ex editione Oxoniensi cum deesset in Parisiensibus.

6. Εφ' ἑτέρων.] Mallet Gesnerus ἐφ' ἑτέροις. Ibidem unus ex Anglic. ἄλλους μὲν εἶναι.

7. Νερυλλίνυ.] Nonnulli codices Νερυλλῖν, & ad marg. Νερυλλίνυς.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

ξάνδρου καὶ Πρωτέως. τοῦ Ἀλεξάνδρου ἔτι ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ ὁ τάφος καὶ ἡ εἰκών. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἀνδριάντες τοῦ Νερυλλίνου, κόσμημά εἰσι δημόσιον (εἴπερ καὶ τούτοις κοσμεῖται πόλις) εἷς δὲ αὐτῶν καὶ χρηματίζειν καὶ ἰᾶσθαι νοσοῦντας νομίζεται· καὶ θύουσί τε [1] δι' αὐτὰ, καὶ χρυσῷ περιαλείφουσι, καὶ στεφανοῦσι τὸν [2] ἀνδριάντα οἱ Τρωαδεῖς. ὁ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου, καὶ ὁ τοῦ Πρωτέως (τοῦτον δ' οὐκ ἀγνοεῖτε ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν) ὁ μὲν καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν· τῷ δὲ τοῦ Ἀλεξάνδρου

([a] Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, γυναιμανὲς)

δημοτελεῖς ἄγονται θυσίαι καὶ ἑορταὶ, ὡς ἐπηκόῳ θεῷ. πότερον οὖν ὁ Νερυλλῖνος καὶ ὁ Πρωτεὺς καὶ ὁ Ἀλέξανδρός εἰσιν οἱ ταῦτα ἐνεργοῦντες περὶ τὰ ἀγάλματα, ἢ τῆς ὕλης ἡ σύστασις; ἀλλ' ἡ μὲν ὕλη, χαλκός ἐστιν. [3] τί δαὶ χαλκὸς δύναται καθ' αὑτόν; ὃν μεταποιῆσαι πάλιν εἰς ἕτερον σχῆμα ἔξεστιν, ὡς τὸν ποδονιπτῆρα ὁ παρὰ τῷ Ἡροδότῳ Ἄμασις. ὁ δὲ Νερυλλῖνος καὶ ὁ Πρωτεὺς καὶ ὁ Ἀλέξανδρος, τί πλέον τοῖς νοσοῦσιν; ἃ γὰρ ἡ εἰκὼν λέγεται νῦν ἐνεργεῖν, [4] ἐνεργεῖ καὶ ζῶντος καὶ νοσοῦντος Νερυλλίνου.

A xandri & Protei. Alexandri adhuc in foro sepulcrum & simulacrum est. Ac ceteræ quidem statuæ Neryllini publicum ornamentum sunt; (si tamen his civitas ordinatur) una autem ex illis oracula edere & ægros sanare existimatur: ac propterea sacra faciunt & auro illinunt & coronant statuam Troadenses. Quod autem ad Alexandri & Protei statuas spectat (hunc autem non ignoratis se ipsum in ignem circa Olympiam injecisse) hujus etiam statua oracula dicitur edere; Alexandri autem statuæ

(*Infelix Paris, forma pulcherrime, in mulieres insaniens.*)

sacrificia publicis sumtibus & dies festi, tamquam exaudienti deo, peraguntur. Utrum igitur Neryl- B linus & Proteus & Alexander hæc circa statuas operantur, an ipsa materiæ natura? At materia æs est. Quid autem æs per se potest, quod rursus aliam in formam diffingere licet, velut pelvim ille apud Herodotum Amasis? Neryllinus autem & Proteus & Alexander quid amplius ægrotantibus afferre possunt? Nam quæ nunc statua operari dicitur, ea vivente & ægrotante Neryllino operabatur.

Τί οὖν; πρῶτα μὲν αἱ τῆς ψυχῆς ἄλογοι καὶ ἰνδαλματώδεις περὶ τὰς δόξας κινήσεις, ἄλλοτε ἄλλα εἴδωλα, τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ὕλης ἕλκουσι, τὰ δὲ αὐταῖς ἀναπλάττουσι καὶ κυοῦσι. πάσχει δὲ τοῦτο ψυχὴ μάλιστα τοῦ ὑλικοῦ προσλαβοῦσα καὶ ἐπισυγκραθεῖσα πνεύματος, οὐ πρὸς τὰ οὐράνια καὶ τὸν τούτων ποιητὴν, ἀλλὰ κάτω πρὸς τὰ ἐπίγεια βλέπουσα, καθολικῶς [5] εἰς γῆν, ὡς μόνον αἷμα καὶ σὰρξ, οὐκέτι πνεῦμα καθαρὸν γιγνομένη. αἱ οὖν ἄλογοι αὗται καὶ ἰνδαλματώδεις τῆς ψυχῆς κινήσεις, εἰδωλομανεῖς ἀποτίκτουσι φαντασίας. ὅταν δὲ ἁπαλὴ καὶ εὐάγωγος ψυχὴ, ἀνήκοος μὲν καὶ ἄπειρος λόγων ἐρρωμένων, ἀθεώρητος δὲ τοῦ ἀληθοῦς, ἀπερινόητος δὲ τοῦ πατρὸς καὶ ποιητοῦ τῶν ὅλων, [6] ἐναποσφραγίσηται ψευδεῖς [7] περὶ αὐτῆς δόξας· οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες, λίχνοι περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες, ἀπατηλοὶ δὲ ἀνθρώπων, προσλαβόντες τὰς ψευδοδόξας ταύτας τῶν πολλῶν τῆς ψυχῆς κινήσεις, [8] φαντασίας αὐτοῖς, ὡς ἀπὸ τῶν εἰδώλων καὶ ἀγαλμάτων, ἐπιβατεύοντες αὐτῶν τοῖς νοήμασιν, εἰσρεῖν παρέχουσι· καὶ ὅσα καθ' αὑτὴν, ὡς ἀθάνατος οὖσα, λογικῶς κινεῖται ψυχὴ, ἢ προμηνύουσα τὰ μέλλοντα, ἢ θεραπεύουσα τὰ ἐνεστηκότα, τούτων τὴν δόξαν καρποῦνται οἱ δαίμονες.

XXVII. Quid igitur dicendum? Primum animæ a ratione alieni & phantastici circa opiniones motus, nunc has, nunc illas imagines partim ex materia trahunt, partim sibi ipsi effingunt & pariunt. Id autem anima tum maxime patitur, cum materiæ spiritum C sibi adsciscit, eique commiscetur, non cælestia & eorum opificem considerans, sed deorsum ac terrestria, atque ad terram, ut sanguis tantum & caro, non jam purus spiritus, depressa. Illæ igitur a ratione alienæ & phantasticæ animi motiones, visa pariunt simulacrorum insaniæ congruentia. Quando autem tenera & flexilis anima, ac robustioris doctrinæ jejuna & inexperta, & veritatis contemplandæ ac Patris & opificis universorum considerandi insolens, impressa & inusta fuerit falsis de se opinionibus; tum dæmones qui circa materiam versantur, & nidores ac victimarum sanguinem liguriunt, hominesque in fraudem inducunt, adhibitis in auxilium hisce motibus qui vulgi animos ad falsas opiniones incli- D nant, perficiunt, eorum mentes invadendo, ut tamquam ex statuis & simulacris, visa ad eos inania effluant; ac quoties per se ipsa, ut pote immortalis, accommodate ad rationem anima movetur, sive futura prædicens, sive curans præsentia, horum gloriam dæmones percipiunt.

1. Δι' αὐτά.] Editor Oxoniensis legit δι' αὐτόν.

2. Ἀνδριάντα.] Duo Anglicani codices ἄνδρα.

3. Τί δαί.] Reg. 2. & duo Anglicani τί δέ. Mox iidem codices cum alio Anglic. καθ' ἑαυτόν.

4. Ἐνεργεῖ καὶ ζῶντος.] Legendum ἐνήργει. Mortuus enim erat Neryllinus, cum hæc scriberet Athenagoras, quamvis non multo ante mortuus, ut patet ex superioribus verbis, ὃς ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς. Illud etiam νῦν, *quæ nunc efficere statua dicitur*: probat legendum esse ἐνήργει, ita ut his, quæ tunc statua efficere dicebatur, ea opponantur, quæ ipso vivente & ægrotante Neryllino effecerat.

5. Εἰς γῆν.] Mallet Oxon. editor καὶ εἰς γῆν. Malim καθελκομένη εἰς γῆν.

6. Ἐναποσφραγίσηται.] Tres Anglicani codices προσφραγίσεται.

7. Περὶ αὐτῆς.] Duo Anglic. περὶ αὐτῶν.

8. Φαντασίας αὐτοῖς.] Fraudem dæmonum eodem modo exponunt alii scriptores: δι' ὀνείρων, ait Tatianus n. 18. τὴν εἰς αὐτοὺς πραγματευόμενοι δόξαν, *per somnia illis opinionem de se injiciunt*. Tertullianus Apol. 22. *Eadem igitur obscuritate contagionis*, inquit, *aspiratio dæmonum & angelorum, mentis quoque corruptelas agit furoribus, & amentiis fœdis, ac sævis libidinibus, cum erroribus variis, quorum iste potissimus, quo deos istos captis & circumscriptis hominum mentibus commendat*. Quod ait Eusebius lib. 5. Præpar. Evang. cap. 2. *Stolidos & faciles animos a dæmonibus in errorem induci nescio quibus simulacrorum motibus*, κινήσεσί τισι τῶν ξοάνων, id explicandum videtur ex verbis Athenagoræ. Illi enim simulacrorum motus aliud esse nihil videntur, quam phantasiæ illæ, quas tamquam a simulacris dæmones immittunt in animos infirmos. Similia docent Minucius Felix cap. 27. & Cyprianus qui illius verbis utitur pro suis in libro *de Vanit. Idol.* & Lactantius lib. 2. cap. 14. Quidquid autem hoc loco dicitur ab Athenagora, promissa explicatio est illorum effectuum, quos n. 23. sub nomine simulacrorum edi fatebatur. Huc autem redit tota illius E disputatio: Statuæ nihil possunt sua sponte: Neryllinus & Proteus & Alexander nihilo efficaciores: inani ergo specie dæmones hominibus illudunt. Tatianus n. 18. Justini auctoritate fretus negat dæmones sanare: Minucius & Cyprianus eo redigunt dæmonum molitiones, *ut curasse videantur*. *Nihil aliud possunt quam nocere*, inquit Lactantius lib. 2. cap. 15. Ex his autem asseverare possumus nullam prorsus fidem apud primos Christianos habuisse Cornelium Tacitum, dum narrat *Histor.* lib. 4. Alexandriæ hominem cæcum & alium manu ægrum, monitu Serapidis, ad Vespasianum confugisse, ac petente altero, *ut genas, & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento*; altero, *ut vestigio Cæsaris calcaretur*, Imperatorem Serapidi paruisse ac statim utrumque sanatum. Mox Gesnerus legit ὀνόμασι pro νοήμασι. At Tertullianus modo citatus ita hunc locum imitatur, ut legisse videatur νοήμασι.

a Δύσπαρι κ. τ. λ.] Versus est Homeri: unde Parianos Alexandrum Priami filium, qui alio nomine *Paris* dicebatur, coluisse suspicor. GESNER.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.


Ἀναγκαῖον δὲ ἴσως, κατὰ τὰ προειρημένα, περὶ τῶν ὀνομάτων ὀλίγα εἰπεῖν. Ἡρόδοτος μὲν οὖν καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Φιλίππου ἐν τῇ πρὸς τὴν μητέρα ἐπιστολῇ, (ἑκάτεροι δὲ ἐν τῇ Ἡλιοπόλει, καὶ [1] Μέμφι καὶ Θήβαις, εἰς λόγους τοῖς ἱερεῦσιν ἀφῖχθαι λέγονται) φασὶ παρ' ἐκείνων, ἀνθρώπους αὐτοὺς γενέσθαι, μαθεῖν. Ἡρόδοτος μέν· ἤδη ὧν τῶν αἱ εἰκόνες ἦσαν, τοιούτους ἀπεδείκνυσάν σφεας [2] αὐτοὺς ἐόντας, θεῶν δὲ πολλὸν ἀπηλλαγμένους. τὸ δὲ πρότερον τῶν ἀνδρῶν τούτων, θεοὺς εἶναι τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ ἄρχοντας, οὐκ ἐόντας ἅμα τοῖσι ἀνθρώποισι· καὶ τούτων ἀεὶ ἕνα τὸν κρατέοντα εἶναι· [3] ὕστερον δὲ αὐτῆς βασιλεῦσαι Ὧρον τὸν [4] Ὀσίρεως παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι· τοῦτον καταπαύσαντα Τυφῶνα, βασιλεῦσαι ὕστατον Αἰγύπτου. Ὄσιρις δέ ἐστι Διόνυσος κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν. οἵ τε οὖν ἄλλοι, καὶ τελευταῖος βασιλεὺς Αἰγύπτου (παρὰ δὲ τούτων εἰς Ἕλληνας ἦλθε τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν) Ἀπόλλων ὁ Διονύσου καὶ Ἴσιδος (ὡς ὁ αὐτὸς Ἡρόδοτος λέγει· Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Ἄρτεμιν, Διονύσου καὶ Ἴσιδος λέγουσιν εἶναι παῖδας· Λητὼ δὲ, τροφὸν αὐτοῖς [5] σωτηρίαν γενέσθαι) οὓς οὐρανίους γεγονότας, πρώτους βασιλέας ἔσχον· τῇ μὲν ἀγνοίᾳ τῆς ἀληθοῦς περὶ τὸ θεῖον [6] εὐσεβείας, τῇ δὲ, χάριτι τῆς ἀρχῆς θεοὺς ὁμοῦ ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν ἦγον. τοὺς μὲν νῦν καθαροὺς βοῦς τοὺς ἄρσενας, καὶ τοὺς μόσχους οἱ πάντες Αἰγύπτιοι θύουσι· τὰς δὲ [7] θηλείας οὔ σφιν ἔξεστι θύειν, ἀλλὰ ἱραί εἰσι τῆς Ἴσιδος· τῆς ἄγαλμα ἐὸν γυναικήιον, βούκερων ἐστίν· καθάπερ οἱ Ἕλληνες τὴν [8] Ἰοῦν γράφουσι. τίνες δ' ἂν μᾶλλον ταῦτα πιστευθεῖεν λέγοντες, ἢ οἱ κατὰ διαδοχὴν γένους, παῖς παρὰ πατρὸς, ὡς τὴν ἱερωσύνην, καὶ τὴν ἱστορίαν διαδεχόμενοι; οὐ γὰρ τοὺς σεμνοποιοῦντας ζακόρους τὰ εἴδωλα, εἰκὸς ἀνθρώπους αὐτοὺς γενέσθαι ψεύδεσθαι. εἰ τι μὲν οὖν Ἡρόδοτος ἔλεγε, περὶ τῶν θεῶν, ὡς περὶ ἀνθρώπων, ἱστορεῖν Αἰγυπτίους, καὶ λέγοντι τῷ Ἡροδότῳ, τὰ μὲν νῦν θεῖα τῶν ἀφηγημάτων, οἷα ἤκουον, οὐκ εἰμὶ πρόθυμος διηγεῖσθαι, [9] ἔξω ἢ τὰ ὀνόματα αὐτέων μοῦνα ἐλάχιστα· μὴ πιστεύειν ὡς μυθοποιῷ ἔδει. ἐπεὶ δὲ Ἀλέξανδρος, καὶ Ἑρμῆς ὁ Τρισμέγιστος ἐπικαλούμενος, [10] συνάπτων τὸ ἀΐδιον αὐτοῖς γένος, καὶ ἄλλοι μυρίοι (ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον [11] καταλέγοιμι) οὐδὲν λόγος ἔτι καταλείπεται, βασιλεῖς ὄντας αὐτοὺς μὴ [12] νενομίσθαι θεούς. καὶ ὅτι μὲν ἄνθρωποι, δηλοῦσι μὲν καὶ Αἰγυπτίων οἱ λογιώτατοι, οἳ θεοὺς λέγοντες, αἰθέρα, γῆν, ἥλιον, σελήνην, [13] τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους θνητοὺς νομίζουσι, καὶ ἱερὰ τοὺς τάφους αὐτῶν. δηλοῖ δὲ καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν. Ἡρόδοτος δὲ καὶ τὰ [14] μαθήματα αὐτῶν φησι μυστήρια. ἐν δὲ Βουσίρι πόλει, ὡς ἀνάγουσι τῇ Ἴσι τὴν ἑορτὴν, εἴρηται πρότερόν μοι. τύπτονται γὰρ δὴ μετὰ τὴν θυσίην πάντες καὶ πᾶσαι, μυριάδες κάρτα πολλαὶ ἀνθρώπων. τὸν δὲ τύπτονται τρόπον, οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν. εἰ θεοὶ, καὶ ἀθάνατοι· εἰ δὲ τύπτονται, καὶ τὰ πάθη ἐστὶν

A XXVIII. Necesse est autem de nominibus, ut antea promisimus, pauca dicere. Herodotus igitur & Alexander Philippi in epistola ad matrem (uterque autem sacerdotibus Heliopoli & Memphi & Thebis in sermonem venisse fertur) accepisse se ab illis dicunt eos homines fuisse. Herodotus quidem sic loquitur: *Quorum igitur erant imagines, tales eos demonstrabant fuisse, a diis autem longe distantes. Sed ante hos homines, deos in Ægypto regnasse, nec cum istis hominibus fuisse, ac semper ex illis unum aliquem imperasse: postremum autem illic regnasse Horum Osiridis filium, quem Græci Apollinem vocant. Hunc, cum Typhonem dejecisset, postremum in Ægypto regnasse. Osiris autem lingua* B *græca Dionysus est*. Cum alios igitur Ægyptiorum reges, tum horum postremum (ab istis autem ad Græcos deorum nomina pervenerunt) Apollinem Dionysi & Isidis filium (ut idem scribit Herodotus: *Apollinem autem & Dianam ferunt Dionysi & Isidis filios fuisse, ac Latonam nutricem illis & servatricem fuisse*) hos, inquam, quos cælesti ortos origine primos reges habuerunt, partim veræ erga Deum religionis ignoratione, partim grato in imperium animo deos cum uxoribus existimarunt. *Ac boves quidem mundos & mares Ægyptii omnes immolant & vitulos: feminas autem nefas illis immolare, sed sacræ sunt Isidi, cujus simulacrum muliebri forma est ac bubulis cornibus, quemadmodum Io Græci effin-* C *gunt*. Quinam autem hæc dicendo fidem potius obtineant, quam ii qui secundum generis successionem filius a patre, ut sacerdotium, ita & historiam acceperunt? Neque enim Æedituos qui simulacra perhonorifice commendant, verisimile est mentitos fuisse, cum eos homines fuisse dicerent. Quod si solus Herodotus deos Ægyptiorum historiis tamquam homines perhiberi diceret; etiam Herodoto dicenti: *Quæ autem de diis narrantur, ea non libenter, qualia audivi enuntiaverim, nisi tantum levissima eorum nomina*, ut fabularum scriptori nequaquam esset credendum. Sed quia idem dicunt Alexander & Mercurius qui Trismegistus vocatur, & æterno cum diis genere conjunctus est, & innumeri alii, ne singulos D recenseam; nulla jam dubitandi ratio relinquitur, quin cum reges essent, pro diis habiti fuerint. Eos etiam homines esse demonstrant Ægyptiorum doctissimi, qui cum deos dicant aerem, terram, solem, lunam, ceteros mortales esse homines, ac templa eorum sepulcra esse existimant. Idem docet Apollodorus in libro de diis. Quin etiam Herodotus eorum perpessiones mysteria vocat. *In Urbe Busiridis festum Isidis ab eis celebrari jam a me dictum est. Verberantur autem post sacrificium singuli & singulæ, plurima hominum millia. Quo autem modo verberentur nefas mihi dicere*. Si dii sunt, immortales sunt. Sin autem verberantur homines ob eorum passiones, ea-

1. Μέμφι.] Sic plerique codices mss. Editiones Paris. Μέμφει.
2. Αὐτούς.] Pro hac voce legitur πάντας apud Herodotum lib. 2. cap. 144.
3. Ὕστερον.] Herodot. ὕστατον.
4. Ὀσίρεως.] Herodot. Ὀσίριος.
5. Σωτηρίαν.] Herodot. lib. 2. cap. 159. καὶ σώτειραν.
6. Εὐσεβείας.] Reg. 2. Clarom. & duo Angl. θεοσεβείας. Quod autem primos illos reges Ægyptiorum Athenagoras cælesti ortos dicit origine, id ex Herodoti sententia, nec sine aliqua dicit ironia. Hos enim natos humano more & nutritos & inter homines regnasse probat, ut originem illis non cælestem, sed terrenam fuisse demonstret.
7. Θηλείας.] Herodot. lib. 2. c. 41. θηλέας & mox Ἴσιος, quæ vox eodem modo antea legitur apud eumdem Herodotum. Mox legitur in Clarom. & duobus Anglicanis ἱεραὶ ἐν δαμάλεως χρώματι ἰδεῖν. Hæc etiam supra lineam scripta in Reg. 2. Præterea Clarom. addit ἐστιν. Melius in 2. Angl. τοὺς μὲν οὖν καθαρούς.
8. Ἰοῦν.] Plerique codices Ἰὼ aut Ἰῶ.

E 9. Ἔξω ἤ.] Sic emendavi ope ipsius Herodoti contextus lib. 2. c. 3. quod in editis nostris legebatur ἐξ ὧν. Legitur etiam apud Herodotum μοῦνα & deest ἐλάχιστα.
10. Συνάπτων τὸ ἀΐδιον αὐτοῖς γένος.] Ut antea cælestem originem, animi causa, diis illis affingebat, ita nunc Mercurium æterno cum illis genere conjunctum dicit. Quare nec cum editore Oxoniensi legendum ἀνθρώπινον pro ἀΐδιον, nec cum Gesnero & Suffrido, συμφωνοῦσι μὴ εἶναι ἀΐδιον αὐτοῖς γένος, sed supplendum tantummodo λέγουσι.
11. Καταλέγοιμι.] Tres Anglic. codices λέγοιμι.
12. Μὴ νενομίσθαι.] Legit Gesnerus μὴ βασιλεῖς ὄντας αὐτοὺς νενομίσθαι. Sed iniquum prorsus est emendare velle quidquid in antiquis scriptoribus non elegantissimum & ornatissimum videtur.
13. Τοὺς ἄλλους.] Clarom. & tres Anglic. τοὺς ἀνθρώπους [illegible] ἄλλους θνητούς.
14. Μαθήματα.] Legendum πάθήματα Gesnerus dudum admonuit. Sequens Herodoti locus legitur in eodem l. 2. cap. 61.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



αὐτῶν μυστήρια, ἄνθρωποι· ὡς αὐτὸς Ἡρόδοτος· εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ταφαὶ τοῦ οὐχ ὅσιον ποιεῦμαι ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ἐξαγορεύειν τὸ οὔνομα, ἐν Σαΐ, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηναίης, ὄπισθεν τοῦ νηοῦ παντὸς τοῦ τῆς Ἀθηναίης ἐχόμενον [1] τοίχου. λίμνη δ' ἐστὶν ἐχομένη λιθίνῃ κρηπῖδι κεκοσμημένη ἐν κύκλῳ, μέγεθος, ὡς ἐμοὶ δοκέει, ὅση περ ἐν Δήλῳ ἡ τροχοειδὴς καλεομένη. ἐν δὲ τῇ λίμνῃ ταύτῃ τὰ δίκηλα τῶν παθέων αὐτοῦ νυκτὸς καλέουσι μυστήρια Αἰγύπτιοι. καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσίριδος δείκνυται, ἀλλὰ καὶ ταριχεία· ἐπεὰν σφισι κομισθῇ νεκρός, δεικνύασι τοῖσι κομίσασι παραδείγματα τῶν νεκρῶν ξύλινα τῇ γραφῇ μεμιμημένα· καὶ τὴν μὲν σπουδαιοτάτην αὐτέων φασὶν εἶναι τοῦ οὐχ ὅσιον ποιεῦμαι οὔνομα ἐπὶ τοιούτῳ πρήγματι ὀνομάζειν.

A que sunt mysteria, homines sunt; quemadmodum ipse Herodotus testatur. *Sunt etiam ejus sepulcra, cujus nomen si nuncupavero hac in re, haud sancte fecero, in urbe Sai, in templo Minervæ; post totum delubrum, ejus parieti contigua. Lacus item adjunctus est lapidea basi adornatus, & circumquaque probe elaboratus, magnitudine, ut mihi videtur, quanta in Delo iste, qui dicitur* Trochoides. *In hoc simulacra habentur passionum ejus, quæ mysteria nocturna Ægyptii vocant.* Non solum autem sepulcrum Osiridis, sed etiam conditura ostenditur. *Cum ad illos cadaver portatum est, ostendunt iis qui portaverunt exemplaria mortuorum lignea, pingendo assimilata, & eorum unum accuratissime* B *fabrefactum esse aiunt, cujus ego nomen fas esse haud arbitror in ejusmodi re appellare.*

Ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων οἱ περὶ πόιησιν καὶ ἱστορίαν σοφοί, περὶ μὲν Ἡρακλέους·

> Σχέτλιος οὐδὲ θεῶν ὄπιν ἠδέσατ' οὐδὲ τράπεζαν,
> Τὴν δή οἱ παρέθηκεν· ἔπειτα δὲ πέφνε καὶ αὐτὸν
> [2] Ἴφιτον.

τοιοῦτος ὤν, εἰκότως μὲν ἐμαίνετο· εἰκότως δέ, ἀνάψας πυράν, κατέκαυσεν αὐτόν. περὶ δὲ Ἀσκληπιοῦ Ἡσίοδος μέν,

> Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
> Οτ' ἐχώσατ' ἀπ' οὐλύμπου δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ
> Ἔκτανε Λητοΐδην, φίλον, σὺν θυμὸν ὀρίνων.

C

Πίνδαρος δέ,

> Ἀλλὰ κέρδει καὶ σοφία δέδεται.
> Ἔτραπε κἀκεῖνον ἀγάνορι μισθῷ χρυσὸς ἐν χερσὶ φανείς.
> Χερσὶ δ' ἄρα Κρονίων,
> Ῥίψας δι' ἀμφοῖν, ἀμπνοὰν
> Στέρνων καθεῖλεν,
> Ὠκέως. αἴθων δὲ κεραυνὸς ἐνέσκεψε μόρον.

ἢ τοίνυν θεοὶ ἦσαν, καὶ οὐκ αὐτοὶ πρὸς χρυσὸν εἶχον·

> Ὦ χρυσέ, [3] δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
> Ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιάσδ' ἔχει,
> Οὐ παῖδες.

ἀνεπιδεὲς γὰρ καὶ κρεῖττον ἐπιθυμίας τὸ θεῖον· οὔτε ἀπέθνησκον· ἢ ἄνθρωποι γεγονότες, καὶ πονηροὶ δι' ἀμαθίαν ἦσαν, καὶ χρημάτων ἐλάττους. τί με πολλὰ λέγειν, ἢ Κάστορος ἢ Πολυδεύκους μνημονεύοντα, ἢ Ἀμφιάρεω, οἵ, ὡς εἰπεῖν λόγῳ, χθὲς καὶ πρώην ἄνθρωποι ἐξ ἀνθρώπων γεγονότες, θεοὶ νομίζονται· ὁπότε καὶ Ἰνὼ μετὰ τὴν μανίαν καὶ τὰ ἐπὶ τῆς μανίας πάθη, θεὸν δοξάζουσι γεγονέναι;

> [a] Πόντου πλάνητες Λευκοθέαν ἐπώνυμον.

καὶ τὸν παῖδα αὐτῆς,

> Σεμνὸς Παλαίμων ναυτίλοις κεκλήσεται.

XXIX. Sed & Græcorum in poesi & historia sapientes eadem docent. De Hercule quidem:

> *Miser, neque deorum vindictam reveritus est, neque mensam*
> *Quam ei apposuerat: deinde vero ipsum occidit Iphitum.*

Talis cum esset, merito in furorem actus est, merito se ipsum rogo accenso combussit. De Æsculapio autem Hesiodus:

> *Parens hominumque deumque*
> *Quando excanduit, e cælo autem feriens fulmine ardenti*
> *Latoidem occidit carum ira commotus*

Pindarus autem:

> *Verum lucro etiam sapientia irretitur.*
> *Pervertit & illum* (Æsculapium) *ingenti*
> *Mercede aurum in manibus apparens.*
> *Manibus igitur Saturnius fulmen*
> *Jaculatus per utrumque, respirationem*
> *Pectorum abstulit*
> *Celeriter, ardensque fulmen inflixit mortem.*

Vel igitur dii erant, nec eos auri capiebat amor,

> (*O munus aurum maximum mortalibus.*
> *Nec mater ulla tantum habet dulcedinis,*
> *Nec nati.*

D Nulla enim re indiget numen, nec cupiditate vincitur) nec mortui sunt: vel homines cum essent, improbi ob imperitiam fuerunt, & pecuniæ cupidi. Quid plura dicam vel Castorem, vel Pollucem, vel Amphiaraum memorans, qui, ut ita dicam, heri & nudiustertius homines ex hominibus nati pro diis habentur; cum ipsa etiam Ino post furorem, & eas quæ ex furore consequutæ sunt, perpessiones, dea existimetur?

> *Cognominatam naufragi Leucotheam.*

& filius ejus

> *Nautis Palæmon divus invocabitur.*

Εἰ γὰρ καὶ ὡς [4] ἀπόπτυστοι καὶ θεοστυγεῖς, δόξαν ἔσχον εἶναι θεοί, καὶ ἡ θυγάτηρ τῆς Δερκετοῦς Σεμίραμις, λάγνος γυνὴ καὶ μιαιφόνος, [b] ἔδοξε Συρία θεός· καὶ διὰ τὴν Δερκετώ, καὶ τὰς περιστερὰς καὶ τὴν

XXX. Nam si detestandi & Deo invisi homines E opinionem habuerunt deorum; si filia Dercetus Semiramis, lasciva mulier & cruenta, Syria dea existimata est, ac propter Dercetum Syri columbas &

1. Τοίχου.] Addit Herodotus lib. 2. c. 170. καὶ ἐν τῷ τεμένει ὀβελοὶ ἑστᾶσι μεγάλοι λίθινοι.

2. Ἴφιτον.] Hæc ab aliquo insuta conjicit Stephanus. Legi Odyss. φ. prope initium monet Oxon. Editor. Versus Hesiodi non reperiri monet Gesnerus: Pindari autem exstare Pyth. 3.

3. Δεξίωμα.] Sic uterque Reg. δεξίωμα in 3. Angl. ἀξίωμα in editis, ὡς additum a Stephano ex aliis hos versus Euripidis citantibus. Mox Suffridus τί δεῖ με.

4. Ὡς ἀπόπτυστοι.] Mallet Gesnerus οἱ ἀπόπτυστοι.

a Πόντου πλαν.] Hunc & versum sequentem reposuit doctissimus Barnesius inter Fragmenta Euripidis sub nomine Tragœd. ΙΝΩ. Ita DECHAIR.

b Ἔδοξε Συρία θεός.] Observat Suffridus, cum historiæ monumentis non quadrare id quod de Semiramide pronuntiat Athenagoras, nisi forte illa brevi admodum tempore hoc deæ Syriæ nomen habuisse dicamus. Sed minus attendit vir eruditus deam Syriam idem hoc loco non esse ac celeberrimam illam Syriam deam, quæ præcipuum erat Syrorum numen; sed idem ac unam ex illis quæ a Syris colebantur. Quidquid enim honoris Semiramidi delatum dicit Athenagoras, id illam non sua sponte habuisse dicit, sed propter matrem Dercetum, quam proinde longe filia venerabiliorem apud Syros fuisse statuit. MARANUS in *Addend.* p. 605.

Σεμίραμιν σέβουσι Σύροι (τὸ γὰρ ἀδύνατον, εἰς περιστερὰν μετέβαλεν ἡ γυνή· ὁ μῦθος παρὰ Κτησίᾳ·) τί θαυμαστὸν τοὺς μὲν ἐπὶ ἀρχῇ καὶ τυραννίδι, ὑπὸ τῶν κατ' αὐτοὺς κληθῆναι θεούς; (Σιβύλλα, μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ Πλάτων·

> [a] Δὴ τότε δὴ [1] δεκάτη γενεῇ μερόπων ἀνθρώπων,
> Ἐξ οὗ δὴ κατακλυσμὸς ἐπὶ προτέρους γένετ' ἄνδρας,
> Καὶ [2] βασίλευσε Κρόνος, καὶ Τιτὰν, Ἰαπετός τε,
> Γαίης τέκνα φέριστα καὶ Οὐρανοῦ, ἐξεκάλεσσαν
>
> Ἄνθρωποι, [3] Γαῖάν τε καὶ Οὐρανὸν οὔνομα θέντες,
> Οὕνεκα [4] οἱ πρώτιστοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.)

τοὺς δ' ἐπ' ἰσχύϊ, ὡς Ἡρακλέα καὶ Περσέα· τοὺς δ' ἐπὶ τέχνῃ, ὡς Ἀσκληπιόν; οἷς μὲν οὖν ἢ αὐτοὶ οἱ ἀρχόμενοι τιμῆς μετεδίδοσαν, ἢ αὐτοὶ οἱ ἄρχοντες, οἱ μὲν, φόβῳ, οἱ δὲ καὶ αἰδοῖ, μετεῖχον τοῦ ὀνόματος. καὶ Ἀντίνους, [5] φιλανθρωπίᾳ τῶν ὑμετέρων προγόνων, πρὸς τοὺς ὑπηκόους ἔτυχε νομίζεσθαι θεός. οἱ δὲ μετ' αὐτοὺς, ἀβασανίστως παρεδέξαντο.

> Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
> Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες.

πιστεύων Καλλίμαχε ταῖς γοναῖς τοῦ Διὸς, ἀπιστεῖς αὐτοῦ τῷ τάφῳ, καὶ νομίζων [6] ἐπισκιάσειν τἀληθὲς, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσι κηρύσσεις τὸν τεθνηκότα. κἂν μὲν τὸ ἄντρον βλέπῃς, τὸν Ῥέας ὑπομιμνήσκῃ τόκον· ἂν δὲ τὴν σορὸν ἴδῃς, ἐπισκοτεῖς τῷ τεθνηκότι, οὐκ εἰδὼς ὅτι μόνος ἀΐδιος ὁ ἀγέννητος Θεός. ἢ γὰρ ἄπιστοι οἱ ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ ποιητῶν λεγόμενοι μῦθοι περὶ τῶν θεῶν, καὶ περιττὴ ἡ περὶ αὐτοὺς δεισιδαιμονία (οὐ γάρ εἰσιν ὧν ψευδεῖς οἱ λόγοι) ἢ εἰ ἀληθεῖς αἱ γενέσεις, οἱ ἔρωτες, αἱ μιαιφονίαι, αἱ κλοπαὶ, αἱ ἐκτομαὶ, οἱ κεραυνοὶ, οὐκέτ' εἰσι, παυσάμενοι εἶναι· ἐπεὶ καὶ ἐγένοντο, οὐκ ὄντες. τίς γὰρ τοῖς μὲν πιστεύειν, λόγος, τοῖς δὲ ἀπιστεῖν, ἐπὶ τὸ σεμνότερον περὶ αὐτῶν τῶν ποιητῶν ἱστορηκότων; οὐ γὰρ ἂν δι' οὓς ἐνομίσθησαν θεοὶ, σεμνοποιήσαντας τὴν κατ' αὐτοὺς ἱστορίαν, οὗτοι τὰ πάθη τὰ αὐτῶν ἐψεύσαντο. [b] ὡς μὲν οὖν οὐκ ἐσμὲν ἄθεοι, Θεὸν ἄγοντες τὸν ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς, καὶ τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον· κατὰ

Semiramin colunt; (nam, quod fieri non poteſt, in columbam mutata mulier, ut fert apud Cteſiam fabula;) quid mirum alios quidem propter imperium aut tyrannidem deos a ſuis appellatos? (Sibylla cujus meminit Plato:

> *Decima ætate hominum linguis diviſorum,*
> *Ex quo diluvium prioribus hominibus accidit,*
> *Regnavit Saturnus & Titan & Japetus,*
> *Terræ filii præſtantiſſimi & Cæli, quos ſic vocarunt*
>
> *Homines, Terræ & Cæli nomina imponentes,*
> *Propterea quod primi fuere hominum lingua diverſorum.)*

alios autem ob robur, ut Herculem & Perſeum; alios ob artem, ut Æſculapium? Quibus autem ipſi ſubditi honorem detulerunt aut ipſi principes; horum alii metu, alii reverentia nomen conſequuti ſunt. Antinous quidem parentum veſtrorum in ſubditos humanitate conſequutus eſt, ut exiſtimaretur deus. Qui vero poſtea nati ſunt, religionem re non explorata ſuſceperunt.

> *Mendaces ſemper Cretes: tibi namque ſepulcrum,*
> *Rex, Cretes fabricati; at tu non mortuus.*

Credis Callimacho Jovis natalem: ſepulcrum non credis; & tum cum te veritati tenebras offuſurum ſperas, mortuum prædicas etiam neſcientibus. Atque antrum quidem ſi videris, Rheæ partum in memoriam revocas; ſin autem loculum, mortem ejus tenebris involvis, ignarus ſolum æternum eſſe ingenitum Deum. Vel enim fide indignæ, quæ de diis apud vulgus & poetas fabulæ feruntur; ſicque inutilis eorum cultus, (neque enim ii exſiſtunt, de quibus mendax prædicatio:) vel ſi veri ortus, amores, homicidia, furta, virilium exſecationes, fulmina; non jam exſtant, ſed eſſe deſierunt, ſi quidem nati ſunt, cum antea non eſſent. Quæ enim ratio ut alia quidem credantur, alia vero non credantur, cum honoris cauſa eorum hiſtorias poetæ litteris mandaverint? Neque enim per quos exiſtimati ſunt dii, quique eorum res geſtas perhonorifice deſcripſerunt, ii eorum perpeſſiones mentiti fuiſſent. Nos igitur non eſſe atheos, qui Deum credimus uni-

1. Δεκάτῃ γενεῇ.] Legitur in libris Sibyllinis δεκάτῃ γενεῇ, ſed prorſus mendoſe, ut ex Tertulliano, quem mox citabimus, perſpici poteſt.

2. Βασίλευσε.] Sic emendavit editor Oxonienſis ex ipſis verſibus Sibyllinis pro eo quod erat in editis βασιλεῦς. Ibidem editi οὐρανοὺς ἐκάλεσσαν. In Sibyllinis libris edit. Galei legitur οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν. Mallem οὓς ἐκάλεσσαν. Hos verſus ita legebat Tertullianus, uti eos emendandos puto. Sic enim interpretatur 1. ad Nat. cap. 12. *Decima genitura hominum, ex quo cataclyſmum prioribus accidit, regnavit Saturnus & Titan & Jamfetus, Cæli & Terræ fortiſſimi filii.*

3. Γαῖάν τε καὶ Οὐρανόν.] Legitur γαίης τε καὶ οὐρανοῦ in verſibus Sibyllinis, ut obſervavit editor Oxonienſis.

4. Οἱ πρώτιστοι.] Malunt οἱ προφέρεστοι Geſnerus & Suffridus, atque ita legitur in verſibus Sibyllinis. Sed multo aptior noſtra lectio: nec dubium quin ita legerit Tertullianus, qui in loco jam laudato utitur Sibyllæ auctoritate, ut probet Saturnum Cæli & Terræ filium dici, non quod vere e cælo & terra genitus fuerit, ſed quia ignoti erant ejus parentes, & cum veniſſet in Italiam, *tudes tunc agebantur & oculi & mentes hominum, & quolibet novi viri aſpectu quaſi divino commoverentur, nedum & regis & quidem primi.* Patet ex hac ultima voce Saturnum & Titanem & Japetum, etſi decima generatione regnarunt, primos tamen hominum dici, quia primi regnarunt, & quia antiquiſſimi fuere. Apud Juſtinum Cohort. n. 21. antiquiſſimi homines vocantur primi homines.

5. Φιλανθρωπίᾳ.] Sanctus Athanaſius in Orat. adv. Gentes id teſtatur contigiſſe διὰ φόβον τοῦ προστάξαντος, *ob metum illius qui id præceperat.* Sed metus ille non tam videtur eſſe terror animis injectus, quam metus diſplicendi cariſſimis ob beneficia regibus, nempe Hadriano & Antonino, quos Athenagoras M. Aurelii parentes appellat. Erat ſane Hadrianus lenitate & humanitate longe inferior Antonino: ſed cum magna illius in Ægyptios beneficia exſtiterint, non mirum ſi ab hominibus ſuperſtitioſis cultum Antinoi facile impetravit. Huc acceſſit gratia & auctoritas Antonini, quem ex teſtimonio Athenagoræ operam dediſſe colligimus, ut inſtituta ab Hadriano impietas, eo mortuo, non abrogaretur.

6. Ἐπισκιάσειν.] Clarom. & tres Anglicani ἐπισκιάζειν.

a Δὴ τότε κ. τ. λ.] Conſule ſuperius *Orac. Sibyll.* lib. 3. v. 46.

b Ὡς μὲν οὖν κ. τ. λ.] Hunc locum præterire minime oportuit *Non eſſe nos atheos, qui hujus univerſitatis conditorem, ejuſque Verbum Deum agnoſcimus, pro virili mea, quamquam non ut oportuit, coarguimus.* Patet hinc Athenagoram Chriſtum, Dei Verbum, Deum eſſe profiteri. Non me fugit, alios aliter hæc vertere: ſed hanc ejus eſſe veram ſententiam perſuaſus ſum. Θεὸν ἄγειν Athenagoræ eſt *Deum profiteri, Deum agnoſcere.* Sic num. x. Τὸ μὲν οὖν ἄθεοι μὴ εἶναι, ἕνα τὸν ἀγέννητον καὶ ἀΐδιον — Θεὸν ἄγοντας, ἱκανῶς μοι δέδεικται. *Non eſſe atheos, qui unum ingenitum æternumque Deum profitentur, ſatis a me demonſtratum eſt.* Et num IV. Ἐπεὶ δὲ ὁ λόγος ἡμῶν ἕνα Θεὸν ἄγει, τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητήν. *Sed quia doctrina noſtra unum Deum agnoſcit, hujus univerſitatis conditorem.* Ex quibus poſtremis verbis & id diſcere licet, temere in editione Oxonienſi ex Athenagoræ num. xxx. verbis exturbari ob Bodlejani codicis conſenſum, τοῦδε. Illud enim Scriptoris hujus animo placuiſſe apparet. Hactenus Cl. Wesselingius in *Probabil. lib. ſingul.* cap. x. p. 89. In noviſſima Pariſienſi editione verba hæc num. IV. τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητήν, omiſit interpres. Verſionem reſtituimus cum heic, tum alibi.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

δύναμιν τὴν ἐμὴν, εἰ καὶ μὴ πρὸς ἀξίαν, ἐλήλεγκται.

Ἔτι δὲ, καὶ τροφὰς καὶ μίξεις λογοποιοῦσιν ἀθέους καθ' ἡμῶν, ἵνα τε μισεῖν νομίζοιεν μετὰ λόγου, καὶ οἰόμενοι τῷ δεδίττεσθαι, ἢ τῆς ἐνστάσεως ἀπάξειν ἡμᾶς τοῦ βίου, ἢ πικροὺς καὶ ἀπαραιτήτους, τῇ τῶν αἰτιῶν ὑπερβολῇ, τοὺς ἄρχοντας [1] παρασκευάσειν· πρὸς εἰδότας παίζοντες, ὅτι ἄνωθέν πως ἔθος, καὶ οὐχ ἐφ' ἡμῶν μόνον, κατά τινα [2] θεῖον νόμον καὶ λόγον παρηκολούθηκε, προσπολεμεῖν τὴν κακίαν τῇ ἀρετῇ. οὕτω καὶ Πυθαγόρας μὲν ἅμα τριακοσίοις ἑτέροις κατεφλέγθη πυρί· Ἡράκλειτος δὲ καὶ Δημόκριτος, ὁ μὲν τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἠλαύνετο, ὁ δὲ τῆς Ἀβδηριτῶν, ἐπικατηγορούμενος μεμηνέναι· καὶ Σωκράτους Ἀθηναῖοι θάνατον κατέγνωσαν. ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι οὐδὲν χείρους εἰς ἀρετῆς λόγον, διὰ τὴν τῶν πολλῶν δόξαν· οὐδ' ἡμῖν [3] οὐθὲν ἐπισκοτεῖ πρὸς [a] ὁσιότητα βίου ἡ παρά τινων ἄκριτος βλασφημία. ἐνδοξοῦμεν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ. πλὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς ταῦτα ἀπαντήσω τὰ ἐγκλήματα. [4] ὑμεῖς μὲν οὖν καὶ δι' ὧν εἴρηκα, εὖ οἶδα ἀπολελογῆσθαι ἐμαυτόν. συνέσει γὰρ πάντας ὑπερφρονοῦντες, οἷς ὁ βίος ὡς πρὸς στάθμην τὸν Θεὸν κανονίζεται, ὅπως ἀνυπαίτιος καὶ ἀνεπίληπτος ἑκάστου ἡμῶν ἄνθρωπος [5] αὐτῷ γένοιτο, ἴστε τούτους μηδ' εἰς ἔννοιάν ποτε τοῦ βραχυτάτου ἐλευσομένους ἁμαρτήματος. εἰ μὲν γὰρ ἕνα τὸν ἐνταῦθα βίον βιώσεσθαι πεπείσμεθα, κἂν ὑποπτεύειν ἐνῆν, δουλεύοντας σαρκὶ καὶ αἵματι, ἢ κέρδους ἢ ἐπιθυμίας ἐλάττους γενομένους ἁμαρτεῖν. ἐπεὶ δὲ ἐφεστηκέναι μὲν οἷς ἐννοοῦμεν, οἷς λαλοῦμεν, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν Θεὸν οἴδαμεν, πάντα δὲ φῶς αὐτὸν ὄντα, καὶ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν [6] ὁρᾶν, πεπείσμεθα, τοῦ ἐνταῦθα ἀπαλλαγέντες βίου, βίον ἕτερον βιώσεσθαι ἀμείνονα ἢ κατὰ τὸν ἐνθάδε, καὶ ἐπουράνιον, οὐκ ἐπίγειον (ὡς ἂν μετὰ Θεοῦ καὶ σὺν Θεῷ ἀκλινεῖς καὶ ἀπαθεῖς τὴν ψυχὴν, οὐχ ὡς σάρκες, κἂν ἔχωμεν, ἀλλ' ὡς οὐράνιον πνεῦμα, μενοῦμεν) ἢ συγκαταπίπτοντες τοῖς λοιποῖς χείρονα, καὶ διὰ πυρός· (οὐ γὰρ καὶ ἡμᾶς ὡς πρόβατα ἢ ὑποζύγια, πάρεργον, καὶ ἵνα ἀπολοίμεθα καὶ ἀφανισθείημεν, ἔπλασεν ὁ Θεός) ἐπὶ τούτοις οὐκ εἰκὸς ἡμᾶς ἐθελοκακεῖν, οὐδ' αὐτοὺς τῷ μεγάλῳ παραδιδόναι κολασθησομένους δικαστῇ.

A versorum opificem, ejusque Verbum, pro meis viribus, quamvis non pro rei dignitate, demonstravi.

XXXI. Adhuc autem & epulas & concubitus nefandos nobis affingunt, tum ut nos cum ratione odisse sibi videantur, tum quod futurum existiment, ut vel metu ab instituti constantia nos abducant, vel acerbos nobis & inexorabiles, criminum magnitudine, principes præbeant. Sed ludificantur cum hominibus probe scientibus jam antiquitus hunc morem, neque nunc primum divina quadam lege & ratione invaluisse, ut vitium cum virtute bellum gerat. Sic & Pythagoras cum trecentis aliis igne combustus: Heraclitus & Democritus, alter quidem Ephesiorum urbe pulsus est, alter Abderitarum, insaniæ accusatus: Socratem Athenienses morte mulctarunt. Sed quemadmodum illi, quantum ad virtutem attinet, nequaquam deteriores propter multorum opinionem fuerunt: neque etiam nobis, quod ad vitæ innocentiam spectat, tenebras offundunt inconsideratæ nonnullorum calumniæ. Bene enim apud Deum audimus: sed tamen his criminibus occurram. Ac vobis quidem satis me vel ex iis quæ dixi, purgatum intelligo. Nam cum omnes intelligentia superetis; quorum vita ad Deum tamquam ad normam dirigitur, ut unusquisque nostrum extra noxiam apud eum & reprehensionem sit, eos non ignoratis ne cogitationem quidem umquam vel levissimi admissuros peccati. Nam si hanc tantum vitam nos victuros crederemus; tum sane locus esset suspicandi nos carni & sanguini inservientes, vel avaritia aut cupiditate victos peccare. Sed cum iis quæ cogitamus quæque loquimur, Deum noctem diemque adesse sciamus, eumque persuasum habeamus, cum totus lumen sit, ea etiam quæ in cordibus nostris latent, videre; nosque hac vita liberatos aliam ista præstantiorem ac cælestem, non terrenam victuros; (quippe cum apud Deum & cum Deo extra omnem immutationem & perpessionem animæ, non ut caro, etsi carnem habituri sumus, sed ut cælestis spiritus mansuri simus) vel, si aliorum ruinis abripiamur, deteriorem ac in ignis supplicio victuros: (neque enim nos etiam Deus tamquam pecora & jumenta perfunctorie & ut periremus & evanesceremus, creavit) in his institutis verisimile non est ut libenter peccemus, nosque magno judici puniendos tradamus.

Τοὺς μὲν οὖν θαυμαστὸν οὐδὲν λογοποιεῖν περὶ ἡμῶν ἃ περὶ τῶν σφετέρων λέγουσι θεῶν· καὶ τὰ πάθη αὐτῶν δεικνύουσι μυστήρια. χρῆν δ' αὐτοὺς, εἰ δεινὸν τὸ ἐπ' ἀδείας καὶ ἀδιαφόρως μίγνυσθαι, κρίνειν ἔμελλον, ἢ τὸν Δία μεμισηκέναι, ἐκ μητρὸς μὲν Ῥέας, θυγατρὸς δὲ Κόρης πεπαιδοποιημένον, [7] γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ χρώμενον· ἢ τὸν τούτων ποιητὴν Ορ-

XXXII. Illud autem minime mirum quod ea nobis affingunt, quæ de diis suis dicunt, quorum perpessiones mysteria efficiunt. Decebat autem ut, si licenter & promiscue misceri grande nefas judicaturi erant, vel Jovem odissent, qui ex Rhea matre & filia Proserpina liberos suscepit, & propria sorore usus est uxore; vel horum inventorem Orpheum,

1. Παρασκευάσειν.] Tres Angl. παρασκευάζειν.
2. Θεῖον νόμον.] Idem dixit Athenagoras n. 3. Uterque locus illustratur ex libro de Resurrectione, qui sic incipit: παντὶ δόγματι καὶ λόγῳ τῆς ἐν τοῖς οὖσιν ἀληθείας ἐχομένῳ παραφύεταί τι ψεῦδος. παραφύεται δὲ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἀρχῆς κατὰ φύσιν ὁρμώμενον, ἢ τῆς κατ' αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ἕκαστον αἰτίας, ἀλλὰ ὑπὸ τῶν τὴν ἔκθεσμον σπορὰν ἐπὶ διαφθορᾷ τῆς ἀληθείας τετιμηκότων σπουδαζόμενον. *Sententiæ omni ac doctrinæ, quæ quidem cum rerum veritate consentiat, adnascitur aliquid mendacii. Adnascitur autem non ex subjecto aliquo principio secundum naturam productum, aut ex propria cujusque rei causa; sed ab iis, qui semen adulterinum ad corruptionem veritatis cordi habent, de industria excogitatum.*
3. Οὐθέν.] Tres Anglicani οὐδέν.
4. Ὑμεῖς μὲν οὖν.] Legendum ὑμῖν, ut monuit H. Stephanus, atque ita videtur scriptum prima manu fuisse in Regio primo.
5. Ἑκάστου ἡμῶν ἄνθρωπος αὐτῷ.] Sic Reg. 1. & Orat. At Clarom. & tres Angl. habent αὐτῶν. Edit. Paris. αὐτοῦ. Legendum putat Gesnerus ἕκαστος ἡμῶν ἄνθρωπος, minus animadvertens hominem hoc loco appellari animam, ac proinde hominem uniuscujusque esse animam uniuscujusque. Unde Theophilus infra l. 1. n. 2. δεῖξόν μοι τὸν ἄνθρωπόν σου, κἀγώ σοι δείξω τὸν Θεόν μου. *Demonstra mihi hominem tuum, & ego ostendam tibi Deum meum.* Et Tatianus n. 15. μόνος δ' ἄνθρωπος εἰκὼν καὶ ὁμοίωσις Θεοῦ. Nihil ergo mutandum in his Athenagoræ verbis, quæ sic reddenda essent, si verbum verbo redderetur, *ut uniuscujusque nostrum homo extra noxiam apud eum & reprehensionem sit.*
6. Ὁρᾶν.] Deest illud verbum in tribus Anglicanis, in quibus etiam paullo post desideratur ἕτερον & τὴν ψυχήν. Oxoniensis Editor legendum conjicit καὶ πεπείσμεθα καὶ τοῦ ἐνταῦθα, atque ita visum Gesnero.
7. Γυναικὶ δ' ἰδίᾳ ἀδελφῇ.] Reg. 2. & Rom. uterque γυναικὶ δ' ἀδελφῇ. Reg. 1. γυναικὶ διαδελφῇ. Clarom. & tres Anglicani γυναικὶ καὶ ἀδελφῇ.

a Ὁσιότητα] Oxoniensis editio habet ὀρθότητα. Sic & Lipsiensis Rechenbergii. Sic item Parisiensis ann. 1615.

φέα, ὅτι καὶ ἀνόσιον ὑπὲρ τὸν Θυέστlω καὶ μιαρὸν A ἐποίησε τὸν Δία. καὶ γὰρ οὗτος τῇ θυγατεὶ κατὰ χρησμὸν ἐμίγη, [1] βασιλεῦς ἐθέλων καὶ Θυέστης ἐκδικηθlῶαι. ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀδιάφοροι εἶναι ἀπέχομεν, ὡς μηδὲ ἰδεῖν ἡμῖν πρὸς ἐπιθυμίαν ἐξεῖναι. ὁ γὰρ βλέπων, φησὶ, γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη [2] μεμοίχευκεν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. οἷς οὖν [3] μηδὲν πλέον ἔξεστιν ὁρᾶν, ἢ ἐφ᾽ ἃ ἔπλασεν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ Θεὸς, ἡμῖν φῶς αὐτοὺς εἶναι· καὶ οἷς τὸ ἰδεῖν ἡδέως, μοιχεία, ἐφ᾽ ἕτερα τῶν ὀφθαλμῶν γεγονότων, μέχρις ἐννοίας κριθησομένοις· πῶς ἂν οὗτοι ἀπιστηθεῖεν σωφρονεῖν; οὐ γὰρ πρὸς ἀνθρωπικοὺς νόμους ὁ λόγος ἡμῖν, οὓς ἄν τις γενόμενος πονηρὸς καὶ λάθοι· (ἐν ἀρχῇ δὲ ὑμῖν, [4] δεσπότης, θεοδίδακτον εἶναι τὸν καθ᾽ ἡμᾶς λόγον ἐπιστούμlω) B ἀλλ᾽ ἔστιν ἡμῖν [5] νόμος ὃς δικαιοσύνης μέτρον ἐποίησεν αὐτοὺς καὶ τοὺς πέλας ἔχειν. διὰ τοῦτο καὶ καθ᾽ ἡλικίαν, τοὺς μὲν υἱοὺς καὶ θυγατέρας νοοῦμεν, τοὺς δὲ ἀδελφοὺς ἔχομεν καὶ ἀδελφάς· καὶ τοῖς προβεβηκόσι τlὼ τῶν πατέρων καὶ μητέρων τιμlὼ ἀπονέμομεν. οὓς οὖν [6] ἀδελφοὺς καὶ ἀδελφὰς καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ γένους νοοῦμεν ὀνόματα, περὶ πολλοῦ ἡμῖν ἀνύβριστα καὶ ἀδιάφθορα αὐτῶν τὰ σώματα μένειν· πάλιν ἡμῖν [7] λέγοντος τοῦ λόγου· ἐάν τις διὰ τοῦτο ἐκ δευτέρου καταφιλήσῃ ὅτι ἤρεσεν αὐτῷ· καὶ ἐπιφέροντος· οὕτως οὖν ἀκριβώσασθαι τὸ φίλημα, μᾶλλον δὲ [a] τὸ [8] προσκύνημα δεῖ· ὡς, εἴπου μικρὸν τῇ διανοίᾳ παραθολωθείη, ἔξω ἡμᾶς τῆς αἰωνίου τιθέντος ζωῆς.

A ut qui Jovem Thyeste ipso sceleſtiorem & contaminatiorem feciſſet. Is enim ex oraculo ſtuprum intulit filiæ, cum regnare ac ſe ulciſci vellet. Nos autem tantum abſumus a promiſcuis flagitiis, ut nobis ne aſpicere quidem liceat ad concupiſcendum. *Nam qui videt*, inquit [a] *mulierem ad concupiſcendum eam, jam mœchatus eſt in corde ſuo*. Quibus igitur oculorum uſus eo fine terminatur, ad quem Deus oculos formavit, nempe ut nobis lumen eſſent; quibuſque vel de ipſa cogitatione in judicium vocandis jucundior aſpectus adulterium eſt, quia alios in uſus oculi inſtituti; ii quomodo temperantes non credantur? Neque enim nobis ratio eſt cum humanis legibus, quas improbus quis etiam lateat; (vobis au- B tem initio, Domini, demonſtrabam doctrinam noſtram a Deo traditam eſſe) ſed nobis ſancita lex eſt, ut juſtitiæ menſuram ex nobis & ex proximis noſtris dijudicemus. Hinc pro ætate alios filios & filias novimus, alios fratres & ſorores habemus, ac ſeniores patrum & matrum loco colimus. Quos igitur fratres & ſorores, ceteriſque cognationis nominibus appellamus, maximæ nobis curæ eſt, ut intaminata & incorrupta eorum corpora permaneant. Huc accedit illa ſcriptura: *Si quis oſculum propterea repetat, quod eo delectetur*. Tum addit: *Summa ergo cautione oſculum adhibendum vel potius adoratio, ut quæ nos ab æterna vita excludat, ſi paullum cogitatione inquinetur*.

C Ελπίδα οὖν ζωῆς αἰωνίου ἔχοντες, τῶν ἐν τούτῳ τῷ βίῳ καταφρονοῦμεν, μέχρι καὶ τῆς ψυχῆς ἡδέων· γυναῖκα μὲν ἕκαστος ἡμῶν, lὼ ἠγάγετο κατὰ τοὺς [9] ὑφ᾽ ἡμῶν τεθειμένους νόμους, νομίζων, καὶ ταύτlω μέχρι τοῦ παιδοποιήσασθαι. ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς καταβάλλων εἰς γlῶ τὰ σπέρματα, ἄμητον περιμένει, οὐκ ἐπισπείρων· καὶ ἡμῖν μέτρον ἐπιθυμίας ἡ παιδοποιΐα. εὕροις δ᾽ ἂν πολλοὺς τῶν παρ᾽ ἡμῖν, καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καταγηράσκοντας ἀγάμους, ἐλπίδι τοῦ μᾶλλον συνέσεσθαι τῷ Θεῷ. εἰ δὲ τὸ [10] ἐν παρθενίᾳ καὶ ἐν

XXXIII. Cum ergo ſpem habeamus æternæ vitæ; quæ in hac vita verſantur uſque ad ipſas animi oblectationes contemnimus. Unuſquiſque noſtrum uxorem ſuam quam ſecundum leges a nobis poſitas duxit, uxorem exiſtimat uſque ad liberorum procreationem. Quemadmodum enim agricola jactis in terram ſeminibus meſſem exſpectat, nec alia ſuperinjicit; ſic nobis cupiditatis modus, procreatio liberorum. Multos etiam apud nos reperire eſt, tum viros, tum mulieres, qui cœlibes conſeneſcant, ſpe arctius ſe cum Deo conjunctum iri. Quod ſi in vir-

a Matth. v. 28.

1. Βασιλεῦς ἐθέλων καὶ Θυέστης.] Locus corruptus, ſed qui D reſtitui poſſit & ſanari, ſi legamus βασιλεῦσαι ἐθέλων καὶ ἐκδικηθlῶαι, omiſſa illa voce Θυέστης, quam editor Oxonienſis probe vidit e margine, in qua aliquis notaverat de Thyeſte Athenagoram loqui, in ipſum contextum obrepſiſſe.

2. Μεμοίχευκεν.] Tres Anglicani addunt αὐτlώ·

3. Μηδὲν πλέον.] Sic Clarom. & tres Anglicani. Editi μηδὲν τὸ πλέον.

4. Δεσπότης.] Melius ſane δεσπόται, ut habent Pariſienſes editiones ex conjecturis Geſneri & Suffridi. Alloquitur enim duos Imperatores Athenagoras. Sed quia in omnibus mſſ. legitur δεσπότης, nihil mutandum duxi. Supra lineam in Regio 71. habetur αι.

5. Νόμος ὅς.] Plerique codices mſſ. νόμος ἦ, vel ἡ.

6. Ἀδελφοὺς καί.] Hæc deerant in edit. Pariſ. At in omnibus leguntur mſſ.

7. Λέγοντος τοῦ λόγου.] Videtur hæc Athenagoras ex apocrypha aliqua Scriptura depromſiſſe; ſic etiam citari ſolet E Scriptura. Vid. Clementem Alexand. Pædag. 3. p. 257.


8. Προσκύνημα.] Ad marginem Regii 2. legitur πρόσκυμα.

9. Ὑφ᾽ ἡμῶν.] Nullus dubito quin legendum ſit ὑφ᾽ ὑμῶν. 1. Quidquid præcipue diſcrepabat inter Chriſtianorum & Romanorum matrimonia, id a Chriſto, non ab ipſis Chriſtianis inſtitutum erat, matrimonio nimirum ad ſacramenti dignitatem evecto. Quare immerito dixiſſet Athenagoras: Uxorem unuſquiſque noſtrum ſecundum leges a nobis poſitas ducit. 2. Tabulæ nuptiales, de quibus Tertullianus lib. 2. ad uxorem cap. 3. ſecundum leges Romanas fiebant; & ſi qua repudii neceſſitas ſuperveniret, id quoque ex earumdem legum more fiebat, ut patet ex muliere Chriſtiana, de qua Juſtinus loquitur initio Apol. 2. Mirum ergo non videtur ſi Chriſtianos Athenagoras ſecundum leges Romanas matrimonium inire dicat. Quin etiam proprias leges hac in re jactare & Chriſtianum jus Romano opponere, oratio fuiſſet ad placandos Imperatores non valde idonea.

10. Ἐν παρθενίᾳ καὶ ἐν εὐνουχίᾳ μεῖναι.] Idem perpetuæ virginitatis propoſitum declarant, quæ paullo poſt leguntur, οἷος τις ἐτέχθη, μένειν. Id enim dici ſolere de iis, qui ſe, perpetuæ continentiæ voto obſtringunt, jam obſervavimus ad Juſtini Apol. 1. n. 29. Hanc Eccleſiæ doctrinam perſpicere licet in inſigni Clementis Alexandrini teſtimonio, quod & mendis & prava interpretatione deformatum reſtituere in ſuum nitorem aggrediar. Sic igitur Clemens Strom. 3. p. 459. edit. Pariſ. 546. edit. Oxon. ἡ πρόθεσίς τε ἑκάστου, τοῦ τε ἑαυτὸν εὐνουχίσαντος, τοῦ τε αὖ γάμῳ διὰ παιδοποιΐαν συζεύξαντος, ἀνενδότως πρὸς τὸ ἧττον διαμένειν ὀφείλει. *Propoſitum & illius qui ſemetipſum caſtravit, & illius qui ſe propter liberorum procreationem matrimonio conjunxit, ita perſeverare debet, ut minime deflectat ad id quod inferius eſt*. Qui ſe ergo caſtraverunt propter regnum cælorum, hi ſe irrevocabili obſtrinxerunt voto. Deinde Clemens idem ſtatuit de iis qui a conjugio ad perfectiorem ſtatum tranſeunt. εἰ μὲν γὰρ ἐπιτεῖναι οἷός τε εἴη τὸν βίον,

a Τὸ προσκύνημα δεῖ.] Puto heic reſpexiſſe Athenagoram ad illum ritum, quo pœnitentes volutabantur ad genua fratrum. Quare apud Tertullianum lib. *de Pœnit*. cap. 9. celebris illa phraſis occurrit: *Presbyteris* [illegible], *& caris Dei adgeniculari*. Hinc orta illa Gentilium adverſus Chriſtianos criminatio, de qua Minucius Felix in *Octavio* cap. XXVIII. *Etiam ille, qui de adoratis* [illegible] [illegible], *tentat in nos conferre quæ* [illegible]. Itaque [illegible] cujus verba heic ab Athenagora recitantur, [illegible] modi ritu fortaſſe accipiendus: [illegible] *quæ caris Dei* fieri ſolet, ut Tertulliani verbis utar.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



ἀνουχίᾳ μεῖναι, μᾶλλον παρίττησι τῷ Θεῷ· τὸ δὲ μέχρις ἐννοίας καὶ ἐπιθυμίας ἐλθεῖν, ἀπάγει· ὧν τὰς ἐννοίας φεύγομεν, πολὺ πρότερον τὰ ἔργα παραιτούμεθα. οὐ γὰρ μελέτῃ λόγων, ἀλλ' ἐπιδείξει καὶ διδασκαλίᾳ ἔργων τὰ ἡμέτερα· ἢ οἷός τις ἐτέχθη, μένειν, ἢ ἐφ' ἑνὶ γάμῳ. ὁ γὰρ δεύτερος, [1] εὐπρεπής ἐστι μοιχεία· ὃς γὰρ ἂν ἀπολύσῃ, φησὶ, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμήσῃ ἄλλην, μοιχᾶται· οὔτε ἀπολύειν ἐπιτρέπων ἧς ἔπαυσέ τις τὴν παρθενίαν, οὔτε ἐπιγαμεῖν. ὁ γὰρ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ εἰ τέθνηκε, μοιχός ἐστι παρακεκαλυμμένος· παραβαίνων μὲν τὴν χεῖρα τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς ἕνα ἄνδρα ἔπλασε καὶ μίαν γυναῖκα· λύων δὲ τὴν σάρκα πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρὸς μίξιν. [2] εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν.

A ginitate & eunuchi statu manere, magis Deo conjungit; ab eo autem vel sola cogitatio & cupiditas abducit: quorum cogitationes fugimus, eorum actiones multo magis aversamur. Neque enim meditatione sermonum, sed demonstratione & disciplina actionum res nostræ continentur; ut quisque vel qualis natus est, maneat, vel unicis in nuptiis. Secundæ enim, decorum adulterium. [a] *Quicumque enim dimiserit*, inquit, *uxorem suam & aliam duxerit, mœchatur*, nec eam dimitti sinens, cujus virginitati finem quis imposuit, nec aliam insuper duci. Nam qui se ipse prima uxore spoliat, etiamsi mortua sit, occulta quadam ratione est adulter; tum quod manum Dei transgrediatur, (nam initio Deus unum ho-B minem finxit ac unam mulierem) tum quod carnis cum carne conjunctionem quodam veluti vinculo ad commiscendum genus colligatam dissolvat.

Ἀλλ' οἱ τοιοῦτοι (ὢ τί ἂν εἴποιμι τὰ ἀπόῤῥητα;) ἀκούομεν τὰ τῆς παροιμίας, ἡ πόρνη τὴν σώφρονα. οἱ γὰρ ἀγορὰν στήσαντες πορνείας, καὶ καταγωγὰς ἀθέσμους πεποιημένοι τοῖς νέοις πάσης αἰσχρᾶς ἡδονῆς, καὶ μηδὲ τῶν ἀρσένων φειδόμενοι· ἄρσενες ἐν ἄρσεσι τὰ δεινὰ κατεργαζόμενοι· ὅσων σεμνότερα καὶ εὐειδέστερα σώματα, παντοίως αὐτὰ ὑβρίζοντες· ἀτιμοῦντες καὶ τὸ ποιητὸν τοῦ Θεοῦ καλόν· (οὐ γὰρ αὐτοποίητον ἐπὶ γῆς τὸ κάλλος, ἀλλὰ ὑπὸ χειρὸς καὶ γνώμης πεμπόμενον τοῦ Θεοῦ) οὗτοι δὲ ἃ συνίσασι αὑτοῖς καὶ τοὺς σφετέρους λέγουσι [3] θεοὺς, ἐπ' αὐτῶν, ὡς σεμνὰ, καὶ τῶν θεῶν αὐτὰ αὐχοῦντες· ταῦτα ἡμᾶς λοιδοροῦνται· κακίζοντες οἱ μοιχοὶ καὶ παιδερασταὶ τοὺς εὐνούχους, καὶ μονογάμους· οἱ δίκην ἰχθύων ζῶντες (καὶ γὰρ οὗτοι καταπίνουσι τὸν ἐμπεσόντα, ἐλαύνοντες ὁ ἰσχυρότερος τὸν ἀσθενέστερον· καὶ τοῦτό ἐστι σαρκῶν ἅπτεσθαι ἀνθρωπικῶν, τὸ κειμένων νόμων, οὓς ὑμεῖς καὶ οἱ ὑμέτεροι πρόγονοι πρὸς πᾶσαν δικαιοσύνην ἐξετάσαντες ἐθήκατε, παρὰ τούτους αὐτοὺς βιάζεσθαι·) ὡς

XXXIV. Ceterum tales cum simus (quid ego tacenda proferam?) audimus illud proverbii, *meretrix pudicam*. Nam qui nundinas impudicitiæ instituunt, & infanda omnis turpitudinis diversoria adolescentibus proponunt, ac ne masculis quidem temperant, masculi in masculos horribilia patrantes, & honestiora ac pulcriora quæque corpora omnibus stupris violantes, ac creatæ a Deo venustati dedecus inurentes: (neque enim venustas in terris sua sponte exoritur, sed Dei manu & voluntate mittitur) ii C quæ sibi ipsis conscivere, quæque diis suis attribuunt, tamquam de præclare factis ac deorum propriis gloriantes, ea nobis in convicii loco objiciunt; sicque adulteri & puerorum amatores eunuchos & semel nuptos vituperant; & qui instar piscium vivunt (nam & ipsi obvium quemque devorant, & infirmum fortior insectatur; idque carnes humanas attingere est, contra leges a vobis & majoribus vestris ad omnem æquitatem descriptas vim & impressionem exercere:) ita ut missi a vobis provinciarum præsides cau-

a Matth. xix. 9. Marc. x. 11.


μείζονα ἀξίαν ἐν Θεῷ αὐτὸς ἑαυτῷ περιποιήσεται, καθαρῶς ἅμα καὶ λελογισμένως ἐγκρατευσάμενος. εἰ δὲ ὑπερβὰς ὃν εἵλετο κανόνα εἰς μείζονα δόξαν, ἔπειτα ἀποπέσῃ, πρὸς τὴν ἐλπίδα. ἔχει γὰρ ὥσπερ ἡ εὐνουχία, οὕτω καὶ ὁ γάμος ἰδίας λειτουργίας D καὶ διακονίας τῷ κυρίῳ διαφερούσας. Doctissimus Oxoniensis Editor existimat post τὴν ἐλπίδα aliquid hujusmodi excidisse, *ne tamen animum despondeat*: ita ut is, qui post susceptum continentiæ propositum cadit redeundo ad id quod reliquerat, is lapsum suum hac ratione consolari possit, quod ut castitas, ita etiam matrimonium suas habeat virtutes. Sed quod heic dicitur de matrimonii virtutibus, non ea spectat, ut illius usum repetere liceat his qui perfectiorem statum amplexi sunt. Nam lapsum vocat hanc agendi rationem S. Clemens, atque ut perstantibus in suscepta continentia uberiorem mercedem promittit, ita cadentibus gravissimas minas intentat. Quare vulnus hujus loci sanabitur, si legamus, πῶς τὴν ἐλπίδα ἔχοι; illud ἔχοι facile excidere potuit ob similem vocem ἔχει, quæ proxime sequitur. Sic ergo totum hunc locum interpretor. *Quod si vitam ad perfectius intendere potuerit, majus meritum apud Deum sibi ipse comparabit ob servatam pure & rationi consentanee continentiam. Sed si postquam transscendit,* E *majoris gloriæ causa, electum vitæ genus, ceciderit; quomodo spem habebit? Habet enim, ut castitas, ita & matrimonium proprias perfunctiones & ministeria, quæ Domino probantur.* Spem aufert cadentibus, quamdiu scilicet ad promissam continentiam non redibunt: quod autem addit de laudabilibus matrimonii perfunctionibus, eo manifeste spectat, ut qui hunc statum elegerunt, non temere ad perfectiorem transcurrant.

1. Εὐπρεπής ἐστι μοιχεία.] Non solus Athenagoras de digamis justo severius visus est judicare. Consuli potest longa series ejusmodi testimoniorum apud Cotelerium p. 64. in notis ad *Pastoris* lib. 2. Mandat. IV. n. IV. Non tamen prætermittendum quid sentiat Athenagoras, cum præsertim Tillemontius, quo viro nemo æquior, nemo ad vituperandum tardior, Athenagoræ verbis adductus sit, ut eum e Montanistis unum fuisse non affirmaret quidem, sed tamen suspicaretur. Equidem satis causæ esse non puto, ut in hanc suspicionem vocetur. Nam 1. cum monogamia maximo esset in pretio apud Christianos; secundæ autem nuptiæ, etsi non omnino inconcessæ, aliqua tamen ignominia notarentur, digamis a sacra communione ad tempus remotis; quid mirum si monogamiam Athenagoras, ut commune Christianorum institutum commendat? Similiter Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autol. *Apud Christianos*, inquit, *monogamia servatur*. Et Minucius Felix: *Cupiditatem procreandi aut unam sentimus, aut nullam*. 2. Metaphora non carent hæ voces, *occultus est adulter*. Lenit enim asperiorem criminationem, dum occultum vocat adulterium: ac secundas nuptias nulla lege interdictas fatetur, si quidem tunc manifestum esset vitium. Hanc igitur vim habet decorum illud & occultum adulterium, ut digamus per quamdam metaphoram, ac sensu quodam subtiliore & longius petito adulter sit; quia videlicet, ut addit Athenagoras, discedit ab ea matrimonii ratione quam Deus ab initio instituerat, unica uxore Adamo concessa.

2. Εἰς τοῦ γένους κοινωνίαν.] Ita codex Clarom. & tres Anglicani & Ducæus, quibus favet Reg. 2. ubi εἰς additum est post lineam. Deest in aliis hæc præpositio. Ut autem nihil desit ad sensus integritatem, legendum, ut in interpretatione expressimus, τὴν σαρκὸς πρὸς σάρκα κατὰ τὴν ἕνωσιν πρόσμιξιν. Sed molestum forte videbitur, quod Athenagoras iisdem utatur rationibus, quibus Tertullianus catholicam sententiam impugnat in libro de Monogamia. Revocat enim Tertullianus ad primam matrimonii institutionem cap. 4. Profert etiam cap. 9. latam a Christo legem adversus divortium. Sed sæpe ex iisdem principiis diversæ consecutiones eruuntur. Cum enim hæc duo argumenta, de quibus diximus, tum multa alia Hieronymus ex libro Tertulliani de Monogamia mutuatur in epist. 91. alias 11. non ut secundas nuptias, ut Tertullianus, prohibitas & impermissas, sed ut propter intemperantiam concessas esse demonstret. Primam matrimonii institutionem pariter objiciunt digamis Auctor Constitut. Apost. lib. 3. cap. 2. & Clemens Alex. Strom. 3. p. 461.

3. Θεούς.] Tres Angl. θεοῖς.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



μηδὲ τοὺς ὑφ' ὑμῶν καταπεμπομένους ἡγεμόνας τῶν A ἐθνῶν ἐξαρκεῖν ταῖς δίκαις, οἷς οὐδὲ παιομένοις μὴ παρέχειν ἑαυτοὺς, οὐδὲ κακῶς ἀκούουσι μὴ εὐλογεῖν ἔξεστιν. [1] οὐ γὰρ [2] ἀπαρκεῖ δίκαιον εἶναι (ἔστι δὲ [3] δικαιοσύνη, ἴσα ἴσοις ἀμείβειν) ἀλλ' ἀγαθοῖς καὶ [4] ἀνεξικάκοις εἶναι πρόκειται.

A sarum audiendarum onus vix sustineant; ii, inquam, qui ita vivunt, in eos invehuntur, quibus nec percussis se ipsos non tradere, nec male audientibus fas est non benedicere. Neque enim satis est justum esse, (justitia enim est par pari referre) sed illud etiam propositum nobis est, ut boni & patientes malorum simus.

Τίς οὖν ἂν φρονῶν εἴποι, τοιούτους ὄντας ἡμᾶς, ἀνδροφόνους εἶναι; οὐ γάρ ἐστι [5] πάσασθαι κρεῶν ἀνθρωπικῶν, μὴ πρότερον ἀποκτείνασί τινα. τὸ πρότερον οὖν ψευδόμενοι· τὸ δεύτερον κἂν μέν τις αὐτοὺς [6] ἔρηται, εἰ ἑωράκασιν ἃ λέγουσιν, οὐδεὶς οὕτως ἀπηρυθριασμένος, ὡς ἐπεῖν ἰδεῖν. καίτοι καὶ δοῦλοί εἰσιν ἡμῖν, τοῖς μὲν καὶ πλείους, τοῖς δὲ B ἐλάττους· οὓς οὐκ ἔστι λαθεῖν· ἀλλὰ καὶ τούτων οὐδεὶς [7] καθ' ἡμῶν τὰ τηλικαῦτα οὐδὲ κατεψεύσατο. οὓς γὰρ ἴσασιν οὐδ' ἰδεῖν κἂν δικαίως φονευόμενον ὑπομένοντας, τούτων τίς ἂν κατείποι ἢ [8] ἀνδροφονίαν, ἢ ἀνθρωποβορίαν; τίς οὐχὶ τῶν περὶ σπουδῆς τὰς δι' ὅπλων ἀγωνίας καὶ διὰ θηρίων, καὶ μάλιστα τὰς ὑφ' ὑμῶν ἀγομένας, ἔχει; ἀλλ' ἡμεῖς πλησίον εἶναι τὸ ἰδεῖν τὸν [9] φονευόμενον τοῦ ἀποκτεῖναι νομίζοντες, ἀπηγορεύσαμεν τὰς τοιαύτας θέας. πῶς οὖν μηδὲ ὁρῶντες, ἵνα μὴ ἑαυτοῖς ἄγος καὶ μίασμα προστριψαίμεθα, φονεύειν δυνάμεθα; καὶ οἳ τὰς τοῖς ἀμβλωθριδίοις χρωμένας, ἀνδροφονεῖν τε καὶ λόγον ὑφέξειν τῆς ἐξαμβλώσεως τῷ Θεῷ φαμὲν, κατὰ ποῖον ἀνδροφονοῦμεν λόγον; οὐ γὰρ τοῦ αὐτοῦ νομί- C ζειν μὲν καὶ τὸ κατὰ γαστρὸς, ζῶον εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτοῦ μέλειν τῷ Θεῷ, καὶ παρεληλυθότα εἰς τὸν βίον, φονεύειν· καὶ μὴ ἐκτιθέναι μὲν τὸ γεννηθὲν, ὡς τῶν ἐκτιθέντων τεκνοκτονούντων, πάλιν δὲ τὸ τραφὲν ἀναιρεῖν. ἀλλ' ἐσμὲν πάντα πανταχοῦ ὅμοιοι καὶ ἴσοι, δουλεύοντες τῷ λόγῳ, καὶ οὐκ [10] ἄρχοντες αὐτοῦ.

XXXV. Quis igitur non insulsissimus nos, cum tales simus, homicidas esse dixerit? Neque enim carnes humanas degustare possumus, nisi prius aliquem occiderimus. Dum autem alterum mentiuntur, si quis de altero ex eis quærat, an viderint quæ dictitant, nemo tam impudens ut vidisse se dicat. Sunt B nobis servi, aliis quidem plures, aliis autem pauciores, quos latere non possumus: horum tamen nemo inventus est, qui talia vel fingeret de nobis. Quos enim sciunt ne justæ quidem cædis aspectum sustinere, quis eos accusaverit vel occisi hominis vel vorati! Quis gladiatorum vel ferarum ludos, præsertim si a vobis dentur, non plurimi faciat? Nos autem cum homicidium spectare pæne idem esse arbitremur ac perpetrare, nuntium his spectaculis remisimus. Cædem igitur quomodo perpetrare possimus, qui eam ne spectandam quidem ducimus, ne scelus & piaculum nobis impingamus? Et qui mulieres illas, quæ medicamentis ad abortum utuntur, homicidas esse & rationem hujus abortus Deo reddituras dicimus, quomodo hominem occideremus? Non enim C ejusdem est fœtum etiam in utero animal esse, ac ideo Deo curæ esse existimare, & editum in lucem occidere; ac infantem non exponere, quia parricidæ sunt qui exponunt, rursus autem nutritum & educatum interficere. Sed semper in omnibus iidem & æquales sumus, rationi servientes, non ei imperantes.

Τίς ἂν οὖν ἀνάστασιν πεπιστευκὼς, ἐπὶ σώμασιν ἀναστησομένοις ἑαυτὸν παράσχοι τάφον; οὐ γὰρ τῶν αὐτῶν, καὶ ἀναστήσεσθαι ἡμῶν πεπεῖσθαι τὰ σώματα, καὶ ἐσθίειν αὐτὰ ὡς οὐκ ἀναστησόμενα· καὶ ἀποδώσειν μὲν νομίζειν τὴν γῆν τοὺς ἰδίους νεκροὺς, οὓς δέ τις αὐτὸς ἐγκατέθαψεν αὐτῷ, μήτε ἀπαιτηθήσεσθαι. τοὐναντίον μὲν D οὖν εἰκὸς, τοὺς μὲν [11] μήτε λόγον ὑφέξειν τοῦ ἐνταῦθα ἢ πονηροῦ ἢ χρηστοῦ βίου, μήτε ἀνάστασιν εἶναι οἰομένους, συναπόλλυσθαι δὲ τῷ σώματι καὶ τὴν ψυχὴν, καὶ οἷον ἐναποσβέννυσθαι λογιζομένους, μηδενὸς ἂν ἀποσχέσθαι τολμήματος. τοὺς δὲ μηδὲν ἀνεξέταστον ἔσεσθαι παρὰ τῷ Θεῷ, συγκολασθήσεσθαι δὲ καὶ τὸ ὑπουργῆσαν σῶμα ταῖς ἀλόγοις ὁρμαῖς τῆς ψυχῆς καὶ ἐπιθυμίαις, πεπεισ-

XXXVI. Quis est igitur qui cum resurrectionem credat, resurrecturis corporibus sepulcrum se præbeat? Neque enim eorumdem est certo tenere corpora resurrectura, & eadem, ut minime resurrectura, comedere: ac terram quidem proprios mortuos red- D dituram existimare, quos autem quis in se sepeliverit, eos a se non repetitum iri. Quin potius qui nec rationem se hujus vitæ, sive bene, sive male actæ, reddituros, nec futuram resurrectionem putant, sed cum corpore animam interire & quodammodo extingui opinantur, eos verisimile est nulli facinori temperaturos. Qui vero nihil omnino apud Deum examini subtractum iri, ac corpus cum anima; cujus motibus a ratione alienis & cupiditatibus ministravit, punitum iri persuasum habent; eos ne levissi-

1. Οὐ γάρ.] Duo Angl. & Reg. 2. οὐδέ.
2. Ἀπαρκεῖ.] Duo Angl. ἐπαρκεῖ.
3. Δικαιοσύνη.] Uterque Regius, Clarom. & 2. Angl. δικαιοσύνης.
4. Ἀνεξικάκοις.] Tres Angl. ἀλεξικάκοις.
5. Πάσασθαι.] Tres Angl. & Reg. 2. σπάσασθαι.
6. Ἔρηται.] Tres Anglicani εἴρηται, & sic videtur prima manu habuisse Reg. 1.
7. Οὐδεὶς καθ' ἡμῶν.] Testatur Justinus in minore Apol. n. 12. nonnullos Christianorum servos aut pueros aut mulierculas horrendis tormentis coactos fuisse fabulosa illa flagitia in Christianos fingere. Hoc ipso anno quo scribebat Athenagoras, id est anno 177. idem Lugduni contigerat, nonnullis servis tormentorum metu Thyesteas cœnas & concubitus Oedipodeos indicantibus, ut discimus ex Epist. Eccles. Vien. & Lugd. apud Euseb. l. 5. c. 1. Sed forte non habebat in memoria Athenagoras quod apud Justinum legitur: forte scribebat antequam Martyres Lugduni torquerentur, aut saltem antequam illorum martyrii fama ad ipsius aures perveniret. Atque etiamsi rem non ignorasset, quia tamen hæc indicia non sponte, non horrore criminis delata, sed cruciatibus expressa, liquido potuit ea flocci facere, ac innocentiam Christiano- E rum nullo hactenus judicio læsam asseverare. Simili modo Tertullianus decantata illa crimina numquam a servis, quos tamen latere non possent, comprehensa fuisse demonstrat. *Oro vos*, inquit lib. 1. ad Nat. cap. 7. *extraneis unde notitia? cum etiam justa & licita mysteria omnem arbitrii* (leg. *arbitrium*) *extraneum caveant, nisi inlicita minus spernunt*. Legendum videtur, *minus cernunt*. Id est, nisi forte extranei in cernendis inlicitis mysteriis minus curiosi sunt. Si retineatur illud *spernunt*, legendum erit *magis* pro *minus*. Pergit Tertullianus: *At quin extraneis tam honorare* (leg. *ignorare*) *quam confingere magis competit*.... (sed forte) *domesticorum curiositas furata est per rimulas & cavernas. Quid? cum domestici eos* (leg. *reos*) *vobis prodant, a nullis* (enim) *magis prodimur; quanto magis si atrocitas tanta sit, quæ justitia in* [illegible] *familiaritatis fidem rump*[illegible], *non* [illegible] *mens, quod expavit oculus*.
8. Ἀνδροφονίαν.] Tres Angl. ἀνδροφονίας & mox [illegible].
9. Τὸν φονευόμενον.] Ita Reg. 1. Editi τὸ φον[illegible].
10. Ἄρχοντες.] Clarom. & tres Anglicani [illegible].
11. Μήτε λόγον.] Tres Angl. μὴ λόγον. Sic etiam Reg. 1. Sed secunda manu.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

μένους, οὐδεὶς λόγος ἔχει οὐδὲ τῶν βραχυτάτων τι ἁμαρτεῖν. εἰ δέ τῳ λῆρος πολὺς δοκεῖ, τὸ σαπὲν καὶ διαλυθὲν καὶ ἀφανισθὲν σῶμα συστῆναι πάλιν, κακίας μὲν οὐκ ἂν εἰκότως δόξαν ἀποφεροίμεθα διὰ τοὺς οὐ πιστεύοντας, ἀλλ' εὐηθείας. οἷς γὰρ ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς λόγοις, ἀδικοῦμεν οὐδένα. ὅτι μέντοι οὐ καθ' ἡμᾶς μόνον ἀναστήσεται τὰ σώματα, ἀλλὰ καὶ κατὰ πολλοὺς τῶν φιλοσόφων, περίεργον ἐπὶ τοῦ παρόντος δεικνύειν, ἵνα μὴ ἐξαγωνίους τοῖς προκειμένοις ἐπεισάγειν δοκῶμεν λόγους· ἢ περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, καὶ τῆς τούτων συστάσεως λέγοντες· ἢ ὅτι πρεσβύτερα τὰ ἀσώματα τῶν σωμάτων καὶ τὰ νοητὰ προάγει τῶν αἰσθητῶν· κἂν πρώτοις περιπίπτωμεν τοῖς αἰσθητοῖς, συνισταμένων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων, κατὰ τὴν ἐπισύνθεσιν τῶν [1] νοητῶν σωμάτων· ἐκ δὲ τῶν νοητῶν. οὐ γὰρ κωλύει, κατὰ τὸν Πυθαγόραν καὶ τὸν Πλάτωνα, γενομένης τῆς διαλύσεως τῶν σωμάτων, ἐξ ὧν τὴν ἀρχὴν συνέστη, ἀπὸ τῶν αὐτῶν αὐτὰ καὶ πάλιν συστῆναι. ἀλλ' ἀνακείσθω μὲν ὁ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγος.

mum quidem peccatum admissuros consentaneum est. Quod si cui merum somnium videatur, putrefactum & dissolutum corpus, quodque penitus evanuit, iterum coalescere; non sane merito improbitatis opinionem propter eos qui non credunt, referamus, sed tarditatis. Quibus enim rationibus nos decipimus, neminem iis lædimus. Porro non nos solum corpora resurrectura censere, sed multis etiam philosophis idem videri, supervacaneum est impræsentiarum demonstrare, ne propositæ orationi alienas inserere disputationes videamur, sive de iis quæ mente percipiuntur, sive de iis quæ sensu, ac de eorum natura; sive illud etiam differentes, incorporea antiquiora esse corporibus; & ea quæ sensu percipiuntur, licet prima nobis occurrant, iis quæ mente, esse posteriora: quippe ex incorporeis, per cumulatam conjunctionem insensibilium, constent corpora, & ex iis quæ mente percipiuntur, ea quæ sensu. Nihil enim prohibet secundum Pythagoram & Platonem, quominus facta corporum dissolutione, quibus ex rebus primo coaluerant, ex iisdem rursus coagmententur. Sed hac de resurrectione disputatione supersedeamus.

Ὑμεῖς δὲ, ὦ πάντα ἐν πᾶσι φύσει καὶ παιδείᾳ χρηστοὶ καὶ μέτριοι καὶ φιλάνθρωποι, καὶ τῆς βασιλείας ἄξιοι, διαλελυμένῳ μὲν τὰ ἐγκλήματα, ἐπιδεδειχότι δὲ ὅτι καὶ θεοσεβεῖς καὶ ἐπιεικεῖς καὶ ψυχὰς κεκολασμένοι, τὴν βασιλικὴν κεφαλὴν ἐπινεύσατε. τίνες γὰρ καὶ δικαιότεροι ὧν δέονται τυχεῖν, ἢ οἵτινες περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑμετέρας εὐχόμεθα, ἵνα παῖς μὲν παρὰ πατρὸς κατὰ τὸ δικαιότατον διαδέχησθε τὴν βασιλείαν, αὔξησιν δὲ καὶ ἐπίδοσιν καὶ ἡ ἀρχὴ ὑμῶν, πάντων [2] ὑποχειρίων γιγνομένων, λαμβάνῃ; τοῦτο δ' ἐστὶ [3] καὶ πρὸς ἡμῶν, ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγοιμεν, αὐτοὶ δὲ πάντα τὰ κεκελευσμένα προθύμως ὑπηρετοῖμεν.

XXXVII. Vos autem tum natura, tum doctrina rebus omnino in omnibus boni & moderati & humani & imperio digni Imperatores, jam mihi, postquam criminationes dissolvi, ac nostram in Deum pietatem & mansuetudinem & animæ temperantiam demonstravi, regio capite annuite. Quinam enim digniores qui ea quæ petunt impetrent, quam qui pro imperio vestro precamur, ut filius a patre, prout æquissimum est, regnum accipiatis, & accessionibus ac incrementis imperium vestrum, omnibus ditioni vestræ subjectis, augeatur? Atque id quidem nostra etiam interest, quo tranquillam vitam agamus, & imperata omnia alacres ministremus.

1. *Τῶν νοητῶν σωμάτων*.] Ut sibi Athenagoras constet in instituta divisione, legendum, *συνισταμένων ἐκ μὲν τῶν ἀσωμάτων, κατὰ τὴν ἐπισύνθεσιν τῶν σωμάτων. ἐκ δὲ τῶν νοητῶν, τῶν αἰσθητῶν*. Vidit Suffridus addendum esse *τῶν αἰσθητῶν*.

2. *Ὑποχειρίων*.] Sic & Reg. uterque & duo Romani codices, & Orat. quibus etiam favent duo Anglicani in quibus legitur *ὑποχειρῶν*. Editi *ἐπιχειρίων*, excepta tamen Frontonis Ducæi editione, qui similia apponit Tertulliani & Prudentii testimonia, quorum primus sic loquitur Apol. c. 30. *Precantes sumus omnes semper pro omnibus Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitum fortem, senatum fidelem, populum probum, Orbem quietum*. Sic autem Prudentius in Agone S. Romani.


Placanda nobis pro triumphis principis
Delubra; faustus ut secundet gloriam
Procinctus, utque subjugatis hostibus,
Ductor quietum frenet orbem legibus.

3. *Καὶ πρὸς ἡμῶν*.] Ita Reg. uterque, Clarom. Orat. & duo Romani. Unus ex Anglicanis *ἡμᾶς*. Editi *καὶ πρὸς ὑμῶν*, quæ scriptura Gesnero & Suffrido displicuit, nec immerito. Quale enim hoc acumen exstitisset, etiam Imperatorum interesse, ut & eorum imperium augeatur, & omnibus obsequium suum præstantibus stabiliatur? At de Christianis Athenagoras, ut ostenderet quantum Imperatorum causa cuperent, præclare ait eos in publicis commodis & in prosperis Imperatorum rebus, sua etiam commoda inventuros sperare.



INDEX CAPITUM
LEGATIONIS PRO CHRISTIANIS:
ATHENAGORÆ
ATHENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
177.



ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ

ΠΕΡΙ

ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΤΩΝ ΝΕΚΡΩΝ.

ATHENAGORÆ

ATHENIENSIS PHILOSOPHI CHRISTIANI

DE

RESURRECTIONE MORTUORUM.

A ΠΑΝΤΙ δόγματι καὶ λόγῳ τῆς ἐν [1] τοῖς οὖσιν ἀληθείας ἐχομένῳ παραφύεταί τι ψεῦδος· παραφύεται δὲ οὐκ ἐξ ὑποκειμένης τινὸς ἀρχῆς κατὰ φύσιν ὁρμώμενον ἢ τῆς κατ᾽ αὐτὸ ὅπερ ἐστὶν ἕκαστον αἰτίας, ἀλλ᾽ ὑπὸ τῶν τὴν ἔκθεσμον σπορὰν ἐπὶ διαφθορᾷ τῆς ἀληθείας τετιμηκότων σπουδαζόμενον· τοῦτο δέ ἐστιν εὑρεῖν, πρῶτον μὲν ἐκ τῶν πάλαι ταῖς περὶ τούτων φροντίσιν ἐσχολακότων, καὶ τῆς ἐκείνων πρός τε τοὺς ἑαυτῶν πρεσβυτέρους καὶ τοὺς ὁμοχρόνους γενομένης διαφορᾶς· οὐχ ἥκιστα δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν ἐν μέσῳ στρεφομένων ταραχῆς. οὐδὲν γὰρ τῶν ἀληθῶν οἱ τοιοῦτοι κατέλιπον ἀσυκοφάντητον, οὐ τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ, οὐ τὴν γνῶσιν, οὐ τὴν ἐνέργειαν, οὐ τὰ τούτοις ἐφεξῆς καθ᾽ εἱρμὸν ἑπόμενα, καὶ τὸν τῆς εὐσεβείας ἡμῖν B ὑπογράφοντα λόγον. ἀλλ᾽ οἱ μὲν πάντη καὶ καθάπαξ ἀπογινώσκουσι τὴν περὶ τούτων ἀλήθειαν· οἱ δὲ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς [2] διαστρέφουσιν· οἱ δὲ καὶ περὶ τῶν ἐμφανῶν ἀπορεῖν ἐπιτηδεύουσιν. ὅθεν οἶμαι δεῖν τοῖς περὶ ταῦτα πονουμένοις λόγων διττῶν, τῶν μὲν, ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, τῶν δὲ, [3] περὶ τῆς ἀληθείας· καὶ τῶν μὲν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας, ἢ τοὺς ἀμφιβάλλοντας· τῶν δὲ περὶ τῆς ἀληθείας, πρὸς τοὺς εὐγνωμονοῦντας καὶ μετ᾽ εὐνοίας δεχομένους τὴν ἀλήθειαν. ὧν ἕνεκεν χρὴ τοὺς περὶ τούτων ἐξετάζειν ἐθέλοντας, τὴν ἑκάστοτε προκειμένην χρείαν σκοπεῖν, καὶ ταύτῃ τοὺς λόγους μετρεῖν· τήν τε περὶ τούτων τάξιν μεθαρμόζειν πρὸς τὸ δέον, καὶ μὴ τῷ δοκεῖν τὴν αὐτὴν πάντοτε φυ- C λάττειν ἀρχὴν, ἀμελεῖν τοῦ προσήκοντος, καὶ τῆς ἐπιβαλλούσης ἑκάστῳ χώρας. ὡς μὲν γὰρ πρὸς ἀπόδειξιν καὶ φυσικὴν ἀκολουθίαν, πάντοτε προτοστατοῦσιν οἱ περὶ αὐτῆς λόγοι τῶν ὑπὲρ αὐτῆς· ὡς δὲ πρὸς τὸ χρειωδέστερον, ἀνεστραμμένως οἱ ὑπὲρ αὐτῆς, τῶν περὶ αὐτῆς. οὔτε γὰρ γεωργὸς δύναιτ᾽ ἂν προσηκόντως καταβάλλειν τῇ γῇ τὰ σπέρματα, μὴ προεξελὼν τὰ τῆς ἀγρίας ὕλης, καὶ τοῖς καταβαλλομένοις ἡμέροις σπέρμασι λυμαινόμενα· οὔ-

I. SENTENTIÆ omni ac doctrinæ, quæ quidem cum rerum veritate consentiat, adnascitur aliquid mendacii. Adnascitur autem, non ex subjecto aliquo principio secundum naturam productum, aut ex propria cujusque rei causa; sed ab iis, qui semen adulterinum ad corruptionem veritatis cordi habent, de industria excogitatum. Atque id deprehendere est, primo quidem ex iis, qui olim in ejusmodi rebus investigandis versati sunt, atque ex eorum & cum antiquioribus & cum æqualibus dissensione; non minime autem ex ipsa earum rerum quæ in medio versantur, perturbatione. Nullam enim veritatis partem a calumniis liberam reliquerunt, non essentiam Dei, non ejus scientiam, non operationem, non quæ ex his apta serie consequuntur, & pietatis formam nobis exprimunt. Sed alii veritatem in ejusmodi rebus omnino desperant, alii ad suas opiniones detorquent, alii de industria res ante oculos positas in dubium vocant. Hinc iis qui operam in res ejusmodi insumunt, duplici opus arbitror esse sermone; altero pro veritate, altero de veritate: pro veritate quidem adversus incredulos, aut dubitantes; de veritate autem ad eos qui æquo sunt animo, & veritatem libenter suscipiunt. Quamobrem qui his de rebus quærere volunt, spectare debent, quid quoque tempore expediat, eoque disputandi rationem metiri, & disputationis ordinem ad id quod decet accommodare; nec, ut eamdem semper exordiendi rationem retinere videantur, convenientiam negligere & locum quibusque rebus congruentem. Quantum enim ad demonstrationem & naturalem ordinem spectat; priores sunt semper sermones de veritate, iis qui pro veritate: quantum autem ad majorem utilitatem; conversa ratione, illis isti præeunt. Neque enim terræ semina convenienter agricola mandare possit, nisi prius silvestrem materiam, ac bonis

1. Ἐν τοῖς οὖσιν.] Hæc scriptura, quam suppeditavit codex Bigotianus, longe videtur præferenda vulgatæ ἐν αὐτοῖς. His vocibus ἐν τοῖς οὖσιν indicat Athenagoras veritatem certis rebus ac principiis constare, idque opponit iis quæ mox de mendacio pronuntiat, nempe nullo illud subjecto principio niti, nulla naturali causa contineri.

2. Διαστρέφουσι.] Reg. 2. in textu στρέφουσι & supra lineam διά.

3. Περὶ τῆς ἀληθείας.] Disputationem de veritate non eam intelligit, in qua dogmata credentibus explicantur, sed eam in qua argumentis probantur & defenduntur. Hanc enim de veritate disputationem opponit susceptæ D pro veritate disputationi, in qua anticipatæ evelluntur opiniones & adversariorum tricis occurritur. Atque hanc distinctionem utriusque disputationis adhibet Athenagoras, quia statuerat initium hujus pertractationis ducere ab opinionum præjudicatarum eversione, ac deinde dogma Christianum argumentis demonstrare; id quod in secunda parte exsequitur. Vide num XI. ubi hoc discrimen ponit inter utramque disputationem, quod in altera mendacium redarguitur, in altera veritas stabilitur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

τε ἰατρὸς ἐνεῖναί τι τῶν ὑγιεινῶν φαρμάκων τῷ δεομένῳ θεραπείας σώματι, μὴ τὴν ἐνοῦσαν κακίαν [1] προκαθάρας, ἢ τὴν ἐπιῤῥέουσαν ἐπισχών. οὔτε μὴν ὁ τὴν ἀλήθειαν ἐθέλων διδάσκειν, περὶ τῆς ἀληθείας λέγων, πεῖσαι δύναιτ' ἄν τινα, ψευδοδοξίας τινὸς ὑποικουρούσης τῇ τῶν ἀκουόντων διανοίᾳ, καὶ τοῖς λόγοις ἀντιστατούσης. διὸ πρὸς τὸ χρειωδέστερον ἀφορῶντες καὶ ἡμεῖς, προτάσσομεν ἔσθ' ὅτε τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας λόγους τῶν περὶ τῆς ἀληθείας· κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ποιῆσαι καὶ νῦν ἐπὶ τῶν τῆς ἀναστάσεως λόγων οὐκ ἀχρεῖον φαίνεται, σκοποῦσι τὸ δέον. καὶ γὰρ ἐν τούτοις εὑρίσκομεν τοὺς μὲν ἀπιστοῦντας πάντη, [2] τινὰς δὲ ἀμφιβάλλοντας, καὶ τῶν γε [3] τὰς πρώτας ὑποθέσεις δεξαμένων τινὰς, ἐπίσης τοῖς ἀμφιβάλλουσιν, ἀποροῦντας· τὸ δὲ πάντων παραλογώτατον, ὅτι ταῦτα πάσχουσιν, οὐδ' ἡντιναοῦν ἔχοντες ἐκ τῶν πραγμάτων ἀπιστίας ἀφορμὴν, οὐδ' αἰτίαν εὑρίσκοντες εἰπεῖν εὔλογον, δι' ἣν ἀπιστοῦσιν ἢ διαποροῦσιν.


seminibus nocentem evulferit: nec medicus falutare pharmacum ægroto corpori dare, nifi prius refidentem vitiofitatem expurget, aut irruentem cohibeat. Sic qui veritatem docere vult, neminem poffit de veritate differens docere, delitefcente in audientium animo falfa aliqua opinione, & iis quæ dicuntur, obftante. Quamobrem nos quoque ad id quod utilius eft refpicientes, nonnumquam fermones pro veritate, iis quæ de veritate habentur, præponimus: idque nunc ita facere in hac de Refurrectione pertractatione non inutile, quid deceat fpectantibus, videtur. Nam hac etiam in re alios reperimus omnino incredulos, nonnullos vero dubitantes; atque ex illis etiam qui prima principia fufceperunt, quofdam non minus animi incertos, quam qui dubitant: quodque omnium abfurdiffimum eft, ita animo affecti funt, quamvis nullam prorfus ex ipfis rebus anfam habeant ad incredulitatem, nec caufam probabilem afferre poffint, cur non credant, aut cur dubitent.

Σκοπῶμεν δὲ οὕτως· εἰ πᾶσα ἀπιστία μὴ προχείρως καὶ κατά τινα δόξαν ἄκριτον [4] ἐγγινομένη τισὶν, ἀλλὰ μετά τινος αἰτίας ἰσχυρᾶς καὶ τῆς κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἀσφαλείας (τότε γὰρ τὸν εἰκότα σώζει λόγον, ὅταν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα περὶ οὗ ἀπιστοῦσιν, ἄπιστον εἶναι δοκῇ. τὸ γάρ τοι τοῖς οὐκ οὖσιν ἀπίστοις ἀπιστεῖν, ἀνθρώπων ἔργον οὐχ ὑγιαινούσῃ κρίσει περὶ τὴν ἀλήθειαν χρωμένων) οὐκοῦν χρὴ καὶ τοὺς περὶ τῆς ἀναστάσεως ἀπιστοῦντας ἢ διαποροῦντας, μὴ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀκρίτως, καὶ τὸ τοῖς ἀκολάστοις κεχαρισμένον, τὴν περὶ ταύτης ἐκφέρειν γνώμην· ἀλλ' ἢ [5] μηδεμιᾶς αἰτίας ἐξάπτειν τὴν τῶν ἀνθρώπων γένεσιν, (ὃ δὴ καὶ λίαν ἐστὶν εὐεξέλεγκτον) ἢ τῷ Θεῷ τὴν τῶν ὄντων ἀνατιθέντας αἰτίαν, εἰς τὴν τοῦδε τοῦ δόγματος ἀποβλέπειν ὑπόθεσιν, καὶ διὰ ταύτης δεικνῦναι τὴν ἀνάστασιν οὐδαμόθεν ἔχουσαν τὸ πιστόν. τοῦτο δὲ ποιήσουσιν ἐὰν δεῖξαι δυνηθῶσιν, ἢ ἀδύνατον ὂν τῷ Θεῷ ἢ ἀβούλητον, τὰ νεκρωθέντα τῶν σωμάτων, ἢ καὶ πάντη διαλυθέντα, πάλιν ἑνῶσαι καὶ συναγαγεῖν πρὸς τὴν τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων σύστασιν. ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δύνωνται, παυσάσθωσαν τῆς ἀθέου ταύτης ἀπιστίας, καὶ τοῦ βλασφημεῖν ἃ μὴ θέμις. ὅτι γὰρ οὔτε τὸ ἀδύνατον λέγοντες ἀληθεύουσιν, οὔτε τὸ ἀβούλητον, ἐκ τῶν ῥηθησομένων γενήσεται φανερόν. τὸ ἀδύνατόν τινι [6] γιγνώσκεται κατ' ἀλήθειαν τοιοῦτον, ἢ ἐκ τοῦ μὴ γιγνώσκειν τὸ γενησόμενον, ἢ ἐκ τοῦ δύναμιν ἀρκοῦσαν μὴ ἔχειν πρὸς τὸ ποιῆσαι καλῶς τὸ ἐγνωσμένον. ὁ γὰρ ἀγνοῶν τι τῶν γενέσθαι δεόντων, οὐκ ἂν οὔτ' ἐγχειρήσαι, οὔτε ποιῆσαι τὸ παράπαν δυνηθείη ὅπερ ἀγνοεῖ· ὅ, τε γινώσκων καλῶς τὸ ποιηθησόμενον, καὶ πόθεν γένοιτ' ἂν, καὶ πῶς, δύναμιν δὲ ἢ μηδ' ὅλως ἔχων πρὸς τὸ ποιῆσαι τὸ γινωσκόμενον, ἢ μὴ ἀρκοῦσαν ἔχων, οὐκ ἂν ἐγχειρήσειε τὴν ἀρχὴν, εἰ σωφρονοίη, καὶ τὴν ἰδίαν [7] ἐπισκέψεται δύναμιν· ἐγχειρήσας δὲ ἀ[illegible], οὐκ ἂν ἐπιτελέσειε τὸ δόξαν. ἀλλ' [illegible] ἀγνοεῖν [illegible] Θεὸν [illegible] τῶν ἀνασττησομέ-

II. Sic autem confideremus. Si non omnis incredulitas temere & ex inconfiderata opinione, fed cum gravi aliqua caufa & tuta in inquirendo vero diligentia nonnullis infidet; (tunc enim juftam habet rationem, cum rem cui fidem derogant, incredibilem effe patet: nolle enim res non incredibiles credere, hominum eft minus fano de veritate judicio utentium) oportet igitur ut & qui refurrectioni fidem derogant, aut de ea dubitant, ii non ad id quod temere ipfis videtur, aut quod hominibus intemperantibus gratum eft, fuam ea de re fententiam dirigant; fed aut nulla ex caufa hominum originem repetant, (quod quidem perfacile refellitur) aut Deo rerum caufam adfcribentes, ad hoc dogma veluti ad quoddam principium refpiciant, & ex eo demonftrent nihil omnino refurrectionem habere, quod fit credibile. Id autem perficient, fi demonftrare queant vel non poffe Deum vel nolle mortua corpora aut etiam omnino diffoluta iterum coagmentare, & ut iidem homines conftituantur, conglutinare. Quod fi id non poffint; definant impie increduli effe, & blafphemiis ea quæ non licet appetere. Nihil enim veri ab eis afferri, five non poffe dicant, five nolle, ex his quæ dicemus perfpicuum erit. Rem ab aliquo perfici non poffe certo intelligitur, vel ex eo quod non cognofcat quid faciendum fit, vel ex eo quod fatis virium non habeat ad illud quod cognofcit, præclare efficiendum. Nam qui ignorat quid faciendum fit, nec conari nec perficere omnino poffit, quod ignorat. Qui autem præclare novit quid faciendum, & unde & quomodo faciendum, vires autem aut nullas omnino habet ad faciendum quod cognofcit, aut non fatis idoneas; is ne aggredietur quidem, fi fapiat ac vires fuas confideret: temere autem aggreffus, non perficiet id quod fibi propofuit. Deum autem latere non poteft, nec quæ fit corporum ad vitam revocandorum natura, five fecundum membra integra, five fecundum membrorum partes, nec quo abeat unumquod-

1. Προκαθάρας.] Reg. 1. & Bigot. προκαθήρας.
2. Τινὰς δέ.] Sic Reg. 2. & Bigot. Editi τινὰς καί.
3. Τὰς πρώτας ὑποθέσεις.] Conjici poffet eos heic defignari, qui recens converfi cetera quidem dogmata credebant, fed adhuc de refurrectione fluctuabant. Hanc enim pro veritate difputandi rationem, quam in prima parte operis fequitur Athenagoras, utilem effe ait n. XI. ad eorum qui recens ad religionem acceffere, dubitationes & falfas fufpiciones evellendas. Sed fatius eft prima principia heic intelligere, omnipotentiam Dei, & mundi creationem illo volente. Non enim alia ftatuit principia Athenagoras in hac prima parte, quam poftquam [illegible], [illegible] n. XI. fe id quod fibi propofuerat perfeciffe [illegible] Athenago-
ræ, καὶ τῶν γε τὰς πρώτας ὑποθέσεις &c. intelligit de iis, qui cum refurrectionem dari fatentur, æque tamen ac qui [illegible], increduli funt fine ratione & caufa. ἀλλὰ καὶ τῶν δεξαμένων ὅσ' ἐστιν ἀνάστασίς τινες (fic enim legendum pro οἵ τινες) ἐπίσης τοῖς ἀμφιβάλλουσιν ἀπιστοῦσιν ἀλόγως καὶ ἀναιτίως.
4. Ἐγγινομένη.] Bigot. ἐγγίνεται.
5. [illegible].] Bigot. μηδεμίαν αἰτίαν ἐξάπτειν τῇ τῶν ἀνθρώπων γενέσει.
6. Γιγνώσκεται.] Legitur γίνεται in eodem Bigot. ac eodem modo videtur legiffe auctor Scholiorum ad oram Reg. 2. Sic enim hanc [illegible]
7. Ἐπισκέψεται.] Clarom. & Bigot. [illegible].

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



νων σωμάτων τὴν φύσιν κατά τε μέρος ὅλον καὶ μόριον, οὔτε μὴν ὅποι χωρεῖ τῶν λυομένων ἕκαστον, καὶ ποῖον τῶν [1] στοιχείων μέρος δέδεκται τὸ λυθὲν, καὶ χωρῆσαν πρὸς τὸ συγγενὲς, κἂν πάνυ παρ' ἀνθρώποις ἀδιάκριτον εἶναι δοκῇ, τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον. ᾧ γὰρ οὐκ ἠγνόητο πρὸ τῆς οἰκείας ἑκάστου συστάσεως, οὔτε τῶν γενησομένων στοιχείων ἡ φύσις, ἐξ ὧν τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, οὔτε τὰ μέρη τούτων ἐξ ὧν ἤμελλεν λήψεσθαι τὸ δόξαν πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρωπείου σώματος σύστασιν· εὔδηλον ὡς οὐδὲ μετὰ τὸ διαλυθῆναι [2] τὸ πᾶν, ἀγνοηθήσεται ποῦ κεχώρηκεν ἕκαστον ὧν εἴληφε πρὸς τὴν ἑκάστου συμπλήρωσιν. ὅσον μὲν γὰρ κατὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν παρ' ἡμῖν τῶν πραγμάτων τάξιν, καὶ τὴν ἐφ' ἑτέρων κρίσιν, μεῖζον τὸ τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν· ὅσον δὲ πρὸς τὴν ἀξίαν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν τούτου σοφίαν, ἀμφότερα κατὰ φύσιν, καὶ ῥᾴδιον ἐπίσης, τῷ τὰ μὴ γενόμενα προγινώσκειν, τὸ καὶ διαλυθέντα γινώσκειν.

A que eorum quæ diſſolvuntur, nec quæ pars elementorum exceperit id quod diſſolutum in loca ſibi congruentia migravit; quamvis hominibus diſcerni omnino non poſſe videatur quidquid cum partibus univerſi ſibi cognatis rurſus coaluit. Quem enim non latebat ante propriam cujuſque conſtitutionem, nec futurorum elementorum natura ex quibus humana corpora, nec eorumdem elementorum partes ex quibus decerpturus erat id quod ipſi ad humani corporis conſtitutionem aptum videretur; facile patet neque etiam poſtquam idem corpus in varias univerſi partes diſſipatum fuerit, ignarum illum futurum quonam migraverit unumquodque eorum, quæ ad cujuſque abſolutionem & perfectionem adhibuerat. Nam pro B vigenti apud nos rerum ordine, quantumque de ceteris rebus judicari ſolet; majus eſt, ea quæ nondum ſunt præcognoſcere: quantum autem ad Dei majeſtatem ejuſque ſapientiam ſpectat, utrumque ſecundum naturam eſt, nec difficilius ea quæ nondum ſunt prænoſcere, quam quæ diſſoluta cognoſcere.

Καὶ μὴν καὶ τὴν δύναμιν, ὡς ἔστιν ἀρκοῦσα πρὸς τὴν τῶν σωμάτων ἀνάστασιν, δείκνυσιν ἡ τούτων αὐτῶν γένεσις. εἰ γὰρ μὴ ὄντα κατὰ τὴν πρώτην σύστασιν ἐποίησε τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, καὶ τὰς τούτων ἀρχάς· καὶ διαλυθέντα, καθ' ὃν ἂν τύχῃ [3] τρόπον, ἀναστήσει μετὰ [4] τῆς αὐτῆς εὐμαρείας· ἐπίσης γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦτο δυνατόν. καὶ τῷ λόγῳ βλάβος οὐδὲν, κἂν ἐξ ὕλης ὑποθῶνταί τινες τὰς πρώτας ἀρχάς· κἂν ἐκ τῶν στοιχείων, ὡς πρώτων, τὰ σώματα τὰ τῶν ἀνθρώπων· κἂν ἐκ σπερμάτων. ἧς γάρ ἐστι δυνάμεως καὶ τὴν [5] παρ' αὐτοῖς νενομισμένην ἄμορφον οὖσαν μορφῶσαι, καὶ τὴν ἀνείδεον καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι, καὶ τὰ μέρη τῶν στοιχείων εἰς ἓν συναγαγεῖν, καὶ τὸ σπέρμα ἓν ὂν καὶ ἁπλοῦν εἰς πολλὰ διελεῖν, καὶ τὸ ἀδιάρθρωτον διαρθρῶσαι, καὶ τῷ μὴ ζῶντι δοῦναι ζωήν· τῆς αὐτῆς ἐστι καὶ τὸ διαλελυμένον ἑνῶσαι, καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ τὸ τεθνηκὸς ζωοποιῆσαι πάλιν, καὶ τὸ φθαρτὸν [6] μεταβαλεῖν εἰς ἀφθαρσίαν. τοῦ αὐτοῦ δ' ἂν εἴη καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως καὶ σοφίας, καὶ τὸ διατεθρυμμένον πλήθει ζώων παντοδαπῶν, ὁπόσα τοῖς τοιούτοις σώμασιν ἐπιτρέχειν εἴωθε καὶ τὸν ἐκ τούτων ἀγείρειν κόρον, διακρῖναι μὲν ἐκεῖθεν, ἑνῶσαι δὲ πάλιν τοῖς οἰκείοις [7] μέρεσι καὶ μορίοις, κἂν εἰς ἓν ἐξ ἐκείνων χωρήσῃ ζῷον, κἂν εἰς πολλὰ, κἂν ἐντεῦθεν εἰς ἕτερα, κἂν [8] ἐκείνοις αὐτοῖς συνδιαλυθὲν ἐπὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς ἐνεχθῇ, κατὰ τὴν φυσικὴν εἰς ταύτας ἀνάλυσιν· ὃ δὴ καὶ μάλιστα ταράττειν ἔδοξέ τινας καὶ τῶν ἐπὶ σοφίᾳ θαυμαζομένων, ἰσχυρὰς, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἡγησαμένων τὰς παρὰ τῶν πολλῶν φερομένας διαπορήσεις.

III. Illius autem poteſtatem excitandis ad vitam corporibus non imparem eſſe, argumento eſt eorumdem generatio. Nam ſi non exſtantia hominum corpora, eorumque principia in prima fecit creatione; etiam diſſoluta, quolibet id contigerit modo, non difficilius exſuſcitabit: æque enim poteſt id quoque. Nec de hac ratione quidquam detrahi- C tur, ſive ex materia prima principia, ſive ex elementis, ut principiis, humana corpora nonnulli componant, ſive ex ſeminibus. Cujus enim poteſtatis eſt informi, ut illi exiſtimant, materiæ formam affingere, & ſpecie ac ornatu carentem multis variiſque figuris ornare, & partes elementorum in unum cogere, & ſemen quæ res una eſt & ſimplex, in multa dividere, & quod rude & incompoſitum eſt conformare & componere, & quod vitæ expers vita donare; ejuſdem quoque eſt & diſſoluta coagmentare, & jacentia excitare, & mortua ad vitam revocare, & corrupta ad ſtatum corruptionis expertem convertere. Ejuſdem etiam auctoris, ejuſdemque poteſtatis ac ſapientiæ fuerit, & quod diſcer- D ptum eſt ab omnis generis animalium multitudine, quæcumque ejuſmodi corporibus accurrere ſolent ſuamque ex illis ſatietatem capere, id inde ſeparare, ac propriis iterum membris & membrorum partibus adjungere; etiamſi in unum aliquod ex his animalibus migraverit, etiamſi in multa; etiamſi inde in alia, etiamſi cum illis una diſſolutum ad prima principia ſecundum naturalem diſſolutionem redierit: quod quidem nonnullos maxime viſum eſt perturbare, eoſque ſapientiæ laude inſignes, quibus graves neſcio quo pacto viſæ ſunt, quæ a vulgo jactantur, dubitandi rationes.

[9] Οὗτοι δέ γε φασὶν πολλὰ μὲν σώματα τῶν ἐν ναυαγίοις [10] καὶ ποταμοῖς δυσθανάτων ἰχθῦσι γενέ-

IV. Hi igitur dictitant multa hominum corpo- E ra, qui in naufragiis & fluminibus miſere periere,

1. Στοιχείων.] Cod. Bigot. hanc ſcripturam debemus Editi τοῦ ϛοιχείου.

2. Τὸ πᾶν.] Legendum videtur εἰς τὸ πᾶν. Sic enim paullo ante, τὸ τῷ παντὶ πάλιν προσφυῶς ἡνωμένον. Difficultas quam heic ſolvit Athenagoras, nequaquam in eo poſita, quod totum corpus diſſolutum eſſet, ſed quod in varias partes diſſipatum.

3. Τρόπον.] Male in editionibus Pariſienſibus τύπον.

4. Τῆς αὐτῆς.] Legitur τῆς ἴσης in tribus codicibus, nempe Reg. 2. Bigot. & Anglic.

5. Παρ' αὐτοῖς νενομισμένην.] Corruptum locum emendavimus ope codicum Bigot. & Clarom. 1. Habet etiam Reg. 1. νενομισμένην. Editi παρὰ τῆς νενομισμένης.

6. Μεταβαλεῖν.] Legitur μεταβάλλειν in edit. Frontonis Ducæi.


7. Μέρεσι καὶ μορίοις.] Nullam eſſe puto in prima voce difficultatem: & cum ſæpe in hoc opere occurrat, membra corporis ubique videtur ſignificare. At quid ſit μόριον fateor mihi non ita facile viſum eſſe; nec ſine plurima inquiſitione perſpexi aut mihi viſum perſpicere, membrorum partes hac voce deſignari. Supra num. II. opponitur μόριον toti membro. Præterea humores, pituitam, bilem & alia hujuſmodi nequaquam hoc vocabulo ſignificat Athenagoras, qui num. VII. declarat *reſurgentia corpora ex propriis iterum partibus conſtare, nihil autem ex eis*, quæ humida aut ſicca, calida aut frigida dicuntur, *aut partem eſſe, aut partis locum & ſpeciem occupare; immo non ſemper in partibus alimentum accipientibus permanere, nec cum reſurgentibus reſurgere; nihil tum conferente ad vitam ſanguine, ſive pituita, ſive bili, ſive ſpiritu.*

8. Ἐκείνοις αὐτοῖς.] Reg. 2. αὐτοῖς ἐκείνοις. Bigot. αὐτοῖς ἐκείνοις συνδιαλυθῇ.... ἐνεχθῆναι.

9. Οὗτοι δέ γε.] Non male Bigot. οὗτοι δὴ γάρ.

10. Καὶ ποταμοῖς.] Bigot. ἢ ποταμοῖς.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
177.



σθαι τροφήν, πολλὰ δὲ τῶν ἐν πολέμοις θνησκόντων, ἢ κατ' ἄλλην τινὰ τραχυτέραν αἰτίαν καὶ πραγμάτων περίστασιν, ταφῆς ἀμοιρούντων, τοῖς προστυγχάνουσι ζώοις προκεῖσθαι βοράν. τῶν οὖν οὕτως ἀναλισκομένων σωμάτων, καὶ τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν καὶ μορίων, εἰς πολὺ πλῆθος ζώων διαθρυπτομένων, καὶ διὰ τῆς τροφῆς τοῖς τῶν τρεφομένων σώμασιν ἑνουμένων· πρῶτον μὲν τὴν διάκρισιν τούτων φασὶν ἀδύνατον· πρὸς δὲ ταύτῃ τὸ δεύτερον ἀπορώτερον. τῶν γὰρ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐκβοσκηθέντων ζώων, ὁπόσα πρὸς τροφὴν ἀνθρώποις ἐπιτήδεια, διὰ τῆς τούτων γαστρὸς ἰόντων, καὶ τοῖς τῶν μετειληφότων σώμασιν ἑνουμένων, ἀνάγκην εἶναι πᾶσαν, τὰ μέρη τῶν ἀνθρώπων, ὁπόσα τροφὴ γέγονε τοῖς μετειληφόσι ζώοις, πρὸς ἕτερα τῶν ἀνθρώπων μεταχωρεῖν σώματα, τῶν μεταξὺ [1] τούτοις τραφέντων ζώων, τὴν ἐξ ὧν ἐτράφησαν τροφὴν διαπορθμευόντων εἰς ἐκείνους τοὺς ἀνθρώπους ὧν ἐγένετο τροφή. εἶτα τούτοις ἐπιτραγῳδοῦσι τὰς ἐν λιμοῖς καὶ μανίαις τολμηθείσας τεκνοφαγίας, καὶ τοὺς κατ' ἐπιβουλὴν ἐχθρῶν ὑπὸ τῶν γεννησαμένων ἐδηδεσμένους παῖδας, καὶ τὴν Μηδικὴν τράπεζαν ἐκείνην, καὶ τὰ τραγικὰ δεῖπνα Θυέστου, καὶ τοιαύτας δή τινας ἐπισυνείρουσι παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις καινουργηθείσας συμφοράς. ἔκ τε τούτων κατασκευάζουσιν, ὡς νομίζουσιν, ἀδύνατον τὴν ἀνάστασιν, ὡς οὐ δυναμένων τῶν [2] αὐτῶν μερῶν ἑτέροις τε καὶ ἑτέροις συνανασταῆναι σώμασιν· ἀλλ' ἤτοι τὰ τῶν προτέρων συστῆναι μὴ δύνασθαι, μετεληλυθότων τῶν ταῦτα συμπληρούντων μερῶν πρὸς ἑτέρους, ἢ τούτων ἀποδοθέντων τοῖς προτέροις, ἐνδεῶς ἕξειν τὰ τῶν ὑστέρων.


Ἐμοὶ δὲ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν τὴν τοῦ δημιουργήσαντος καὶ διοικοῦντος τόδε τὸ πᾶν ἀγνοεῖν δύναμίν τε καὶ σοφίαν, ἑκάστου ζώου φύσει καὶ γένει τὴν προσφυῆ καὶ κατάλληλον συναρμόσαντος τροφήν, καὶ μήτε πᾶσαν φύσιν πρὸς ἕνωσιν ἢ κρᾶσιν παντὸς σώματος ἰέναι δικαιώσαντος, μήτε πρὸς διάκρισιν τῶν ἑνωθέντων ἀπόρως ἔχοντος· ἀλλὰ καὶ τῇ καθ' ἕκαστον φύσει τῶν γενομένων, τὸ δρᾶν ἢ πάσχειν ἃ πέφυκεν, ἐπιτρέποντος, [3] ἄλλοτε καὶ κωλύοντος, καὶ πᾶν ὃ βούλεται, καὶ πρὸς ὃ βούλεται συγχωροῦντος, ἢ μεταστρέφοντος. πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, μηδὲ τὴν ἑκάστου τῶν τρεφόντων ἢ τρεφομένων ἐπεσκέφθαι δύναμίν τε καὶ φύσιν· ἢ γὰρ ἂν ἔγνωσαν, ὅτι μὴ πᾶν ὃ προσφέρεταί τις ὑπενδόσει τῆς ἔξωθεν ἀνάγκης, τοῦτο γίνεται τῷ ζώῳ τροφὴ [4] προσφυής· ἀλλὰ τὰ μὲν [5] ἅμα τῷ προσομιλῆσαι τοῖς περιπτυσσομένοις τῆς κοιλίας μέρεσι, φθείρεσθαι πέφυκεν, ἐμούμενά τε καὶ διαχωρούμενα, καὶ τρόπον ἕτερον διαφορούμενα· ὡς μηδὲ κατὰ βραχὺ τὴν πρώτην καὶ κατὰ φύσιν ὑπομεῖναι πέψιν, ἤπου γε τὴν εἰς τὸ τρεφόμενον σύγκρασιν· ὥσπερ οὖν μηδὲ πᾶν τὸ πεφθὲν καὶ τὴν πρώτην δεξάμενον μεταβολήν, τοῖς τρεφομένοις μορίοις προσπελάζει πάντως, τινῶν μὲν κατ' αὐτὴν τὴν γαστέρα τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀποκρινομένων, τῶν δὲ κατὰ τὴν δευτέραν μεταβολήν, καὶ τὴν ἐν ἥπατι γινομένην πέψιν, διακρινομένων, καὶ πρὸς ἕτερόν τι μεταχωρούντων, ὃ τὴν τοῦ τρέφειν ἐκβέβηκε δύναμιν· καὶ [6] αὐτῆς γε τῆς ἐν ἥπατι γινομένης μεταβολῆς, οὐ πάσης ἐς τροφὴν ἀνθρώποις χωρούσης, ἀλλ' εἰς ἃ πέφυκε περιττώματα διακρινομένης· τῆς τε καταλειφθείσης τροφῆς ἐν αὐτοῖς ἔσθ' ὅτε τοῖς τρεφομένοις μέρεσι καὶ μορίοις πρὸς ἕτερόν τι μεταβαλλούσης, κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τοῦ πλεονάζοντος [7] ἢ περιττεύοντος, καὶ φθείρειν πως ἢ πρὸς ἑαυτὸ τρέπειν τὸ πλησιάσαν εἰωθότος.

escam piscibus facta esse, multa eorum qui in bello obiere, aut ob aliam tristiorem aliquam causam & calamitatem supremis muneribus caruerunt, quibuslibet feris exposita ad vorandum fuisse. Cum ergo sic absumta fuerint corpora; cumque membra & membrorum partes ex quibus constabant, in plurimas belluas dilaniata, & earum corporibus per nutritionem coagmentata fuerint; primo quidem fieri posse negant, ut inde eliciantur; deinde vero aliud esse difficilius volunt. Nam cum pastæ humanis corporibus belluæ, quotquot ad homines alendos aptæ sunt, in eorum ventrem descendant, & cum edentium corporibus coagmententur; necesse esse omnino ut hominum corpora, quæcumque belluas aluere, in alia hominum migrent corpora; quippe cum belluæ quas interim aluere, acceptum alimentum in eos homines trajiciant, quibus ipsæ in cibum cedunt. Ad hæc tragœdias agunt in filios, quos parentes fame aut insania urgente ausi sunt vorare, aut per inimicorum insidias appositos epulati sunt; tum Medicam illam mensam, tragicasque cœnas Thyestis,& alia hujusmodi colligunt novo calamitatis genere apud Græcos & barbaros perpetrata. Ex quibus efficiunt, ut ipsis quidem videtur, impossibilem esse resurrectionem, cum eædem partes cum aliis & aliis corporibus exsuscitari non possint: vel enim priorum corpora consistere non posse, partibus ex quibus constabant, ad alios traductis; vel si istæ prioribus reddantur, manca & imperfecta posteriorum futura.

V. Sed mihi videntur ejusmodi homines primum quidem conditoris & gubernatoris universorum potestatem & sapientiam ignorare, qui uniuscujusque animalis naturæ & generi aptum & congruentem accommodavit cibum; ac neque omnem naturam cum quolibet corpore coalescere & commisceri voluit, neque eorum quæ coaluerunt, secernendorum difficultatem experitur: sed singularum rerum naturæ concedit, ut quæ sibi congruunt faciat aut patiatur, interdum etiam impedit; & quidquid vult concedit, & ad eum quem vult finem concedit, aut interpellat. Præterea nec eorum quæ alunt aut aluntur, vim & naturam cujusque videntur consideraſſe. Perspexissent enim profecto non quidquid comedit aliquis, ut necessitati exteriori cedat, id congruens esse animali alimentum: sed nonnulla statim atque circumplicatis ventris partibus excepta sunt, corrumpi solere, dum scilicet vomuntur, & secernuntur, aut alio modo ejiciuntur; ita ut ne paullisper quidem primam & naturalem coctionem sustineant, nedum cum partibus quæ nutriuntur, commisceantur: quemadmodum etiam nec quidquid coctum est & primam immutationem accepit, id semper ad partes quæ nutriuntur, pervenit; quippe cum nonnulla in ipso ventre facultatem nutriendi amittant; alia in secunda immutatione & ea quæ in hepate fit coctione secernantur, & ad aliud quidpiam commigrent, quod a nutriendi facultate alienum sit. Ipsa etiam immutatio quæ fit in jecore, non tota hominibus in alimentum cedit, sed in consuetas superfluitates secernitur; & quod superest alimenti in ipsis illis membris & membrorum partibus quæ nutriuntur, id interdum in aliud quidpiam vertitur, prout dominatur id quod redundat & luxuriat, & corrumpere aut in se convertere solet quidquid attigit.

1. Τούτοις.] Clarom. 1. τούτων.
2. Αὐτῶν.] Clarom. 1. αὐτοῦ.
3. Ἄλλοτε καὶ.] Bigot. ἄλλοτε δέ.
4. Προσφυής.] Bigot. προσφυοῦς.
5. Ἅμα τῷ.] Deest articulus in Anglican. & Reg. 2.
6. Αὐτῆς γε τῆς.] Reg. 2. & Anglic. αὐτῆς τῆς. Sic etiam paullo post Anglic. αὐτῆς τῆς.
7. Ἢ περιττεύοντος.] Legitur in Bigotiano codice ἢ ἐλλείποντος. quæ scriptura si probetur, vertendum erit: *Quicquid redundat aut deficit quidem, sed* &c.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 177.



A Πολλῆς οὖν οὔσης ἐν πᾶσι τοῖς ζώοις τῆς φυσικῆς διαφορᾶς, καὶ αὐτῆς γε τῆς κατὰ φύσιν τροφῆς ἑκάστῳ γένει ζώου καὶ τῷ τρεφομένῳ σώματι συνεξαλλαττομένης· [1] τριττῆς δὲ κατὰ τὴν ἑκάστου ζώου τροφὴν γενομένης καθάρσεως καὶ διακρίσεως, δεῖ πάντως φθείρεσθαι μὲν καὶ διαχωρεῖν ᾗ πέφυκεν, ἢ πρὸς ἕτερόν τι μεταβάλλειν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον εἰς τὴν τοῦ ζώου τροφὴν, ὡς συγκραθῆναι μὴ δυνάμενον· συμβαίνουσαν δὲ καὶ κατὰ φύσιν εἶναι τὴν τοῦ τρέφοντος σώματος δύναμιν ταῖς τοῦ τρεφομένου ζώου δυνάμεσι, καὶ ταύτην ἐλθοῦσαν δι' ὧν πέφυκε κριτηρίων, καὶ καθαρθεῖσαν ἀκριβῶς τοῖς φυσικοῖς καθαρσίοις, εἰλικρινεστάτην γενέσθαι πρόσληψιν εἰς οὐσίαν· ἣν δὴ καὶ μόνην, ἐπαληθεύων ἄν τις τοῖς πράγμασιν, ὀνομάσειεν τροφὴν, B ὡς ἀποβάλλουσαν πᾶν ὁπόσον ἀλλότριον καὶ βλαβερὸν εἰς τὴν τοῦ τρεφομένου ζώου σύστασιν, καὶ τὸν πολὺν ἐκεῖνον ὄγκον [2] ἐπεισαχθέντα πρὸς τὴν τῆς γαστρὸς ἀποπλήρωσιν, καὶ τὴν τῆς ὀρέξεως θεραπείαν. ἀλλὰ [3] ταύτην μὲν οὐκ ἄν τις ἀμφισβητήσειεν ἑνοῦσθαι τῷ τρεφομένῳ σώματι, [4] συμπλεκομένην τε καὶ περιπλαττομένην πᾶσι τοῖς τούτου μέρεσι καὶ μορίοις· τὴν δὲ ἑτέρως [5] ἔχουσαν καὶ παρὰ φύσιν, φθείρεσθαι μὲν ταχέως, ἣν ἐῤῥωμενεστέρᾳ συμμίξῃ δυνάμει, φθείρειν δὲ σὺν εὐμαρείᾳ τὴν κρατηθεῖσαν, εἴς τε μοχθηροὺς ἐκτρέπεσθαι χυμοὺς καὶ φαρμακώδεις ποιότητας· ὡς μηδὲν οἰκεῖον ἢ φίλον τῷ τρεφομένῳ σώματι φέρουσαν. καὶ τούτου τεκμήριον μέγιστον τὸ πολλοῖς τῶν τρεφο- C μένων ζώων ἐκ τούτων ἐπακολουθεῖν ἄλγος, ἢ κίνδυνον, ἢ θάνατον, ἣν ὑπὸ σφοδροτέρας ὀρέξεως τῇ τροφῇ καταμεμιγμένον συνεφελκύσηταί τι [6] φαρμακῶδες καὶ παρὰ φύσιν· ὃ δὴ καὶ πάντως φθαρτικὸν ἂν εἴη τοῦ τρεφομένου σώματος, εἴγε τρέφεται μὲν τὰ τρεφόμενα, τοῖς οἰκείοις καὶ κατὰ φύσιν, φθείρεται δὲ τοῖς ἐναντίοις. εἴπερ οὖν τῇ διαφορᾷ τῶν τῇ φύσει διαφερόντων ζώων ἡ κατὰ φύσιν συνδιῄρηται τροφὴ, καὶ ταύτης γε αὐτῆς οὔτε πᾶν ὅπερ ἂν προσενέγκηται τὸ ζῶον, οὔτε τὸ τυχὸν ἐκ τούτου τὴν πρὸς τὸ τρεφόμενον σῶμα δέχεται σύγκρασιν, ἀλλ' αὐτὸ μόνον τὸ διὰ πάσης πέψεως κεκαθαρμένον, καὶ [7] μεταβεβληκὸς εἰλικρινῶς πρὸς τὴν τοῦ ποιοῦ σώματος ἕνωσιν, καὶ τοῖς τρεφομένοις μέ- D ρεσιν εὐάρμοστον· εὔδηλον ὡς οὐδὲν [8] τῶν παρὰ φύσιν ἑνωθείη ποτ' ἂν τούτοις, οἷς οὐκ ἔστι τροφὴ προσφυὴς καὶ κατάλληλος, ἀλλ' ἤτοι κατ' αὐτὴν τὴν κοιλίαν διαχωρεῖ, πρὶν ἕτερόν τινα γεννῆσαι χυμὸν, ὠμὸν καὶ διεφθαρμένον, ἢ συστὰν ἐπὶ πλεῖον, τίκτει πάθος ἢ νόσον δυσίατον, συνδιαφθείρουσαν καὶ τὴν κατὰ φύσιν τροφὴν, ἢ καὶ αὐτὴν τὴν τροφῆς δεομένην σάρκα. ἀλλὰ κἂν ἀπωσθῇ ποτε, φαρμάκοις τισὶν, ἢ σιτίοις βελτίοσιν, ἢ ταῖς φυσικαῖς [9] δυνάμεσι νικηθὲν, μετ' οὐκ ὀλίγης ἐξεῤῥύη τῆς βλάβης, ὡς μηδὲν φέρον τοῖς κατὰ φύσιν εἰρηνικὸν, διὰ τὸ πρὸς τὴν φύσιν ἀσύγκρατον.

E Ὅλως δὲ κἂν συγχωρήσῃ τις τὴν ἐκ τούτων εἰσιοῦσαν τροφὴν (προσειρήσθω δὲ τοῦτο συνηθέστερον) καίπερ οὖσαν παρὰ φύσιν, διακρίνεσθαι καὶ μεταβάλλειν εἴς ἕν τι τῶν ὑγραινόντων ἢ ξηραινόντων ἢ θερμαινόντων ἢ ψυχόντων· οὐδ' οὕτως ἐκ τῶν συγχωρηθέντων αὐτοῖς γενήσεταί τι προὔργου, τῶν μὲν ἀνισταμένων σωμάτων, ἐκ τῶν οἰκείων μερῶν πάλιν συνισταμένων,

VI. Cum igitur multa sit in omnibus animalibus naturæ varietas, & accommodatum ad naturam alimentum pro vario animalis & corporis quod nutritur, genere immutetur; cumque triplex fit animalis cujusque alimentorum expurgatio & secretio: necesse est omnino corrumpi & quo convenit discedere aut in aliud quidpiam mutari, quidquid alienum est ab animalis nutritione; quippe quod coalescere non possit: congruentem autem & secundum naturam esse facultatibus animalis quod nutritur, vim corporis nutrientis; eamque congruis colis percolatam & accurate naturæ secretionibus expurgatam, sincerissimum fieri substantiæ incrementum. Hanc autem & solum quidem alimentum appellarit, si quis vera nomina rebus imponat, ut quæ quidquid alienum & noxium est nutriendi corporis constitutioni, & plurimum illud pondus ad ventrem implendum & ad famem satiandam congestum abjiciat. Sed hoc quidem alimentum nemo dubitaverit, cum corpore quod alitur coalescere, implicatum & conglutinatum omnibus ejus partibus & membris: quod autem aliter se habet & a natura alienum est, cito corrumpi si in majores vires inciderit, facile vero corrumpere si vicerit, ac in pravos succos & venenatas qualitates converti; quippe cum corpori nutriendo nihil cognatum aut amicum ferat. Cujus rei maximum signum est, quod in multis animalibus dolor ex ejusmodi alimentis consequatur, aut periculum aut ipsa mors, si præ acriori appetitione aliquid venenosi & a natura alieni admixtum alimento traxerint: quod quidem corpori quod alitur, perniciem omnino affert; siquidem quæ aluntur, cognatis & ad naturam accommodatis rebus aluntur, corrumpuntur vero contrariis. Igitur si pro varia animalium natura variæ sunt ciborum naturæ congruentium species, nec quidquid ex ipsis illis cibis ab animali sumtum fuerit, id cum corpore quod alitur, totum coalescit, immo nec pars illius quælibet, sed ea tantum quæ omni coctione expurgata & ad sinceram cum certo quodam corpore coagmentationem immutata, & partibus nutriendis accommodata sit; perspicuum est nihil umquam a natura alienum cum iis coagmentatum iri, quibus nec aptum nec congruum est alimentum; sed aut crudum & corruptum per ipsam alvum ejici, antequam alium aliquem succum gignat; aut si diutius consistat, vitium ab eo gigni & morbum qui facile non sanetur, quique cibum naturæ congruentem aut ipsam carnem alimento egentem corrumpat. Sed etiamsi pellatur aliquando, aut quibusdam medicamentis aut cibis melioribus, aut facultatibus naturalibus superatum, non sine magno discedit damno; quippe cum nihil pacificum ferat iis, quæ secundum naturam sunt, propterea quod cum natura coalescere non possit.

VII. Omnino autem etiamsi quis concedat intromissum ex ejusmodi rebus alimentum (ita enim appelletur consuetudinis caussa) secerni & immutari in aliquid humidum aut siccum, aut calidum aut frigidum; ne sic quidem his concessis quidquam promovebunt, propterea quod resurgentia corpora ex propriis iterum partibus constent, nul-

1. Τριττῆς δὲ.] Frustra addendum τῆς existimat Stephanus. Melius censet postea legendum γινομένης.

2. Επεισαχθέντα.] Legendum ἐπισαχθέντα monet Stephanus, ac ita legitur ad marginem codicis Regii primi.

3. Ταύτην μὲν.] Post has voces legitur in omnibus editionibus τὴν εἰλικρινεστάτην. Sed cum hæc desint in Regio 1. & Bigot. ac præterea contextum deforment, expungere non dubitavi. Leguntur ad marginem in Regio codice, ut ad lectorem monendum apposita; quod argumento est in aliorum codicum contextum e margine irrepsisse.

4. Συμπλεκομένην.] Reg. 1. & Bigot. συνδιαπλεκομένην.

5. Εχουσαν.] Bigot. ἔχοντος.

6. Φαρμακῶδες.] Codex Anglicanus φαρμακῶδους.

7. Μεταβεβληκός.] Legebatur in antiquioribus editionibus μεταβεβηκὸς, quod merito displicuit Stephano. Legitur μεταβεβληκὸς in omnibus codicibus mss. excepto Anglicano.

8 Οὐδὲν τῶν.] Reg. 3. οὐδὲν ἂν τῶν . . . . ἑνωθείη ποτε τούτοις.

9. Δυνάμεσι νικηθέν.] Reg. 3. δυνάμεσιν ἡττηθὲν.

οὐδενὸς δὲ τῶν εἰρημένων μέρους ὄντος, [1] οὐδὲ τὴν ὡς μέρους ἐπέχοντος σχέσιν, ἢ τάξιν· οὐ μὴν οὐδὲ παραμένοντος πάντοτε τοῖς τρεφομένοις τοῦ σώματος μέρεσιν, ἢ συνανισταμένου [2] ἀνισταμένοις· οὐδὲν συντελοῦντος ἔτι πρὸς τὸ ζῆν, οὐχ αἵματος, οὐ φλέγματος, [3] οὐ χολῆς, οὐ πνεύματος. οὐδὲ γὰρ ὧν ἐδεήθη ποτὲ τὰ τρεφόμενα σώματα, δεηθήσεται καὶ τότε, συνανῃρημένης τῇ τῶν [4] τρεφομένων ἐνδείᾳ καὶ φθορᾷ τῆς ἐξ ὧν ἐτρέφετο χρείας. ἔπειθ᾽ ὅτι κἂν μέχρι σαρκὸς φθάνειν τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης τροφῆς [5] μεταβολὴν ὑποθοῖτό τις, οὐδ᾽ οὕτως ἀνάγκη τις ἔσται τὴν νεωστὶ μεταβληθεῖσαν ἐκ τῆς τοιᾶσδε τροφῆς σάρκα, προσπελάσασαν ἑτέρου τινὸς ἀνθρώπου σώματι, πάλιν ὡς μέρος εἰς τὴν ἐκείνου τελεῖν συμπλήρωσιν, τῷ μήτε αὐτὴν τὴν προσλαμβάνουσαν σάρκα πάντοτε φυλάττειν ἣν προσείληφε, B μήτε τὴν ἑνωθεῖσαν ταύτῃ, μόνιμον εἶναι καὶ παραμένειν ᾗ προσετέθη· πολλὴν δὲ καὶ τὴν ἐπὶ θάτερα δέχεσθαι μεταβολήν, ποτὲ μὲν πόνοις ἢ φροντίσι διαφορουμένην, ἄλλοτε δὲ λύπαις, ἢ καμάτοις, ἢ νόσοις συντηκομένην, καὶ ταῖς ἐξ ἐγκαύσεως ἢ περιψύξεως ἐπιγενομέναις δυσκρασίαις, μὴ συμμεταβαλλομένων σαρκὶ καὶ πιμελῇ τῶν δημῶν, ἐν τῷ μένειν, ἅπερ ἐστὶν τὴν τροφὴν δεχομένων. τοιούτων δὲ [6] ἐπιγινομένων ἐπὶ τῆς σαρκὸς παθημάτων, πολύ γ᾽ ἔτι μᾶλλον εὕροι τις ἂν ταῦτα πάσχουσαν τὴν ἐξ ἀνοικείων τρεφομένην σάρκα· νῦν μέν, εἰς ὄγκον προϊοῦσαν καὶ πιαινομένην ἐξ ὧν προσείληφε· εἶτα πάλιν ἀποπτύουσαν ὃν ἂν τύχῃ τρόπον καὶ μειουμένην, ἢ μιᾷ τινι τῶν ἔμπροσθεν ῥηθεισῶν αἰτιῶν, ἢ πλείοσι· C [7] μόνα δὲ παραμένειν τοῖς μέρεσιν ἃ συνδεῖν ἢ στέγειν ἢ θάλπειν πέφυκεν, τὴν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξειλεγμένην καὶ τούτοις προσπεφυκυῖαν, οἷς τὴν κατὰ φύσιν συνεξέπλησε ζωὴν καὶ τοὺς ἐν τῇ ζωῇ πόνους. ἀλλ᾽ οὔτε γὰρ καθ᾽ ὃ δεῖ κρινομένων τῶν ἔναγχος ἐξητασμένων, οὔτε [8] κατὰ συγχώρησιν παραδεχθέντων τῶν ἐπ᾽ ἐκείνοις γεγυμνασμένων, ἀληθὲς δείκνυσθαι δυνατὸν τὸ πρὸς αὐτῶν λεγόμενον, οὔτ᾽ ἂν συγκραθείη ποτὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα τοῖς τῆς αὐτῆς οὖσι φύσεως, κἂν ὑπ᾽ ἀγνοίας ποτὲ κλαπῶσι τὴν αἴσθησιν δι᾽ ἑτέρου τινὸς μεταχόντες τοιούτου σώματος, κἂν αὐτόθεν ὑπ᾽ ἐνδείας ἢ μανίας ὁμοειδοῦς τινος μιανθῶσι σώματι· εἴ γε μὴ λελήθασιν ἡμᾶς ἀνθρωποειδεῖς τινες ὄντες θῆρες, ἢ μικτὴν ἔχοντες φύσιν ἐξ ἀνθρώπων D καὶ θηρίων, οἵους πλάττειν εἰώθασιν οἱ τολμηρότεροι τῶν ποιητῶν.

A la autem earum rerum quas diximus aut pars sit, aut partis speciem & locum occupet; immo non semper in partibus alimentum accipientibus permaneat, nec cum resurgentibus resurgat; nihil tum ad vitam conferente sanguine, sive pituita, sive bili, sive spiritu. Neque enim quibus rebus aliquando egebant corpora, tum cum alerentur, iisdem etiam tunc temporis egebunt, una cum illius qui alebatur, indigentia & corruptione, eorum etiam ex quibus alebatur, usu sublato. Huc accedit quod, etiamsi quis ponat inductam ex ejusmodi alimento immutationem ad carnem usque pervenire; ne sic quidem necesse fuerit mutatam ex ejusmodi alimento carnem, si alterius hominis corpori accedat, rursus in partis loco ad ejus complementum censeri; quippe cum nec ipsa caro quæ adsciscit, eam semper retineat quam adscivit, nec quæ adscita est, ibi constanter permaneat quo accessit: sed multam in diversa mutationem accipiat, nunc doloribus & curis dissipata, nunc mœroribus & laboribus & morbis, & exortis ex æstu aut frigore intemperiis tabefacta; humoribus qui cum carne & adipe immutantur, non accipientibus alimentum ut id quod sunt permaneant. Cum igitur tot ac tanta caro patiatur, multo hæc magis pati reperias nutritam ex cibis minime congruentibus carnem, nunc turgescentem & pinguescentem ex iis quæ accepit, nunc rejicientem quolibet modo & imminutam ex causarum quas prius diximus, aliqua, aut etiam ex pluribus: eam autem quæ a natura electa est, quæque iis adhærescit, quibuscum vitam naturæ congruentem & vitæ labores adimplet, solam, in partibus quæ ab ea colligari, contineri & foveri solent, permanere. Ac profecto nec iis quæ modo investigavimus, ut par est, dijudicatis, nec iis quæ contra disputata sunt per concessionem approbatis, verum esse demonstrari possit id quod ab istis dicitur; nec umquam hominum corpora cum aliis ejusdem naturæ coaluerint, sive imprudentes, alterius fraude sensum præripiente, degustent de ejusmodi corpore; sive per se ipsi inopia aut insania adducti similis naturæ corporibus sese contaminent. Neque enim nos latet quasdam esse in humana forma belluas, aut compositam habere ex hominibus & belluis naturam, quales effingi ab audacioribus poetis solent.

Καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν μηδενὶ ζώῳ [9] πρὸς τροφὴν ἀποκληρωθέντων σωμάτων, μόνην δὲ τὴν εἰς γῆν ταφὴν ἐπὶ τιμῇ τῆς φύσεως μεμοιραμένων; ὅπου γε μηδ᾽ ἄλλο τι ζώων τοῖς [10] ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἴδους εἰς τροφὴν ἀπεκλήρωσεν ὁ ποιήσας· κἂν ἐν ἄλλοις τισὶ τῶν ἑτερογενῶν τροφὴ γίνηται κατὰ φύσιν. εἰ μὲν οὖν ἔχουσι δεικνῦναι σάρκας ἀνθρώπων ἀνθρώποις εἰς βρῶσιν ἀποκληρωθείσας, οὐδὲν κωλύσει τὰς

VIII. Sed de corporibus quæ nulli animali ad vescendum destinata, nec aliud sepulcrum quam terram in honorem naturæ sortita sunt, quid attinet dicere; cum ne ullum quidem animal creator ejusdem speciei animalibus ad vescendum addixerit, quamvis in quibusdam aliis diversi generis cibus sit ad naturam accommodatus? Si ergo demonstrare possint carnes hominum hominibus ad vescendum destinatas esse;

1. Οὐδὲ τὴν ὡς μέρους.] Reg. 3. οὐδ᾽ ὅλως ὡς μέρους.

2. Ανισταμένοις.] Ita Reg. 3. & Clarom. 2. editi τοῖς ἀνισταμένοις.

3. Οὐ χολῆς, οὐ πνεύματος.] Hæc desunt in contextu Regii primi. Non habet Claromontanus secundus has voces, οὐ πνεύματος, nec istas, οὐ φλέγματος Anglicanus. Deest etiam οὐ πνεύματος in Reg. 3.

4. Τῶν τρεφομένων.] Clarom. τοῦ τρεφομένου.

5. Μεταβολήν.] Idem cum Anglicano καταβολήν. Editio Oxoniensis ἐκ τῆς τοιαύτης. At Parisienses & codices mss. habent τοιᾶσδε.

6. Επιγινομένων.] Ita Reg. 2. Editi γενομένων.

7. Μόνα δέ.] Legendum videtur μόνην δέ.

8. Κατὰ συγχώρησιν.] Bigot. παρὰ συγχώρησιν. Eidem difficultati ab incredulis objectæ S. Augustinus non eodem modo, ac Athenagoras, respondet: sic enim habet lib. 22. de Civit. Dei n. 20. *Unde jam etiam quæstio illa solvenda est, quæ difficilior videtur ceteris, ubi quæritur, cum caro mortui hominis etiam alterius fit viventis caro, cui potius eorum in resurrectione reddatur: si enim quispiam confe-* E *ctus fame atque compulsus vescatur cadaveribus hominum, quod malum aliquoties accidisse & vetus testatur historia & nostrorum temporum infelicia experimenta docuerunt; num quisquam veridica ratione contendet, totum digestum fuisse per imos meatus, nihil inde in ejus carnem mutatum atque conversum, cum ipsa macies quæ fuit & non est, satis indicet quæ de illis escis detrimenta suppleta sint? Jam itaque aliqua paullo ante præmisi, quæ ad istum quoque nodum solvendum valere debebunt. Quidquid enim carnium exhausit fames, utique in auras est exhalatum: unde diximus omnipotentem Deum posse revocare quod fugit. Reddetur ergo caro illa homini, in quo esse caro humana primitus cœpit. Ab illo quippe* [illegible] *tamquam mutuo sumta deputanda est: quæ sicut æs* [illegible] *ei redhibenda est, unde sumta est. Sua vero illi* [illegible] *exinanierat, ab eo qui potest etiam exhalata re*[illegible] *tur. Quamvis etsi omnibus perisset modis,* [illegible] *materies in ullis natura latebris remansisset, unde* [illegible] *reparatet omnipotens.*

9. Πρὸς τροφήν.] Bigot. πρὸς τρυφήν.

10. Εκ τοῦ αὐτοῦ.] Clarom. 2. ἐκ [illegible].

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

ἀλληλοφαγίας εἶναι κατὰ φύσιν, ὥσπερ ἄλλό τι τῶν τῇ φύσει συγκεχωρημένων, καὶ τούς γε τὰ τοιαῦτα λέγειν τολμῶντας, τοῖς τῶν φιλτάτων ἐντρυφᾷν σώμασιν ὡς οἰκειοτέροις, ἢ καὶ τοὺς συνουστάτους σφίσι, τούτοις αὐτοῖς ἑστιᾷν. εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐδ' εἰπεῖν εὐαγὲς, τὸ δὲ σαρκῶν ἀνθρώπων ἀνθρώπους μετασχεῖν, ἔχθιστόν τι καὶ παμμίαρον, καὶ πάσης ἐκθέσμου καὶ παρὰ φύσιν βρώσεως ἢ πράξεως ἐναγέστερον· τὸ δὲ παρὰ φύσιν οὐκ ἄν ποτε χωρήσειεν εἰς τροφὴν τοῖς ταύτης δεομένοις μέρεσι [1] καὶ μορίοις· τὸ δὲ μὴ χωροῦν εἰς τροφὴν, οὐκ ἂν ἑνωθείη τούτοις ἃ μηδὲ τρέφειν πέφυκεν· οὐδὲ τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα συγκριθείη ποτ' ἂν τοῖς ὁμοίοις σώμασιν, οἷς ἐστιν εἰς τροφὴν παρὰ φύσιν, κἂν πολλάκις διὰ τῆς τούτων ἴῃ γαστρὸς, [2] κατά τινα πικροτάτην συμφοράν· ἀποχωροῦντα δὲ τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως, καὶ σκιδνάμενα πρὸς ἐκεῖνα πάλιν ἐξ ὧν τὴν πρώτην ἔσχε σύστασιν, ἑνοῦνται μὲν τούτοις ἐφ' ὅσον ἂν ἕκαστον τύχῃ χρόνον· ἐκεῖθεν δὲ διακριθέντα πάλιν σοφίᾳ καὶ δυνάμει τοῦ πᾶσαν ζώου φύσιν σὺν ταῖς οἰκείαις δυνάμεσι συγκείναντος, ἑνοῦται προσφυῶς ἕκαστον ἑκάστῳ, κἂν πυρὶ καυθῇ, κἂν ὕδατι κατασαπῇ, κἂν ὑπὸ θηρίων ἢ τῶν ἐπιτυχόντων ζώων καταδαπανηθῇ, κἂν τοῦ παντὸς σώματος ἐκκοπὲν, προδιαλυθῇ τῶν ἄλλων μερῶν· ἑνωθέντα δὲ πάλιν ἀλλήλοις, τὴν αὐτὴν ἴσχει χώραν πρὸς τὴν τοῦ αὐτοῦ σώματος ἁρμονίαν τε καὶ σύστασιν, καὶ τὴν τοῦ νεκρωθέντος ἢ καὶ πάντη διαλυθέντος ἀνάστασιν καὶ ζωήν. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖον μηκύνειν οὐκ εὔκαιρον· ὁμολογουμένην γὰρ ἔχει τὴν ἐπίκρισιν, τοῖς γε μὴ μιξοθήροις.

A nihil vetabit quominus sese invicem comedere naturæ congruat, velut aliud quid ex iis quæ natura concessa sunt, & qui talia effutire audent, amicissimorum corporibus ad delicias epulentur ut magis congruentibus, ac eadem amicissimis apponant. Sed si id vel dictu impium est, homines autem de hominum carnibus degustare teterrimum quiddam & sceleratissimum est ac nefando omni & contra naturam cibo & facinore detestabilius; deinde vero si quod contra naturam est, numquam membris & partibus alimento egentibus in alimentum cesserit; quod autem in alimentum non cedit, nequaquam cum iis quæ non potest nutrire, coaluerit: numquam sane hominum corpora cum similibus sui corporibus, quibus hoc ali-
B mentum contra naturam est, coaluerint, quamvis sæpe per eorum corpora pertranseant acerbissima aliqua calamitate; sed remota a nutriendi facultate & inter eas universi partes dissipata unde primum ortum habuerunt, cum illis junguntur, quantum cuique obtigerit temporis: inde autem rursus separata illius sapientia & potestate, qui animalis cujusque naturam propriis facultatibus instruxit & temperavit, secum invicem convenienti ratione coeunt; sive igne succensa, sive aquis putrefacta, sive a feris aut quibuslibet animalibus consumta fuerint, sive pars aliqua a toto corpore avulsa ante ceteras dissoluta sit: secum autem invicem rursus coagmentata eumdem occupant locum ad aptam ejusdem corporis compo-
C sitionem & constitutionem, & illius quod mortuum aut etiam omnino dissolutum erat, resurrectionem & vitam. Hæc autem pluribus persequi minime opportunum est; confessum enim habent judicium, saltem apud eos qui non sunt semibelluæ.

Πολλῶν δὲ ὄντων τῶν εἰς τὴν προκειμένην ἐξέτασιν χρησιμωτέρων, παραιτοῦμαι δὴ νῦν τοὺς καταφεύγοντας ἐπὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα, καὶ τοὺς τούτων δημιουργοὺς ἀνθρώπους, οἳ τὰ συντριβέντα τῶν ἔργων, ἢ χρόνῳ παλαιωθέντα, ἢ καὶ ἄλλως διαφθαρέντα καινουργεῖν ἀδυνατοῦσιν· εἶτα ἐξ ὁμοίου τοῖς κεραμεῦσι καὶ τέκτοσι δεικνύναι πειρωμένους, τὸ καὶ τὸν Θεὸν μήτ' ἂν βουληθῆναι, μήτε βουληθέντα δυνηθῆναι νεκρωθὲν ἢ καὶ διαλυθὲν ἀναστῆσαι σῶμα· καὶ μὴ λογιζομένους ὅτι διὰ τούτων τοῖς χείροσιν ἐξυβρίζουσιν εἰς Θεὸν, συνεξισοῦντες τῶν πάντη διεστηκότων τὰς δυνάμεις, μᾶλλον δὲ καὶ τῶν ταύταις χρωμένων [3] τὰς οὐσίας καὶ τὰ τεχνητὰ τοῖς φυσικοῖς. περὶ μὲν οὖν τούτων σπουδάζειν οὐκ ἀνεπιτίμητον. ἠλίθιον γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ τοῖς ἐπιπολαίοις καὶ ματαίοις ἀντιλέγειν· μακρῷ γε μὴν ἐνδοξότερον καὶ πάντων ἀληθέστατον τὸ φῆσαι τὸ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, παρὰ Θεῷ δυνατόν. εἰ δὲ δι' αὐτῶν τούτων ὡς ἐνδόξων, καὶ διὰ πάντων τῶν μικρῷ πρόσθεν ἐξητασμένων, δείκνυσιν ὁ λόγος δυνατὸν, εὔδηλον ὡς οὐκ ἀδύνατον. ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀβούλητον.

IX. Cum autem multa sint ad propositam quæstionem utiliora; auditos impræsentiarum eos nolim, qui ad humana opera confugiunt, & ad opifices homines, a quibus opera sua, si contrita, aut tempore labefactata, aut alia fuerint ratione corrupta, renovari non possunt; deinde ex figulorum & fabrorum similitudine demonstrare conantur, nec Deum velle, nec si velit, mortuum aut etiam dissolutum corpus exsu-
D scitare posse. In quo non vident sese gravissimam Deo contumeliam facere, dum nihil discriminis ponunt inter rerum disjunctissimarum facultates, vel potius inter eorum qui illis utuntur, naturas ac inter ea quæ arte & ea quæ natura continentur. In hæc igitur studium insumere, reprehensione non caret. Stolidum enim omnino est, levia & inania refellere. Multo autem probabilius dictum est, ac longe omnium verissimum, quod apud homines fieri non potest, id a Deo posse fieri. Quod si per hæc ipsa, ut probabilia, & per ea quæ supra indagavimus, rem posse fieri ratio demonstrat: liquet alienam non esse a Dei potestate. Immo nec a voluntate aliena est.


Τὸ γὰρ ἀβούλητον, ἢ ὡς ἄδικον, αὐτῷ ἐστιν

E X. Quod in Dei voluntatem non cadit, vel ideo

1. Καὶ μορίοις.] Reg. 2. cum antiquioribus editionibus καὶ χωρίοις, cujus scripturæ vitium displicuit Stephano.

2. Κατά τινα πικροτάτην συμφοράν.] Rechembergius Athenagoræ verbis confirmat Pufendorfii sententiam, nimirum *etsi carnibus hominum temere occisorum vesci, semper nefas apud gentes moratiores habitum est; tamen in summa fame & deficientibus aliis nutrimentis, licere etiam carnibus hominum a nobis non cæsorum vesci, ac miserandum quidem illum cibum esse, nefarium vero dici non posse*. Huic sententiæ patrocinium ab Athenagora immerito petitur. Paullo ante dicebat, *homines de hominum carnibus degustare teterrimum quiddam ac sceleratissimum esse, ac nefando omni & contra naturam cibo & facinore detestabilius*. Nec dicas eos excipi qui non occiderunt. Parvi enim id intererat ad propositum Athenagoræ. Cibum ejusmodi nefarium & sceleratum appellat, ut probet naturæ contrarium esse, nec in genuinum alimentum posse converti: quod quidem non minus ferit eos qui non occiderunt, quam qui hoc facinus patrarunt. Præterea num. VII. eos qui imprudentes de humana carne gustaverint, distinguit ab iis qui scientes hoc committunt, quamquam *inopia aut insania adducti*. Postremos semibelluas esse pronuntiat, nullo inter eos qui occiderunt aut non occiderunt delectu ac discrimine adhibito. His ergo verbis, *quamvis sæpe per eorum corpora pertranseant acerbissima aliqua calamitate*, non excusatur facinus edentium carnem humanam, sed generatim designantur omnes, quibuscumque id evenit, sive imprudentibus, sive scientibus, sive occiderint, sive non. Eadem calamitatis voce pariter comprehendit num. II. quidquid in hoc genere aut alieno scelere deceptis, aut fame vel insania incitatis contigisse narratur.

3. Τὰς οὐσίας.] Ita uterque Reg. & Clarom. Editi ταῖς οὐσίαις. Mox *probabilia* intellige ea quæ certo probantur.



ἀβούλητον ; ἢ ὡς ἀνάξιον. καὶ πάλιν, τὸ ἄδικον ἢ περὶ αὐτὸν θεωρεῖται τὸν ἀναστησόμενον, ἢ περὶ ἄλλον τινὰ παρ' αὐτόν. ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδεὶς ἀδικεῖται τῶν ἔξωθεν καὶ τῶν ἐν τοῖς οὖσιν ἀριθμουμένων, πρόδηλον. οὔτε γὰρ αἱ νοηταὶ φύσεις ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀναστάσεως ἀδικηθεῖεν ἄν· (οὐδὲ γὰρ ἐμπόδιόν τι ταύταις πρὸς τὸ εἶναι, οὐ βλάβος, οὐχ ὕβρις ἡ τῶν ἀνθρώπων ἀνάστασις) οὐ μὴν οὐδὲ τῶν ἀλόγων ἡ φύσις, οὐδὲ [1] τῶν ἀψύχων· οὐδὲ γὰρ ἔσται μετὰ τὴν ἀνάστασιν· περὶ δὲ τὸ μὴ ὂν, οὐδὲν ἄδικον. εἰ δὲ καὶ εἶναί τις ὑποθοῖτο διαπαντὸς, οὐκ ἂν ἀδικηθείη ταῦτα, τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἀνανεωθέντων. εἰ γὰρ ὑπείκοντα νῦν τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῖς τούτων χρείαις ὄντων ἐνδεῶν, ὑπό τε ζυγὸν ἠγμένα καὶ δουλείαν παντοίαν, οὐδὲν ἀδικεῖται· πολὺ μᾶλλον, ἀφθάρτων καὶ ἀνενδεῶν γενομένων, καὶ μηκέτι δεομένων τῆς τούτων χρείας, ἐλευθερωθέντα δὲ πάσης δουλείας, οὐκ ἀδικηθήσεται. οὐδὲ γὰρ εἰ φωνῆς μετεῖχεν, ᾐτιάσαντο ἂν τὸν δημιουργὸν ὡς παρὰ τὸ δίκαιον ἐλαττούμενα τῶν ἀνθρώπων, ὅτι μὴ τῆς αὐτῆς τούτοις τετύχηκεν ἀναστάσεως. ὧν γὰρ ἡ φύσις οὐκ ἴση, τούτοις οὐδὲ τὸ τέλος ἴσον ὁ δίκαιος ἐπιμετρεῖ. χωρὶς δὲ τούτων, παρ' οἷς [2] οὐδεμία τοῦ δικαίου κρίσις, οὐδὲ μέμψις ἀδικίας. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνο φῆσαι δυνατὸν, ὡς περὶ αὐτὸν θεωρεῖταί τις ἀδικία τὸν ἀνιστάμενον ἄνθρωπον· ἔστι μὲν γὰρ οὗτος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· οὔτε δὲ εἰς ψυχὴν, οὔτε εἰς σῶμα δέχεται τὴν ἀδικίαν. οὔτε γὰρ τὴν ψυχὴν ἀδικεῖσθαι φήσει τις σωφρονῶν, ὅτι λήσεταί γε ταύτῃ συνεκβάλλων καὶ τὴν παροῦσαν ζωήν. εἰ γὰρ νῦν ἐν φθαρτῷ καὶ παθητῷ κατοικοῦσα σώματι, μηδὲν ἠδίκηται· πολὺ μᾶλλον, ἀφθάρτῳ καὶ ἀπαθεῖ συζῶσα, οὐκ ἀδικηθήσεται· ἀλλ' οὐδὲ τὸ σῶμα ἀδικεῖταί τι. εἰ γὰρ νῦν φθαρτὸν ἀφθάρτῳ συνὸν, [3] οὐκ ἀδικεῖται, δῆλον ὅτι οὐδ' ἀφθάρτῳ συνὸν ἀδικηθήσεται. οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο φαίη τις ἂν, ὡς ἀνάξιον ἔργον πως Θεοῦ, τὸ διαλυθὲν ἀναστῆσαι σῶμα καὶ συναγαγεῖν. εἰ γὰρ τὸ χεῖρον οὐκ ἀνάξιον, τοῦτ' ἔστι τὸ φθαρτὸν ποιῆσαι σῶμα καὶ παθητόν· πολὺ μᾶλλον, τὸ κρεῖττον οὐκ ἀνάξιον, ὅπερ ἐστὶν ἄφθαρτον καὶ ἀπαθές.


A non cadit quod injustum sit, vel quod indignum. Rursus id quod injustum est, vel circa eum qui resurrecturus est spectatur, vel circa alium ab eo. Porro nulli externæ rei, quæ quidem in rerum natura numeretur, injuriam fieri perspicuum est. Nam nec spiritalibus naturis noceat hominum resurrectio (neque enim illis impedimento est, quo sint minus, aut damnum & injuriam infert hominum resurrectio) nec etiam brutorum & inanimorum naturæ. Hæc enim post resurrectionem non erunt. Quod autem non exsistit, injuriam non accipit. Sed fac semper futura; ne sic quidem ullam accipient injuriam, hominum corporibus renovatis. Nam si nunc hominum naturæ eorumque usui, dum adhuc egeni sunt, obse- B quentia ac sub jugum & servitutem omnem missa, nullam accipiunt injuriam: multo magis, iisdem hominibus extra perpessionem & indigentiam omnem positis, nec jam ejusmodi rerum usu indigentibus, liberata omni servitute, nihil accipient injuriæ. Neque enim si voce instructa essent, creatorem incusarent, quod immerito infra homines, non eamdem ac illi resurrectionem sortita, collocentur. Quorum enim natura non est æqualis, neque etiam iis finem æqualem is qui æquus est constituit. Præterea apud quos nulla justitiæ notio, neque etiam ulla ob injustitiam querela. Neque etiam illud dici potest, injustitiam aliquam circa hominem reviviscentem spectari. Cum enim constet ex anima & corpore, C nec in animam nec in corpus injuriam accipit. Neque enim quisquam est qui, si sapiat, injuriam dicat animæ fieri; sic enim imprudens una cum resurrectione vitam quoque præsentem excludat. Nam si nunc in corpore corruptioni & perpessioni obnoxio habitans, nihil patitur injuriæ; multo minus patietur cum eodem corruptionis & perpessionis experte conjuncta. Neque etiam corpori quidem fit injuriæ. Nam si nunc, cum sit corruptione obnoxium, cum incorrupto conjunctum non læditur; perspicuum est læsum non iri, si incorruptum cum incorrupto conjungatur. Neque id quisquam dixerit indignum Deo esse, dissolutum corpus exsuscitare & colligere. Nam si deterius, id est, corruptioni & perpessioni D obnoxium corpus facere, indignum eo non fuit; multo magis præstantius facere, id est, a corruptione & perpessione immune, indignum non erit.

Εἰ δὲ διὰ τῶν κατὰ φύσιν πρώτων καὶ τῶν τούτοις ἑπομένων δέδεικται τῶν ἐξητασμένων ἕκαστον, δῆλον ὅτι καὶ δυνατὸν καὶ βουλητὸν καὶ ἄξιον τοῦ δημιουργήσαντος ἔργον, ἡ τῶν διαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασις. διὰ γὰρ τούτων ἐδείχθη ψεῦδος τὸ τούτοις ἀντικείμενον, καὶ τὸ τῶν ἀπιστούντων παράλογον. τί γὰρ δεῖ λέγειν περὶ τῆς ἑκάστου [4] τῶν πρὸς ἕκαστον ἀντιστροφῆς, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα συναφείας ; εἴγε δεῖ καὶ συνάφειαν εἰπεῖν, ὡς ἑτερότητί τινι κεχωρισμένων· οὐχὶ δὲ καὶ [5] τὸ δυνατὸν λέγειν βουλητὸν, καὶ τὸ τῷ Θεῷ βουλητὸν, πάντως εἶναι δυνατὸν, καὶ κατὰ τὴν τοῦ βουληθέντος ἀξίαν· καὶ ὅτι μὲν ἕτερος ὁ περὶ τῆς ἀληθείας λόγος, ἕτερος δὲ ὁ ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, εἴρηται διὰ τῶν προλαβόντων [6] μετρίως, οἷς τι διε-

XI. Quod si tum per ea quæ natura prima sunt, tum per ea quæ ex his consequuntur, unumquodque eorum quæ in quæstionem venerunt, demonstratum est; perspicuum est corporum dissolutorum resurrectionem opus esse ejusmodi, quod Deus & facere possit & velle, quodque eo dignum sit. Ex his enim convictum est contrariæ opinionis mendacium, & absurda incredulorum ratiocinatio. Quid enim attinet de alterius cum altero conversione & mutua cohærentia dicere ? Si tamen cohærentiam dicere E oportet, quasi aliqua dissimilitudine discrepent; ac non potius quod Deus facere potest, id eum velle posse dicendum; & quod velle potest, id posse facere, idque eo dignum esse. Atque aliam quidem esse disputationem de veritate, aliam pro veritate, &

1. Τῶν ἀψύχων.] Bigot. τῶν ἐμψυχῶν.
2. Οὐδεμία.] Sic Reg. 1. & Bigot. Editi οὐδὲ τοῦ δικαίου μία.
3. Οὐκ ἀδικεῖται.] Hunc locum ita restituimus, ut habetur in Reg. 3. & Clarom. 2. Editi εἰ γὰρ νῦν φθαρτὸν ἀφθάρτῳ συνὸν, οὐδ' ἀφθάρτῳ ἀδικηθήσεται. *Si nunc corruptibile incorruptibili animæ conjunctum est; neque etiam incorruptione læditur.* Non displicet hæc sententia, sed plenior & accuratior codicum mss. sensus. Ad oram codicis utriusque Regii legitur: εἰ γὰρ νῦν φθαρτῷ συνὸν οὐκ ἀδικεῖται, δῆλον ὅτι οὐδ' ἀφθάρτῳ συνὸν οὐκ ἀδικηθήσεται. Mox idem Regius ἔργον τοῦ Θεοῦ.
4. Τῶν πρὸς ἕκαστον.] Vel delendum illud τῶν, vel, ut conjicit Oxoniensis editor, legendum αὐτῶν.
5. Τὸ δυνατὸν λέγειν βουλητόν.] Non id dicit Athenagoras, quod eum dixisse opinatus est Petavius, quidquid Deus potest, id eum velle: sed illud βουλητὸν idem valet ac, ut ita dicam, vellibile, neque id designat quod Deus actu vult, sed quod velle potest. Vide Præfat.
6. Μετρίως.] Hoc adverbium non idem valet hoc loco ac mediocriter, sive, ut Athenagoræ interpretes red[illegible]rant, *utcumque*: sed idem est ac *satis* vel etiam *abun[illegible]e*. Basilius hac voce vehementem animi sui mœrorem exprimit in epistola 217. ubi annotatio consuli potest. Mox codex Anglicanus, κωλύσαι.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



νήνοχεν ἑκάτερος καὶ πότε καὶ πρὸς τίνας ἔχει τὸ A χρήσιμον. κωλύει δὲ ἴσως οὐδὲν, τῆς τε κοινῆς ἀσφαλείας ἕνεκεν καὶ τῆς τῶν εἰρημένων πρὸς τὰ λειπόμενα συναφείας, ἀπ' αὐτῶν τούτων καὶ τῶν τούτοις προσηκόντων πάλιν ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. προσῆκε δὲ τῷ μὲν τὸ πρωτεύειν κατὰ φύσιν, τῷ δὲ [1] δορυφορεῖν τὸν πρῶτον, ὁδοποιεῖν τε, καὶ προανείργειν πᾶν ὁπόσον ἐμποδὼν καὶ πρόσαντες. ὁ μὲν γὰρ περὶ τῆς ἀληθείας λόγος, ἀναγκαῖος ὢν πᾶσιν ἀνθρώποις πρὸς ἀσφάλειαν καὶ σωτηρίαν, πρωτοστατεῖ καὶ τῇ φύσει καὶ τῇ τάξει καὶ τῇ χρείᾳ. τῇ φύσει μὲν, ὡς τὴν τῶν πραγμάτων γνῶσιν παρεχόμενος· τῇ τάξει δὲ, ὡς ἐν τούτοις καὶ ἅμα τούτοις ὑπάρχων, ὧν γίνεται μηνυτής· τῇ χρείᾳ δὲ, ὡς τῆς ἀσφαλείας καὶ τῆς σωτηρίας τοῖς γινώ- B σκουσι γινόμενος πρόξενος. ὁ δ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, φύσει τε καὶ δυνάμει καταδεέστερος· ἔλαττον γὰρ τὸ ψεῦδος ἐλέγχειν τοῦ τὴν ἀλήθειαν κρατύνειν. καὶ τάξει δεύτερον· κατὰ γὰρ τῶν ψευδοδοξούντων ἔχει τὴν ἰσχύν· ψευδοδοξία δὲ ἐξ ἐπισπορᾶς ἐπεφύη καὶ παραφθορᾶς. ἀλλὰ δὴ καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, προτάττεται πολλάκις καὶ γίνεταί ποτε χρειωδέστερος, ὡς ἀναιρῶν καὶ [2] προκαθαίρων τὴν ἐνοχλοῦσάν τισιν ἀπιστίαν· καὶ τοῖς ἄρτι προσιοῦσι τὴν ἀμφιβολίαν ἢ ψευδοδοξίαν. καὶ πρὸς ἓν μὲν ἑκάτερος ἀναφέρεται τέλος (εἰς γὰρ τὴν εὐσέβειαν ἔχει τὴν ἀναφορὰν ὅ, τε τὸ ψεῦδος ἐλέγχων, καὶ ὁ τὴν ἀλήθειαν κρατύνων) οὐ μὴν καὶ καθάπαξ ἕν εἰσιν. ἀλλ' ὁ μὲν, ἀναγκαῖος, ὡς ἔφην, C πᾶσι τοῖς πιστεύουσι, καὶ τοῖς τῆς ἀληθείας καὶ τῆς [3] ἰδίας σωτηρίας φροντίζουσιν· ὁ δ' ἔστιν ὅτε καί τισι καὶ πρός τινας γίνεται χρειωδέστερος. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν κεφαλαιωδῶς προειρήσθω πρὸς ὑπόμνησιν τῶν ἤδη λεχθέντων. ἰτέον δὲ ἐπὶ τὸ προκείμενον, καὶ δεικτέον ἀληθῆ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον, ἀπό τε τῆς αἰτίας αὐτῆς καθ' ἣν καὶ δι' ἣν ὁ πρῶτος γέγονεν ἄνθρωπος, οἵ τε μετ' ἐκεῖνον· (εἰ καὶ μὴ κατὰ τὸν ὅμοιον γεγόνασι τρόπον) ἀπό τε τῆς κοινῆς πάντων ἀνθρώπων, ὡς ἀνθρώπων, φύσεως· ἔτι δὲ ἀπὸ τῆς τοῦ ποιήσαντος ἐπὶ τούτοις κρίσεως, καθ' ὅσον ἕκαστος ἔζησε χρόνον, καὶ καθ' οὓς ἐπολιτεύσατο νόμους· ἣν οὐκ ἄν τις ἀμφισβητήσειεν εἶναι δι- D καίαν.


in quo positum sit utriusque discrimen, & quibus in locis & apud quos utilitas, satis multis supra demonstravimus. Nihil autem vetat quominus communis securitatis, & eorum quæ diximus cum iis quæ dicentur cohærentiæ causa, rursus ab his ipsis eorumque adjunctis initium faciamus. Atque alteri quidem natura convenit principatum tenere; alteri autem primam instar satellitis comitari, viam sternere, & ante quidquid incommodum fit aut præruptum removere. Nam qui de veritate sermo instituitur, is cum omnibus hominibus ad securitatem & salutem necessarius sit, & natura est & ordine & utilitate princeps. Natura quidem, ut rerum cognitionem afferens; ordine, ut in illis & simul cum illis exsistens, quorum est index & monstrator; utilitate, ut securitatis & salutis, iis a quibus cognoscitur, sequester. Qui autem pro veritate suscipitur, natura & potestate inferior est; minus enim mendacium arguere, quam veritatem confirmare. Est etiam ordine posterior; vim enim suam depromit adversus eos qui falsis opinionibus detinentur. Falsa autem opinio ex superjecto semine & corruptione orta est. Sed tamen quamvis hæc ita se habeant, sæpe præmittitur, fitque interdum utilior; quippe cum eruat & ante expurget obstrepentem nonnullis incredulitatem & insidentem iis qui recentes accessere, dubitationem & falsam opinionem. Atque ad eumdem quidem uterque sermo finem refertur (ad pietatem enim refertur tum qui mendacium arguit, tum qui veritatem confirmat) non tamen omnino unum & idem sunt. Sed hic necessarius, ut dixi, omnibus credentibus ac veritatis & salutis suæ curam gerentibus: iste interdum nonnullis & adversus nonnullos fructuosior. Atque hæc quidem summatim dicta sint ad recordationem superiorum. Veniendum autem ad propositum, ac demonstrandum veram esse de resurrectione doctrinam, tum ex ipsa illa caussa secundum quam & propter quam primus homo conditus est, ejusque posteri, etsi eodem modo conditi non fuerunt; tum ex communi omnium hominum, quatenus hominum, natura; tum etiam ex futuro creatoris de hominibus judicio, ad totum illorum vitæ tempus atque ad vivendi rationem accommodato; quod quidem justum esse nemo dubitaverit.

Ἔστι δὲ ὁ μὲν ἀπὸ τῆς αἰτίας λόγος, ἐὰν ἐπισκοπῶμεν πότερον ἁπλῶς καὶ μάτην γέγονεν ἄνθρωπος, ἤ τινος ἕνεκεν· εἰ δέ τινος ἕνεκεν, πότερον ἐπὶ τοῦτο γενόμενον [4] αὐτὸ τὸ ζῆν καὶ διαμένειν καθ' ἣν ἐγένετο φύσιν· ἢ διὰ χρείαν τινός. εἰ δὲ κατὰ χρείαν, ἤτοι τὴν αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν αὐτῷ προσηκόντων καὶ πλείονος φροντίδος ἠξιωμένων. ὃ δὴ καὶ κοινότερον σκοποῦντες, εὑρίσκομεν ὅτι πᾶς ὁ φρονῶν, καὶ λογικῇ κρίσει πρὸς τὸ ποιεῖν τι κινούμενος, οὐδὲν ὧν κατὰ πρόθεσιν ἐνεργεῖ, ποιεῖ μάτην· ἀλλ' ἤτοι τῆς E ἰδίας ἕνεκεν χρήσεως, ἢ διὰ χρείαν ἄλλου τινὸς ὧν πεφρόντικεν· ἢ δι' αὐτὸ τὸ γινόμενον, ὁλκῇ τινι [5] φυσικῇ καὶ στοργῇ πρὸς τὴν αὐτοῦ γένεσιν κινούμενος. οἷον, (λεγέσθω γὰρ δι' εἰκόνος τινὸς, ἵνα σαφὲς γένηται τὸ προκείμενον) ἄνθρωπος ποιεῖ μὲν οἶκον διὰ τὴν [6] ἰδίαν χρείαν, ποιεῖ δὲ βουσὶ καὶ καμήλοις, ἢ τοῖς ἄλλοις ζώοις ὧν ἐστιν ἐνδεὴς, τὴν ἑκάστῳ τούτων ἁρμόζουσαν σκέπην· οὐκ ἰδίας ἕνεκεν χρήσεως, κατὰ τὸ φαινόμενον, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸ τέλος, διὰ τοῦτο, κατὰ δὲ τὸ προσε-

XII. Ratio ex caussa deducitur, si consideremus, utrum temere & frustra factus homo fuerit, an aliquam ob caussam. Si quam ob caussam; utrum ad hoc ipsum ut vivat & in qua factus est natura perseveret, an ad usum alterius. Si ad usum alterius; vel ad ipsius creatoris, vel ad alterius cujuspiam eorum, qui ad Deum pertinent, & majori cura ab eo dignantur. Quod quidem etiam dum latius consideramus; reperimus quicumque mentis compos sit, & rationis judicio ad aliquid faciendum moveatur, nihil eum ex illis quæ ex animi proposito facit, frustra facere; sed aut ad suos usus, aut ad eorum quorum curam gerit, vel propter ipsum opus, cujus ad effectionem naturali quadam propensione & amore impellitur. Veluti (utamur enim quadam similitudine, ut perspicuum fiat id quod proponimus) facit quidem homo ad proprios usus domum; facit autem bobus & camelis, ceterisque animalibus quibus opus habet, conveniens cuique tectum, non ad proprium suum usum si species attendatur; sin autem

1. Δορυφορεῖν.] Bigot. & Anglic. præmittunt articulum τό. Paullo ante idem Bigot. & Clarom. 1. habent πρέπηκε.
2. Προκαθαίρων.] Bigot. & Reg. 3. προδιακαθαίρων.
3. Ἰδίας.] Deest in Reg. 3.
4. Αὐτό.] Hanc vocem addidi ex 1. & 2. Regio codice. Tertius habet αὐτὸν ζῆν.
5. Φυσικῇ καὶ στοργῇ.] Reg. καὶ φυσικῇ στοργῇ.
6. Ἰδίαν.] Reg. 3. οἰκείαν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



χὲς, διὰ τὴν τούτων ὧν πεφρόντικεν ἐπιμέλειαν. ποιεῖται δὲ [1] καὶ παῖδας, οὔτε διὰ χρείαν ἰδίαν, οὔτε δι' ἕτερόν τι τῶν αὐτῷ προσηκόντων, ἀλλ' ἐπὶ τῷ εἶναί τε καὶ διαμένειν καθ' ὅσον οἷόν τε, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ [2] γεννωμένους, τῇ τῶν παίδων καὶ τῶν ἐγγόνων διαδοχῇ τὴν ἑαυτοῦ τελευτὴν παραμυθούμενος, καὶ ταύτῃ τὸ θνητὸν ἀπαθανατίζειν οἰόμενος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑπὸ τούτων. ὁ μέν τοι Θεὸς οὔτ' ἂν μάτην ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον, (ἔστι γὰρ σοφός· οὐδὲν δὲ σοφίας ἔργον, μάταιον) οὔτε διὰ χρείαν ἰδίαν· παντὸς γάρ ἐστιν ἀπροσδεής. τῷ δὲ μηδενὸς δεομένῳ τὸ παράπαν, οὐδὲν [3] τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων συντελέσειεν ἂν εἰς χρείαν ἰδίαν. ἀλλ' οὐδὲ διά τινα τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων ἔργων ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον. οὐδὲν γὰρ τῶν λόγῳ καὶ κρίσει χρωμένων, οὔτε τῶν μειζόνων οὔτε τῶν καταδεεστέρων γέγονεν ἢ γίνεται πρὸς ἑτέρου χρείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἰδίαν αὐτῶν τῶν γενομένων ζωήν τε καὶ διαμονήν. οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος εὑρίσκει τινὰ χρείαν τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως αἰτίαν· τῶν μὲν ἀθανάτων, ἀνενδεῶν ὄντων, καὶ μηδεμιᾶς μηδαμῶς παρ' ἀνθρώπων συντελείας πρὸς τὸ εἶναι δεομένων· τῶν δὲ ἀλόγων, ἀρχομένων κατὰ φύσιν καὶ τὰς πρὸς ὃ πέφυκεν ἕκαστον χρείας ἀνθρώποις ἀποπληρούντων· [4] ἀλλ' οὐ τούτοις χρῆσθαι πεφυκότων. θέμις γὰρ οὔτε ἦν οὔτε ἔστι, τὸ ἄρχον καὶ ἡγεμονοῦν ὑπάγειν εἰς χρῆσιν τοῖς ἐλάττοσιν, ἢ τὸ λογικὸν ὑποτάττειν ἀλόγοις, οὖσι πρὸς τὸ ἄρχειν ἀνεπιτηδείοις. οὐκοῦν εἰ μήτε ἀναιτίως καὶ μάτην γέγονεν ἄνθρωπος (οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπὸ [5] Θεοῦ γενομένων, μάταιον, κατά γε τὴν τοῦ ποιήσαντος γνώμην) μήτε χρείας ἕνεκεν αὐτοῦ τοῦ ποιήσαντος, [6] ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ὑπὸ Θεοῦ γενομένων ποιημάτων· εὔδηλον ὅτι κατὰ μὲν τὸν πρῶτον καὶ κοινότερον λόγον, δι' ἑαυτὸν, καὶ τὴν ἐπὶ πάσης τῆς δημιουργίας θεωρουμένην ἀγαθότητα καὶ σοφίαν ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατὰ δὲ τὸν προσεχέστερον τοῖς γενομένοις λόγον, διὰ τὴν αὐτῶν τῶν γενομένων ζωὴν, οὐκ ἐπὶ μικρὸν ἐξαπτομένην, εἶτα παντελῶς [7] σβεννυμένην. ἑρπετοῖς γὰρ οἶμαι, καὶ πτηνοῖς καὶ νηκτοῖς, ἢ καὶ κοινότερον εἰπεῖν, πᾶσι τοῖς ἀλόγοις τὴν τοιαύτην ζωὴν ἀπένειμε Θεός· τοῖς δὲ αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς ἀγαλματοφοροῦσι τὸν ποιητὴν, νοῦν τε [8] συνεπιφερομένοις, καὶ λογικῆς κρίσεως μεμοιραμένοις, τὴν εἰς ἀεὶ διαμονὴν ἀπεκλήρωσεν ὁ ποιητὴς, ἵνα γινώσκοντες τὸν ἑαυτῶν ποιητὴν, καὶ τὴν τούτου δύναμίν τε καὶ σοφίαν, νόμῳ τε συνεπόμενοι καὶ δίκῃ, [9] τούτοις συνδιαιωνίζωσιν [a] ἀπόνως οἷς τὴν προλαβοῦσαν ἐκράτυναν ζωὴν, καίπερ ἐν φθαρτοῖς καὶ γηΐνοις ὄντες σώμασιν· ὁπόσα μὲν γὰρ ἄλλου του χάριν γέγο-

A finis, ob hanc quidem caussam, sed proxime ob eorum studium quorum cura tangitur. Procreat autem liberos, non ad suos aut suorum usus; sed ut sint &, quamdiu fieri poterit, perseverent homines ex ipso geniti, liberorum & nepotum successione solatium mortis suæ adhibens, atque hoc modo quod mortale est immortale effecturum se sperans. Atque hæc quidem ab hominibus. Deus autem nec frustra hominem fecit; est enim sapiens, nullum autem sapientiæ opus inutile: nec ad proprium suum usum; nulla enim re indiget: qui autem nulla omnino re indiget, sua ei opera nihil ad proprium usum attulerint. Sed nec ob aliquam rerum a se creatarum hominem condidit. Nihil B enim ex eis quæ ratione & judicio utuntur, ad alterius sive superioris, sive inferioris usum creatum est aut creatur, sed ad propriam eorum qui creantur, vitam & perpetuitatem. Neque enim ratio usum ullum reperit, qui caussa sit hominum generationis; quippe cum ii qui immortales sunt, extra indigentiam omnem positi sint, nec ullo egeant hominum subsidio ut exsistant: belluæ autem naturæ subjectæ sint, & ad quos quæque usus institutæ sunt, eos hominibus exhibeant, nequaquam autem ita comparatæ sint, ut hominibus utantur. Neque enim fas est aut fuit, id quod imperat & principatum tenet, ad usum inferiorum dejicere, & quod ratione utitur, rebus rationis expertibus, minime aptis ad C imperandum, summittere. Quamobrem si nec sine caussa, nec frustra creatus est homo (nihil enim inter divina opera inutile, quantum ad auctoris consilium spectat) nec ad ipsius creatoris usum, nec ad alterius cujuspiam rei ab ipso conditæ; liquet Deum, si prima & latius patens consideretur ratio, propter se ipsum & elucentem in omnibus ipsius operibus bonitatem & sapientiam adductum fuisse, ut hominem faceret: si vero propior & ipsis hominibus creatis interior ratio spectetur, propter ipsorum vitam, quæ quidem non ad breve aliquod tempus succendenda, ac postea omnino extinguenda sit. Reptilibus enim & volatilibus & natatilibus, & ut latius pateat quod dico, omnibus belluis ejusmodi vitam attribuit D Deus. Qui vero ipsius creatoris simulacrum in se ipsis ferunt, ac mente præditi & rationis judicium sortiti sunt, iis perpetuitatem despondit & destinavit creator, ut auctorem suum ejusque potentiam & sapientiam cognoscentes, ac legi & justitiæ obsequentes, perpetuo in iis citra ullum laborem permaneant, quibus anteactam vitam, quamvis in terrenis essent & corruptioni obnoxiis corporibus, fortiter toleraverunt.

1. Καὶ παῖδας.] Deest καὶ in cod. Angl.
2. Γεννωμένους.] Uterque Clarom. γενομένους.
3. Οὐδὲν τῶν. In Reg. 3. inter has voces apponitur particula ἂν quæ in aliis codicibus mss. & editis paullo post legitur.
4. Ἀλλ' οὐ τούτοις.] Legitur in omnibus editis ἀλλ' οὐ τῶν τούτοις. Sed cum articulus τῶν sensu prorsus careat, & alia manu additus fuerit in Regio primo, eum expungere non dubitavi. In hoc autem codice, quantum adhuc perspici potest, scriptum videtur fuisse prima manu οὐκ ἂν, quibus deletis imperite appositum fuit, ἀλλ' οὐ τῶν.
5. Ὑπὸ Θεοῦ.] Bigot. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.
6. Ἢ ἄλλου.] Reg. 3. μή τ' ἄλλου. Similis ratiocinatio apud Clementem Alexandrinum, qui postquam statuit hominem vel propter se creatum fuisse vel propter aliud, creatum propter aliud non fuisse sic probat: εἰ δὲ ἕνεκεν τῶν ἄλλων ὁ ἄνθρωπος αἱρετὸν γέγονεν, οὐκ ἄλλην αἰτίαν ἔχει τοῦ [illegible] αὐτὸν ὁ Θεὸς, ἢ οὐκ ἄνευ αὐτοῦ οὐκ ὂν τι ὄντως, τὸν μὲν γενέσθαι δημιουργὸν [illegible]. [illegible] δὲ (τὰς δὲ) εἰς γνῶσιν ἀφι[illegible]. Quod si propter alios homo res expetenda factus [illegible] aliam Deus habuisset caussam illius creandi. nisi [illegible], ut Deus quidem bonus [illegible] Dei cognitionem pervenirent. Id autem quam absurdum sit probantem audiamus Clementem. οὐ γὰρ ἦν ἄλλως ἂν τὸ οὗ ἕνεκεν ἄνθρωπος γέγονεν, ἐποίησεν ὁ Θεὸς, εἰ μὴ ἄνθρωπος ἐγεγόνει. καὶ ἣν (leg. καὶ ἣν) εἶχεν ἐναποκεκρυμμένην ἰσχὺν τῷ βούλεσθαι ὁ Θεὸς, διὰ τῆς ἔξωθεν τοῦ πεποιηκέναι (leg. τὸ πεποιηκέναι) προσανεπλήρωσεν δυνάμεως, λαβὼν παρὰ ἀνθρώπου ὃ πεποίηκεν (leg. ὃς πεποίηκεν vel ὁ πεποιηκὼς) ἄνθρωπον. καὶ ὃν εἶχεν εἶδεν. (leg. καὶ ἐκ ἦν εἰπεῖν· εἶπεν) καὶ γέγονεν ὃ ἠθέλησεν. οὐδὲν δὲ ὃ μὴ δύναται Θεός. ὁ ἄνθρωπος ἄρα, ὃν πεποίηκεν ὁ Θεὸς, δι' αὐτὸν αἱρετόν ἐστιν. *Neque enim illud, propter quod homo factus fuisset, facere Deus potuisset aliter, nisi homo factus fuisset: sed si potentiam volendo suspensam & reconditam habuisset, opus suum per externam potentiam adimplevisset, ab homine accipiens hominis conditor; nec jam dicere possemus: dixit & factum est quod voluit. Nihil autem est quod non possit Deus. Quare homo quem fecit Deus, res est per se expetenda*, Pædag. lib. 1. c. 3.
7. Σβεννυμένην.] Sic tres Regii & Bigot. Editi συναποσβεννυμένην.
8. Συνεπιφερομένοις.] Reg. 3. ἐπιφερομένοις, & mox ποιήσας. Mox nonnulli codices δύναμιν καὶ [illegible].
9. Τούτοις.] Editi addunt δὲ, quæ particula commodius abest Reg. 1. & 2. & Anglic.

a Τούτοις συνδιαιωνίζωσιν] Delendam esse particulam δὲ conjecerat item Henricus Stephanus: qui etiam advertit, frequenter heic usurpari ab Athenagora hoc verbum συνδιαιωνίζειν: eo enim utitur & infra §§. xv. & xxv.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



γεν, παυσαμένων ἐκείνων ὧν ἕνεκεν γέγονε, παύσεται εἰκότως καὶ αὐτὰ τὰ γενόμενα τοῦ εἶναι, καὶ οὐκ ἂν διαμένοι μάτην (ὡς ἂν μηδεμίαν ἐν τοῖς ὑπὸ Θεοῦ γενομένοις τοῦ ματαίου χώραν ἔχοντος·) τά γε μὴν δι' αὐτὸ τὸ εἶναι καὶ ζωὴν καθὼς πέφυκε γενόμενα, ὡς αὐτῆς τῆς αἰτίας τῇ φύσει συνειλημμένης, καὶ κατ' αὐτὸ μόνον τὸ εἶναι θεωρουμένης, [1] οὐδεμίαν οὐδέποτε δέξαιτ' ἂν τὴν τὸ εἶναι παντελῶς ἀφανίζουσαν αἰτίαν. ταύτης δὲ ἐν τῷ εἶναι πάντοτε θεωρουμένης, δεῖ σώζεσθαι πάντως καὶ τὸ γενόμενον ζῶον, ἐνεργοῦν τε καὶ πάσχον ἃ πέφυκεν, ἑκατέρου τούτων ἐξ ὧν γέγονε τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέροντος, καὶ τῆς μὲν ψυχῆς οὔσης τε καὶ διαμενούσης ὁμαλῶς ἐν ᾗ γέγονε φύσει, καὶ διαπονούσης ἃ πέφυκεν (πέφυκε δὲ ταῖς τοῦ σώματος ἐπιστατεῖν ὁρμαῖς, καὶ τὸ προσπῖπτον ἀεὶ τοῖς προσήκουσι κρίνειν καὶ μετρεῖν κριτηρίοις καὶ μέτροις) τοῦ δὲ σώματος κινουμένου κατὰ φύσιν πρὸς ἃ πέφυκεν, καὶ τὰς ἀποκληρωθείσας αὐτῷ δεχομένου μεταβολὰς, μετὰ δὲ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὰς ἡλικίας, ἢ κατ' εἶδος, ἢ μέγεθος, τὴν ἀνάστασιν· εἶδος γάρ τι μεταβολῆς καὶ πάντων ὕστατον ἡ ἀνάστασις, ἥ τε τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον περιόντων ἔτι πρὸς τὸ κρεῖττον μεταβολή.

A Quæcumque enim alterius cauſſa condita ſunt, illis quorum cauſſa condita ſunt non jam exſtantibus, merito & ipſa eſſe deſinent, nec fruſtra permanſerint; propterea quod inter divina opera nihil ſit loci rebus inutilibus. Quæ vero ob hanc ipſam cauſam condita ſunt ut eſſent, & vitam ſibi convenientem degerent, cum hæc cauſſa colligata ſit cum natura, & in ſola exſiſtendi ratione poſita, iis nihil umquam poſſit accidere, cur omnino eſſe deſinant. Sed cum cauſſa illa ob quam condita ſunt, ſemper exſiſtendi ratione ſpectetur; neceſſe eſt ad perpetuitatem animal ita conditum ſervari, ea agens & patiens quæ ipſius naturæ congruunt, duabus illis partibus ex quibus conſtat, quod ſuum cujuſque eſt in medium afferentibus: ita ut anima æquabiliter in B qua condita eſt natura exſtet & permaneat, munuſque ſibi congruum adminiſtret; (eſt autem proprium ejus munus corporis appetitus regere, & quidquid uſquam inciderit, id aptis dijudicare & metiri judiciis & menſuris) corpus autem ſecundum naturam ad ea quæ congruunt moveatur, & deſtinatas ſibi mutationes accipiat, & cum ceteris quæ ad ætatem aut magnitudinem pertinent, ipſam etiam reſurrectionem. Eſt enim ſpecies quædam mutationis, eaque omnium poſtrema, reſurrectio, & eorum qui tunc temporis adhuc ſupererunt, in melius immutatio.


Ἐπὶ δὲ τούτοις [2] τεθαῤῥηκότες, οὐ μεῖον ἢ τοῖς ἤδη γενομένοις, καὶ τὴν ἑαυτῶν ἐπισκοποῦντες φύσιν, τήν τε μετ' ἐνδείας καὶ φθορᾶς ζωὴν στέργομεν, ὡς τῷ παρόντι βίῳ προσήκουσαν, καὶ τὴν ἐν ἀφθαρσίᾳ διαμονὴν ἐλπίζομεν βεβαίως· ἣν οὐ παρ' ἀνθρώπων ἀναπλάττομεν μάτην, ψευδέσιν ἑαυτοὺς βουκολοῦντες ἐλπίσιν, ἀπλανεστάτῳ δὲ πεπιστεύκαμεν ἐχεγγύῳ, τῇ τοῦ δημιουργήσαντος ἡμᾶς γνώμῃ, καθ' ἣν ἐποίησεν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς ἀθανάτου καὶ σώματος· νοῦν τε συγκατεσκεύασεν αὐτῷ καὶ νόμον ἔμφυτον ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ φυλακῇ τῶν παρ' αὐτοῦ [3] δεδομένων, ἔμφρονί τε βίῳ καὶ ζωῇ λογικῇ προσηκόντων· εὖ εἰδότες ὡς οὐκ ἂν τοιοῦτον κατεσκεύασε ζῶον, καὶ πᾶσι τοῖς πρὸς διαμονὴν ἐκόσμησεν, εἰ μὴ διαμένειν ἐβούλετο τὸ γενόμενον. εἰ τοίνυν ὁ τοῦδε τοῦ παντὸς δημιουργὸς ἐποίησεν ἄνθρωπον ἐπὶ τῷ ζωῆς ἔμφρονος μεταχεῖν, καὶ γενόμενον θεωρὸν τῆς τε μεγαλοπρεπείας αὐτοῦ καὶ τῆς ἐπὶ πᾶσι σοφίας, τῇ τούτων συνδιαμένειν ἀεὶ θεωρίᾳ, κατὰ τὴν ἐκείνου γνώμην, [4] καὶ καθ' ἣν εἴληχε φύσιν· ἡ μὲν τῆς γενέσεως αἰτία πιστοῦται τὴν εἰς ἀεὶ διαμονήν· ἡ δὲ διαμονὴ τὴν ἀνάστασιν, ἧς χωρὶς οὐκ ἂν διαμείνειεν ἄνθρωπος· ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων εὔδηλον ὡς τῇ τῆς γενέσεως αἰτίᾳ, καὶ τῇ γνώμῃ τοῦ ποιήσαντος, δείκνυται σαφῶς ἡ ἀνάστασις. τοιαύτης δὲ τῆς αἰτίας οὔσης καθ' ἣν εἰς τόνδε παρῆκται τὸν κόσμον ἄνθρωπος, ἀκόλουθον ἂν εἴη τὸν τούτοις κατὰ φύσιν ἢ καθ' εἱρμὸν ἑπόμενον διασκέψασθαι λόγον. ἕπεται δὲ κατὰ τὴν ἐξέτασιν, τῇ μὲν αἰτίᾳ τῆς γενέσεως, ἡ τῶν γεννηθέντων ἀνθρώπων φύσις· τῇ δὲ φύσει τῶν γενομένων, ἡ τοῦ ποιήσαντος ἐπὶ τούτοις δικαία κρίσις· τούτοις τε πᾶσι τὸ τοῦ βίου τέλος. ἐξητασμένων δὲ ἡμῖν τῶν προτεταγμένων, ἐπισκεπτέον ἑξῆς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν.

XIII. Quibus rebus non minus confidentes, quam iis quæ jam evenerunt, ac propriam naturam conſi- C derantes, cum obnoxiam egeſtati & corruptioni vitam diligimus, ut præſenti ævo convenientem, tum immunem a corruptione perpetuitatem conſtanter ſperamus: quam quidem non ex hominum commentis ſomniamus, falſa ſpe nobiſmetipſis illudentes, ſed certiſſimo fidejuſſori credimus Dei conſilio; quod ille intendit, cum hominem ex anima immortali & corpore conſtituit, ac mente & inſita lege eum inſtruxit, ad conſervationem & cuſtodiam eorum quæ ab ipſo, vitæ ſapienti & rationis participi congruentia ſunt data: probe intelligentes futurum non fuiſſe, ut ejuſmodi animal fingeret, ac omnibus ad perpetuitatem rebus ornaret, niſi hoc opus permanere voluiſſet. Igitur ſi univerſorum opifex hominem con- D didit, ut ſapientis vitæ particeps eſſet, ac ipſius magnificentiæ & elucentis in omnibus ſapientiæ ſpeculator factus, in his ſemper contemplandis permaneret ſecundum auctoris conſilium & acceptam ab eo naturam; naſcendi cauſſa fidem facit perpetuitatis, perpetuitas autem reſurrectionis, qua ſine homo permanere non poſſit. Ex his autem quæ diximus perſpicuum eſt, reſurrectionem ex naſcendi cauſſa & auctoris conſilio clare demonſtrari. Cum ergo talis cauſſa exſtiterit, cur homo in mundum induceretur; conſentaneum eſt, ut quæ ex his natura aut ordine conſequuntur, conſideremus. Si ordo inveſtigandi ſpectatur; ſequitur naſcendi cauſſam hominum genitorum natura, hominum naturam juſtum creatoris E de iiſdem judicium, hæc omnia vitæ finis. His autem quæ principem locum tenent inveſtigatis, deinceps conſideranda eſt hominis natura.

[5] Ἡ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων, ἢ τῶν ὁπωσοῦν εἰς ἐξέτασιν προβαλλομένων ἀπόδειξις, τὴν ἀπλανῆ τοῖς λεγομένοις ἐπιφέρουσα πίστιν, οὐκ ἔξωθέν ποθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν, οὐδ' ἐκ τῶν τισι δοκούντων ἢ δεδογμένων, ἀλλ' ἐκ τῆς κοινῆς καὶ φυσικῆς ἐννοίας, ἢ

XIV. Veritatis dogmatum aut cujuſcumque rei ad inveſtigandum propoſitæ demonſtratio, quæ quidem indubitatis argumentis dicta confirmet, non foris deducitur, aut ex iis quæ nonnulli opinantur aut opinati ſunt, ſed ex communi & naturali ratione

1. Οὐδεμίαν.] Deeſt in Reg. 3.
2. Τεθαῤῥηκότες.] Sic uterque Clarom. & Bigot. Editi τεθαῤῥηκότων.
3. Δεδομένων.] Bigot. διδομένων.
4. Καὶ καθ' ἣν.] Clarom. 2. καὶ οὐ καθ' ἣν.
5. Ἡ τῶν τῆς.] Totam verborum complexionem quæ corruptiſſima erat in editis, emendavimus ope Reg. 3. & Claromontani 2., ubi totidem verbis exſtat, qualem appoſuimus. Sic etiam habebat Regius primus, ſed imperitæ emendationes ſupra lineam ſcriptæ fuerunt. Sic autem legebatur in editis. ἐπισκεπτέον - . . . . φύσιν, ἢ διὰ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων, ἢ τῶν ὁπωσοῦν εἰς ἐξέτασιν προβαλλομένων. ἡ ἀπόδειξις . . . . ἥτις οὐκ ἔξωθεν &c.



τῆς πρὸς τὰ πρῶτα τῶν δευτέρων ἀκολουθίας. ἢ γὰρ περὶ τῶν πρώτων ἐστὶ δογμάτων, καὶ δεῖ μόνης ὑπομνήσεως τῆς τὴν φυσικὴν ἀνακινούσης ἔννοιαν· ἢ περὶ τῶν κατὰ φύσιν ἑπομένων τοῖς πρώτοις, καὶ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας, καὶ δεῖ τῆς ἐπὶ τούτοις τάξεως, δεικνυούσης τί τοῖς πρώτοις ἢ τοῖς προτεταγμένοις ἀκολουθεῖ κατ᾽ ἀλήθειαν, [1] ἐπὶ τῷ μήτε τῆς ἀληθείας ἢ τῆς κατ᾽ αὐτὴν ἀσφαλείας ἀμελεῖν, μήτε τὰ τῇ φύσει τεταγμένα καὶ διωρισμένα συγχεῖν, ἢ τὸν φυσικὸν εἱρμὸν διασπᾶν. ὅθεν οἶμαι [2] χρῆναι δίκαιον περὶ τῶν προκειμένων ἐσπουδακότας καὶ κρίνειν ἐμφρόνως θέλοντας, εἴτε γίνεται τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων ἀνάστασις, εἴτε μὴ, πρῶτον μὲν ἐπισκοπεῖν καλῶς τῶν πρὸς τὴν τοῦδε δεῖξιν συντελούντων τὴν δύναμιν, καὶ ποίαν ἕκαστον εἴληχε χώραν, καὶ τί μὲν τούτων πρῶτον, τί δὲ δεύτερον, τί δὲ τρίτον, τί δὲ ἐπὶ τούτοις ὕστατον. ταῦτα δὲ διαταξαμένους χρὴ πρώτην μὲν τάξαι τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως, τουτέστι τὴν τοῦ δημιουργήσαντος γνώμην καθ᾽ ἣν ἐποίησεν ἄνθρωπον· [3] ταύτῃ δὲ προσφυῶς ἐπισυνάψαι τὴν τῶν γενομένων ἀνθρώπων φύσιν, [4] οὐχ ὡς τῇ τάξει δευτερεύουσαν, διὰ δὲ τὸ μὴ δύνασθαι κατὰ ταυτὸν ἀμφοτέρων γενέσθαι τὴν κρίσιν· κἂν ὅτι μάλιστα συνυπάρχωσιν ἀλλήλαις, καὶ πρὸς τὸ προκείμενον τὴν ἴσην παρέχωνται δύναμιν. διὰ δὲ τούτων, ὡς πρώτων, καὶ τὴν ἐκ δημιουργίας ἐχόντων ἀρχὴν ἐναργῶς δεικνυμένης τῆς ἀναστάσεως, οὐδὲν ἧττον καὶ διὰ τῶν τῆς προνοίας λόγων ἐστὶ λαβεῖν τὴν περὶ ταύτης πίστιν· λέγω δὲ διὰ τῆς ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων ὀφειλομένης κατὰ δικαίαν κρίσιν τιμῆς ἢ δίκης, καὶ τοῦ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τέλους. πολλοὶ γὰρ τὸν τῆς ἀναστάσεως λόγον διαλαμβάνοντες, τῷ τρίτῳ μόνῳ τὴν πᾶσαν [5] ἐπήρεισαν αἰτίαν, νομίσαντες τὴν αἰτίαν γίνεσθαι διὰ τὴν κρίσιν. τοῦτο δὲ περιφανῶς δείκνυται ψεῦδος ἐκ τοῦ πάντας μὲν ἀνίστασθαι τοὺς ἀποθνήσκοντας ἀνθρώπους, μὴ πάντας δὲ κρίνεσθαι τοὺς ἀναστάντας. εἰ γὰρ μόνον τὸ κατὰ τὴν κρίσιν δίκαιον τῆς ἀναστάσεως ἦν αἴτιον, ἐχρῆν δήπου τοὺς μηδὲν ἡμαρτηκότας, ἢ κατορθώσαντας, μηδ᾽ ἀνίστασθαι, [a] τουτέστι τοὺς κομιδῇ νέους παῖδας. ἐξὸν δὲ πάντας ἀνίστασθαι, τούς τε ἄλλους, καὶ δὴ καὶ τοὺς κατὰ τὴν πρώτην ἡλικίαν τελευτήσαντας, [6] καὶ αὐτοὶ δικαιοῦσιν, ὡς οὐ διὰ τὴν κρίσιν ἡ ἀνάστασις γίνεται κατὰ πρῶτον λόγον, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ δημιουργήσαντος γνώμην, καὶ τὴν τῶν δημιουργηθέντων φύσιν.

Ἀρκούσης δὲ καὶ μόνης τῆς ἐπὶ τῇ γενέσει τῶν ἀνθρώπων θεωρουμένης αἰτίας, δεῖξαι τὴν ἀνάστασιν κατὰ φυσικὴν ἀκολουθίαν ἑπομένην τοῖς διαλυθεῖσι σώμασι· δίκαιον ἴσως πρὸς μηδὲν ἀποκνῆσαι τῶν προτεθέντων, ἀκολούθως δὲ τοῖς εἰρημένοις, καὶ τὰς ἐξ ἑκάστου τῶν ἑπομένων ἀφορμὰς ὑποδεῖξαι τοῖς ἐξ αὐτῶν συνιδεῖν μὴ δυναμένοις· καὶ [7] πρό γε τῶν ἄλλων, τὴν τῶν γενομένων ἀνθρώπων φύσιν, ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἄγουσαν ἔννοιαν, καὶ τὴν ἴσην παρέχουσαν περὶ τῆς ἀναστάσεως πίστιν. εἰ γὰρ πᾶσα κοινῶς ἡ

A aut posteriorum ex prioribus consequutione. Vel enim de primis principiis agitur; tumque sola opus est admonitione ad naturalem notionem excitandam: vel de iis quæ secundum naturam ex primis consequuntur, ac de naturali serie; tumque opus est his in rebus ordinem adhibere, demonstrando quid primis & principibus vere cohæreat, ut nec veritas, nec veritatis tuta demonstratio negligatur, nec quæ natura ordinata & distincta sunt confundantur, nec naturalis series distrahatur. Unde oportere arbitror ut qui æquum ad propositam quæstionem studium afferunt, ac prudenter dijudicare volunt, utrum futura sit nec-ne humanorum corporum resurrectio; ii primo attente considerent quam vim habeant (B) quæ ad hujus rei demonstrationem valent, & quem quæque locum teneant, quid primum, quid secundum, quid tertium, quid denique postremum. Atque in his disponendis primo loco statuenda est generationis hominum caussa, id est consilium quod intendit creator, cum hominem fecit; huic deinde convenienter subnectenda est hominum natura, non quod ordine posterior sit, sed quod utrumque simul dijudicari non possit; etiamsi quam maxime simul exsistant, & ad propositam quæstionem par momentum afferant. His argumentis, ut longe principibus & ab ipso Dei opificio repetitis, clare demonstrata resurrectio, non minus rationibus ex providentia deductis confirmatur, id est, ex debitis uni(C)cuique homini justo judicio præmiis aut pœnis, & proposito vitæ humanæ fine. Multi enim de resurrectione disputantes, ei rei quam tertiam numeramus, caussam omnem soli assignarunt, resurrectionem fieri propter judicium arbitrati. Quod quidem manifeste falsum ex eo demonstratur, quod qui moriuntur, ii omnes quidem resurgant; non tamen qui resurgunt, omnes judicentur. Nam si sola judicii æquitas resurrectionis caussa esset, oporteret ut qui nec mali quidquam egerunt nec boni, id est teneri admodum infantes, ii neque etiam resurgerent. Sed cum resurrectio concedatur cum ceteris omnibus, tum iis etiam qui prima in ætate mortui sunt; etiam ipsi argumen(D)to sunt resurrectionem non propter judicium fieri, si primaria caussa spectetur, sed propter conditoris consilium & rerum conditarum naturam.

XV. Cum autem spectata in hominum generatione caussa, demonstrare vel sola possit resurrectionem naturali serie dissoluta corpora sequi; æquum est ut nullam ex propositis rationibus defugiamus, sed convenienter iis quæ diximus, his qui per se perspicere non possunt, demonstremus quid una quæque res ex aliis consequens, in primis autem quid hominum natura quæ in eamdem notionem ducit, nec minus valet ad adstruendam resurrectionem, habeat momen(E)ti. Nam si omnis communiter hominum natura ex in plerisque aliis reperitur.

1. Επὶ τῷ.] Reg. 1. ἐπὶ τό.
2. Χρῆναι.] Reg. χρῆν. Stephanus legendum putat δεῖν, οἶμαι, ἢν δίκαιον. Sed necesse non est quidquam mutare, modo illud δίκαιον referamus ad ἐσπουδακότας; id quod in interpretando sequutus sum. Infra Reg. 3. δεύτερον ἢ τρίτον . . , χρὴ πρῶτον.
3. Ταύτῃ δέ.] Particulam, quæ deerat in editis, suppeditavit Clarom. 2.
4. Οὐχ ὡς τῇ.] Negationem restituit Stephanus, quæ deerat in priori editione & in nonnullis mss. codicibus:
5. Επήρεισαν.] Ita Reg. 2. & 3. Angl. & Bigot. & editio Ducæi. Aliæ editiones ἐπείρησαν.
6. Καὶ αὐτοί.] Ita Reg. 1. cui favent Clarom. 2. & Reg 3. ubi legitur tantum αὐτοί. Editi οἱ καὶ αὐτοί. Reg. 2. ὁ καὶ αὐτοί.
7. Πρό γε τῶν.] Editi πρός γε τῶν, exceptis tamen editionibus Ducæi & Anglicana. Codices mss. ut in textu, atque ita legendum monuit Stephanus.

a Τουτέστι —— ἀνίστασθαι] Hæc verba quæ in priori Nannii editione deerant, restituit Henricus Stephanus: qui tamen pro ἐξὸν δὲ legendum existimat ἐξὸν δὴ aut γε, ne perperam suspensa maneat sententia. Monet autem editor Oxoniensis, quæ in Nannii editione deerant, ea quoque deesse in ms. Actonensi; cujus rei caussa esse videtur, quod vox ἀνίστασθαι repetita sit. Conjicit autem idem vir eruditus, hæc ἐξὸν δὲ πάντας ἀνίστασθαι, [illegible] quidem heic locum habere: ista vero τουτέστι τοὺς κομιδῇ νέους παῖδας, expungenda: siquidem, ait in margine ea primum posita fuisse videantur, ut explanarent τοὺς μηδὲν ἡμαρτηκότας quæ præcedunt, & deinde in textum fuisse intrusa.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

τῶν ἀνθρώπων φύσις, ἐκ ψυχῆς ἀθανάτου, καὶ τοῦ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτῇ συναρμοσθέντος σώματος ἔχει τὴν σύστασιν, καὶ μήτε τῇ φύσει τῆς ψυχῆς καθ' ἑαυτὴν, μήτε τῇ φύσει τοῦ σώματος χωρὶς ἀπεκλήρωσε Θεὸς τὴν τοιάνδε γένεσιν, ἢ τὴν ζωὴν καὶ τὸν σύμπαντα βίον, ἀλλὰ τοῖς ἐκ τούτων γενομένοις ἀνθρώποις, ἵν' ἐξ ὧν γεννῶνται καὶ ζῶσι, διαβιώσαντες εἰς ἕν τι καὶ κοινὸν καταλήξωσι τέλος· δεῖ πάντως ἑνὸς ὄντος ἐξ ἀμφοτέρων ζώου, [1] τοῦ καὶ πάσχοντος ὁπόσα πάθη ψυχῆς, καὶ ὁπόσα τοῦ σώματος, ἐνεργοῦντός τε καὶ πράττοντος, ὁπόσα τῆς αἰσθητικῆς ἢ τῆς λογικῆς δεῖται κρίσεως, πρὸς ἕν τι τέλος ἀναφέρεσθαι πάντα τὸν ἐκ τούτων εἱρμόν· ἵνα πάντα καὶ διὰ πάντων συντρέχῃ πρὸς μίαν ἁρμονίαν καὶ τὴν αὐτὴν συμπάθειαν ἀνθρώπου, γένεσις ἀνθρώπου, φύσις ἀνθρώπου, ζωὴ ἀνθρώπου, [2] πράξεις καὶ πάθη, καὶ βίος, καὶ τὸ τῇ φύσει προσῆκον τέλος. εἰ δὲ μία τις ἐστὶν ἁρμονία τοῦ ζώου παντὸς καὶ συμπάθεια, καὶ τῶν ἐκ ψυχῆς φυομένων, καὶ τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐπιτελουμένων, ἓν εἶναι δεῖ καὶ τὸ ἐπὶ πᾶσι τούτοις τέλος. ἓν δὲ τέλος ἔσται κατ' ἀλήθειαν τοῦ αὐτοῦ ζώου κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σύστασιν ὄντος, οὗπέρ ἐστι τέλος, [3] τὸ τέλος. τὸ αὐτὸ δὲ ζῶον ἔσται καθαρῶς, τῶν αὐτῶν ὄντων πάντων ἐξ ὧν [4] ὡς μερῶν τὸ ζῶον· τὰ αὐτὰ δὲ, κατὰ τὴν ἰδιάζουσαν ἕνωσιν ἔσται, τῶν διαλυθέντων, πάλιν ἑνωθέντων πρὸς τὴν τοῦ ζώου σύστασιν. ἡ δὲ τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων σύστασις ἐξ ἀνάγκης ἑπομένην δείκνυσι τὴν τῶν νεκρωθέντων καὶ διαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασιν. ταύτης γὰρ χωρὶς, οὔτ' ἂν ἑνωθείη τὰ αὐτὰ μέρη κατὰ φύσιν ἀλλήλοις, οὔτ' ἂν συσταίη τῶν αὐτῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις. εἰ δὲ καὶ νοῦς καὶ λόγος δέδοται τοῖς ἀνθρώποις πρὸς διάκρισιν νοητῶν, οὐκ οὐσιῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ δόντος ἀγαθότητος καὶ σοφίας καὶ δικαιοσύνης· ἀνάγκη, διαμενόντων ὧν ἕνεκεν ἡ λογικὴ δέδοται κρίσις, καὶ αὐτὴν διαμένειν τὴν ἐπὶ τούτοις δοθεῖσαν κρίσιν· ταύτην δὲ διαμένειν ἀδύνατον, μὴ τῆς δεξαμένης αὐτὴν καὶ τῆς ἐν οἷς ἐστι διαμενούσης φύσεως. ὁ δὲ καὶ νοῦν καὶ λόγον δεξάμενος, ἔστιν ἄνθρωπος, οὐ ψυχὴ καθ' ἑαυτήν. ἄνθρωπον ἄρα δεῖ τὸν ἐξ ἀμφοτέρων ὄντα διαμένειν εἰς ἀεί· τοῦτον δὲ ἀδύνατον διαμένειν, μὴ ἀνιστάμενον· ἀναστάσεως γὰρ μὴ γινομένης, οὐκ ἂν ἡ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἀνθρώπων διαμένοι φύσις· τῆς δὲ τῶν ἀνθρώπων φύσεως μὴ διαμενούσης, μάτην μὲν ἡ ψυχὴ συνήρμοσται τῇ τοῦ σώματος ἐνδείᾳ, καὶ τοῖς τούτου πάθεσι· μάτην δὲ τὸ σῶμα πεπέδηται πρὸς τὸ τυγχάνειν ὧν ὀρέγεται, ταῖς τῆς ψυχῆς ἡνίαις ὑπεῖκον καὶ χαλιναγωγούμενον· μάταιος δὲ ὁ νοῦς, ματαία δὲ φρόνησις, καὶ δικαιοσύνης παρατήρησις, ἢ καὶ πάσης ἀρετῆς ἄσκησις, καὶ νόμων θέσις καὶ διάταξις, καὶ συνόλως εἰπεῖν, πᾶν ὅ, τι περ ἐν ἀνθρώποις καὶ δι' ἀνθρώπους καλὸν, μᾶλλον δὲ [5] καὶ αὐτὴ τῶν ἀνθρώπων ἡ γένεσίς τε καὶ φύσις. εἰ δὲ πάντων καὶ πανταχόθεν ἀπελήλαται τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου δεδομένων δωρεῶν τὸ μάταιον, δεῖ πάντως τῷ τῆς ψυχῆς ἀτελευτήτῳ συνδιαιωνίζειν τὴν τοῦ σώματος διαμονὴν κατὰ τὴν [6] ἰδίαν φύσιν.


Ξενιζέσθω δὲ μηδεὶς, εἰ τὴν θανάτῳ καὶ φθορᾷ διακοπτομένην ζωὴν, ὀνομάζομεν διαμονὴν, [7] λογιζόμενος ὡς οὐχ εἷς τοῦ προσρήματος ὁ λόγος, οὐχ ἓν τῆς διαμονῆς τὸ μέτρον· ὅτι μηδὲ τῶν διαμενόντων φύσις μία. εἴπερ γὰρ κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἕκα-

A anima immortali conſtat & corpore quod cum anima in creatione conjunctum fuit, ac neque naturæ animæ per ſe ipſam aut corporis naturæ ſeparatim Deus ejuſmodi creationem ac vitam & totius vitæ decurſum deſpondit & deſtinavit, ſed compoſitis ex utroque hominibus, ut quibus ex rebus conſtant cum gignuntur & vivunt, cum iiſdem ad unum aliquem & communem finem vita peracta perveniant; neceſſe eſt omnino, ut cum unum ſit ex utriſque animal quod patitur quæcumqne anima patitur & corpus, & operatur ac perficit quæcumque ſenſuum aut rationis judicio continentur; neceſſe eſt, inquam, ut tota ejuſmodi rerum ſeries & continuatio ad unum aliquem finem referatur: ut omnia in omnibus ad B unum hominis concentum & eamdem omnium affectionum ſocietatem concurrant, generatio hominis, natura hominis, vita hominis, actiones & perpeſſiones, vita & vitæ conveniens finis. Quod ſi unus aliquis eſt totius animalis concentus, & rerum omnium ſocietas, ſive ab anima proficiſcantur, ſive corpore efficiantur; unum eſſe oportet his omnibus finem. Finis autem unus erit, ſi animal cujus eſt ille finis, in ſua idem exſtet conſtitutione. Idem autem animal integre exſtabit, ſi omnia ex quibus tamquam partibus animal componitur, eadem exſtent. Eadem vero ſecundum propriam conjunctionem exſtabunt, ſi quæ diſſoluta ſunt, iterum ad animalis conſtitutionem coaleſcant. Eorumdem autem C conſtitutio hominum neceſſario conſequentem mortuorum & diſſolutorum corporum reſurrectionem demonſtrat. Nam abſque illa numquam inter ſe eædem partes ſecundum naturam conjungentur, nec eorumdem hominum natura conſtiterit. Quod ſi mens & ratio hominibus datæ ad intelligentiam earum rerum quæ mente percipiuntur, nec ſubſtantiarum ſolum, ſed etiam illius qui hæc dedit, bonitatis & ſapientiæ & juſtitiæ; neceſſe eſt ut iis permanentibus quorum cauſſa rationis judicium conceſſum eſt, ipſum quoque permaneat conceſſum ad hæc diſcernenda judicium: permanere autem non poterit, natura, quæ illud excipit & in qua reſidet, non permanente. Qui autem mentem & rationem ſuſcipit, homo eſt, non D anima per ſe ipſam. Neceſſe eſt ergo hominem ex utroque conſtantem ſemper permanere: non poteſt autem permanere niſi reſurgat. Nam ſi nulla ſit reſurrectio, nequaquam hominum, quatenus hominum, natura permanſerit. Hominum autem natura non permanente; fruſtra anima corporis indigentiæ & perpeſſionibus ſociata; fruſtra corpus conſtrictum, quominus ea quæ appetit conſequatur, animæ habenis obſequens & freno ſubjectum; inutilis mens, inutilis prudentia, juſtitiæ obſervatio, ac virtutis omnis exercitatio, & legum inſtitutio ac diſpoſitio, atque ut verbo dicam, inutile quidquid in hominibus & propter homines honeſti & præclari, vel potius inutilis ipſa etiam hominum creatio & natura. Quod ſi in E omnibus omnino Dei operibus & donis ab eo conceſſis, nihil eſt rebus inutilibus loci; neceſſe eſt omnino ut animæ perpetuitati reſpondeat perpetua corporis ſecundum propriam naturam permanſio.

XVI. Nemo autem admiretur, quod vitam morte & corruptione interſciſſam appellemus permanſionem: ſed animo attendat non unam eſſe hujus nominis ſententiam, nec unam permanſionis menſuram, quia nec una permanentium natura. Nam ſi

1. Τοῦ καὶ πάσχοντος.] Ita Reg. 2, & 3. Editi καὶ τοῦ πάσχοντος.
2. Πράξεις.] Ita Reg. 2. & uterque Clarom. Editi πρᾶξις.
3. Τὸ τέλος.] Hæc deſunt in Clarom. 1.
4. Ὡς μερῶν] Particulam commode ſuppeditaverunt Reg. 2. & uterque Clarom. (Ita & edit. Oxon.)
5. Καὶ αὐτή.] Angl. καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις. Deeſt καὶ αὐτὴ in Reg. 2.
6. Ἰδίαν.] Nonnulli codices οἰκείαν.
7. Λογιζόμενος.] Editi λογιζόμενοι, excepta Ducæi editione, quæ habet λογιζόμενος. Sic etiam Clarom. 2, atque ita legendum cenſuit Stephanus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



στον τῶν διαμενόντων ἔχει τὴν διαμονὴν, οὐκ ἐπὶ τῶν καθαρῶς ἀφθάρτων καὶ ἀθανάτων εὕροι τις ἂν ἰσάζουσαν τὴν διαμονὴν, τῷ μηδὲ τὰς οὐσίας τῶν κρειττόνων συνεξισοῦσθαι ταῖς καθ' ὑπόβασιν διαφερούσαις· οὔτ' ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων τὴν ὁμαλὴν ἐκείνην τὴν ἀμετάβλητον ἐπιζητεῖν ἄξιον· ἅτε δὴ τῶν μὲν, ἐξ ἀρχῆς γενομένων ἀθανάτων, καὶ διαμενόντων μόνῃ τῇ γνώμῃ τοῦ ποιήσαντος ἀτελευτήτως· τῶν δὲ ἀνθρώπων, κατὰ μὲν τὴν ψυχὴν, ἀπὸ γενέσεως ἐχόντων τὴν ἀμετάβλητον διαμονὴν, κατὰ δὲ τὸ σῶμα, προσλαμβανόντων ἐκ μεταβολῆς τὴν ἀφθαρσίαν· ὅπερ ὁ τῆς ἀναστάσεως λόγος βούλεται. πρὸς ἣν ἀποβλέποντες, τήν τε διάλυσιν τοῦ σώματος, ὡς ἑπομένην τῇ μετ' ἐνδείας καὶ φθορᾶς ζωῇ, περιμένομεν, καὶ μετὰ ταύτην, τὴν μετ' ἀφθαρσίας ἐλπίζομεν διαμονήν· οὔτε τῇ τῶν ἀλόγων τελευτῇ συνεξισοῦντες τὴν ἡμετέραν τελευτὴν, οὔτε τῇ τῶν ἀθανάτων διαμονῇ τὴν τῶν ἀνθρώπων διαμονὴν, ἵνα μὴ λάθωμεν ταύτῃ συνεξισοῦντες καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν καὶ ζωὴν οἷς μὴ προσῆκεν. οὐ τοίνυν ἐπὶ τούτῳ δυσχεραίνειν ἄξιον, εἴ τις ἀνωμαλία θεωρεῖται [1] περὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων διαμονὴν, οὐδ' ἐπειδὴ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ τῶν τοῦ σώματος μερῶν, καὶ μορίων διάλυσις τὴν συνεχῆ διακόπτει ζωὴν, διὰ τοῦτ' ἀπογινώσκειν χρὴ τὴν ἀνάστασιν. οὐδὲ γὰρ ἐπειδὴ τὴν κατὰ συναίσθησιν ζωὴν διακόπτειν δοκοῦσιν αἱ κατὰ τὸν ὕπνον φυσικῶς ἐγγινόμεναι παρέσεις τῶν αἰσθήσεων καὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων, ἰσομέτροις χρόνου διαστήμασιν ὑπνούντων τῶν ἀνθρώπων, καὶ τρόπον τινὰ πάλιν ἀναβιωσκόντων, τὴν αὐτὴν παραιτούμεθα ζωὴν λέγειν. παρ' ἣν αἰτίαν, οἶμαι, τινὲς ἀδελφὸν τοῦ θανάτου τὸν ὕπνον ὀνομάζουσιν, οὐχ ὡς ἐκ τῶν αὐτῶν [2] προγόνων ἢ πατέρων φύντας γενεαλογοῦντες, ἀλλ' ὡς τῶν ὁμοίων παθῶν τοῖς τε θανοῦσι καὶ τοῖς ὑπνοῦσιν ἐγγινομένων, ἕνεκά γε τῆς ἠρεμίας καὶ τοῦ μηδενὸς ἐπαισθάνεσθαι τῶν παρόντων, ἢ γινομένων, μᾶλλον δὲ μηδὲ τοῦ εἶναι καὶ τῆς ἰδίας ζωῆς. εἴπερ οὖν τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωὴν τοσαύτης γέμουσαν ἀνωμαλίας ἀπὸ γενέσεως μέχρι διαλύσεως, καὶ διακοπτομένην, πᾶσιν οἷς προείπομεν, οὐ παραιτούμεθα τὴν αὐτὴν λέγειν ζωήν· οὐδὲ τὴν ἐπέκεινα τῆς διαλύσεως ζωὴν, ἥτις ἑαυτῇ συνεισάγει τὴν ἀνάστασιν, ἀπογινώσκειν ὀφείλομεν, κἂν ἐπὶ ποσὸν διακόπτηται τῷ χωρισμῷ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος.

Αὕτη γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἄνωθεν καὶ κατὰ γνώμην τοῦ ποιήσαντος συγκληρωμένην ἔχουσα τὴν ἀνωμαλίαν, ἀνώμαλον ἔχει τὴν ζωὴν καὶ τὴν διαμονὴν, ποτὲ μὲν ὕπνῳ, ποτὲ δὲ θανάτῳ διακοπτομένην, καὶ ταῖς καθ' ἑκάστην ἡλικίαν μεταβολαῖς, οὐκ ἐμφαινομένων ἐναργῶς τοῖς πρώτοις τῶν ὕστερον ἐπιγινομένων. ἢ τίς ἂν ἐπίστευσεν, μὴ τῇ πείρᾳ δεδιδαγμένος, ἐν ὁμοιομερεῖ καὶ διαπλάστῳ τῷ σπέρματι τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀποκεῖσθαι δυνάμεων, ἢ τῶν ταύτῃ ἐπισυνισταμένων καὶ πηγνυμένων ὄγκων διαφορὰν, ὀστέων φημὶ, καὶ νεύρων καὶ χόνδρων, ἔτι δὲ καὶ μυῶν, καὶ σαρκῶν, καὶ σπλάγχνων, καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ σώματος μερῶν; οὔτε γὰρ ἐν ὑγροῖς ἔτι τοῖς σπέρμασι τούτων ἐστὶν ἰδεῖν οὐδὲν, οὔτε μὴν τοῖς νηπίοις ἐμφαίνεταί τι τῶν τοῖς τελείοις ἐπιγινομένων· ἢ τῇ τῶν τελείων ἡλικίᾳ τὰ τῶν παρηβηκότων, ἢ τούτοις τὰ τῶν γεγηρακότων. ἀλλὰ δὴ καίτοι τῶν εἰρημένων τινῶν μὲν οὐδ' ὅλως, τινῶν δὲ ἀμυδρῶς ἐμφαινόντων τὴν φυσικὴν ἀκολουθίαν, καὶ τὰς τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων ἐπιγινομένας μεταβολὰς, ὅμως ἴσασιν ὅσοι μὴ τυφλώττουσιν ὑπὸ κακίας ἢ ῥᾳθυμίας περὶ τὴν τούτων κρίσιν, ὅτι δεῖ πρῶτον μὲν γενέσθαι τῶν σπερμάτων καταβολὴν, διαρθρωθέντων δὲ τούτων καθ' ἕκαστον μέρος καὶ μόριον, καὶ προελθόντων εἰς φῶς τῶν κυ-

A unumquodque eorum quæ permanent, secundum suam naturam permanet; non sane ejusmodi permansionem apud eos qui omnino incorrupti & immortales sunt, quisquam reperiat, quia præstantiores substantiæ inferioribus non adæquantur; nec in hominibus æquabilis illa & immutabilis quærenda: quippe cum hi ab initio immortales facti sint, & sola creatoris voluntate perpetuo permaneant; homines autem ab ipso quidem ortu, immutabilem permansionem secundum animam habeant, at secundum corpus immutationis beneficio incorruptionem assequantur. Id enim resurrectionis ratio sibi vult. Ad quam respicientes, corporis dissolutionem, ut vitæ egestati & corruptioni obnoxiæ consequentem, exspectamus; & post eam, corruptionis expertem speramus permansionem; nec brutorum morti nostram adæquantes, nec immortalium permansioni hominum permansionem; ne si ita faciamus, hominum naturam & vitam imprudentes rebus disparibus adæquemus. Non est igitur hac in re ferendum moleste, quod aliqua inæqualitas in hominum perduratione appareat; nec quia animæ e corporis membris discessio ac partium dissolutio continuam vitam interrumpit, idcirco resurrectio desperanda. Neque enim quia solutiones sensuum & naturalium facultatum, quæ naturaliter in somno fiunt, vitam in sensibus positam interrumpere videntur, dormientibus certo temporis intervallo hominibus & rursum quodammodo reviviscentibus; idcirco eamdem vitam dicere refugimus. Quæ caussa fuit, ut mihi videtur, cur nonnulli fratrem mortis dicerent somnum, non quod ex iisdem proavis & patribus genitos fingerent, sed quia similia patiuntur qui mortui sunt & qui dormiunt, quantum spectat ad quietem & eorum quæ adsunt, quæque agunt, vel potius sui ac propriæ vitæ oblivionem. Igitur si hominum vitam, quæ tanta ab ipso ortu usque ad dissolutionem referta est inæqualitate, iisque omnibus quæ diximus, interrumpitur, eamdem tamen vitam appellare non refugimus; neque etiam dissolutioni succedentem vitam, quæ secum adjunctam habet resurrectionem, desperare debemus; quamvis aliquamdiu animæ e corpore digressu interrumpatur.

XVII. Ipsa enim hominum natura, antiquitus & ex creatoris voluntate inæqualitatem sortita, inæqualem habet vitam & permansionem, nunc somno, nunc morte, & ætatis cujusque immutationibus interruptam, non aperte exstantibus iis quæ prioribus superveniunt. Quis enim crederet nisi experientia doceretur, in similari & molli semine tot & tantarum reposita esse facultatum, & earum quæ simul assurgunt & compinguntur molium discrimina; ossium, inquam, nervorum & cartilaginum, & musculorum & carnium & viscerum ac ceterarum corporis partium? Neque enim in humidis adhuc seminibus horum quidquam videre est: nec in infantibus quidquam eorum quæ perfectis superveniunt, nec in perfecta ætate ea quæ sunt egressorum ex ephebis, nec in istis ea quæ senum apparent. Quamvis autem eorum quæ diximus quædam nullo prorsus modo, quædam obscure naturalem seriem & supervenientes hominum naturæ mutationes exhibeant; sciunt tamen quicumque præ nequitia aut pigritia in his rebus dijudicandis non cæcutiunt, primo semina spargenda esse, deinde his per singulas partes & membra explicatis, ac editis in lucem ice-

1. Περὶ τὴν.] Ita Reg. 2. & Anglic. & Ducæus. Aliæ editiones ἐπὶ τὴν, quæ scriptura merito displicuit Stephano; unde ἐπὶ τῆς legendum censuit.

2. Προγόνων ἢ πατέρων.] Reg. 3. πατέρων ἢ προγόνων.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.

A ηθέντων, ἐπιγίνεται μὲν ἡ κατὰ τὴν [1] πρώτην ἡλικίαν αὔξησις, ἥ τε κατ' αὔξησιν τελείωσις, τελειωθέντων δὲ ὕφεσις τῶν φυσικῶν δυνάμεων μέχρι γήρως· εἶτα πεπονηκότων τῶν σωμάτων ἡ διάλυσις. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τούτῳ οὔτε τοῦ σπέρματος ἐγγεγραμμένην ἔχοντος τὴν τῶν ἀνθρώπων ζωὴν, ἢ μορφὴν, οὔτε τῆς ζωῆς τὴν εἰς τὰς πρώτας ἀρχὰς διάλυσιν, ὁ τῶν φυσικῶς γενομένων εἱρμὸς παρέχει τὴν πίστιν τοῖς οὐκ ἐξ αὐτῶν τῶν φαινομένων ἔχουσι τὸ πιστὸν, [2] πολὺ μᾶλλον ὁ λόγος ἐκ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας ἀνιχνεύων τὴν ἀλήθειαν, πιστοῦται τὴν ἀνάστασιν, ἀσφαλέστερος ὢν καὶ κρείττων τῆς πείρας πρὸς πίστωσιν ἀληθείας.


B Τῶν προὔλων ἡμῖν εἰς ἐξέτασιν προτεθέντων λόγων, καὶ τὴν ἀνάστασιν πιστουμένων, [3] πάντες μέν εἰσιν ὁμογενεῖς, ὡς ἐκ τῆς αὐτῆς φύντες ἀρχῆς (ἀρχὴ γὰρ αὐτοῖς ἡ τῶν πρώτων ἀνθρώπων ἐκ δημιουργίας γένεσις) ἀλλ' οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς κρατύνονται τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν, οἱ δὲ, παρεπόμενοι τῇ τε φύσει καὶ τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς προνοίας λαμβάνουσι τὴν πίστιν (ἡ μὲν γὰρ αἰτία καθ' ἣν καὶ δι' ἣν γεγόνασιν ἄνθρωποι, συνεζευγμένη τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, ἐκ δημιουργίας ἔχει τὴν ἰσχύν· ὁ δὲ τῆς δικαιοσύνης λόγος, καθ' ὃν κρίνει Θεὸς τοὺς εὖ [4] ἢ κακῶς βεβιωκότας ἀνθρώπους, ἐκ τοῦ τούτων τέλους) φύονται μὲν γὰρ ἐκεῖθεν, ἤρτηνται δὲ μᾶλλον τῆς προνοίας. C δεδειγμένων δὲ ἡμῖν τῶν πρώτων ὡς οἷόν τε, καλῶς ἂν ἔχοι καὶ διὰ τῶν ὑστέρων δεῖξαι τὸ προκείμενον· λέγω δὲ διὰ τῆς ὀφειλομένης ἑκάστῳ τῶν ἀνθρώπων κατὰ δικαίαν κρίσιν τιμῆς ἢ δίκης, καὶ τοῦ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον τέλους· αὐτῶν δὲ τούτων προτάξαι τὸν κατὰ φύσιν ἡγούμενον, καὶ πρῶτόν γε διασκέψασθαι τὸν περὶ τῆς κρίσεως λόγον· τοσοῦτον μόνον ὑπειπόντας φροντίδι τῆς προσηκούσης τοῖς προκειμένοις ἀρχῆς καὶ τάξεως, ὅτι δεῖ τοὺς ποιητὴν τὸν Θεὸν τοῦδε τοῦ παντὸς παραδεξαμένους, τῇ τούτου σοφίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ τὴν τῶν γενομένων ἁπάντων ἀνατιθέναι φυλακήν τε καὶ πρόνοιαν· εἴγε ταῖς ἰδίαις ἀρχαῖς παραμένειν ἐθέλοιεν· ταῦτα δὲ περὶ τούτων φρονοῦντας, μηδὲν ἡγεῖσθαι μήτε τῶν κατὰ γῆν, μήτε τῶν κατ' οὐρανὸν, ἀνεπιτρόπευτον, μηδ' ἀπρονόητον, ἀλλ' ἐπὶ πᾶν ἀφανὲς ὁμοίως καὶ φαινόμενον, μικρόν τε καὶ μεῖζον, διήκουσαν γινώσκειν τὴν παρὰ τοῦ ποιήσαντος ἐπιμέλειαν. D δεῖται γὰρ πάντα [5] γενόμενα τῆς παρὰ τοῦ ποιήσαντος ἐπιμελείας, ἰδίως δὲ ἕκαστον καθ' ὃ πέφυκε, καὶ πρὸς ὃ πέφυκεν [6] ἃ χρή. οὐ γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας τὸ [7] κατάγειν, ἢ διαιρεῖν νῦν, ἢ τὸ πρόσφορον ἑκάστῃ φύσει καταλέγειν ἐθέλειν. ὅγε μὴν ἄνθρωπος περὶ οὗ νῦν πρόκειται λέγειν, ὡς μὲν ἐνδεὴς, δεῖται τροφῆς· ὡς δὲ θνητὸς, διαδοχῆς· ὡς δὲ λογικὸς, δίκης. εἰ δὲ τῶν εἰρημένων ἕκαστόν ἐστιν ἀνθρώπῳ κατὰ φύσιν, καὶ δεῖται μὲν τροφῆς διὰ τὴν ζωὴν, E δεῖται δὲ διαδοχῆς διὰ τὴν τοῦ γένους διαμονὴν, δεῖται δὲ δίκης διὰ τὸ τῆς τροφῆς καὶ τῆς διαδοχῆς ἔννομον, ἀνάγκη δήπου, τῆς τροφῆς καὶ τῆς διαδοχῆς ἐπὶ τὸ συναμφότερον φερομένης, [8] ἐπὶ τοῦτο φέρεσθαι καὶ τὴν δίκην· λέγω δὴ συναμφότερον τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος ἄνθρωπον· καὶ τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον γίνεσθαι πάντων τῶν πεπραγμένων ὑπό-

tibus supervenire primæ ætatis incrementum, deinde ex incremento perfectionem, tum ex perfectione remissionem facultatum naturalium usque ad senectutem, denique fatiscentium corporum dissolutionem. Quemadmodum igitur hac in re, cum nec semen vitam hominum & formam, nec vita dissolutionem in prima principia præ se ferat; naturalium eventuum series fidem eorum facit, quorum argumenta oculis spectanda non traduntur; multo magis ratio ex naturali serie veritatem investigans, fidem facit resurrectionis; cum tutior & præstantior sit experientia ad confirmationem veritatis.

XVIII. Rationum momenta modo a nobis ad investigandum proposita ac resurrectionem adstruentia, sunt quidem omnia ejusdem generis, ut ex eodem nata principio; (principium autem illis est primorum hominum ex creatione generatio) sed alia ex ipso confirmantur primo principio unde orta sunt, alia naturæ & vitæ hominum consequentia ex Dei circa nos providentia fidem accipiunt: (nam caussa secundum quam & propter quam nati sunt homines, cum natura hominum colligata, ex creatione vim deducit: justitiæ autem ratio secundum quam homines, qui bene vel male vixerint, judicat Deus, ex eorumdem hominum fine) illinc enim nascuntur, sed magis pendent ex providentia. Prioribus autem, ut potuimus, demonstratis, præclarum sane fuerit etiam ex posterioribus, id est ex debito cuique homini secundum justum judicium præmio aut pœna, & ex vitæ humanæ fine, rem propositam demonstrare; atque ex ipsis illis id præmittere quod natura princeps est, & a judicii ratione initium considerandi facere; unum tantum, studio convenientis rebus propositis principii & ordinis, subjicientes, oportere ut qui creatorem hujus universi admittunt Deum, ejus sapientiæ & justitiæ operum custodiam & providentiam assignent; si quidem in suis principiis permanere velint: & cum de his ita sentiant, nihil omnino neque in cælo neque in terra gubernationis & providentiæ expers existiment, sed ad omnia, sive latentia, sive exstantia, sive parva, sive magna procurationem creatoris permeare agnoscant. Egent enim res creatæ omnes creatoris procuratione: sigillatim autem unaquæque prout a natura instituta est, & ad quod instituta est. Præposteri enim studii esse arbitror frangere nunc & dividere, & quid cuique naturæ conveniat, recensere velle. Homo certe, de quo nunc propositum est dicere, quatenus indigus est, eget alimento; quatenus mortalis, successione; quatenus ratione præditus, judicio. Jam vero si horum unumquodque homini secundum naturam est; si alimento eget propter vitam, successione propter generis perpetuitatem, judicio propter cibi & successionis legem; necesse est ut cum alimentum & successio in utrumque ferantur, judicium quoque in utrumque, id est, in hominem ex corpore & anima constantem feratur, ac ejusmodi homo rationem actionum omnium reddat, & pro eis præmium

1. Πρώτην.] Deest ea vox in cod. Bigot.
2. Πολὺ μᾶλλον.] Reg. 3. πολλῷ μᾶλλον.
3. Πάντες.] Ante hanc vocem legebatur in editis ὅτι, quod penitus totam hanc verborum complexionem deformabat, ita ut hæc verba τῶν προὔλων ἡμῖν sine interpunctione cum præcedenti voce conjungerentur. Vitium sustulimus ope Regii primi, in quo illud ὅτι additum fuit alia manu.
4. Ἢ κακῶς.] Sic 3. Regii & Angl. Editi καὶ κακῶς.
5. Γενόμενα.] Editio Anglicana τὰ γενόμενα.
6. Ἃ χρή.] Recte observavit Stephanus legendum ἀχρεῖν γὰρ οἶμαι φιλοτιμίας.
7. Κατάγειν.] Sic uterque Reg. & Angl. Editi κατάγειν, Bigot. κατάκνειν. Legit Stephanus κατατείνειν, quam vocem simili sensu apud Platonem in Phædro usurpari ait, & apud Ciceronem 2. de Fin. *Hoc est frangere rem, non dividere.*
8. Ἐπὶ τοῦτο.] Regii duo & Ang. ἐπὶ τοῦτον.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 177.



δικον, τήν τε ἐπὶ τούτοις δέχεσθαι τιμὴν ἢ τιμωρίαν. εἰ δὲ κατὰ τοῦ συναμφοτέρου φέρει τὴν ἐπὶ τοῖς εἰργασμένοις δίκην ἡ δικαία κρίσις, καὶ μήτε τὴν ψυχὴν μόνην δεῖ κομίσασθαι τὰ ἐπίχειρα τῶν μετὰ τοῦ σώματος εἰργασμένων· (ἀπροσπαθὴς γὰρ αὕτη καθ᾽ ἑαυτὴν τῶν περὶ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ἢ τροφὰς καὶ θεραπείας γινομένων πλημμελημάτων·) μήτε τὸ σῶμα μόνον· (ἄκριτον γὰρ τοῦτο καθ᾽ ἑαυτὸ νόμου καὶ δίκης·) ὁ δὲ ἐκ τούτων ἄνθρωπος τὴν ἐφ᾽ [1] ἑκάστῳ τῶν εἰργασμένων αὐτῷ δέχεται κρίσιν· τοῦτο δὲ οὔτε κατὰ τήνδε τὴν ζωὴν εὑρίσκει συμβαῖνον ὁ λόγος· (οὐ γὰρ σώζεται τὸ κατὰ ἀξίαν ἐν τῷ παρόντι βίῳ· [2] διὰ τὸ πολλοὺς μὲν ἀθέους καὶ πᾶσαν ἀνομίαν καὶ κακίαν ἐπιτηδεύοντας, μέχρι τελευτῆς διατελεῖν κακῶν ἀπειράτους, καὶ τοὐναντίον τοὺς κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ἐξητασμένον τὸν ἑαυτῶν βίον ἐπιδειξαμένους ἐν ὀδύναις ζῆν, ἐν ἐπηρείαις, ἐν συκοφαντίαις, αἰκίαις τε καὶ παντοίαις κακοπαθείαις·) οὔτε δὲ μετὰ θάνατον· (οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἔτι τὸ συναμφότερον, χωριζομένης μὲν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, σκεδαννυμένου δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ σώματος εἰς ἐκεῖνα πάλιν ἐξ ὧν συνεφορήθη, καὶ μηδὲν ἔτι σώζοντος τῆς προτέρας φύσης, ἢ μορφῆς, ἤπου γε τὴν μνήμην τῶν πεπραγμένων·) εὔδηλον παντὶ τὸ λειπόμενον, ὅτι δεῖ κατὰ τὸν ἀπόστολον, τὸ φθαρτὸν τοῦτο καὶ [3] διασκεδαστὸν ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, ἵνα ζωοποιηθέντων ἐξ ἀναστάσεως τῶν νεκρωθέντων, καὶ πάλιν ἑνωθέντων τῶν κεχωρισμένων, ἢ καὶ πάντη διαλελυμένων, ἕκαστος κομίσηται δικαίως ἃ διὰ τοῦ σώματος ἔπραξεν, εἴτε ἀγαθὰ, εἴτε κακά.

A aut pœnam accipiat. Quod ſi juſtum judicium utrique mercedem actionum irrogat; ſi æquum non eſt ut anima ſola rerum una cum corpore geſtarum præmia referat (nam per ſe ipſa non movetur iis quæ circa corporis voluptates & cibos & cultus peccantur) nec corpus ſolum, (eſt enim per ſe ipſum dijudicandæ legis & juſtitiæ expers) ſed ut compoſitus ex utriſque homo de unaquaque actionum ſuarum in judicium vocetur; id autem ſi neque in hac vita evenire ratio reperit (non enim ille pro meritis ſtatus in præſenti vita ſervatur, cum multi athei & iniquitati ac nequitiæ omni dediti, uſque ad mortem expertes malorum permaneant; contra, qui vitam ſuam ad omnem B virtutem dirigunt, in doloribus, injuriis, calumniis, cruciatibus & omnis generis calamitatibus vivant) neque etiam poſt mortem (neque enim adhuc utrumque exſtat, anima quidem a corpore ſeparata, corpore autem ipſo in ea diſſoluto ex quibus collectum fuerat, nec quidquam prioris naturæ & formæ, nedum memoriam rerum geſtarum retinente:) quod ſupereſt cuique perſpicuum eſt, oportere ſecundum Apoſtolum [a] hoc corruptibile & diſſipabile induere incorruptionem, ut vivificatis ex reſurrectione iis quæ mortua erant, & rurſum conjunctis quæ ſeparata, aut etiam omnino diſſoluta, merito [b] quiſque referat quæ per corpus geſſit, ſive bona, ſive C mala.

Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ὁμολογοῦντας τὴν πρόνοιαν, καὶ τὰς αὐτὰς ἡμῖν παραδεξαμένους ἀρχὰς, εἶτα τῶν οἰκείων ὑποθέσεων οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐκπίπτοντας, τοιούτοις χρήσαιτ᾽ ἄν τις λόγοις, καὶ πολλῷ πλείοσι τούτων, εἴγε πλατύνειν ἐθέλοι τὰ συντόμως καὶ κατ᾽ ἐπιδρομὴν εἰρημένα. πρὸς δέ γε τοὺς περὶ τῶν πρώτων διαφερομένους ἴσως ἂν ἔχοι καλῶς ἑτέραν ὑποθέσθαι πρὸ τούτων ἀρχὴν, συνδιαποροῦντας αὐτοῖς περὶ ὧν δοξάζουσι, καὶ τοιαῦτα συνδιασκεπτομένους, ἆρά γε πάντη καθάπαξ ἡ τῶν ἀνθρώπων παρῶπται ζωὴ καὶ σύμπας ὁ βίος, ζόφος δέ τις βαθὺς κατακέχυται τῆς γῆς, ἀγνοίᾳ καὶ σιγῇ κρύπτων αὐτούς τε τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰς τούτων πράξεις· ἢ πολὺ τούτων ἀσφαλέστερον τὸ δοξάζειν ὅτι τοῖς ἑαυτοῦ ποιήμασιν ἐφέστηκεν ὁ ποιήσας, πάντων τῶν ὁπωσοῦν ὄντων ἢ γινομένων ἔφορος, ἔργων τε καὶ βουλευμάτων κριτής. εἰ μὲν γὰρ μηδεμία μηδαμοῦ τῶν ἀνθρώποις πεπραγμένων γίγνοιτο κρίσις, οὐδὲν ἕξουσι πλεῖον τῶν ἀλόγων ἄνθρωποι· μᾶλλον δὲ κἀκείνων πράξουσιν ἀθλιώτερον, οἱ τὰ πάθη [a] δουλαγωγοῦντες, καὶ φροντίζοντες εὐσεβείας καὶ δικαιοσύνης, ἢ τῆς ἄλλης ἀρετῆς· ὁ δὲ κτηνώδης βίος καὶ θηριώδης, ἄριστος· ἀρετὴ δὲ, ἀνόητος· δίκης δὲ ἀπειλὴ, γέλως πλατύς· τὸ δὲ πᾶσαν θεραπεύειν ἡδονὴν, ἀγαθὸν τὸ μέγιστον· δόγμα δὲ [4] κοινὸν τούτων ἁπάντων καὶ νόμος εἷς τὸ τοῖς ἀκολάστοις καὶ λάγνοις φίλον· [5] φάγωμεν δὲ καὶ πίωμεν· αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. τοῦ γὰρ τοιούτου βίου τέλος οὐδὲ ἡδονὴ κατά τινας, ἀλλ᾽ ἀναισθησία παντελής. Εἰ δέ ἐστί τις τῷ ποιήσαντι τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἰδίων ποιημάτων φροντὶς, καὶ σώζεταί που τῶν εὖ ἢ κακῶς βεβιωμένων ἡ διάκρισις, ἤτοι κατὰ τὸν παρόντα βίον, ζώντων ἔτι τῶν κατ᾽ ἀρετὴν ἢ


XIX. Igitur adverſus eos qui providentiam confitentur, & eadem ac nos admittunt principia, deinde propriis ſententiis neſcio quo pacto excidunt, his utatur quis ſermonibus ac multo etiam pluribus, ſi quidem dilatare velit, quæ conciſe & curſim dicta ſunt. Sed adverſus eos qui de principiis diffident, optimum forte fuerit aliud iſtis principium præmittere, ſimul cum illis dubitantes de quibus ipſi rebus opinantur, & ad hunc modum una diſceptantes, num tota prorſus ho- D minum vita deſpiciatur, ac denſa quædam caligo terris diffuſa tum ipſos homines, tum eorum actiones ignoratione & oblivione involvat; an multo tutius ſit exiſtimare ſuis creatorem præeſſe operibus, omnium quæcumque ſunt aut fiunt inſpectorem, operum & cogitationum judicem. Nam ſi nullum omnino hominibus rerum geſtarum judicium datur, nihil homines amplius habebunt quam belluæ. Immo iſtis infelicius agent, ut qui perturbatos animi motus in ſervitutem redigant, ac pietatis & juſtitiæ virtutumque ceterarum curam gerant: belluarum autem & ferarum vita optima; virtus vero inſipiens; judicii minæ, res perridicula; voluptati autem omni indulgere, maxi- E mum bonum; commune autem horum omnium decretum atque una lex, amica illa intemperantibus & laſcivis ſententia [c]: *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.* Talis enim vitæ finis ne voluptas quidem, ut nonnulli opinantur, ſed ſtatus omnis ſenſus expers. Quod ſi hominum creatori aliqua eſt operum ſuorum cura, ac bene aut male actæ vitæ ſervatur alicubi diſcrimen; vel in præſenti vita, adhuc viventibus qui vir-

a I. Cor. xv. 53. b II. Cor. v. 10. c I. Cor. xv. 32.

1. Ἐφ᾽ ἑκάστῳ.] Reg. 3. ἐφ᾽ ἑκάστου.
2. Διὰ τό.] Ita Reg. 3. & Bigot. Editi διὰ δὲ τό.
3. Διασκεδαστόν.] Reg. & Bigot. σκεδαστόν.
4. Κοινόν.] Deeſt in Reg. 3.
5. Φάγωμεν δέ.] Deeſt particula in Reg. 3.

a Δουλαγωγοῦντες] Voce D. Paulli (1. Cor. ix. 27.) elegantiſſima & ſignificantiſſima utitur. H. Steph.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



κακίαν βεβιωκότων, ἢ μετὰ θάνατον ἐν χωρισμῷ καὶ διαλύσει τυγχανόντων. ἀλλὰ κατ᾽ οὐδέτερον τῶν εἰρημένων εὑρεῖν δυνατὸν σωζομένην τὴν δικαίαν κρίσιν. οὔτε γὰρ οἱ σπουδαῖοι κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν φέρονται τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπίχειρα, οὔτε μὴν οἱ φαῦλοι τὰ τῆς κακίας. παρίημι γὰρ λέγειν ὅτι σωζομένης τῆς φύσεως, [1] ἐν ᾗ νῦν ἐσμὲν, οὐδ᾽ ἡ θνητὴ φύσις ἐνεγκεῖν οἵα τε τὴν σύμμετρον δίκην πλειόνων ἢ βαρυτέρων φερομένων πλημμελημάτων· ὅ, τε γὰρ μυρίους ἐπὶ μυρίοις, ἀνελὼν ἀδίκως λῃστὴς, ἢ δυνάστης, ἢ τύραννος, οὐκ ἂν ἑνὶ θανάτῳ λύσειε τὴν ἐπὶ τούτοις δίκην· ὅ, τε μηδὲν περὶ Θεοῦ δοξάζων ἀληθὲς, ὕβρει δὲ πάσῃ καὶ βλασφημίᾳ συζῶν, καὶ παρορῶν μὲν τὰ θεῖα, καταλύων δὲ νόμους, ὑβρίσας δὲ παῖδας ὁμοῦ καὶ γυναῖκας, κατασκάψας δὲ πόλεις ἀδίκως, ἐμπρήσας δὲ οἴκους μετὰ τῶν ἐνοικούντων, καὶ δῃώσας χώραν, καὶ τούτοις συναφανίσας δήμους καὶ λαοὺς, ἢ [2] καὶ σύμπαν ἔθνος, πῶς ἂν ἐν τῷ φθαρτῷ σώματι πρὸς τὴν τούτοις σύμμετρον ἀρκέσειε δίκην, προλαμβάνοντος τοῦ θανάτου τὸ κατ᾽ ἀξίαν, καὶ μηδὲ πρὸς ἕν τι τῶν εἰργασμένων τῆς θνητῆς ἐξαρκούσης φύσεως; οὔτ᾽ οὖν κατὰ τὴν παροῦσαν ζωὴν ἡ κατ᾽ ἀξίαν δείκνυται κρίσις, οὔτε μετὰ θάνατον.

A tutem aut vitium ſectantur; vel poſt mortem, iiſdem in ſeparatione & diſſolutione verſantibus. At in neutro ſervata judicii æquitas reperiri poteſt. Nam nec boni in præſenti vita virtutis præmia referunt, nec mali nequitiæ. Illud enim prætermitto, natura in qua nunc ſumus, ſervata, non poſſe naturam mortalem pares pluribus aut gravioribus peccatis pœnas ſuſtinere. Nam qui innumeros ex innumeris occidit injuſte vel latro, vel princeps, vel tyrannus; is ſane una morte horum ſcelerum pœnam non perſolverit. Sic etiam qui de Deo nihil veri opinatus eſt, ſed in omni convicio & blaſphemia vixit, divina contemſit, leges infregit, ſtupra pueris æque ac mu- B lieribus intulit, urbes evertit injuſte, domos una cum hominibus incendit, regionem vaſtavit, ſimulque populos & incolas aut etiam univerſam gentem extinxit; quonam is pacto in corpore corruptioni obnoxio, pari his ſceleribus pœnæ ſuffecerit, cum mors debitam meritis mercedem præripiat, ac ne uni quidem alicui facinorum mortalis natura ſufficiat? Neque igitur in præſenti vita judicium pro meritis demonſtratur: neque etiam poſt mortem.

Ἤτοι γὰρ παντελής ἐστι σβέσις τῆς ζωῆς ὁ θάνατος, συνδιαλυομένης τῷ σώματι τῆς ψυχῆς καὶ συνδιαφθειρομένης· ἢ μένει μὲν καθ᾽ ἑαυτὴν ἄλυτος ἡ ψυχὴ, ἀσκέδαστος, ἀδιάφθορος, φθείρεται δὲ καὶ διαλύεται τὸ σῶμα, οὐδεμίαν ἔτι σῶζον οὔτε μνήμην τῶν εἰργασμένων, οὔτ᾽ αἴσθησιν τῶν ἐπ᾽ αὐτῇ παθημάτων. σβεννυμένης μὲν γὰρ παντελῶς τῆς τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, οὐδεμία φανήσεται τῶν ἀνθρώπων ζωῆς, οὐδεμία φανήσεται τῶν ἀνθρώπων οὐ ζώντων φροντὶς, οὐ τῶν κατ᾽ ἀρετὴν ἢ κακίαν βεβιωκότων ἡ κρίσις· ἐπεισκυκληθήσεται δὲ πάλιν τὰ τῆς ἀνόμου ζωῆς, καὶ τῶν ταύτῃ συνεπομένων ἀτόπων τὸ σμῆνος, τό, τε τῆς ἀνομίας ταύτης κεφάλαιον [3] ἀθεότης. εἰ δὲ φθείροιτο μὲν τὸ σῶμα καὶ χωροίη πρὸς τὸ συγγενὲς τῶν λελυμένων ἕκαστον, μένοι δὲ ἡ ψυχὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ὡς ἄφθαρτος, οὐδ᾽ οὕτως ἕξει χώραν ἡ κατ᾽ αὐτῆς κρίσις, μὴ προσούσης δικαιοσύνης· [4] ἐπειδὴ μηδὲ θεμιτὸν ὑπολαμβάνειν ἐκ Θεοῦ καὶ παρὰ Θεοῦ γίνεσθαί τινα κρίσιν, ᾗ μὴ πρόσεστι τὸ δίκαιον· οὐ πρόσεστι δὲ τῇ κρίσει τὸ δίκαιον, μὴ σωζομένου τοῦ διαπραξαμένου τὴν δικαιοσύνην ἢ τὴν ἀνομίαν. ὁ γὰρ διαπραξάμενος ἕκαστον τῶν κατὰ τὸν βίον ἐφ᾽ οἷς ἡ κρίσις, ἄνθρωπος ἦν, οὐ ψυχὴ καθ᾽ ἑαυτήν. τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, ὁ λόγος οὗτος ἐπ᾽ οὐδενὸς φυλάξει τὸ δίκαιον.

XX. Vel enim mors totius eſt omnino vitæ interitus, anima ſimul cum corpore diſſoluta & corrupta; vel per ſe ipſa manente anima diſſolutionis C & diſſipationis & corruptionis experte, corrumpitur & diſſolvitur corpus, nullam jam retinens nec rerum geſtarum memoriam, nec eorum quæ ob animam toleravit, ſenſum. Extincta namque omnino hominum vita, nulla jam videtur hominum non exſtantium procuratio, nec eorum qui ſecundum virtutem aut vitium vixerint, judicium: iterum autem revolventur exlegis vitæ incommoda, & abſurdorum ex ea conſequentium examen, &, quod hujus perverſitatis caput eſt, impietas Dei negatrix. Quod ſi corrumpatur quidem corpus, & partes quæque diſſolutæ ad congrua elementa migrent; anima autem per ſe ipſa, ut pote incorrupta, maneat: ne ſic quidem locum habebit ani- D mæ judicium, quippe cum juſtitia deſideretur. Siquidem nefas eſt ſuſpicari ullum ex Deo aut a Deo judicium fieri, cui non adſit juſtitia; judicio autem abeſt juſtitia, non exſtante eo qui juſtitiam aut injuſtitiam exercuit. Nam qui unumquodque eorum de quibus judicium inſtituitur, in vita egit, homo erat, non anima per ſe ipſa. Atque, ut verbo dicam, hæc judicii ratio nullam æquitatis partem retinet.

[5] Κατορθωμάτων τε γὰρ τιμωμένων, ἀδικηθήσεται τὸ σῶμα σαφῶς, ἐκ τοῦ κοινωνῆσαι μὲν τῇ ψυχῇ τῶν ἐπὶ τοῖς σπουδαζομένοις πόνων, μὴ κοινωνῆσαι δὲ τοῖς ἐπὶ τοῖς κατορθωθεῖσι τιμῆς· καὶ συγγνώμης μὲν τυγχάνειν πολλάκις τὴν ψυχὴν ἐπί τινων πλημμελημάτων, διὰ τὴν τοῦ σώματος ἔνδειάν τε καὶ χρείαν· ἐκπίπτειν δὲ αὐτὸ τὸ σῶμα τῆς ἐπὶ τοῖς κατορθωθεῖσι κοινωνίας, ὑπὲρ ὧν τοὺς ἐν τῇ ζωῇ συνδιήνεγκε [6] πόνους. καὶ μὴν καὶ πλημμελημάτων κρινομένων οὐ σώζεται τῇ ψυχῇ τὸ δίκαιον, εἴγε μόνη τίνοι δίκην ὑπὲρ ὧν ἐνοχλοῦντος τοῦ σώματος, καὶ πρὸς τὰς οἰκείας ὀρέξεις ἢ κινήσεις ἕλκοντος, ἐπλημμέλησεν· ποτὲ μὲν [7] κατὰ συναρπαγὴν

XXI. Nam ſi recte facta remunerentur, aperte fiet injuria corpori, eo quod ſuſceptorum in rebus præclare gerendis laborum particeps fuerit, mercedis autem recte factorum particeps non fit: E ac veniam quidem anima in quibuſdam peccatis habeat propter corporis indigentiam & uſum; ipſum autem corpus recte factorum pro quibus ſimul labores in vita toleravit, ſocietate excidat. Peccatis autem judicatis, non ſervatur animæ juſtitia, ſi quidem ſola pœnas eorum perſolvat, quæ obſtrepente corpore & ad proprios appetitus & motus trahente peccavit, nunc ſimul abrepta & veluti furto abducta, nunc violentius tracta, interdum

1. Ἐν ᾗ νῦν.] Reg. 3. ἐν ᾧ νῦν. *Manente natura in quo nunc ſumus ſtatu.* Libenter hanc ſequerer lectionem, ſi faverent alii codices mſs. Ibidem Reg. 3. ἐνέγκειν δύναται.

2. Καὶ σύμπαν.] Nonnulli codices mſs. καὶ πᾶν.

3. Ἀθεότης.] Ita Reg. 2. & uterque Clarom. At Reg. 1. Bigot. & editio Pariſienſis anni 1536. habent ἀθεότητος.

4. Ἐπειδή.] Reg. 2. & 3. Clarom. 2. ἐπεί.

5. Κατορθωμάτων τε γάρ.] Reg. 3. & Clarom. 2. κατορθωμάτων μὲν γάρ.

6. Πόνους.] Heic editi addunt πῶς οὐκ ἄδικον; ſed cum hæc deſint in Regio 1. & eis reciſis multo facilius currat ſententia, expungenda eſſe duxi.

7. Κατὰ συναρπαγήν.] Ita Reg. 3. aptius & commodius quam editi κατὰ τὴν συναρπαγήν. Mox idem & Bigot. ἄλλοτε δὲ κατὰ συνδρομήν.

καὶ κλοπὴν, ποτὲ δὲ κατά τινα βιαιοτέραν ὁλκὴν, ἄλλοτε κατὰ συνδρομὴν, ἐν χρείας μέρει καὶ θεραπείας τῆς τούτου συστάσεως. ἢ πῶς οὐκ ἄδικον, τὴν ψυχὴν κρίνεσθαι καθ' ἑαυτὴν ὑπὲρ ὧν οὐδ' ἡντινοῦν ἔχει, κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν, οὐκ ὄρεξιν, οὐ κίνησιν, οὐχ ὁρμήν· οἷον λαγνείας, ἢ βίας, ἢ πλεονεξίας, ἢ ἀδικίας, καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις [1] ἀδικημάτων; εἰ γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν τοιούτων γίνεται κακῶν ἐκ τοῦ μὴ κατακρατεῖν τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἐνοχλούντων παθῶν· ἐνοχλοῦνται δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ σώματος ἐνδείας καὶ χρείας, καὶ τῆς περὶ τοῦτο σπουδῆς καὶ θεραπείας· (τούτων γὰρ ἕνεκεν πᾶσα ἡ κτῆσις, καὶ πρὸ ταύτης ἡ χρῆσις· ἔτι δὲ γάμος, καὶ ὅσαι κατὰ τὸν βίον πράξεις, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ θεωρεῖται τό, τε πλημμελὲς, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον·) ποῦ δίκαιον, ἐν οἷς πρωτοπαθεῖ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν ἕλκει πρὸς συμπάθειαν καὶ κοινωνίαν τῶν ἐφ' ἃ δεῖται πράξεων, αὐτὴν κρίνεσθαι μόνην; καὶ τὰς μὲν ὀρέξεις καὶ τὰς ἡδονὰς, ἔτι δὲ φόβους καὶ λύπας, ἐφ' ὧν πᾶν τὸ μὴ μέτριον, ὑπόδικον, ἀπὸ τοῦ σώματος ἔχειν τὴν κίνησιν· τὰς δὲ ἐκ τούτων ἁμαρτίας καὶ τὰς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις τιμωρίας ἐπὶ τὴν ψυχὴν φέρεσθαι μόνην, τὴν μήτε δεομένην τοιούτου τινὸς, μήτε ὀρεγομένην, μήτε φοβουμένην, ἢ πάσχουσάν τι τοιοῦτον καθ' ἑαυτὴν, οἷον πάσχειν πέφυκεν ἄνθρωπος; ἀλλὰ κἂν μὴ μόνου τοῦ σώματος, ἀνθρώπου δὲ θῶμεν εἶναι τὰ πάθη, λέγοντες ὀρθῶς, διὰ τὸ μίαν ἐξ ἀμφοτέρων εἶναι τὴν τούτου ζωὴν, οὐ δήπου γε καὶ τῇ ψυχῇ ταῦτα προσήκειν φήσομεν, ὁπόταν καθαρῶς τὴν ἰδίαν αὐτῆς ἐπισκοπῶμεν φύσιν. εἰ γὰρ πάσης καθάπαξ τροφῆς ἐστιν ἀνενδεὴς, οὐκ ἂν ὀρεχθείη ποτὲ τούτων ὧν οὐδαμῶς δεῖται πρὸς τὸ εἶναι, οὔτ' ἂν ὁρμήσειεν ἐπί τι τούτων οἷς μηδ' ὅλως χρῆσθαι πέφυκεν· ἀλλ' οὐδ' ἂν λυπηθείη δι' ἀπορίαν χρημάτων ἢ κτημάτων, ὡς οὐδὲν αὐτῇ προσηκόντων. εἰ δὲ καὶ φθορᾶς ἐστι κρείττων, οὐδὲν φοβεῖται τὸ παράπαν, ὡς φθαρτικὸν ἑαυτῆς. οὐ γὰρ δέδοικεν οὐ λιμὸν, οὐ νόσον, οὐ πήρωσιν, οὐ λώβην, οὐ πῦρ, οὐ σίδηρον· ἐπεὶ μηδὲ παθεῖν ἐκ τούτων δύναταί τι βλαβερὸν, οὔτ' ἀλγεινὸν, οὐχ ἁπτομένων αὐτῆς τὸ παράπαν οὔτε σωμάτων, οὔτε σωματικῶν δυνάμεων. εἰ δὲ τὸ τὰ πάθη ταῖς ψυχαῖς ἰδιαζόντως προσάπτειν ἄτοπον, τὸ τὰς ἐκ τούτων ἁμαρτίας καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις τιμωρίας ἐπὶ μόνας φέρειν τὰς ψυχὰς, ὑπερβαλλόντως ἄδικον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ κρίσεως ἀνάξιον.

Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις, πῶς οὐκ ἄτοπον τὴν μὲν ἀρετὴν καὶ τὴν κακίαν μηδὲ νοηθῆναι δύνασθαι χωρὶς, [2] ἐπὶ τῆς ψυχῆς· (ἀνθρώπου γὰρ ἀρετὰς, ὥσπεροῦν καὶ τὴν ταύταις ἀντικειμένην κακίαν, οὐ ψυχῆς κεχωρισμένης τοῦ σώματος, καὶ καθ' ἑαυτὴν οὔσης·) τὴν δ' ἐπὶ τούτοις τιμὴν ἢ τιμωρίαν ἐπὶ μόνης φέρεσθαι τῆς ψυχῆς; ἢ πῶς ἄν τις καὶ νοήσειεν ἐπὶ ψυχῆς μόνης ἀνδρείαν, ἢ καρτερίαν, οὐκ ἐχούσης οὐ θανάτου φόβον, οὐ τραύματος, οὐ πηρώσεως, οὐ ζημίας, οὐκ αἰκίας, οὐ τῶν ἐπὶ τούτοις ἀλγημάτων, ἢ τῆς ἐκ τούτων κακοπαθείας; πῶς δὲ ἐγκράτειαν καὶ σωφροσύνην, οὐδεμιᾶς ἑλκούσης αὐτὴν ἐπιθυμίας πρὸς τροφὴν, ἢ μίξιν, ἢ τὰς ἄλλας ἡδονάς τε καὶ τέρψεις, οὐδ' ἄλλου τινὸς οὔτ' ἔσωθεν ἐνοχλοῦντος, οὔτ' ἔξωθεν ἐρεθίζοντος; πῶς δὲ φρόνησιν, μὴ ὑποκειμένων αὐτῇ πρακτέων [3] καὶ μὴ πρακτέων, οὐδ' αἱρετῶν καὶ φευκτῶν· μᾶλλον δὲ μηδεμιᾶς οὔσης ἐν αὐτῇ κινήσεως τὸ παράπαν, ἢ φυσικῆς ὁρμῆς ἐπί τι τῶν πρακτέων; ποῦ δὲ ὅλως ψυχαῖς ἡ πρὸς ἀλλήλας δικαιοσύνη προσφυὴς, ἢ πρὸς

A accommodatione quadam gratiam & cultum impendens ad corporis conservationem. Aut quomodo non injustum animam de iis rebus per se ipsam judicari, ad quas, secundum suam ipsius naturam, nullum habet omnino appetitum, nec motum, nec impetum, ut de luxuria, violentia, avaritia, injustitia, & inde nascentibus peccatis? Nam si ejusmodi mala inde pleraque oriuntur, quod homines non comprimant tumultuantes animi motus; tumultuantur autem propter corporis indigentiam & usum, & illius fovendi studium & cultum: (horum enim caussa omnis possessio, & usus, nuptiæ præterea, & ceteræ vitæ actiones, in quibus & circa quas spectatur quid vitiosum sit & quid non) ubi æqui- B tas, ut quibus in rebus corpus primas sentiendi partes sustinet, & animam trahit in mutuam consensionem, & actionum ad ea quibus indiget societatem, sola ipsa judicetur; & appetitus ac voluptates, metus & dolores, in quibus quidquid minus moderatum judicio obnoxium est, a corpore motionem habeant; quæ autem ex eis consequuntur peccata, & quæ ex peccatis supplicia, ea in solam animam ferantur, nec indigentem cujusquam ejusmodi rei, nec appetentem, nec metuentem, nec quidquam ejusmodi patientem, quod homo pati solet? Quamvis autem non solius corporis, sed hominis esse motus animi ponamus, quod quidem recte facimus, quia una est ex duobus ipsius C vita; non tamen hæc animæ convenire dicemus, si propriam ejus naturam pure inspiciamus. Nam si nullius omnino alimenti eget, numquam ea profecto appetet, quibus opus non habet ut exsistat, nec ad eorum quidquam rapietur, quibus omnino uti non potest. Neque etiam dolebit propter penuriam pecuniarum aut possessionum, ut quæ nihil ad eam pertineant. Quod si etiam corruptione superior est, nihil omnino metuit quod ei interitum possit adferre: non formidat famem, non morbum, non membrorum abscissionem, aut insignem nævum, non ignem aut ferrum: quippe cum ex his nihil pati possit noxii aut molesti, quam omnino nec corpora attingunt, nec D corporum facultates. Quod si vitiosos motus animabus proprie affingere absurdum est; orta ex his peccata & ex peccatis supplicia in solas animas conferre, longe iniquissimum & Dei judicio indignum.

XXII. Ad hæc quomodo non absurdum, virtutem & vitium ne cogitari quidem separatim posse in anima (virtutes enim, hominis virtutes esse novimus, & oppositam eis vitiositatem, non animæ a corpore separatæ aut per se ipsam exsistentis) horum autem mercedem aut pœnam in animam solam ferri? Aut quomodo possit quis in anima sola fortitudinem & constantiam vel cogitatione informare, quæ nec mortis metum habet, nec vulneris, nec abscissionis mem- E brorum, nec damni aut cruentorum verberum, nec orti ex ejusmodi rebus doloris & ex dolore miseriæ? Quomodo continentiam & temperantiam, nulla eam cupiditate ad cibum aut alias voluptates & oblectationes trahente, nec ulla re alia aut intrinsecus perturbante, aut extrinsecus stimulante? Quomodo prudentiam, non subjectis ei agendis rebus aut non agendis, eligendis aut fugiendis, nec ulla omnino insita ei motione aut naturali ad aliquid faciendum impetu? Quomodo autem animabus omnino justitia congruat vel erga se invicem, vel erga aliud quidquam ejusdem

1. Ἀδικημάτων.] Reg. 3. ἁμαρτημάτων.
2. Ἐπὶ τῆς ψυχῆς.] Sic codices mss. & editio Angl. Deest præpositio in aliis.

3. Καὶ μὴ πρακτέων.] Hæc addita ex tribus Regiis Clarom. 1. Bigot. & Angl.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 177.

ἄλλο τι τῶν ὁμογενῶν ἢ ἑτερογενῶν, οὐκ ἐχούσαις οὔτε πόθεν, οὔτε δι' ὧν, οὔτε πῶς ἀπονείμωσι τὸ κατ' ἀξίαν ἢ κατ' ἀναλογίαν ἴσον, ἐξῃρημένης τῆς εἰς Θεὸν τιμῆς· οὐδ' ἄλλως ἐχούσαις ὁρμὴν ἢ κίνησιν πρὸς χρῆσιν ἰδίων, ἢ πρὸς ἀποχὴν τῶν ἀλλοτρίων· τῆς μὲν χρήσεως τῶν κατὰ φύσιν, [1] ἢ τῆς ἀποχῆς ἐπὶ τῶν χρῆσθαι πεφυκότων θεωρουμένης· τῆς δὲ ψυχῆς, μήτε δεομένης τινὸς, μήτε χρῆσθαι ποῖν ἤ τινι πεφυκυίας, καὶ διὰ τοῦτο μήτε τῆς λεγομένης [2] ἰδιοπραγίας τῶν μερῶν ἐπὶ τῆς οὕτως ἐχούσης ψυχῆς εὑρεθῆναι δυναμένης.

A aut diversi generis, cum non habeant, nec unde, nec per quæ, nec quomodo pro meritis aut pro rationum paritate æqua distribuant, excepta Dei reverentia & observatione; ac præterea nec impetum aut motionem habeant ad usum propriarum rerum, & abstinentiam alienarum; si quidem usus eorum, quæ sunt secundum naturam, aut abstinentia in iis spectatur, qui ita nati sunt ut possint uti: anima autem nec ulla re eget, nec ita comparata est, ut his aut illis uti possit, ac propterea ne illa quidem quæ dicitur propria partium perfunctio, in anima sic constituta reperiri potest.

Καὶ μὴν κἀκεῖνο πάντων παραλογώτατον, τὸ τοὺς μὲν θεσπισθέντας νόμους ἐπ' ἀνθρώπους φέρειν, τῶν δὲ νομίμως ἢ παρανόμως πεπραγμένων τὴν δίκην ἐπὶ μόνας τρέπειν τὰς ψυχάς. εἰ γὰρ ὁ τοὺς νόμους δεξάμενος, οὗτος δέξαιτ' ἂν δικαίως καὶ τῆς παρανομίας τὴν δίκην, ἐδέξατο δὲ τοὺς νόμους ἄνθρωπος, οὐ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, ἄνθρωπον δεῖ καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων ὑποσχεῖν δίκην, οὐ ψυχὴν καθ' ἑαυτήν. ἐπεὶ μὴ ψυχαῖς ἐθέσπισε Θεὸς ἀπέχεσθαι τῶν οὐδὲν αὐταῖς προσηκόντων, οἷον μοιχείας, φόνου, κλοπῆς, ἁρπαγῆς, τῆς κατὰ τῶν γεννησάντων ἀτιμίας, πάσης τε κοινῶς τῆς ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ βλάβῃ τῶν πέλας γινομένης ἐπιθυμίας. οὔτε γὰρ τὸ, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ [3] τὴν μητέρα, ψυχαῖς μόνον ἐφαρμοστὸν, οὐ προσηκόντων αὐταῖς τῶν τοιούτων ὀνομάτων· οὐ γὰρ ψυχαὶ ψυχὰς γεννῶσαι, τὴν τοῦ πατρὸς ἢ τῆς μητέρος οἰκειοῦνται προσηγορίαν, ἀλλ' ἀνθρώπους ἄνθρωποι. οὔτε οὖν τὸ, οὐ μοιχεύσεις, ἐπὶ ψυχῶν λεχθείη [4] ποτ' ἂν ἢ νοηθείη δεόντως, οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς τῆς [5] κατὰ τὸ ἄρσεν καὶ θῆλυ διαφορᾶς, οὐδὲ πρὸς μίξιν τινὸς ἐπιτηδειότητος, ἢ πρὸς ταύτην ὀρέξεως· ὀρέξεως δὲ τοιαύτης οὐκ οὔσης, οὐδὲ μίξιν εἶναι δυνατόν. παρ' οἷς δὲ μίξις [6] οὐκ ἔστιν ὅλως, οὐδὲ ἔνθεσμος μίξις, ὅπερ ἐστὶν ὁ γάμος. ἐννόμου δὲ μίξεως οὐκ οὔσης, οὐδὲ τὴν παράνομον καὶ τὴν ἐπ' ἀλλοτρίᾳ γυναικὶ γινομένην ὄρεξιν ἢ μίξιν εἶναι δυνατόν· τοῦτο γάρ ἐστι μοιχεία. ἀλλ' οὐδὲ τὸ κλοπὴν ἀπαγορεύειν, ἢ τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν, ψυχαῖς προσφυές· οὐδὲ γὰρ δέονται τούτων, ὧν οἱ δεόμενοι, διὰ τὴν φυσικὴν ἔνδειαν ἢ χρείαν, κλέπτειν εἰώθασιν, ἢ λῃστεύειν, οἷον χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ ζῶον, ἢ ἄλλο τι τῶν πρὸς τροφὴν ἢ σκέπην ἢ χρῆσιν ἐπιτηδείων. ἀχρεῖον γὰρ ἀθανάτῳ φύσει πᾶν ὁπόσον τοῖς ἐνδεέσιν ὀρεκτὸν, ὡς χρήσιμον. ἀλλ' ὁ μὲν ἐντελέστερος περὶ τούτων λόγος ἀφείσθω τοῖς σπουδαιότερον ἕκαστον σκοπεῖν βουλομένοις, ἢ φιλοτιμότερον διαγωνίζεσθαι πρὸς τοὺς διαφερομένους. ἡμῖν δὲ ἀρκούντων τῶν ἀρτίως εἰρημένων, καὶ τῶν συμφώνως τούτοις τὴν ἀνάστασιν πιστουμένων, τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπὶ πλεῖον ἐνδιατρίβειν, οὐκ ἔτ' ἂν ἔχοι καιρόν. οὐ γὰρ τὸ μηδὲν παραλιπεῖν τῶν ἐνόντων [7] εἰπεῖν, πεποιήμεθα σκοπὸν, ἀλλὰ τὸ κεφαλαιωδῶς ὑποδεῖξαι τοῖς συνελθοῦσιν ἃ χρὴ περὶ ἀναστάσεως φρονεῖν, καὶ τῇ δυνάμει τῶν παρόντων συμμετρῆσαι τὰς ἐπὶ τοῦτο φερούσας ἀφορμάς.

XXIII. Atque illud quidem omnium maxime a ratione alienum est, sancitas quidem leges conferre B in homines; observatæ autem aut violatæ legis mercedem in solas vertere animas. Nam si qui leges recepit, is etiam merito violatæ legis pœnam recipiat, leges autem recepit homo, non anima per se ipsa; hominem etiam oportet peccatorum pœnam sustinere, non animam per se ipsam. Si quidem non animabus præcepit Deus, ut abstineant rebus ad eas nihil attinentibus, velut adulterio, cæde, furto, rapina, ignominia in parentes, ac omni generatim cupiditate, quæ injuriam & damnum proximo infert. Neque enim illud [a] *Honora patrem tuum & matrem*, animabus solis convenit, cum eis ejusmodi nomina non conveniant: neque enim animæ ab animabus gignuntur, ut patris & matris appellationem sibi C adscifcant, sed homines ab hominibus. Neque igitur illud, [b] *Non mœchaberis*, de animabus dicatur decenter aut cogitetur, cum inter eas non sit masculi & feminæ discrimen, nec ulla ad coitum habilitas aut appetitus. Nullus autem cum sit appetitus; neque etiam coitus fieri potest. Apud quos autem nullus est coitus; neque etiam legitimus coitus, quod est matrimonium. Ubi autem nihil est loci legitimæ consuetudini, neque etiam inconcessus alienæ uxoris appetitus & cum ea consuetudo (id enim adulterium est) locum habere potest. Sed nec furtum aut avaritia cum interdicuntur, id animabus convenit. Neque enim indigentes sunt earum rerum, quibus qui indigent, propter natu- D ralem indigentiam aut usum, furari solent aut per vim rapere, velut aurum aut argentum, aut animal, aut aliud quidpiam eorum quæ ad victum aut vestitum aut usum apta sunt. Inutile enim est immortali naturæ, quidquid ab indigentibus tamquam utile appetitur. Sed uberiorem de his rebus disputationem iis dimittamus qui singula diligentius considerare volunt, aut vehementius dimicare cum adversariis. Nobis autem cum satis sint quæ modo dicta sunt, & quæ his consentanea resurrectionem adstruunt, in iisdem diutius immorari non jam tempestivum sit. Neque enim nihil prætermittere ex iis quæ dici possunt, propositum nobis est; sed summatim his qui adsunt, indicare quid de resurrectione sentiendum sit, & argumenta quibus hoc dogma nititur, ad audientium E facultatem accommodare.

Ἐξητασμένων δὲ ποσῶς τῶν προτεθέντων, ὑπόλοιπον ἂν εἴη καὶ τὸν ἀπὸ τοῦ τέλους διασκέψασθαι λόγον, ἤδη μὲν [8] τοῖς εἰρημένοις ἐμφαινόμενον, τοσαύτης δὲ μόνον ἐπιστασίας καὶ προσθήκης δεόμενον, ὡς

XXIV. Examinatis autem aliquatenus his quæ proposita fuerant, jam superest, ut & argumentum quod ex fine ducitur, consideremus; jam illud quidem ex his quæ dicta sunt, exstans atque elucens;

a Exod. xx. 12. b Ibid. verf. 14.

1. Ἢ τῆς ἀποχῆς.] Reg. 3. & Bigot. καὶ τῆς ἀποχῆς.
2. Ἰδιοπραγίας.] Reg. 3. δικαιοπραγίας.
3. Τὴν μητέρα.] Addunt σου Clarom. 2. & Reg. 3.
4. Ποτ' ἂν ἢ νοηθείη.] Hæc deerant in editionibus Parisiensibus, sed exstant in aliis & in codicibus mss. Ibidem Reg. 3. καὶ τὸ θῆλυ.
5. Κατὰ τό.] Præpositio pariter omissa a Ducæo & aliis editionibus Parisiensibus.
6. Οὐκ ἔστιν ὅλως.] Reg. 3. ὅλως οὐκ ἔστιν.
7. Εἰπεῖν.] Deest in Clarom. 1. & Angl.
8. Τοῖς εἰρημένοις.] Bigot. ἐν τοῖς εἰρημένοις.

μὴ [1] δοκεῖν τι τῶν μικρῶς εἰρημένων ἡμῖν [2] ἀμνημόνευτον καταλιπεῖν, καὶ παραβλάψαι τὴν ὑπόθεσιν, ἢ τὴν ἐξ ἀρχῆς γενομένην διαίρεσιν. [3] τούτων τε οὖν ἕνεκεν καὶ τῶν ἐπὶ τούτοις ἐγκειτομένων, καλῶς ἂν ἔχοι τοσοῦτον ἐπισημήνασθαι μόνον, ὅτι δεῖ καὶ τῶν ἐκ φύσεως συνισταμένων, καὶ τῶν κατὰ τέχνην γινομένων οἰκεῖον ἑκάστου τέλος εἶναι, [4] τοῦτό που καὶ τῆς κοινῆς πάντων ἐννοίας ἐκδιδασκούσης ἡμᾶς καὶ τῶν ἐν ὀφθαλμοῖς στρεφομένων ἐπιμαρτυρούντων· [5] ἢ γὰρ οὐ θεωροῦμεν ἕτερόν τι τοῖς γεωργοῦσιν, ἕτερον δὲ τοῖς ἰατρεύουσιν ὑποκείμενον τέλος· καὶ πάλιν ἄλλο μέν τι τῶν ἐκ γῆς φυομένων, ἄλλο δὲ τῶν ἐπ' αὐτῆς τρεφομένων ζώων, καὶ κατά τινα φυσικὸν εἱρμὸν γεννωμένων; εἰ δὲ τοῦτ' ἔστιν ἐναργὲς, καὶ δεῖ πάντως ταῖς φυσικαῖς ἢ τεχνικαῖς δυνάμεσι, καὶ ταῖς [6] ἐκ τούτων ἐνεργείαις τὸ κατὰ φύσιν ἕπεσθαι τέλος, ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων τέλος, ὡς ἰδιαζούσης οὖν φύσεως, ἐξῃρῆσθαι τῆς τῶν ἄλλων κοινότητος. ἐπεὶ μηδὲ θεμιτὸν ταὐτὸν ὑποθέσθαι τέλος τῶν τε λογικῆς κρίσεως ἀμοιρούντων, καὶ τῶν κατὰ τὸν ἔμφυτον νόμον καὶ λόγον ἐνεργούντων, ἔμφρονί τε ζωῇ καὶ δίκῃ χρωμένων. οὔτ' οὖν τὸ ἄλυπον, οἰκεῖον [7] τούτοις ἂν εἴη τέλος· (μετείη γὰρ ἂν τούτου καὶ τοῖς παντελῶς ἀναισθητοῦσιν·) ἀλλ' οὐδὲ τῶν τὸ σῶμα τρεφόντων ἢ τερπόντων ἀπόλαυσις, καὶ πλῆθος ἡδονῶν· ἢ πρωτεύειν ἀνάγκη τὸν κτηνώδη βίον, ἀτελῆ δὲ εἶναι τὸν κατ' ἀρετήν. κτηνῶν γὰρ οἶμαι καὶ βοσκημάτων οἰκεῖον τοῦτο τέλος, οὐκ ἀνθρώπων ἀθανάτῳ ψυχῇ καὶ λογικῇ κρίσει χρωμένων.


A tantumque examinis & accessionis requirens, quantum opus est, ut non videamur ex his quæ modo dicta sunt, immemoratum aliquid relinquere, & materiam aut susceptam ab initio divisionem lædere. Illorum ergo in gratiam & eorum qui has in res incumbent, præclarum fuerit hoc tantummodo observare, nempe & eorum quæ a natura constituta sunt, & eorum quæ arte fiunt, proprium cujusque finem esse debere: quod quidem nos communis omnium notio docet, ac res ante oculos positæ testantur. An non enim videmus alium esse agricolis, alium medicis propositum finem, ac rursus alium eorum quæ ex terra nascuntur, alium vero animalium, quæ terræ munere vescuntur, & naturali quadam serie generantur? B Quod si id perspicuum est, ac omnino oportet, ut potentias quæ natura aut arte continentur, earumque opera consentaneus naturæ finis sequatur; necesse prorsus est, ut hominum finis, ut singularis naturæ finis, secernatur ab aliorum communitate. Neque enim fas est, eumdem statuere finem eorum quæ rationalis judicii expertia sunt, & eorum quæ secundum insitam legem & rationem operantur, ac prudenti vita & justitia prædita sunt. Non igitur indolentia proprius erit eis finis; communis enim esset iis etiam quæ sensus expertia sunt. Sed nec eorum quæ corpus alunt aut oblectant, perfruitio & copia voluptatum: aut necesse est belluinam vitam primas obtinere; eam autem quæ ad virtutem dirigitur, C nullum ad finem dirigi. Belluarum enim arbitror & pecudum esse proprium hunc finem; non hominum immortali anima & rationali judicio præditorum.

Οὐ μὴν οὐδὲ μακαριότης ψυχῆς [8] κεχωρισμένης σώματος· οὐδὲ γὰρ τὴν θατέρου τούτων ἐξ ὧν συνέστηκεν ἄνθρωπος ἐσκοποῦμεν ζωὴν, ἢ τέλος, ἀλλὰ τοῦ συνεστῶτος ἐξ ἀμφοῖν. τοιοῦτος γὰρ πᾶς ὁ τόνδε λαχὼν τὸν βίον ἄνθρωπος, καὶ δεῖ τῆς τούτου ζωῆς εἶναί τι τέλος οἰκεῖον. εἰ δὲ τοῦ συναμφοτέρου τὸ τέλος, τοῦτο δὲ οὔτε ζώντων [9] αὐτῶν ἔτι κατὰ τόνδε τὸν βίον εὑρεθῆναι δυνατὸν, διὰ τὰς πολλάκις ἤδη ῥηθείσας αἰτίας· οὔτε μὴν ἐν χωρισμῷ τυγχανούσης τῆς ψυχῆς, τῷ μηδὲ συνεστάναι τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, διαλυθέντος ἢ καὶ πάντῃ σκεδασθέντος τοῦ σώματος, κἂν ἡ ψυχὴ διαμένῃ καθ' ἑαυτήν· ἀνάγκη πᾶσα κατ' ἄλλην τινὰ τοῦ συναμφοτέρου καὶ τοῦ αὐτοῦ ζώου σύστασιν, τὸ τῶν ἀνθρώπων φανῆναι τέλος· τούτου δ' ἐξ ἀνάγκης ἑπομένου, δεῖ πάντως γενέσθαι τῶν νεκρωθέντων ἢ καὶ πάντῃ διαλυθέντων σωμάτων ἀνάστασιν, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀνθρώπους συστῆναι πάλιν. ἐπειδή γε τὸ μὲν τέλος οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ τῶν ἐπιτυχόντων ἀνθρώπων, ὁ τῆς φύσεως τίθεται νόμος, ἀλλ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατὰ τὴν προλαβοῦσαν ζωὴν βεβιωκότων· τοὺς δὲ αὐτοὺς ἀνθρώπους συστῆναι πάλιν ἀμήχανον, μὴ τῶν αὐτῶν σωμάτων ταῖς ψυχαῖς [10] αὐταῖς ἀποδοθέντων. τὸ δ' αὐτὸ σῶμα τὴν αὐτὴν ψυχὴν ἀπολαβεῖν, ἄλλως μὲν ἀδύνατον, κατὰ μόνην δὲ τὴν ἀνάστασιν δυνατόν. ταύτης γὰρ [11] γενομένης, καὶ τὸ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων πρόσφορον ἐπακολουθεῖ τέλος. τέλος δὲ ζωῆς ἔμφρονος καὶ λογικῆς κρίσεως οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν τὸ τούτοις ἀπερισπάστως συνδιαιωνίζειν, οἷς μάλιστα καὶ πρώτως ὁ φυσικὸς συνήρμοσται λόγος, τῇ τε θεωρίᾳ [12] τοῦ ὄντος καὶ τῶν ἐκείνῳ δεδογμένων ἀπαύστως ἐπαγάλ-

XXV. Neque etiam beatitudo animæ a corpore separatæ. Neque enim alterutrius eorum ex quibus constat homo, vitam consideramus aut finem, sed illius qui ex utroque constat. Talis enim est quisquis hanc vitam sortitus est homo, ac illius vitæ proprium aliquem esse finem oportet. Quod si utriusque finis est, isque nec illis adhuc degentibus in hac vita reperiri potest, propter caussas sæpe allatas; nec in anima a corpore separata, eo quod talis homo non exsistat, dissoluto aut prorsus D etiam dissipato corpore, etiamsi anima per se ipsa permaneat; necesse est omnino in alia utriusque ac ejusdem animalis constitutione hominum finem reperiri. Hoc autem cum necessario consequatur, necesse prorsus est mortuorum aut omnino dissolutorum corporum fieri resurrectionem, ac eosdem homines rursus exsistere: si quidem finem non simpliciter, nec quorumlibet hominum, lex naturæ constituit, sed ipsorum illorum qui præcedentem vitam traduxerunt. Iidem autem homines rursus exsistere non possunt, nisi eadem corpora iisdem animabus reddantur. Ut autem idem corpus eadem anima recipiat, aliter fieri non potest, quam per resurrectionem. Hac enim perfecta, conveniens naturæ hominum consequitur finis. E Vitæ autem prudentia & rationali judicio præditæ non erraverit si quis hunc finem esse dicat, in iis perpetuo sine interpellatione versari, quibus maxime & primario congruit naturalis ratio, & in contemplatione illius, qui est, ejusque legis indesinenter gloriari: quamvis plerique homines terre-

1. Δοκεῖν τι τῶν μικρῶς.] Ita Reg. 3. Editi δοκεῖν τῶν μικρῶν.
2. Αμνημόνευτον.] Clarom. 1. & Angl. statim addunt γενομένην διαίρεσιν, ceteris omissis.
3. Τούτων τε οὖν.] Eos intelligit quos paullo ante significavit secum convenire solitos esse.
4. Τοῦτό που.] Sic emendavimus ope Reg. 2 & 3. & Clarom. 1. & Angl. Male in editis τοῦ τρόπου.
5. Η γάρ.] Reg. 3. εἰ γάρ.
6. Ex τούτων.] Deest præpositio in Reg. 3.
7. Τούτοις.] Ita Reg. 3. Editi τοῦτο.
8. Κεχωρισμένης.] Clarom. 2. κεχωρισμένη.
9. Αυτῶν.] Clarom. 2. αὐτῶν τῶν.
10. Αὐταῖς.] Deest in Reg. 3.
11. Γενομένης.] Ita Reg. 2. melius quam editi γινομένης.
12. Τοῦ ὄντος.] Reg. 2. Bigot. & Angl. τοῦ δόντος.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 177.



λεσθαι· κἂν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐμπαθέστερον καὶ σφοδρότερον τοῖς τῇδε [1] προσπεπονθότες, ἄστοχοι τούτου διαπλῶσιν. οὐ γὰρ ἀκυροῖ τὴν κοινὴν ἀποκλήρωσιν τὸ πλῆθος τῶν ἀποπιπτόντων τοῦ προσήκοντος αὐτοῖς τέλους, ἰδιαζούσης τῆς ἐπὶ τούτοις ἐξετάσεως, καὶ τῆς ἑκάστῳ συμμετρουμένης ὑπὲρ τῶν εὖ ἢ κακῶς βεβιωμένων τιμῆς ἢ δίκης.

A nis rebus libidinose ac vehementer affecti hunc finem non assequantur. Non enim communem sortem evertit multitudo eorum, qui congruente illis fine excidunt: quippe cum ejusmodi rerum examen & inquisitio ad singulos pertineat, & vitæ bene aut male actæ merces aut pœna ad unum quemque accommodetur.

1. Προσπεπονθότες.] Sic Clarom. 2. Editi προπεπονθότες. Legendum esse ut in textu posuimus, admonet eruditus editor Oxoniensis, atque hujus emendationis auctorem laudat Gatakerum in suis annotationibus in Antoninum.

INDEX CAPITUM

LIBRI


DE RESURRECTIONE MORTUORUM:

EJUSDEM

ATHENAGORÆ.

S. HEGESIPPI

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
178.



FRAGMENTA EX QUINQUE LIBRIS COMMENTARIORUM ACTUUM ECCLESIASTICORUM.

I.

De historia martyrii Jacobi *, fratris Domini.*

EX LIBRO V.

Apud Eusebium , Hist. Eccl. *lib.* II. *cap.* xxiii.

A Διαδέχεται [a] δὲ τὴν Ἐκκλησίαν [1] μετὰ τῶν Ἀποστόλων, ὁ ἀδελφὸς τοῦ κυρίου Ἰάκωβος, [2] ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο· οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγεν· ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη· ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. [3] τούτῳ μόνῳ ἐξῆν εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας. [b] καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναόν· ηὑρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι, καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν· ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, [4] διὰ τῷ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ, καὶ αἰτεῖσθαι ἄφεσιν τῷ λαῷ. B διά γέτοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, [5] ἐκαλεῖτο Δίκαιος καὶ Ὠβλίας· ὅ ἐστιν ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη, ὡς οἱ Προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ. τινὲς οὖν [6] τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν ἐν τῷ λαῷ, τῶν προγεγραμμένων μοι ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν ἐπυνθάνοντο αὐτοῦ, [7] τίς ἡ θύρα τοῦ

A Ecclesiæ administrationem una cum Apostolis suscepit Jacobus frater Domini, qui jam inde a Christi temporibus ad nostram usque ætatem Justus cognominatus est. Nam multi quidem eodem nomine Jacobi vocabantur: sed hic ab ipso matris utero sanctus fuit. Nec vinum umquam bibit, nec siceram: ab animantium carnibus penitus abstinuit: comam numquam totondit: neque ungi, neque lavare balneo corpus unquam solitus. Unus ex omnibus in intimum templi sanctuarium ingrediendi jus, facultatemque habebat. Neque enim lanicio, sed linea tantum veste utebatur. In templum solus intrare, atque ibi genibus flexis pro peccatis populi supplex Deum orare consueverat; adeo ut genua ipsius instar cameli occalluerint, B dum assidue Deum venerans, & pro salute populi vota faciens humi sterneretur. Hic ergo ob singularem justitiam cognominatus est Justus, & Oblias; quod latine munimentum populi, & justitiam significat, quemadmodum etiam Prophetæ de eo prædixerunt. Quidam autem ex septem sectis, quæ apud Judæos

1. Μετὰ τῶν ἀποστόλων.] Hieronymus in catalogo hunc locum ita vertit; *Suscepit Ecclesiam Hierosolymæ post Apostolos frater Domini Jacobus*. Quasi legeretur μετὰ τοὺς ἀποστόλους. Longe rectius adversarius Hieronymi Rufinus interpretatus est *cum Apostolis*. Nam Apostoli una cum Jacobo Episcopo Hierosolymitanam rexerunt Ecclesiam. Quare perperam Rufinus in cap. 2. hujus libri, Jacobum Apostolorum Episcopum nominavit. Atqui Clemens, cujus verba illic interpretatur Rufinus, Jacobum non Apostolorum, sed Hierosolymorum Episcopum factum esse dicit. C Porro Rufinus id hausisse videtur ex Clementis Recognitionibus, quas vel ipse, vel Paullinus latine vertit. Nam in lib. 2. ejus operis Clemens, Jacobum fratrem Domini, quem ipse Archiepiscopum nominat & principem Episcoporum, episcopali auctoritate Apostolis omnibus præcipientem induxit.

2. Ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος.] Post hæc verba in codice Maz. ac Fuk. apposita est distinctio. Quam quidem interpunctionem secutus videtur Rufinus. Sic enim vertit: *Suscepit Ecclesiam cum Apostolis frater Domini Jacobus, qui ab omnibus cognominatus est Justus, ab ipsis Domini temporibus præclarus usque ad nos*. Verum in codice Regio, ac Med., & apud Nicephorum nulla est adscripta distinctio post vocem δίκαιος; sed totus locus uno spiritu continuatur hoc modo: ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ D κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. Id est: *qui ab ipsis Christi temporibus usque ad nostram ætatem Justus ab omnibus cognominatus est*. Et hanc quidem distinctionem in interpretatione mea sequi malui, post Musculum & Christophorsonum: quippe quæ certior, & sequentibus Hegesippi verbis magis congruere mihi videretur. Subjicit enim Hegesippus ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο, &c. Quæ verba sine dubio referuntur ad ea, quæ præcesserunt, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων δίκαιος. Reddit enim rationem Hegesippus, cur Jacobus Justus ab omnibus cognominatus sit. Quippe, inquit, multi fuere Jacobi; sed hic præ ceteris justitia excelluit, ut multis argumentis deinceps probat Hegesippus. Deinde si priorem distinctionem sequamur cum Rufino, falsum erit illud quod sequitur, Jacobum scilicet Episcopum a temporibus Domini usque ad Hegesippi ætatem permansisse. Nam Jacobus quidem Justus cæsus est Neronis principatu; Hegesippus vero Antoninorum temporibus floruit, ut superius observavi.

3. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν, &c.] Totum hunc Hegesippi locum jampridem examinavit Scaliger in Animadversionibus Eusebianis pag. 178., multaque in eo reprehendit, quæ operæ pretium erit legere. Adde etiam, quæ adversus Scaligeri censuram scripsit Dionysius Petavius in notis ad hæresim 78. Epiphanii, & P. Halloixius in notationibus ad vitam Hegesippi cap. 3.

4. Διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ.] Duæ postremæ voces absunt a codice Fuk., & apud Nicephorum. Verum in codice Maz. ac Med. totus hic locus ita legitur, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ τὰ γόνατα.

5. Ἐκαλεῖτο Δίκαιος καὶ Ὠβλίας.] Nicolaus Fullerus in lib. 3. Miscellaneorum Sacrorum, hunc locum sic emendat ἐκαλεῖτο Σαδδὶκ καὶ Ὠζλιάμ, ὅ ἐστιν δίκαιος, καὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ. Quam doctissimi viri emendationem libenter amplector. Tamen cum Epiphanius in hæresi 78., & Jovius Monachus, quem vulgo male Jobium vocant, Jacobum Obliam dictum esse testentur, retinenda est vulgaris lectio; maxime cum Ophlias hebraice arcem populi significet. Sed & Rufinus atque Nicephorus vulgatam lectionem tuentur.

6. Τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν προγεγραμμένων μοι.] Locus Hegesippi, in quo de septem Judaici populi sectis se scripsisse testatur, exstat in libro 4. Eusebii nostri cap. 22. Ad quem locum, Deo juvante, plura dicturi sumus de septem illis sectis.

7. Τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ.] Ostium hoc loco est introductio, seu institutio atque initiatio. Ostium igitur Christi nihil est aliud, quam fides in Deum Patrem, & in Filium, ac Spiritum sanctum. De hoc Ostio dicitur in Psalmis: *Hæc est porta Domini, & justi intrabunt per eam*, ut explicat Clemens in libro 6. στρωματέων. Et Ostium quidem Joannis Baptistæ erat pœnitentia: Christi vero Ostium est remissio peccatorum, quæ fit per baptismum.

a Διαδέχεται.] Fragmentum istud integrum recitat Georgius Syncellus in *Chronograph.* p. 337. velut ex ipso Hegesippo descriptum. Sic enim ibi: Ἡγήσιππος μαθητὴς τῶν ἀποστόλων ἐκ τοῦ έ. ὑπομνημάτων περὶ Ἰακώβου [illegible].

b Καὶ μόνος εἰσήρ.] Syncell. καὶ μόνος [illegible] Reliqua deinceps mittimus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 178.

Ἰησοῦ. καὶ ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα. ἐξ ὧν τινὲς ἐπίστευσαν, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός. αἱ δὲ αἱρέσεις αἱ προειρημέναι, [1] οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν, οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. [2] ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον. πολλῶν οὖν καὶ τῶν ἀρχόντων πιστευόντων, ἦν θόρυβος τῶν Ἰουδαίων καὶ Γραμματέων καὶ Φαρισαίων λεγόντων, ὅτι κινδυνεύει πᾶς ὁ λαὸς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκᾷν. ἔλεγον οὖν συνελθόντες τῷ Ἰακώβῳ· παρακαλοῦμέν σε· ἐπίσχες τὸν λαὸν, ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ. παρακαλοῦμέν σε πεῖσαι πάντας τοὺς ἐλθόντας εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ πάσχα περὶ Ἰησοῦ. σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα. ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι καὶ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι δίκαιος εἶ, καὶ ὅτι πρόσωπον οὐ λαμβάνεις. πεῖσον οὖν σὺ τὸν ὄχλον περὶ Ἰησοῦ μὴ πλανᾶσθαι. καὶ γὰρ πᾶς ὁ λαὸς καὶ πάντες πειθόμεθά σοι. στῆθι οὖν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, ἵνα ἄνωθεν ᾖς ἐπιφανὴς, καὶ ᾖ εὐάκουστά σου τὰ ῥήματα παντὶ τῷ λαῷ. διὰ γὰρ τὸ πάσχα συνεληλύθασι [a] πᾶσαι αἱ φυλαὶ [3] μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν. ἔστησαν οὖν οἱ προειρημένοι Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι τὸν Ἰάκωβον ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ναοῦ, καὶ ἔκραξαν αὐτῷ καὶ εἶπον· δίκαιε, ᾧ πάντες πείθεσθαι ὀφείλομεν, ἐπεὶ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς [b] ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος. καὶ ἀπεκρίνατο φωνῇ μεγάλῃ· τί με ἐπερωτᾶτε περὶ Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου; καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων, καὶ δοξαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου, [4] καὶ λεγόντων [5] Ωσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, τότε πάλιν οἱ αὐτοὶ Γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· κακῶς ἐποιήσαμεν τὸ

A erant; de quibus in superioribus libris scripsisse meminimus, interrogarunt eum, quodnam esset ostium JESU. Quibus ille JESUM esse Servatorem respondit. His auditis, nonnulli eorum JESUM revera CHRISTUM esse crediderunt. Supra scriptæ vero sectæ nec resurrectionem, nec futurum CHRISTI adventum, ut unicuique pro meritis mercedem tribuat, credebant. Quotquot vero ex iis crediderunt, Jacobi opera ac ministerio utique crediderunt. Cum ergo multi ex ipsis etiam primoribus crederent, tumultuari cœperunt Judæi, & Scribæ ac Pharisæi: eo jam ventum esse clamantes, ut prope omnis populus JESUM CHRISTUM exspectaret. Proinde in unum congregati Jacobum adeunt, hisque eum ver-
B bis compellant: Hortamur te, inquiunt, ut populi errorem comprimas, qui falsam de JESU opinionem imbibit, perinde quasi CHRISTUS esset. Persuade igitur omnibus, qui festo Paschæ die huc conveniunt, ut de JESU recte sentiant. Tibi enim omnes fidem habemus; & cum universo populo hoc tibi testimonium perhibemus, justissimum te virum esse, nec ullum apud te personarum discrimen valere. Proinde plebi persuade, ne circa JESUM deinceps aberret. Nam & universus populus, & nos libenter tibi obtemperamus. Ascende igitur in fastigium templi, ut in sublimi loco positus, ab omnibus conspici & exaudiri facile possis. Nam Paschalis solemnitatis gratia, cunctæ Judæorum tribus, & ex Gentibus non pauci huc
C convenerunt. Posthæc supradicti Scribæ & Pharisæi cum Jacobum in fastigio templi collocassent, contenta voce sic eum alloqui cœperunt: O Juste, cui nos omnes fidem adhibere par est, quandoquidem populus omnis errat, JESUM sectans crucifixum, doce nos, quod sit ostium JESU suffixi cruci. Tunc Jacobus edita voce iis respondit: Quid me, inquit, interrogatis de JESU filio hominis? Ipse sedet in cælo a dextris summæ virtutis, & venturus est in nubibus cæli. Cumque multi hoc Jacobi testimonio confirmati glorificarent JESUM, dicentes Osanna filio David: tunc iidem Scribæ ac Pharisæi inter se collocuti: Male,

1. Οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν.] Male Rufinus, eumque secutus Christophorsonus vertit, *non crediderunt*, quasi legeretur, οὐκ ἐπίστευσαν. Longe melius Musculus vertit, *non credunt*. Nam Græca vox hanc habet significationem. Falsum tamen est, eas sectas non credidisse resurrectionem. Nam Pharisæi eam credebant.

2. Ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον.] Vox ἐπίστευσαν iterum repetenda est: quod virgula illa, quæ in manuscriptis etiam codicibus appicta est, satis declarat. In vetustissimo codice Mazarino post ἐπίστευσαν punctum adscriptum est ad pedes litteræ, quod virgulæ nostræ respondet; & græce quidem vocatur ὑποστιγμή, a latinis autem subdistinctio.

3. Μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν.] Merito Scaligerum hic reprehendit Dionysius Petavius, quod negasset, licuisse ulli Gentili interesse festis diebus Judæorum. Nam præter locum illum, quem citat Petavius ex Evangelio Joannis cap. 12., plurima suppetunt Josephi testimonia, e quibus discimus, Gentiles azymorum solemnitati sæpius interfuisse. Certe Vitellius Legatus Syriæ festo Paschæ ingressus est Hierosolyma, & a Judæis honorifice exceptus, ut legitur in lib. 18. originum Judaicarum cap. 6. Idem de Quadrato Legato Syriæ in lib. 20. scribit.

4. Καὶ λεγόντων ὡς ἀννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ.] Scaliger in animadversionibus Eusebianis hæc de Jacobo dicta esse existimavit: cui in eo quidem facile assentior. Sed quod negat idem Scaliger Jacobum filium David dici potuisse, in hoc graviter hallucinatur. Fuit enim Jacobus filius Josephi, ac proinde oriundus ex stirpe David. Porro verissimum est, quod ait Scaliger, eos qui Osanna acclamabant, palmas manibus gestare debuisse: cujus rei illustre exemplum est in itinerario Hierosolymitano Antonini monachi pag. 30. Ex quo discimus, morem olim fuisse Christianorum, ut Episcopis ac Presbyteris advenientibus obviam procedentes honoris caussa, acclamarent Osanna: *Ibi venerunt mulieres in occursum nobis cum infantibus, palmas in manibus tenentes, & ampullas cum rosaceo oleo: & prostratæ pedibus nostris, plantas nostras ungebant, cantabantque*
D *lingua Ægyptiaca psallentes antiphonam, Benedicti vos a Domino benedictusque adventus vester, Osanna in excelsis*. Idem testatur etiam Hieronymus in cap. 21. Matthæi: *Videant ergo Episcopi, & quantumlibet sancti homines, cum quanto periculo dici ista sibi patiantur: si Domino, cui vere hoc dicebatur (quia nec dum erat solida credentium fides) pro crimine impingitur*. Ceterum voces illas *Osanna filio David*, quas a quibusdam Judæis acclamatas tunc fuisse dicit Hegesippus, non immerito quis existimet de Christo potius, quam de Jacobo, intelligi oportere. Nam cum Jacobus in fastigio templi positus, Jesum revera Christum esse, ac redemtorem generis humani prædicasset; Judæi quidam Christi fidem amplectentes, acclamare cœperunt *Osanna filio David*, id est, Jesu Christo palma & victoria.

5. Ωσαννά.] In omnibus nostris exemplaribus duo sunt vocabula ὡς ἀννά. Ita etiam apud Hieronymum in interpretatione nominum Hebraicorum: *Osanna; salvifica, quod Græce dicitur ὡς ἀννά. Utrumque autem nomen per extensam*
E *litteram legendum*. Id est, Osanna tam in Hebræa, quam in Græca lingua primam syllabam producit. Isidorus quoque in libro 6. Originum, Osanna ex duobus vocabulis Osi & Anna compositum esse testatur, elisa scilicet una littera, sicut in versibus cum scandimus. *Osi enim salvifica interpretatur: Anna interjectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu*. Quæ Isidori verba desumta sunt ex Hieronymi Epistola 145. ad Damasum. Eadem fere habet Augustinus in lib. de Doctrina Chr. cap. 11.

a Πᾶσαι αἱ φυλαί.] Hæc item immerito carpit Scaliger, scribens *duas tantum tunc tribus fuisse, Beniamin & Juda*. Sed, ut recte monet Grabius, quo modo Hegesippus, eo item Paullus Apostolus loquitur *Act*. XXVI. 7. memorans *duodecim tribus nocte ac die deservientes in spem repromissionis factam a Deo*. Sanctus quoque Jacobus suam inscribit epistolam *duodecim tribubus quæ sunt in dispersione*, I. 1. Vide sis in hanc sententiam, Calmeti dissertationem ad Ezechielem, *de reditu decem Tribuum*.

b Ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ.] Observat Pearsonius *Vindic. epist. Ignat*. part. 2. p. 153. Christum ipsum dixisse *Joan*. X. 9. ἐγώ εἰμι ἡ θύρα: quod sane dictum apostolicis temporibus maxime fuisse de Christo usurpatum, ex hoc Hegesippi loco aperte colligitur.

τοιαύτην μαρτυρίαν παρασχόντες [a] τῷ Ιησοῦ· ἀλλὰ ἀναβάντες, καταβάλωμεν αὐτὸν, ἵνα φοβηθέντες μὴ πιστεύσωσιν αὐτῷ. καὶ ἔκραξαν λέγοντες· ὢ ὤ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη. καὶ ἐπλήρωσαν τὴν γραφὴν τὴν [1] ἐν τῷ Ησαΐᾳ γεγραμμένην· [b] ἄρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. ἀναβάντες οὖν κατέβαλον τὸν δίκαιον, καὶ ἔλεγον ἀλλήλοις· λιθάσωμεν Ιάκωβον τὸν δίκαιον. καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτὸν, ἐπεὶ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς ἔθηκε τὰ γόνατα λέγων· παρακαλῶ κύριε Θεὲ πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. οὕτω δὲ καταλιθοβολούντων αὐτὸν, εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ρηχὰβ [2] υἱοῦ Ραχαβεὶμ τῶν μαρτυρουμένων ὑπὸ Ιερεμίου τοῦ προφήτου, ἔκραζε λέγων. [3] παύσασθε, τί ποιεῖτε; B εὔχεται ὑπὲρ ἡμῶν ὁ δίκαιος. καὶ [4] λαβών τις ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν γναφέων [5] τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια, ἤνεγκε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ δικαίου· καὶ οὕτως ἐμαρτύρησεν· καὶ [6] ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ [7] ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ. μάρτυς οὗτος ἀληθὴς Ιουδαίοις τε καὶ Ελλησι γεγένηται, ὅτι Ιησοῦς ὁ Χριστός ἐστιν. καὶ εὐθὺς Οὐεσπασιανὸς [8] πολιορκεῖ τὴν Ιουδαίαν, αἰχμαλωτίσας αὐτούς.

A inquiunt, fecimus, qui tanto testimonio JESUM ornaverimus. Verum ascendamus, eumque præcipitem dejiciamus, ut ceteri conterriti fidem illi habere desinant. Conclamare deinde cœperunt, ac dicere: O o, ipse etiam Justus erravit. Et impleta sunt ea, quæ apud Esaiam scripta sunt: *Tollamus e medio Justum, quia molestus est nobis: propterea fructum operum suorum manducabunt*. Mox ergo conscendentes, eum præcipitem egerunt. Et quoniam præcipitatus non statim mortem obierat, sed conversus flexis genibus orabat dicens: Domine & Deus pater, rogo, ut ignoscas illis, quia nesciunt quid faciunt: illi inter se dixerunt: lapidemus Jacobum Justum. Cœperunt igitur lapidibus eum impetere. Cumque hominem saxis obruerent, unus e sacerdotibus ex filiis Rechab filii Rechabim, qui Hieremiæ suffragio commendati sunt, contenta voce: Parcite, inquit, quid facitis? Justus orat pro vobis. Interim unus ex iis, fullo, arrepto fuste, quo vestes exprimere solebat, caput Justi percussit. Atque ita felici martyrio vitam finiit. Sepultus est eodem in loco, manetque adhuc cippus illius prope templum. Hic Jacobus tum Judæis, tum Græcis locuples fuit testis, JESUM vere CHRISTUM fuisse. Nec multo post obsidio Vespasiani, & Judæorum captivitas subsecuta est.

1. Εν τῷ Ησαΐᾳ.] Memoria lapsum esse Hegesippum affirmat Scaliger; neque enim hunc locum apud Esaiam exstare, sed in libro qui inscribitur Sapientia Salomonis cap. 2. Sed fallitur ipsemet Scaliger qui Hegesippum temere reprehendit. Revera enim hic locus legitur in Esaia C cap. 3. δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Ita quidem legitur in editione Romana. Verum Justinus in dialogo adversus Tryphonem diserte testatur in editione LXX. Interpretum scriptum fuisse ἄρωμεν τὸν δίκαιον, pro quo Judaici interpretes δήσωμεν verterant. Justini lectionem confirmat etiam Tertullianus in lib. 3. contra Marcionem cap. 22. *Venite, inquiunt, auferamus justum, quia inutilis est nobis*. Sed & in eo fallitur, quod apud Rufinum pro Esaia Hieremiam scribi dicit. Porro Hegesippus hunc Esaiæ locum quem dixi, in mente habuit paullo supra, cum diceret, Jacobum a Prophetis justum esse appellatum: ἐκαλεῖτο δίκαιος ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ.

2. Τοῦ Ραχαβείμ.] Merito Nicephorus hæc duo vocabula expunxit, ut jampridem notavit Scaliger, tum in Animadversionibus Eusebianis, tum in Elencho Trihæresii cap. 25. Sed tamen cum apud Rufinum legantur, & in omnibus nostris exemplaribus exsteat, ferri commode possunt. Ac D si rem attentius expendamus, non sunt tam inepta atque insulsa, ut putavit Scaliger, εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ρηχὰβ υἱοῦ Ραχαβείμ: Unus ex sacerdotibus de filiis Rechab filii Rechabim. Idem enim est, ac si diceret: unus ex sacerdotibus, filius Rechab de genere Rechabitarum: quæ postrema verba consulte addita sunt, ut Rechab pater illius sacerdotis, ab aliis Rechab distingueretur. Plures enim eodem nomine appellabantur Rechab: verum hic de quo loquitur Hegesippus, erat ex stirpe Rechabitarum illorum, de quibus locutus est Hieremias (Cap. XXXV.)

3. Παύσασθε, τί ποιεῖτε.] Epiphanius in hæresi 78. non a Rechabita sacerdote hæc dicta esse scribit, sed a Symeone Clopæ filio, qui Jacobi justi frater patruelis erat.

4. Λαβών τις ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν γναφέων τὸ ξύλον.] Hæc verba duobus modis construi possunt: nempe hoc modo εἷς τις ἀπ' αὐτῶν, λαβὼν τὸ τῶν γναφέων ξύλον; id est, unus ex illis arrepto fullonis vecte. Aut in hunc modum, εἷς ἀπ' αὐτῶν, εἷς τῶν γναφέων, λαβὼν τὸ ξύλον. Quam distinctionem secutus est Rufinus, ita enim vertit: *Et unus ex ipsis fullo arrepto fuste, in quo vestes exprimere solent*. Neque aliter ceteri interpretes. Atque hunc sensum confirmat Clemens Alexandrinus in lib. 7. Hypotyposeon, ubi Jacobum a fullone interemtum esse scribit. Verba Clementis habentur supra in cap. 1. hujus libri. Apollonius Collatius in lib. 1. de Excidio Hierosol. Jacobum non fullonis E vecte, sed securi percussum interiisse scribit.

5. Τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια.] Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis hunc locum ita expressit: [illegible]. Hieronymi verba græce ita vertit Sophronius, τῷ τε γναφικῷ, μοχλῷ ᾧ τὰ ἱμάτια ἐκπιέζειν εἰώθασι. Musculus quidem Eusebii locum ita vertit, *unus ex fullonibus arrepto instrumento, quo vestimenta excutiunt ac purgant*. Langus vero Nicephori interpres sic reddidit: *Et fullonum quidam ligno, quo vestes complanabat, arrepto*. Mihi quidem magis placet Rufini & Christophorsoni expositio, qui vestes premere, seu exprimere interpretati sunt. Id enim significat vox πιέζειν, ex qua fit πιεστήριον, quod est latine pressorium, seu prelum. Duplex fuit fullonum officium. Nam & maculas eluebant e vestibus; & eas dealbabant, ac splendorem iis conciliabant; utebantur autem ad id pressoriis seu prelis, ut notavi ad lib. 28. Amm. Marcellini pag. 366. Porro in manuscriptis nostris Maz. Med., ac Fuketii scriptum est ἀποπιέζει.

6. Εθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ.] Ita quidem codex Regius, quem secutus est Stephanus. Verum reliqui tres, Maz. scilicet Med. ac Fuketii, aliquot voculis auctiores sunt hoc modo, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ. Quam quidem lectionem confirmat Nicephorus, ac Rufinus.

7. Ετι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ.] Quomodo fieri potest, ut hic cippus (id enim significat στήλη, ut supra notavimus) & Jacobi sepulcrum adhuc permanserit post urbem a Romanis excisam? Sed neque verisimile est, quod ait Hegesippus, Jacobum juxta templum sepultum fuisse. Nam Judæi extra urbem corpora condebant, ut colligere est tum ex Evangelio, tum ex sepulcro Helenæ Adiabenorum reginæ, de quo superius locuti sumus. Merito igitur Rufinus totam hanc pericopen in versione sua prætermisit. Hieronymus vero in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, cujus maxima pars ex Historia Ecclesiastica Eusebii nostri desumta est, hæc Hegesippi verba interpretans ita emollivit: *Titulum usque ad obsidionem Titi, & ultimam Hadriani, notissimum habuit*, Ubi tamen illud probare non possum, quod de ultima Hadriani obsidione dicit. Nam in eo secutus est errorem Eusebii, quem jampridem alii confutarunt. Porro Hieronymus titulum dixit, pro eo quod in Græco est στήλη. Eodem sensu στήλη dicitur in lib. 2. Regum cap. 18. ubi vetus interpres *titulum* vertit. Ad quam vocem in vetustissimo codice Mazarino hoc scholion scriptum inveni: ἴστεον ὅτι ἡ στήλη αὕτη λίθος [illegible], ἐπιγραφὴν ἔχων τὸ ὄνομα τοῦ τεθαμμένου [illegible] ἐξ οὗ καὶ νῦν οἱ χριστιανοὶ ἐν τοῖς μνήμασιν αὐτῶν λίθους [illegible], καὶ ἢ γράμματα ἐν αὐτοῖς γράφουσιν, ἢ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐγχαράττουσιν: *Sciendum est columnam hanc nihil aliud fuisse, quam lapidem [illegible] etiamnum lapides statuunt: in quibus aut litteras inscribere, aut crucis figuram insculpere consueverunt*.

8. Πολιορκεῖ τὴν Ιουδαίαν αἰχμαλωτίσας αὐτούς.] Ita quidem codex Regius. Verum tres reliqui Maz. Med. [illegible] voces illas τὴν Ιουδαίαν αἰχμαλωτίσας non agnoscunt. [illegible] meo quidem [illegible] supervacuæ sunt, [illegible]. Neque enim Græce dici potest [illegible] id verbum de urbibus dicatur, non autem de gentibus. Rufinus quoque, & Nicephorus eas voces non habent.

a Τῷ Ιησοῦ.] Grabius conjicit legendum τῷ Ιακώβῳ, vel τῷ Ιησοῦ [illegible] Hegesippus id innuere, quod [illegible], quod ipsimet effecerint, vel ansam præbuerint Jacobo, ut adeo illustre testimonium Jesu Christo perhiberet: quo quidem testimonio plures e populo permoti & confirmati, eumdem Salvatorem [illegible]runt. Hoc sensu accipiendum puto vocem [illegible].

b Αρωμεν κ. τ. λ.] Locus exstat [illegible] Justinum *Dial.* [illegible]. Sed in primis n. CXXXVII. qui hoc respexit [illegible].

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 178.

I I.

De propinquis Salvatoris nostri.

Apud eumdem EUSEBIUM, Hist. Eccl. *lib.* III. *cap.* XX.

Ἔτι δὲ περιῆσαν οἱ ἀπὸ γένους τοῦ κυρίου [1] υἱωνοὶ Ἰούδα, τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου αὐτοῦ ἀδελφοῦ, οὓς ἐδηλατόρευσαν, ὡς ἐκ γένους ὄντας Δαβίδ. τούτους δ' [2] ὁ Ἰουόκατος ἤγαγε πρὸς Δομετιανὸν Καίσαρα· ἐφοβεῖτο γὰρ τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ὡς καὶ Ἡρώδης. καὶ ἐπηρώτησεν αὐτοὺς εἰ ἐκ Δαβίδ εἰσι· καὶ ὡμολόγησαν. τότε ἠρώτησεν αὐτοὺς πόσας κτήσεις ἔχουσιν, ἢ πόσων χρημάτων κυριεύουσιν. οἱ δὲ εἶπον ἀμφότεροι, ἐννακισχίλια δηνάρια ὑπάρχειν αὐτοῖς μόνα, ἑκάστῳ αὐτῶν ἀνήκοντος τοῦ ἡμίσεως· καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ἀργυρίοις ἔφασκον ἔχειν, ἀλλ' ἐν διατιμήσει γῆς πλέθρων τριάκοντα ἐννέα μόνων· [3] ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν, καὶ αὐτοὺς αὐτουργοῦντας διατρέφεσθαι. εἶτα δὲ καὶ τὰς χεῖρας τὰς ἑαυτῶν ἐπιδεικνύναι, μαρτύριον τῆς αὐτουργίας τὴν τοῦ σώματος σκληρίαν, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς συνεχοῦς ἐργασίας εναποτυπωθέντας ἐπὶ τῶν ἰδίων χειρῶν [4] τύλους παριστάντας. ἐρωτηθέντας δὲ περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, ὁποία τις εἴη καὶ πότε καὶ ποῖ φανησομένη, λόγον δοῦναι, ὡς οὐ κοσμικὴ μὲν οὐδ' ἐπίγειος, ἐπουράνιος δὲ καὶ ἀγγελικὴ τυγχάνει, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος γενησομένη, ὁπηνίκα ἐλθὼν ἐν δόξῃ [5] κρινεῖ ζῶντας καὶ νεκρούς, καὶ ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ· ἐφ' οἷς μηδὲν αὐτῶν κατεγνωκότα τὸν Δομετιανόν, ἀλλὰ καὶ ὡς εὐτελῶν καταφρονήσαντα, ἐλευθέρους μὲν αὐτοὺς ἀνεῖναι, καταπαῦσαι δὲ διὰ προστάγματος τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας διωγμόν. τοὺς δὲ ἀπολυθέντας, ἡγήσασθαι τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς ἂν δὴ μάρτυρας ὁμοῦ καὶ ἀπὸ γένους ὄντας τοῦ κυρίου· γενομένης τε εἰρήνης, μέχρι Τραϊανοῦ παραμεῖναι αὐτοὺς τῷ βίῳ.

His temporibus adhuc supererant quidem ex cognatione CHRISTI, nepotes Judæ illius, qui secundum carnem frater CHRISTI vocabatur. Hos a nonnullis delatos, quod ex regia Davidis stirpe prognati essent, Evocatus ad Domitianum Cæsarem perduxit. Quippe Domitianus de adventu CHRISTI, perinde ac Herodes, sibi metuebat. Interrogati igitur ab illo, utrum ex stirpe Davidis essent oriundi, id verissimum esse confessi sunt. Deinde sciscitatus est ex illis Domitianus, quantas possessiones, quantumve pecuniæ haberent. Illi vero novem tantummodo denariorum millia sibi ambobus suppetere dixerunt, quorum dimidia pars singulis competeret: eas vero facultates nequaquam se in argento habere, sed in æstimatione agrorum, novem scilicet ac triginta soli jugerum: ex quorum fructibus & tributa persolverent, & sibi ipsis non sine proprio labore victum compararent. Simulque manus ostendere cœperunt, duritiem cutis, impressumque alte manibus callum ex laboris assiduitate, in testimonium operis sui proferentes. Postremo interrogati de CHRISTO, & de regno illius, cujusmodi id esset, & quando, quibusve in locis appariturum: responderunt, non hujus mundi, nec terrarum imperium illud esse: sed angelicum & cæleste, quod in fine sæculorum futurum esset, tunc cum CHRISTUS adveniens cum gloria, vivos simul & mortuos judicabit, & unicuique operum suorum mercedem tribuet. His auditis, Domitianus nihil adversus illos asperius decrevit: sed vilitatem hominum aspernatus, liberos abire jussit: missoque edicto persecutionem adversus Ecclesiam commotam compescuit. Illos vero ad hunc modum dimissos Ecclesiis posthac præfuisse narrant, utpote CHRISTI martyres simul, ac propinquos; & pace demum Ecclesiæ reddita ad Trajani usque tempora vitam perduxisse.

1. Υἱωνοὶ Ἰούδα.] In codice Regio, ac Med. & apud Georgium Syncellum legitur υἱῶν Ἰούδα levi discrimine. Ceterum miror Scaligerum, qui in Animadversionibus Eusebianis pag. 187. tam Eusebium, quam Hegesippum immerito reprehendit. Nam neque Hegesippus posteritatem Davidis ad duos tantum homines tunc esse redactam dixit, ut falso ei objicit Scaliger; sed posteritatem Judæ, qui erat frater Domini: nec Eusebius Hegesippi verba aliter accepit. Certe Hegesippus diserte testatur, Symeonem Clopæ filium, qui tunc erat Episcopus Hierosolymorum, ortum fuisse ex gente Davidica. Verba ejus habes infra cap. 32. Itaque nec Hegesippus erravit, nec Eusebius. Ipse potius Scaliger reprehendendus est, qui adversus auctoritatem Hegesippi, vetustissimi scriptoris, & Apostolicis temporibus proximi, obstinate contendit, nullum umquam Judam fratrem Domini extitisse. Sed contra est Epiphanius in hæresi 78. qui Josephum ex priore conjugio quatuor ait suscepisse liberos, Jacobum, Symeonem, Josetem, & Judam, cui consentit Hippolytus Portuensis Episcopus apud Nicephorum in libro 2. cap. 3. nisi quod pro Symeone Simonem dicit, rectius, ut supra notavi: & filias aliter nominat. His accedit Hieronymus in libro adversus Helvidium. Dicet fortasse aliquis id, quod a Scaligero dictum est, nullam in Evangelio mentionem ejus Judæ fieri. Immo vero Matthæus in cap. 13. de illo sic loquitur: *Nonne mater ejus dicitur Maria; & fratres ejus Jacobus, Joseph, Simon, & Judas?* Idem legitur in Marci c. 6. Vides, ut Scaliger nimio reprehendendi studio abreptus, merito ipse in reprehensionem incurrit. Porro hic Judas uxorem a nonnullis dicitur habuisse Mariam, teste Nicephoro in lib. 1. cap. 33. Ex hac igitur liberos suscepit; a quibus propagati sunt δεσπόσυνοι, de quibus Africanus in Epistola ad Aristidem. Hos porro Scaligeri errores jamdudum reprehendit P. Halloixius in notationibus ad vitam Hegesippi; quod quidem serius, & absolutis jam animadversionibus meis didici.


2. Ὁ Ἰόκατος.] Sic ex codice Mediceo edidit Rob. Stephanus. In codice Regio scriptum inveni ὁ Ἰχυβάτος, quod monuerat etiam idem Stephanus in variis lectionibus, quas ad calcem editionis suæ conjecit. In Chronico Georgii Syncelli legitur, ὁ Ἰούκατος. Nos ex tribus nostris codicibus, Maz. Fuk. & Saviliano, veram hujus loci scripturam restituimus, τούτους δ' ὁ Ἰουόκατος ἤγαγε. Confirmat hanc lectionem Nicephorus, & Rufinus. Nam in Rufino quidem dicitur Revocatus: *Hos Revocatus quidam nomine, qui ad hoc missus fuerat, perduxit ad Domitianum.* Nicephorus vero in lib. 3, cap. 10. scriptum habet, ὁ Ἠούκατος. Qui sint evocati, notum est ex Dione; milites scilicet honoratioris loci, qui confectis jam stipendiis dimissi, ad militiam evocabantur a principe. Horum mentio fit in vetustis inscriptionibus, EVOK. AUG. Id est Evocatus Augusti. Ne quis autem miretur, Hegesippum Græcum scriptorem, Romano vocabulo usum fuisse. Non id novum, aut infrequens Hegesippo: quippe qui δηλατωρεύειν, & δηνάρια usurpat in hac narratione, quam præ manibus habemus, & plebeio sermone utitur.

3. Ἐξ ὧν καὶ τοὺς φόρους ἀναφέρειν.] Male Christophorsonus vertit *vectigalia*, quasi vectigalia agrorum solverentur. Atqui φόροι tributa sunt, quæ ex agris solvebantur, atque in ipsis speciebus fere pendebantur, id est in tritico, hordeo, vino & similibus, ut patet ex codice Theodosiano. Vectigalia vero sunt, quæ Græce dicuntur τέλη, quæ a publicanis conducebantur, & exigebantur; cum tributa a susceptoribus, vel ab apparitoribus præsidum, ac præfectorum exigi solerent.

4. Τύλους.] Cum initio vertissem *callos*, dubitare postea cœpi, an callus masculino genere diceretur. Tandem vero callos a Rufino dici comperi in lib. 2. ubi de morte Jacobi fratris Domini.

5. Κρινεῖ ζῶντας.] In codice Maz. Med. ac Fuk. necnon apud Nicephorum legitur κρίνειν. Sed & codex Reg. ita diserte scriptum habet. Quare mendum est typographicum, quod in Rob. Stephani editionem irrepsit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 178.



I I I.

De Symeonis Clopæ filii , Hierosolymorum episcopi , martyrio.

Apud eumdem EUSEBIUM , Hist. Eccl. *lib.* III. *cap.* XXXII.

Ἀπὸ τούτων δηλαδὴ τῶν αἱρετικῶν , κατηγοροῦσι τινὲς [1] Συμεῶνος τοῦ Κλωπᾶ, ὡς ὄντος ἀπὸ Δαβὶδ καὶ Χριστιανοῦ. καὶ οὕτως μαρτυρεῖ ἐτῶν ὢν ἑκατὸν εἴκοσιν. ἐπὶ Τραϊανοῦ Καίσαρος καὶ [2] ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ. φησὶ δὲ ὁ αὐτὸς, ὡς ἄρα καὶ τοὺς κατηγόρους αὐτοῦ, ζητουμένων τότε τῶν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς Ἰουδαίων φυλῆς, ὡσὰν ἐξ αὐτῆς ὄντας, ἁλῶναι συνέβη. λογισμῷ δ᾽ ἂν καὶ τὸν Συμεῶνα τῶν αὐτοπτῶν καὶ αὐτηκόων εἴποι ἄν τις γεγονέναι τοῦ κυρίου, τεκμηρίῳ τῷ μήκει τοῦ χρόνου τῆς αὐτοῦ ζωῆς χρώμενος, καὶ τῷ μνημονεύειν τὴν τῶν εὐαγγελίων γραφὴν Μαρίας τῆς τοῦ Κλωπᾶ· [3] οὗ γεγονέναι αὐτὸν, καὶ πρότερον ὁ λόγος ἐδήλωσεν. [ὁ δ᾽ αὐτὸς συγγραφεὺς καὶ ἑτέρους ἀπὸ γένους ἑνὸς τῶν φερομένων ἀδελφῶν τοῦ σωτῆρος, ᾧ ὄνομα Ἰούδας, φησὶν εἰς τὴν αὐτὴν ἐπιβιῶναι βασιλείαν, μετὰ τὴν ἤδη πρότερον ἱστορηθεῖσαν αὐτῶν ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως ἐπὶ Δομετιανοῦ μαρτυρίαν. γράφει δὲ οὕτως·] ἔρχονται οὖν καὶ προηγοῦνται πάσης ἐκκλησίας ὡς μάρτυρες, καὶ ἀπὸ γένους τοῦ κυρίου. καὶ γενομένης εἰρήνης βαθείας ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ , μένουσι μέχρι Τραϊανοῦ Καίσαρος· μέχρις οὗ [4] ὁ ἐκ θείου τοῦ κυρίου ὁ προειρημένος Συμεὼν υἱὸς Κλωπᾶ, [5] συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῶν αἱρέσεων , ὡσαύτως κατηγορήθη καὶ αὐτὸς [6] ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ ἐπὶ Ἀττικοῦ τοῦ ὑπατικοῦ· καὶ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας αἰκιζόμενος, ἐμαρτύρησεν· ὡς πάντας ὑπερθαυμάζειν, καὶ τὸν ὑπατικὸν, πῶς ἑκατὸν εἴκοσι τυγχάνων ἐτῶν, ὑπέμεινε· καὶ ἐκελεύσθη σταυρωθῆναι. ἐπὶ τούτοις ὁ αὐτὸς ἀνὴρ διηγούμενος τὰ κατὰ τοὺς δηλουμένους, ἐπιλέγει ὡς ἄρα [7] μέχρι τῶν τότε χρόνων παρθένος καθαρὰ καὶ ἀδιάφθορος ἔμεινεν ἡ Ἐκκλησία, ἐν ἀδήλῳ που σκότει φωλευόντων εἰσέτι τότε, τῶν, εἰ καί τινες ὑπῆρχον, παραφθείρειν ἐπιχειρούντων τὸν ὑγιῆ κανόνα τοῦ σωτηρίου κηρύγματος . ὡς δ᾽ ὁ ἱερὸς τῶν Ἀποστόλων χορὸς διάφορον εἰλήφει τοῦ βίου τέλος , πα-

A Ex eorum hæreticorum numero, quidam Symeonem Clopæ filium detulerunt, quod ex stirpe Davidis oriundus, & Christianus esset. Atque ita Symeon cum annos centum ac viginti natus esset, martyrium subiit, principatu Trajani Augusti, Attico consulari Legato Syriam administrante. Idem præterea scribit, eos ipsos Symeonis accusatores, cum tunc temporis omnes ex regia Judæorum tribu oriundi solicite investigarentur, convictos esse, quod ex ea stirpe originem ducerent. Porro hunc Symeonem non absurde quis dixerit & spectatorem, & auditorem Domini fuisse; cum & diuturnitas vitæ ipsius, & evangeliorum fides id adstruere videatur, in quibus MARIA quædam commemoratur Clopæ filia, cujus Symeonem filium B fuisse, supra docuimus. (Alios præterea nepotes unius ex Domini fratribus , cui nomen erat Judæ, ad hoc usque Trajani imperium vitam produxisse, idem scriptor refert, cum jam antea sub Domitiano, ut diximus, CHRISTI fidem constanter professi fuissent. Sic autem scribit:) Adsunt, inquit, illi, & universæ Ecclesiæ præsident, utpote martyres, & agnati CHRISTI. Tandemque profunda pace Ecclesiæ restituta, ad Trajani usque tempora superstites fuerunt: donec Symeon supradictus Clopæ filius ejus, qui erat patruus Domini, accusatus similiter ab hæreticis, & ob eamdem caussam in jus vocatus est coram Attico Consulari; & per multos dies acerbissimis tormentis excruciatus, fidem CHRISTI constantissime professus est; adeo ut & Con- C sularis ipse, & omnes qui aderant, magnopere mirarentur, qua ratione vir centum ac viginti annos natus, tot tormenta perferre potuisset. Tandem vero sententia judicis cruci suffixus est. *Post hæc idem scriptor res illa ætate gestas commemorans , addit* Ecclesiam ad hæc usque tempora instar cujusdam virginis, integram atque incorruptam permansisse: adhuc in obscuro recessu delitescentibus, quicumque rectam præ-

1. *Συμεῶνος τοῦ Κλωπᾶ.*] In codice Regio legitur *Σίμωνος* , ut notavit etiam Robertus Stephanus . Hieronymus in Chronico hujus Episcopi Hierosolymitani nomen duplici modo scribi testatur , Symeonem scilicet , & Simonem . Idem habet Georgius Syncellus , & auctor Chronici Alexandrini.

2. *Καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ.*] Id est, cum Atticus esset Legatus Syriæ . Solebant enim Syri horum præsidum nomine D annos designare, ut constat ex Josephi antiquitatibus. Sed & in reliquis provinciis , rectorum nomine tempora designari consueverant . Porro ex legatis Cæsaris alii erant Consulares , alii Prætorii . Quocirca Atticus hic *ὑπατικὸς* appellatur , ut eum Consularem fuisse constet. Ex his apparet male Rufinum vertisse: *Martyr effectus est , cum esset annorum centum* xx. *sub Trajano Cæsare , apud Atticum consularem* . Græca Hegesippi sic habent , *ἐτῶν ὢν ἑκατὸν εἴκοσι ἐπὶ Τραϊανοῦ Καίσαρος , καὶ ὑπατικοῦ Ἀττικοῦ*. Sed primo quidem præpositio illa *ἐπὶ* , non significat *apud* : verum id tantum designat , Symeonem martyrio perfunctum fuisse principatu Trajani , Attico Syriam administrante : deinde vox illa *ὑπατικοῦ*, non simpliciter Consularem denotat , sed Legatum Consularem , ut dixi . Erant quidem ætate Rufini Consulares, qui Palæstinam regebant , ut ex imperii Romani notitia notissimum est . Verum hic Magistratus diu post Trajani tempora est institutus. Ceterum supra citatus Rufini locus in manuscripto codice bibliothecæ Re- E giæ ita perscribitur : *Martyr effectus est , cum esset annorum centum* xxv.

3. *Οὗ γεγονέναι αὐτόν* .] Nostri codices Maz. Med. & Fuk. vocem addunt hoc modo , *οὗ καὶ γεγονέναι αὐτὸν καὶ πρότερον ὁ λόγος ἐδήλωσεν*.

4. *Ὁ ἐκ θείου τοῦ κυρίου* .] Male Christophorsonus hæc verba accepit, quasi *θείου* adjectivum esset, & subaudiretur *γένους* . Sed Langus , qui Nicephorum latine interpretatus est , optime *patruum* vertit . Clopas enim revera frater erat Josephi , ac proinde patruus Christi . Quare Symeon Clopæ filius cognatus erat Domini , ut dicitur in capite 11. supra : ubi male *consobrinum* vertit Musculus , & Christophorsonus.

5. *Συκοφαντηθεὶς ὑπὸ τῶν αἱρέσεων*.] Cerinthianos, & Nicolaitas intelligit auctor Chronici Alexandrini , cui non assentior. Intelligit enim Hegesippus sectas illas, quæ tunc temporis Hierosolymis vigebant , Pharisæorum scilicet , Sadducæorum, & alias, de quibus infra lib. 4. cap. 22.

6. *Ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ*.] Id est, quod Christi fidem prædicaret , ut supra dixit : & in libro 4. cap. 22. ex Hegesippo , *μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ὡς καὶ ὁ κύριος ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ.*

7. *Μέχρι τῶν τότε χρόνων παρθένος.*] Hæc de Hierosolymorum Ecclesia specialiter dixerat Hegesippus , eam scilicet usque ad mortem Symeonis , id est, usque ad Trajani tempora, virginem dictam esse. Verba Hegesippi habes infra in libro 4. cap. 22. Videtur autem Eusebius toti Ecclesiæ tribuisse id, quod de unica Hierosolymorum Ecclesia dictum fuerat ab Hegesippo. Porro tam Eusebii , quam Hegesippi verba benigne intelligenda sunt . Certum est enim Ecclesiam Catholicam semper integram atque intemeratam permanere, & castitatem ejus nullo modo ab hæreticis posse corrumpi . Hæretici quidem , utpote procaces & impuri atque adulteri veritatis , eam corrumpere conantur . Verum illa fidem suam Christo integram servans , nefarios eorum conatus depellit . Itaque hæretici similes quodammodo sunt Ixioni , qui cum Junoni stuprum inferre voluisset , umbra ejus delusus est . Ita intelligendus est Tertulliani locus in libro de præscriptione hæreticorum : *Quid ergo dicent , qui [illegible] hæretico , virginem traditam a Christo* ? Porro in codicibus nostris Mazar., Medic. & Fuk. [illegible] habetur, *ἀδιάφθορος ἔμεινεν* , non autem , ut in Regio exemplari , & apud Nicephorum, *ἔμεινε*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 178.

ρεληλύθει τε ἡ γενεὰ ἐκείνη τῶν αὐταῖς ἀκοαῖς τῆς ἐνθέου σοφίας ἐπακοῦσαι κατηξιωμένων, τηνικαῦτα τῆς ἀθέου πλάνης τὴν ἀρχὴν ἐλάμβανεν ἡ σύστασις, διὰ τῆς τῶν ἑτεροδιδασκάλων ἀπάτης· οἳ καὶ ἅτε μηδενὸς ἔτι τῶν Ἀποστόλων λειπομένου, γυμνῇ λοιπὸν ἤδη τῇ κεφαλῇ, τῷ τῆς ἀληθείας κηρύγματι τὴν ψευδώνυμον γνῶσιν ἀντικηρύττειν ἐπεχείρουν.

A dicationis evangelicæ regulam depravare niterentur. Sed postquam sacer Apostolorum cœtus vario mortis genere extinctus est, effluxeratque jam ætas hominum illorum, qui divinam ipsam sapientiam suis auribus auscultare meruerant; tunc demum exorta est impii erroris conspiratio, fraude & malitia falsorum doctorum: qui, utpote nullo amplius ex Apostolis superstite, posthæc nudo, quod ajunt, capite adversus prædicationem veritatis adulterinam doctrinam obtrudere aggressi sunt.

I V.

De tempore quo floruit ipsemet Hegesippus.

Apud eumdem Eusebium, Hist. Eccl. *lib.* IV. *cap.* VIII.

[1] Οἷς κενοτάφια καὶ ναοὺς ἐποίησαν ὡς μέχρι νῦν· ὧν ἐστι Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος· [2] οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος, [3] ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος· καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου, [4] καὶ προφήτας.

B Quibus cenotaphia, templaque exstruxerunt, sicut nunc etiam fieri videmus: Ex quibus fuit Antinous servus Cæsaris Hadriani, in cujus honorem certamen sacrum, quod Antinoium vocant, nostra etiam ætate celebratur. Nam & urbem Antinoo cognominem Hadrianus condidit, & prophetas instituit.

V.

De profectione ad urbem Romam, & de sectis Judaicis.

Apud eumdem Eusebium, Hist. Eccl. *lib.* IV. *cap.* XXII.

Καὶ ἐπέμενεν ἡ ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ, μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ· οἷς συνέμιξα πλέων εἰς Ῥώμην, καὶ συνδιέτριψα τοῖς Κορινθίοις ἡμέρας ἱκανάς· ἐν αἷς συνανεπάημεν τῷ ὀρθῷ λόγῳ. γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ,

Et Corinthiorum quidem, inquit, Ecclesia in re-
C cta fide permansit usque ad Primum ejusdem loci Episcopum: quocum familiariter collocutus sum, dum Romam navigarem; nec paucos dies versatus sum cum Corinthiis, mutuamque ex recta fide consola-

1. Οἷς καινοτάφια,] Rectius apud Nicephorum in libro 3. cap. 26. legitur κενοτάφια. Hieronymus in catalogo sic vertit, *Tumulos etiam templaque fecerunt*. Rufinus vero sic interpretatur: *Quibus templa, immo potius sepulcra fecerunt*.

2. Οὗ καὶ ἄγεται ἀγὼν Ἀντινόειος.] Hic agon in honorem Antinoi ab Hadriano institutus, quinquennalis fuit; & Mantineæ in Arcadia celebrabatur, ut scribit Pausanias in Arcadicis. Male ergo Rufinus agonem annuum de se adjecit. Ejusdem agonis meminit Tertullianus in libro de Corona cap. 13. ubi agonem illum coronarium fuisse testatur his verbis: *Hoc enim superest, ut Olympius Juppiter, & Nemeus Hercules, & misellus Archemorus, & Antinous infelix in Christiano coronentur.*)

3. Ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος.] Hæc est scriptnra codicis Regii, quem fere ubique secutus est Rob. Stephanus. Verum in tribus aliis, Maz. Med. & Fuket. hic locus ita legitur & distinguitur, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. Sed & in Saviliano codice, & apud Nicephorum legitur γενόμενος. Quam quidem lectionem secutus videtur Rufinus, sic enim vertit: *cui agones annui celebrantur, qui Antinoii appellantur, nostris adhuc temporibus instituti*. Certe dubitari non potest, quin hæc lectio priori sit anteferenda. Id enim probare vult Eusebius, Hegesippum floruisse temporibus Hadriani. Quod quidem ex eo concludit, quod Hegesippus testatur, certamen Antinoium sua ætate institutum fuisse. Quod si legamus cum Regio codice ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, tum argumentatio Eusebii non valebit. Sensus enim hic erit, certamen Antinoium adhuc ætate Hegesippi celebratum fuisse. Ex quo tantum abest, ut concludi possit, Hegesippum vixisse imperante Hadriano; quin potius illud consequitur, nonnisi post obitum Hadriani Hegesippum libros suos composuisse. Nam si principatu Hadriani scripsisset Hegesippus, non utique diceret certamen Antinoium adhuc sua ætate actum fuisse: quippe cum Hadrianus sub finem imperii sui agonem illum instituerit. Ceterum hac voces ἐφ' ἡμῶν γενόμενος mallem referre ad vocem Ἀντίνοος, & totum hunc locum ita construere, ὧν ἐστι καὶ Ἀντίνοος, δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος, οὗ καὶ ἀγὼν Ἀντινόειος. Atque ita Hegesippi locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sane Justinus in apologetico de hoc ipso Antinoo loquens sic ait: καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου

4. Καὶ προφήτας.] Hieronymus in catalogo vertit: *civitatemque ex ejus nomine condidit, & prophetas statuit in templo*. Rufinus vero adhuc fusius: *Nam & civitatem condidit ejus nomini Antinoum, & templum ei & sacerdotes instituit ac prophetas*. Sane in Græcis Hegesippi verbis aliquid necessario supplendum est. Nam ἔκτισε προφήτας, Græce vix dici potest. Sed meminisse debemus, Hegesippum simplici admodum ac plebeio sermone scribere, ut heic etiam testatur Eusebius. Itaque græca ejus verba interpretatione adjuvanda sunt. Frustra igitur Salmasius emendare aggressus est in notis ad historiam Augustam pag. 41. Ubi etiam, quinam heic dicerentur prophetæ, non intellexit. Sciendum est igitur apud Ægyptios summum sacerdotem, qui reliquis sacerdotibus & pastophoris præesset, & qui D templorum reditus ceteris distribueret, dictum esse prophetam. Primus enim in templo procedebat cantor, deinde horoscopus, tum scriba, seu ἱερογραμματεὺς, postea vestitor, seu στολιστής; deinde novissimus incedebat propheta, hydriam in sinu gestans, ut docet Clemens Alexandrinus in libro sexto pag. 269. Epiphanius in libro tertio adversus hæreses, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις προφῆται καλούμενοι, τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοί. Eorumdem prophetarum meminit Philostratus in libro 1. de vita Apollonii cap. 1. & Diogenes Laertius in proœmio operis sui. Themistius in oratione 2. & Firmicus in libris Matheseos non semel. Clemens denique in libro 1. Recognitionum haud procul ab initio, *Ægyptum*, inquit, *petam, atque ibi hierophantis, vel prophetis, qui adytis præsunt, amicus efficiar; & pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis*. Fuerunt etiam Idæi Jovis prophetæ in Creta, de quibus Porphyrius in libro 3. de Abstinentia. Porro de E prophetis Antinoi ab Hadriano institutis mentio est in veteri inscriptione græca, quam citavit Casaubonus in notis ad Spartianum. Adde his veterem inscriptionem, quam refert Gruterus pag. 314. ubi Embes quidam Ægyptius προφήτης dicitur, id est sacerdos Serapidis. Quare non mirum est, si Antinous ab Hadriano consecratus prophetas habuit, quippe cum ab Ægyptiis præcipue coleretur. Cur autem Ægyptii prophetas vocarent Antistites suos, hæc mihi causa esse videtur, quod arcana quædam sacra ac mysteria ab iis tradi crederent. Prophetæ enim dicuntur, quasi arcanorum interpretes. Habuit certe Antinous sacra sua ac mysteria, quibus initiabantur qui vellent. Testatur id Pausanias in Arcadicis, καὶ τελετή τε κατὰ ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγών ἐστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου: idest, *& mysteria quotannis, & quinto quoque certamina in honorem ejus celebrantur*.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
178.



[1] διαδοχὴν [a] ἐποιησάμην μέχρις Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος. καὶ παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτὴρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει, ὡς ὁ νόμος κηρύττει καὶ οἱ προφῆται καὶ ὁ Κύριος. ὁ δ' αὐτὸς καὶ τῶν κατ' αὐτὸν αἱρέσεων τὰς ἀρχὰς ὑποτίθεται διὰ τούτων· καὶ μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν δίκαιον ὡς καὶ ὁ Κύριος ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ, πάλιν ὁ ἐκ θείου αὐτοῦ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλωπᾶ καθίσταται ἐπίσκοπος· ὃν προέθεντο πάντες, [2] ὄντα ἀνεψιὸν τοῦ Κυρίου δεύτερον. [3] διὰ τοῦτο ἐκάλουν τὴν ἐκκλησίαν παρθένον· οὔπω γὰρ ἔφθαρτο ἀκοαῖς ματαίαις. [4] ἄρχεται δ' ὁ Θέβουθις διὰ τὸ μὴ γενέσθαι αὐτὸν ἐπίσκοπον, ὑποφθείρειν, [5] ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὢν, καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ, ἀφ' ὧν Σίμων, ὅθεν οἱ Σιμωνιανοί· καὶ Κλεόβιος, ὅθεν Κλεοβιανοί· [6] καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοί· καὶ Γορθαῖος, [7] ὅθεν Γορθηνοὶ, καὶ Μασβωθαῖοι. [8] ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταὶ, καὶ Μαρκιωνισταὶ, καὶ Καρποκρατιανοί· καὶ Οὐαλεντι-

A tionem cepimus. Romam vero cum venissem, mansi ibi apud Anicetum, cujus tum diaconus erat Eleutherus. Post obitum deinde Aniceti successit Soter, quem excepit Eleutherus. In singulis autem Episcoporum successionibus, & per singulas urbes eadem manent, quæ per legem ac Prophetas, & a Domino ipso prædicata sunt. *Hæreseon quoque, quæ ætate sua exortæ sunt, initia idem scriptor exponit his verbis.* Postquam, *inquit*, Jacobus cognomento Justus martyrium perinde ac Dominus pertulit, ob ejusdem doctrinæ prædicationem; rursus frater patruelis Domini Symeon Clopæ filius, Episcopus constituitur: cunctis uno consensu secundum antistitem illum renuntiantibus, eo quod cognatus Domini esset. Et
B Ecclesiam quidem hactenus virginem vocabant, propterea quod vanis sermonibus nondum corrupta fuerat. Primus Thebutis, indigne ferens, quod minime creatus esset Episcopus, eam occulte vitiare est aggressus. Fuit hic e septem illis sectis in Judaico populo proseminatis. Ex quibus fuit etiam Simon, a quo Simoniani fluxerunt; & Cleobius, a quo Cleobiani; & Dositheus, a quo Dositheani; & Gorthæus, a quo Gortheni; & Masbothæus, a quo Masbothæi sunt cognominati. Ex his etiam manarunt Menandriani, & Marcionistæ, & Carpocratiani, & Valentiniani, &

1. *Διαδοχὴν ἐποιησάμην.*] Savilius ad oram sui codicis pro *διαδοχὴν*, correxit *διατριβὴν*; utrum ex conjectura, an ex fide manuscripti exemplaris, incertum: utcumque tamen necessaria est hæc emendatio. Porro in cap. 11. hujus libri, ubi Eusebius hunc Hegesippi locum adduxit, paullo aliter hæc referuntur. Etenim Eusebius illic scri-
C bit, Hegesippum Romam adventasse temporibus Aniceti, & usque ad Pontificatum Eleutheri in urbe Roma permansisse. Hegesippus tamen hoc loco id non dicit: sed tantum ait, se Romæ mansisse usque ad Pontificatum Aniceti. Romam ergo venerat Hegesippus sub extrema Pii tempora.

2. *Ἀνεψιὸν ὄντα τοῦ Κυρίου.*] Male Rufinus, eumque secuti Musculus & Christophorsonus, *consobrinum Domini* verterunt, cum potius fratrem patruelem vertere debuissent. Clopas enim, & Josephus fratres fuerunt. Clopas Symeonis pater fuit, patruus autem Christi. Errant itaque Musculus, & Christophorsonus, qui *θεῖον* hoc loco avunculum interpretati sunt. Sed ineptissime Rufinus *θεῖον* pro adjectivo sumsit. Vide, quæ supra notavi ad caput 32. libri tertii.

3. *Διὰ τοῦτο ἐκάλουν τὴν ἐκκλησίαν παρθένον.*] Melius legeretur *μέχρι τούτου*. Sic enim habet Eusebius in lib. 3. cap. 32. ubi hunc Hegesippi locum adducit.

4. *Ἄρχεται δ' ὁ Θέβουλις.*] In codice Reg. Maz. & Fuk.
D necnon apud Nicephorum legitur *Θέβουθις*. Rufinus *Theobutem* vertit, nominis asperitatem aliquantulum molliens. Sic pro Clopa idem Rufinus, & veteres fere omnes Cleopam dixere. In vetustissimo tamen Rufini codice, qui fuit olim in bibliotheca Parisiensis Ecclesiæ, scribitur *Theobutes*. Ceterum in tribus codicibus Maz. Med. & Fuk. scriptum inveni *ἄρχεται γὰρ ὁ Θέβ.*

5. *Ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὢν.*] Nicephorus ultimam vocem expunxit tamquam superfluam. Sic enim habet, *ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ.* In codice Regio scriptum inveni, *ὧν καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ.* Quod ferri potest, si tollatur distinctio, quæ in omnibus nostris codicibus habetur. Atque ita sensus erit, primum Thebutem aggressum esse vitiare Ecclesiam Hierosolymitanam, inducta pestilenti doctrina septem illarum Judaici populi sectarum, quibus ipse erat addictus. Melius tamen meo quidem judicio legeretur hoc modo, *ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὢν καὶ αὐτὸς τῶν ἐν τῷ λαῷ.* Quod idem valet, ac si diceret:
E Thebutes errorem suum conflaverat ex septem illis sectis Judaici populi, perinde ac Simon, & Cleobius, & Dositheus.

6. *Καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοί.*] Sunt tamen, qui scribant, hunc Dositheum multo antiquiorem fuisse. Certe si Drusio credimus in responsione ad Minerval Serarii cap. 10. vixit hic Dositheus circa tempora Sennacheribi regis Assyriorum. Hieronymus in dialogo adversus Luciferianos: *Taceo de Judaismi hæreticis, qui ante adventum Christi legem traditam dissiparunt: quod Dositheus Samaritanorum princeps prophetas repudiavit: quod Sadducæi ex illius radice nascentes, etiam resurrectionem carnis negaverunt.* Scaliger tamen in Elencho Trihæresii cap. 15. Dositheum Christo recentiorem esse contendit: idque ex Origenis auctoritate, qui in lib. 1. contra Celsum diserte id affirmat. Sed & idem Origenes in tractatu 27. in Matthæum, Dositheum Samaritanum temporibus Apostolorum vixisse scribit, qui se Christum esse jactaverit: & tomo 13. Enarrationum in Evangelium Joannis. Id autem hausisse videtur Origenes ex Clemente Romano, qui in lib. 2. Recognitionum de Simone Mago loquens, ita scribit: *Interfecto etenim, sicut scis & ipse, Baptista Joanne, cum Dositheus hæreseos suæ iniisset exordium cum triginta principalibus discipulis, & alia muliere quæ Luna vocitata est: unde & illi triginta, quasi secundum Lunæ cursum in numero dierum positi videbantur; Simon hic malæ, ut diximus, gloriæ cupidus, accedit ad Dositheum: & simulatis amicitiis, exorat, ut si quando aliquis ex illis triginta obiisset, in locum defuncti se continuo subrogaret: quia neque statutum numerum excedere apud eos fas erat, neque ignotum aliquem inserere, aut nondum probatum. Unde & ceteri studentes digni loco ac numero fieri, secundum sectæ suæ instituta placere per omnia gestiunt, quo possit unusquisque ex his qui illum numerum sequuntur, cum forte aliquis, ut diximus, decesserit, dignus videri, qui in locum defuncti substitui debeat. Igitur Dositheus plurimis ab hoc exoratus, ubi locus intra numerum factus est, introduxit Simonem. Sed hic non multo post incidit in amorem mulieris illius, quam Lunam vocant, &c.* Ex quibus patet Dositheum iisdem cum Simone vixisse temporibus. De Dosithei ætate idem quoque sentit Eulogius Patriarcha Alexandrinus, ut legitur in bibliotheca Photii cod. 230. Eique sententiæ suffragatur Hegesippus in loco, quem præ manibus habemus.

7. *Ὅθεν Γορθηνοί.*] Rectius apud Nicephorum in cap. 7. libri 4. *καὶ Γορθαῖος ὅθεν Γορθαιανοί· καὶ Μασβώθεος ὅθεν Μασβωθεανοί· ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταί*, &c. Quam emendationem confirmat Rufini interpretatio. In codice Regio, Maz. Fuk. & Savil. *Γοραθηνοὶ*: apud Epiphanium in Ancorato *Γοροθηνοὶ* dicuntur: in Panario autem *Γορθηνοὶ*. Porro has hæreses ex septem Judaici populi sectis originem traxisse, recte Hegesippus observat. Nam Simoniani, Dositheani, Gortheni, & reliqua errorum nomina, nihil aliud fuerunt, quam rivi ex Judaicis illis fontibus defluentes. At Theodoritus in libro 1. hæreticarum fabularum cap. 1. has omnes hæreses ex Simonis fonte fluxisse dicit, Cleobianos scilicet, Dositheanos, Gorthenos, Masbotheos, Menandrianos, Eutychitas, & Canistas: *ἐκ τῆς δὲ τῆς πικροτάτης αὐτῆς ἐφύησαν ῥίζης Κλεοβιανοὶ, Δοσιθεανοὶ, Γορθηνοὶ, Μασβώθεοι, Ἀδριανισταὶ, Εὐτυχηταὶ, Κανισταί.* Sed cum constet, ipsam Simonianam hæresim ex Judaicis sectis originem habuisse, rectius dixisset Theodoritus, eas omnes ex Judaicis sectis fuisse propagatas: maxime cum quædam illarum hæreseon Simoniana vetustiores esse videantur, verbi gratia Gorthena, & Dositheana.

8. *Ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταί.*] Prima vox deest in codice Regio, & apud Nicephorum, rectius sine dubio. Ceterum in codice Maz. Med. & Fuk. pro Menandrianistis scriptum est *Ἀδριανισταί*: quomodo etiam legitur apud Theodoritum in lib. 1. hæreticarum fabularum, ut supra vidimus. Rufinus Menandrianos vertit.

a *Διαδοχὴν ἐποιησάμην.*] Pearsono minus probatur Valesii verbo in Differt. 1. *de Success. Rom. Episc.* pag. 24. num. II. Nam, inquit, *μέχρις Ἀνικήτου*, numquam *apud Anicetum* sonat. Sic igitur Hegesippi verba reddenda ipse met contendit: *Romæ vero quum essem, Successionem* (Episcoporum) *confeci usque ad Anicetum, cujus Diaconus erat Eleutherus;* [illegible] *In omni* [illegible] *Successione, & in omni* [illegible] *ita se habet, ut Lex prædicat, & Prophetæ, & D*[illegible].

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 178.

νιανοὶ, καὶ Βασιλειδιανοί, καὶ Σατορνιλιανοί· ἕκαστος ἰδίως καὶ ἑτέρως ἰδίαν δόξαν [1] παρεισήγαγεν. ἀπὸ τούτων Ψευδόχριστοι· Ψευδοπροφῆται· Ψευδαπόστολοι· οἵ τινες ἐμέρισαν τὴν ἕνωσιν τῆς ἐκκλησίας φθοριμαίοις λόγοις κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ τὰς πάλαι γεγενημένας παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεις ἱστορεῖ λέγων. ἦσαν δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ [2] ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα καὶ τοῦ Χριστοῦ αὗται. [3] Ἐσσαῖοι· [4] Γαλιλαῖοι· Ἡμεροβαπτισταί· [5] Μασβωθαῖοι· [6] Σαμαρεῖται· Σαδδουκαῖοι· Φαρισαῖοι.

A Basilidiani, & Saturniliani, aliique qui seorsum singuli proprias opiniones induxerunt. Ex iis orti sunt Pseudochristi, Pseudoprophetæ, Pseudoapostoli: qui adulterinam invehentes doctrinam adversus DEUM, & adversus CHRISTUM ejus, unitatem Ecclesiæ disciderunt. *Idem præterea scriptor sectas illas, quæ quondam apud Judæos invaluerunt, recenset his verbis.* Erant, *inquit*, diversæ sectæ atque sententiæ in circumcisione, inter filios Israel adversus tribum Judæ, & adversus CHRISTUM: Essæi scilicet, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Pharisæi.

V I.

Ex Libro V. Commentariorum.

Ex STEPHANO GOBARO *apud* PHOTIUM *Cod.* CCXXXII. *col.* 893.

Ὅτι τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς δικαίοις ἀγαθὰ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρ-

B Quod [a] *bona quæ præparata sunt justis, nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis*

[a] I. Cor. II. 9.

1. Παρεισήγαγεν.] Ita correxit Robertus Stephanus, cum in omnibus exemplaribus constanter legatur; παρεισηγάγησαν. Qui barbarismus non alienus est ab Hegesippo. In codice tamen Fuketiano scriptum inveni, παρεισηγάγησαν. Apud Nicephorum vero legitur, παρεισήγαγον, quod magis probo.

2. Ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα.] In codice Maz. Med. & Fuk. scriptum inveni, ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ἡ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα, &c. quod quid sibi velit, nescio: nisi forte ita emendare placet, ἐν υἱοῖς Ἰσραηλιτῶν· κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα. Vulgata tamen lectio magis placet, quam & Regius codex, & Nicephorus confirmant. Videtur autem Hegesippus, tribum Judæ ab his omnibus Judaici populi sectis puram ac vacuam existimasse, ita ut nullus e tribu Judæ, Essenorum, aut Sadducæorum, aut Pharisæorum sectam secutus sit. Quod tamen nequaquam verisimile est. Sed hoc ab Hegesippo dictum est in gratiam tribus Judæ, ex qua Christus originem duxit. Omnes igitur illas Judaismi hæreses viguisse ait, apud reliquas decem tribus, quæ proprio ac peculiari vocabulo Israel dicebantur, post divisionem regni Judæorum Roboami temporibus factam. Certe tribus Judæ in libris Prophetarum Ecclesiæ personam denotat: decem vero tribus referuntur ad hæreticos, quorum maxima est multitudo, ut scribit Hieronymus in caput 1. Osee.

3. Ἐσσαῖοι, Γαλιλαῖοι &c.] Hæ sunt septem hæreses Judaici populi, quarum frequenter mentionem facit Hegesippus, ut in libris superioribus vidimus. Sed & Justinus in disputatione adversus Tryphonem totidem recenset hæreses Judæorum, sed eas aliis nominibus appellat. Verba Justini sunt hæc: ὥσπερ οὐδὲ Ἰουδαίους ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις, Γενιστῶν, καὶ Μεριστῶν, καὶ Γαλιλαίων, καὶ Ἑλληνιανῶν, καὶ Φαρισαίων, καὶ Βαπτιστῶν. *Sicut neque Judæos, si quis recte perpenderit, dicat esse Sadducæos, aut ejusmodi hæreses, Genistarum, & Meristarum, Galilæorum, & Hellenianorum, Pharisæorum & Baptistarum.* Epiphanius quoque septem Judaismi hæreses agnoscit. Sed eas ita nominat: Scribas, Pharisæos, Sadducæos, Essæos, Nazaræos, Hemerobaptistas, Herodianos. In indiculo hæreseon, qui tribuitur B. Hieronymo, decem numerantur hæreses Judæorum. Qui locus quoniam illustris est, hic meretur apponi.

I. *Esinei dicunt, Christum docuisse illos omnem abstinentiam.*

II. *Galilæi dicunt, Christum venisse & docuisse eos, ne dicerent dominum Cæsarem, neve ejus monetis uterentur.*

III. *Marbonei dicunt, ipsum esse Christum, qui docuit illos in omni re sabbatizare.*

IV. *Pharisæi negant, Christum venisse, nec ulla in re cum prædictis communicant.*

V. *Sadducæi negant resurrectionem, dicentes: Dictum est ad Adam, terra es, & in terram ibis.*

VI. *Genistæ præsumunt, quoniam de genere Abrahæ sunt.*

VII. *Meristæ, quoniam separant scripturas, non credentes omnibus Prophetis, dicentes aliis & aliis spiritibus prophetasse.*

VIII. *Samaritæ, qui in locum Israel captivo & abducto in Babyloniam, translati sunt. Venientes in terram Samariæ regionis ex parte Israelitarum, consuetudinem quam sacerdote reducto didicerunt, tenent: ex parte Gentilem, quam in nativitatis suæ terra habuerunt. Nam in observationibus suis a Judæis omnino separantur, quorum superstitio procul dubio omnibus nota est.*

IX. *Herodiani: Temporibus Salvatoris hæc hæresis exsurrexit. Hi Herodem magnificabant, dicentes, ipsum esse Christum.*

X. *Hemerobaptistæ, qui quotidie & corpora sua, & domum, & supellectilem lavant.*

Apud Isidorum in lib. 8. Originum octo numerantur hæreses, Pharisæi scilicet, Sadducæi, Esinei, Morbonei, Genistæ, Meristæ, Samaritæ, & Hemerobaptistæ. Denique Clemens in lib. 1. Recognitionum quinque duntaxat sectas Judæorum recenset, quæ schismata appellat: Sadducæos scilicet, Samaritas, Scribas, Pharisæos, & quosdam ex Joannis Baptistæ discipulis. *Cum enim*, inquit, *jam immineret ortus Christi, ad sacrificia quidem reprimenda, baptismi vero gratiam largiendam, inimicus ex his quæ prædicta fuerant, adesse tempus intelligens, diversa schismata operabatur in populo, ut si forte prius peccatum potuisset aboleri, secunda corrigi culpa non posset. Erat ergo primum schisma eorum, qui dicebantur Sadducæi, initio Joannis jam pæne temporibus sumto. Hique ut ceteris justiores, segregare se cœpere a populi cœtu, & mortuorum resurrectionem negare, &c.* Sed & paullo post idem Clemens non plures, quam quinque supradictas numerat sectas Judæorum. Mirabitur fortasse aliquis, cur inter has sectas Essæos prætermiserit. Cujus rei nullam aliam rationem excogitare possumus, nisi quod veteres Ecclesiæ patres Essæis supra modum faverunt.

4. Γαλιλαῖοι.] Hos quoque inter Judæorum hæreticos recenset Justinus, & Hieronymus. Auctor ac princeps hujus sectæ fuit Judas Galilæus, qui post exsilium regis Archelai, cum Romani in Judæa censum agere vellent, populares suos ad retinendam pristinam libertatem excitavit, & quartam sectam invexit Galilæorum, ut scribit Josephus in libro 2. de bello Judaico.

5. Μασβωθαῖοι.] In tribus nostris codicibus Maz. Med. & Fuket. legitur Μασβώθεοι accentu in antepenultimam syllabam rejecto. In indiculo Hieronymi Marbonei dicuntur; apud Isidorum vero Morbonei. Ceterum hi Masbothæi distinguendi sunt ab illis, quorum paullo ante meminit Hegesippus. Hi enim erant ex septem sectis Judaici populi quæ circa Christi tempora exortæ sunt. Illi vero ex septem illis Judæorum sectis propagati sunt, perinde ac Simoniani, Dositheani, atque Gortheni. Mihi quidem mendum subesse videtur in alterutro Hegesippi loco. Apud Rufinum Masbuthei dicuntur illi inter Judaicas sectas quarto loco numerati. Alii vero ex illis prognati sectis dicuntur Masbutheani. Sic enim scribitur in optimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

6. Σαμαρεῖται.] Rectius Epiphanius Samaritas a Judæis distinxit; & Judæorum quidem septem hæreses recensuit; Samaritanorum vero quatuor. Hegesippum tamen secuti sunt Hieronymus, seu quisquis est auctor Indiculi, Isidorus, Honorius Augustodunensis & alii: qui Samaritas inter Judæorum hæreses retulerunt, late scilicet sumentes nomen Judæorum. Atque ita sensisse videtur Hegesippus, cum ait, ἦσαν δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ. Sed quod subjicit, ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ, id jam excusari non potest, cum Samaritani numquam pro filiis Israel habiti fuerint.

δίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Ἡγήσιππος μέν τοι, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικὸς, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων, οὐκ [a] οἶδα ὅ, τι καὶ παθὼν, μάτην μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα λέγει, καὶ καταψεύδεσθαι τοὺς ταῦτα φαμένους τῶν τε θείων γραφῶν, καὶ τοῦ Κυρίου λέγοντος· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, καὶ τὰ ἑξῆς.

A *ascenderunt*. Quamquam *Hegesippus*, vir antiquus & apostolicus, libro quinto Commentariorum, haud scio quid in animo habens (*aut* quanam ratione permotus,) frustra hæc dici ait; & eos qui hæc loquuntur, mentiri adversus sacram Scripturam, & contra Dominum dicentem: [a] *Beati oculi vestri qui vident, & aures vestræ quæ audiunt &c.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 178.

VII.

Apud GEORGIUM SYNCELLUM *in* Chronograph. *pag.* 344.

Τούτου (Κλήμεντος) ἐπιστολὴ μία γνησία Κορινθίοις φέρεται, ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας γραφεῖσα, στάσεως ἐν Κορίνθῳ συμβάσης τότε, ὡς μαρτυρεῖ Ἡγήσιππος, ἥτις καὶ ἐκκλησιάζεται.


B Hujus (Clementis) germanam ad Corinthios Epistolam, quasi a Romana Ecclesia, tumultus cujusdam Corinthi exorti occasione scriptam, ab Ecclesia vulgo recipi, & coram publice legi, auctor est *Hegesippus*.

a Matth. XIII. 16.

a Οὐκ οἶδα ὅ, τι καὶ παθών.] Coteterius, cujus versionem sexti hujus Fragmenti utpote exactiorem protulimus, in notis ad *Constit. Apost.* lib. 6. cap. 16. ad hunc locum hæc habet: Quia teste Hieronymo in *Esaiæ* LXIV. 4. legebatur in opere apocrypho inscripto *Ascensio Esaiæ*, quod ab Apostolo citatur 1. *Cor.* 11. 9. *Quod oculus non vidit* &c. accusat autem Hegesippum Stephanus Gobarus Tritheita apud Photium, quod hoc esse falsum putaverit: suspicari quis posset ita factum ab Hegesippo in contemtum voluminis apocryphi. Verum aliter ego conjicio, ac Hegesippum culpa carere arbitror: ut qui non neget verum aliquando exstitisse, ea quæ Deus suis præparavit, invisa esse, inaudita & incognita; sed qui velit, amplius verum non esse post incarnationem & missionem sancti Spiritus: subjungente Paullo, *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum*; atque Hegesippo confirmante sententiam suam per testimonium *Matth.* XIII. Hactenus vir doctissimus.



Sæcul. II. circa Ann. Chr. 181.



ἙΡΜΙΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΔΙΑΣΥΡΜΟΣ

ΤΩΝ ΕΞΩ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ.

HERMIÆ PHILOSOPHI

IRRISIO

GENTILIUM PHILOSOPHORUM.

Ex interpretatione Raphaelis Seileri, *pluribus locis emendata.*

A I. ΠΑΥΛΟΣ ὁ μακάριος ἀπόστολος, τοῖς τὴν Ἑλλάδα τὴν Λακονικὴν παροικοῦσι Κορινθίοις γράφων, ὦ [a] ἀγαπητοί, ἀπεφήνατο λέγων· ἡ σοφία τοῦ κόσμου τούτου μωρία παρὰ τῷ Θεῷ, οὐκ ἀσκόπως εἰπών. δοκεῖ γάρ μοι τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι ἀπὸ τῆς [2] τῶν ἀγγέλων ἀποστασίας. δι' ἣν αἰτίαν οὐδὲ σύμφωνα, οὐδὲ ὁμόλογα οἱ φιλόσοφοι πρὸς ἀλλήλους λέγοντες, ἐκτίθενται τὰ δόγματα. οἱ μὲν γάρ φασιν αὐτῶν ψυχὴν εἶναι τὸ πῦρ, οἷον Δημόκριτος, τὸν ἀέρα, οἱ Στωϊκοί· οἱ δὲ τὸν νοῦν, οἱ δὲ τὴν κίνησιν, [3] Ἡράκλειτος· οἱ δὲ τὴν ἀναθυμίασιν· οἱ δὲ δύναμιν ἀπὸ τῶν ἄστρων ῥέουσαν· οἱ δὲ ἀριθμὸν κινητικὸν, Πυθαγόρας· οἱ δὲ ὕδωρ [4] γονοποιὸν, Ἵππων· οἱ δὲ στοιχεῖον ἀπὸ στοιχείων· B οἱ δὲ ἁρμονίαν, Δείναρχος· οἱ δὲ τὸ αἷμα, Κριτίας· οἱ δὲ τὸ πνεῦμα· οἱ δὲ τὴν μονάδα, Πυθαγόρας· καὶ οἱ παλαιοὶ τὰ ἐναντία. πόσοι λόγοι περὶ τούτων; ἐπιχειρήσεις πόσαι; πόσαι [5] δὲ καὶ σοφιστῶν ἐριζόντων μᾶλλον, ἢ τἀληθὲς εὑρισκόντων;

I. Beatus Apostolus Paullus Corinthiis qui juxta Laconicam Græciam habitant, scribens, dilecti, sic pronuntiat: [a] *Sapientia mundi hujus apud Deum stultitia est*; haud præter rei veritatem loquutus. Videtur enim mihi ab angelorum defectione principium accepisse: quam ob caussam nec verbis nec sententiis consentanea inter se philosophi dixerunt, dum dogmata exponunt. Nam eorum alii dicunt, animum ignem esse, ut Democritus: alii aerem, ut Stoici: alii mentem, alii motionem, ut Heraclitus: alii exhalationem, alii vim a sideribus promanantem: alii numerum movendi vi præditum, ut Pythagoras; alii aquam genitalem, ut Hippon: alii elementum ab elementis: alii harmoniam, ut Dinarchus: alii sanguinem, ut Critias: alii spiritum: alii unitatem, ut Pythagoras: & prisci diversa. Quot de his sententiæ? Quot philosophorum & sophistarum, contendentium magis quam veritatem invenientium, argumentationes?

Ἀλλὰ γὰρ ἔστω· στασιάζουσι μὲν περὶ τῆς ψυχῆς, τὰ δὲ λοιπὰ περὶ αὐτῆς ὁμονοοῦντες ἀπεφήναντο. καὶ ἄλλοι [6] τὴν ἡδονὴν, αὐτῆς ὁ μέν τις ἀγαθὸν καλεῖ, ὁ δέ τις κακὸν, ὁ δ' αὖ [7] μέσον ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ. τὴν δὲ φύσιν αὐτῆς, οἱ μὲν ἀθάνατόν φασι, οἱ δὲ θνητὴν, οἱ δὲ πρὸς ὀλίγον C

II. Verum esto, de anima inter se dissentiant: at de ceteris concordes pronuntiaverunt. Atqui alius voluptatem, ejus bonum, alius malum, alius rursum medium inter bonum & malum appellat. Ejus porro naturam alii ad parvum aliquod tempus permanere, alii eam in bestiarum conditionem de-

[a] I. Cor. III. 19.

1. Ἑρμίου.] Codex Ortobonianus Ἑρμείου. Sic etiam alius codex e bibliotheca Cæsarea citatus in edit. Oxon. Codex Vaticanus Ἑρμείου τοῦ φιλοσόφου.

2. Τῶν ἀγγέλων ἀποστασίας.] Non solus ita sensit Hermias. Præter eos qui malas & perniciosas artes a diabolo inventas dicunt, non defuere qui ipsam philosophiam eidem adscriberent. Hos refellit pluribus locis Clemens Alexandrinus, præsertim Strom. 1. p. 310. & Strom. 6. p. 647. ubi demonstrat, etiam si philosophiam angelorum aliquis furto sublatam hominibus tradiderit, id non insciente Deo, sed potius furtum ad hominum utilitatem convertente factum esse.

3. Ἡράκλειτος.] Non multa opus est animi contentione, ut Heracliti & sequentium philosophorum nomina in contextum ex margine venisse perspiciamus. In codd. Angl. Vat. & Ottobon. legitur οἷον τὸν ἀέρα, nec in cod. Angl. D habetur οἱ Στωϊκοί. Ex quo eruditus Oxoniensis editor conjicit scriptum fuisse, ut apud Justinum Cohort. n. 7. οἱ δὲ τὸν ἀέρα. Non omittenda ejusdem eruditi observatio, nempe Heracliti nomen non suo loco positum fuisse a librariis, sed poni debuisse post ἀναθυμίασιν. Animam enim, Heracliti judicio, exhalationem esse probat ex Plutarcho de Placit. Philosoph. l. 4. c. 3.

4. Γονοποιόν.] Codex mss. Angl. γονοποιῶν.

5. Πόσαι δὲ καί.] Deest aliquod nomen. Legitur in codice Vat. ἐπιχειρήσεις πόσαι δὲ σοφιστῶν. Tota res enitesceret si scriptum fuisset, πόσαι δὲ καὶ σοφιστῶν ἐπιχειρήσεις. Paullo ante Thomas Gale, cujus observationes non paucæ sunt in edit. Oxon. legendum putat, καὶ ἄλλοι αὖ ἐναντία. Legere mallem, καὶ οἱ πάλιν τὰ ἐναντία.

6. Τὴν ἡδονὴν, αὐτῆς.] Thomas Gale legendum putat δύναμιν αὐτῆς vel ἰδέαν αὐτῆς: *Quis enim*, inquit, *statuerit malum, esse voluptatem animæ?* Sed virum eruditum decepit vitiosa interpunctio, quam apposita post ἡδονὴν virgula sustulimus. Scilicet Hermias non dicit bonum vel malum esse, ex nonnullorum philosophorum sententia, voluptatem animæ: sed voluptatem ab aliis, ut Epicureis, dici bonum animæ, ab aliis vero medium quiddam inter bonum & malum.

7. Μέσον.] Cod. Vat. habet μέσην.

a Ὦ ἀγαπητοί.] Hinc apparet tractatum istum Hermiæ, more Orationis seu Homiliæ apud auditores suos habitum fuisse. VVorth.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 181.



ἐπιδιαιρέμενουσαν, οἱ δὲ ἀποθηριοῦσιν αὐτήν, οἱ δὲ εἰς ἀτόμους διαλύουσιν, [1] οἱ δὲ τρὶς ἐνσωματοῦσιν, οἱ δὲ τρισχιλίων ἐτῶν περιόδους [2] αὐτῇ ὁρίζουσιν. καὶ γὰρ εἰ μηδὲ ἑκατὸν ἔτη ζῶντες, περὶ τρισχιλίων ἐτῶν μελλόντων [3] ἐπαγγέλλονται. ταῦτα οὖν τί χρὴ καλεῖν; ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, τερατείαν, ἢ ἄνοιαν, ἢ μανίαν, ἢ στάσιν, ἢ ὁμοῦ πάντα. εἰ μέν τι ἀληθὲς [4] εὑρήκασιν, ὁμονοησάτωσαν, ἢ [5] συγκατατιθέσθωσαν, κἀγὼ τότε ἄσμενος αὐτοῖς πεισθήσομαι. εἰ δὲ ἀντισπῶσι τὴν ψυχήν, καὶ ἀνθέλκουσιν [6] ἄλλως εἰς ἄλλην φύσιν, ἕτερος δὲ εἰς ἑτέραν οὐσίαν, ὕλην δὲ ἐξ ὕλης [7] μεταβάλλουσιν· ὁμολογῶ γὰρ ἄχθεσθαι τῇ [8] παλιρροίᾳ τῶν πραγμάτων. νῦν μὲν ἀθάνατός εἰμι καὶ γέγηθα· νῦν δ' αὖ θνητὸς γίνομαι καὶ δακρύω· ἄρτι δὲ εἰς ἀτόμους διαλύομαι· ὕδωρ γίνομαι, καὶ ἀὴρ γίνομαι, πῦρ γίνομαι· εἶτα μετ' ὀλίγον, οὔτε ἀὴρ, οὔτε πῦρ· θηρίον με ποιεῖ, [9] ἰχθύν με ποιεῖ. [10] πάλιν οὖν ἀδελφοὺς ἔχω δελφῖνας. ὅταν δὲ ἐμαυτὸν ἰδὼν [a], φοβοῦμαι τὸ σῶμα, καὶ οὐκ οἶδα ὅπως αὐτὸ καλέσω, ἄνθρωπον, ἢ κύνα, ἢ λύκον, ἢ ταῦρον, ἢ ὄρνιν, ἢ ὄφιν, ἢ δράκοντα, ἢ χίμαιραν. εἰς πάντα γὰρ τὰ θηρία ὑπὸ τῶν φιλοσοφούντων μεταβάλλομαι, χερσαῖα, ἔνυδρα, πτηνὰ, πολύμορφα, ἄγρια, τιθασσὰ, ἄφωνα, εὔφωνα, ἄλογα, [11] λογικά. νήχομαι, ἵπταμαι [b], πέτομαι, ἕρπω, θέω, καθίζω. ἔστι δὲ ὁ Ἐμπεδοκλῆς, καὶ θάμνον με ποιεῖ.

Ὅπου τοίνυν τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν ὁμογνωμόνως εὑρεῖν οὐχ οἷόν τε τοῖς φιλοσοφοῦσι, σχολῇ γ' ἂν περὶ τῶν θεῶν, ἢ περὶ κόσμου δυνάιντο τἀληθὲς ἀποφήνασθαι. καὶ γὰρ ταύτην [c] ἀνδρείαν ἔχουσιν, ἵνα μὴ τὴν ἐμπληξίαν εἴπω. [12] εἰ γὰρ τὴν ἰδίαν ψυχὴν εὑρεῖν οὐ δυνάμενοι, οὐ ζητοῦσι τὴν [13] φύσιν τῶν θεῶν αὐτῶν· καὶ οἱ τὸ ἴδιον σῶμα οὐκ εἰδότες, τὴν τοῦ κόσμου φύσιν περιεργάζονται. πάνυ γοῦν περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς φύσεως ἀνθίστανται ἀλλήλοις. ὅταν μὲν Ἀναξαγόρας παραλάβῃ με, ταῦτα παιδεύει· ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς, καὶ οὗτος αἴτιος καὶ κύριος τῶν ὅλων, καὶ παρέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις, καὶ κίνησιν τοῖς ἀκινήτοις, καὶ διάκρισιν τοῖς μεμιγμένοις, καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις. ταῦτα λέγων Ἀναξαγόρας ἐστί μοι φίλος, καὶ τῷ δόγματι πείθομαι. ἀλλ' ἀνθίστανται [d] τούτῳ Μέλισσος καὶ Παρμενίδης. ὅ γε μὴν Παρμενίδης καὶ [14] ποιητικοῖς ἔπε-

A volvunt, alii in corporum individua dissolvunt, alii ter ad corpora transire, alii ter mille annorum circuitum ei præfiniunt. Et qui ne centum quidem annos vivunt, de tribus futuris annorum millibus pollicentur. Hæc igitur quid aliud nominanda sunt, quam ut mihi sane videtur, portentum, aut dementia, aut insania, aut dissidium, aut hæc simul omnia? Quod si verum aliquid invenerunt; aut eadem proferant, aut alius alii assentiatur: tunc & ego libens ei obtemperabo. Sed si animum divellunt, atque trahunt, alius in aliam naturam, alius in aliam essentiam, ac materiam ex materia mutant; fateor me crebram rerum conversionem moleste ferre. Nunc immortalis sum, & gaudeo: nunc contra B mortalis fio, & ploro: mox in individua corpora solvor: aqua fio, fio aer, fio ignis: paullo post nec aer, nec ignis: feram me facit, piscem me facit. Itaque vicissim fratres habeo delphinos: cum vero me intueor, corpus pertimesco, & nescio quo nomine id vocem, hominemne, an canem, an lupum, an taurum, an avem, an serpentem, an draconem, an chymæram. In cunctas enim bestias ab illis sapientiæ studiosis commutor, terrestres, aquatiles, volucres, multiformes, agrestes, cicures, mutas, vocales, brutas, ratione munitas. Nato, volo, sublimis in aere feror, serpo, curro, sedeo. Offert autem sese Empedocles, & arbustum me facit.

C

III. Cum igitur hominis animum philosophi concordes deprehendere non possint; multo minus, de diis aut mundo, verum pronuntiare poterunt. Etenim ea fortitudine præditi sunt, ne stuporem potius dicam: nam qui suum animum invenire nequeunt, ipsorum deorum naturam quærunt; & qui suum corpus ignorant, supervacaneum in mundi naturam indaganda laborem sumunt. In naturæ certe principiis alii aliis summopere adversantur. Ubi Anaxagoras me exceperit, hæc docebit: Mens omnium est initium, eaque caussa & domina omnium est, & ordinem confusis præbet, & motionem immobilibus, & discrimen commistis, & ornatum in- D ornatis. Hæc cum dicit Anaxagoras, amicus mihi est, & ipsius sententiæ me subjicio. At obsistunt illi Melissus & Parmenides: quorum hic poeticis etiam versibus prædicat, hoc quod sit, unum &

1. Οἱ δὲ τρὶς ἐνσωματοῦσιν. οἱ δὲ τρισχιλίων.] Posterior editio Paris. habet τρίτου σωματοῦσι. At aliæ editiones, codd. Vat. & Angl. τρὶς ἐνσωματοῦσι. Unde non immerito factum in edit. Oxon, τρὶς ἐνσωματοῦσι. Hæc autem in Platonem dicta sunt, qui in Phædro p. 248. postquam vulgares animas statuit non eo redire, unde primum profectæ sunt, nisi elapsis decem annorum millibus, sic de philosophorum animabus loquitur: *αὗται δὲ τρίτῃ περιόδῳ τῇ χιλιετεῖ, ἐὰν ἕλωνται τρὶς ἐφεξῆς τὸν βίον τοῦτον, οὕτω πτερωθεῖσαι, τρισχιλιοστῷ ἔτει ἀπέρχονται. Hæ autem tertio mille annorum circuitu elapso, si tribus hanc vitam vicibus elegerint, sic recuperatis alis abeunt.*

2. Αὐτῇ.] Cod. Vat. αὐτῆς.

3. Ἐπαγγέλλονται.] Sic emendavimus ex cod. Vat. Editi habent ἀπαγγέλλονται. Videtur legendum α' μηδὲ.

4. Εὑρήκασι.] Sic Fronto Ducæus, edit. Oxon. & cod. Vat. alii εὑρήκασαν aut εὑρήκαμεν.

5. Συγκατατιθέσθωσαν.] Ita cod. Vat. Editi omnes præter Oxon. συγκατατιθέσθωσαν. Mox Angl. ἀσμένως.

6. Ἄλλως.] Ducæus ἄλλος, atque ita legendum monet editor. Oxon.

7. Μεταβάλλουσι.] Ita edit. Oxon. Codd. Vat. Angl. habent μεταλαμβάνουσι. Aliæ editiones μεταβάλλουσαν. Legendum etiam monet eruditus editor Oxon. οἱ δὲ ἀντισπῶσι. Sed postulat sententiæ series, ut ex duabus periodis una fiat, & voculam post ὁμολογῶ aut redundare dicamus, aut legamus ὁμολογῶ γε. Hæc enim est Hermiæ sententia: Si quid veri invenerunt, libenter eis obtemperabo. Sed si animum divellunt ac trahunt alius in aliam naturam ... fateor me crebram rerum conversionem moleste ferre. Frustra Thomas Gale legendum putat ἄλλην δὲ ἐξ ἄλλης pro ὕλην δὲ ἐξ ὕλης.

8. Παλιρροίᾳ.] Sic Cod. Ottobon. & Fronto Duc. & editio Oxoniensis. Cod. Vat. habet πολυρροίᾳ. Editiones aliæ παλεροίᾳ.

9. Ἰχθύν με ποιεῖ.] Hæc non solum dicta videntur in Empedoclem, qui ut testatur Tertullianus in libro de Anima cap. 32. dicebat, *Thamnus* & *piscis fui*; sed in E ipsum etiam Platonem, qui sub finem Timæi hominum genus maxime ineptum & stolidum in pisces mutatum iri fabulatur.

10. Πάλιν.] Ita Vat. & Ottobon. Editi πάλαι.

11. Λογικά.] Θηρία vocari solent omnes belluæ. At Hermias omne animalis genus sic vocat.

12. Εἰ γάρ.] Legendum οἱ γὰρ admonuit eruditus editor Oxon.

13. Φύσιν.] Hanc vocem addidi ex codd. Angl. & Vat. desumtam: negatio ante ζητοῦσι omnino tollenda, ut observavit eruditus editor Oxon. nisi forte interrogationis nota ponatur.

14. Ποιητικοῖς.] Expungendum putat eruditus Oxon. editor.


a Ἰδών.] Lege ἴδω. WORTH.

b Ἵπταμαι, πέτομαι.] Alteram harum vocum, explicationis gratia adscriptam in margine, scriba arripuit in textum. ID.

c Ἀνδρείαν.] An non melius ἀναιδείαν? GALE.

d Τούτῳ.] Sic lego cum Worthio erudito editori Oxoniensi, pro αὐτῷ quod habent editi.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 181.



σιν ἀνακηρύσσει τὴν οὐσίαν ἓν εἶναι, καὶ ἀΐδιον, A καὶ ἄπειρον, καὶ ἀκίνητον, καὶ [1] παντὶ ὅμοιον. πάλιν οὖν εἰς τοῦτο τὸ δόγμα οὐκ οἶδ' ὅπως μεταβάλλομαι· ὁ [2] Παρμενίδης τὸν Αναξαγόραν τῆς [3] ἐμῆς ἐξήλασεν. ἐπειδὰν δὲ ἡγήσομαι δόγμα ἔχειν ἀκίνητον, Αναξιμένης ὑπολαβὼν ἀντικέκραγεν· ἀλλὰ ἐγώ σοι φημὶ, τὸ πᾶν ἐστιν ἀὴρ· καὶ οὗτος πυκνούμενος καὶ συνιστάμενος, ὕδωρ [4] καὶ ἀὴρ γίνεται· ἀραιούμενος δὲ καὶ διαχεόμενος, αἰθὴρ καὶ πῦρ· εἰς δὲ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἐπανιὼν, ἀὴρ ἀραιός· εἰ δὲ καὶ πυκνωθῇ, [5] φησιν, ἐξαλλάσσεται. καὶ πάλιν [6] αὐτῷ τοῦτο μεθαρμόζομαι, καὶ τὸν Αναξιμένην φιλῶ.

Ο δὲ Εμπεδοκλῆς ἄντικρυς ἕστηκεν ἐμβριμώμενος, καὶ ἀπὸ τῆς Αἴτνης μέγα βοῶν· ἀρχαὶ τῶν πάν- B των ἔχθρα καὶ φιλία, ἡ μὲν συνάγουσα, ἡ δὲ διακρίνουσα· καὶ τὸ νεῖκος αὐτῶν ποιεῖ τὰ πάντα. ὁρίζομαι δὲ αὐτὰ καὶ ὅμοια, καὶ ἀνόμοια, καὶ ἄπειρα, καὶ πέρας ἔχοντα, καὶ ἀΐδια, καὶ γινόμενα. Εὖγε ὦ Εμπεδόκλεις, ἕπομαί σοι καὶ μέχρι τῶν κρατήρων τοῦ πυρός. ἀλλ' ἐπὶ [7] θάτερα Πρωταγόρας ἑστηκὼς ἀνθέλκει με, φάσκων· ὅρος καὶ κρίσις τῶν πραγμάτων ὁ ἄνθρωπος, καὶ τὰ μὲν ὑποπίπτοντα ταῖς αἰσθήσεσίν ἐστιν πράγματα· τὰ δὲ μὴ ὑποπίπτοντα οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς εἴδεσι τῆς οὐσίας. τούτῳ τῷ λόγῳ κολακευόμενος ὑπὸ Πρωταγόρου, τέρπομαι, ὅτι τὸ πᾶν ἢ τὸ πλεῖστον τῷ ἀνθρώπῳ μένει. ἀλλαχόθεν δέ μοι Θαλῆς τὴν ἀλήθειαν [8] νεύει, ὁριζόμενος ὕδωρ τοῦ παντὸς ἀρχὴν, C καὶ ἐκ τοῦ ὑγροῦ τὰ πάντα συνίσταται, καὶ εἰς ὑγρὸν ἀναλύεται, καὶ ἡ γῆ ἐπὶ ὕδατος ὀχεῖται. διὰ τί τοίνυν μὴ πειθῶ Θαλῇ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν Ιώνων; ἀλλ' ὁ πολίτης [9] αὐτὸς Αναξίμανδρος τοῦ ὑγροῦ πρεσβυτέραν ἀρχὴν εἶναι λέγει τὴν ἀΐδιον κίνησιν, καὶ ταύτῃ τὰ μὲν γεννᾶσθαι, τὰ δὲ φθείρεσθαι. καὶ δὴ τοίνυν πιστὸς Αναξίμανδρος ἔστω.

Καὶ μὴν οὐκ εὐδοκιμεῖ Αρχέλαος, ἀποφαινόμενος τῶν ὅλων ἀρχὰς θερμὸν καὶ ψυχρόν; ἀλλὰ καὶ [10] τούτου πάλιν ὁ μεγαλόφωνος Πλάτων οὐχ ὁμολογεῖ, λέγων ἀρχὰς εἶναι θεὸν καὶ ὕλην καὶ παρά- D δειγμα. νῦν μὲν καὶ δὴ πέπεισμαι. πῶς γὰρ οὐ μέλλω πιστεύειν φιλοσόφῳ τῷ τοῦ Διὸς ἅρμα πεποιηκότι; κατόπιν δὲ αὐτοῦ μαθητὴς Αριστοτέλης ἕστηκε, ζηλοτυπῶν τὸν διδάσκαλον τῆς ἁρματοποιΐας. οὗτος ἀρχὰς ἄλλας ὁρίζεται, τὸ ποιεῖν, καὶ τὸ πάσχειν· καὶ τὸ μὲν ποιοῦν ἀπαθὲς εἶναι, τὸν αἰθέρα· τὸ δὲ πάσχον, ἔχον ποιότητας τέσσαρας, ξηρότητα, ὑγρότητα, θερμότητα, ψυχρότητα. τῇ γὰρ τούτων εἰς ἄλληλα μεταβολῇ πάντα γίνεται καὶ φθείρεται. κεκμήκαμεν ἤδη [11] μεταμελόμενοι ἄνω καὶ κάτω τοῖς δόγμασι. πλὴν [12] ἔπι γε τῆς Αριστοτέλους γνώμης στήσομαι, καὶ μηκέτι μοι μηδὲ εἷς λόγος ὀχλείτω.

E

Αλλὰ [13] τί δὴ τὰ πάθοιμ' ἄν; νευροκοποῦσι γάρ μου τὴν ψυχὴν ἀρχαιότεροι τούτων γέροντες. Φερεκύδης μὲν ἀρχὰς εἶναι λέγων Ζῆνα, καὶ Χθονίην, καὶ Κρόνον· Ζῆνα μὲν τὸν αἰθέρα, Χθονίην δὲ τὴν γῆν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον. ὁ μὲν αἰθὴρ τὸ ποιοῦν, ἡ δὲ γῆ τὸ πάσχον, ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὰ γινόμενα. [14] ζηλοτύποι τοίνυν τῶν γερόντων πρὸς

A æternum, & infinitum, & immobile, & omnino simile esse. Rursus igitur, nescio quo pacto, in hanc opinionem concedo; & Parmenides Anaxogaram animo meo expellit. Postquam autem me firmam habere sententiam existimo, Anaximenes vices excipiens, contrarium vociferatur: immo dico tibi, universum quod est, id aer est: qui densatus & concretus, aqua & aer fit: sin rarescat & diffundatur, æther & ignis: in suam vero naturam reversus, aer liquidus: sin densetur, inquit, mutatur. Rursus in hanc quoque sententiam transeo, & jam Anaximenem diligo.

IV. Sed Empedocles contrarius obstat, minas ja- B ctans, & ab Ætna magnum clamitans: Principia omnium sunt inimicitia & amicitia: quarum hæc congregat, illa dissipat; & earum contentio cuncta facit. Definio autem ea, & similia esse, & dissimilia: & infinita, & extremum habentia: & æterna, & facta. Euge Empedocles, te sequor, etiam usque ad crateres ignis. Ab altera autem parte stans Protagoras me distrahit, dicens: Terminus & judicium rerum, homo est: & quæ in sensus cadunt, res sunt; quæ vero in eos non cadunt, ne in naturæ quidem formis exsistunt. Hoc vero sermone a Protagora delinitus, delector, quod aut omnia, aut certe plurima, homini relinquantur. Aliunde autem Thales veritatem mihi sug- C gerit, aquam universorum esse primordium statuens, & ex humido cuncta constare, & in humidum resolvi, & terram in aqua ferri. Cur igitur Thaleti non crediderim, Jonum antiquissimo? Verum civis ejus Anaximander æternam illam motionem humido vetustiorem esse dicit, eaque alia oriri, alia interire. Itaque fides Anaximandro adhiberi debet.

V. Nonne vero celebratur Archelaus, qui universitatis principium esse calidum & frigidum statuit. Sed huic magniloquus Plato non assentitur, D qui rerum exordia, Deum, & materiam, & exemplar esse dixit. Jam vero persuasum mihi est. Quid ni vero, cum philosopho qui Jovis currum etiam fecerit, crediturus sim? A tergo autem stat ejus discipulus Aristoteles, qui magistrum ob currus fabricationem illam æmulatur. Ille alia principia describit, facere nimirum & pati. Ac id quidem quod faciat, nulla re affici, videlicet ætherem: id vero quod patiatur, quatuor habere qualitates, ariditatem, humiditatem, caliditatem, frigiditatem: horum enim mutua inter se mutatione omnia & oriri, & interire. Defatigatus jam sum, sursum ac deorsum opinionibus jactatus. Verum Aristotelis sententiæ stabo, neque ulla amplius sententia tumultum mihi concitabit.

E

VI. Sed quid agam? nam senes his vetustiores, animi mei nervos incidunt: Pherecydes, qui principia esse dixit, Jovem, Tellurem & Saturnum: Jovem ætherem, Tellurem terram, Saturnum tempus. Ac ætherem quidem producere, terram autem ferre: tempus vero esse, in quo fiant omnia. At inter senes illos etiam est æmulatio. Etenim hæc

1. Παντὶ,] Vel legendum πάντῃ ut idem monet, vel fortasse πᾶν τι.
2. Παρμενίδης.] Legitur in codice Vaticano ὁ Παρμενίδης καὶ τόν. At legendum καὶ ὁ Παρμενίδης.
3. Τῆς ἐμῆς.] Deest διανοίας aut aliquid simile, ut observatur in edit. Oxon.
4. Καὶ ἀήρ.] Legendum καὶ γῆ monet eruditus VVorthius. Hæc verba omisit interpres, ut plane repugnantia.
5. Φησίν.] Ita Vat. Editi φῇ.
6. Αὐτῷ τοῦτο.] Supple κατὰ, nec necesse est legere τούτῳ, ut voluit Thomas Gale.
7. Επὶ θάτερα.] Vat. ἐπὶ θατέρῳ.
8. Νεύει.] Mallet μηνύει Thomas Gale.
9. Αὐτός.] Leg. αὐτοῦ. VVORTH.
10. Τούτου.] Idem legendum monet τούτῳ.
11. Μεταμελόμενοι.] Melius multo μεταβαλλόμενοι, ut observat Thomas Gale.
12. Ετι γε.] Legendum ἐπί γε idem observat.
13. Τί δὴ τά.] Leg. δῆτα.
14. Ζηλοτύποι.] Vat. & Angl. ζηλοτυπεῖ. Mallet Thomas Gale ζηλοτυπία.

ἀλλήλους. ταῦτα γάρ τοι πάντα ὁ Λεύκιππος λῆρον ἡγούμενος, ἀρχὰς εἶναί φησι τὰ ἄπειρα, καὶ [1] ἀκίνητα, καὶ ἐλάχιστα· καὶ τὰ μὲν λεπτομερῆ ἄνω χωρήσαντα, πῦρ καὶ ἀέρα γενέσθαι· τὰ δὲ παχυμερῆ κάτω ὑποστάντα, ὕδωρ καὶ γῆν. μέχρι που τὰ τοσαῦτα διδάσκομαι, μηδὲν ἀληθὲς μανθάνων; πλὴν εἰ μή τί γε Δημόκριτος ἀπαλλάξει με τῆς πλάνης, ἀποφαινόμενος ἀρχὰς τὸ ὂν, καὶ τὸ μὴ ὄν· καὶ τὸ μὲν ὂν, πλῆρες· τὸ δὲ μὴ ὂν, κενόν· τὸ δὲ πλῆρες ἐν τῷ κενῷ τροπῇ, ἢ ῥυθμῷ ποιεῖ τὰ πάντα. ἴσως ἂν πεισθείην τῷ καλῷ Δημοκρίτῳ, καὶ βουλοίμην ἂν σὺν αὐτῷ γελᾶν, εἰ μὴ μεταπείθοι μὲν Ἡράκλειτος, κλαίων ὁμοῦ καὶ λέγων· ἀρχὴ τῶν ὅλων τὸ πῦρ· δύο δὲ αὐτοῦ πάθη, ἀραιότης ϗ πυκνότης· ἡ μὲν ποιοῦσα, ἡ δὲ πάσχουσα· ἡ μὲν συγκρίνουσα, ἡ δὲ διακρίνουσα. ἱκανῶς ἔχει μοι, κἂν ἤδη μεθύω ταῖς τοσαύταις ἀρχαῖς.

omnia Leucippus nugas esse existimans, primordia esse dicit, infinita & immobilia & minima: & subtilia quidem sursum elata, ignem & aerem fieri; crassa autem infra subsistentia, aquam ac terram. Quousque tandem talia edoceor, veri tamen nihil addisco? Nisi Democritus ab hoc errore me liberet, demonstrans, initia esse id quod sit, & id quod non sit: ac id quod sit, esse plenum; quod vero non sit, esse vacuum. Plenum autem in vacuo omnia vel conversione, vel figura efficere. Fortassis autem bono Democrito assentirer, & una cum eo ridere vellem, nisi a sententia me deduceret Heraclitus simul & plorans; & dicens: Universorum exordium est ignis; duæ autem ipsius affectiones, raritas & densitas; quarum altera facit, altera patitur: altera coagmentat, altera separat. Abunde jam satur sum, atque etiam tot principiis inebriatus.

Ἀλλά με παρακαλεῖ κἀκεῖθεν Ἐπίκουρος, μηδαμῶς ὑβρίσαι τὸ καλὸν αὐτοῦ δόγμα, τῶν ἀτόμων καὶ τοῦ κενοῦ. τῇ γὰρ τούτων συμπλοκῇ πολυτρόπῳ καὶ πολυσχηματίστῳ τὰ πάντα γίνεται ϗ φθείρεται. οὐκ ἀντιλέγω σοι βέλτιστε ἀνδρῶν Ἐπίκουρε· ἀλλ᾽ ὁ Κλεάνθης ἀπὸ τοῦ φρέατος ἐπάρας τὴν κεφαλὴν, καταγελᾷ σου τοῦ δόγματος· ϗ αὐτὸς [2] ἀνιμῶ τὰς ἀληθεῖς ἀρχὰς, θεὸν ϗ ὕλην· ϗ τὴν μὲν γῆν μεταβαλεῖν εἰς ὕδωρ, τὸ δὲ ὕδωρ εἰς ἀέρα· τὸν δὲ ἀέρα φέρεσθαι, τὸ δὲ πῦρ εἰς τὰ περίγεια χωρεῖν· τὴν δὲ ψυχὴν δι᾽ ὅλου τοῦ κόσμου διήκειν, ἧς μέρος μετέχοντας ἡμᾶς ἐμψυχοῦσθαι. τούτων [3] τοίνυν τοσούτων ὄντων, ἄλλο μοι πλῆθος ἀπὸ Λιβύης ἐπιρρεῖ, Καρνεάδης, ϗ [4] Κλιτόμαχος, ϗ ὅσοι τούτων ὁμιληταὶ, πάντα τὰ τῶν ἄλλων δόγματα καταπατοῦντες· αὐτοὶ δὲ ἀποφαινόμενοι διαῤῥήδην ἀκατάληπτα εἶναι τὰ πάντα, ϗ ἀεὶ τῇ ἀληθείᾳ φαντασίαν παράκεισθαι ψευδῆ. τί τοίνυν πάθω τοσούτῳ χρόνῳ ταλαιπωρήσας; πῶς δέ μου τῆς γνώμης ἐκχέω τὰ τοσαῦτα δόγματα; εἰ γὰρ μηδὲν εἴη καταληπτὸν, ἀλήθεια μὲν ἐξ ἀνθρώπων οἴχεται, ἡ δὲ ὑμνουμένη φιλοσοφία σκιομαχεῖ, μᾶλλον ἢ τὴν τῶν ὄντων ἐπιστήμην ἔχει.

VII. Sed & illinc Epicurus me adhortatur, ut nequaquam pulcram suam de atomis & de vacuo opinionem contumelia afficiam. Nam horum multiplici & multiformi complexione cuncta & oriri, & interire. Non contradico tibi, Epicure, vir optime: sed Cleanthes, capite e puteo elato, sententiam tuam deridet. Itaque & ipse vera principia haurio, Deum nimirum & materiam; ac statuo, terram in aquam migrare, aquam in aerem: efferri aerem, ignem ad terræ proxima accedere: animum autem per totum mundum penetrare, cujus partem aliquam nos adeptos animari. Cum autem horum tantus sit numerus, alia mihi multitudo ex Lybia affluit, Carneades & Clitomachus, eorumque sectatores; qui omnium aliorum placita conculcant, ipsi vero plane pronuntiant, universa incomprehensa esse, & veritati semper falsam quamdam imaginationem esse proximam. Quid igitur agam post tanti temporis ærumnas? quo pacto tot opiniones ex animo meo effundam? Si enim nihil comprehendi potest, veritas facessit ab hominibus; & celebrata philosophia umbras potius consectatur, quam rerum scientiam comprehensam habet.

Ἄλλοι τοίνυν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς φυλῆς, Πυθαγόρας ϗ οἱ τούτου συμφυλέται, σεμνοὶ ϗ σιωπηλοὶ, παραδιδόασιν ἄλλα μοι δόγματα, ὥσπερ μυστήρια, καὶ τοῦτο δὴ τὸ μέγα καὶ ἀπόῤῥητον τὸ, αὐτὸς ἔφη· ἀρχὴ τῶν πάντων ἡ μονάς· ἐκ δὲ τῶν σχημάτων αὐτῆς, καὶ ἐκ τῶν ἀριθμῶν τὰ στοιχεῖα γίνεται. καὶ τούτων ἑκάστου τὸν ἀριθμὸν, καὶ τὸ σχῆμα, καὶ τὸ μέτρον οὕτω πως ἀποφαίνεται· τὸ μὲν πῦρ ὑπὸ τεσσάρων καὶ εἴκοσι τριγώνων ὀρθογωνίων συμπληροῦται, τέσσαρσιν ἰσοπλεύροις περιεχόμενον. ἕκαστον ἰσόπλευρον σύγκειται ἐκ τριγώνων ἕξ, ὅθεν δὲ καὶ πυραμίδι προσεικάζουσιν αὐτό. ὁ δὲ ἀὴρ ὑπὸ τεσσαράκοντα ὀκτὼ τριγώνων συμπληροῦται, περιεχόμενον ἰσοπλεύροις ὀκτώ. εἰκάζεται δὲ ὀκταέδρῳ, ὃ περιέχεται ὑπὸ ὀκτὼ τριγώνων ἰσοπλεύρων, ὧν ἕκαστον εἰς ἓξ ὀρθογώνια διαιρεῖται· ὥστε γίνεσθαι τεσσαράκοντα ὀκτὼ τὰ πάντα. [5] τὸ δὲ ὕδωρ ὑπὸ ἑκατὸν εἴκοσι τε-

VIII. Jam vero alii ex antiqua tribu, Pythagoras & tribules ejus, graves & taciturni, alias mihi opiniones, quasi quædam mysteria tradunt, atque etiam illud magnum & arcanum, IPSE DIXIT: Omnium initium est unitas, e cujus figuris & numeris elementa fiunt. Atque eorum cujuslibet numerum, formam, & mensuram ita demonstrat: Ignem quatuor & viginti triangulis rectangulis perfici, & quatuor æquis lateribus contineri. Unumquodque autem æquilaterum sex triangulis rectangulis constare: unde eum pyramidi assimilant. Aerem autem octo & quadraginta rectis triangulis impleri, & æqualibus lateribus octo contineri. Æquiparari autem figuræ octonorum sessuum, quæ octo triangulis æqualium laterum contineatur, quorum singula in sex rectos angulos dividantur: itaque anguli omnes fiunt octo & quadraginta. Aquam autem centum & viginti contineri, & comparari figuræ viginti sessuum, quæ ex æqua-

1. Ακίνητα.] Idem ἀκίνητα, quod multo aptius.


2. Ανιμῶ.] Angl. ἀνιμῶν. Legendum ἀνιμᾷ. Ibidem vocem ἀρχὰς suppeditant editio Basil. & duo codices mss. Legitur etiam in Oxon.

3. Τοίνυν.] Hanc etiam vocem habent idem codices. Deerat in editis.

4. Κλιτόμαχος.] Legendum Κλειτόμαχος admonuit Thomas Gale.

5. Τὸ δὲ ὕδωρ.] Mire mendosa heic omnia in hunc aut similem modum restituantur. τὸ δὲ ὕδωρ συμπληροῦται ὑπὸ ἑκατὸν εἴκοσι τριγώνων, περιεχόμενον ἴσοις καὶ ἰσοπλεύροις εἴκοσι· εἰκάζεται δὲ εἰκοσαέδρῳ, ὃ δὲ συνέστηκεν ἐξ ἴσων καὶ ὀρθογωνίων τριγώνων ρκ΄. ὁ δὲ αἰθὴρ ὑπὸ ἑκατὸν εἴκοσι τριγώνων ὀρθογωνίων συμπληροῦται, περιεχόμενον δώδεκα πενταγωνίοις ἰσοπλεύροις, ϗ ὅμοιός ἐστι δωδεκαέδρῳ, ὃ δὴ συνέστηκεν ἐκ τῶν τριγώνων ἑκατὸν καὶ εἴκοσι. ἡ γῆ συμπληροῦται ἐκ τριγώνων μὲν μ΄ ϗ η΄, περιέχεται δὲ ϗ τετραγωνίοις ἰσοπλεύροις ἕξ· ἔστι δὲ ὁμοία κύβῳ. ὁ γὰρ κύβος ὑπὸ ς΄ τετραγώνων περιέχεται, ὧν ἕκαστον εἰς η΄ τρίγωνα· ὥστε γίνεσθαι τὰ πάντα η΄ ϗ μ΄. „ Aquam autem centum & viginti triangulis impleri, contineri autem æqualibus & æquilateris viginti, & comparari Icosaedro, quod constat ex æqualibus & æquilateris triangulis centum & viginti. Ætherem vero perfici centum & viginti triangulis rectangulis, &

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 181.



ριεχόμενον, εἰκάζεται δὲ εἰκοσαέδρῳ, ὃ δὴ συνέστηκεν ἐξ ἴσων καὶ ἰσοπλεύρων τριγώνων εἴκοσι ς´ * * * * δὲ κρή. ὁ δὲ αἰθὴρ συμπληροῦται δώδεκα πενταγωνίοις ἰσοπλεύροις, καὶ ὅμοιός ἐστι δωδεκαέδρῳ. ἡ γῆ συμπληροῦται ἐκ τριγώνων μὲν ἡ κ́ μ́, περιέχεται δὲ καὶ τετραγώνοις ἰσοπλεύροις ἕξ. ἔστι δὲ ὅμοια κύβῳ. ὁ γὰρ κύβος ὑπὸ ς´ τετραγώνων περιέχεται, ὧν ἕκαστον εἰς δ´ τρίγωνα· ὥστε γίνεται τὰ πάντα κδ´.

[A] libus constat, & triangulis æquorum laterum sexies viginti * * * * Ætherem vero perfici duodecim quinquangulis æqualium laterum, & similem esse figuræ duodecim sessuum. Terram compleri triangulis octo & quadraginta; contineri autem sex triangulis æqualium laterum, & cubo similem esse. Cubum enim sex quadrangulis contineri, quorum singuli quatuor triangulos habeant: ut summatim omnia fiant quatuor & viginti.

[1] Τὸν μὲν δὴ κόσμον ὁ Πυθαγόρας μετρεῖ. ἐγὼ δὲ πάλιν ἔνθεος γενόμενος, τῆς μὲν οἰκίας καὶ πατρίδος, καὶ τῆς γυναικὸς, καὶ τῶν παιδίων καταφρονῶ, καὶ τούτων οὐκέτι μοι μέλει· εἰς δὲ τὸν αἰθέρα αὐτὸν αὐτὸς ἀνέρχομαι, καὶ τὸν πῆχυν παρὰ Πυθαγόρου λαβὼν, μετρεῖν ἄρχομαι τὸ πῦρ. οὐ γὰρ ἀπόχρη μετρῶν ὁ Ζεύς· ἀλλ' εἰ μὴ καὶ τὸ μέγα ζῶον, τὸ μέγα σῶμα, ἡ μεγάλη ψυχὴ, αὐτὸς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέλθοιμι, καὶ μετρήσαιμι τὸν αἰθέρα, οἴχεται ἡ τοῦ Διὸς ἀρχή. [2] ἐπειδὰν δὲ μετρήσω, καὶ ὁ Ζεὺς παρ' ἐμοῦ μάθη, πόσας γωνίας ἔχει τὸ πῦρ· πάλιν ἐξ οὐρανοῦ καταβαίνω, καὶ φαγὼν ἐλαίας καὶ σῦκα καὶ λάχανα, τὴν ταχίστην ἐπὶ τὸ ὕδωρ στέλλομαι, καὶ κατὰ πῆχυν καὶ δάκτυλον καὶ ἡμιδάκτυλον μετρῶ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, καὶ τὸ βάθος αὐτῆς ἀναμετρῶ, ἵνα καὶ [3] τὸν Ποσειδῶνα διδάξω, πόσης ἄρχει θαλάσσης. τὴν μὲν γῆν ἅπασαν ἡμέρᾳ [4] μιᾷ παρέρχομαι, συλλέγων αὐτῆς τὸν ἀριθμὸν καὶ τὸν μέτρον, καὶ τὰ σχήματα. πέπεισμαι γὰρ, ὅτι τοῦ κόσμου [5] πάντα οὐδὲ σπιθαμὴν παρήσω, τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος ὤν. οἶδα δὲ ἐγὼ καὶ τῶν ἀστέρων τὸν ἀριθμὸν, καὶ τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν θηρίων, καὶ ζυγῷ τὸν κόσμον ἱστὰς, εὐκόλως τὸν σταθμὸν αὐτοῦ δύναμαι μαθεῖν. ἀμφὶ μὲν δὴ ταῦτα μέχρι νῦν ἐσπούδακεν ἡ ψυχή μου, τῶν ὅλων ἄρχειν.

IX. Mundum igitur Pythagoras ita metitur. Ego vero rursum numine afflatus, domum, patriam, uxorem, liberos contemno, neque amplius curo; verum in ipsum ætherem ascendo, & cubitu a Py[B]thagora sumto, ignem metiri incipio. Nec enim satis est metiri Jovem: sed nisi etiam ego magnum illud animal, magnum corpus, magnus animus, ipse in cælum venero, & dimetiar ætherem, interibit Jovis imperium. Ubi mensus fuero, & Juppiter ex me cognoverit, quot angulos habeat ignis, rursus ex cælo descendo: & olivas comedens, ficus ac olera, quam primum ad aquam me confero, & per ulnam & digitum & semidigitum, humidam naturam metior & profunditatem ejus supputo, ut Neptunum quoque doceam, quantum sit mare cui imperat. Nam terram quidem universam una die obeo, & numerum ejus colligo, & mensuram, & figuras. Persuasum enim [C] habeo, me ne dodrantem quidem totius mundi prætermissurum, cum talis & tantus sim. Præterea etiam stellarum numerum & piscium & bestiarum novi, & mundo in bilancem imposito, facile pondus ejus possum cognoscere. Hactenus quidem animus meus his rebus intentus, totius universitatis imperium affectat.


Προσκύψας δέ μοι φησὶν Ἐπίκουρος, [6] σὺ μὲν δὴ κόσμον ἕνα μεμέτρηκας, [7] ὦ φιλότης· εἰσὶ δὲ κόσμοι πολλοὶ καὶ ἄπειροι. πάλιν οὖν ἀναγκάζομαι εἰπεῖν οὐρανοὺς πολλοὺς, αἰθέρας ἄλλους, καὶ τούτους πολλούς. ἄγε δὴ μηκέτι μέλλων [8] ἐπισιτισάμενος ὀλίγων ἡμερῶν εἰς τοὺς Ἐπικουρείους κόσμους ἀποδήμησον. τὰ μὲν οὖν πέρατα Τηθὺν καὶ Ὠκεανὸν εὐκόλως ὑπερίπταμαι. εἰσελθὼν δὲ εἰς κόσμον καινὸν, καὶ ὥσπερ εἰς ἄλλην πόλιν, μετρῶ τὰ πάντα ὀλίγαις ἡμέραις. κἀκεῖθεν ὑπερβαίνω πάλιν [9] εἰς κόσμον. εἶτα εἰς τέταρτον, καὶ πέμπτον, καὶ δέκατον, καὶ ἑκατοστὸν, [10] καὶ χιλιοστὸν, καὶ μέχρι ποῦ; ἤδη γάρ μοι σκότος ἀγνοίας ἅπαντα, καὶ ἀπάτη μέλαινα, καὶ ἄπειρος πλάνη, καὶ ἀτελὴς φαντασία, καὶ ἀκατάληπτος ἄγνοια. πλὴν εἰ [11] μέλλων κατὰ τὰς ἀτόμους αὐτὰς ἀριθμεῖν, ἐξ ὧν οἱ τοσοῦτοι κόσμοι γεγόνασιν, ἵνα μηδὲν ἀνεξέταστον παραλείπω· μάλιστα τῶν [12] οὕτω ἀναγκαίων καὶ ὠφελίμων ἐξ ὧν οἶκος καὶ πόλις εὐδαιμονεῖ. ταῦτα μὲν τοίνυν διεξῆλθον, βουλόμενος δεῖξαι τὴν ἐν τοῖς δόγμασιν οὖσαν αὐτῶν ἐναντιότητα, καὶ ὡς εἰς ἄπειρον αὐτοῖς καὶ ἀόριστον πρόεισιν ἡ ζήτησις τῶν πραγμάτων, καὶ τὸ τέλος αὐτῶν ἀτέκμαρτον, καὶ ἄχρηστον, ἔργῳ μηδενὶ προδήλῳ καὶ λόγῳ σαφεῖ βεβαιούμενον.

X. Prospiciens autem Epicurus, mihi ait: Tu quidem, amice, unum dumtaxat mundum dimensus es, cum sint multi mundi & infiniti. Itaque denuo dicere cogor multos cælos, alios ætheres, eosque multos. Age vero non amplius morans, comparato paucorum dierum commeatu, Epicuri mundos peragra[D]to. Terminos igitur Thetyn & Oceanum facile transvolo. In novum autem mundum, & quasi in aliam civitatem ingressus, cuncta paucis diebus metior. Illinc iterum transscendo in tertium mundum: postea in quartum, & quintum, & decimum, & centesimum, & millesimum, & quo tandem usque? Omnia enim jam ignorantiæ tenebræ sunt, & nigra fraus & infinitus error, & imperfecta cogitatio, & incomprehensa inscitia: nisi ipsas etiam atomos numerare velim, e quibus tot mundi orti sunt, ut nihil inexcussum prætermittam, præsertim res tam necessarias & utiles, unde & domus & civitatis felicitas pendet. Hæc itaque enarravi, ut contrarietatem quæ in eorum est opinionibus patefacerem, & inquisitionem [E] rerum quam suscipiunt, in infinitum vagari, & nullo termino contineri, eorumque finem inexplicabilem atque inutilem: quippe qui nulla re evidenti, & ratione perspicua confirmetur.

„ contineri duodecim pentagonis æquilateris ac similem
„ esse Dodecaedro, quod constat ex triangulis centum &
„ viginti. Terram constare ex triangulis rectangulis octo
„ & quadraginta, contineri vero qaadrangulis æquilateris
„ sex, & assimilari cubo. Cubus enim sex quadrangulis
„ comprehenditur, quorum unumquodque dividitur in octo
„ triangula, ut sint omnia simul quadraginta & octo.
„ VVORTH.

1. Τὸν μὲν δή.] Angl. τὸν μὲν οὖν.
2. Ἐπειδὰν δέ.] Angl. & Vat. ἐπειδὰν δὲ πάλιν.
3. Τὸν Ποσειδῶνα.] Articulus ex Vat. & Ottobon. desumtus.
4. Μιᾷ.] Deerat in editionibus Parisiensibus.
5. Πάντα.] Melius fortasse παντός.
6. Σὺ μὲν δέ.] Vat. σὺ δέ μοι.
7. Ω φιλότης.] Sic emendatum ope codicis Vaticani. Ducæus ὦ φιλότα. Aliæ editiones ὦ φιλότη.
8. Ἐπισπασάμενος.] Codex Anglicanus ἐπισιτισάμενος.
9. Εἰς κόσμον.] Supplet τρίτον interpres.
10. Καὶ χιλιοστοί.] Hæc deerant in editionibus Parisiensibus.
11. Μέλλων.] Codex Angl. μέλλω. Legendum esse καὶ τὰς ἀτόμους admonuit eruditus VVorth.
12. Οὕτω.] Duo nostri codices mss. ὄντως.

INDEX CAPITUM IRRISIONIS GENTILIUM PHILOSOPHORUM, HERMIÆ PHILOSOPHI.




S. THEOPHILI
EPISCOPI ANTIOCHENI
AD
AUTOLYCUM
LIBRI III.

ACCESSERUNT

Ejuſdem Commentariorum
Fragmenta.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
182.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΘΕΟΦΙΛΟΥ

ΤΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΣ

ΠΡΟΣ

ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ Α΄.

S. P. N. THEOPHILI

ANTIOCHENI

AD

AUTOLYCUM

LIBER I.

ARGUMENTUM.

Continet Liber hic primus Sermonem THEOPHILI *cum* AUTOLYCO *habitum, erudito illo quidem, ſed ſimulacrorum cultore adeoque Chriſtianis infenſo. Hic quum jocatus eſſet in Chriſtianorum de Deo ac de reſurrectione ſententiam, occaſionem præbuit Theophilo utriuſque dogmatis defendendi.*

A I. ΣΤΩΜΥΛΟΝ [1] μὲν οὖν στόμα καὶ φράσις εὐεπὴς τέρψιν παρέχει καὶ ἔπαινον πρὸς κενὴν δόξαν ἀθλίοις ἀνθρώποις ἔχουσι τὸν νοῦν κατεφθαρμένον. ὁ δὲ τῆς ἀληθείας ἐραστὴς οὐ προσέχει λόγοις [2] μεμιασμένοις· ἀλλὰ ἐξετάζει [3] τὸ ἔργον τοῦ λόγου, τί καὶ ὁποῖόν ἐστιν. ἐπειδὴ οὖν, ὦ ἑταῖρε, [4] κατέπληξάς με λόγοις κενοῖς καυχησάμενος ἐν τοῖς θεοῖς σου τοῖς λιθίνοις καὶ ξυλίνοις, ἐλατοῖς τε καὶ χωνευτοῖς καὶ πλαστοῖς καὶ γραπτοῖς· οἳ οὔτε βλέπουσιν, οὔτε ἀκούουσιν· εἰσὶ γὰρ εἴδωλα καὶ ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων· ἔτι δὲ φὴς με καὶ Χριστιανὸν, ὡς κακὸν τοὔνομα· ἐγὼ μὲν οὖν ὁμολογῶ εἶναι Χριστιανὸς, καὶ φορῶ τὸ θεοφιλὲς ὄνομα τοῦτο, ἐλπίζων [5] εὔχρηστος εἶναι τῷ Θεῷ. οὐ γὰρ ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις χαλεπὸν εἶναι τοὔνομα [6] τοῦ Θεοῦ,

I. LEPIDA quidem lingua ac elegans dictio delectationem afferunt ac laudem ad inanem gloriam miſeris hominibus, qui mentem corruptam gerunt. Veritatis autem amator non ducitur ſermonibus fucatis; ſed ſermoni opus adjunctum, quodnam & quale ſit, inquirit. Quoniam igitur me, amice, obtudiſti inanibus ſermonibus, deos tuos venditans, lapideos & ligneos, ductos & fuſos, fictos & pictos, qui nec vident nec audiunt, (ſunt enim imagines & opera manuum hominum) meque præterea Chriſtianum dicis quaſi malum nomen ferentem; equidem confiteor me eſſe Chriſtianum, & gratum illud Deo nomen fero, ſperans me utilem eſſe Deo. Neque enim ut tu exiſtimas moleſtum eſſe nomen Dei, ita ſe res

B

1. Στώμυλον μεὺ οὖν &c.] Refertur hæc ſententia totidem verbis a Joanne Damaſc. Parall. p. 564. Deeſt conjunctio ſequens, in codice Bodleiano.

2. Μεμιασμένοις.] Ait CL. Wolfius hanc vocem erudito viro, quem non nominat, viſam eſſe ſuperfluam. Equidem aſſentirer, ſi vox illa de ſermonibus manifeſta nequitia corruptis intelligenda eſſet. Heic enim ſacta generatim opponuntur ſermonibus etiam decoris & in ſpeciem præclaris, nedum aperte improbis & nequitiam præ ſe ferentibus. Nec profecto veritatis cultoribus magna laus eſſet, non decipi ſermonibus aperte nefariis. Sed cum μιαίνω, ut apud Latinos *violo*, idem ſæpe valeat ac *tingo*; λόγους μεμιασμένους interpretor *ſermones fuco & pigmentis coloratos*.

3. Τὸ ἔργον τοῦ λόγου.] *Opus ſermonis*, id eſt, qualis vita ſit eleganter & ornate loquentium. Confirmant hanc interpretationem innumera ſanctorum Patrum teſtimonia, quale eſt illud S. Cypriani initio libri de Pat. *Nos autem fratres dilectiſſimi, qui philoſophi non verbis ſed factis ſumus ... qui non loquimur magna ſed vivimus* &c. Vide Athenag. [illegible] n. xi. Eodem ſenſu Rom. II. 14. *opus legis ſcriptum* [illegible] *cordibus*, τὸ ἔργον τοῦ νόμου.

4. Κατέπληξας.] Ita Oxon. & Hamburg. cum Front. Duc. Legitur κατέπλησας ad marginem codicis Bodleiani, [illegible] *li me*. Tigur. κατέπληξάς με. Pariſ. κατέπληξάς με.

Cum autem editio Tigurina & codex mſ. Bodleianus habeant ἐπειδὴ, magis id mihi placuit quam ἐπειδὰν, quod operarum incuria in alias editiones irrepſerat.

5. Εὔχρηστος εἶναι τῷ Θεῷ.] Uſitata hæc loquendi ratio apud Eccleſiaſticos ſcriptores. Hermas de Chriſtianis divitibus l. 1. c. 3. n. 6. *Reſpondens*, inquit, *dico ei: Domina, quando utiles erunt Domino? Cum circumciſæ*, inquit, *fuerint divitiæ eorum, quæ eos delectant; tunc utiles erunt Domino ad ædificium*. Et lib. 2. c. 2. *Vide enim quam ſit æquanimitas dulcior melle; & utilis erit Domino, qui in ipſa commoratur: nam iracundia inutilis eſt. Si ergo mixta fuerit iracundia æquanimitate, contribulatur animus, & non eſt utilis Deo oratio illius*, καὶ οὐκ ἔστιν εὔχρηστος τῷ Θεῷ ἡ ἔντευξις αὐτοῦ. Mulieres corruptæ a Marco hæretico confeſſæ ſunt, teſte Irenæo, lib. 1. c. 13. κατὰ τὸ σῶμα ἠχρειῶσθαι ὑπ' αὐτοῦ, *ſecundum corpus exterminatas ſe ab eo*. Hinc etiam Cy-

C

rillus Hieroſol. Catech. 2. *Corpus polluiſti & inutilis factus es*, καὶ ἄχρηστος γέγονας. *Vas in honorem ſanctificatum & utile* [illegible]. 2. Tim. II. 21.

6. Τοῦ Θεοῦ.] Dei videlicet Chriſti a quo ſuum Chriſtiani nomen acceperunt. Vel, quod veriſimilius mihi videtur, poſtquam dixit Theophilus Chriſtianum nomen Deo gratum eſſe; inde occaſionem ſumit de ipſius Dei nomine ac de ejus natura omnem intelligentiam [illegible] diſſerendi.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



οὕτως ἔχει· ἴσως δὲ ἔτι τυφλὸς σὺ ἄχρηστος ὢν τῷ A Θεῷ, περὶ τοῦ Θεοῦ οὕτω φρονεῖς.

Ἀλλὰ καὶ ἐὰν φῇς, δεῖξόν μοι τὸν Θεόν σου· κἀγώ σοι εἴποιμι ἄν, [1] δεῖξόν μοι τὸν ἄνθρωπόν σου, κἀγώ σοι δείξω τὸν Θεόν μου. ἐπεὶ δεῖξον βλέποντας τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς σου, καὶ τὰ ὦτα τῆς καρδίας σου ἀκούοντα. ὥσπερ γὰρ οἱ βλέποντες τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ σώματος κατανοοῦσι τὴν τοῦ βίου καὶ ἐπίγειον πραγματείαν, ἅμα δοκιμάζοντες τὰ διαφέροντα ἤτοι φῶς ἢ σκότος, ἢ λευκὸν ἢ μέλαν, ἢ ἀειδὲς ἢ εὔμορφον, ἢ εὔρυθμον καὶ εὔμετρον, ἢ ἄρρυθμον καὶ ἄμετρον, ἢ ὑπὲρ μέτρον ἢ κόλουρον· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ὑπ' ἀκοὴν πίπτοντα, ἢ ὀξύφωνα ἢ βαρύφωνα, ἢ ἡδύφωνα· [a] οὕτως ἔχοι ἂν καὶ περὶ τὰ ὦτα τῆς καρδίας, καὶ τοὺς ὀφθαλ- B μοὺς τοὺς τῆς ψυχῆς, [2] δύνασθαι Θεὸν θεάσασθαι. βλέπεται γὰρ Θεὸς τοῖς δυναμένοις αὐτὸν ὁρᾶν, ἐπὰν ἔχωσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνεῳγμένους τῆς ψυχῆς. πάντες μὲν γὰρ ἔχουσι τοὺς ὀφθαλμούς, ἀλλὰ ἔνιοι ὑποκεχυμένους, καὶ μὴ βλέποντας τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· καὶ οὐ παρὰ τὸ μὴ βλέπειν τοὺς τυφλούς, ἤδη καὶ [3] οὐκ ἔτι [b] τὸ φῶς τοῦ ἡλίου φαῖνον· ἀλλὰ ἑαυτοὺς αἰτιάσθωσαν οἱ τυφλοί, καὶ τοὺς ἑαυτῶν ὀφθαλμούς. οὕτω καὶ σύ, ὦ ἄνθρωπε, ἔχεις ὑποκεχυμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς σου ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν πράξεών σου τῶν πονηρῶν. ὥσπερ ἔσοπτρον ἐστιλβωμένον, οὕτω δεῖ τὸν ἄνθρωπον ἔχειν καθαρὰν ψυχήν. ἐπὰν οὖν ᾖ ἰὸς ἐν τῷ ἐσόπτρῳ, [4] οὐ δύναται ὁρᾶσθαι τὸ πρόσωπον τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ ἐσόπτρῳ· οὕτω καὶ ὅταν ἡ ἁμαρτία ἐν C τῷ ἀνθρώπῳ, οὐ δύναται ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος θεωρεῖν τὸν Θεόν. δεῖξον οὖν καὶ σὺ σεαυτόν, εἰ οὐκ εἶ μοιχός, εἰ οὐκ εἶ πόρνος, εἰ οὐκ εἶ κλέπτης, εἰ οὐκ εἶ ἅρπαξ, εἰ οὐκ εἶ ἀποστερητής, εἰ οὐκ εἶ ἀρσενοκοίτης, εἰ οὐκ εἶ ὑβριστής, εἰ οὐκ εἶ λοίδορος, εἰ οὐκ ὀργίλος, [c] εἰ οὐ φθονερός, εἰ οὐκ ἀλαζών, εἰ οὐχ ὑπερόπτης, εἰ οὐ πλήκτης, εἰ οὐ φιλάργυρος, εἰ οὐ γονεῦσιν ἀπειθής, εἰ οὐ τὰ τέκνα σου πωλεῖς· τοῖς γὰρ ταῦτα πράσσουσιν ὁ Θεὸς οὐκ ἐμφανίζεται, ἐὰν μὴ πρῶτον ἑαυτοὺς καθαρίσωσιν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ. καὶ σοὶ οὖν ἅπαντα ἐπισκοτεῖ, καθάπερ ὕλης [5] ἐπιφορὰ ἐπὰν γένηται τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς τὸ μὴ δύνασθαι ἀτενίσαι τὸ φῶς τοῦ ἡλίου· οὕτω καὶ σοί, ὦ ἄνθρωπε, ἐπισκοτοῦσιν αἱ ἀσέβειαι πρὸς τὸ μὴ δύνασθαί σε ὁρᾶν τὸν Θεόν. D

A habet; sed fortasse quia adhuc inutilis es Deo, idcirco ita de Deo sentis.

II. Sed si dicas: Ostende mihi Deum tuum; dicam tibi: Ostende mihi hominem tuum, & ego tibi ostendam Deum meum. Proinde ostende an oculi mentis tuæ videant, & aures cordis tui audiant. Quemadmodum enim, qui vident oculis corporis, percipiunt quæ in hac vita terrena peraguntur, ac ea quæ inter se differunt explorant, lucem & tenebras, album & nigrum, & deforme & formosum, concinnum & inconcinnum, apte dimensum & inepte, partibus excedens & mutilum; quod idem etiam de iis dicendum, quæ sub aures ca- B dunt, acutis sonis aut gravibus aut jucundis: ita etiam se habent aures cordis & oculi mentis, ut Deum videre possint. Videtur enim Deus ab his qui eum videre possunt, si quidem oculos mentis apertos habent. Omnes enim habent oculos, sed quidam caligine suffusos, ac solis lucem non videntes. Neque ex eo quod cæci non videant, idcirco lux solis non lucet; sed sibi ipsis adsignent cæci & suis oculis. Sic & tu mentis tuæ oculos caligine suffusos habes ob peccata & malas actiones tuas. Ut speculum renidens; ita animam hominis puram esse decet. Cum igitur ærugo in speculo extiterit, non potest hominis vultus in speculo conspici: ita cum peccatum in homine fuerit, non C potest quisquam hujusmodi Deum videre. Ostende igitur teipsum an non mœchus sis, an non scortator, an non fur, an non prædo, an non spoliator, an non puerorum stuprator, an non contumeliosus, an non maledicus, an non iracundus, an non invidus, an non arrogans, an non superbus, an non percussor, an non avarus, an non parentibus non obsequens, an non filiorum tuorum venditor: hæc enim qui agunt, iis Deus non apparet, nisi prius se ab omni labe expurgaverint. Hæc igitur omnia tenebras tibi injiciunt, velut si obstet humor in oculos trajectus, quominus in lucem solis defigi possint: ita & tibi impietates tenebras offundunt, quominus Deum vi- D dere possis.

Ἐρεῖς οὖν μοι· σὺ ὁ βλέπων, διήγησαί μοι τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. ἄκουε, ὦ ἄνθρωπε, τὸ μὲν εἶδος τοῦ Θεοῦ, ἄρρητον καὶ ἀνέκφραστον, καὶ μὴ δυνάμενον ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις ὁραθῆναι. δόξῃ γάρ ἐστιν ἀχώρητος, μεγέθει ἀκατάληπτος, ὕψει ἀπερινόητος, ἰσχύϊ ἀσύγκριτος, σοφίᾳ ἀσυμβίβαστος, ἀγαθωσύνῃ ἀμίμητος, καλοποιΐᾳ ἀνεκδιήγητος. [6] εἰ γὰρ φῶς αὐτὸν

III. Dices igitur mihi: Tu qui vides, narra mihi formam Dei qualis sit. Audi o homo: forma Dei nec dici, nec narrari potest, nec oculis corporeis videri. Nam nec ejus gloria animo capi, nec magnitudo comprehendi potest, nec altitudo cogitari, nec ejus robur in comparationem vocari, nec sapientia assimilari; nec ejus benignitas imitabilis, nec beneficentia

1. Δεῖξόν μοι τὸν ἄνθρ.] Videtur hominis nomine intelligere animam Spiritu sancto illustratam. Vid. Tatianum n. 15. Quod autem paullo post legitur ἐπεὶ δεῖξον, pro eo mallet Wolfius ἐπίδειξον. Sed nihil mutandum videtur, cum sua sponte plana sit sententia. His Theophili de Deo videndo sententiis similes occurrunt apud Augustinum in Psal. 41. & lib. 3. de Symbolo c. 3. Quod autem ait Theophilus *Sed si dicas, Ostende mihi Deum tuum;* nequaquam conjiciendo suspicabatur hæc dicturum Autolycum; sed revera dixerat Autolycus, ut patet ex fine hujus libri.

2. Δύνασθαι.] Legitur τῷ δύνασθαι in editione Hamburg. Minus recte articulum hunc addidit doctissimus editor. Scribendum potius fuisset τὸ δύνασθαι αὐτά. Sed satis est hæc subintelligere. Habemus enim infra n. V. locum simillimum, οὕτως ἔχοι αὐτὸν Θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι ὑπὸ ὀφθαλμῶν &c.

3. Οὐκ ἔτι.] Ita Ducæus & Paris. Aliæ editiones οὐκ ἔστι.

4. Οὐ δύναται . . . . ἐν τῷ ἐσόπτρῳ.] Hæc addita ex cod. ms. in editione Oxoniensi: ita etiam VVolfius qui paullo post legendum putat ᾖ ἁμαρτία.

5. Ἐπιφορά.] Sic Tigur. & Hamb. & cod. Bod. multo melius quam in aliis editionibus ἐκφορά.


E 6. Εἰ γὰρ φῶς.] Hunc locum sic imitatur Novatianus lib. de Trin. cap. 2. ut ipsis Theophili verbis utatur. *Sive enim illum*, inquit, *dixeris lucem; creaturam ipsius magis quam ipsum dixeris, ipsum non expresseris: sive illum dixeris virtutem, potentiam ipsius magis quam ipsum dixeris & depromseris: sive dixeris majestatem, honorem ipsius magis, quam illum ipsum descripseris.* Simili modo demonstrat Gregorius Nazianzenus in orat. 34. divinam naturam minus accurate describi, cum *Spiritus & ignis, & lux, & caritas, & sapientia, & justitia, & mens, & Verbum & aliis ejusmodi nuncupatur.*

a Οὕτως ἔχοι.] Heumannus in *Poecil.* tom. 1. lib. IV. pagg. 505. seqq emendat librum 1. *Theophili* edit. *Wolfianæ*. Heic autem legere gestit οὕτως ἔχει, ut supra n. 1. Sed nihil mutandum suadet eadem phrasis infra sub initium n. V. οὕτως ἔχοι ἂν καὶ τὸν Θεὸν κ. τ. λ.

b Οὐκ ἔτι.] Ita quoque legendum censuit Fellus in sua edit. Oxon. Mox idem Fellus & Wolfius rescribunt, ἀλλ' ἑαυτούς.

c Εἰ οὐ φθον. εἰ οὐκ ἀλαζ.] Sic & edit. Oxon. Hamburgensis autem mendose, οὐ φθον. ἢ οὐκ ἀλαζ. quam proinde merito emendat Heumannus l. c. p. 508. qui & monet, iis quæ *de filiorum venditoribus* mox subdit Theophilus, lucem affundere Grotium lib. II. *de Jure belli & pacis* cap. V. §. 5. & Pufendorfium lib. VI. *de Jure naturæ* cap. II. §. 9.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



εἴπω, ποίημα αὐτῦ λέγω· εἰ λόγον εἴπω, ἀρχὴν [1] αὐτῦ λέγω· νοῦν ἐὰν εἴπω, φρόνησιν αὐτῦ λέγω· πνεῦμα ἐὰν εἴπω, [2] ἀναπνοὴν ἑαυτῦ λέγω· σοφίαν ἐὰν εἴπω, γέννημα αὐτῦ λέγω· ἰσχὺν ἐὰν εἴπω, κράτος αὐτῦ λέγω· δύναμιν ἐὰν εἴπω, ἐνέργειαν αὐτῦ λέγω· πρόνοιαν ἐὰν εἴπω, ἀγαθοσύνην αὐτοῦ λέγω· βασιλείαν ἐὰν εἴπω, δόξαν αὐτῦ λέγω· κύριον ἐὰν εἴπω, [3] κριτὴν [a] αὐτὸν λέγω· κριτὴν ἐὰν εἴπω, δίκαιον αὐτὸν λέγω· πατέρα ἐὰν εἴπω, [b] τὰ πάντα [4] αὐτὸν λέγω· πῦρ ἐὰν εἴπω, τὴν ὀργὴν αὐτῦ λέγω. ἐρεῖς ὖν μοι· ὀργίζεται Θεός; μάλιστα· ὀργίζεται τοῖς τὰ φαῦλα πράσσουσιν· ἀγαθὸς δὲ καὶ χρηστὸς καὶ οἰκτίρμων ἐστὶν ἐπὶ τὺς ἀγαπῶντας καὶ φοβουμένυς αὐτόν· [5] παιδευτὴς γάρ ἐστι τῶν θεοσεβῶν, καὶ πατὴρ τῶν δικαίων· κριτὴς δὲ καὶ κολαστὴς τῶν ἀσεβῶν.

A enarrabilis. Nam si lucem eum dicam, opus ejus dico: si Verbum dicam, ejus principatum dico: si mentem dicam, ejus prudentiam dico: si spiritum dicam, meam ipsius respirationem dico: si sapientiam dicam, ejus progeniem dico: si robur dicam, ejus potentiam dico: si virtutem dicam, ejus operationem dico: si providentiam dicam, ejus benignitatem dico: si regnum dicam, ejus gloriam dico: si dominum dicam, judicem dico: si judicem dicam, justum eum dico: si patrem dicam, omnia eum dico: si ignem dicam, iracundiam ejus dico. Dices igitur mihi: irascitur Deus? Maxime: irascitur enim male agentibus: bonus vero & benignus & misericors est in eos, qui eum amant ac timent. Est enim magister piorum & pater justorum: judex vero & vindex impiorum. B

Αναρχος δέ ἐστιν, ὅτι ἀγέννητός ἐστιν· ἀναλλοίωτος δὲ, καθότι ἀθάνατός ἐστι. [6] Θεὸς δὲ λέγεται, διὰ τὸ τεθεικέναι τὰ πάντα ἐπὶ τῇ [7] ἑαυτῦ ἀσφαλείᾳ, καὶ διὰ τὸ θέειν· τὸ δὲ θέειν ἐστὶν τὸ τρέχειν, καὶ κινεῖν, καὶ ἐνεργεῖν, καὶ τρέφειν, καὶ προνοεῖν, καὶ κυβερνᾷν, καὶ ζωοποιεῖν τὰ πάντα. κύριος δέ ἐστι, διὰ τὸ κυριεύειν αὐτὸν τῶν ὅλων· πατὴρ δὲ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν πρὸ τῶν ὅλων· δημιυργὸς δὲ καὶ ποιητὴς, διὰ τὸ αὐτὸν εἶναι κτιστὴν καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων· ὕψιστος δὲ, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἀνώτερον τῶν πάντων· παντοκράτωρ δὲ, ὅτι αὐτὸς τὰ πάντα κρατεῖ καὶ ἐμπεριέχει. τὰ γὰρ ὕψη τῶν ὐρανῶν, καὶ τὰ βάθη τῶν ἀβύσσων, C καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκυμένης, ἐν τῇ χειρὶ αὐτῦ ἐστιν, καὶ ὐκ ἔστι τόπος τῆς καταπαύσεως αὐτῦ. ὐρανοὶ μὲν γὰρ ἔργον αὐτῦ εἰσιν· γῆ ποίημα αὐτῦ ἐστι· θάλασσα κτίσμα αὐτῦ ἐστιν· ἄνθρωπος πλάσμα καὶ εἰκὸν αὐτῦ ἐστιν. ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἀστέρες [8] στοιχεῖα αὐτῦ εἰσιν,

IV. Caret principio quia ingenitus est: immutabilis est quatenus immortalis. Deus dicitur, διὰ τὸ τεθεικέναι, id est, quia omnia in sua ipsius stabilitate posuit, & διὰ τὸ θέειν, quod idem est ac currere & movere, & operari, & nutrire, & providere, & vivificare omnia. Dominus est, quia omnibus dominatur: pater, quia ante omnia: conditor & creator, quia omnia condidit & creavit: altissimus, quia supra omnia: omnipotens, quia omnia tenet & complectitur. Nam & alta cælorum, & profunda abyssorum & termini orbis terræ sunt in manu ejus: nec est locus in quo moretur & quiescat. Est enim cælum ejus opus, terra & mare ejus opificium, homo ejus figmentum & imago. Sol, luna & stellæ sunt ejus elementa, [a] in signa & tempora, & dies & annos condita, ut ministrent & serviant hominibus. Atque

a Gen. I. 14.

1. Αρχὴν αὐτῦ.] Ducæum vituperat VVolfius, quod hanc vocem interpretetur *principatum*, ac ipse reddidit *principium*. Sed parum quadrat ut Patris principium Filius dicatur. Dicitur quidem l. 2. num. 13. principium in quo Deus creavit cælum & terram: at principium Patris non dicitur. Quare malui retinere *principatum*; idque eo lubentius, quod Theophilus in libro 2. n. 10. Filium vocari doceat ἀρχὴν, quia imperat & dominatur omnibus rebus ab ipso creatis. Est ergo principatus Patris, quia Pater omnibus per eum imperat. D

2. Αναπνοὴν ἑαυτῦ λέγω.] Si hæc ad Deum referantur; legendum *ἀναπνοὴν αὐτῦ, respirationem illius dico*. Sed hæc de Deo loquendi ratio non admodum decora est; nec illius confirmandæ caussa mutandus videtur contextus, non vitiosus. Cur enim non ita interpretemur? *Meam ipsius respirationem dico*. Dicebat paullo ante, *si lucem eum dicam, opus ejus dico*. Sic etiam hoc loco, si spiritum dicam, opus illius dico, nempe spiritum illum de quo ait Theophilus num. 7. *Hujus spiritu loqueris, o homo, hujus spiritum ducis.*

3. Κριτὴν αὐτὸν λέγω.] Hæc verba quæ desunt in omnibus editis, sumta sunt ex codice Bodleiano, & cum mutilam hujus loci sententiam non inconcinne restituant, visa sunt præferenda conjecturæ Cl. VVolfii, qui legendum putat, *τὸν ὄντα αὐτὸν λέγω*. Referuntur ab eodem E editore hæ conjecturæ hominum eruditorum; Felli, tamquam ex cod. mſ. *ἑαυτὸν λέγω*; Grabii, *δυνατὸν αὐτὸν λέγω*; Lacrosii, *θεὸν αὐτὸν λέγω*; Cotelerii Monum. Eccleſ. Græc. pag. 662. *κύριον ἐὰν εἴπω, τὰ πάντα αὐτὸν λέγω*. Forte pro *κριτὴν* quod ſuppeditavit cod. mſ. legendum *κτιστήν*. *Si Dominum illum dicam, conditorem dico.*

4. Τὰ πάντα αὐτὸν λέγω.] Satis commode legeretur *τὰ πάντα αὐτῦ*, ut placet erudito Editori Hamburgensi, vel *ἀπ' αὐτῦ*, *Omnia illius esse* vel *ab eo esse dico*. Non tamen commodo sensu caret vulgata scriptura. Indicat enim patris nomine comprehendi quidquid humana imbecillitas de Deo eloqui potest. Cotelerius in loco quem modo citavimus, legit *πρὸ πάντων αὐτὸν λέγω*, atque hanc conjecturam confirmat ex his quæ paullo post leguntur, *Pater dicitur, quia est ante omnia*.

5. Παιδευτής.] Melius forte redderetur, *castigator Dei cultorum*. Videtur enim Theophilus indicare velle quid intersit inter pœnas, quibus bonos interdum Deus erudit, & eas quas impiis, ut severus judex, infligit. Notus est omnibus Proverbiorum locus, quem citat Apostolus Hebr. XII. 5.

6. Θεὸς δὲ λέγεται.] Citat hunc locum S. Joannes Damascenus in Parallel. p. 785. sub nomine S. Amphilochii episcopi Iconii, non tamen sine aliqua dissimilitudine. Sic enim habet: *Θεὸς λέγεται διὰ τὸ τεθεικέναι πάντα τῇ ἑαυτῦ ἐξυσίᾳ, καὶ ἀσφαλείᾳ, καὶ διὰ τὸ θέειν, ὅπερ ἐστὶ τρέχειν, καὶ κινεῖν, καὶ κυβερνᾷν, καὶ ζωογονεῖν τὰ πάντα*. In codice Coisliniano 276. quo continentur Parallela, sed alio ac in editis ordine, legitur hoc testimonium sub eodem Amphilochii nomine, sed deest *ἐξυσίᾳ*, & pro *ζωογονεῖν* habetur *ζωοποιεῖν*.

7. Εαυτῦ.] Legendum putat *ἑαυτῶν* Suicerus Lexic. p. 1367. Cui quidem favet illud Psalmi 103. *Qui fundasti terram super stabilitatem suam*, *ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς*. Sed hic locus ita citatur a S. Joanne Damasceno, ut necesse sit legere *ἑαυτῦ*. Habet enim *πάντα τῇ ἑαυτῦ*, omissa præpositione.

8. Στοιχεῖα.] Sic etiam infra n. V. & VI. solem & stellas appellat Theophilus. Eodem sensu vocem hanc usurpant Eusebius Hist. lib. 3. cap. 31. Præpar. Evang. lib. 1. cap. 12. & lib. 3. p. 91. Basil. homil. 4. in Hexaem. Chry-

a Κριτὴν αὐτὸν λέγω.] Heumanno l. c. pag. 509. prorsus sincera videtur hæc mſ. Bodlejani lectio: *Κύριον ἐὰν εἴπω, κριτὴν αὐτὸν λέγω*. Hoc est, eodem interprete; Quum Deum voco *dominum*, hoc ipso *judicem* eum voco; scilicet unusquisque dominus suorum est servorum judex. *Κριτὴν ἐὰν εἴπω, δίκαιον αὐτὸν λέγω*: id est, Quum vero cum voco *judicem*, hoc ipso *justum* eum appello.

b Τὰ πάντα αὐτὸν λέγω.] Sic scripsisse credo Theophilum: *Πατέρα ἐὰν εἴπω, ἀγαπῶντα αὐτὸν λέγω· πῦρ ἐὰν εἴπω, τὴν ὀργὴν αὐτῦ λέγω*. Hoc est: Quum Deum nomino *patrem*, hoc ipso eum voco *amantem* sive amoris plenum: at quum *ignem* eum dico, *iram* ejus dico. Pa[illegible]nus scilicet affectus *amor* est; ac videtur Theophilus ob oculos habuisse hujus sententiæ loca aliquot bibl[illegible] *Joan.* III. 35. X. 17. XIV. 23. XV. 9. XVII. 24. [illegible] magis mea mihi probatur correctio, quod originem mendæ clare videre videor. Nimirum. majuscula [illegible] Γ facile transit in T; atque ita ex *ἀγα*[illegible] ma littera, facili errore factum est [illegible]. H[illegible]NUS ibid.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

εἰς σημεῖα κ̀ εἰς καιροὺς κ̀ εἰς ἡμέρας κ̀ εἰς ἐνιαυτοὺς γεγονότα, πρὸς ὑπηρεσίαν κ̀ δουλείαν ἀνθρώπων. κ̀ τὰ πάντα ὁ Θεὸς ἐποίησεν ἐξ οὐκ ὄντων εἰς τὸ εἶναι· ἵνα διὰ τῶν ἔργων γινώσκηται κ̀ νοηθῇ τὸ μέγεθος αὐτοῦ.

[1] Καθάπερ γὰρ ψυχὴ ἐν ἀνθρώπῳ οὐ βλέπεται, ἀόρατος οὖσα ἀνθρώποις, διὰ δὲ τῆς κινήσεως τοῦ σώματος νοεῖται ἡ ψυχή· οὕτως ἔχοι ἂν καὶ τὸν Θεὸν μὴ δύνασθαι ὁραθῆναι ὑπὸ ὀφθαλμῶν ἀνθρωπίνων, διὰ δὲ τῆς προνοίας καὶ τῶν ἔργων αὐτοῦ βλέπεται καὶ νοεῖται. ὃν τρόπον γὰρ καὶ πλοῖον θεασάμενός τις ἐν θαλάσσῃ κατηρτισμένον, καὶ τρέχον, καὶ κατερχόμενον εἰς λιμένα, δῆλον ὅτι ἡγήσεται εἶναι ἐν αὐτῷ κυβερνήτην τὸν κυβερνῶντα αὐτό· οὕτω δεῖ νοεῖν εἶναι τὸν Θεὸν κυβερνήτην τῶν ὅλων, εἰ καὶ οὐ θεωρεῖται ὀφθαλμοῖς σαρκίνοις, διὰ τὸ αὐτὸν [2] ἀχώρητον εἶναι. [3] εἰ γὰρ τῷ ἡλίῳ ἐλαχίστῳ ὄντι στοιχείῳ οὐ δύναται ἄνθρωπος ἀτενίσαι, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν θέρμην καὶ δύναμιν, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ ἀνεκφράστῳ οὔσῃ ἄνθρωπος θνητὸς οὐ δύναται ἀντωπῆσαι; ὃν τρόπον γὰρ ῥοὰ ἔχουσα φλοιὸν τὸν περιέχοντα αὐτὴν, ἔνδον ἔχει μονὰς καὶ θήκας πολλὰς διαχωριζομένας διὰ ὑμένων, καὶ πολλοὺς κόκκους ἔχει τοὺς ἐν αὐτῇ κατοικοῦντας· οὕτως ἡ πᾶσα κτίσις περιέχεται [4] ὑπὸ πνεύματος Θεοῦ, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ περιέχον σὺν τῇ κτίσει περιέχεται ὑπὸ χειρὸς Θεοῦ. ὥσπερ οὖν κόκκος τῆς ῥοᾶς ἔνδον κατοικῶν οὐ δύναται ὁρᾶν τὰ ἔξω τοῦ λέπους αὐτὸς ὢν ἔνδον· οὕτως οὐδὲ ἄνθρωπος ἐμπεριεχόμενος μετὰ πάσης τῆς κτίσεως ὑπὸ χειρὸς Θεοῦ, οὐ δύναται θεωρεῖν τὸν Θεόν. [5] εἶτα βασιλεὺς μὲν ἐπίγειος πιστεύεται εἶναι καίπερ μὴ πᾶσι βλεπόμενος· διὰ δὲ νόμων καὶ διατάξεων αὐτοῦ, καὶ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων καὶ εἰκόνων νοεῖται· τὸν δὲ Θεὸν οὐ βούλει σὺ νοεῖσθαι διὰ ἔργων, καὶ δυνάμεων;

Κατανόησον, ὦ ἄνθρωπε, τὰ ἔργα αὐτοῦ, καιρῶν μὲν κατὰ χρόνους ἀλλαγὴν, κ̀ [6] ἀέρων [a] τροπὰς,

omnia Deus fecit, cum antea non essent, ut ex operibus cognoscatur & intelligatur ejus majestas.

V. Nam quemadmodum anima in homine non videtur, sed cum fugiat humanos visus, ex motu corporis intelligitur: ita & Deus oculis humanis videri non potest, sed ex providentia & operibus videtur & intelligitur. Quemadmodum enim & navem quis in mari instructam & currentem videns & ad littus appellentem, procul dubio gubernatorem in ea esse judicabit a quo gubernetur; ita Deus omnium gubernator intelligendus est, quamvis non videatur carnis oculis, quippe cum comprehendi non possit. Nam si in solem, exiguum illud elementum, non potest homo oculos defigere ob calorem & vim exsuperantem, quanto magis Dei gloriam quæ non est enarrabilis, mortalis homo intueri non potest? Quemadmodum enim malus punica cortice circumdata, intus plurimos habet foros ac loculos pelliculis interjectos, ac multa grana in se includit: sic universa creatura spiritu Dei: ipse vero spiritus una cum creatura continetur manu Dei. Quemadmodum igitur granum mali punicæ intus inclusum, non potest videre ea quæ sunt extra corticem, cum ipsum sit intus; sic nec homo, qui una cum omni creatura continetur manu Dei, Deum potest videre. Deinde vero rex terrenus exsistere creditur, quamvis ab omnibus non videatur; sed ex legibus suis & editis & potestatibus & copiis & imaginibus cognoscitur: Deum autem non vis intelligere ex ejus operibus & potestatibus?

VI. Considera, o homo, ejus opera, tempestatum statis temporibus vicissitudines, aeris muta-

sost. homil. 6. in Genes. Cyrill. 1. Jul. p. 17. Unde facile explicatur, quod nonnullos Criticos torsit, cur astra interdum apud Latinos elementa appellentur, ut apud Tertullianum l. 2. ad Nat. Lactantium l. 2. c. 5. & S. Hieronymum ep. ad Hedibiam qu. 15. Miror Petavium minus vidisse, quid sint apud Epiphanium *τὰ ματαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν στοιχείων παρὰ τοῖς πεπλανημένοις ὀνόματα, ἃ ζώδια καλοῦσι*, *frustra excogitata, pro numero elementorum, apud errantes nomina, quæ Zodia appellant*. Hæc Petavius Not. in hæres. 16. interpretatur de quadripartita signorum divisione pro quatuor elementorum numero. Sed liquet Epiphanium loqui de signis Zodiaci, non de quatuor elementis. Recenset enim duodecim nomina Hebraica totidem græcis nominibus respondentia *pro numero elementorum*, id est, duodecim signorum Zodiaci.

1. Καθάπερ γὰρ ψυχή.] Eodem modo Octavius apud Minucium Felicem ineptam Dei videndi cupiditatem in Ethnicis castigat: *Deum*, inquit, *oculis carnalibus vis videre, cum ipsam animam tuam qua vivificaris & loqueris, nec aspicere possis nec tenere.*

2. Αχώρητον.] Vide hujus rei uberiorem explicationem lib. 2. n. XXII.

3. Ei γὰρ τῷ ἡλίῳ.] Similem Xenophontis sententiam citant Clemens Alex. Protrept. 46. & Cyrillus Alex. 1. Jul. p. 32. Putat Clemens hæc Xenophontem hausisse ex Sibylla, cujus testimonium ibidem omnino gemellum refert. Sic etiam Minucius Felix cap. XXXII. *In sole adeo*, inquit, *qui vivendi omnibus caussa est, videre non possumus; radiis acies submovetur, obtutus intuentis hebetatur, & si diutius inspicias, omnis visus extinguitur. Quid? Ipsum solis artificem, illum luminis fontem possis sustinere?* Eadem habes apud Theodoret. serm. 10. de Provid. p. 439.


4. Ὑπὸ πνεύματος Θεοῦ.] Non loquitur Theophilus de Spiritu sancto, sed de illo spiritu, quem ait infra n. VII. a nobis spirando hauriri: quem lib. 2. num. IV. per omnia diffusum esse dicit, & num. XIII. natura tenuem esse.

5. Εἶτα βασιλεύς.] Refert hoc testimonium S. Joannes Damascenus Parall. p. 787. sub nomine Theophili Alexandrini & pag. 339. Theophili nomine. Illud etiam imitatur Irenæus lib. 2. cap. 6. n. 2. ubi Gnosticos supremum quemdam & omnibus ignotum Deum fingentes eodem prorsus argumento, ac Ethnicos Theophilus, refellit. *Aut numquid hi*, inquit, *qui sub Romanorum imperio sunt, quamvis numquam viderint Imperatorem, sed valde & per terram & per mare separati ab eo, cognoscent, propter dominium, eum qui maximam potestatem habet principatus? Qui autem super nos erant Angeli, vel ille quem mundi fabricatorem dicunt, non cognoscent omnipotentem?* Illud Irenæi, *propter dominium*, respondet his Theophili verbis *διὰ ἐξουσιῶν καὶ δυνάμεων*, *per principatus & potestates*; quibus verbis designat Theophilus legatos & præfectos ab Imperatore in provincias mitti solitos. Ejusmodi enim voces sæpe eos significant qui magistratum gerunt. Euripides in Andromache: *ἀρχαί τ' ἐπληροῦντο*. *Magistratus congregabantur*. Eodem sensu Plato in libris de Rep. Philostratus Vit. Apoll. lib. 2. cap. 12. hanc vocem usurpant. Sic etiam Juvenalis apud Latinos Sat. 14. *Hujus qui trahitur, prætextam sumere malis, quam Fidenarum Gabiorumve esse potestas?* Vopiscus in Saturnino: *Ut primum Ægyptii*, inquit, *magnam potestatem ad se venisse viderunt, statim clamaverunt:* Saturnine Auguste, dii te servent. Hæc pauca de multis referenda duxi, ut intelligatur quid sibi velit illud Theophili *δι' ἐξουσιῶν κ̀ δυνάμεων*; quid etiam illud Irenæi, *propter dominium*. Videtur enim vetus interpres Irænei, ut sæpe alias, ita hoc loco lapsus esse, & pro *δι' ἐξουσιῶν* legisse *δι' ἐξουσίαν*; unde reddit, *propter dominium*, cum reddere debuisset *per potestates*. Neque enim dubium, quin eadem sit hoc loco Irenæi ac Theophili sententia, quæ tamen dissimilis foret, utpote obscura prorsus & enervata in Irenæo, si legeretur, *propter dominium*. Huc accedit quod Irenæus, dum Imperatorem vocat *eum qui maximam potestatem habet principatus*, non obscure confirmet eam, quam dico, comparationem Imperatoris cum minoribus potestatibus, id est, cum legatis & præfectis, per quos Imperator cognoscitur. Ambigi possit utrum Irenæus ex Theophilo, an Theophilus ex Irenæo hanc sententiam mutuatus fuerit. Sed cum ea res magni sit momenti ad investigandum tempus, quo Theophilus hos libros elucubravit, rejicienda in tertiam partem Præfationis videtur.

6. Ἀέρων τροπάς.] Miror VVolfium huic scripturæ substituisse *ἀστέρων τροπάς*. Fatetur editionem Tigurinam

a Ἀέρων τροπάς.] Habet enimvero, ut scribit Wolfius, Felli editio Oxon. *ἀστέρων τροπὰς*, *stellarum revolutiones*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



στοιχείων τὸν ἄτακτον δρόμον, ἡμερῶν τε καὶ νυκτῶν, καὶ μηνῶν, καὶ ἐνιαυτῶν τὴν ἄτακτον πορείαν, σπερμάτων τε καὶ φυτῶν καὶ καρπῶν τὴν διάφορον καλλονὴν, τήν τε πολυποίκιλον γονὴν κτηνῶν τετραπόδων, καὶ πετεινῶν καὶ ἑρπετῶν καὶ νηκτῶν, ἐνύδρων τε καὶ ἐναλίων, ἢ τὴν ἐν αὐτοῖς τοῖς ζώοις δεδομένην σύνεσιν πρὸς τὸ γεννᾷν καὶ ἐκτρέφειν, οὐκ εἰς ἰδίαν χρῆσιν, ἀλλὰ [a] εἰς τὸ ἔχειν τὸν ἄνθρωπον· τήν τε πρόνοιαν ἣν ποιεῖται ὁ Θεὸς ἑτοιμάζων τροφὴν πάσῃ σαρκὶ, ἢ τὴν ὑποταγὴν ἣν ὥρισεν ὑποτάσσεσθαι τὰ πάντα τῇ ἀνθρωπότητι· πηγῶν τε γλυκερῶν καὶ ποταμῶν ἀενάων ῥύσιν· δρόσων τε καὶ ὄμβρων καὶ ὑετῶν τὴν κατὰ καιροὺς γινομένην ἐπιχορηγίαν, τὴν οὐρανίων παμποίκιλον κίνησιν, ἑωσφόρον ἀνατέλλοντα μὲν καὶ προσημαίνοντα ἔρχεσθαι τὸν τέλειον φωστῆρα· σύνδεσμόν τε Πλειάδος καὶ Ὠρίωνος· Ἀρκτοῦρόν τε καὶ τὴν τῶν λοιπῶν ἄστρων πορείαν γινομένην ἐν τῷ κύκλῳ τοῦ οὐρανοῦ, οἷς ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ πᾶσιν ἴδια ὀνόματα κέκληκεν. οὗτος Θεὸς μόνος ὁ ποιήσας ἐκ σκότους φῶς· [1] ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ, ταμεῖά τε νότου καὶ θησαυροὺς ἀβύσσου, καὶ ὅρια θαλασσῶν, χιόνων τε καὶ χαλαζῶν θησαυροὺς, συνάγων ὕδατα ἐν θησαυροῖς ἀβύσσου, καὶ [2] συνάγων τὸ σκότος ἐν θησαυροῖς αὐτοῦ, καὶ ἐξάγων τὸ φῶς τὸ γλυκὺ καὶ τὸ ποθεινὸν καὶ ἐπιτερπὲς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ· ἀνάγων νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς, καὶ ἀστραπὰς πληθύνων εἰς ὑετόν· ὁ ἀποστέλλων τὴν βροντὴν εἰς φόβον, καὶ προκαταγγέλλων τὸν κτύπον τῆς βροντῆς διὰ τῆς ἀστραπῆς, ἵνα μὴ ψυχὴ αἰφνιδίως ταραχθεῖσα ἐκψύχῃ· ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἀστραπῆς τῆς κατερχομένης ἐκ τῶν οὐρανῶν τὴν αὐτάρκειαν ἐπιμετρῶν πρὸς τὸ μὴ ἐκκαῦσαι τὴν γῆν. εἰ γὰρ λάβοι τὴν [3] κατεξουσίαν ἡ ἀστραπὴ, ἐκκαύσει τὴν γῆν· εἰ δὲ καὶ ἡ βροντὴ, καταστρέψει τὰ ἐν αὐτῇ.

Οὗτός μου Θεὸς ὁ τῶν ὅλων κύριος, ὁ τανύσας τὸν οὐρανὸν μόνος, καὶ θεὶς [4] τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανόν. ὁ συνταράσσων τὸ κύτος τῆς θαλάσσης, καὶ ἠχῶν τὰ κύματα αὐτῆς· ὁ δεσπόζων τοῦ κράτους αὐτῆς, καὶ τὸν σάλον τῶν κυμάτων καταπραΰνων· ὁ θεμελιώσας τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, καὶ δοὺς πνεῦμα τὸ τρέφον αὐτήν· οὗ ἡ πνοὴ ζωογονεῖ τὸ πᾶν· ὃς ἐὰν συσχῇ τὸ πνεῦμα παρ' ἑαυτῷ, ἐκλείψει τὸ πᾶν. τοῦτον λαλεῖς, ἄνθρωπε· [5] τούτου τὸ πνεῦμα ἀναπνεῖς, τοῦτον ἀγνοεῖς. τοῦτο δέ σοι συμβέβηκε, διὰ τὴν τύφλωσιν τῆς ψυχῆς, καὶ [6] πώρωσιν τῆς καρδίας σου. ἀλλὰ εἰ βούλει, δύνασαι θεραπευθῆναι· ἐπίδος σεαυτὸν τῷ ἰατρῷ, καὶ παρακεντήσει σου τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς καὶ τῆς καρδίας. τίς ἐστιν ὁ ἰατρός; ὁ Θεὸς, ὁ θεραπεύων καὶ ζωοποιῶν διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας. ὁ Θεὸς διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ καὶ τῆς σοφίας ἐποίησε τὰ πάν-

A tiones, astrorum attemperatum cursum, dierum & noctium, mensium & annorum rite descriptas vices, seminum, plantarum & fructuum amœnam varietatem, diversos pecudum fetus, quadrupedum, volatilium, reptilium, natatilium, fluvialium & marinorum: tum datum ipsis illis animalibus generandæ & alendæ prolis instinctum, non ad suos, sed ad hominis usus; tum providentiam, qua Deus cibum omni carni præparat; tum servile obsequium, quod homini ab omnibus præstari jussit: dulcium fontium & fluviorum perennes fluxus, roris, imbrium & pluviarum copiam variis temporibus suppeditari solitam: corporum cælestium diversos motus: luciferum exorientem & B perfecti astri adventum prænuntiantem: [a] Pleiadis & Orionis conjunctionem: Arcturum & ceterorum astrorum iter in cæli circulo descriptum; quibus omnibus multiplex [b] Dei sapientia propria nomina imposuit. Solus ille Deus est qui lucem ex tenebris fecit, qui lumen e thesauris suis educit, & receptacula austri, ac thesauros abyssi & terminos maris fecit, ac nivis & grandinis thesauros: qui aquas in thesauris abyssi, & tenebras in thesauris suis congregat: & suavem illam ac desiderabilem & jucundissimam lucem e thesauris suis profert: [c] qui eduxit nubes ab extremo terræ, & fulgura in pluviam multiplicat: qui emittit tonitru ad terrorem, & ejus fragorem fulC gure prænuntiat, ne anima subito turbata deficiat: atque etiam fulguris vim e cælo erumpentis ita temperat, ut ne terram comburat: nam si fulgur impetui suo permittatur, terram comburet: quod si ipsum etiam tonitru; quæ in ea sunt subvertet.

VII. Hic Deus meus est, universorum Dominus, qui cælum extendit solus, & statuit orbis terræ latitudinem: [d] qui conturbat profundum maris, & sonum fluctuum ejus excitat: qui [e] dominatur potestati ejus, & motum fluctuum ejus mitigat: qui fundavit terram super aquas, & spiritum eam nutrientem largitur: cujus spiritus vivificat omD nia; quem si apud se retineat, hoc universum deficiet. Hujus spiritu, o homo, loqueris, hujus spiritum ducis, atque hunc ignoras. Hoc autem tibi accidit ob mentis obcæcationem & cordis duritiem. Sed si vis, potes sanari: da te medico, & punget oculos mentis & cordis tui. Quis est iste medicus? Deus qui per Verbum & Sapientiam sanat & vivificat. Deus per Verbum & Sapientiam condidit universa: nam [f] *Verbo ejus firmati cæli*

a Job. IX. 9. *b* Psal. CXLVI. 4. *c* Psal. CXXXIV. 9. *d* Psal. LXIV. 8. *e* Psal. LXXXVIII. 10. *f* Psal. XXXII. 6.

& cod. Bodleianum habere *ἀέρων τροπάς*. At sibi opinionis errore finxit Ducæum & alias editiones habere *ἀστέρων τροπάς*. Sed eum falli asseverare possum. *ἀέρων μεταβολὴ* legitur apud Clementem Strom. *6. p. 659.*

1. Ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ.] Hæc in textum perperam videntur irrepsisse. Nam & paullo post repetuntur, & orationis seriem heic perturbant.

2. Συνάγων.] Redundat hoc verbum, sive Theophili, sive, quod libentius crediderim, librariorum incuria.

3. Κατεξουσίαν.] Ita scribo pro *κατ' ἐξουσίαν*. Hinc Matth. xx. *κατεξουσιάζω*. VVOLFIUS. Legere malim *τὴν κατ' ἐξουσίαν*.

4. Τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανόν.] Ita scripsi pro eo quod Tigurina & Parisienses habebant *τὸ σύρος τῆς ὑπ' οὐρανόν*. Pro me facit Bodl. ms. ubi legitur *εὖρος*, nec aliter scripsit Theophilus. Is enim phrasin hanc integram petiit ex Jobi 38. 18. qui ita: *νενουθέτησαι δὲ τὸ εὖρος τῆς ὑπ' οὐρανόν*; id est, *nosti-ne latitudinem terræ?* VVOLFIUS.

E 5. Τούτου.] Ita codex Bodleianus & editio Hamburgensis. Aliæ editiones *τοῦτο*. Sed ut accurata sit sententia, legendum etiam, *τούτῳ λαλεῖς*; satisque apte adderetur *καὶ* ante *τοῦτον ἀγνοεῖς*.

6. Πώρωσιν.] Hoc malim pro *πήρωσιν* quod ms. B. & edit. omnes exhibent. At B. superscriptum habebat *πω* syllabæ *πη*. Atque vox *πήρωσις* apud LXX. atque in N. T. subinde de obstinata mente occurrit: vicissim *πώρωσις*, ejusdem alioqui significationis, frustra utrimque quæritur. WOLFIUS.

a Εἰς τὸ ἔχειν κ. τ. λ.] Servatis omnibus verbis, comma dumtaxat repono suum in locum, & ita scribo: *εἰς τὸ ἔχειν τὸν ἄνθρωπον τήν τε πρόνοιαν, ἣν*, cetera. Significat Theophilus, Deum produxisse animantia, ut partim victum præbeant hominibus, partim iis ministrent. Vescimur enim eorum carnibus, ac variis utimur eorumdem servitiis. Illud vero notatu dignum, vocem *πρόνοια* heic eo sensu usurpari per metonymiam caussæ pro effectu, ut significet victum, quo necessitati humanæ naturæ prospicitur. Et hunc in sensum ipse sua verba mox interpretatur Theophilus. Eodem hoc loco pro *ἣν ὥρισεν*, rescribendum videtur *ᾗ ὥρισεν*, ut Latine sic reddatur: *Obedientiam, qua Deus omnia animantia hominibus voluit esse subjecta*. HEUMANN. l. c. pag. 510.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

τα. τῷ γὰρ λόγῳ αὐτοῦ ἐστερεώθησαν οἱ οὐρανοί, καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ, [1] πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. κρατίστη ἐστὶν ἡ σοφία αὐτοῦ. ὁ Θεὸς τῇ σοφίᾳ ἐθεμελίωσε τὴν γῆν· ἡτοίμασε δὲ οὐρανοὺς φρονήσει· ἐν αἰσθήσει ἄβυσσοι ἐῤῥάγησαν, νέφη δὲ ἐῤῥύησαν δρόσους. εἰ ταῦτα νοεῖς, ἄνθρωπε, ἁγνῶς καὶ ὁσίως καὶ δικαίως ζῶν, δύνασαι ὁρᾷν τὸν Θεόν· πρὸ παντὸς δὲ προηγείσθω σου ἐν τῇ καρδίᾳ πίστις καὶ φόβος ὁ τοῦ Θεοῦ, καὶ τότε συνήσεις ταῦτα. ὅταν [2] ἀπόθῃ τὸ θνητὸν, καὶ ἐνδύσῃ τὴν ἀφθαρσίαν, τότε ὄψει κατ' ἀξίαν τὸν Θεόν. [3] ἀνεγείρει γάρ σου τὴν σάρκα ἀθάνατον [4] σὺν τῇ ψυχῇ ὁ Θεός· καὶ τότε ὄψει γενόμενος ἀθάνατος [5] τὸν ἀθάνατον, ἐὰν νῦν πιστεύσῃς αὐτῷ· καὶ τότε ἐπιγνώσῃ ὅτι ἀδίκως κατελάλησας αὐτοῦ.

A & *Spiritu ejus omnis virtus eorum*. Præstantissima est illius sapientia. Deus in sapientia terram fundavit: cælos præparavit in prudentia: in sensu disrupti abyssi, & nubes rorem effuderunt. Hæc si intelligis, o homo, & pure & sancte ac juste vivas, potes Deum videre: sed ante omnia præeant in corde tuo fides & timor Dei, tuncque hæc intelliges. Cum mortalitatem deposueris & immortalitatem indueris, tunc Deum pro meritis videbis. Excitabit enim tuam carnem cum anima immortalem Deus: ac tunc factus immortalis immortalem videbis, si nunc ei credideris: tunc etiam cognosces, te contra illum inique loquutum esse.

B

Ἀλλὰ [a] ἀπιστεῖς νεκροὺς ἐγείρεσθαι. ὅτε ἔσται, τότε πιστεύσεις θέλων καὶ μὴ θέλων· καὶ ἡ πίστις σου εἰς ἀπιστίαν λογισθήσεται, ἐὰν μὴ νῦν πιστεύσῃς. πρὸς τί δὲ καὶ ἀπιστεῖς; ἢ οὐκ οἶδας ὅτι ἁπάντων πραγμάτων [6] ἡ πίστις προηγεῖται; τίς γὰρ δύναται θερίσαι γεωργὸς, ἐὰν μὴ πρῶτον πιστεύσῃ τὸ σπέρμα τῇ γῇ· ἢ τίς δύναται διαπεράσαι τὴν θάλατταν, ἐὰν μὴ πρῶτον ἑαυτὸν πιστεύσῃ τῷ πλοίῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ; τίς δὲ κάμνων δύναται θεραπευθῆναι, ἐὰν μὴ πρῶτον ἑαυτὸν πιστεύσῃ τῷ ἰατρῷ; ποίαν δὲ τέχνην ἢ ἐπιστήμην δύναταί τις μαθεῖν, ἐὰν μὴ πρῶτον ἐπιδῷ ἑαυτὸν καὶ πιστεύσῃ τῷ διδασκάλῳ; εἰ οὖν γεωργὸς πιστεύει τῇ γῇ, καὶ ὁ πλέων τῷ πλοίῳ, καὶ ὁ κάμνων τῷ ἰατρῷ, σὺ οὐ βούλει σεαυτὸν πιστεῦσαι τῷ Θεῷ, τοσούτους ἀῤῥαβῶνας ἔχων παρ' αὐτοῦ; πρῶτον μὲν γὰρ ὅτι ἐποίησέ σε ἐξ οὐκ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. εἰ γὰρ ὁ πατήρ σου οὐκ ἦν, οὐδὲ ἡ μήτηρ, πολὺ μᾶλλον οὐδὲ σὺ ἦς ποτε. καὶ ἔπλασέ σε ἐξ ὑγρᾶς οὐσίας μικρᾶς, καὶ ἐλαχίστης ῥανίδος, ἣ τις οὐδὲ αὐτὴ ἦν ποτε, καὶ προήγαγέ σε ὁ Θεὸς εἰς τόνδε τὸν βίον. εἶτα πιστεύεις τὰ ὑπὸ ἀνθρώπων γινόμενα ἀγάλματα,

VIII. Sed mortuos excitari non credis. Cum res eveniet, tunc credes, velis nolis; sed tua fides in incredulitatis loco deputabitur, nisi nunc credas. Sed cur non credis? An ignoras rebus omnibus fidem præire? Quis enim agricola metere potest, nisi prius semen terræ crediderit; aut quis mare transmittere, nisi prius se ipse rati credat & gubernatori? Quis autem ægrotans sanari potest, nisi prius se ipse medico crediderit; aut quam artem quis aut disciplinam ediscere potest, nisi se prius tradiderit magistro? Igitur si terræ credit agricola, si navigaturus rati, si ægrotus medico; non vis tu credere te Deo, tot ac tan- C tis ab eo pignoribus acceptis? Primo, quod te creavit cum antea non esses; (nam si nec pater tuus erat nec mater, multo magis ipse aliquando non eras) ac te ex humida & parva materia & minutissima guttula, quæ & ipsa non erat aliquando, formavit, atque in hanc vitam produxit. Deinde vero credis effecta ab hominibus simulacra deos esse & mira facere; Deo au-

1. Πᾶσα ἡ .... σοφία αὐτοῦ.] Hæc addita e codice Bodleiano in editione Oxoniensi, ac postea in Hamburgensi.

2. Ἀπόθῃ.] Legit VVolfius ἀπόθῃς, & paullo post ἐνδύσῃς. Sed nulla subest hujus mutationis, quamquam levissimæ, necessitas.

3. Ἀνεγείρει.] Necesse non est legere ἀνεγερεῖ, ut Grabius legendum censebat, teste CL. VVolfio. Usitatum enim est præsens pro futuro, cum certa & explorata res promittitur.

4. Σὺν τῇ ψυχῇ.] Sic reddi possent hæc verba: *Suscitabit carnem tuam, immortalem cum anima futuram*. Sed nihil vetat sic etiam interpretari; ut anima cum corpore excitari & resurgere dicatur. Sæpe enim sancti Patres resurrectionem animæ & corporis prædicant, non quod animam ad tempus cum corpore interire suspicentur, sed ut illius restitutionem in pristinum statum significent. Polycarpus gratias agit apud Euseb. lib. 4. quod a Deo in numerum martyrum vocetur ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος, *in calice Christi, in resurrectionem vitæ æternæ, animæ atque corporis*. Irenæus lib. 4. cap. 18. n. 5. προσφέρομεν δ' αὐτῷ ἴδια; ἐμμελῶς κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν ἀπαγγέλλοντες καὶ ὁμολογοῦντες σαρκὸς καὶ πνεύματος ἔγερσιν. *Offerimus ei quæ sunt ejus; congruenter communicationem & unitatem prædicantes & confitentes resurrectionem carnis & spiritus*. Et lib. 5. cap. 31. *Manifestum est quia & discipulorum ejus, propter quos & hæc operatus est Dominus, animæ abibunt in invisibilem locum, definitum eis a Deo, & ibi usque ad resurrectionem commorabuntur, sustinentes resurrectionem: post, recipientes corpora & perfecte resurgentes, hoc est, corporaliter, quemadmodum & Dominus resurrexit, sic venient ad conspectum Dei*. Tertullianus lib. de Pœnit. cap. 3. *An tu discernas actus carnis & spiritus, quorum & in vita & in morte & in resurrectione tantum communionis atque consortii est, ut pariter tunc aut in vitam aut in judicium suscitentur?* Lactantius lib. 7. cap. 11. ubi probat *non interire animam, sed dissociari a corpore*, sic tamen de ejus resurrectione, sive in antiquum statum restitutione loquitur: *Et quia temporalem vitam temporalis mors sequitur; consequens est ut resurgant animæ ad vitam perennem, quia finem mors temporalis accepit*. Nihil ergo commune his sanctorum Patrum dictis cum absurdo nonnullorum Arabum errore, qui cum sibi fingerent animas simul cum corporibus interire & resurgere, eruditis Origenis coram frequenti concilio disputationibus D cesserunt, teste Eusebio Hist. lib. 6. cap. 37.

5. Τὸν ἀθάνατον.] Hæc addita ex cod. ms. in editt. Oxon. & Hamb. Mox aliquid subintelligendum, nempe, si inique loqui pergas.

6. Ἡ πίστις προηγεῖται.] In hoc argumento, quod multi alii usurparunt, ut Clemens Alex. Strom. 2. Origenes 1. contra Celsum, Arnobius l. 2. Eusebius Præp. 1. Cyrillus cat. 5. Theodoretus 1. adv. Græcos, observare possumus fidei nomine apud antiquos Scriptores non modo assensum rebus revelatis, sed sæpe etiam eorum quæ Deus promisit, impetrandorum fiduciam designari. Quamvis autem immane discrimen sit inter eam fidem, quam navis gubernatori, aut medico, aut doctori habemus, & eam quam Deo, qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, habere debemus; habent tamen hæc exempla ex humanis rebus repetita non parum ponderis ad refellenda ethnicorum dicteria. Sic enim in Christianorum fidem jocari solebant, quasi isti, dum magna mysteria E ad credendum proponunt, a quo hæc tradita & revelata, minime ostenderent. Unde Celsus, postquam Christianos irrisit quod dicere solerent, μὴ ἐξέταζε, ἀλλὰ πίστευσον, καὶ ἡ πίστις σου σώσει σε: *Noli inquirere, sed crede, & fides tua te salvum faciet*; sic eos urget quasi hæc a Deo tradita esse non probarent: εἰ μὲν δὴ θελήσουσιν ἀποκρίνεσθαί μοι, ὡς οὐ διαπειρωμένῳ, πάντα γὰρ οἶδα, ἀλλ' ὡς ἐξ ἴσου πάντων κηδομένῳ, εὖ ἂν ἔχοι. εἰ δ' οὐκ ἐθελήσουσιν, ἀλλ' ἐροῦσιν ὥσπερ εἰώθασι, μὴ ἐξέταζε· ἀνάγκη αὐτοὺς ταῦτά τε διδάξαι ὁποῖά τα ἐστὶν, ἃ λέγουσι καὶ ὁπόθεν ἐῤῥύηκε. *Si mihi respondere voluerint, ut eos minime tentanti ac periclitanti (omnia enim novi) sed æque omnibus consulenti, præclare se res habebit. Si vero recusabunt, dicentque quod solent: Noli disquirere; necesse est ut doceant cujusmodi sint, quæ asseverant & unde dimanaverint*. Dignissima est quæ legatur Origenis responsio lib. 1. adv. Cels. (pag. 11. edit. Cantabr.)

a Ἀλλὰ ἀπιστεῖς.] Legere mallet Heumannus cum interprete apud Fellum & Wolfium, ἀλλ' εἰ ἀπιστεῖς ν. ἐ., ὅτε ἔσται. τότε κ. τ. λ.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

θεοὺς εἶναι, καὶ ἀρετὰς ποιεῖν· τῷ δὲ ποιήσαντί σε θεῷ ἀπιστεῖς δύνασθαί σε καὶ [a] μεταξὺ ποιῆσαι;

Καὶ τὰ μὲν ὀνόματα ὧν φῂς σέβεσθαι θεῶν, ὀνόματά ἐστι νεκρῶν ἀνθρώπων· καὶ τούτων τίνων καὶ ποταπῶν; οὐχὶ Κρόνος μὲν τεκνοφάγος εὑρίσκεται, καὶ τὰ ἑαυτοῦ τέκνα ἀναλίσκων; εἰ δὲ καὶ Δία τὸν παῖδα αὐτοῦ εἴποις, κατάμαθε κἀκείνου τὰς πράξεις, καὶ τὴν ἀναστροφήν· πρῶτον μὲν ὅτι ἐν Ἴδῃ ὑπὸ αἰγὸς ἀνετράφη, καὶ ταύτην σφάξας, κατὰ τοὺς μύθους, καὶ ἐκδείρας, ἐποίησεν ἑαυτῷ ἔνδυμα. τάς τε λοιπὰς πράξεις αὐτοῦ, περί τε ἀδελφοκοιτίας, καὶ μοιχείας, καὶ παιδοφθορίας, [1] ἄμεινον Ὅμηρος, καὶ οἱ λοιποὶ ποιηταὶ περὶ αὐτοῦ ἐξηγοῦνται. τί μοι τὸ λοιπὸν καταλέγειν περὶ τῶν υἱῶν [2] αὐτοῦ, Ἡρακλέα μὲν ἑαυτὸν καύσαντα· Διόνυσον δὲ μεθύοντα, καὶ μαινόμενον· καὶ Ἀπόλλωνα, τὸν Ἀχιλλέα δεδιότα καὶ φεύγοντα, καὶ τῆς Δάφνης ἐρῶντα, καὶ τὸν Ὑακίνθου μόρον ἀγνοοῦντα· ἢ Ἀφροδίτην τὴν τιτρωσκομένην· καὶ Ἄρεα τὸν βροτολοιγὸν, ἔτι δὲ καὶ ἰχῶρα ῥέοντα τούτων τῶν λεγομένων θεῶν; [3] καὶ ταῦτα μὲν μέτρια εἰπεῖν, ὅπου γε θεὸς εὑρίσκεται μεμελισμένος, ὁ καλούμενος Ὄσιρις· οὗ καὶ κατ᾽ ἔτος γίνονται τελεταὶ ὡς ἀπολλυμένου, καὶ εὑρισκομένου, καὶ κατὰ μέλος ζητουμένου· οὔτε γὰρ εἰ ἀπόλλυται νοεῖται, οὔτε εἰ εὑρίσκεται δείκνυται. τί δέ μοι λέγειν Ἄττιν ἀποκοπτόμενον· ἢ Ἄδωνιν ἐν ὕλῃ ῥεμβόμενον, καὶ κυνηγετοῦντα καὶ τιτρωσκομένον ὑπὸ συός; καὶ Σάραπιν τὸν ἀπὸ Σινώπης φυγάδα εἰς Ἀλεξάνδρειαν γεγονότα; ἢ τὴν Σκυθίαν Ἄρτεμιν καὶ αὐτὴν φυγάδα γεγονυῖαν, καὶ ἀνδροφόνον, καὶ [4] κυνηγέτιν, καὶ τοῦ Ἐνδυμίωνος ἐρασθεῖσαν; ταῦτα γὰρ οὐχ ἡμεῖς φαμὲν, ἀλλὰ οἱ καθ᾽ ὑμᾶς [5] συγγραφεῖς καὶ ποιηταὶ κηρύσσουσιν.

Τί μοι λοιπὸν καταλέγειν τὸ πλῆθος ὧν σέβονται ζώων Αἰγύπτιοι, ἑρπετῶν τε, καὶ κτηνῶν, καὶ θηρίων, καὶ πετεινῶν, [6] καὶ ἐνύδρων νηκτῶν ἔτι δὲ καὶ ποδόνιπτρα καὶ ἤχους αἰσχύνης; εἰ δὲ Ἕλληνας εἴποις καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, σέβονται λίθους, καὶ ξύλα, καὶ τὴν λοιπὴν ὕλην, ὡς ἔφθημεν εἰρηκέναι, ἀπεικονίσματα νεκρῶν ἀνθρώπων. Φειδίας μὲν γὰρ εὑρίσκεται ἐν Πίσῃ ποιῶν Ἠλείοις τὸν Ὀλύμπιον Δία, [b] καὶ Ἀθηναίοις ἐν ἀκροπόλει τὴν Ἀθηνᾶν. πεύσομαι δέ σου κἀγὼ, ὦ ἄνθρωπε, πόσοι Ζῆνες εὑρίσκονται· Ζεὺς μὲν γὰρ ἐν

A tem conditori tuo non credis facere eum posse, ut te in vitam revocet?

IX. Ac nomina quidem eorum, quos a te coli dictitas deorum, nomina sunt hominum mortuorum. Et ii quidem & quales fuere? An non Saturnus filiorum vorator invenitur? Quod si & Jovem ejus filium nomines, accipe ejus actiones & vivendi rationem. Primum in monte Ida nutritus est à caprea; eamque cum mactasset, ut ferunt fabulæ, & pellem detraxisset, fecit sibi indumentum. Cetera ejus facta, incestos cum sorore coitus, adulteria, illata pueris stupra, melius Homerus & ceteri poetæ descripserunt. Quid cetera B ad ejus filios spectantia enumerem? Herculem a se ipso combustum: Bacchum ebrium & furentem: Apollinem Achillis metu fugientem, & Daphnes amatorem, & Hyacinthi mortis ignarum: Venerem vulneratam, Martem hominum perniciem: præterea sanguinem ex his quos vocatis, diis, profluentem? Atque hæc quidem sunt dictu mediocria, quandoquidem Deus reperitur membratim discerptus, nomine Osiris; cujus etiam mysteria quotannis celebrantur, quasi pereat & inveniatur, & singula ejus membra quærantur: neque enim utrum perierit scitur; neque utrum inveniatur ostenditur. Quid dicam Attim castratum, Adonim in silva errantem, & inter venan- C dum ab apro vulneratum: Æsculapium fulmine percussum: Serapim Sinope profugum Alexandriam: Artemidem Scythicam, ipsam quoque profugam, homicidam, venatricem & Endymionis amore captam? Non enim a nobis hæc dicuntur, sed a vestris historicis & poetis prædicantur.

X. Quid jam refert enumerare multitudinem animalium, quæ ab Ægyptiis coluntur, reptilium, pecudum, ferarum, volatilium & natatilium fluvialium: ad hæc etiam pelves & inhonestos sonos? Quod si Græcos cites & ceteras gentes; colunt lapides & ligna ac reliquam mate- D riam, simulacra, ut jam diximus, mortuorum hominum. Phidias enim reperitur Pisæ fecisse Eliis Jovem Olympicum, & Atheniensibus Minervam in arce. Juvat ex te, o homo, quærere quot inveniantur Joves. Juppiter in primis Olym-

1. Ἄμεινον.] Legitur ad marginem codicis Bodl. ἃ μὲν, quæ scriptura in contextum inducta a Fello & Wolfio. Sed non videtur contextus, cum sua sponte sanus esset & integer, ob lectionem margini appositam immutari debuisse.

2. Αὐτοῦ.] Hanc vocem addidit Wolfius ex cod. Bodl. desumtam.

3. Καὶ ταῦτα μὲν μέτρια.] Refellit Wolfius hanc interpretationem, *Hæc quidem mediocria sunt:* ipse vero sic reddit: *sed de his quidem pauca & modica dicere attinet.* Probari non potest hæc doctissimi viri interpretatio; quam tamen, inquit, *periiis se facile probaturam esse confidimus.* Luce clarius est Theophilum levia & mediocria dicere, quæ antea dixerat, quia ad graviora transibat.

4. Κυνηγέτιν.] Ita se emendasse monet Lacrosii consilio Wolfius pro eo quod erat in editis κυνηγέτην.

5. Συγγραφεῖς.] Interdum hoc nomine generatim omnes scriptores designat Theophilus, velut n. 2. lib. 2. & initio libri tertii. Sed hoc loco συγγραφεῖς qui a poetis distinguuntur, non alii videntur esse quam historici, nec ad alios pertinet hæc antiquarum rerum, licet fabulosa, narratio. Sic etiam vocantur historici num. 12. l. 2. & a poetis & a philosophis distinguuntur. δοκεῖ δὲ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων ἢ συγγραφέων καὶ ποιητῶν εἰρημένα, ἀξιόπιστα μὲν εἶναι. Si quis dubitet his verbis, ἢ συγγραφέων historicos significari, attentius legat hæc Theophili verba ex n. 33. τίς μὲν ὄν .... τῶν καλουμένων σοφῶν καὶ ἱστοριογράφων.

6. Καὶ ἐνύδρων νηκτῶν.] Fortasse excidit καὶ. Ita noster E supra n. 6. καὶ νηκτῶν ἐνύδρων τε καὶ ἐναλίων; ubi νηκτὰ ab ἐνύδροις distinguit. Wolfius. Ex ipsis verbis, quæ ab erudito viro citantur, nihil hoc in loco mutandum esse patet. Nam cum duas species natatilium distinguat Theophilus, nempe fluvialium & marinorum; natatilia fluvialia vocare debuit pisces Nili ab Ægyptiis adoratos; frustra ergo diceremus natatilia & fluvialia.

a Μεταξὺ ποιῆσαι;] Wolfio τὸ μεταξὺ ποιῆσαι idem est, quod postliminio restituere, & in vitam revocare: quam interpretationem secutus est heic cl. Maranus. Verum hæc sententia minime probatur Heumanno; persuasum enim habet locum a librariis fuisse corruptum, qui μεταξὺ ex μείζω efformaverint. Putat igitur scripsisse Theophilum: *Credis, deos ethnicos ἀρετὰς ποιεῖν, magna & mira edere, fuere cetera: at Deum illum verum* (conditorem tuum) *non credis etiam majora efficere valere?* τῷ δὲ ποιήσαντί σε Θεῷ ἀπιστεῖς δύνασθαι καὶ μείζω ποιῆσαι; Quæ quidem liquida esse & cum tota oratione cohærere quam optime, viro erudito videntur. Immo vero a Theophili sententia hæc longe abesse conjicio; qui Deo resurrectionem promittenti absurdum esse nolle credere, probare contendit. His adde, in emendatione Heumanniana præter μεταξὺ violenter mutatum in μείζω, alterum quoque pronomen σε post δύνασθαι deletum immerito. Hesychius: μεταξὺ, μετ [illegible] quo sensu vox ista usurpata, fortasse huic [illegible] congruit.

b Καὶ Ἀθην.] Wolfius καὶ addidit ex ms. Bodl. ac ex Tigur. edit. Omittitur in editt. Oxon. & noviss. Paris.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



A πρώτοις προσαγορεύεται Ὀλύμπιος, καὶ Ζεὺς Λατεάριος, καὶ [1] Ζεὺς Κάσσιος, καὶ Ζεὺς κεραύνιος, καὶ Ζεὺς προπάτωρ, καὶ Ζεὺς παννύχιος, καὶ Ζεὺς [a] πολιοῦχος, καὶ Ζεὺς Καπετώλιος. καὶ ὁ μὲν Ζεὺς παῖς Κρόνου, βασιλεὺς Κρητῶν γενόμενος, ἔχει τάφον ἐν Κρήτῃ· οἱ δὲ λοιποὶ ἴσως οὐδὲ ταφῆς κατηξιώθησαν. εἰ δὲ καὶ εἴποις τὴν μητέρα τῶν λεγομένων θεῶν, μή μοι γένοιτο διὰ στόματος τὰς πράξεις αὐτῆς ἐξειπεῖν· ἀθέμιτον γὰρ ἡμῖν τὰ τοιαῦτα καὶ ὀνομάζειν· [b] ἢ τῶν θεραπόντων αὐτῆς τὰς πράξεις ὑφ' ὧν θεραπεύεται, ὁπόσα τε [2] τέλη καὶ εἰσφορὰς παρέχει τῷ βασιλεῖ αὐτή τε καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῆς. οὐ γάρ εἰσι θεοί, ἀλλὰ εἴδωλα, καθὼς προειρήκαμεν, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, καὶ δαιμόνια ἀκάθαρτα· γένοιντο δὲ τοιοῦτοι οἱ ποιοῦντες B αὐτά, καὶ οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτοῖς.

pius dicitur: deinde Juppiter Latialis, Juppiter Caſſius, Juppiter Ceraunius, Juppiter Propator, Juppiter Pannychius, Juppiter Poliuchus, Juppiter Capitolinus. Atque ille quidem Juppiter qui Saturni filius & rex Cretenſium fuit, habet ſepulcrum in Creta: ceteri vero forte ne ſepultura quidem dignati. Si vero matrem eorum quos vocatis, deorum objicias; abſit ut vel ipſius vel miniſtrorum a quibus colitur, actiones ore efferam; (hæc enim ne appellare quidem nobis fas eſt) vel quæ regi vectigalia & tributa, tum ipſa tum ejus filii pendant. Neque enim ſunt dii, ſed ſimulacra, ut prædiximus, opera manuum hominum, & impura dæmonia. [a] Tales fiant qui faciunt ea, & qui ſpem ſuam in eis conſtituunt.

[3] Τοιγαροῦν μᾶλλον τιμήσω τὸν βασιλέα, οὐ προσκυνῶν αὐτῷ, ἀλλὰ εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. Θεῷ δὲ τῷ ὄντως Θεῷ καὶ ἀληθεῖ προσκυνῶ, εἰδὼς ὅτι ὁ βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ γέγονεν. ἐρεῖς οὖν μοι· διὰ τί οὐ προσκυνεῖς τὸν βασιλέα; ὅτι οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι γέγονεν, ἀλλὰ εἰς τὸ τιμᾶσθαι τῇ νομίμῳ τιμῇ. Θεὸς γὰρ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένος, οὐκ εἰς τὸ προσκυνεῖσθαι, ἀλλὰ εἰς τὸ δικαίως κρίνειν. [4] τρόπῳ γάρ τινι παρὰ Θεοῦ οἰκονομίαν πεπίστευται· καὶ γὰρ αὐτός, οὓς ἔχει [5] ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους, οὐ βούλεται βασιλεῖς καλεῖσθαι· τὸ γὰρ βασιλεὺς αὐτοῦ ἐστιν ὄνομα· καὶ οὐκ ἄλλῳ ἐξόν C ἐστι τοῦτο καλεῖσθαι· οὕτως οὐδὲ προσκυνεῖσθαι ἀλλ' ἢ μόνῳ Θεῷ. ὥστε κατὰ πάντα πλανᾶσαι, ὦ ἄνθρωπε. τὸν δὲ βασιλέα τίμα, [6] τίμα εὐνοῶν αὐτῷ, ὑποτασσόμενος αὐτῷ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ. τοῦτο γὰρ ποιῶν, ποιεῖς τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ· λέγει γὰρ ὁ νόμος ὁ τοῦ Θεοῦ· [7] τίμα υἱὲ Θεὸν καὶ βασιλέα, καὶ μηδενὶ αὐτῶν ἀπειθὴς ἦς· ἐξαίφνης γὰρ τίσονται τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν.

XI. Regem igitur potius colam, non tamen eum adorans, ſed preces pro eo fundens. Verum autem & vere exſiſtentem Deum adoro, cum regem ab eo factum ſciam. Dices igitur mihi: Cur regem non adoras? Quia non ideo rex factus eſt ut adoretur, ſed ut legitimo honore obſervetur. Neque enim deus eſt, ſed homo a Deo conſtitutus, non ut adoretur, ſed ut juſte judicet. Eſt enim quodammodo adminiſtratio ei a Deo commiſſa; ac ipſe quidem quos ſub ſe præfectos habet, reges vocari non patitur. Eſt enim rex ipſius nomen, quo nomine alium vocari non licet; ita nec adorari niſi ſolum Deum. Itaque in omnibus, o homo, errore duceris. Regem igitur cole, ſed eum diligendo cole, eique parendo & orando pro eo. Hoc enim ſi facies, voluntatem Dei exſequeris: ita enim præcipit lex divina: [b] *Honora, fili mi, Deum & regem, nec eis inobediens ſis. Subito enim ulciſcentur inimicos ſuos.*

a Pſalm. cxiii. 8. Pſalm. cxxxiv. 18. b Prov. xxiv. 21. 22.

1. Ζεὺς Κάσσιος.] Eruditus Wolfius legendum monet Κάσιος idque probat teſtimoniis Scriptorum apud quos memoratur Juppiter Caſius nempe Lucani lib. 8. Plinii IV. 3 & v. 3. Sexti Empir. Pyrrhon. iii. 24. Stephani D Byzantini, qui Jovem Caſium a Caſio monte & urbe Ægypti deducit.

2. Τέλη καὶ εἰσφοράς.] Quod ait Theophilus de vectigalibus, quæ mater deorum, ejuſque filii Imperatori ſolvebant, explicari & illuſtrari poteſt ex Tertulliano. *Sed aliquo ſolatio*, inquit lib. 1. ad Nat. c. 10. *privatorum & domeſticorum deorum querelæ juvantur, quod publicos turpius contumelioſiuſque tractetis. Jam primum, quos in haſtarium regeſſiſtis publicanis ſubd. . . . tis, omni quinquennio inter vectigalia veſtra proſcriptos addicitis. Sic Serapeum, ſic Capitolium petitur, addicitur, conducitur . . . ſub eadem voce præconis, eadem exactione quæſtoris. Sed enim agri tributo onuſti viliores, hominum capita ſtipendio cenſa, ignobiliora. Nam hæ ſunt captivitate notæ pœna: dei vero qui magis tributarii, magis ſancti, immo qui magis ſancti magis tributarii; majeſtas conſtituitur in quæſtum, negotiatio religione proſcribitur, ſanctitas locationem mendicat: exigitis mercedem pro ſolo templi, pro aditu ſacri, pro ſtipitibus, pro oſtiis: venditis totam divinitatem; non licet eam gratis coli; plus denique publicanis reficitur, quam ſacerdotibus.*

3. Τοιγαροῦν.] Videtur ſibi ante hæc verba hiatum & lacunam perſpicere eruditus Wolfius, quia *deeſſe nonnulla & mſ. B. indicat & ſeries orationis evincit*. Sed vix quidquam magis aptum magiſque nexum reperiri poteſt. Quid enim cum vectigalibus quæ Cæſari deorum mater & dii pendebant, magis conſequens, quam Cæſari, ut pote deorum domino, plus tribuendum eſſe, quam diis? Similiter Tertullianus, poſtquam gentilium deos ſalibus ſuis perfricuit, tranſit ad cultum Cæſarum, quos potius colendos eſſe ait quam deos. *Ventum eſt igitur*, inquit, *ad ſecundum titulum læſæ auguſtioris majeſtatis: ſi quidem majore formidine & callidiore timiditate Cæſarem obſervatis quam ipſum de Olympo Jovem: & merito, ſi ſciatis. Quid enim? Ex viventibus quilibet non mortuo potior?* Apol. cap. 28. Et cap. 32. *Sed & juramus, ſicut non per genios Cæſarum, ita per ſalutem eorum, quæ eſt auguſtior omnibus diis.* Nulla igitur in hoc Theophili loco lacunæ ſuſpicio; neque ipſa codicis mſ. auctoritas in ejuſmodi notis arbitrio librariorum appoſitis magni facienda.

4. Τρόπῳ γάρ τινι.] Illud *quodammodo*, non eo ſpectat ut dubia & incerta res videatur, ſed quia comparationem quamdam inter Deum & reges inſtituit Theophilus: & quemadmodum præfecti & judices a regibus conſtituuntur, ita poteſtas regia eſt quædam veluti adminiſtratio a Deo commiſſa.

5. Ὑφ' ἑαυτὸν τεταγμένους.] Non ſubditos generatim hæc deſignant, ſed eos quibus aliquam rerum adminiſtranda- E rum partem committebat Imperator, id eſt, præfectos & duces & præſides. Sic Juſtinus Apol. 1. n. XVII. φόρους δὲ καὶ εἰσφορὰς τοῖς ὑφ' ὑμῶν τεταγμένοις πανταχοῦ πρὸ πάντων πειρώμεθα φέρειν. Hoc ipſo in loco Imperator dicitur ἄνθρωπος ὑπὸ Θεοῦ τεταγμένος.


6. Τίμα.] Deeſt in codice Bodl.

7. Τίμα . . . . ἐχθροὺς αὐτῶν.] Legitur φόβου Proverb. xxiv. 21. Sed ut obſervat Cl. Wolfius, S. Ignatius in epiſtola ad Smyrnenſes legit ut Theophilus.

a Πολιοῦχος.] Id apud Platonem vertitur *urbis defenſor*: in libris de Legibus apud Plutarchum in Demetrio: τῷ βασιλεῖ θεῶν πολιεὺς καὶ πολιοῦχος. Cicero in Catil. 1. *Loci ſtatori antiquiſſimo, cuſtodi hujus urbis*. Ariſtophanes in Nubibus: Πολιοῦχος Ἀθήνα. Cicero pro domo ſua: *Et te cuſtos urbis Minerva.* Theodoretus lib. VIII. de curat. Græc. affect. Κέκροπός ἐστι τάφος παρὰ τὴν πολιοῦχον αὐτήν. *Cecropis ſepulcrum poſitum eſt juxta* (Minervam) *civitatis cuſtodem.* DUCÆUS.

b Ἢ τῶν.] Ita ſcripſi pro ἢ, quod eſt in edit. Oxon. quum tamen & Tigur. & reliquæ omnes præter primam Pariſ. habeant ἢ. WOLF. — Maranus tamen in noviſſ. Pariſ. edit. ἢ τῶν retinuit. Sic & alia Pariſ. an. 1615.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
182.



Περὶ δὲ τοῦ σὲ καταγελᾷν μου, καλοῦντά με Χριστιανόν· οὐκ οἶδας ὃ λέγεις. πρῶτον μὲν, ὅτι [1] τὸ χριστὸν ἡδὺ καὶ εὔχρηστον καὶ ἀκαταγέλαστόν ἐστι. ποῖον γὰρ πλοῖον δύναται εὔχρηστον εἶναι καὶ σώζεσθαι, ἐὰν μὴ πρῶτον χρισθῇ; ἢ ποῖος πύργος ἢ οἰκία εὔμορφος καὶ εὔχρηστός ἐστιν, ἐπὰν οὐ κέχρισται; τίς δὲ ἄνθρωπος εἰσελθὼν εἰς τόνδε τὸν βίον, ἢ ἀθλῶν, οὐ χρίεται ἐλαίῳ; ποῖον δὲ ἔργον [2] ἢ κόσμιον δύναται εὐμορφίαν ἔχειν, ἐὰν μὴ χρισθῇ καὶ στιλβωθῇ; εἶτα ἀὴρ μὲν, καὶ πᾶσα ἡ ὑπ᾽ οὐρανὸν, τρόπῳ τινὶ χρίεται φωτὶ καὶ πνεύματι· σὺ δὲ οὐ βούλει χρισθῆναι ἔλαιον θεοῦ; τοιγαροῦν ἡμεῖς τούτου ἕνεκεν καλούμεθα Χριστιανοὶ· ὅτι χριόμεθα ἔλαιον θεοῦ. A

A XII. Quod autem me irrides, Christianum vocans, nescis quid dicas. Primo quidem quia quod unctum est, suave & utile est, nec rideri debet. Quæ enim navis utilis & salva esse potest, nisi prius ungatur; aut quæ turris vel domus elegans & commoda est, si uncta non fuerit? Quis est qui cum in hanc vitam editur, aut in palæstram ingreditur, oleo non ungatur? Quodnam opus ornatum esse & præclarum potest, nisi ungatur & expoliatur? Deinde vero aer & omnis quæ sub cælo est, terra quodammodo unguntur lumine & spiritu; tu vero non vis ungi oleo Dei? Nos enim ideo Christiani vocamur, quod Dei oleo ungamur.

Ἀλλὰ καὶ τὸ ἀρνεῖσθαί σε νεκροὺς ἐγείρεσθαι· φῂς γὰρ, δεῖξόν μοι κἂν ἕνα ἐγερθέντα ἐκ νεκρῶν, ἵνα ἰδὼν, πιστεύσω· πρῶτον μέν, τι μέγα, εἰ θεασάμενος τὸ γεγονὸς πιστεύσεις; εἶτα πιστεύεις μὲν Ἡρακλέα καύσαντα ἑαυτὸν, ζῆν· καὶ Ἀσκληπιὸν κεραυνωθέντα ἐγηγέρθαι· τὰ δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ σοι λεγόμενα ἀπιστεῖς; [3] ἴσως καὶ ἐπιδείξω σοι νεκρὸν ἐγερθέντα, καὶ ζῶντα, καὶ τοῦτο ἀπιστήσεις. ὁ μὲν οὖν θεός σοι πολλὰ τεκμήρια ἐπιδείκνυσιν εἰς τὸ πιστεύειν αὐτῷ. εἰ γὰρ βούλει, κατανόησον τὴν τῶν καιρῶν καὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν [4] τελευτὴν, πῶς καὶ αὐτὰ τελευτᾷ καὶ ἀνίσταται. τί δὲ καὶ οὐχὶ ἡ τῶν σπερμάτων καὶ καρπῶν γινομένη ἐξανάστασις, καὶ τοῦτο εἰς τὴν χρῆσιν τῶν ἀνθρώπων; εἰ γὰρ τύχοι εἰπεῖν κόκκος σίτου ἢ τῶν λοιπῶν σπερμάτων C ἐπὰν βληθῇ εἰς τὴν γῆν, πρῶτον ἀποθνήσκει καὶ λύεται, εἶτα ἐγείρεται καὶ γίνεται στάχυς. ἡ δὲ τῶν δένδρων καὶ ἀκροδρύων φύσις, πῶς οὐχὶ κατὰ πρόσταγμα θεοῦ ἐξ ἀφανοῦς καὶ ἀοράτου κατὰ καιροὺς [5] προσφέρουσιν τοὺς καρπούς; ἔτι μὴν ἐνίοτε καὶ στρουθίον, ἢ τῶν λοιπῶν πετεινῶν, καταπινὸν σπέρμα μηλέας, ἢ συκῆς, ἢ τινος ἑτέρου, ἦλθεν ἐπί τινα λόφον πετρώδη, ἢ [6] τάφον, καὶ ἀφώδευσε, κἀκεῖνο δραξάμενον ἀνέφυ δένδρον, τό ποτε καταποθὲν, καὶ διὰ τοσαύτης θερμασίας διελθόν. ταῦτα δὲ πάντα ἐνεργεῖ ἡ τοῦ θεοῦ σοφία, εἰς τὸ ἐπιδεῖξαι καὶ διὰ τούτων, ὅτι δυνατός ἐστιν ὁ θεὸς ποιῆσαι τὴν καθολικὴν ἀνάστασιν ἁπάντων ἀνθρώπων. εἰ δὲ καὶ θαυμασιώτερον θέαμα θέλεις θεάσασθαι γι- D νόμενον πρὸς ἀπόδειξιν ἀναστάσεως, οὐ μόνον τῶν ἐπιγείων πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν οὐρανῷ, κατανόησον τὴν ἀνάστασιν τῆς σελήνης τὴν κατὰ μῆνα γενομένην, πῶς [7] φθίνει [a] καὶ ἀνίσταται πάλιν. ἔτι ἄκουσον καὶ ἐν σοὶ αὐτῷ ἔργον ἀναστάσεως γινόμενον, κἂν ἀγνοῇς, ὦ ἄνθρωπε. ἴσως γάρ ποτε

B XIII. Quod autem mortuos excitari negas, ais enim: Ostende mihi vel unum ex mortuis excitatum, ut credam cum videro: Primum quidem quid magni præstabis, si tum credes cum rem factam videris? Deinde vero credis Herculem, qui se ipse combussit, vivere; Æsculapium fulmine percussum in vitam revocatum; quæ vero tibi a Deo dicuntur, ea non credis? Fortasse ostendam tibi mortuum ad vitam revocatum & viventem, nec tamen id credes. Ac multa quidem tibi Deus exhibet argumenta cur ei credas. Observa enim, si placet, temporum & dierum & noctium interitum; attende quemadmodum hæc etiam intereant & renascantur. Quid? An non seminum & fructuum fit quædam resurrectio, idque ad usus humanos? Granum enim tritici, exempli gratia, aut aliorum seminum, cum terræ injectum fuerit, primo perit & solvitur, deinde excitatur & in spicam assurgit. Arborum autem natura nonne certis temporibus Dei jussu latentes antea & invisos fructus producit? Quin etiam interdum passerculus aut avis alia quælibet, cum semen mali aut ficus aut cujusvis alius sorbuerit, avolat in petrosum collem, aut aliquod sepulcrum, ac ibi alvum exonerat; tumque semen illud radices agens, arbor nascitur, quod olim absorptum fuerat, & tantum calorem trajecerat. Hæc autem omnia operatur divina sapientia, ut vel ex his demonstret posse Deum generalem omnium hominum resurrectionem perficere. Quod si mirabilius ad resurrectionem demonstrandam spectaculum videre cupis, non solum in terrestribus rebus, sed etiam in cælo; observa menstruam lunæ resurrectionem, quemadmodum intereat & renascatur. Accipe præterea resurrectionem in te ipso ad effectum, etiamsi igno-

1. Τὸ χριστόν.] Vide Notas in Apologiam I. S. Justini num. 4. & II. n. 6. Miror eruditum Wolfium opinari Theophilum respicere hoc loco ad χρηστὸς, *quia Christum Gentiles Chrestum & forte etiam Christianos Chrestianos appellare consueverant*. Quamvis autem Christianos ita dictos existimet Theophilus, quia uncti sunt oleo Dei; non tamen, ut eidem videtur Wolfio, discrepat ab aliis scriptoribus, qui Christianorum nomen a Christo deducunt. Nam Justinus etsi hoc nomen deducit a chrismate Apol. 1. E n. 4. Christianos tamen a Christo nomen accepisse docet in pluribus locis Dialogi, ut n. 117.

2. Ἢ κόσμιον.] Recte observat Wolfius legendum esse κόσμιον δύναται ἢ εὐμορφίαν, transponendo conjunctionem.

3. Ἴσως καὶ &c.] Ex hoc loco Dovvellus Differt. 2. in Iren. n. 44. concludit defecisse mortuorum excitationes apud Christianos. Sed Dodvvellum Irenæus ipse refellit, qui cum æqualis sit Theophilo, ac paullo post eum scripserit, testatur ætate sua mirabilem copiam donorum Spiritus sancti adhuc vigere, & mortuorum resurrectionem inter hæc miracula recenset: *Jam etiam* inquit, *quemadmodum diximus, & mortui resurrexerunt, & perseveraverunt nobiscum annis multis*, lib. 2. cap. 32. n. 4. Vid. c. 31. ejusdem libri n. 42.

4. Τελευτήν.] Sic Clemens ep. ad Cor. n. 24. *Intueamur dilecti eam quæ omni tempore fit resurrectionem. Dies & nox resurrectionem nobis declarant: cubat nox, exsurgit dies: dies abit, nox advenit*. Sic etiam Tertullianus Apol. c. 48. & de Resurrect. cap. 12. Minucius Felix in Octavio; Cyrill. cat. 18. Epiph. Ancor. Cetera argumenta iisdem & pluribus aliis nota.

5. Προσφέρουσιν.] Satis apte Wolfius, monitu Davisii, legendum putat προφέρουσι.

6. Τάφον.] Ejusdem Davisii monitu Wolfius legendum esse existimat τάφρον, ac *foveam* interpretatur: sic etiam legerat Clauserus, qui eodem modo reddidit. Sed hoc loco Theophilus in exemplum adducit arbores illas, quæ cum in locis saxosis & desertis interdum nascantur, nec hominum manui aut terræ succis originem suam debeant, inquirendi curam afferunt undenam exortæ sint. Caussam confert Theophilus in granum aliquod ab ave ejectum. Quare sepulcrum, ut pote monumentum ex lapidibus constructum & in locis desertis ac editis erigi solitum, sententiæ Theophili melius quadrabat quam fovea.

7. Φθίνει.] In editionibus Oxon. & Hamb. additur καὶ ἀποθνήσκει. Verbum ἀποθνήσκει desumtum quidem est ex cod. Bodl. sed cum desit, teste Wolfio, in eodem codice conjunctio καὶ, metuo ne illud ἀποθνήσκει e margine in textum irrepserit.

a Φθίνει καὶ ἀν.] Theophilus infra lib. II. n. XV. ἡ δὲ σελήνη κατὰ μῆνα φθίνει, καὶ δυνάμει ἀποθνήσκει. Unde colligit Wolfius, germanam esse lectionem ἀποθνήσκει, quam codex Bodl. heic exhibet.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

νόσῳ περιπεσὼν, ἀπώλεσάς σου τὰς σάρκας, καὶ τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸ εἶδος, ἐλέους δὲ τυχὼν παρὰ θεοῦ, καὶ ἰάσεων, πάλιν ἀπέλαβές σου τὸ σῶμα καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ἰσχύν· καὶ ὥσπερ οὐκ ἔγνως ποῦ ἐπορεύθησάν σου αἱ σάρκες ἀφανεῖς γενόμεναι· οὕτως οὐκ ἐπίστασαι οὐδὲ πόθεν ἐγένοντο, ἢ πόθεν ἦλθον. ἀλλὰ ἐρεῖς· ἐκ τροφῶν καὶ χυμῶν ἐξαιματουμένων. καλῶς· ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔργον θεοῦ τοῦ οὕτω δημιουργήσαντος, καὶ οὐκ ἄλλου τινός.

Μὴ οὖν ἀπίστει, ἀλλὰ πίστευε· καὶ γὰρ ἐγὼ ἠπίστουν τοῦτο ἔσεσθαι, ἀλλὰ νῦν κατανοήσας αὐτὰ πιστεύω, ἅμα καὶ ἐπιτυχὼν ἱεραῖς γραφαῖς τῶν ἁγίων προφητῶν, οἳ καὶ προεῖπον διὰ πνεύματος θεοῦ τὰ προγεγονότα ᾧ τρόπῳ γέγονε, καὶ τὰ ἐνεστῶτα τίνι τρόπῳ γίνεται, καὶ τὰ ἐπερχόμενα ποίᾳ τάξει ἀπαρτισθήσεται. ἀπόδειξιν οὖν λαβὼν τῶν γινομένων καὶ προαναπεφωνημένων, οὐκ ἀπιστῶ· ἀλλὰ πιστεύω πειθαρχῶν θεῷ· ᾧ, εἰ βούλει, καὶ σὺ ὑποτάγηθι, πιστεύων αὐτῷ, μὴ νῦν ἀπιστήσας, πεισθῇς ἀνιώμενος [1] τότε ἐν αἰωνίοις τιμωρίαις. ὧν τιμωριῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν προφητῶν, μεταγενέστεροι γενόμενοι οἱ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι, ἔκλεψαν ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν, εἰς τὸ δόγματα αὐτῶν ἀξιόπιστα γενηθῆναι. πλὴν καὶ αὐτοὶ προεῖπον περὶ τῶν κολάσεων τῶν μελλουσῶν ἔσεσθαι ἐπὶ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀπίστους, ὅπως ᾖ ἐμμάρτυρα πᾶσι, πρὸς τὸ μὴ εἰπεῖν τινας ὅτι οὐκ ἠκούσαμεν, οὐδὲ ἔγνωμεν. εἰ δὲ βούλει καὶ σὺ, ἔντυχε φιλοτίμως ταῖς προφητικαῖς γραφαῖς· καὶ αὐταί σε τρανότερον ὁδηγήσουσι πρὸς τὸ ἐκφυγεῖν τὰς αἰωνίους κολάσεις, καὶ τυχεῖν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τοῦ θεοῦ. ὁ γὰρ δοὺς στόμα εἰς τὸ λαλεῖν, καὶ πλάσας οὖς εἰς τὸ ἀκούειν, καὶ ποιήσας ὀφθαλμοὺς εἰς τὸ ὁρᾷν, ἐξετάσει τὰ πάντα καὶ κρινεῖ τὸ δίκαιον, ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ ἀξίαν [2] τῶν [a] μισθῶν. τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν δι' ἔργων ἀγαθῶν ζητοῦσι τὴν ἀφθαρσίαν, δωρήσεται ζωὴν αἰώνιον, χαρὰν, εἰρήνην, ἀνάπαυσιν, καὶ πλήθη ἀγαθῶν, ὧν οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· τοῖς δὲ ἀπίστοις, καὶ καταφρονηταῖς καὶ ἀπειθοῦσι τῇ ἀληθείᾳ, πειθομένοις δὲ τῇ ἀδικίᾳ, ἐπὰν ἐμφύρωνται μοιχείαις, καὶ πορνείαις, καὶ ἀρσενοκοιτίαις, καὶ πλεονεξίαις, καὶ ταῖς ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις, ἔσται ὀργὴ, καὶ θυμὸς, θλίψις καὶ στενοχωρία· καὶ τὸ τέλος τοὺς τοιούτους καθέξει πῦρ αἰώνιον. ἐπειδὴ [3] προσέθηκας, ὦ ἑταῖρε· δεῖξόν μοι τὸν θεόν σου, οὗτός μου θεὸς, καὶ συμβουλεύω σοι φοβεῖσθαι αὐτὸν καὶ πιστεύειν αὐτῷ.

A res, perductam. Forte enim aliquando in morbum incidisti, & carnes tuas ac vires & speciem amisisti; sed misericordiam a Deo & medelam nactus, recuperasti corpus tuum & speciem & vires: & quemadmodum ignoras quonam abierint carnes tuæ cum evanuere, ita nec perspectum habes undenam exstiterint & unde venerint. Dices ex cibis & succis in sanguinem conversis. Præclare: sed hoc opus Dei est ita rem conficientis, non cujusquam alterius.

XIV. Ne sis igitur incredulus, sed potius crede; nam & ego non credebam id futurum, sed nunc credo postquam hæc attentius consideravi; simul B quod in sacras Scripturas incidi sanctorum Prophetarum, qui per Spiritum sanctum & præterita eodem quo gesta sunt modo, & præsentia eodem quo geruntur, prædixerunt, & futura eodem ordine quo perficientur. Cum igitur ea quæ eveniunt & prædicta sunt, demonstrationem mihi exhibeant, non sum incredulus, sed credo, obtemperans Deo: cui tu quoque, si vis, obtempera; credens ei; ne si nunc incredulus fueris, credas tunc suppliciis cruciatus æternis. Quæ supplicia cum prædicta a prophetis fuissent, his minores natu poetæ & philosophi furati sunt ex sanctis Scripturis, ut auctoritatem opinionibus suis conciliarent. Sed tamen hi quoque futura impiis & incredulis supplicia C prædixerunt, ut testata essent omnibus; ne dicerent nonnulli: Non audivimus nec cognovimus. Tu quoque, si tibi ita videtur, lege studiose propheticas Scripturas; ac lucem illarum tutiorem habebis ducem, ut fugias æterna supplicia, & perpetua Dei bona consequaris. Nam qui dedit os ad loquendum, ac aures finxit ad audiendum & oculos ad videndum, excutiet omnia & justum feret judicium, suam cuique pro meritis mercedem tribuens: [a] *Iis quidem qui secundum patientiam boni operis incorruptionem quærunt*, donabit *vitam æternam*, gaudium, pacem, quietem, multitudinem bonorum, [b] *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit*: Incredulis autem & D superbis & [c] *iis qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati*, cum repleti fuerint adulteriis, scortationibus, puerorum stupris, avaritia & infandis simulacrorum cultibus, erit *ira & indignatio, tribulatio & angustiæ*; ac tandem tales ignis æternus detinebit. Quoniam, amice, adjecisti, Ostende mihi Deum tuum; hic est Deus meus, quem tibi auctor sum ut timeas, eique fidem habeas.

a Rom. II. 7. *b* I. Cor. II. 9. *c* Rom. II. 8. 9.

1. Τότε.] Davisius legendum pronuntiaverat *ἀνιώμενός ποτε*. Sed vulgatam lectionem retinendam esse monet Wolfius, quia respicit Theophilus ad illud tempus, quo supplicia inferentur. Vid. supra n. VII. & lib. II. n. III.

2. Τῶν μισθῶν.] Leg. *τὸν μισθόν*.

3. Προσέθηκας.] Observat Ducæus interpretem legisse *προσέταξας*. Vertit enim: *cum mihi imperaris*. Mallet Ducæus *προσῄτησας*, *postulasti*. Sed nihil mutandum putat Wolfius: utpote in re clara & aperta.

a Τῶν μισθῶν.] Legendum esse *τὸν μισθόν*, animadverterat quoque Heumannus l. c. pag. 512. Quin & idem censet, Theophilum heic respexisse ad illud *Matth.* xx. 8. *ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθόν*.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

Θ Ε Ο Φ Ι Λ Ο Υ

ΤΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΣ

ΠΡΟΣ

Α Υ Τ Ο Λ Υ Κ Ο Ν

ΒΙΒΛΙΟΝ β'.

S. P. N. THEOPHILI

ANTIOCHENI

AD

AUTOLYCUM

LIBER II.

ARGUMENTUM.

Amicæ Autolyci cohortationi de religione Christiana fusius edisserenda, morem gerit Theophilus: atque in hoc secundo libro stultitiam superstitionis cui addictus erat Autolycus, demonstrare instituit; eique veritatis lucem e Prophetarum libris efflorescentem opponit.

A ΕΠΕΙΔΗ πρὸ τέτων τῶν ἡμερῶν ἐγένετο λόγος ἡμῖν, ὦ ἀγαθότατε Αὐτόλυκε, πυθομένε σε τίς με ὁ Θεὸς, καὶ δι' ὀλίγε παρασχόντος σε τὰ ὦτα τῇ ὁμιλίᾳ [a] ἡμῖν, περὶ τῆς θεοσεβείας με ἐξεθέμην σοι. ἔπ δὲ ἢ ἀποταξάμενοι ἑαυτοῖς, μετὰ πλείστης φιλίας ἐπορεύθημεν ἕκαστος εἰς τὸν ἑαυτῦ οἶκον, καίπερ [b] σκληρῶς τὰ πρῶτα [1] ἔχοντος πρὸς ἡμᾶς· οἶδας γὰρ καὶ μέμνησαι, ὅτι ὑπέλαβες μωρίαν εἶναι τὸν λόγον ἡμῶν. σε ἐν μετὰ ταῦτα προτρεψαμένε με, κἂν ἰδιώτης ὦ λόγῳ, βέλομαί σοι ἢ νῦν διὰ τῦδε τε συγγράμματος ἀκριβέστερον ἐπιδεῖξαι τὴν ματαιοπονίαν ἢ ματαίαν θρησκείαν ἐν ᾗ κατέχῃ, [2] ἀλλὰ [c] ἢ δι' ὀλίγων τῶν κατά σε ἱστοριῶν ὧν ἀναγινώσκεις, ἴσως δὲ ἐδέπω γινώσκεις, τὸ ἀληθὲς φανερόν σοι ποιῆσαι.

B Καὶ γὰρ γέλοιόν μοι δοκεῖ, λιθοξόες μὲν ἢ πλάστας, ἢ ζωγράφες, ἢ χωνευτὰς πλάσσειν τε ἢ γράφειν ἢ γλύφειν ἢ χωνεύειν, ἢ θεὲς κατασκευάζειν, οἳ ἐπὰν γένωνται ὑπὸ τῶν τεχνιτῶν, ἐδὲν αὐτὲς ἡγοῦνται. ὅταν δὲ ἀγορασθῶσιν [3] εἰς ναὸν καλέμενον

A I. CUM ante hos dies sermonem inter nos, optime Autolyce, haberemus; quærenti tibi quisnam meus esset Deus, ac disputationi meæ aures aliquamdiu præbenti, religionem meam exposui. Ita tum discessimus, ut amicissimi domum rediremus; quamvis primo duriuscule mecum egisses. Nosti enim & meministi stultitiam tibi videri nostram doctrinam. Sed cum me postea hortatus sis; quamvis imperitus sim dicendi, volo tamen nunc quoque hoc libello accuratius tibi demonstrare inutilem laborem & inanem superstitionem qua detineris; atque etiam ex paucis ad vos pertinentibus historiis, quas legis quidem, sed fortasse nondum intelligis, verum tibi ante oculos ponere.

B II. Ridiculum enim mihi videtur statuarios, figulos, pictores, fusores, fingere, pingere, sculpere, fundere, & deos parare, qui cum ab opificibus facti fuerint, nullo in pretio ab eis habentur; postquam autem vænierint in usum tem-

1. Εχοντος.] Eruditus Wolfius legendum putat ἔχοντός σου.

2. Αλλὰ καὶ δι' ὀλίγων.] Legitur in cod. Bodl. ἅμα καὶ δι' ὀλίγων. Sed hanc scripturam Oxoniensis Editor non magni fecit: at eam Wolfius in contextum intulit, minus belle, meo quidem judicio. Aptior enim erit Theophili oratio, si dicat se inanitatem gentilium institutorum demonstrare velle, immo ex ipsis illorum historiis veritatem ante oculos ponere: aptius, inquam, & commodius id videtur, quam si *simul* pro *immo* reddatur. Ceterum debito testimonio non fraudandus Wolfius, quod mihi in sananda hujus loci vitiosa interpunctione & interpretatione præiverit.

3. Εἰς ναὸν καλούμενον.] Ante has voces legitur ὑπό τ-

a Τῇ ὁμιλ. ἡμῖν.] Vir eruditus Heumannus, cujus aliquot animadversiones in primum Theophili librum superius protulimus ex ipsius *Poecil.* tom. I. pag. 505. in ejusdem operis tom. III. pagg. 203. seqq. librum secundum excutiendum suscipit. Heic ergo rescribere mallet τῇ ὁμιλ. με: quod quidem noster interpres expressit.

C b Σκληρῶς — ἔχοντος πρὸς ἡμᾶς] Non placet Heumanno Wolfii conjectura, legentis ἔχοντός σε π. ἡ. Ipsi autem nihil addendum videtur, sed tantum ἔχοντος mutandum in ἔχοντες; sicque interpretatur: *Quamvis i istio inimicius nos invicem gerebamus*. Liquet enim, inquit, ex primis duobus superioris libri capitibus, non solum Autolycum Theophilo, sed etiam hunc illi succensuisse. Verum, meo quidem judicio, minime admittenda videtur Heumanni emendatio: tunc enim scripsisset Theophilus, σκληρῶς — ἔχοντες πρὸς ἀλλήλες, vel ἐναλλὰξ, aut quid simile: adeoque cum Wolfio potius sive addendum σε, sive subintelligendum. Illud autem πρὸς ἡμᾶς sic accipiendum existimo: *adversus nos*, vel *adversus religionem nostram*.

c Αλλά.] Mſ. Bodl. lectionem ἅμα exhibentis, vulgatæ ἀλλὰ præferendam statuerat ante Wolfium Davisius in notis ad *Clementis Romani* Epist. I. ad Corinthios, cap. xxxvii.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

ἢ οἶκον τινὰ, τούτοις οὐ μόνον θύουσιν οἱ ὠνησάμενοι, A ἀλλὰ καὶ οἱ ποιήσαντες καὶ πωλήσαντες ἔρχονται μετὰ σπουδῆς καὶ παρατάξεως θυσιῶν τε καὶ σπονδῶν εἰς τὸ προσκυνεῖν αὐτοῖς, καὶ ἡγοῦνται θεοὺς αὐτοὺς, οὐκ εἰδότες ὅτι τοιοῦτοί εἰσιν, ὁποῖοι καὶ ὅτε ἐγένοντο ὑπ' αὐτῶν, ἤτοι λίθος ἢ χαλκὸς, ἢ ξύλον, ἢ χρῶμα, ἢ καὶ ἑτέρα τις ὕλη. [1] τοῦτο δέ καὶ ὑμῖν συμβέβηκε τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς ἱστορίας καὶ γενεαλογίας τῶν λεγομένων θεῶν. ὁπόταν γὰρ ἐντυγχάνητε ταῖς γενέσεσιν αὐτῶν, ὡς ἀνθρώπους νοεῖτε· ὕστερον δὲ θεοὺς προσαγορεύετε, καὶ θρησκεύετε αὐτοῖς, οὐκ ἐφιστάνοντες οὐδὲ συνιέντες, ὅτι οἵους αὐτοὺς ἀνέγνωτε γεγονέναι, τοιοῦτοι καὶ ἐγεννήθησαν.

plì aut domus alicujus, iis facrificant non folum qui emere, fed etiam qui fecere & vendidere non fine ftudio & apparatu victimarum ac libaminum accedunt ut eos adorent, & deos exiftimant, nec vident tales effe quales cum eos facerent, lapidem, æs, lignum, colorem, aut quamlibet aliam materiam. Idem & vobis contingit qui legitis hiftorias & genealogias eorum, qui dicuntur, deorum. Nam cum eorum generationes legitis, homines exiftimatis: poftea vero deos, & vocatis & colitis, non attendentes nec intelligentes quales eos genitos legiftis, tales & genitos fuiffe.

Καὶ τῶν μὲν τότε θεῶν, εἴπερ ἐγεννῶντο, γένεσις B πολλὴ ηὑρίσκετο. τὸ δὲ νῦν που θεῶν γένεσις δείκνυται; εἰ γὰρ τότε ἐγέννων καὶ ἐγεννῶντο, δῆλον ὅτι ἐχρῆν καὶ ἕως τοῦ δεῦρο γίνεσθαι θεοὺς γεννητούς· εἰ δὲ μή γε, ἀσθενὲς τὸ τοιοῦτο νοηθήσεται. ἢ γὰρ ἐγήρασαν, διὸ οὐκ ἔτι γεννῶσιν, ἢ ἀπέθανον, καὶ οὐκ ἔτι εἰσίν. εἰ γὰρ ἐγεννῶντο θεοὶ, ἐχρῆν καὶ ἕως τοῦ δεῦρο γεννᾶσθαι, καθάπερ γὰρ καὶ ἄνθρωποι γεννῶνται· μᾶλλον δὲ καὶ πλείονες θεοὶ ὤφειλον εἶναι τῶν ἀνθρώπων, ὥς φησι Σίβυλλα·

[a] Εἰ δὲ θεοὶ [2] γεννῶσι, καὶ ἀθάνατοί γε μένουσι,
Πλείονες ἀνθρώπων γεγεννημένοι [3] οἱ δὲ θεοὶ ἦσαν.
Οὐδὲ τόπος στῆναι θνητοῖς οὐκ ἂν ποθ' ὑπῆρξεν.

III. Ac tunc quidem deorum, fi quidem geniti fuere, fecunda generatio inveniebatur. Nunc vero ubi deorum generatio oftenditur? Nam fi tunc gignebant & gignebantur, liquet etiam huc ufque nafci debere genitos deos: fin minus, genus ejufmodi infirmum erit. Vel enim fenuere, nec jam poffunt gignere, vel mortui funt neque exftant amplius. Nam fi nafcebantur dii, oportebat eos etiam hucufque nafci, quemadmodum & homines nafcuntur; immo plures effe deos quam homines, ut ait Sibylla:

Nam fi Di gignunt immortalefque manebunt,
Di geniti plures multo mortalibus effent,
Nec locus effet, ubi jam homines confiftere poffent.

Εἰ γὰρ ἀνθρώπων θνητῶν καὶ ὀλιγοχρονίων ὄντων τὰ C γεννώμενα τέκνα ἕως τοῦ δεῦρο δείκνυται, καὶ οὐ πέπαυται [4] τὸ μὴ γεννᾶσθαι ἀνθρώπους, διὸ πληθύουσι πόλεις καὶ κῶμαι, ἔτι μὴν καὶ χῶραι κατοικοῦνται· πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἐχρῆν θεοὺς τοὺς μὴ ἀποθνήσκοντας, κατὰ τοὺς ποιητὰς, γεννᾷν καὶ γεννᾶσθαι, καθὼς φατε θεῶν γένεσιν γεγενῆσθαι; πρὸς τί δὲ μὲν τότε τὸ ὄρος τὸ καλούμενον Ολυμπος ὑπὸ θεῶν κατῳκεῖτο, νυνὶ δὲ ἔρημον τυγχάνει; ἢ τίνος ἕνεκεν, τότε μὲν ὁ Ζεὺς ἐν τῇ Ιδῃ κατῴκει, καὶ ἐγινώσκετο οἰκῶν ἐκεῖ κατὰ τὸν Ομηρον καὶ τοὺς λοιποὺς ποιητὰς, νυνὶ δὲ ἀγνοεῖται; διὰ τί δὲ καὶ οὐκ ἦν πανταχόσε, ἀλλ' ἐν μέρει γῆς εὑρίσκετο; ἢ γὰρ τῶν λοιπῶν ἠμέλει· ἢ ἀδύνατος ἦν τοῦ πανταχόσε εἶναι, καὶ τῶν πάντων προνοεῖν. εἰ γὰρ ἦν, εἰ τύ- D χοι εἰπεῖν, ἐν τόπῳ ἀνατολικῷ, οὐκ ἦν ἐν τόπῳ δυτικῷ· εἰ δὲ αὖ πάλιν ἐν τοῖς δυτικοῖς ἦν, οὐκ ἦν ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς. θεοῦ δὲ τοῦ ὑψίστου καὶ παντοκράτορος, καὶ τοῦ ὄντως θεοῦ, τοῦτό ἐστι μὴ μόνον τὸ πανταχόσε εἶναι, ἀλλὰ καὶ [5] πάντα ἐφορᾷν, καὶ πάντων ἀκούειν· ὅτι μὴν μηδὲ τὸ ἐν τόπῳ χωρεῖσθαι· εἰ δὲ μή γε, μείζων ὁ χωρῶν τόπος αὐτοῦ εὑρεῖσθαι· [6] μεῖζον γάρ ἐστι τὸ χωροῦν, τοῦ χωρουμένου· θεὸς γὰρ οὐ χωρεῖται, ἀλλὰ αὐτός ἐστι τόπος τῶν ὅλων. πρὸς τί δὲ καὶ καταλέλοιπεν ὁ Ζεὺς τὴν Ιδην, πότερον τελευτήσας, ἢ οὐκ ἔτι ἤρεσεν αὐτῷ ἐκεῖνο τὸ ὄρος; ποῦ δὲ καὶ ἐπορεύθη; εἰς οὐρανούς; οὐχί.

Nam fi ex hominibus qui mortales funt & ævi breviffimi, hactenus filios generari conftat, nec nafci homines defiere, ex quo fit ut plenæ fint urbes & oppida, ac ipfi etiam agri incolantur: an non magis oportebat deos, qui, ut volunt poetæ, non moriuntur, gignere & gigni, quemadmodum deos genitos effe dicitis? Cur etiam mons ille qui dicitur Olympus, olim a diis incolebatur, nunc vero defertus eft? Aut cur olim in monte Ida Juppiter manebat, ibique eum manere nota res erat, ut Homerus & alii poetæ teftantur, nunc vero ubinam fit ignoratur? Cur non erat ubique, fed in terræ parte inveniebatur? Vel enim ceteras negligebat, vel non poterat ubique effe & omnibus providere. Nam fi erat exempli gratia, in parte Orientali, non erat in Occidentali; rurfus fi in Occidentalibus locis, nequaquam in Orientalibus. Dei autem altiffimi & omnipotentis & vere Dei eft, non folum ubique effe, fed etiam omnia infpicere, omnia audire, nedum loco contineri: alioqui continens locus major eo invenietur; eft enim quod continet majus eo quod continetur: Deus autem loco non circumfcribitur, fed ipfe eft omnium locus. Sed cur Idam Juppiter reliquit? An quia mortuus eft, an quia mons ifte minus jam ei placebat? Quonam autem profectus eft? In cælum? minime. Dices forte in

E

νὸς καὶ ἀνατεθῶσιν in cod. Bodl. & editionibus Oxon. & Hamb. Sed cum gloffema redoleant, recipienda in hunc textum non putavi. Scribendum enim potius fuiffet ἐν ναῷ καλουμένῳ ἢ οἴκῳ.

1. Τοῦτο δέ.] Ita cod. Bod. Male in editt. Tigur. & Parif. τοῦτο δεῖ. Habent τοῦτο δὴ Ducæus, Fellus & Wolfius.

2. Εἰ δὲ θεοὶ γεννῶσι.] Ita codex Bodleianus. Legitur in Sibyllinis libris εἰ δέ γε γεννῶσι. Tigur. & Parif. εἰ δὴ γεννῶσι.

3. Οἱ δὲ θεοί.] Fellus & Wolfius οἱ θεοὶ, quamvis mf. Bodl. & editi omnes repugnent.

4. Τὸ μὴ γεννᾶσθαι.] Scripfit Wolfius τὸ μὲν γεννᾶσθαι, idque neceffarium effe duxit ad fententiam reftituendam. Sed minus vidit vir eruditus negationem illam quam fuftulit, etfi fuperfluere videtur, ex more tamen & ingenio linguæ græcæ pofitam effe. Nam in verbis negandi & prohibendi adhibetur ejufmodi negatio, ut demonftrant grammatici pluribus exemplis, quæ neceffe non eft hoc loco colligere.

5. Πάντα ἐφορᾷν.] Alludit ad Homeri verfum Odyff. λ. v. 108. Ηελίου, ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει. WOLFIUS.

6. Μεῖζον.] Ita Ducæus & Wolfius emendaverunt. Aliæ editiones μείζων.

a Εἰ δὲ θεοὶ γενν.] Haud equidem exftant hi tres verfus in *Sibyllinis* hodiernis. Hinc Opfopoeus olim illos repofuit inter *Fragmenta Sibyllin. Orac.* pag. 414. qui deinceps in notis pag. 4. eorum alterum ita reftituit:

Πλείονες ἀνθρώπων γεγεννημένοι οἱ θεοὶ ἦσαν.

Neque aliter Cll. editores Oxonienfis & Hamburgenfis, carminis legibus in primis id poftulantibus. In tertium autem forte typothetarum incuria mendum irrepfiffe videtur, ubi legitur οὐ κὰν pro οὐκ ἄν. Quod quidem cum Opfopoeo, Fello & Wolfio heic refcripfimus.

ἀλλὰ ἐρεῖς εἰς Κρήτην; ναί. ὅπου καὶ τάφος [a] αὐτῷ A ἕως τοῦ δεῦρο δείκνυται. πάλιν φήσεις εἰς [1] Πίσαν, [b] ὁ κλέων ἕως τοῦ δεῦρο τὰς χεῖρας Φειδίου. ἔλθωμεν τοίνυν ἐπὶ τὰ συγγράμματα τῶν φιλοσόφων καὶ ποιητῶν.

Ἔνιοι μὲν [2] τῆς Στοᾶς [c] ἀρνοῦνται καὶ τὸ ἐξ ὅλου Θεὸν εἶναι· ἢ εἰ καὶ ἔστι, μηδενός φασι φροντίζειν τὸν Θεὸν, πλὴν ἑαυτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν παντελῶς Ἐπικούρου καὶ Χρυσίππου ἡ ἄνοια ἀπεφήνατο. ἕτεροι δέ φασιν αὐτοματισμὸν τῶν πάντων εἶναι, καὶ τὸν κόσμον ἀγέννητον, [3] καὶ φύσιν [d] ἰδίαν, καὶ τὸ σύνολον, πρόνοιαν μὴ εἶναι Θεοῦ, ἐτόλμησαν ἐξειπεῖν· ἀλλὰ Θεὸν εἶναι μόνον φασὶ, τὴν ἑκάστου συνείδησιν. ἄλλοι [4] δ' αὖ τὸ δι' ὅλου κεχωρηκὸς πνεῦμα Θεὸν B δογματίζουσι. Πλάτων δὲ καὶ οἱ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ, Θεὸν μὲν ὁμολογοῦσιν, ἀγέννητον, καὶ πατέρα, καὶ ποιητὴν τῶν ὅλων εἶναι· εἶτα [5] ὑποτίθενται Θεὸν καὶ ὕλην ἀγέννητον, καὶ ταύτην φασὶ συνηκμακέναι τῷ Θεῷ. εἰ δὲ Θεὸς ἀγέννητος, καὶ ὕλη ἀγέννητος, οὐκ ἔτι ὁ Θεὸς ποιητὴς τῶν ὅλων ἐστὶ, κατὰ τοὺς Πλατωνικοὺς, οὐδὲ μὴν μοναρχία Θεοῦ δείκνυται, ὅσον τὸ κατ' αὐτούς· ἔτι δὲ [6] καὶ ὥσπερ ὁ Θεὸς ἀγέννητος ὢν, καὶ ἀναλλοίωτός ἐστιν· οὕτως εἰ καὶ ἡ ὕλη ἀγέννητος ἦν, καὶ ἀναλλοίωτος καὶ ἰσόθεος ἦν. τὸ γὰρ γεννητὸν, τρεπτὸν καὶ ἀλλοιωτόν· τὸ δὲ ἀγέννητον, ἄτρεπτον καὶ ἀναλλοίωτον. τί δὲ μέγα, εἰ ὁ Θεὸς ἐξ ὑποκειμένης ὕλης ἐποίει τὸν κόσμον; καὶ γὰρ τεχνίτης ἄνθρωπος, ἐπὰν ὕλην λάβῃ C ἀπό τινος, ἐξ αὐτῆς ὅσα βούλεται ποιεῖ. Θεοῦ δὲ ἡ δύναμις ἐν τούτῳ φανεροῦται, ἵνα [7] ἐξ οὐκ ὄντων

A Cretam? optime; ibi enim hactenus ejus sepulcrum visitur. Forte etiam Pisas abiisse dices, ubi hactenus manibus Phidiæ famam & decus conciliat. Veniamus nunc ad scripta philosophorum & poetarum.

IV. Quidam ex Porticu Deum omnino negant esse, aut si quis sit, nullius curam gerere, præterquam sui. Atque hæc quidem omnino Epicuri & Chrysippi stultitia pronuntiavit. Alii omnia fortuito fieri asserunt, ac mundum ingenitum esse & æternam naturam: ac omnino nullam Dei esse providentiam dicere ausi sunt; sed Deum tantummodo esse volunt uniuscujusque conscientiam. Alii vero spiritum il-B lum qui omnia pervadit, Deum esse decernunt. Plato autem & qui eum sequuntur, Deum quidem fatentur ingenitum, & patrem & creatorem omnium esse; sed deinde statuunt duo esse ingenita, Deum & materiam, eamque Deo coævam esse dicunt. Quod si Deus ingenitus, & materia ingenita; non jam Deus creator est omnium secundum Platonicos, nec Dei constabit monarchia, quantum in ipsis est. Deinde quemadmodum Deus, quatenus ingenitus, etiam immutabilis est; ita & materia si esset ingenita, immutabilis quoque & Deo æqualis foret. Quod enim genitum est, verti & mutari potest: ingenitum autem nec verti potest, nec mutari. Quid autem magni esset, si Deus ex materia subjecta mundum C faceret? Nam & opifex apud nos cum materiam ab aliquo acceperit, ex ea quidquid placuerit effingit; Dei autem potentia in eo spectatur, ut ex nihilo fa-

1. Πίσαν.] Ita emendat Wolfius. Aliæ editiones Πεῖσαν.

2. Τῆς Στοᾶς.] Mirum nonnullis visum est, velut Gatakero Not. ad Anton. p. 64. cur Stoicos Theophilus cum Epicureis, Chrysippum cum Epicuro in pravis de Deo & providentia sententiis conjungat. Id etiam erudito Wolfio molestum est. Sed tamen non difficile est Theophilum defendere. Nam quod spectat ad Dei naturam, Stoicorum plerique Deum esse statuebant corporeum & mutationi obnoxium, utpote ignem omnium rerum quæ generantur, rationes in se continentem. His autem, ut observat Origenes 4. Cels. p. 169. Epicurus qui deos ex atomis componebat, non valde inferior erat. His de Stoicis D dictum existimo: *Quidam ex Porticu Deum prorsus esse negant*. Quod autem addit Theophilus, *vel si quis sit, nullius curam gerere præterquam sui*, id facile intelligent, qui Marcionem suam de summo Deo nihil prorsus agente sententiam accepisse a Stoicis meminerint. *Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate, a Stoicis venerat*, inquit Tertullianus Præscript. cap. 7. De iisdem Stoicis ait Apol. c. 47. *Positum vero extra mundum Stoici* (Deum asseverant) *qui figuli modo extrinsecus torqueat molem hanc: intra mundum Platonici, qui gubernatoris exemplo intra illud maneat, quod regat*.

3. Καὶ φύσιν ἰδίαν.] Quid peccet hæc scriptura facile perspicitur. Sive enim increatus, sive creatus dicatur mundus, erit semper φύσις ἰδία, *natura singularis*. Sed si legamus ἀΐδιον *naturam æternam*, plana erunt omnia: atque hunc sensum in interpretando sequi non dubitavi.

4. Ἄλλοι δ' αὖ τό.] Ita edit. Hamburg. ex codice Bodleiano, melius quam in aliis editionibus ἄλλοι δ' αὐτό.

5. Ὑποτίθενται Θεόν.] Sic emendavi ope codicis Bodleiani. Editi ὑποτίθενται Θεῷ. Wolfius post Grabium legendum censet Θεῷ, *Subjiciunt Deo materiam*. Sed minus quadrat hæc emendandi ratio cum sententia Theophili, qui materiam negat subjectam esse Deo, si increata sit. Quare illud verbum ὑποτίθενται non idem valet hoc loco ac *subjiciunt*; sed potius idem ac *statuunt*, sive *supponunt*. Quo sensu infra etiam usurpatur num. 6. ubi de Hesiodo dicitur: *Materiam quodammodo* ὑποτίθεται, *& mundi creationem, sed a quo conditus sit, minime demonstrat*.

6. Καὶ ὥσπερ.] Ita cod. B. & edit. Tigur. & Hamb. Deerat conjunctio in aliis editionibus. Merito pronuntiat Theophilus materiam Deo æqualem fore, si increata sit. Cum materiæ increatæ defensor Hermogenes diceret *non statim materiam comparari Deo, si quid Dei habeat, quia non totum habendo non concurrat in plenitudinem comparationis*, sic eum urget Tertullianus cap. 5. *Veritas autem sic unum Deum exigit defendendo, ut solius sit quidquid ipsius est. Ita enim ipsius erit, si fuerit solius; & ex hoc alius Deus non possit admitti, dum nemini licet habere de Deo aliquid*.

7. Ἐξ οὐκ ὄντων.] Præclare idem Tertullianus cap. 8. adv. Hermogenem: *Jam non omnipotens, si non & hoc potens, ex nihilo omnia proferre*.

a Τὸ τάφος αὐτῷ.] Conjiciebat Wolfius legendum αὐτοῦ. Sic sane legit Wesselingius in *Probabil.* cap. XII. pag. 97. E Quin & Heumannus l. c. pag. 105. ita legendum confirmat ex Minucio Felice & Cypriano, quorum uterque Theophili verba Latine reddidit: ille quidem in *Octav.* cap. XXII. hic autem lib. *de Idolor. vanit.* cap. 2. *In Creta*, inquiunt, *sepulcrum ejus* (Jovis) *ostenditur*. Quibus etiam addit παράλληλα hæc verba Epiphanii in *Ancorat.* cap. CVIII. ὁ τὸ μνῆμα — ἐν Κρήτῃ ἕως δεῦρο δακτυλοδεικτεῖται.

b Ὁ κλέων.] Nescio quid ingrati hæc habent. Cui bono articulus ille? Et quid κλέων? Si, quod in versione est, voluit Theophilus, saltim κλέων dixisset. Equidem, si quis codex addiceret, οἰκῶν mallem: ut Theophilus illudat in Jovem, qui ad sua usque tempora, statuam Phidiæ manu affabre factam incolebat. Nam scriptoris hujus tempestate insanum & ridiculum simulacrorum cultum passim fuisse probatum, satis constat. WESSELING. l. c. pag. 98.

c Τῆς Στοᾶς.] Par istud verborum e margine in textum irrepsisse putat Heumannus l. c. adeoque illa esse rejicienda. Nec enim, inquit, quemquam moveat, quod paullo post *Chrysippi* Stoici fit mentio: quippe nec hæc vera est scriptura; sed Λευκίππου, nisi prorsus fallor, scripserat, vel, si forte manus ipsius erravit, scribere volebat noster Theophilus. Ac perbene Leucippus Epicuro adjungitur, quos & conjunxit Lactantius lib. III. cap. XVII. *Ubi sunt*, inquiens, *aut unde illa corpuscula? Cur nemo illa præter unum Leucippum somniavit? a quo Democritus eruditus, hereditatem stultitiæ reliquit Epicuro*. Idem alibi, lib. *de Ira Dei* cap. X. *vanitatem omnem in Epicurum profluxisse* scribit *de fonte Leucippi*: qui locus eo dignior animadversione est, quod non ita multo post *Chrysippum* producit pro divina propugnantem providentia. Hactenus vir eruditus.

d Φύσιν ἰδίαν.] Vitiosam hanc esse scripturam cum heic, tum mox infra n. VIII. jam antea monuerat laudatus Heumannus l. c. pag. 106. atque utrobique legendum φύσιν ἀΐδιον. Quam in sententiam recitat idem Heumannus locum geminum veteris *Philosophumenorum* scriptoris, qui cap. XI. Parmenidem τὸ πᾶν ἀΐδιόν τε καὶ ἀγέννητον statuisse tradit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

ποιῇ, ὅσα βούλεται· καθάπερ καὶ τὸ ψυχὴν δοῦναι καὶ κίνησιν, οὐχ ἑτέρου τινός ἐστιν, ἀλλ' ἢ μόνου Θεοῦ. καὶ γὰρ ἄνθρωπος εἰκόνα μὲν ποιεῖ· λόγον δὲ καὶ πνοὴν, ἢ αἴσθησιν οὐ δύναται δοῦναι τῷ ὑπ' αὐτοῦ γινομένῳ· Θεὸς δὲ τούτου πλεῖον τοῦτο κέκτηται, τὸ ποιεῖν λογικὸν, ἔμπνουν, αἰσθητικόν. ὥσπερ οὖν ἐν τούτοις πᾶσιν δυνατώτερός ἐστιν ὁ Θεὸς τοῦ ἀνθρώπου· οὕτω καὶ τὸ ἐξ οὐκ ὄντων ποιεῖν καὶ πεποιηκέναι τὰ ὄντα, καὶ ὅσα βούλεται, [1] καθὼς [a] βούλεται.

Ὥστε ἀσύμφωνός ἐστιν ἡ γνώμη κατὰ τοὺς [2] φιλοσόφους καὶ συγγραφεῖς. τούτων γὰρ ταῦτα ἀποφηναμένων, εὑρίσκεται ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, ἑτέρᾳ ὑποθέσει εἰσάγων γένεσιν κόσμου, ἀλλὰ καὶ θεῶν· φησὶ γάρ που [b],

[3] Ὠκεανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθὺν,
Ἐξ οὗ δὴ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα.

ἃ δὴ λέγων οὐκέτι Θεὸν συνιστᾷ. τίς γὰρ οὐκ ἐπίσταται, τὸν ὠκεανὸν ὕδωρ εἶναι; εἰ δὲ ὕδωρ, οὐκ ἄρα θεός. ὁ δὲ Θεὸς εἰ τῶν ὅλων ποιητής ἐστι, καθὼς καὶ ἔστιν, ἄρα καὶ τοῦ ὕδατος καὶ τῶν θαλασσῶν κτίστης ἐστίν. Ἡσίοδος δὲ καὶ αὐτὸς οὐ μόνον θεῶν γένεσιν ἐξεῖπεν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ κόσμου. καὶ τὸν μὲν κόσμον γενητὸν εἰπὼν, ἠτόνησεν εἰπεῖν ὑφ' οὗ γέγονεν. ἔτι μὴν καὶ θεοὺς ἔφησε Κρόνον καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ Δία, Ποσειδῶνά τε, καὶ Πλούτωνα, καὶ τούτους μεταγενεστέρους εὑρίσκομεν τοῦ κόσμου. ἔτι δὲ καὶ τὸν Κρόνον πολεμεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῦ ἰδίου παιδὸς ἱστορεῖ. οὕτω [c] γάρ φησι·

Κάρτει νικήσας πατέρα Κρόνον· εὖ δὲ ἕκαστα
[4] Ἀθανάτοις διέταξεν ὅμως, καὶ πέφραδε τιμάς.

εἶτα ἐπιφέρει λέγων τὰς τοῦ Διὸς θυγατέρας, ἃς καὶ Μούσας προσαγορεύει, ὧν ἱκέτης εὑρίσκεται βουλόμενος μαθεῖν παρ' αὐτῶν, τίνι τρόπῳ τὰ πάντα γεγένηται. λέγει [d] γάρ·

Χαίρετε τέκνα Διὸς, [5] δότε ἱμερόεσσαν ἀοιδήν·
Κλείετε δ' ἀθανάτων ἱερὸν γένος, αἰὲν ἐόντων,

Οἳ γῆς ἐξεγένοντο, καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
Νυκτός τε δνοφερῆς, οὓς ἁλμυρὸς ἔτρεφε πόντος.

Εἴπατε δ' ὡς τὰ πρῶτα θεοὶ, καὶ γαῖα γένοντο,
Καὶ ποταμοὶ, καὶ πόντος ἀπείριτος οἴδματι θύων,
Ἄστρα τε λαμπετόωντα, καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν.
Οἵ τ' ἐκ τῶν ἐγένοντο θεοὶ, δωτῆρες ἐάων.
Ὥς τ' ἄφενος δάσσαντο, καὶ ὡς τιμὰς διέλοντο.
Ἠδὲ καὶ ὡς τὰ πρῶτα πολύπτυχον ἔχον Ὄλυμπον·

Ταῦτά μοι ἔσπετε Μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι
Ἐξ ἀρχῆς, καὶ εἴπαθ' ὅ, τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν.

Πῶς δὲ ταῦτα ἠπίσταντο αἱ Μοῦσαι, μεταγενέστεραι οὖσαι τοῦ κόσμου; ἢ πῶς ἠδύναντο διηγήσασθαι τῷ Ἡσιόδῳ· ὅπου δὲ ὁ πατὴρ αὐτῶν οὔπω γεγένηται;

A ciat quæcumque voluerit: quemadmodum & animam & motum dare, non est alterius cujusquam præterquam Dei. Homo enim imaginem effingit, sed rationem, respirationem aut sensum dare non potest operi suo: Deus vero hoc amplius habet, ut ratione & respiratione & sensu præditum opus efficiat. Quemadmodum igitur in his omnibus potentior est Deus quam homo; ita etiam in eo quod ex nihilo producat & produxerit quæcumque voluit, & quo voluit modo.

V. Discors igitur inter philosophos & scriptores sententia: nam cum hæc philosophi dixerint, ecce tibi Homerus alia aggreditur via non solum
B mundi, sed etiam deorum ortum explicare; ait enim alicubi:

Oceanumque deorum originem & matrem Tethyn,
Ex quo omnes fluvii & universum mare.

Quæ quidem cum dicit, non jam Deum nobis exhibet. Quis enim nescit Oceanum aquam esse? Quod si aqua, non jam Deus. Deus vero, si omnium creator est, ut revera est; aquæ profecto & marium creator est. Ipse etiam Hesiodus non solum deorum ortum, sed ipsius etiam mundi exposuit. Ac mundum quidem creatum cum diceret, non valuit dicere a quo creatus foret. Deos præterea vocavit Saturnum ejusque filium Jovem, Neptunum & Plutonem, quos mundo natu minores invenimus.
C Narrat etiam Saturnum a Jove proprio filio debellatum. Sic enim ait:

Strenue victo patre Saturno; bene attamen singula
Æternis ordinavit legibus, & distribuit honores.

Postea infert Jovis filiarum commemorationem, quas & Musas appellat, isque supplex invenitur, discere ex eis volens quomodo facta sunt omnia. Ait enim:

Salvete filiæ Jovis, date amabilem cantilenam,
Celebrate immortalium sacrum genus semper existentium,
Qui tellure prognati sunt & cælo stellato,
Noctεque caliginosa, quos item salsus nutrivit pontus.
D *Dicite ut primum dii & terra nati sint,*
Et flumina & pontus immensus æstu fervens,
Astraque fulgentia & cælum latum superne,
Et qui ex his nati sunt dii datores bonorum:
Utque opes diviserint & honores partiti sint.
Utque initio multis implicatum sphæris tenuerint cælum.
Hæc mihi dicite Musæ cælestia tecta tenentes
Ab initio: & dicite quid horum primum ortum sit.

Hæc autem quomodo Musæ novissent, quæ mundo natu minores sunt? aut quei poterant Hesiodo narrare, cum pater eorum nondum genitus foret?

1. Καθὼς βούλεται.] Legendum videtur καὶ καθὼς βούλεται. Libenter etiam legerem paullo ante οὕτω καὶ τῷ ἐξ οὐκ ὄντων. Tolerabilis tamen vulgata lectio, supplendo κατά. Unde miror Cl. Wolfium sine auctoritate codicis ms. scripsisse ἐν τῷ ἐξ οὐκ ὄντων.

2. Φιλοσόφους καὶ συγγραφεῖς.] Commodius fortasse legeremus φιλοσόφους καὶ ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς. Sic infra n. 12. τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων ἢ συγγραφέων καὶ ποιητῶν εἰρημένα. Quin etiam cum hoc loco philosophis opponat poetas, quibus statim adjungit historicos; non caret ratione, quam proponimus, emendandi ratio. Sed tamen contextum mutare nolim. Vel enim συγγραφεῖς generatim intelligit eos, qui litteris aliquid mandant, eosque a philosophis distinguit, quia isti sæpe nihil scribunt, sed disputationes suas disci-
E pulorum animis committunt; vel συγγραφεῖς interpretatur eos, qui de rebus antiquis sive soluta oratione disserunt. Infra n. 8. 16. 33. & lib. 3. n. 1. vox illa συγγραφεῖς philosophis & poetis & historicis æque convenit. Vid. n. 11.

3. Ὠκεανόν τε.] Sic emendavit Ducæus, pro eo quod vitiose legebatur Ὠκεανοῦ τε. Cod. B. Ὠκεανῶν τε. Idem cod. & Tigur. in versu sequenti ἐξ οὗ δὴ πάντες.

4. Ἀθανάτοις διέταξεν ὅμως.] Corruptissimum locum peracute emendat Guietus Not. ad hunc Hesiodi locum. Legit enim εὖ δὲ ἕκαστα ἀθανάτοις διέταξε νόμοις. Non videtur aliter intelligi posse Hesiodus. Ibidem edit. Hamb. ἐπέφραδε ut apud Hesiodum.

5. Δότε.] Hamb. ut apud Hesiod. δότε δ' ἱμερόεσσαν. Mox cod. Bodl. κλύετε & μακάρων pro ἱερόν.

a Καθὼς βούλ.] Καὶ ὡς βούλ. legendum censet Heumannus. Ceterum Wolfius scribens ἐν τῷ ἐξ οὐκ ὄντων, quod heic miratur Maranus, secutus est Fellum in edit. Oxon.

b Φησὶ γάρ που.] *Iliad.* ξ. v. 201.

c Οὕτω γάρ φησι.] *Theogon.* v. 74.

d Λέγει γάρ.] *Theogon.* v. 104. seqq.

Καὶ ὕλην μὲν [1] τρόπῳ τινὶ ὑποτίθεται καὶ κόσμου ποίησιν λέγων·

Ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἀθανάτων, οἳ ἔχουσι κάρη νιφόεντος Ὀλύμπου,
Τάρταρά τ' ἠερόεντα, μυχῷ χθονὸς εὐρυοδείης,
Ἠδ' ἔρος, ὃς κάλλιστος ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι,
Λυσιμελὴς, πάντων τε θεῶν πάντων τε ἀνθρώπων
Δάμναται ἐν στήθεσσι νόον, καὶ ἐπίφρονα βουλήν.
Ἐκ χάεος δ' ἔρεβός τε, μέλαινά τε νὺξ ἐγένοντο.
Νυκτὸς δ' αὖτ' αἰθήρ τε, καὶ ἡμέρη ἐξεγένοντο,
Οὓς τέκε κυσσαμένη ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα.
Γαῖα δέ τοι πρῶτον μὲν ἐγείνατο ἶσον ἑαυτῇ
Οὐρανὸν ἀστερόενθ' ἵνα μιν περὶ πάντα [2] καλύπτοι,
Ὄφρ' εἴη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ,
Γείνατο δ' οὔρεα μακρὰ, θεῶν χαριέντας ἐναύλους
Νυμφάων, αἳ ναίουσιν ἀν' οὔρεα βησσήεντα,
Ἠ καὶ ἀτρύγετον πέλαγος τέκεν οἴδματι θῦον,
Πόντον, ἄτερ φιλότητος ἐφιμέρου. αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανῷ εὐνηθεῖσα, τέκ' ὠκεανὸν βαθυδίνην.

καὶ ταῦτα εἰπὼν, οὐδὲ οὕτως ἐδήλωσεν ὑπὸ τίνος ἐγένοντο. εἰ γὰρ πρώτως ἦν χάος, καὶ ὕλη τις προϋπέκειτο ἀγένητος οὖσα· τίς ἄρα ἦν ὁ ταύτην μετασκευάζων, καὶ μεταῤῥυθμίζων, καὶ μεταμορφῶν; πότερον αὐτὴ ἑαυτὴν ἡ ὕλη [3] μετεσχημάτιζεν καὶ ἐκόσμει; (ὁ γὰρ Ζεὺς [a] μετὰ χρόνον πολὺν γεγένηται, οὐ μόνον τῆς ὕλης, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου, καὶ πλήθους ἀνθρώπων· ἔτι μὴν καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Κρόνος) ἢ μᾶλλον ἦν κύριόν τι τὸ ποιῆσαν αὐτήν; λέγω δὲ θεὸς ὁ καὶ κατακοσμήσας. ἔτι μὴν κατὰ πάντα τρόπον φλυαρῶν εὑρίσκεται, καὶ ἐναντία ἑαυτῷ λέγων· εἰπὼν γὰρ γῆν καὶ οὐρανὸν καὶ θάλασσαν, ἐξ αὐτῶν τοὺς θεοὺς βούλεται γεγονέναι, καὶ ἐκ τούτων ἀνθρώπους δεινοτάτους τινὰς συγγενεῖς θεῶν καταγγέλλει, Τιτάνων γένος καὶ Κυκλώπων, καὶ Γιγάντων πληθὺν, τῶν τε κατὰ Αἴγυπτον δαιμόνων, ἢ [b] ματαίων ἀνθρώπων, [4] ὡς μέμνηται Ἀπολλωνίδης ὁ καὶ Ὡράπιος ἐπικληθεὶς, ἐν βίβλῳ τῇ ἐπιγραφομένῃ Σεμενουθὶ, καὶ ταῖς λοιπαῖς κατ' αὐτὸν ἱστορίαις, περί τε τῆς θρησκείας τῆς Αἰγυπτιακῆς, καὶ τῶν βασιλέων αὐτῶν [5] καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ματαιοπονίαν.

Τί δέ μοι λέγειν τοὺς κατὰ Ἕλληνας μύθους; Πλούτωνα μὲν σκότους βασιλεύοντα· καὶ Ποσειδῶνα ὑπὸ πόντον δύνοντα, καὶ τῇ [6] Μελανίππῃ περιπλεκόμενον, καὶ υἱὸν ἀνθρωποβόρον γεννήσαντα· ἢ περὶ

VI. Ac materiam quidem statuit quodammodo & mundi creationem, cum ait:

Primum quidem chaos exstitit, ac deinde
Tellus lato pectore prædita, omnium solum tutissimum semper
Immortalium, qui tenent juga nivosi Olympi,
Tartaraque tenebrosa intercessu terræ spatiosæ.
Atque Amor, qui pulcherrimus inter immortales deos,
Solvens curas, ac omnium deorum omniumque hominum
Domat in pectoribus mentem & prudens consilium.
Ex chao autem Erebus nigraque nox editi sunt.
Rursus ex nocte æther & dies prognati,
Quos peperit cum concepisset Erebo amore mixta.
Terra vero primum quidem genuit parem sibi
Cælum stellis ornatum, ut ipsam totam obtegat,
Utque esset diis sedes tuta semper.
Genuit præterea montes altos, dearum gratas speluncas
Nympharum, quæ habitant montes concavos.
Atque etiam infrugiferum pelagus peperit æstu furens,
Pontum sine amore delectabili; at vero postea
Cælo concumbens genuit oceanum vorticosum.

Quæ cum diceret, ne illud quidem demonstravit a quo condita essent. Nam si initio chaos erat, & materia quædam ingenita præexstitit; quis tandem eam disposuit, ac ordine & forma donavit? Utrum materia sibi ipsa formam & ornatum addidit? (nam Jupiter multo natu posterior est, non solum materia, sed etiam mundo & hominum multitudine, immo ipsius etiam pater Saturnus) an potius caussa quædam princeps exstitit quæ eam faceret? Deum dico, a quo etiam ornatum accepit. Quin etiam omni prorsus ratione nugari invenitur & secum pugnare: nam cum terram, cælum & mare dixisset, ex his ortos deos esse intendit; ex istis vero homines quosdam horribiles deorum cognatos prædicat, genus Titanum, Cyclopum & Gigantum turbam, nec non Ægyptiorum deorum, vel potius hominum levissimorum, quorum meminit Apollonides cognomento Horapius, tum in eo libro qui inscribitur *Semenouthi*, tum in aliis historiis ab eo scriptis de religione Ægyptiaca & regibus Ægyptiis.

VII. Quid attinet Græcorum fabulas referre, & inanitatem operæ quæ in eas impenditur? Plutonem tenebrarum regem, Neptunum mare subeuntem, Melanippæ complexibus hærentem, ac fi-

1. Τρόπῳ τινί.] Hesiodus *quodammodo materiam & creationem mundi statuit*; id est, quodammodo materiam & sine creatore creationem admittit, quia materiam & creationem recensens, utrum materia ornatum a semetipsa, an a Deo acceperit, minime edisserit.

2. Καλύπτοι.] Cod. Bodl. καλύπτῃ.

3. Μετεσχημάτιζεν.] Ita ex codice Bodleiano emendavit Cl. Wolfius qui hujus lectionis vestigium observat in editis ubi legebatur τ' ἐσχημάτιζεν. Idem me antevertit, hunc locum parenthesi explanando.

4. Ὡς μέμνηται.] Legendum fortasse ὧν μέμνηται. Ibidem Tigur. cod. Bodl. & editi Ὀράπιος, quod quidem emendarunt Fellus & Wolfius. Reinesius 1. Var. Lect. pag. 114. legit Ὡραπίων, ut magis Ægyptiacum.

5. Καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ματαιοπονίαν.] Hæc verba mirum in modum torserunt criticos & interpretes Theophili. Legit Wolfius τῆς ματαιοπονίας & cum Fello Ægyptiorum regum pyramides conjiciendo huc trahit. Sed his vocibus nulla superesset difficultas, si legantur post τοὺς κατὰ Ἕλληνας μύθους; qui quidem manifestus est eorum & germanissimus locus. Infra n. 12. de profanis scriptoribus, ἡ ἐν αὐτοῖς πολυλογία γίνεται ματαιοπονία.

6. Μελανίππῃ.] Ita emendavit eruditus editor Hamburgensis, fretus testimoniis Justini orat. ad Græc. Tatiani n. 33. Clementis Alexandrini Protrept. p. 20. Male in editis nostris Μεναλίππῃ. Legitur tamen apud Juvenalem sat. 8. v. 229. Menalippes.

Ante pedes Domiti longum tu pone Thyestæ
Syrma, vel Antigones, vel personam Menalippes.

a Ὁ γὰρ Ζεὺς — ἀνθρώπων.] Locus iste mutilus videtur Heumanno: Ὁ γὰρ Ζεὺς μετὰ χρόνον πολὺν γεγένηται, οὐ μόνον τῆς ὕλης, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου, καὶ πλήθους ἀνθρώπων. Ita loqui Græci non solent, inquit: adeoque post ἀνθρώπων, vocem μεταγενέστερος addendam putat. Idque confirmat ex aliis similibus Theophili locis. Nam paullo ante num. v., dii deæque bis dicuntur τοῦ κόσμου μεταγενέστεροι: & infra num. xxxiii. legimus, πολὺ μεταγενεστέρων αὐτῶν γεγενημένων.

b Ἢ ματαίων ἀνθρώπων.] Vix dubitari potest quin pro his verbis scribendum sit, καὶ ἡμιθέων ἀνθρώπων. Magnifica enim exhibetur Hesiodi prædicatio hominum diis natorum: ut illud Ἔργ. v. 159.

Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος, οἳ καλέονται
Ἡμίθεοι. — Heumann.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

τῶν τῦ Διὸς παίδων ὁπόσα οἱ συγγραφεῖς ἐτραγῴδησαν, καὶ ὅτι ὗτοι ἄνθρωποι καὶ οὐ θεοὶ ἐγεννήθησαν, τὸ γένος αὐτῶν αὐτοὶ καταλέγουσιν. Αριστοφάνης δὲ ὁ κωμικὸς ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ορνισιν ἐπιχειρήσας περὶ τῆς τῦ κόσμυ ποιήσεως, ἔφη, ἐν πρώτοις ὠὸν γεγενῆσθαι τὴν σύστασιν τῦ κόσμυ, λέγων·

[1] Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ μελανόπτερος ὠόν.

ἀλλὰ καὶ Σάτυρος ἱστορῶν [2] τοὺς δήμυς Αλεξανδρέων, ἀρξάμενος ἀπὸ Φιλοπάτορος τοῦ καὶ Πτολεμαίου προσαγορευθέντος, τύτου μηνύει Διόνυσον ἀρχηγέτην γεγονέναι· διὸ καὶ [3] φύλην ὁ Πτολεμαῖος πρώτην κατέστησεν. λέγει οὖν ὁ Σάτυρος οὕτως· Διονύσυ καὶ Αλθέας τῆς Θεστίυ γεγεννῆσθαι Δηϊάνειραν· τῆς δὲ καὶ Ηρακλέυς τῦ Διὸς, οἶμαι [4] Υλλον· τῦ δὲ Κλεόδημον, τῦ δὲ Αριστόμαχον, τῦ δὲ Τήμενον, τῦ δὲ [5] Κεῖσον, τῦ δὲ Μάρωνα, τῦ δὲ Θέστιον, τῦ δὲ Ακοὸν, τῦ δὲ Αριστομίδαν, τῦ δὲ Καρανὸν, τῦ δὲ Κοινὸν, τῦ δὲ Τυρίμμαν, τῦ δὲ Περδίκκαν, τῦ δὲ Φίλιππον, τῦ δὲ Αέροπον, τῦ δὲ Αλκετὰν, τῦ δὲ Αμύνταν, τῦ δὲ Βόκρον, τῦ δὲ Μελέαγρον, τῦ δὲ Αρσινόην· τῆς δὲ καὶ Λάγυ Πτολεμαῖον τὸν καὶ Σωτῆρα, τῦ δὲ καὶ Βερενίκης Πτολεμαῖον τὸν Ευεργέτην, τῦ δὲ καὶ Βερενίκης [6] τῆς Μάγα τῦ ἐν Κυρήνη βασιλεύσαντος Πτολεμαῖον [7] τὸν Φιλάδελφον. ἡ μὲν ὖν πρὸς Διόνυσον τοῖς ἐν Αλεξανδρείᾳ βασιλεύσασι συγγένεια, ὗτω περιέχει· ὅθεν καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ φυλῇ δῆμοι εἰσὶ κατακεχωρισμένοι· Αλθῆς ἀπὸ τῆς [8] γενομένης γυναικὸς Διονύσυ, θυγατρὸς δὲ Θεστίυ Αλθέας· Δηϊανείρης ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Διονύσου καὶ Αλθέας, γυναικὸς δὲ Ηρακλέους. ὅθεν καὶ τὰς προσωνυμίας ἔχουσιν οἱ κατ᾽ αὐτὺς δῆμοι· [9] Αριάδνης [a] ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Μίνω, γυναικὸς δὲ Διονύσυ, παιδὸς [10] πατροφίλης, τῆς μιχθείσης Διονύσῳ ἐν μορφῇ πρύμνιδι. Θεστὶς ἀπὸ Θεστίου τῦ Αλθέας πατρός. Θοαντὶς ἀπὸ Θόαντος παιδὸς Διονύσου. Σταφυλὶς ἀπὸ Σταφύλου υἱῦ Διονύσυ. Ευαινὶς ἀπὸ Ευνόος υἱῦ Διονύσου. Μαρωνὶς ἀπὸ Μάρωνος υἱῦ Αριάδνης καὶ Διονύσου· ὗτοι γὰρ πάντες υἱοὶ Διονύσυ. ἀλλὰ καὶ ἕτεραι πολλαὶ ὀνομασίαι γεγόνασιν καὶ εἰσὶν ἕως τῦ δεῦρο· ἀπὸ Ηρακλέυς Ηρακλεῖδαι καλύμενοι, καὶ ἀπὸ Απόλλωνος Απολλωνίδαι καὶ Απολλώνιοι, καὶ ἀπὸ Ποσειδῶνος Ποσειδώνιοι, καὶ ἀπὸ Διὸς Δῖοι καὶ Διογέναι.

A lii homines vorantis genitorem; aut de Jovis filiis quot & quantas tragœdias scriptores egerint. Horum genus ab ipsis recensetur; quia homines nati sunt, non dii. Aristophanes autem comœdus in ea fabula quæ *Aves* inscribitur, aggrediens de mundi creatione disserere, mundum initio originem ex ovo cepisse dixit his verbis:

Parit primum irritum nox pennas nigras habens ovum.

Sed & Satyrus gentes Alexandrinas describens, initio a Philopatore, qui & Ptolemæus appellatus est, ducto, illius declarat Bacchum auctorem generis fuisse; quamobrem hanc tribum a Ptolemæo primam fuisse constitutam. Sic igitur ait Satyrus: Ex
B Baccho & Althea Thestii filia natam esse Dejaniram: ex hac & Hercule Jovis filio Hyllum arbitror: ex isto Cleodemum, ex quo Aristomachum: ex hoc Temenum: ex isto Ceisum, ex quo Maronem: ex hoc Thestium: ex isto Acoum: ex hoc Aristomidam: ex hoc Caranum: ex hoc Cœnum: ex hoc Tyrimmam; ex hoc Perdiccam: ex hoc Philippum: ex hoc Aeropum: ex hoc Alcetam: ex hoc Amyntam: ex hoc Bocrum: ex hoc Meleagrum: ex hoc Arsinoen: ex hac & Lago Ptolemæum qui & Soter: ex hoc & Berenice Ptolemæum Evergetem: ex hoc & Berenice, quæ Magæ Cyrenensium regis filia fuit, Ptolemæum Philadelphum. Sic igitur se habet eorum qui Alexandriæ regna-
C runt, cum Baccho cognatio. Quapropter & in Dionysiaca tribu gentes sunt distinctæ; Althes ab uxore Bacchi & filia Thestii Althea; Dejaniræ a Bacchi & Altheæ filia, Herculis autem uxore, unde gentes apud eos appellationes habent: Ariadnes a Minois filia, Bacchi uxore, puella patrem amante, quæ cum Baccho in aliena forma concubuit: Thestis a Thestio Altheæ patre: Thoantis a Thoante Bacchi filio: Staphylis a Staphylo Bacchi filio: Euænis ab Eunoo Bacchi filio: Maronis a Marone Ariadnes & Bacchi filio: hi enim omnes Bacchi filii. Sed & multæ aliæ appellationes exstiterunt, atque exstant hactenus: ab Hercule Heraclidæ, ab Apolline Apollonii & Apollonidæ, a Posidone sive Neptuno, Posidonii, a Jove Dii
D & Diogenæ.

Καὶ τί μοι τὸ λοιπὸν τὸ πλῆθος τῶν τοιούτων ὀνομασιῶν καὶ γενεαλογιῶν καταλέγειν; ὥστε κατὰ πάντα τρόπον [b] ἐμπαίζονται [11] οἱ συγγραφεῖς πάν-

VIII. Et quid necesse est reliquam multitudinem hujusmodi appellationum & genealogiarum persequi? Omnino igitur illudunt omnes historici

1. Τίκτει πρώτιστον.] Hunc versum qui antea in editis nostris sic legebatur, πρώτιστα τεκὼν μελανόπτερος ἠὼς, emendarunt Ducæus, & Wolfius, atque ita scripserunt, ut legitur apud Aristophanem in Avibus v. *696*. Observat Wolfius legendum νὺξ ἡ.

2. Τὺς δήμυς Αλεξανδρέων.] Recte observat eruditus Wolfius familias hac voce significari, ex quibus unaquæque φυλὴ, sive tribus, constabat. Sic enim infra: ὅθεν καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ φυλῇ δῆμοι εἰσὶ κατακεχωρισμένοι.

3. Φύλην.] Deest heic aliquid, & quam tribum Ptolemæus primam constituerit requiritur. Rem expedit cod. Bodl. in quo legitur ad marginem ἴσως τὴν Διονυσίαν. *Forte Dionysiacam*. Non alia profecto videtur posse intelligi.

4. Υλλον.] Sic emendavit Wolfius: editi nostri Τλον.

5. Κεῖσον.] B. Κεῖσον. Euseb. Chron. Græc. p. 57. ex Diod. & Theopompo Κίσσιον. In eorum catalogo, monente heic Fello, desideratur *Maron*, & pro *Acoo* substituitur *Merops*. WOLFIUS.

6. Τῦς Μάγα.] Sic apte emendavit Wolfius, pro eo E quod prave in editis nonnullis legebatur τῆς Μέγα, in aliis τὸν ἅμα.

7. Τὸν Φιλάδελφον.] Legendum esse τὸν Φιλοπάτορα, jam multi observaverunt: idque & ipsa clamitat historiæ series, & Satyri propositum, qui a Philopatore usque ad Bacchum genealogiam pertexebat. Ceterum in hac genealogia texenda multos reges omitti, nec Theophilum cum Eusebio in Chronicis & Clemente Alexandrino consentire jam eruditi non pauci observaverunt.

8. Γενομένης.] Ita Bodleianus codex. Editi γινομένης. Mox pravam interpunctionem sustulit CL. Wolfius, quæ sic habebat: Θυγατρὸς δὲ Θεστίυ. Αλθέας &c.

9. Αριάδνης.] Legendum videtur Αριαδνὶς, ut hoc nomen cum ceteris sequentibus consentiat.

10. Πατροφίλης.] Ita emendavit Wolfius, pro πατροφίλας qui vitiosam etiam interpunctionem sanavit, ac per ironiam ita vocari Ariadnem observat, quia patrem prodidit. Mox illud ἐν μορφῇ πρύμνιδι vertit idem *forma obversa*.


11. Οἱ συγγραφεῖς.] Vox illa, ut observavi n. IV. interdum

a Αριάδνης.] Id, quod heic Maranus, jam antea viderat Heumannus l. c. pag. 207. qui tamen rescribit Αριαδνὶς, quemadmodum statim legimus Θεστὶς, Θοαντὶς, Σταφυλὶς, Ευαινὶς & Μαρωνὶς. Mox idem vir eruditus observat, illud πρύμνιδι civitate Græca carere. Conjicit itaque, Bacchum heic dici Ariadnem compressisse ἐν μορφῇ πρυμνίτυ, *assumta forma naucleri*; suamque conjecturam confirmat ex Ovidio *Metam.* VIII. 174. seqq. ita canente:

Protinus Ægides rapta Minoide Diam
Velas dedit, comitemque suam crudelis in illo
Litore destituit. Desertæ & multa querenti
Amplexusque & opem Liber dedit.

b Εμπαίζονται.] Heumannus vertendum autumat, non

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



τες καὶ ποιηταὶ καὶ φιλόσοφοι λεγόμενοι· ἔτι μὴν καὶ οἱ προσέχοντες αὐτοῖς. μύθους γὰρ μᾶλλον καὶ μωρίας συνέταξαν περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς θεῶν· οὐ γὰρ ἀπέδειξαν αὐτοὺς θεοὺς, ἀλλὰ ἀνθρώπους, οὓς μὲν μεθύσους, ἑτέρους πόρνους καὶ φονεῖς. ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς κοσμογονίας, ἀσύμφωνα ἀλλήλοις καὶ φαῦλα ἐξεῖπον. πρῶτον μὲν ὅτι τινὲς ἀγέννητον τὸν κόσμον ἀπεφήναντο, καθὼς ἔμπροσθεν ἐδηλώσαμεν. καὶ οἱ μὲν ἀγέννητον αὐτὸν καὶ [1] ἰδίαν [a] φύσιν φάσκοντες, οὐκ ἀκόλουθα εἶπον τοῖς γεννητὸν αὐτὸν δογματίσασιν. εἰκασμῷ γὰρ ταῦτα, καὶ ἀνθρωπίνῃ ἐννοίᾳ ἐφθέγξαντο, καὶ οὐ κατὰ ἀλήθειαν. ἕτεροι δ' αὖ εἶπον πρόνοιαν εἶναι, [2] καὶ τὰ τούτων δόγματα ἀνέλυσαν. Ἄρατος μὲν οὖν φησιν·

A & poetæ & philoſophi, tum etiam qui iis dant operam. Fabulas enim potius & ſtulta commenta de diis ſuis compoſuerunt: neque enim eos demonſtrarunt deos eſſe, ſed homines, alios quidem ebrioſos, alios ſcortatores, alios homicidas. Quin etiam de mundi ortu pugnantia inter ſe & abſurda tradiderunt. Primo enim quidam ingenitum mundum pronuntiarunt, ut ſupra demonſtravimus. Qui autem ingenitam ac æternam eſſe naturam volunt, ii parum congruunt genitum decernentibus. Hæc enim conjectura atque humana cogitatione, non ad veritatem loquuti ſunt. Rurſus alii providentiam eſſe dixerunt, atque iſtorum alii decreta diſſolverunt. Aratus quidem ait:

B

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, τὸν οὐδέ ποτ' ἄνδρες ἐῶμεν
Ἄῤῥητον. μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
Πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραὶ, μεστὴ δὲ θάλασσα,
Καὶ λιμένες. πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες.
Τοῦ [b] γὰρ καὶ γένος ἐσμέν· ὁ δ' ἤπιος ἀνθρώποισι
Δεξιὰ σημαίνει· λαοὺς δὲ ἐπὶ ἔργον ἐγείρει,
Μιμνήσκων βιότοιο· λέγει δ' ὅτε βῶλος ἀρίστη
Βουσί τε καὶ μακέλῃσι· λέγει δ' ὅτε [3] δεξιαὶ ὧραι,
Καὶ φυτὰ γυρῶσαι, καὶ σπέρματα πάντα βαλέσθαι.

Ex Jove incipiamus: nec eum umquam, viri, ſinamus
Indictum: plenæ ſunt Jove omnes plateæ,
Atque omnia hominum fora: plenum eſt & mare,
Et portus. Ubique Jove utimur omnes,
Hujus enim & genus ſumus: ipſe benignus hominibus
Dextra nuntiat, populos ad opus excitat,
Memores vitæ faciens: indicat cum gleba optima
Bobus & ligonibus: indicat cum dextræ horæ
Ut ſtirpes in ſcrobe ſcindantur, & ſemina omnia jaciantur.

τίνι οὖν πιστεύσωμεν; πότερον Ἀράτῳ [c] τῷδε ἢ Σοφοκλεῖ λέγοντι·
Πρόνοια δέ ἐστιν οὐδενὸς [4] σαφής,
Εἰκῆ [5] κράτιστον ζῆν ὅπως δύναιτό τις.
Ὅμηρος δὲ πάλιν τούτῳ οὐ συνᾴδει· [d] λέγει γάρ·
Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφείλει τε μινύθει τε.
καὶ Σιμωνίδης·
[e] Οὔ τις ἄνευ θεῶν ἀρετὰν λάβεν,
Οὐ πόλις, οὐ βροτός· [6] θεὸς ὁ παμμήτης.
Ἀπήμαντον δὲ οὐδέν ἐστιν ἐν αὐτοῖς.
ὁμοίως καὶ Εὐριπίδης·
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν χωρὶς ἀνθρώποις θεοῦ.
καὶ Μένανδρος·
Οὐκ ἄρα φροντίζει τις ἡμῶν, ἢ μόνος θεός.
καὶ πάλιν Εὐριπίδης·
Σῶσαι γὰρ ὁπόταν τῷ θεῷ δοκῇ,
Πολλὰς προφάσεις δίδωσιν εἰς σωτηρίαν.
καὶ [7] Θέστιος,
[8] Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέῃς,
Σώζῃ.

Utri igitur credemus? Arato an Sophocli di-
C centi:
Haud ulla rerum certa providentia,
Sed fortuito vivere optimum, ut queas.
Rurſus Homerus iſti non conſentit; ait enim:
Juppiter hominibus virtutem auget & minuit.
Et Simonides:
Nemo habeat ſine dis virtutem, non homo, non urbs.
Conſilii namque eſt omnis Deus auctor: at iſtis
Illæſum nil prorſus ineſt.
Similiter Euripides:
Nihil Deo abſque, nil venit mortalibus.
Et Menander:
Procurat haud quis noſtra, ni ſolus Deus.
Et rurſus Euripides:
D *Servare namque ſi Deus quondam volet,*
Momenta donat ad ſalutem plurima.
Et Theſtius:
Deo volente navigans vel vimine,
Es ſalvus.

hiſtoricos apud Theophilum deſignat, interdum quibuslibet ſcriptoribus aptatur. Sed tamen hiſtoriarum ſcriptores heic ſignificari exiſtimo, quia hanc vocem uſurpat Theophilus, poſtquam de philoſophis & poetis & hiſtoricis loquutus eſt.

1. Ἰδίαν φύσιν.] Heic quoque legendum omnino videtur ἀΐδιαν, ut ſupra oſtendimus.

2. Καὶ τὰ τούτων.] Heic neceſſe eſt iterum ſupplere ἕτεροι. Nam ut antea eos qui increatum mundum dicunt, cum iis qui creatum; ita nunc eos qui providentiam aſſerunt, cum iis comparat qui eam tollunt.

3. Δεξιαὶ ὧραι.] Legit Grotius δέξιος ὥρα in Notis ad librum de Veritate Relig. Chriſt. n. 16.

4. Σαφής.] Hanc vocem adſciverunt Fellus & Wolfius ex ipſo Sophoclis contextu, apud quem leguntur hi verſus in Oedipo Tyranno v. 988.

5. Κράτιστον.] Ita Sophocles. Editi noſtri ἐκρατεῖτο, quod merito emendatum ab iiſdem eruditis viris.

6. Θεὸς ὁ παμμήτης.] Editi οὐ θεός. Sed multo melius deeſt in codice mſ. hæc negatio; quæ ſententiæ plus nocet, quam verſui perficiendo conducit. Hi verſus ſic leguntur in editione Hamburgenſi:
Οὔ τις ἄνευθε θεῶν ἀρετὴν λάβεν, οὐ πόλις, οὔ τις,
Οὐ βροτὸς, οὐ θεὸς, ὃς παμμήτας. δ' ἔστιν ἐν αὐτοῖς
Οὐδὲν ἀπήμαντον.
Sed has emendationes ſequi non libuit, quia nullo codice mſ. nituntur, & numero magis quam rationi conſulunt.

7. Θέστιος.] Scriptor omnino ignotus: eoque magis ſuſpectum hoc nomen, quod Plutarchus verſum qui The-
E ſtio attribuitur, ſub Pindari nomine citat, non tamen ſine dubitatione. Addit enim, ut eruditus Wolfius poſt Gatakerum admonuit, εἴγε Πίνδαρος ἦν ὁ ποιήσας. Plut. de Pythiæ oraculis.

8. Θεοῦ θέλοντος.] Sic legebatur in editis noſtris hic verſus θεοῦ θέλοντος σώζῃ, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέῃς. Cod. mſ. & Tigur. θεοῦ διδόντος. Obſervant Ducæus & Thom. Gata-

illudunt, ſed *ludunt* vel *ineptiunt*; hoc eſt, non ſeria agunt, ſed puerorum more jocantur. Mox idem vir eruditus integrum hunc locum: ἔτι μὴν καὶ οἱ προσέχοντες αὐτοῖς, ſpectato contextu, e margine inſertum exiſtimat.

a Καὶ ἰδίαν φύσιν.] Vide nobis obſervata ſuperius n. IV.


b Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.] Hoc Arati hemiſtichium ab Apoſtolo Paullo coram Athenienſibus in medium fuiſſe allatum, poſt ſanctos Patres, norunt eruditi. Vide ſis Euthalium Diaconum in *Act.* XVII. 28.

c Ἀράτῳ τῷδε.] Sic editt. Pariſ. ann. 1615. & 1742. Sic & editio Wittebergenſis apud Heumannum, cui hæc lectio probatur l. c. pag. 208. Oxon. autem & Hamb. Ἀράτῳ δέ.

d Λέγει γάρ.] *Iliad.* υ. v. 242.

e Οὔ τις κ. τ. λ.] Hos Simonidis verſus ſic pariter exprimit edit. Pariſ. an. 1615. Ceterum Wolfius in edit. Hamb. ſecutus eſt Oxonienſem quæ ſic ſe habet:
Οὔ τις ἄνευθε θεῶν ἀρετὴν λάβεν, οὐ πόλις, οὔ τις
Οὐ βροτὸς, οὐ θεὸς, ὃς παμμήτις. δ' ἔστιν ἐν αὐτοῖς
Οὐδὲν ἀπήμαντον.
Ubi Fellus hæc adnotat: „ Carminum rationes quæ heic „ ſubinde deſiderabantur, tranſpoſitis leviter vocibus re„ ſtituimus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



A καὶ τὰ τοιαῦτα μυρία εἰπόντες, ἀσύμφωνα ἑαυτοῖς ἐξεῖπον. ὁ γοῦν Σοφοκλῆς ἀπρονοησίαν ἐν ἑτέρῳ [1] λέγει [a]·

Θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.

[2] πλὴν καὶ πληθὺν εἰσήγαγον, ἢ μοναρχίαν εἶπον· καὶ πρόνοιαν εἶναι τοῖς λέγουσιν, ἀπρονοησίαν τἀναντία εἰρήκασιν. ὅθεν Εὐριπίδης ὁμολογεῖ λέγων·

Σπουδάζομεν δὲ πολλὰ ὑπ' ἐλπίδων μάτην
Πόνους ἔχοντες, [b] οὐδὲν εἰδότες.

καὶ μὴ θέλοντες ὁμολογοῦσι τὸ ἀληθὲς μὴ ἐπίστασθαι· ὑπὸ δαιμόνων δὲ ἐμπνευσθέντες, καὶ ὑπ' αὐτῶν φυσιωθέντες, ἃ εἶπον, δι' αὐτῶν εἶπον. [3] ἤτοι γὰρ οἱ ποιηταί, Ὅμηρος δὴ καὶ Ἡσίοδος, [c] ὥς φασιν, ὑπὸ μουσῶν ἐμπνευσθέντες, φαντασίᾳ καὶ B πλάνῃ ἐλάλησαν, καὶ οὐ καθαρῷ πνεύματι, ἀλλὰ πλάνῳ· [4] ἐκ τούτου δὲ σαφῶς δείκνυται, εἰ καὶ οἱ [5] δαιμονῶντες ἐνίοτε καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο ἐξορκίζονται κατὰ τοῦ ὀνόματος [d] τοῦ ὄντος Θεοῦ, καὶ ὁμολογεῖ αὐτὰ τὰ πλάνα πνεύματα, εἶναι δαίμονες, οἱ καὶ τότε εἰς ἐκείνους ἐνεργήσαντες· πλὴν ἐνίοτέ τινες τῇ ψυχῇ ἐκνήψαντες ἐξ αὐτῶν, εἶπον ἀκόλουθα τοῖς προφήταις, ὅπως εἰς μαρτύριον αὐτοῖς τε καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, περί τε Θεοῦ μοναρχίας καὶ κρίσεως, καὶ τῶν λοιπῶν ὧν ἔφασαν.

Οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι [e] πνευματοφόροι πνεύματος ἁγίου, καὶ προφῆται γενόμενοι, ὑπ' αὐτοῦ C τοῦ Θεοῦ ἐμπνευσθέντες καὶ σοφισθέντες ἐγένοντο θεοδίδακτοι, καὶ ὅσιοι καὶ δίκαιοι. διὸ καὶ κατηξιώθησαν τὴν ἀντιμισθίαν ταύτην λαβεῖν, ὄργανα Θεοῦ γενόμενοι, καὶ [6] χωρήσαντες σοφίαν τὴν παρ' αὐτοῦ, δι' ἧς σοφίας εἶπον καὶ τὰ περὶ τῆς κτίσεως τοῦ κόσμου καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. καὶ γὰρ περὶ λοιμῶν καὶ λιμῶν καὶ πολέμων προεῖπον· καὶ οὐχ

A Et cum innumerabilia ejusmodi dixerunt, secum ipsi pugnantia dixerunt. Sophocles igitur, qui providentiam alibi tollit, sic ait:

Mortalis ictum subter haud fugit Dei.

Quin etiam multitudinem deorum induxerunt, aut singulare Dei imperium dixerunt: & contra eos qui providentiam asserunt, nullam esse providentiam dixerunt. Hinc Euripides sic confitetur:

Multis studemus sub spe inani plurimum
Laborem habentes, nilque prorsus novimus.

Fatentur vel inviti verum se nescire: sed a dæmonibus inspirati & inflati, quidquid dixerunt, eorum afflatu dixerunt. Nam profecto poetæ, Homerus scilicet & Hesiodus, a musis, ut ipsi B dicunt, afflati, ex falsis animi visis loquebantur, nec ex puro spiritu, sed fallaci. Quod quidem clare ex eo demonstratur, quod qui a dæmonibus interdum corripiuntur, ii etiamnum adjurentur per nomen veri Dei; tumque fallaces ipsi illi spiritus dæmones se esse fateantur, qui etiam olim in istis scriptoribus operabantur: nisi quod interdum eorum nonnulli animis expergefacti, consentanea prophetis dixerunt, ut tum in ipsos, tum in omnes homines testimonio essent, de singulari Dei imperio, de judicio, ceterisque rebus quas pertractarunt.

IX. Sed Dei homines, cum a Spiritu sancto C efferrentur ac prophetæ essent, divinitus docti & sancti & justi fuerunt, utpote ab ipso Deo afflati & eruditi. Quamobrem hac etiam mercede dignati sunt, ut Dei instrumenta fierent, & sapientiam quæ ab eo est caperent; cujus quidem sapientiæ beneficio & de creatione mundi & ceteris omnibus rebus dixerunt. Pestes enim & fames & bella prædixerunt; nec unus aut alter,

kerus Adversf. Miscell. p. 101. interpretem legisse κἂν ἐν Εὐρίπῳ, vertit enim, *Etiamsi in Euripo navigarit*. Uterque monet proverbium apud antiquos hoc tritum fuisse, *mare Jonium aut Ægeum virgulto velle trajicere*. Addit Gatakerus hunc versum ita legi, σὺν τῷ Θεῷ πλέων κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, apud Suidam tom. 3. p. 261. edit. Kusteri: a Scholiaste autem Aristophanis citari ad occasionem hu- D jus Aristophanis dicti in Simonidem, Κέρδους ἕκατι κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοι. *Causa lucelli naviget vel vimine*. Hæc desumsimus ex edit. Hamburg.

1. Λέγει.] Vel legendum λέγων, vel antea simile aliquod verbum, ut observat Cl. Wolfius, ex hoc loco excidit.

2. Πλὴν καὶ πληθύν.] Scribit in ipso contextu Cl. Wolfius πλὴν καὶ οἱ πληθύν, sed sine ulla prorsus auctoritate aut ratione, vel potius non sine contextus perturbatione. Liquet enim duas a Theophilo controversias commemorari, nempe de Monarchia & de Providentia, de quibus alii affirmabant, & alii negabant.

3. Ἤτοι γὰρ οἱ ποιηταί.] Quamvis tolerabilis sit vulgata scriptura & constructio verborum, libenter tamen unam ex duabus periodum facerem, sic legendo, ὅτι γὰρ οἱ ποιηταὶ . . . . ἐκ τούτου δὲ σαφῶς δείκνυται &c. Particula δὲ sæpe negligenda, ut in pluribus Justini locis observavimus.

E 4. Ἐκ τούτου δὲ σαφῶς δείκνυται.] Explananda Theophili ratiocinatio, ne videatur obscura. Dubitari enim possit, utrum ipsi dæmones confessi fuerint se *in istis scriptoribus* operatos esse, an id Theophilus ex eo colligat, quod se Apollinem esse faterentur aut alium Deum. Nam, ut ait Lactantius lib. 2. c. 15. *non modo dæmonas se esse* confitebantur, *sed etiam nomina sua* edebant, *illa quæ in templis adorantur*. Videtur Theophilus inde concludere poetas a fallacibus spiritibus fuisse afflatos, quippe qui his diis carmina sua accepta referrent.

5. Δαιμονῶντες.] Videntur hac voce non energumeni solum designari, sed ii etiam maxime, qui vel ad divinandum, vel ad miri aliquid faciendum deorum aliquem invocabant, qualis erat Pythia & alii ejusmodi vates. In utroque dæmonum genere expellendo æque elucebat Christianorum potestas. *Edatur hinc aliquis*, inquit Tertullianus Apol. cap. 23. *sub tribunalibus, quem dæmone agi constet: jussus a quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se dæmonem confitebitur de vero, quam alibi deum de falso. Æque producatur aliquis ex iis, qui de deo pati existimantur, qui aris inhalantes, numen de nidore concipiunt, qui ructando conantur, qui anhelando profantur. Ista ipsa virgo cælestis pluviarum pollicitatrix, iste ipse Æsculapius medicinarum demonstrator, alia die morituris Socordio & Thanatio & Asclepiodoto vitæ sumministrator, nisi se dæmones confessi fuerint, Christiano mentiri non audentes; ibidem procacissimi illius Christiani sanguinem fundite*. Vid. Lact. l. 2. c. 25. & l. 4. c. 27. Observat Wolfius ethnicos hoc Christianorum in dæmones imperium non negasse, sed aut a suis similia fieri, aut a Christianis ex compacto cum dæmonibus ipsis perfici dixisse. Citat hanc in rem Stephanum le Moyne in Notis ad Varia Sacra pag. 1043. & seqq. *Quo magis mirum est*, inquit idem Wolfius, *non defuisse nostris temporibus homines, qui asserere auderent expulsiones ejusmodi dæmonum a Christianis confictas fuisse, ut fidem Gentibus extorquerent. Huc tendit Anonymus, cujus observata exstant in Jo. Clerici Biblioth. selecta* tom. 13. p. 220.

6. Χωρήσαντες.] Ita recte emendatum erudito Wolfio pro χωρίσαντες: qui etiam paullo ante observabat scribendum potius πνευματόφορος quam πνευματοφόρος.

a Λέγει.] Λέγει in λέγων converto. Ita res est in vado. En versionem meam: *Sophocles, qui altero loco* (quem antea protuli) *providentiam negabat: Θεοῦ δὲ*, cetera. Τὸ *inquit* omissum esse, nemo mirabitur. Est enim hæc ellipsis haud infrequens. Heumann.

b Οὐδὲν εἰδότες.] Par istud verborum, non Sophocli, sed Theophilo adtribuitur in editt. Oxon. & Hamb. Sic enim utrobique: Οὐδὲν εἰδότες, καὶ μὴ θέλοντες. *Dum nihil sciunt, vel inviti profitentur*. Sic item præ se ferre videtur edit. Paris. an. 1615.

c Ὡς φασιν.] Non reddiderim, *ut ipsi* illi poetæ *dicunt*: sed quo sensu ista verba nemo veterum non usurpavit: *ut ajunt, ut fama tradit*. Heumann.

d Τοῦ ὄντος Θεοῦ.] Ita fere omnes editi, præter unum Hamb. ubi Wolfius ex ms. Bodl. edidit τοῦ ὄντως Θεοῦ.

e Πνευματοφόροι.] Vox eadem iterum occurrit infra n. xxii. quæ quidem, ut heic Maranus, Wolfio rectius cum accentu in antepenultima scribi videtur: quod minus probatur Heumanno in *Poecil.* tom. II. pag. 251. si penitius in primis stilus ecclesiasticus inspiciatur.

εἷς, ἢ δύο, ἀλλὰ πλείονες κατὰ χρόνους καὶ καιροὺς ἐγενήθησαν παρὰ Ἑβραίοις (ἀλλὰ καὶ παρὰ Ἕλλησιν Σίβυλλα) καὶ πάντες φίλα ἀλλήλοις καὶ σύμφωνα εἰρήκασι, τά τε πρὸ αὐτῶν γεγενημένα, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς γεγονότα, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς νυνὶ τελειούμενα· διὸ καὶ πεπείσμεθα καὶ περὶ τῶν μελλόντων οὕτως ἔσεσθαι, καθὼς καὶ τὰ πρῶτα ἀπήρτισαι.

Καὶ πρῶτον μὲν συμφώνως ἐδίδαξαν ἡμᾶς, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων τὰ πάντα ἐποίησεν. οὐ γάρ τι τῷ Θεῷ συνήκμασεν· ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ τόπος ὢν, καὶ ἀνενδεὴς ὢν, καὶ ὑπερέχων πρὸ τῶν αἰώνων, ἠθέλησεν ἄνθρωπον ποιῆσαι ᾧ γνωσθῇ. τούτῳ οὖν προητοίμασε τὸν κόσμον. ὁ γὰρ γενητὸς καὶ προσδεής ἐστιν· ὁ δὲ ἀγένητος οὐδενὸς προσδεῖται. ἔχων οὖν ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ [1] λόγον ἐνδιάθετον ἐν τοῖς ἰδίοις σπλάγχνοις, ἐγέννησεν αὐτὸν [2] μετὰ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας ἐξερευξάμενος πρὸ τῶν ὅλων. τοῦτον τὸν λόγον ἔσχεν ὑπουργὸν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένων, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκεν. οὗτος λέγεται ἀρχὴ, ὅτι ἄρχει καὶ κυριεύει πάντων τῶν δι' αὐτοῦ δεδημιουργημένων. οὗτος οὖν ὢν πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἀρχὴ καὶ σοφία, καὶ δύναμις ὑψίστου, κατήρχετο εἰς τοὺς προφήτας, καὶ δι' αὐτῶν ἐλάλει τὰ περὶ τῆς ποιήσεως τοῦ κόσμου καὶ τῶν λοιπῶν ἁπάντων. οὐ γὰρ ἦσαν οἱ προφῆται ὅτε ὁ κόσμος ἐγίνετο· ἀλλὰ [3] ἡ σοφία ἡ ἐν αὐτῷ οὖσα ἡ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὁ λόγος ὁ ἅγιος αὐτοῦ ὁ ἀεὶ συμπαρὼν αὐτῷ. διὸ δὴ καὶ διὰ Σολομῶνος προφήτου οὕτω λέγει· ἡνίκα δὴ ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ, καὶ ὡς ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ θεμέλια τῆς γῆς, ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. Μωσῆς δὲ ὁ καὶ Σολομῶνος πρὸ [4] πολλῶν ἐτῶν γενόμενος, μᾶλλον δὲ ὁ λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ ὡς δι' ὀργάνου δι' αὐτοῦ φησιν· [5] ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. πρῶτον ἀρχὴν καὶ ποίησιν ὠνόμασεν· εἶθ' οὕτως τὸν Θεὸν συνέστησεν. οὐ γὰρ ἀργῶς χρὴ καὶ ἐπὶ κενῷ Θεὸν ὀνομάζειν. προῄδει γὰρ ἡ θεία σοφία μέλλειν φλυαρεῖν τινὰς, καὶ πλήθει θεῶν ὀνομάζειν τῶν οὐκ ὄντων. ὅπως οὖν ὁ τῷ ὄντι Θεὸς διὰ ἔργων νοηθῇ, καὶ ὅτι ἐν τῷ λόγῳ αὐτοῦ ὁ Θεὸς πεποίηκε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἔφη· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. εἶτα εἰπὼν τὴν ποίησιν αὐτῶν, δηλοῖ ἡμῖν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου, καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. ταῦτα ἐν πρώτοις διδάσκει ἡ θεία γραφὴ, [6] τρόπῳ τινὶ ὕλην γενητὴν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γε-

A sed plures variis temporibus fuere apud Hebræos (sed & apud Græcos Sibylla) ac amica inter se & consona omnes dixere, tum quæ ante eos gesta fuerant, tum quæ ipsis erant æqualia, tum quæ apud nos hodie perficiuntur: unde etiam & de futuris certo scimus, ea ita esse eventura, quemadmodum & priora ad exitum perducta sunt.

X. Ac primo quidem summo consensu nos docuere Deum ex nihilo omnia creasse. Nihil enim Deo coævum; sed cum sibi ipse locus sit, nec ulla re egeat, ac sæculis antiquior sit, hominem facere voluit cui innotesceret: huic homini mundum B præparavit. Nam qui creatus est, multis rebus eget; increatus autem nulla omnino. Habens igitur Deus suum ipsius Verbum in propriis visceribus insitum, genuit illud cum sua Sapientia, proferens ante omnia. Hoc Verbo usus est administro operum suorum, & per illud omnia condidit. Vocatur principium, eo quod principatum habeat & dominatum eorum omnium, quæ per ipsum creata sunt. Hic igitur cum sit Spiritus Dei & principium & sapientia & virtus Altissimi, descendebat in prophetas, ac per eos de mundi creatione & ceteris rebus loquebatur: nondum enim erant prophetæ cum mundus crearetur; sed tantum Sapientia Dei quæ est in eo, ac sanctum Verbum C ejus quod ei semper adest. Hinc per Salomonem prophetam sic fatur: [a] *Cum præpararet cælum, una aderam ei, & cum firma faceret fundamenta terræ, eram cum eo disponens*. Moses autem qui multis annis ante Salomonem fuit, vel potius Verbum Dei, ita per eum velut per instrumentum loquitur: [b] *In principio creavit Deus cælum & terram*. Primo principium & creationem nominavit, deinde ipsum Deum prædicavit: neque enim fas est temere & levi de caussa Deum appellare. Providebat enim divina sapientia futurum, ut nonnulli nugarentur, ac multitudinem deorum nusquam existantium nominarent. Igitur ut verus Deus ex operibus intelligeretur, eumque constaret in Ver- D bo suo cælum & terram & quæ in eis sunt creasse, scriptum est: *In principio creavit Deus cælum & terram*. Deinde postquam narravit eorum creationem, sic nos edocet: [c] *Terra autem erat invisibilis & incomposita, & tenebræ super abyssum, & Spiritus Dei superferebatur super aquas:* Hæc igitur initio docet divina Scriptura, mate-

a Prov. VIII. 27. 29. 30. *b* Gen. I. 1. *c* Gen. I. 2.

1. *Λόγον ἐνδιάθετον*.] Hunc locum avide arripuerunt non pauci, ut Arianam hæresim Christianis illius ætatis aut saltem Theophilo affingerent. Sed 1. nihil magis oderant Ariani, quam illam Theophili doctrinam de Verbo Dei visceribus insito & ad mundi creationem prodeunte: illum enim λόγον longe secernebant ab eo, quem ad mundi creationem genitum esse dicebant. 2. Verbi æternitatem demonstrant hæc verba: *ὁ ἀεὶ συμπαρὼν αὐτῷ*. 3. Illud etiam a vero abhorret, quod sibi finxit Petavius, λόγον a Theophilo cum Patre confundi usque ad mundi creationem. Non magis profecto confunditur ante mundi creationem, quam post mundi creationem. Ideo enim post mundi creationem descendebat ad prophetas, quia *Spiritus est Dei & principium & sapientia & virtus Altissimi*. At eadem de causa generatus dicitur ad mundi creationem; quia videlicet λόγος erat insitus visceribus Patris, quippe ei semper adest. Vide infra num. XXII. Non magis ergo illa ad mundi creationem generatio de Filii æternitate aut distinctione a Patre detrahere possit, quam missio ad prophetas.

2. *Μετὰ τῆς ἑαυτοῦ σοφίας*.] Hæc verba referri possunt ad verbum sequens ἐξερευξάμενος. Sed cum generatio de qua heic agitur, nihil aliud sit quam missio; quid mirum si Deus Verbum cum Sapientia sua genuisse dicitur? Spiritum sanctum emissum fuisse ad creandum docet E Damasus Papa epist. 497. *Neque enim*, inquit, *creaturæ dignus est injuria, qui emissus est ad creandum*.

3. *Ἡ σοφία ἡ ἐν αὐτῷ*.] Spiritum sanctum his verbis manifeste designat Theophilus. Unde Triadem appellat n. XV. Deum, Verbum & Sapientiam: quo quidem in loco perinique Petavius Trin. l. 5. Verbum & Sapientiam pro una sumi persona queritur. Nam cum Spiritum multi alii Patres Sapientiam appellaverint, ut Irenæus lib. 3. c. 24. lib. 4. c. 7. & cap. 20. cur idem non licuit Theophilo? Erat ei hæc loquendi ratio familiaris. Nam & in lib. 1. n. VII. Verbum & Sapientiam, Verbum & Spiritum distinguit; & hoc ipso in loco Deus Verbum suum cum Sapientia sua genuisse dicitur. Vid. infra n. XV. & XVIII.

4. *Πρὸ πολλῶν ἐτῶν*.] Non videtur necesse esse legere πρὸ Σολομῶνος, ut conjicit Wolfius. Idem enim valet hæc loquendi ratio ac Σολομῶνος προγενόμενος.

5. *Ἐν ἀρχῇ*.] Theophilus, ut multi alii, illud *in principio* idem esse putat ac in Verbo. Profert enim hoc testimonium ut probet Verbi æternitatem. Mox demonstrat Deum in Verbo suo fecisse cælum & terram ex his verbis, *In principio creavit Deus cælum & terram*. Non multo ante declaraverat idem Verbum esse ἀρχήν.

6. *Τρόπῳ τινὶ τὴν ὕλην γενητήν*.] Satis commode post has voces poneretur δηλοῦσα, vel simile aliud participium. Ait autem Theophilus, materiæ creationem quodammodo a

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

γονῦαν, ἀφ' ἧς πεποίηκε καὶ δεδημιούργηκεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον.

Ἀρχὴ δὲ τῆς ποιήσεως, φῶς ἐστιν· ἐπειδὴ τὰ κοσμούμενα τὸ φῶς φανεροῖ. διὸ λέγει· καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω φῶς, [1] καὶ ἐγένετο φῶς. καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, τὸ φῶς ὅτι καλόν· δηλονότι καλὸν ἀνθρώπῳ γεγονός. καὶ διεχώρισεν ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος, καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα, καὶ διεχώρισεν ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος· καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν. καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα δευτέρα. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά· καὶ ἐγένετο οὕτω. καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ [a] εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν, καὶ ὤφθη ἡ ξηρά. καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὴν ξηρὰν γῆν, καὶ τὰ συστήματα τῶν ὑδάτων ἐκάλεσεν θαλάσσας· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ εἰς [b] ὁμοιότητα· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπὸν, οὗ τὸ σπέρμα ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν· καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα τρίτη. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· γενηθήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ὥστε διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τῆς ἡμέρας, καὶ ἀνὰ μέσον τῆς νυκτὸς, καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ εἰς καιροὺς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτοὺς, καὶ ἔστωσαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τοὺς ἀστέρας· καὶ ἔθετο αὐτοὺς ὁ Θεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας, καὶ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους· καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν· καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα τετάρτη. καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς, κατὰ τὸ στερέωμα τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξήγαγεν τὰ ὕδατα κατὰ γένη αὐτῶν,

riam, ex qua mundum Deus fecit & condidit, quodammodo indicans rem creatam esse, utpote a Deo factam.

XI. Initium autem condendi a luce fit; si quidem ea quæ conduntur & ornantur lux ostendit. Quare dicit: [a] *Et dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux: & vidit Deus lucem quia bona est.* Bona scilicet homini facta. „ Et discrevit Deus „ inter lucem & tenebras; & vocavit Deus lu„ cem diem, & tenebras vocavit noctem. Et factum „ est vespere, & factum est mane, dies unus. Et „ dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, „ & sit discernens inter aquam & aquam. Et fa„ ctum est sic. Et fecit Deus firmamentum, & „ divisit Deus inter aquam quæ erat sub firma„ mento, & inter aquam quæ supra firmamen„ tum. Et vocavit Deus firmamentum, cælum. „ Et vidit Deus quia bonum est. Et factum est „ vespere, & factum est mane, dies secundus. Et „ dixit Deus: Congregentur aquæ quæ sub cælo „ in congregationem unam, & appareat arida. „ Et factum est sic. Et congregata est aqua in „ congregationes suas, & apparuit arida. Et vo„ cavit Deus aridam, terram, & congregatio„ nes aquarum vocavit maria. Et vidit Deus quod „ esset bonum. Et dixit Deus: Germinet terra „ herbam virentem, seminantem semen secundum „ genus & similitudinem, & lignum fructiferum, „ faciens fructum, cujus semen in ipso in simili„ tudinem: & factum est ita. Et protulit terra „ herbam virentem, seminantem semen secundum „ genus, & lignum fructiferum faciens fructum „ secundum genus in terra. Et vidit Deus quod „ esset bonum. Et factum est vespere, & factum „ est mane, dies tertius. Et dixit Deus: Fiant „ luminaria in firmamento cæli, ad illuminatio„ nem in terra, & dividant inter medium diei & „ inter medium noctis, & sint in signa & in tem„ pora & in dies & in annos: & sint ad illumi„ nationem in firmamento cæli, ut luceant super „ terram. Et factum est ita. Et fecit Deus duo lumi„ naria magna, luminare magnum, ut præesset „ diei, & luminare minus ut præesset nocti, & „ stellas. Et posuit illa Deus in firmamento cæ„ li, ut luceant super terram, & præsint diei & „ nocti, & dividant inter medium lucis & inter „ medium tenebrarum. Et vidit Deus quod esset „ bonum. Et factum est vespere, & factum est „ mane, dies quartus. Et dixit Deus: Producant „ aquæ reptilia animarum viventium, & aves vo„ lantes super terram sub firmamento cæli. Et „ factum est ita. Et fecit Deus cete grandia & „ omnem animam animalium reptilium, quæ pro„ duxerant aquæ secundum genus suum, & omnem

[a] Gen. I. 3-31.

Scriptura doceri in exordio Genesis, quia etsi materiæ nomen Scriptura non usurpat, satis aperte materiam sub aliis nominibus designat. Sic de Hesiodo dicebat num. VI. καὶ ὕλην μὲν τρόπῳ τινὶ ὑποτίθεται καὶ κόσμου ποίησιν, quia etsi Hesiodus diserte non dicit creationem sine creatore factam fuisse, id tamen sequitur ex ejus verbis. Hanc autem materiæ creationem ex his verbis, *In principio creavit cælum, & terram*, deducebat Theophilus, quia cæli & terræ nomine intelligebat materiam ex qua cælum & terra facta sunt. Sequitur hanc interpretationem Basilius Homilia I. in Hexaem. num. 8. docetque initio Homil. 2. non solam terram initio creationis, sed ipsum etiam cælum inconditum fuisse. Justinus quoque Apol. I. num. 59. mundum a Deo factum testatur ex cælo & terra quæ prius creaverat.

1. Καὶ ἐγένετο ...... ὅτι καλόν.] Fellus & Wolfius minime dubitaverunt, quin hæc verba, quæ in cod. Bodl. & in omnibus editis desunt, librariorum culpa excidissent. Quapropter ea in contextum restituerunt, eisque hac in re libenter assentior.

a Τὸ ὕδωρ.] Post has voces in editt. Oxon. & Hamb. subjiciuntur istæ, τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ, e vulgata nimirum versione LXX. quæ tamen apud Theophilum in ms. Bodl. 2040. perinde ac in excusis exemplaribus non reperiuntur, ut monuit Grabius ad *primum novæ τῶν ο'. editionis specimen*, subnexum *Epistolæ ad Joannem Millium*, pag. 2. Quod quidem primum a Fello factum cum heic, tum infra saepius, minus recte factum alicui fortasse videbitur.

b Εἰς ὁμοιότητα.] Pro his habet edit. Oxon. κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς, eaque retinuit Hamb. reficta scilicet ad versionem LXX. Sic mox, post illa σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, adduntur hæc utrobique, καὶ καθ' ὁμοιότητα, quæ plane expungenda videntur. Adi sis Grabium l. c.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

καὶ πᾶν πετεινὸν πτερωτὸν κατὰ γένος· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς A ὅτι καλά, καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ θεός, λέγων· αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέτω ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα πέμπτη. καὶ εἶπεν ὁ θεός· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ γένος, τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ, καὶ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς· καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν· καὶ εἶπεν ὁ θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν B ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ θεὸς, λέγων· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς, καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ εἶπεν ὁ θεός· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πᾶν χόρτον σπόριμον, σπεῖρον σπέρμα, ὅ ἐστιν ἐπάνω πάσης τῆς γῆς, καὶ πᾶν ξύλον ὃ ἔχει ἐν αὐτῷ καρπὸν σπέρματος σπόριμον, ὑμῖν ἔσται εἰς βρῶσιν. καὶ πᾶσιν τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσιν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ παν- C τὶ ἑρπετῷ ἕρποντι ἐπὶ τῆς γῆς, ὃ ἔχει ἐν αὐτῷ πνοὴν ζωῆς, πάντα χόρτον χλωρὸν εἰς βρῶσιν· καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ εἶδεν ὁ θεὸς πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα ἕκτη. καὶ συνετελέσθησαν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ, καὶ πᾶς ὁ κόσμος αὐτῶν. καὶ συνετέλεσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἃ ἐποίησε, καὶ κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε. καὶ εὐλόγησεν ὁ θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτὴν, ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι.

„ avem pennatam secundum genus. Et vidit Deus quod essent bona; & benedixit eis Deus, dicens: Crescite & multiplicamini & replete aquas maris, & aves multiplicentur in terra. Et factum est vespere, & factum est mane, dies quintus. Et dixit Deus: Producat terra animam viventem secundum genus, quadrupedes & reptilia & bestias terræ secundum genus. Et factum est ita. Et fecit Deus bestias terræ secundum genus, jumenta secundum genus, & omnia reptilia terræ. Et vidit Deus quod esset bonum. Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem: & imperent piscibus maris, & volatilibus cæli, & jumentis & omni terræ, & omnibus reptilibus, quæ repunt super terram. Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, masculum & feminam fecit eos. Et benedixit eis Deus, dicens: Crescite & multiplicamini & replete terram, & subjicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & jumentis, & universæ terræ, & omnibus reptilibus quæ repunt super terram. Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam seminalem, seminantem semen, quæ est in superficie universæ terræ: & omne lignum, quod habet in se fructum seminis seminalem, erit vobis in cibum. Sed & omnibus bestiis terræ, & omnibus volatilibus cæli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in se flatum vitæ, omnem herbam viridem in escam. Et factum est ita. Et vidit Deus omnia quæcumque fecerat: & ecce erant valde bona. Et factum est vespere, & factum est mane, dies sextus. [a] Et perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorum. Complevitque Deus die septimo opera sua, quæ fecerat; & requievit in die septimo ab omnibus operibus suis quæ fecerat. Et benedixit Deus diei septimo, & sanctificavit illum, quia in ipso requievit ab omnibus operibus suis, quæ cœperat Deus facere.

Τῆς μὲν οὖν Ἑξαημέρου οὐδεὶς ἀνθρώπων δυνατὸς D κατ' ἀξίαν τὴν ἐξήγησιν καὶ τὴν οἰκονομίαν πᾶσαν ἐξειπεῖν, οὐδὲ εἰ μυρία στόματα ἔχοι, καὶ μυρίας γλώσσας. ἀλλ' οὐδὲ εἰ μυρίοις ἔτεσι βιώσει τις, ἐπιδημῶν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, οὐδὲ οὕτως ἔσται ἱκανὸς πρὸς ταῦτα ἀξίως τι εἰπεῖν, διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος, καὶ τὸν πλοῦτον τῆς σοφίας τοῦ θεοῦ, τῆς οὔσης ἐν ταύτῃ τῇ προγεγραμμένῃ Ἑξαημέρῳ. πολλοὶ μὲν οὖν τῶν συγγραφέων ἐμιμήσαντο, καὶ ἠθέλησαν περὶ τούτων διήγησιν ποιήσασθαι, καίτοι λαβόντες ἐντεῦθεν τὰς ἀφορμὰς, ἤτοι περὶ κόσμου κτίσεως, ἢ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, καὶ [a] οὐδὲ τὸ τυχὸν ἔναυσμα ἄξιόν τι τῆς ἀληθείας ἐξεῖπον. δοκεῖ δὲ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων ἢ συγγραφέων καὶ ποιητῶν εἰρημένα, ἀξιόπιστα μὲν εἶναι, παρὰ τὸ φράσει κεκαλλωπίσθαι· μωρὸς δὲ καὶ κενὸς ὁ λόγος E αὐτῶν δείκνυται, ὅτι πολλὴ μὲν πληθὺς τῆς φλυαρίας αὐτῶν ἐστι· τὸ τυχὸν δὲ τῆς ἀληθείας ἐν αὐτοῖς οὐχ εὑρίσκεται. καὶ γὰρ εἴ τι δοκεῖ ἀληθὲς δι' αὐτῶν ἐκπεφωνῆσθαι, σύγκρασιν ἔχει τῇ πλάνῃ. καθάπερ γὰρ φάρμακόν τι δηλητήριον συγκραθὲν μέλιτι, ἢ οἴνῳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ, τὸ πᾶν ποιεῖ βλαβερὸν καὶ ἄχρηστον· οὕτως καὶ ἡ ἐν αὐτοῖς πολυλογία εὑρίσκεται ματαιοπονία, καὶ βλάβη μᾶλ-

XII. Hujus autem sex dierum operis nemo est hominum, qui pro rei dignitate enarrationem & descriptionem omnem explicare possit, etiamsi decem mille ora habeat, & decem mille linguas. Atque etiamsi quis decem mille annos vivat, in hac terra peregrinus; ne tum quidem erit idoneus, qui de his digne quidpiam dicat, propter exsuperantem magnitudinem & divitias sapientiæ Dei, quæ operi sex dierum supra descripto inest. Ac multi quidem scriptores illud imitati sunt, & de his rebus narrare aggressi: sed quamvis inde adjumenta sibi sumerent mundi creationis & naturæ hominis explicandæ; tamen ne tenuem quidem veritatis scintillam assequi potuerunt. Videntur autem quæ a philosophis & scriptoribus & poetis dicta sunt, fide digna esse, quia sermonis splendore illustrantur; inanis tamen & insulsa eorum oratio ex eo declaratur, quod luxurient apud eos nugæ; ac veritatis ne ulla quidem particula inveniatur. Nam si quid veri ab iis prædicatum videtur, permixtum est errore. Ac si quemadmodum pharmacum aliquod mortiferum, si melle aut vino aut alia re hujusmodi permisceatur, totum inutile & pestiferum efficit; ita eorum dicendi copia nihil aliud

a Gen. II. 1-3.

a Οὐδὲ τὸ τυχὸν ἔναυσμα — ἐξεῖπον.] Tum ad hunc, tum ad alium proxime sequentem locum: τὸ τυχὸν δὲ τῆς ἀληθείας ἐν αὐτοῖς οὐχ εὑρίσκεται, sagaciorem criticum aut interpretem quærit Heumannus l. c. p. 209. qui & facile perspicere sibi videtur, a Theophilo paullo post fuisse scriptum σύγκρασιν ἔχει τῆς πλάνης, pro τῇ πλάνῃ. At similitudo statim subjecta, συγκραθὲν μέλιτι, ἢ οἴνῳ, ἢ ἑτέρῳ, τινὶ, meo quidem judicio, conjecturæ adversatur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



λον τοῖς πειθομένοις αὐτῇ. [1] ἔτι μὴν καὶ περὶ τῆς ἑβδόμης ἡμέρας ἣν πάντες μὲν ἄνθρωποι ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ πλείους ἀγνοοῦσιν. ὅτι παρ' Ἑβραίοις ὃ καλεῖται σάββατον, Ἑλληνιστὶ ἑρμηνεύεται [2] ἑβδομάς, ἥτις [3] εἰς πᾶν γένος ἀνθρώπων ὀνομάζεται μὲν, δι' ἣν δὲ αἰτίαν καλοῦσιν αὐτὴν οὐκ ἐπίστανται. τὸ δὲ εἰπεῖν Ἡσίοδον τὸν ποιητὴν ἐκ χάους γεγενῆσθαι [4] Ἔρεβον καὶ τὴν γῆν καὶ ἔρωτα κυριεύοντα τῶν κατ' αὐτόν τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων, μάταιον καὶ ψυχρὸν τὸ ῥῆμα αὐτοῦ, καὶ ἀλλότριον πάσης ἀληθείας δείκνυται. θεὸν γὰρ οὐ χρὴ ὑφ' ἡδονῆς νικᾶσθαι· ὅπου γε καὶ οἱ σώφρονες ἄνθρωποι ἀπέχονται πάσης αἰσχρᾶς ἡδονῆς, καὶ ἐπιθυμίας κακῆς.

A esse invenitur, quam laboriosæ nugæ, magisque pernicies esse eorum, qui ei assentiuntur. Ac de die etiam septimo loquuti sunt, cujus nomen omnes homines usurpant, sed plerique quam vim habeat, ignorant. Quod enim apud Hebræos sabbatum dicitur, Græce redditur hebdomas; quæ quidem apud omne humanum genus appellatur, quam autem ob caussam ita vocent ignorant. Quod autem placet Hesiodo Poetæ ex chao genitum Erebum & Terram & imperantem opinatis illius diis & hominibus Amorem; futilis illius & frigida oratio est, atque ab omni veritate prorsus aliena. Deum enim voluptate vinci non decet: quippe cum homines temperantes ab omni inhonesta voluptate & mala cupiditate abstineant.

B

Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκ τῶν ἐπιγείων κάτωθεν ἄρξασθαι καὶ λέγειν τὴν ποίησιν τῶν γεγενημένων, ἀνθρώπινον καὶ ταπεινὸν καὶ πάνυ ἀσθενὲς τὸ ἐννόημα αὐτοῦ, ὡς πρὸς θεόν ἐστιν. ἄνθρωπος γὰρ κάτω ὢν, ἄρχεται ἐκ τῆς γῆς οἰκοδομεῖν, καὶ οὐ [5] πρὸς τάξιν δύναται καὶ τὴν ὀροφὴν ποιῆσαι, ἐὰν μὴ τὸν θεμέλιον ὑπόθηται. θεοῦ δὲ τὸ δυνατὸν ἐκ τούτου δείκνυται, ἵνα πρῶτον μὲν ἐξ οὐκ ὄντων ποιῇ τὰ γινόμενα, [6] καθὼς βούλεται. τὰ γὰρ παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατα, δυνατά ἐστι παρὰ θεῷ. διὸ καὶ ὁ προφήτης πρῶτον εἴρηκε τὴν ποίησιν τοῦ οὐρανοῦ γεγενῆσθαι, τρόπον ἐπέχοντα ὀροφῆς, λέγων· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν, τουτέστι διὰ τῆς ἀρχῆς γεγενῆσθαι τὸν οὐρανὸν, καθὼς ἔφθημεν δεδηλωκέναι. γῆν δὲ λέγει δυνάμει ἔδαφος καὶ θεμέλιον, ἄβυσσον δὲ τὴν πληθὺν τῶν ὑδάτων· καὶ σκότος [7] διὰ τὸ τὸν οὐρανὸν, γεγονότα ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ἐσκεπακέναι καθαπερεὶ πῶμα, τὰ ὕδατα σὺν τῇ γῇ. πνεῦμα δὲ

XIII. Quod autem idem Hesiodus a terrenis rebus initium ducit narrandæ creationis, humana & humilis ac prorsus jejuna ejus cogitatio est, quantum ad Deum attinet. Homo enim cum in infimis versetur, ab ipso solo initium facit ædificandi, nec fastigium potest aut culmen facere, nisi fundamentum posuerit. Dei autem potentia in eo spectatur, ut primum quidem res ex nihilo creet: deinde ad arbitrium suum creet: *Nam* [a] *quæ apud homines impossibilia, possibilia sunt apud Deum.* Quapropter Propheta testatur primum omnium ab eo cælum esse conditum in modum fastigii: *In principio*, inquit, *creavit Deus cælum*; quod C idem est ac per principium cælum esse conditum, ut supra demonstravimus. Terram autem vocat id quod veluti solum & fundamentum est, abyssum autem multitudinem aquarum. Tenebras etiam nominat, eo quod cælum a Deo conditum aquas una cum terra veluti quoddam oper-

[a] Luc. XVIII. 27.

1. *Ἔτι μὴν καὶ περὶ τῆς ἑβδόμης.*] Nonnulla heic supplenda sunt, ac ea revocanda quæ paullo ante de scriptoribus profanis dicebat, eos imitatos esse librum Genesis, ac de mundi creatione & humana natura nonnulla dixisse. Addit ergo eos & de septima die non tacuisse.

2. *Ἑβδομάς.*] Hac voce significari potest spatium septem dierum; sed hoc loco significat diem septimum, quem paullo ante dixerat ab omnibus hominibus appellari. Ducæus autem & Wolfius observant errare Theophilum in interpretatione sabbati, si hanc vocem, quam græce esse hebdomadem ait, a septenario numero nempe שבע, non autem a quiete nempe שבת deductam putaverit. Utrum autem hoc levi errore laboraverit, minime statuunt. Recte factum ab eruditis viris, quod judicium suum cohibuerint. Non enim Græcos exagitat Theophilus, quod nescirent sabbatum apud Hebræos græce esse septenarium numerum, (absurda fuisset ac Theophilo non digna ejusmodi reprehensio) aut sabbatum Judæorum septimæ apud Græcos luci respondere; id enim oculis suis videbant Græci, neque in hoc errare poterant. Sed in hoc eos carpit, quod cum sabbatum Judæorum irriderent, nescirent tamen sabbatum nihil aliud esse quam septimam lucem, & ideo singularem habere apud Judæos observationem, quia septima lux est, in qua nimirum Deus ab operibus requievit.


3. *Εἰς πᾶν γένος.*] Nonnulla veritatis vestigia apud Gentiles servata tum in septem dierum vicibus numerandis, tum in aliqua sabbati religione retinenda, testantur antiqui scriptores. Præter Aristobulum, cujus testimonium exstat apud Clementem Alexandrinum & Eusebium Præp. Evangel. lib. 13. idem confirmant Philo 2. de mund. opif. & 2. de Vit. Mos. & Josephus lib. 2. contra Apionem. Sed in hoc genere præcipue observanda duo Tertulliani testimonia, in quibus aliquid conabor emendare. Sic loquitur lib. 1. ad Nat. c. 13. *Alii plane humanius solem Christianum Deum æstimant, quod innotuerit ad Orientis partem facere nos precationem, vel die solis lætitiam curare. Quid vos minus facitis? Non plerique affectatione adorandi aliquando etiam cælestia, ad solis initium labra vibratis? Vos certe estis, qui etiam in laterculum septem dierum solem recepistis, & ex diebus ipsum prælegistis, quo die lavacrum subtrahatis, aut in vesperam differatis, aut otium & prandium curetis. Quod quidem facitis exorbitantes & ipsi a vestris ad alienas religiones. Judæi enim festi, sabbata, & cœna pura, & Ju*D*daici ritus lucernarum, & jejunia cum azymis, & orationes litorales, quæ utique aliena sunt a diis vestris. Quare, ut ab excessu revertar, qui solem & diem ejus nobis exprobratis, agnoscite vicinitatem: non longe a Saturno & sabbatis vestris sumus.* Duo in hoc testimonio facile est animadvertere. 1. Sabbatum apud Gentiles observari non sine aliqua Judaici instituti imitatione. 2. Non longe etiam hac in re a Christianis Gentiles remotos esse, tum quia sabbatum diei solis proximum, tum quia utrique sex aliis diebus unum præferunt. Quare hæc verba; *Et ex diebus ipsum prælegistis, quo die* &c. non ad solis diem referenda, sed ad sabbatum; ac multo accuratior erit oratio si legamus; *Et sex diebus ipsi prælegistis quo die* &c. Idem Apologet. c. 16. *Æque si diem solis*, inquit, *lætitiæ indulgemus, alia longe ratione quam religione solis; secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio & victui decernunt, exorbitantes & ipsi ab Judaico more quem ignorant.* Luce clarius mihi videtur legendum esse *ad Judaicum morem;* valdeque miror cur Samuel Petitus *Comment. ad leges Atticas*, pag. 4. librum ad Nationes emendet ex Apologetico & in superiore testimonio legat; *exorbitantes & ipsi a vestris, ab alienis, religione.*

4. *Ἔρεβον.*] Cod. Bodl. & Tigur. *ἔρεβος.*

5. *Πρὸς τάξιν.*] Vel legendum *πρόταξιν*, atque hac vo- E ce intelligendum id quod maxime eminet; vel scribendum *καὶ πρὸς τάξιν καὶ οὐ δύναται.* Sic infra n. XXIII. ætate *πρὸς τάξιν* crescere. Imitatur Chrysostomus Homil. 2. in Genes. hanc Theophili sententiam, & in divino opere, contra quam in humanis fieri solet, *prius culmen, deinde fundamentum* perfici observat, *πρότερον ὄροφον, καὶ τότε τὸν θεμέλιον.* Vid. Photium cod. 240. Sic etiam Basil. Ambros. in Hexaem. Greg. Naz. or. 43.

6. *Καθὼς βούλεται.*] Addendum ante hæc verba *εἶτα*, *deinde*, vel aliquid simile. Duo enim Dei propria esse docet Theophilus, primum ut creet ex nihilo, deinde ut ad arbitrium creet, & ab ipso vertice, si velit, incipiat. Quare aliquid addendum quod respondeat *τῷ πρῶτον.*

7. *Διὰ τὸν οὐρανόν.*] Lego *διὰ τὸ τὸν οὐρανόν.* Paullo post pro *καθάπερ εἰ πώματι ὕδατι*, posuimus *καθαπερεὶ πῶμα, τά.* Atque ita legendum monuit Wolfius post Davisium, Lacrosium & R. P. Souciet S. J. in Collect. Differt. Crit. p. 665. Videtur tenebras sic explicare, ut iis occurrat, qui illas æternum quidpiam esse & Deo contrarium fingebant. Ita Basil. homil. 2. in Hexaem. n. 5.



τὸ ἐπιφερόμενον ἐπάνω τοῦ ὕδατος ὃ ἔδωκεν ὁ Θεὸς [1] εἰς ζωογόνησιν τῇ κτίσει, καθάπερ ἀνθρώπῳ ψυχὴν, τῷ λεπτῷ τὸ λεπτὸν συγκεράσας. τὸ γὰρ πνεῦμα λεπτὸν καὶ τὸ ὕδωρ λεπτὸν, ὅπως τὸ μὲν πνεῦμα τρέφῃ τὸ ὕδωρ, τὸ δὲ ὕδωρ σὺν τῷ πνεύματι τρέφῃ τὴν κτίσιν διϊκνούμενον πανταχόσε. ἓν μὲν τὸ πνεῦμα [2] φωτὸς τύπον ἐπέχον ἐμεσίτευεν τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ οὐρανοῦ, ἵνα τρόπῳ τινὶ μὴ κοινωνῇ τὸ σκότος τῷ οὐρανῷ ἐγγυτέρῳ ὄντι τοῦ Θεοῦ, πρὸ τοῦ εἰπεῖν τὸν Θεόν· γενηθήτω φῶς. ὥσπερ οὖν καμάρα ὁ οὐρανὸς ὢν, συνεῖχε [3] τὴν ὕλην, [4] βώλῳ ἐοικυῖαν. καὶ γὰρ εἴρηκεν περὶ τοῦ οὐρανοῦ ἕτερος προφήτης ὀνόματι Ἡσαΐας λέγων· Θεὸς οὗτος ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν, καὶ διατείνας ὡς σκηνὴν κατοικεῖσθαι. ἡ διάταξις οὖν τοῦ Θεοῦ, τοῦτό ἐστιν ὁ λόγος αὐτοῦ, φαίνων ὥσπερ λύχνος ἐν οἰκήματι [5] συνεχομένῳ ἐφώτισε τὴν ὑπ' οὐρανὸν, χωρὶς μὲν [6] τοῦ κόσμου ποιήσας· καὶ τὸ μὲν φῶς ὁ Θεὸς ἐκάλεσεν ἡμέραν, τὸ δὲ σκότος νύκτα. ἐπεί τοί γε ἄνθρωπος οὐκ ἂν ᾔδει καλεῖν τὸ φῶς ἡμέραν, ἢ τὸ σκότος νύκτα· ἀλλ' οὐδὲ μὲν τὰ λοιπὰ, εἰ μὴ τὴν ὀνομασίαν [7] εἰλήφει ὑπὸ τοῦ ποιήσαντος αὐτὰ Θεοῦ. τῇ μὲν οὖν πρώτῃ ὑποθέσει τῆς ἱστορίας, καὶ γενέσεως τοῦ κόσμου εἴρηκεν ἡ ἁγία γραφὴ οὐ περὶ τούτου τοῦ στερεώματος, ἀλλὰ [8] περὶ ἑτέρου οὐρανοῦ τοῦ ἀοράτου ἡμῖν ὄντος, μεθ' ὃν οὗτος ὁ [9] ὁρατὸς ἡμῖν οὐρανὸς κέκληται στερέωμα, ἐφ' ᾧ ἀνείληπται τὸ ἥμισυ τοῦ ὕδατος, ὅπως ᾖ τῇ ἀνθρωπότητι εἰς ὑετοὺς καὶ ὄμβρους καὶ δρόσους. τὸ δὲ ἥμισυ ὕδατος ἐπελείφθη ἐν τῇ γῇ εἰς ποταμοὺς, καὶ πηγὰς, καὶ θαλάσσας. ἔτι οὖν συνέχοντος τοῦ ὕδατος τὴν γῆν, μάλιστα κοίλους τόπους, ἐποίησεν ὁ Θεὸς, διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ, τὸ ὕδωρ συναχθῆναι εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὁρατὴν γενηθῆναι τὴν ξηρὰν, πρότερον γεγονυῖαν αὐτὴν ἀόρατον. ὁρατὴ οὖν ἡ γῆ γενομένη, ἔτι ὑπῆρχεν ἀκατασκεύαστος. κατεσκεύασεν οὖν αὐτὴν καὶ κατεκόσμησεν ὁ Θεὸς διὰ παντοδαπῶν χλοῶν καὶ σπερμάτων καὶ φυτῶν.

culum operiret. Spiritum autem qui ferebatur super aquas, eum intelligit, quem dedit Deus creaturæ, ad viventium generationem, velut animam homini, tenue cum tenui conjungens (nam spiritus tenuis & aqua tenuis) ut spiritus aquam, aqua autem cum spiritu omnia pervadens creaturam foveret. Unus igitur ille spiritus lucis locum occupans, aquam inter & cælum medius erat, ut quodammodo impediret ne tenebræ proximum Deo cælum attingerent, antequam Deus dixisset: *Fiat lux*. Cælum igitur instar fornicis materiam solo assimilatam complectebatur. Sic enim alius propheta, nomine Isaias, de cælo loquitur: [a] *Deus ille est qui fecit cælum ut fornicem, & extendit ut tabernaculum ad inhabitandum*. Itaque jussio Dei, id est ejus Verbum, velut in clauso conclavi collucens, totum terrarum orbem illuminavit; cum lucem separatim a mundo fecisset: ac lucem quidem Deus vocavit diem, tenebras vero noctem. Neque enim potuisset homo vocare diem lucem, tenebras autem noctem, immo nec aliis rebus nomina imponere, nisi illa ab earum conditore accepisset Deo. In primo autem exordio narrandæ mundi originis, non loquitur Scriptura de hoc firmamento quod videmus, sed de alio cælo oculis nostris indeprehenso, secundum quod hoc cælum quod videmus, vocatum est firmamentum: in quo quidem asservatur dimidium aquarum, ut sit homini in pluvias & imbres & rores. Altera vero pars in terra relicta est in fluvios, fontes, & maria. Cum igitur adhuc aquæ tegerent terram, præcipue autem loca concava, fecit Deus per Verbum suum, ut aquæ unum in locum confluerent, & appareret terra quæ antea non videbatur. Sed tamen quamvis videri incœpisset, erat adhuc informis. Formam igitur & ornatum Deus ei affinxit omni herbarum & seminum & plantarum genere.

Σκόπει τὸ λοιπὸν τὴν ἐν τούτοις ποικιλίαν καὶ διάφορον καλλονὴν καὶ πληθὺν, καὶ ὅτι δι' αὐτῶν δείκνυται ἡ ἀνάστασις, εἰς δεῖγμα τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἀναστάσεως ἁπάντων ἀνθρώπων. τίς γὰρ κατανοήσας οὐ θαυμάσει ἐκ συκῆς κεγχραμίδος γίνεσθαι συκῆν, ἢ τῶν λοιπῶν σπερμάτων ἐλαχίστων φύειν παμμεγέθη δένδρα; τὸν δὲ κόσμον ἐν ὁμοιώματι ἡμῖν λέγομεν εἶναι τῆς θαλάσσης. ὥσπερ γὰρ θάλασσα, εἰ μὴ εἶχε τὴν τῶν ποταμῶν καὶ πηγῶν

XIV. Jam vero in his considera varietatem & diversam venustatem ac copiam; attende ut in se quamdam exhibeant resurrectionem, in exemplum futuræ aliquando omnium hominum resurrectionis. Quis est enim qui non admiretur cum consideret ex fici semine ficum nasci, vel ex aliis minutissimis seminibus immensas arbores crescere? In mari autem similitudo quædam nobis cum mundo exhibetur. Nam quemadmodum mare, nisi

[a] Esa. XL. 22.

1. Εἰς ζωογόνησιν.] Sic etiam Joannes Chrysost. homil. 3. in Genes. n. 1. ἐνέργειά τις ζωτικὴ προσῆν τοῖς ὕδασι, καὶ οὐκ ἦν ἁπλῶς ὕδωρ ἑστὼς καὶ ἀκίνητον, ἀλλὰ κινούμενον, καὶ ζωτικήν τινα δύναμιν ἔχον.

2. Φωτὸς τύπον.] *Lucis similitudinem referens*. Sed multo aptior erit sententia, si legamus τόπον, ut in interpretatione expressi. Neque enim hunc spiritum luci similem fuisse ait, sed medium inter cælum & aquas spatium occupasse, qui locus erat luci destinatus.

3. Τὴν ὕλην.] Ita Wolfius. Editi manifesto errore τῇ ὕλῃ. Cælum instar fornicis, sive cameræ, se habere docent eodem modo Ambrosius in Hexaem. Diodorus Tarsensis apud Photium cod. 240. p. 698. Basilius homil. 1. in Hexaem. n. 8.

4. Βώλῳ.] Wolfius monitu Cl. Lacrose legendum putat θόλῳ ἐοικυῖα, atque hanc scripturam ita in amoribus habet, ut parum abfuisse dicat, quin illam in contextum reciperet. Sed quid mutatione opus est in integro & percommodo contextu? Materiam glebæ, id est, inerti terræ assimilatam dicit, ut eam inconditam fuisse demonstret. Eodem sensu Athenagoras materiam, antequam ornatum acciperet, instar naturæ informis & terræ inutilis jacuisse dicit, Apol. n. 14.

5. Συνεχομένῳ.] Reddidi in *clauso conclavi*, sive cubiculo. Sic enim 4. Reg. cap. 14. v. 26. Vidit Deus filios Israel ὀλιγοστοὺς, συνεχομένους, *paucos & clausos*.


6. Τοῦ κόσμου.] Cum Bodleianus codex & editt. Tigur. & Paris. ita habeant, miror in Oxon. & Hambur. legi τὸν κόσμον, quod quidem sic reddit Wolfius, *postquam mundum sigillatim condidit*.

7. Εἰλήφει.] Referunt interpretes ad ipsas res creatas, & reddunt *accepissent*. Sed aptius & commodius videtur ad ipsum hominem referri; quippe cum Theophilo propositum sit totam hanc Genesis historiam divinitus traditam asserere. Cum hac Theophili sententia satis quadrat id quod dicebat Pythagoras, *non solum doctissimum, sed etiam antiquissimum sapientium existimari debere eum qui nomina rebus imposuit*. Πυθαγόρας ἠξίου μὴ μόνον λογιώτατον, ἀλλὰ καὶ πρεσβύτατον ἡγεῖσθαι τῶν σοφῶν τὸν θέμενον τὰ ὀνόματα τοῖς πράγμασι, apud Clem. Alex. Epitom. pag. 809.

8. Περὶ ἑτέρου οὐρανοῦ.] S. Joannes Chrysostomus videtur hac in re a Theophili sententia discedere. Nam Homil. 4. in Genes. pluribus contendit unum esse cælum, nec illud quod in principio factum dicitur, ab eo differre quod aquas dividit ab aquis. Contra, Theodoretus utrumque distinguit, ut Theophilus: eos qui plures admittunt, exagitat Basilius Homil. 3. in Hexaem. Ambr. l. 2. cap. 1. in Hexaem. & Gregor. Nyssenus in Hexaem. tres cælos acriter defendunt.

9. Ορατός.] Ita Ducæus & Hamb. Male alii ἀόρατος.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



ἐπίῤῥυσιν ᾗ ἐπιχορηγίαν εἰς τροφὴν, διὰ τὴν ἀλμυρότητα αὐτῆς πάλαι ἂν ἐκπεφρυγμένη ἦν· οὕτω καὶ ὁ κόσμος εἰ μὴ ἐσχήκει τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον, καὶ τοὺς προφήτας ῥέοντας καὶ πηγάζοντας τὴν γλυκύτητα καὶ εὐσπλαγχνίαν, καὶ δικαιοσύνην, καὶ διδαχὴν τῶν ἁγίων ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, διὰ τὴν κακίαν καὶ ἁμαρτίαν τὴν πληθύνουσαν ἐν αὐτῷ, ἤδη ἂν ἐκλελοίπει. καὶ καθάπερ ἐν θαλάσσῃ νῆσοι εἰσὶν αἱ μὲν οἰκηταὶ καὶ εὔυδροι καὶ καρποφόροι, ἔχουσαι ὅρμους καὶ λιμένας, πρὸς τὸ τοὺς χειμαζομένους ἔχειν [1] ἐν αὐτοῖς καταφυγάς· οὕτω δέδωκεν ὁ θεὸς τῷ κόσμῳ κυμαινομένῳ καὶ χειμαζομένῳ ὑπὸ τῶν ἁμαρτημάτων τὰς συναγωγὰς, [2] λέγομεν δὲ [a] ἐκκλησίας ἁγίας, ἐν αἷς καθάπερ λιμέσιν εὐόρμοις [3] ἐν νήσοις αἱ διδασκαλίαι τῆς ἀληθείας εἰσί· B πρὸς ἃς καταφεύγουσιν οἱ θέλοντες σώζεσθαι, ἐρασταὶ γινόμενοι τῆς ἀληθείας, καὶ βουλόμενοι ἐκφυγεῖν τὴν ὀργὴν καὶ κρίσιν τοῦ θεοῦ. καὶ ὥσπερ αὖ νῆσοί εἰσιν ἕτεραι πετρώδεις καὶ ἄνυδροι καὶ ἄκαρποι καὶ θηριώδεις καὶ ἀοίκητοι ἐπὶ βλάβῃ τῶν πλεόντων καὶ χειμαζομένων, ἐν αἷς [4] τείρεται τὰ πλοῖα, καὶ ἐξαπόλλυνται ἐν αὐταῖς οἱ κατερχόμενοι· οὕτως εἰσὶν αἱ διδασκαλίαι τῆς πλάνης, λέγω δὲ τῶν αἱρέσεων, αἳ ἐξαπολλύουσι τοὺς προσιόντας αὐταῖς. οὐ γὰρ ὁδηγοῦνται ὑπὸ τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ καθάπερ [5] πειραταὶ ἐπὰν πληρώσωσι τὰς ναῦς, ἐπὶ τοὺς προειρημένους τόπους [6] περιπείρουσιν ὅπως ἐξαπολέσωσιν αὐτὰς, οὕτω συμβαίνει καὶ τοῖς πλανωμένοις ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἐξαπόλλυσθαι ὑπὸ τῆς πλάνης. C

A fluminum & fontium appulſu aleretur, jam dudum exſiccatum ob ſalſuginem & aduſtum eſſet: ita mundus niſi habuiſſet legem Dei & prophetas, ex quibus fluunt & ſcaturiunt manſuetudo, miſericordia, juſtitia & ſanctorum Dei mandatorum doctrina, jam dudum ob nequitiam & multiplicata in eo peccata defeciſſet. Et quemadmodum in mari ſunt quædam inſulæ habitabiles, aquis ſalubres, frugiferæ, ſtationibus & portubus munitæ, ut iis qui tempeſtate jactati fuerunt, perfugio eſſe poſſint: ſic Deus mundo ſub peccatis fluctuanti & æſtuanti ſynagogas dedit, id eſt, ſanctas Eccleſias, in quibus doctrina veritatis velut in inſularum portuoſarum ſtationibus aſſer- B vatur; ad quas perfugiunt qui ſalutem conſequi cupiunt, veritatis facti amatores, ac iram & judicium Dei effugere volentes. Quemadmodum autem aliæ ſunt inſulæ ſaxoſæ & inaquoſæ, infrugiferæ, ferarum plenæ, inhabitatæ, ad perniciem navigantium & tempeſtatem ſubeuntium appoſitæ, in quibus naves conteruntur, & qui appellunt penitus pereunt: ita ſe habent erroris doctrinæ, hæreſes dico, ad quas qui accedunt omnino pereunt. Neque enim verbum veritatis ſequuntur ducem: ſed quemadmodum piratæ, cum naves impleverint, eas in prædicta loca impellunt, ut ibi eas perdant; idem contingit iis qui a veritate aberrant, ut ab errore peſſum- C dentur.

Τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐγένοντο οἱ φωστῆρες. ἐπειδὴ ὁ θεὸς προγνώστης ὢν, ἠπίστατο τὰς φλυαρίας τῶν ματαίων φιλοσόφων, ὅτι [7] ἔμελλον λέγειν ἀπὸ τῶν στοιχείων εἶναι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς φυόμενα, πρὸς τὸ ἀθετεῖν τὸν θεόν· ἵν᾽ οὖν τὸ ἀληθὲς δειχθῇ, προγενέστερα γέγονεν τὰ φυτὰ καὶ τὰ σπέρματα τῶν στοιχείων· τὰ γὰρ μεταγενέστερα οὐ δύναται ποιεῖν τὰ αὐτῶν προγενέστερα. ταῦτα δὲ δεῖγμα καὶ τύπον ἐπέχει μεγάλου μυστηρίου. ὁ γὰρ ἥλιος ἐν τύπῳ θεοῦ ἐστιν· [8] ἡ δὲ σελήνη ἀνθρώπου. καὶ ὥσπερ ὁ ἥλιος πολὺ διαφέρει τῆς σελήνης δυνάμει καὶ δόξῃ· οὕτω πολὺ διαφέρει ὁ θεὸς τῆς ἀνθρωπότητος. D καὶ καθάπερ ὁ ἥλιος πλήρης πάντοτε διαμένει μὴ ἐλάσσων γινόμενος· οὕτω πάντοτε ὁ θεὸς τέλειος διαμένει, πλήρης ὢν πάσης δυνάμεως καὶ σοφίας καὶ ἀθανασίας καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν. ἡ δὲ σελήνη κατὰ μῆνα φθίνει, καὶ δυνάμει ἀπο-

XV. Quarto die facta ſunt luminaria. Deus enim cum omnia prævideat, nugas vanorum philoſophorum perſpiciebat, qui dicturi erant a luminaribus eſſe quidquid in terra gignitur, ut Deum ex animis tollerent. Quare ut veritas pateret, creatæ ſunt plantæ & ſemina ante luminaria. Porro quod poſterius eſt, non poteſt ea quæ ſunt priora facere. Hæc autem exemplum & imaginem continent magni myſterii. Sol enim imago Dei eſt, luna hominis. Et quemadmodum ſol longe præſtat luna, poteſtate & gloria; ſic Deus longe præſtantior humanitate. Et quemad- D modum ſol plenus ſemper manet, nec umquam minuitur; ſic Deus ſemper perfectus manet ac plenus omni virtute, intelligentia, ſapientia, immortalitate & omnibus bonis. Luna vero ſingulis menſibus minuitur & quodammodo interit, hominis

1. Ἐν αὐτοῖς.] Sic emendavit Wolfius, pro eo quod antea legebatur ἐν ἑαυτοῖς.

2. Λέγομεν δέ.] Ita cod. B. & Hamb. Editi λεγομένας ἐκκλησίας. Conjicit Wolfius ſcripſiſſe Theophilum λέγομεν δὲ τὰς ἐκκλησίας.

3. Ἐν νήσοις.] Eccleſias catholicas inſulis aſſimilat Gregorius Naz. orat. 43. p. 697.

4. Τείρεται.] Clarum & apertum contextum pervertit Wolfius, dum ſine mſ. codicis auctoritate ſcribit περιπείρεται. Nititur hac ratione quod paullo poſt legatur περιπείρουσιν. At ea vox in locum ſua ſponte clarum ſine cauſa intrudi non debuit.

5. Πειραταί.] Hæc intelligit Cl. Wolfius de piratis in mari piraticam aperte facientibus, *qui ubi impleverunt naves ſuas*, præda videlicet, *ceteras illas* quas cepere, *ad prædicta loca allidunt*. At Theophilus loquitur de perfidis illis navium magiſtris, qui ubi navem ſuam hominibus nihil mali ſuſpicantibus impleverunt, ad prædicta loca navigant, ut iis quos recepere, perniciem inferant: & idcirco piratæ, ut prædones omnes, merito audiunt. Poſtulat inſtituta comparatio, ut qui piratarum perfidia pereunt, ii ſeſe eorum fidei commiſerint, quemadmodum nihil ſibi ab hæreticis metuunt, qui ſe regendos illis tradunt.

6. Περιπείρουσιν.] Hoc verbum obſervat eruditus Hamburgenſis editor uſurpari apud Plutarchum in Galba de capite lancea perforato; illudque huic loco aptum in primis & commodum putat, quatenus ſcilicet piratæ naves illas ita hinc inde illidunt, *ut tamquam lanceis quibuſdam perforatæ aquam hauriant*. Sed nihil opus eſt ambagibus. Hoc verbum explicatur ex Apoſtoli loco 1. Tim. 6. 10. καὶ ἑαυτοὺς περιέπειραν ὀδύναις πολλαῖς. *Et inſeruerunt ſe doloribus multis*.

7. Ἔμελλον λέγειν &c.] Occurrit eadem obſervatio apud E ſcriptores qui de opere ſex dierum pertractarunt, velut Baſilium Homil. 6. num. 1. Ambroſium lib. 4. c. 1. Joannem Chryſoſt. Homil. 5. & 6. Non abſimili ſententia Philo in libro de Opificio, & Gregorius Naz. orat. 43. obſervant lucem ante ſolem creatam fuiſſe.

8. Ἡ δὲ σελήνη ἀνθρώπου.] Longe diſcedit ab his Theophili principiis Euſebius, qui in libro 7. Præp. Evangel. c. 6. Deum cum cælo, quod ambitu ſuo omnia complectitur, Verbum cum ſole, Spiritum ſanctum cum luna, ſpiritales & intelligentes naturas cum ſtellis comparat. At Theophilus Dei nomine tres perſonas intelligit, quas etiam, ut inter ſe æquales, cum tribus diebus ſiderum creationem præcedentibus mox comparabit.

a Λέγομεν δὲ ἐκκλησίας ἁγίας.] Heumannus ſtatuit in editis rectiſſime adhuc ita lectum fuiſſe: τὰς συναγωγὰς, λεγομένας ἐκκλησίας ἁγίας: hoc eſt, *congregationes, quæ nominari ſolent ſanctæ eccleſiæ*. Mallet autem idem vir eruditus emendationem fuiſſe tentatam in iis quæ paullo ſuperius occurrunt: τὸν δὲ κόσμον ἐν ὁμοιώματι ἡμῖν λέγομεν εἶναι τῆς θαλάσσης. Quid enim ſibi velit interjectum ἡμῖν non videt.

θνήσκει, ἐν τύπῳ οὖσα ἀνθρώπου, ἔπειτα ἀναγεννᾶται καὶ αὔξει εἰς δεῖγμα τῆς μελλούσης ἔσεσθαι ἀναστάσεως. ὡσαύτως καὶ αἱ τρεῖς ἡμέραι [1] τῶν φωστήρων [a] γεγονυῖαι, τύποι εἰσὶν τῆς τριάδος, τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ τῆς σοφίας αὐτοῦ. [2] τετάρτῳ δὲ τύπῳ ἐστὶν ἄνθρωπος ὁ προσδεὴς τοῦ φωτός, ἵνα ᾖ θεός, λόγος, σοφία, ἄνθρωπος. διὰ τοῦτο καὶ τῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ ἐγεννήθησαν φωστῆρες. ἡ δὲ τῶν ἄστρων θέσις, οἰκονομίαν καὶ τάξιν ἔχει τῶν δικαίων καὶ ἀσεβῶν καὶ τηρούντων τὸν νόμον καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. οἱ γὰρ ἐπιφανεῖς ἀστέρες καὶ λαμπροί εἰσιν εἰς μίμησιν τῶν προφητῶν. διὰ τοῦτο καὶ μένουσιν ἀκλινεῖς μὴ μεταβαίνοντες [3] εἰς τόπον ἐκ τόπου. οἱ δὲ ἑτέραν ἔχοντες τάξιν τῆς λαμπρότητος, τύποι εἰσὶν τοῦ λαοῦ τῶν δικαίων. οἱ δ᾽ αὖ μεταβαίνοντες καὶ φεύγοντες τόπον ἐκ τόπου, οἱ καὶ πλάνητες καλούμενοι, καὶ αὐτοὶ τύπος τυγχάνουσι τῶν ἀφισταμένων ἀνθρώπων ἀπὸ τοῦ θεοῦ [4] καταλιπόντων τὸν νόμον καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ.

A similitudinem exhibens: deinde renascitur & crescit in exemplum futuræ resurrectionis. Similiter tres illi dies qui ante luminaria fuerunt, imago sunt Trinitatis, Dei, ejus Verbi, ejusque Sapientiæ. Quartus vero, imago hominis luce indigentis, ut sint Deus, Verbum, Sapientia, homo. Propterea quarto die luminaria condita sunt. Astrorum autem dispositio exhibet nobis descriptas sedes & ordinem justorum & piorum, ac legem & mandata Dei observantium. Nam splendidiora quæque astra & rutilantia habent imitationem prophetarum; propterea cursum suum non inflectunt, neque in locum ex loco transcurrunt. Quæ vero secundum tenent splendoris locum, imagines B sunt populi justorum. Errantia autem & locum ex loco mutantia, quæ etiam planetæ dicuntur, imago sunt eorum qui a Deo deficiunt, ejusque legem & præcepta deserunt.

Τῇ δὲ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων ἐγεννήθη ζῶα· δι᾽ ὧν καὶ ἐν τούτοις δείκνυται ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ θεοῦ. τίς γὰρ δύναιτ᾽ ἂν τὴν ἐν αὐτοῖς πληθὺν καὶ γονὴν παμποίκιλον ἐξαριθμῆσαι; ἔτι μὲν καὶ εὐλογήθη ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὰ ἐκ τῶν ὑδάτων γενόμενα, ὅπως ᾖ καὶ τοῦτο εἰς δεῖγμα τοῦ μέλλειν λαμβάνειν τοὺς ἀνθρώπους μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν διὰ ὕδατος καὶ λουτροῦ παλιγγενεσίας πάντας τοὺς προσιόντας τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἀναγεννωμένους καὶ λαμβάνοντας εὐλογίαν παρὰ τοῦ θεοῦ. ἀλλὰ καὶ τὰ κήτη καὶ τὰ πετεινὰ τὰ σαρκοβόρα ἐν ὁμοιώματι τυγχάνει τῶν πλεονεκτῶν. ὥσπερ γὰρ ἐκ μιᾶς φύσεως ὄντα τὰ ἔνυδρα καὶ τὰ πετεινά, ἔνια μὲν μένει [5] τῷ κατὰ φύσιν μὴ ἀδικοῦντα τὰ ἑαυτῶν ἀσθενέστερα, ἀλλὰ τηρεῖ νόμον τοῦ θεοῦ καὶ ἀπὸ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς ἐσθίει· ἔνια δὲ ἐξ αὐτῶν παραβαίνει τὸν νόμον τοῦ θεοῦ σαρκοβοροῦντα, [6] ἀδικεῖ τὰ ἑαυτῶν ἀσθενέστερα· οὕτως καὶ οἱ δίκαιοι φυλάσσοντες τὸν νόμον τοῦ θεοῦ οὐδένα δάκνουσιν, ἢ ἀδικοῦσιν, ὁσίως καὶ δικαίως ζῶντες. οἱ δὲ ἅρπαγες καὶ φονεῖς καὶ ἄθεοι, ἐοίκασι κήτεσι, καὶ θηρίοις, καὶ πετεινοῖς τοῖς σαρκοβόροις· δυνάμει γὰρ καταπίνουσιν τοὺς ἀσθενεστέρους ἑαυτῶν. ἡ μὲν οὖν τῶν [7] ἐνύδρων καὶ ἑρπετῶν γονὴ μετεσχηκυῖα τῆς εὐλογίας τοῦ θεοῦ οὐδὲν ἴδιον πάνυ κέκτηται.

XVI. Die quinto generata ex aquis animalia prodiere; ex quibus multiplex Dei in his quoque rebus sapientia perspicitur. Quis enim possit eorum multitudinem & generum varietatem enumerare? Præterea benedixit Deus iis quæ ex aquis nata sunt, ut id quoque signum esset homines pœnitentiam & remissionem peccatorum per aquam & lavacrum regenerationis accepturos, quot- C quot ad veritatem accedunt & regenerantur & benedictionem a Deo accipiunt. Sed & cete & aves carnivoræ habent similitudinem rapacium hominum & prævaricatorum. Quemadmodum enim aquatilia & volatilia, cum sint ejusdem naturæ, quædam permanent in iis quæ sunt secundum naturam, nullam imbecillioribus injuriam faciunt, sed legem Dei servant, & seminibus terræ vivunt; quædam vero legem Dei transgrediuntur, carnes vorant, infirmioribus vim afferunt: ita & justi qui legem Dei custodiunt, neminem mordent aut lædunt, sancte & juste vivunt. Rapaces autem, homicidæ & impii similes sunt cetibus, feris & avibus carnivoris: devorant enim quo- D dammodo infirmiores. Aquatilium autem & reptilium genus benedictionis Dei particeps factum, nihil tamen præcipue consequutum est.

Ἕκτῃ δὲ ἡμέρᾳ ὁ θεὸς ποιήσας τὰ τετράποδα καὶ τὰ θηρία καὶ ἑρπετὰ τὰ χερσαῖα, τὴν πρὸς αὐτὰ εὐλογίαν παρασιωπᾷ, τηρῶν τῷ ἀνθρώπῳ τὴν εὐλογίαν, ὃν ἤμελλεν ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ ποιεῖν. ἅμα καὶ εἰς τύπον ἐγένοντο τότε τετράποδα καὶ θηρία ἐνίων ἀνθρώπων τῶν τὸν θεὸν ἀγνοούντων καὶ ἀσεβούντων, καὶ τὰ ἐπίγεια φρονούντων, καὶ μὴ μετανοούντων. οἱ γὰρ ἐπιστρέφοντες ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν καὶ δικαίως ζῶντες, ὥσπερ πετεινὰ ἀνίπτανται τῇ ψυχῇ, τὰ ἄνω φρονοῦντες καὶ εὐαρεστοῦντες, τῷ θελή-

XVII. Sexto autem die cum Deus fecisset quadrupedes, feras & reptilia terrestria, benedictionem silet; eamque homini reservat, quem facturus erat sexta die. Sunt etiam quadrupedes & feræ imago quorumdam hominum, qui Deum ignorant, impie vivunt, terrena sapiunt, nec pœnitentiam agunt. Nam qui sese colligunt ex iniquitatibus & juste vivunt, ii velut aves animo avolant, superna curant, ac Dei voluntati adhærent. Qui vero Deum ignorant ac impie degunt,

E

1. Τῶν φωστήρων.] Legendum esse πρὸ τῶν φωστήρων admonuit Wolfius.

2. Τετάρτῳ δὲ τύπῳ.] Habet editio Oxoniensis τετάρτη δὲ τύποις. Sed quamvis satis apta & commoda sit hæc scriptura, eam tamen sequi non libet, quia repugnant & ms. Bodl. & aliæ editiones. Forte legendum τετάρτῳ δὲ τόπῳ.

3. Εἰς τόπον.] Deest præpositio in cod. Bodl. Paullo post habent Oxon. & Hamb. εἰς τόπον ἐκ τόπου quamvis præpositio desit in cod. ms. & in aliis editionibus.

4. Καταλιπόντων.] Recentior manus in margine B. adscripsit δὲ, fortasse legendum, καταλιπόντων τε. Wolf. Reddi posset, *dum legem ejus deserunt*.

5. Τῷ κατὰ φύσιν.] Legendum ἐν τῷ monet Wolfius.

6. Ἀδικεῖ.] Heic quoque deest καὶ, ut idem observat Wolfius.

7. Ἐνύδρων καὶ ἑρπετῶν.] Pisces designantur his vocibus, non autem volucres, etsi ex iisdem aquis eductæ. Quod ait Theophilus reptilibus aquarum, etsi benedictionem acceperunt, nihil tamen inesse quo ceteris animalibus præstent, id videtur hac mente observare, ut baptismum hac benedictione significari confirmet. Hæc autem verba οὐδὲν ἴδιον non significant nihil inesse reptilibus aquarum, quod eorum proprium sit, sed nihil quod præcipuum videatur, nihil quo ceteris præstent animantibus. Basilius Homil. 8. in Hexaem. observat aquatilia animalia imperfectioris quodammodo esse naturæ quam terrestria, quia in aquæ crassitudine degunt. Inest illis auditus gravis, hebesque visus: muta sunt & immansueta & indocilia & hominibus intractabilia.

a Τῶν φωστήρων γεγονυῖαι.] Placet quidem Heumanno Wolfii sententia legentis ex conjectura Lacrozii, πρὸ τῶν φωστήρων γεγ. Sed magis ipsi probatur hæc lectio, τῶν φωστήρων προγεγονυῖαι; quam quidem suadere videtur vox τεταγενίστερος, sub initium hujus num. XV. bis reperta.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



ματι τοῦ Θεοῦ. οἱ δὲ τὸν θεὸν ἀγνοοῦντες καὶ ἀσεβοῦντες, ὅμοιοί εἰσιν ὀρνέοις τοῖς πτερὰ μὲν ἔχουσιν, μὴ δυναμένοις δὲ ἀνιπτᾶσθαι, καὶ τὰ ἄνω τρέχειν τῆς θειότητος. οὕτω καὶ οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι μὲν λέγονται, τὰ δὲ χαμαιφερῆ καὶ τὰ ἐπίγεια φρονοῦσι, καταβαρούμενοι ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. θηρία δὲ ὠνόμασται τὰ ζῶα [1] ἀπὸ τοῦ θηρεύεσθαι· οὐχ' ὡς κακὰ [2] ἀρχῆθεν γεγενημένα ἢ ἰοβόλα· οὐ γάρ τι κακὸν ἀρχῆθεν [a] γέγονεν [3] ἀπὸ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ πάντα καλά, καὶ καλὰ λίαν· ἡ δὲ ἁμαρτία ἡ περὶ τὸν ἄνθρωπον κεκάκωκεν αὐτά· τοῦ γὰρ ἀνθρώπου παραβάντος, καὶ αὐτὰ συμπαρέβη. ὥσπερ γὰρ δεσπότης οἰκίας ἐὰν αὐτὸς εὐπράσσῃ, ἀναγκαίως καὶ οἱ οἰκέται εὐτάκτως ζῶσιν· ἐὰν δὲ ὁ κύριος ἁμαρτάνῃ, καὶ οἱ δοῦλοι συναμαρτάνουσι· τῷ αὐτῷ τρόπῳ γέγονε καὶ τὰ περὶ τὸν ἄνθρωπον [4] κύριον ὄντα ἁμαρτῆσαι, καὶ τὰ δοῦλα συνήμαρτεν. ὁπόταν οὖν πάλιν ὁ ἄνθρωπος ἀναδράμῃ εἰς τὸ κατὰ φύσιν, μηκέτι κακοποιῶν· κἀκεῖνα ἀποκατασταθήσεται [5] εἰς τὴν ἀρχῆθεν ἡμερότητα.

Τὰ δὲ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ποιήσεως, ἀνέκφραστός ἐστιν ὡς πρὸς ἄνθρωπον ἡ κατ' αὐτὸν δημιουργία, καίπερ σύντομον ἔχει [6] ἡ θεία γραφὴ τὴν κατ' αὐτὸν ἐκφώνησιν. ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν τὸν Θεόν· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν τὴν ἡμετέραν, πρῶτον μηνύει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνθρώπου. πάντα γὰρ λόγῳ ποιήσας ὁ Θεός, καὶ τὰ πάντα πάρεργα ἡγησάμενος, μόνον [7] ἰδίων ἔργον χειρῶν ἄξιον ἡγεῖται τὴν ποίησιν τοῦ ἀνθρώπου. ἔτι μὴν καὶ ὡς βοηθείας χρῄζων ὁ Θεὸς εὑρίσκεται λέγων· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν. οὐκ ἄλλῳ δέ τινι εἴρηκε, ποιήσωμεν, ἀλλ' ἢ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ καὶ τῇ ἑαυτοῦ σοφίᾳ. ποιήσας δὲ αὐτὸν καὶ εὐλογήσας εἰς τὸ αὐξάνεσθαι καὶ πληρῶσαι τὴν γῆν, ὑπέταξεν αὐτῷ ὑποχείρια καὶ ὑπόδουλα τὰ πάντα· προσέταξε δὲ καὶ ἔχειν τὴν δίαιταν αὐτὸν ἀρχῆθεν ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς, καὶ τῶν σπερμάτων, καὶ χλοῶν, καὶ ἀκροδρύων, ἅμα καὶ συνδίαιτα κελεύσας εἶναι τὰ ζῶα τῷ ἀνθρώπῳ, εἰς τὸ καὶ αὐτὰ ἐσθίειν ἀπὸ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς.

A ſimiles ſunt illis avibus, quæ pennas quidem habent, ſed avolare non poſſunt, & ad ſuperna deitatis excurrere. Ita & iſti, homines quidem dicuntur, ſed humilia & terrena ſentiunt, depreſſi peccatorum pondere. Feræ autem dicuntur ἀπὸ τοῦ θηρεύεσθαι, id eſt ex eo quod efferatæ fuerint: non quod noxiæ & venenatæ ab initio fuerint; nihil enim mali ab origine a Deo factum, ſed bona omnia & valde bona, ſed peccatum hominis eas in vitium abduxit: homine namque de via deflectente, ipſæ quoque ſimul deflexerunt. Quemadmodum enim dominus domus cum præclare ſe gerit, neceſſitatem ſervis affert recte vivendi; ſi vero peccaverit, eadem ſervi peccabunt: B eodem modo contigit, ut homo, qui dominus erat, peccaret, ac ſervi una peccarent. Cum autem redierit homo ad id quod ſecundum naturam eſt, & finem peccandi fecerit, belluæ quoque in priſtinam manſuetudinem reſtituentur.

XVIII. Quod autem ſpectat ad hominis creationem, major eſt, quam ut ab homine enarrari poſſit; quamvis perbreve ſit id quod de eo Scriptura divina pronuntiatum refert. Dum enim dicit Deus: [a] *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, primo demonſtrat hominis dignitatem. Cum enim Deus verbo omnia feciſ- C ſet, quaſi cetera parvi duceret, hoc unum opus propriis manibus dignum exiſtimavit, hominis creationem. Quin etiam quaſi auxilio indigeret Deus, dicere invenitur: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem*. Nemini autem dicit *faciamus*, niſi Verbo ſuo & Sapientiæ ſuæ. Cum autem eum feciſſet & benedixiſſet ut augeſceret & repleret terram, ſubjecit omnia ejus poteſtati & imperio; præcepitque antiquitus ut fructibus terræ, ſeminibus, herbis & pomis viveret; ſimul etiam edicens ut animalia una cum homine viverent, & omnibus terræ ſeminibus ipſa quoque veſcerentur.

a Gen. I. 26.

1. Ἀπὸ τοῦ θηρεύεσθαι.] Vertendum eſſe exiſtimat Wolfius, *quod inſidientur aliis*, non vero, ut Clauſerus reddiderat, *quod venando capiantur*. Neutra mihi arridet interpretatio. Videtur enim Theophilus hujus vocis, θηρία, originem deducere ex feritate, quæ illis nequaquam natura inſita ſit, ſed poſt hominis peccatum acceſſerit. Quare θηρεύεσθαι idem valere crediderim ac efferari. Sic enim uſurpatur apud Clementem Alexandrinum, qui myſteria dicta eſſe putat quaſi μυθηρία, atque hanc rationem affert, θηριοῦσι γὰρ εἰ καὶ ἄλλοι τινές, ἀτὰρ δὴ καὶ οἱ μῦθοι οἱ τοιοίδε, Θρᾳκῶν τοὺς βαρβαρικωτάτους, Φρυγῶν τοὺς ἀνοητοτάτους, Ἑλλήνων τοὺς δεισιδαίμονας. Illud θηριοῦσι nihil aliud ſignificare poteſt, quam, *efferatos reddunt*, vel *in feras convertunt*. Sed tamen quia verbum θηριόω uſitatius eſt in hac ſignificatione, & majorem habet cognationem cum voce θηρία, legendum videtur θηριοῦσθαι apud Theophilum, & θηριοῦσι apud Clementem, Protrept. p. 10.

2. Ἀρχῆθεν.] Videtur ſibi Wolfius hanc vocem reſtituiſſe ope cod. B. & edit. Tigur. Sed nihil deeſt niſi in E edit. Oxon.

3. Ἀπὸ Θεοῦ.] Legendum ὑπὸ Θεοῦ. Sic enim ipſe Theophilus pluribus locis, velut num. XVII. τὸν οὐρανὸν γεγονότα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

4. Κύριον ὄντα ἁμαρτῆσαι.] Legendum omnino videtur κύριον ὄντα· ἥμαρτησε, καὶ τὰ δοῦλα συνήμαρτεν.

5. Εἰς τὴν ἀρχῆθεν.] Lucius Charinus in libro, cui titulum fecerat, τῶν ἀποστόλων περίοδοι, abſurdas quaſdam D belluarum & pecudum reſurrectiones fingebat, teſte Photio cod. 113. Stephanus Gobarus tritheita in illis quæſtionibus, quas in utramque partem agitabat, ſtatuebat quæſt. 10. ὅτι πρότερον οἱ δίκαιοι ἀναστήσονται, καὶ σὺν αὐτοῖς πάντα τὰ ζῶα, *Juſtos primum reſurrecturos & cum eis omnia animalia*. Sed longe ab his nugis diſcrepat Theophilus, qui hoc tantum dicit, animalia, ſi quæ tunc futura ſint (nihil enim affirmat) in priſtinam lenitatem reditura. Similis occurrit ſententia in epiſt. S. Barnabæ cap. 6. ubi promiſſum homini in piſces & belluas & volucres cæli imperium tunc adimpletum iri dicitur, ὅταν καὶ αὐτοὶ τελειωθῶμεν, κληρονόμοι τῆς διαθήκης κυρίου γενέσθαι: *cum & ipſi conſummati fuerimus, ita heredes ſimus teſtamenti Domini*. Sic etiam Irenæus lib. 5. c. 33. pag. 333. *Et oportet*, inquit, *conditione revocata obedire & ſubjecta eſſe omnia animalia homini* &c. Sed hæc Irenæus ad ſuam de regno mille annorum opinionem accommodat, quæ Theophilo tribuenda non videtur.

6. Ἡ θεία γραφή.] Articulus additus in edit. Hamb. ex cod. mſ.

7. Ἰδίων ἔργον χειρῶν.] Male in Oxonienſi editione ἀΐδιον καὶ ἔργον χειρῶν. In hac ſententia Theophilo præivit Philo, in libro de mundi opificio pag. 14. & ſeqq. Multi alii adſtipulati ſunt, ut Clemens Alexandrinus in Protrept. Gregorius Naz. orat. 43. Nyſſ. in illud, *Faciamus*: Joannes Chryſoſtomus homil. 8. in Geneſim. Cyrillus lib. 1. adv. Julianum, pag. 22. & 23.

a Ἀρχῆθεν.] Hanc vocem textui reſtituimus, Wolfium ſecuti qui eam poſtliminio Theophilo vindicavit, fretus auctoritate cod. Bodleiani & edit. Tigur. Deeſt quidem in Felli edit. Oxon. ſed eam quoque legerat longe ante Wolfium in laudato cod. Bodl. Cl. Worthius qui hunc ipſum Theophili locum recitat in notis ad *Tatianum* pag. 74. Editoris autem noſtri viri doctiſſimi diligentiam heic requiro: de priore namque voce ἀρχῆθεν accepit, quod eruditus editor Hamburgenſis de poſteriore adnotavit.

Σæcul. II. circa Ann. Chr. 182.

A Οὕτω συντελέσας ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα ὅσα ἐν αὐτοῖς ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, κατέπαυσεν ἐν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησεν. εἶθ' οὕτως ἀνακεφαλαιοῦται λέγουσα ἡ ἁγία γραφή· αὕτη βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτε [1] ἐγένετο ἡμέρᾳ ᾗ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ πρὸ τοῦ γενέσθαι, καὶ πάντα χόρτον ἀγροῦ πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι. οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ θεὸς ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν γῆν. διὰ τούτου ἐμήνυσεν ἡμῖν ὅτι καὶ ἡ γῆ πᾶσα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐποτίζετο ὑπὸ πηγῆς θείας, [2] καὶ οὐκ εἶχε χρείαν ἐργάζεσθαι αὐτὴν ἄνθρωπον· ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ ἀνέφυεν ἡ γῆ κατὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, B πρὸς τὸ μὴ κοπιᾷν ἐργαζόμενον τὸν ἄνθρωπον. ὅπως δὲ καὶ ἡ πλάσις δειχθῇ, πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν εἶναι ζήτημα ἐν ἀνθρώποις ἀνδιήρετον, [3] ἐπειδὰν εἴρητο ὑπὸ τοῦ θεοῦ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, καὶ οὔπω ἡ ποίησις αὐτοῦ πεφανέρωται, διδάσκει ἡμᾶς ἡ γραφὴ λέγουσα· πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς· καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. ὅθεν καὶ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ ὠνόμασται παρὰ τοῖς πλείοσι. μετὰ δὲ τὸ πλάσαι τὸν ἄνθρωπον, ὁ θεὸς ἐξελέξατο αὐτῷ χωρίον ἐν τοῖς τόποις τοῖς ἀνατολικοῖς, διάφορον φωτὶ, διαυγὲς ἀέρι λαμπροτέρῳ, φυτοῖς [4] παγκάλοις, ἐν ᾧ ἔθετο τὸν ἄνθρωπον. C

XIX. Cum sic absolvisset Deus cælum & terram & mare & omnia quæ in eis sunt in die sexto, requievit in die septimo ab omnibus operibus quæ fecit. Deinde sancta Scriptura, eorum quæ hactenus dixerat, hanc summam facit: [a] *Iste liber generationis cæli & terræ, quando facta sunt, in die quo fecit Deus cælum & terram, & omne virgultum agri antequam fieret, & omnem herbam agri antequam prodiret. Non enim pluerat Deus super terram, nec erat homo qui coleret eam.* Quibus verbis declarat universam terram hoc tempore divino fonte irrigatam fuisse, nec opus habuisse ut ab homine coleretur; sed sua sponte omnia secundum Dei præceptum fudisse, ne molestus labor operanti homini perferendus esset. Ut autem creatio hominis monstraretur, nec quæstio inter homines inextricabilis oriri videretur, quia dictum erat a Deo: *Faciamus hominem*, nec tamen illius declarata formatio; sic nos edocet Scriptura: [b] *Fons autem ascendebat de terra, & irrigabat universam faciem terræ: & formavit Deus hominem pulverem de terra, & insufflavit in faciem ejus flatum vitæ, & factus est homo in animam viventem.* Unde & immortalis anima a pluribus dicitur. Postquam autem formavit hominem Deus, elegit ei hortum in locis orientalibus, lumine præstantem, pellucidum aere splendidiore, arboribus omnis generis fecundum; ubi posuit hominem.

Τὰ δὲ ῥητὰ τῆς ἱστορίας τῆς ἱερᾶς, ἡ γραφὴ οὕτω περιέχει· καὶ ἐφύτευσεν ὁ θεὸς τὸν παράδεισον Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολὰς, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε, καὶ ἐξανέτειλεν ὁ θεὸς ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν, καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ. ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ ποτίζειν τὸν παράδεισον, ἐκεῖθεν ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς. ὄνομα τῷ ἑνὶ Φεισών· [5] οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Εὐιλάτ· ἐκεῖ οὗ ἐστιν χρυσίον. τὸ δὲ χρυσίον τῆς γῆς ἐκείνης καλόν· κἀκεῖ ἐστιν ὁ ἄνθραξ, καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος. D καὶ ὄνομα τῷ ποταμῷ τῷ δευτέρῳ Γεών· οὗτος κυκλοῖ πᾶσαν τὴν γῆν Αἰθιοπίας. καὶ ὁ ποταμὸς ὁ τρίτος, Τίγρις. οὗτος ὁ πορευόμενος κατέναντι Συρίων. ὁ δὲ ποταμὸς ὁ τέταρτος, Εὐφράτης. καὶ ἔλαβε κύριος ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασεν, καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάσσειν. καὶ ἐνετείλατο ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ, λέγων· ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει [6] φαγῇ· ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, οὐ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ· ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. καὶ εἶπε κύριος ὁ Θεός· οὐ καλὸν εἶναι τὸν ἄνθρωπον μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν. καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς ἔτι ἐκ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία E τοῦ ἀγροῦ, καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ἰδεῖν [a] τί καλέσει αὐτά· καὶ πᾶν ὃ ἂν ἐκάλεσεν αὐτὰ Ἀδὰμ ψυχὴν ζῶσαν, τοῦτο ὄνομα αὐτοῦ. καὶ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ ὀνόματα πᾶσι τοῖς κτήνεσι, καὶ πᾶσι τοῖς πετει-

XX. Verba historiæ sacræ sic refert Scriptura: „ [c] Plantavit insuper dominus Deus hortum „ in Eden ab oriente, & posuit illic hominem „ quem finxerat. Fecit etiam germinare Domi„ nus Deus de humo omnem arborem, quæ con„ cupiscibilis erat visui, & commoda in cibum: „ & arbor vitæ erat in medio horti, atque ar„ bor scientiæ boni & mali. Et fluvius egredie„ batur de Eden ad irrigandum hortum; inde „ dividebatur in quatuor capita. Nomen unius, „ Phison: ipse est qui circuit totam terram Hevilath, ubi est aurum. Et aurum terræ illius „ est bonum: est quoque ibi bdellium & lapis „ prasinus. Nomen vero fluvii secundi, Geon: „ ipse est qui circuit totam terram Æthiopiæ. „ Porro nomen fluvii tertii, Tigris: & hic va„ dit ad orientalem plagam Assyriæ. Et quartus „ fluvius est Euphrates. Tulit itaque Dominus „ Deus hominem quem fecerat, & posuit eum „ in paradiso, ut coleret & custodiret ipsum. „ Præcepitque Dominus Deus Adam, dicens: „ De omni ligno horti comedendo comedes: de „ arbore vero scientiæ boni & mali, nequaquam „ comedes ex illa: alioqui quacumque die co„ mederis ex ea, moriendo morieris. Et rursum „ dixit Dominus Deus: Non est bonum ut sit „ Adam solus: faciamus illi adjutorium simile „ ipsi. Itaque formavit Dominus Deus de humo „ omnem bestiam agri, & omne volatile cæli, „ adduxitque ad Adam, ut videret quomodo ap„ pellaret illa: omne enim quod Adam voca„ vit in anima vivente, illud nomen ejus. Igi-

a Gen. II. 4. 5. b Ibid. ℣. 6. 7. c Ibid. ℣℣. 8-25.

1. Ἐγένετο ἡμέρα ᾗ.] Melius apud Septuaginta, judicio Wolfii, ἐγένετο, ἡμέρα ᾗ.

2. Καὶ οὐκ εἶχε.] Eadem observat S. Joannes Chrysostomus homil. 5. in Genes. n. 12. nosque Scripturæ verbis admoneri ait, ut ne agricolarum operæ nimium tribuamus.

3. Ἐπειδὰν εἴρητο.] Tigur. & Bodleianus codex ἐπειδή.

4. Παγκάλοις.] Putat Wolfius aut excidisse adjectivum, aut legendum πάγκαλον.

5. Οὗτος.] Sic emendavit Wolfius ut apud 70. Editi nostri οὕτως.

6. Φαγῇ.] Ita scripsit Wolfius, ut apud 70. pro φαγῇ. Mox idem ut in cod. ms. φάγησθε pro φάγεσθε.

a Ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά.] Hæc verba textui restituimus e versione LXX. Editi ad unum omnes omittunt, quum tamen eorum versionem exhibeant.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

νοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ ἀγροῦ. A τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐχ εὑρέθη βοηθὸς ὅμοιος αὐτῷ. καὶ ἐπέβαλεν ὁ θεὸς ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδὰμ, καὶ ὕπνωσεν· καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα [a] ἀντ' αὐτῆς. καὶ ᾠκοδόμησε κύριος ὁ θεὸς τὴν πλευρὰν ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἶπεν Ἀδάμ· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστέων μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη κληθήσεται γυνὴ, ὅτι [1] ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτὴ ἐλήφθη· ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. καὶ ἦσαν οἱ δύο γυμνοὶ, ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ B ᾐσχύνοντο.

„ tur vocavit ipse homo nomina cuique jumento & volatili cæli omnique bestiæ agri. Adam autem non inveniebatur adjutorium simile ipsi. Et fecit illabi Dominus Deus soporem in Adam, & obdormivit: tulitque unam ex costis illius, & clausit carnem pro ea. Et ædificavit Dominus Deus costam quam acceperat de homine, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Et ait Adam: Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, eo quod de viro sumta sit ipsa. Propterea deseret vir patrem suum & matrem suam, & hærebit cum uxore sua, eruntque duo in carnem unam. Erant autem ambo illi nudi, Adam & uxor ejus, & non erubescebant.

Ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτερος πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε κύριος ὁ θεός· καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικί· τί ὅτι εἶπεν ὁ θεὸς, οὐ μὴ φάγητε ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου; καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ τῷ ὄφει· ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου φαγόμεθα, ἀπὸ δὲ τοῦ καρποῦ τοῦ ξύλου, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου, εἶπεν ὁ θεός· οὐ μὴ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ ἅψησθε αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε. καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικί· οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε. ᾔδει γὰρ ὁ θεὸς ὅτι ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγητε ἀπ' αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ ἔσεσθε ὡς θεοὶ, γινώ- C σκοντες καλὸν καὶ πονηρόν. καὶ εἶδεν ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ κατανοῆσαι, καὶ λαβοῦσα ἀπὸ τοῦ καρποῦ, ἔφαγεν, καὶ ἔδωκεν καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς μεθ' ἑαυτῆς, καὶ ἔφαγον, καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν· καὶ ἔρραψαν φύλλα συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα. καὶ ἤκουσαν τῆς φωνῆς κυρίου τοῦ θεοῦ, περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ τὸ δειλινὸν, καὶ ἐκρύβησαν ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ, ἐν μέσῳ τοῦ ξύλου τοῦ παραδείσου. καὶ ἐκάλεσεν κύριος ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ποῦ εἶ; καὶ εἶπεν αὐτῷ· τὴν φωνήν σου ἤκουσα ἐν τῷ D παραδείσῳ, καὶ ἐφοβήθην, ὅτι γυμνός εἰμι, καὶ ἐκρύβην. καὶ εἶπεν αὐτῷ· τίς ἀνήγγειλέ σοι ὅτι γυμνὸς εἶ, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες; καὶ εἶπεν Ἀδάμ· ἡ γυνὴ ἣν ἔδωκάς μοι, αὐτή μοι ἔδωκεν ἀπὸ τοῦ ξύλου, καὶ ἔφαγον. καὶ εἶπεν ὁ θεὸς τῇ γυναικί· τί τοῦτο ἐποίησας; καὶ εἶπεν ἡ γυνή· ὁ ὄφις ἠπάτησέ με, καὶ ἔφαγον. καὶ εἶπε κύριος ὁ θεὸς τῷ ὄφει· ὅτι ἐποίησας τοῦτο, ἐπικατάρατος σὺ ἀπὸ πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐπὶ τῷ στήθει καὶ τῇ κοιλίᾳ σου πορεύσῃ, καὶ γῆν φάγῃ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου· καὶ ἔχθραν ποιήσω ἀνὰ μέσον σου, καὶ ἀνὰ μέσον τῆς γυναικὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρμα- E τός σου, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῆς, [2] αὐτό σου τηρήσει τὴν κεφαλὴν, καὶ σὺ αὐτοῦ τηρήσεις τὴν

„ XXI. Serpens [a] vero fuit callidior omni bestia agri, quam fecit Dominus Deus, & dixit ad mulierem: Quare dixit Deus, non comedetis de omni ligno horti? Et dixit mulier ad serpentem: De fructu omnis ligni horti comedimus; de fructu vero arboris quæ est in medio horti dixit Deus: Nequaquam comedetis ex ea, neque contingetis illam, ne moriamini. Et dixit serpens ad mulierem: Non moriendo moriemini. Sciebat enim Deus, quod ipso die quando comederitis ex ipsa, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Vidit itaque mulier quod bonum esset lignum in cibum, & oculis gratum ad videndum & speciosum ad considerandum, & tulit de fructu illius & comedit, deditque viro suo secum, & comederunt. Et aperti sunt oculi amborum, & cognoverunt quod nudi essent, & consuerunt folia ficulneæ, feceruntque sibi cinctoria. Et audierunt vocem Domini Dei deambulantis in horto ad vesperam, & abscondit se Adam & uxor illius a facie Domini Dei inter arbores horti. Et vocavit Dominus Deus ipsum Adam, & ait illi: Ubi es tu? Qui ait: Vocem tuam audivi in horto, & extimui, quia nudus ego, & absconditus sum. Et ille dixit: Quis indicavit tibi quod nudus esses, nisi quia de ipsa arbore, de qua præcepi tibi ut non comederes ex ipsa sola, comedisti? Et dixit Adam: Mulier quam dedisti mihi, ipsa dedit mihi de arbore, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem: Cur hoc fecisti? Et dixit mulier: Serpens decepit me, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad serpentem: Quia fecisti hoc, maledictus es præ omni animali, & præ omni bestia terræ: supra ventrem tuum gradieris, & pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Et inimicitias ponam inter te & inter mulierem, inter semen tuum, & inter semen illius: ipsum observabit caput tuum, & tu observabis ejus calcaneum. Ad mulierem vero dixit: Multiplicando multiplicabo dolores tuos

a Gen. III. 1-19.

1. Ex τοῦ ἀνδρὸς αὐτή.] Septuaginta habent ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. Sed αὐτὴ cum Hebræo consentit.

2. Αὐτό.] Legitur αὐτός in cod. Bodleiano & apud 70. Observat autem Fellus nonnullis placere τειρήσει *conteret*; sed pugnat Wolfius pro retinenda voce τηρήσει, modo ipsi *observandi & insidiandi notio tribuatur*. Utram vocem adhibuerit Theophilus, statuere non audeo: sed tamen S. Joannes Chrysostomus, qui in eadem ac Theophilus Ecclesia sacerdotii munere perfunctus est, legebat τειρήσει, quamvis in ejus operibus legatur alterum verbum. Postquam enim retulit verba Scripturæ, sic ea explanat: καὶ γὰρ τοσαύτην ἐκείνῳ μὲν παρέξω τὴν ἰσχὺν, ὡς διηνεκῶς ἐπικεῖσθαι τῇ σῇ κεφαλῇ, σὲ δὲ τοῖς ἐκείνου ποσὶν ὑποκεῖσθαι. *Tantum enim robur illi tribuam, ut indesinenter tuo incumbat capiti, tu vero illius pedibus subjiciaris*. Atque id præcipue impletum in spirituali serpente probat ex his Christi verbis Luc. 10. 19. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones & super omnem virtutem inimici*. Quod si verbum a Scriptura adhibitum S. Joannes Chrysostomus idem esse credidit ac calcare caput serpentis, eique perpetuo incumbere, quis dubitet eum legisse τειρήσει?

a Ἀντ' αὐτῆς.] Sic legendum videtur, ut apud LXX. Refertur enim ad πλευράν. Editi omnes, ἀντ' αὐτοῦ.

A πτέρναν. καὶ τῇ γυναικὶ εἶπε· πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου, καὶ τὸν στεναγμόν σου, ἐν λύπῃ τέξῃ τέκνα, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀποστροφή σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. τῷ δὲ Αδὰμ εἶπεν· ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου, καὶ ἔφαγες ἀπὸ τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι μόνου τούτου μὴ φαγεῖν, ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες, ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἐν λύπῃ φαγῇ αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου, ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι, καὶ φαγῇ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ σου, ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν γῆν, ἐξ ἧς ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. τῆς μὲν οὖν ἱστορίας τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τοῦ παραδείσου, τὰ ῥητὰ τῆς ἁγίας γραφῆς οὕτω περιέχει. B

Ερεῖς οὖν μοι· σὺ φὴς τὸν Θεὸν ἐν τόπῳ μὴ δεῖν χωρεῖσθαι, καὶ πῶς νῦν λέγεις αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ περιπατεῖν; ἄκουε ὅ φημι· [a] ὁ μὲν Θεὸς καὶ πατὴρ τῶν ὅλων ἀχώρητός ἐστι, καὶ ἐν τόπῳ οὐχ εὑρίσκεται· οὐ γάρ ἐστι τόπος τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ. ὁ δὲ λόγος αὐτοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα πεποίηκε, δύναμις ὢν καὶ σοφία αὐτοῦ, [1] ἀναλαμβάνων τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς καὶ κυρίου τῶν ὅλων, οὗτος παρεγίνετο εἰς τὸν παράδεισον ἐν προσώπῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡμίλει τῷ Αδάμ. καὶ γὰρ αὐτὴ ἡ θεία γραφὴ διδάσκει ἡμᾶς τὸν Αδὰμ λέγοντα, τῆς φωνῆς ἀκηκοέναι. φωνὴ δὲ τί ἄλλό ἐστιν, ἀλλ' ἢ ὁ λόγος ὁ τοῦ Θεοῦ, ὅς ἐστι καὶ υἱὸς αὐτοῦ; οὐχ ὡς οἱ ποιηταὶ καὶ μυθογράφοι λέγουσιν υἱοὺς θεῶν ἐκ συνουσίας γεννωμένους, C ἀλλὰ ὡς ἀλήθεια διηγεῖται, τὸν Λόγον τὸν ὄντα διαπαντὸς ἐνδιάθετον ἐν καρδίᾳ Θεοῦ. πρὸ γάρ τι γίνεσθαι, τοῦτον εἶχε σύμβουλον, ἑαυτοῦ νοῦν καὶ φρόνησιν ὄντα. ὁπότε δὲ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς ποιῆσαι ὅσα ἐβουλεύσατο, [2] τοῦτον τὸν λόγον ἐγέννησε προφορικόν, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, οὐ κενωθεὶς αὐτὸς τοῦ λόγου, ἀλλὰ λόγον γεννήσας, καὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ διαπαντὸς ὁμιλῶν. ὅθεν διδάσκουσιν ἡμᾶς αἱ ἅγιαι γραφαί, καὶ πάντες οἱ πνευματοφόροι, ἐξ ὧν Ιωάννης λέγει· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν· δεικνὺς ὅτι ἐν πρώτοις μόνος ἦν ὁ Θεός, καὶ ἐν αὐτῷ ὁ λόγος. ἔπειτα λέγει· καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. D Θεὸς οὖν ὢν ὁ λόγος, καὶ ἐκ Θεοῦ πεφυκώς, ὁπότ' ἂν βούληται ὁ πατὴρ τῶν ὅλων, πέμπει αὐτὸν εἴς τινα τόπον, ὃς παραγινόμενος καὶ ἀκούεται καὶ ὁρᾶται, πεμπόμενος ὑπ' αὐτοῦ, [3] καὶ ἐν τόπῳ εὑρίσκεται.

„ & gemitum tuum: in dolore paries filios, & „ ad virum tuum erit conversio tua, & ipse do- „ minabitur tibi. Ad Adam vero dixit: Quia „ audisti vocem uxoris tuæ, & comedisti de ar- „ bore, de qua præceperam tibi, ut ex ea so- „ la non comederes: maledicta est terra in ope- „ ribus tuis, in dolore comedes eam omnibus „ diebus vitæ tuæ, & spinas atque tribulos ger- „ minabit tibi, & manducabis herbam agri tui, „ In sudore vultus tui vesceris pane tuo, do- „ nec revertaris in terram de qua sumtus es, „ quia pulvis es, & in pulverem reversurus „ es. „ Verba sacræ Scripturæ quantum attinet ad historiam hominis & paradisi, sic se habent.

XXII. Dices igitur mihi: Deum dicebas comprehendi loco non debere; quomodo eum nunc in paradiso dicis ambulare? Audi quid respondeam: Deus & pater universorum, non potest ille quidem comprehendi, nec invenitur in loco; neque enim est locus requiei ejus. Sed ejus Verbum per quod fecit omnia, cum sit ejus virtus & sapientia, assumens patris & domini universorum personam, veniebat in paradisum sub persona Dei, & cum Adamo colloquebatur. Nam & ipsa nos divina docet Scriptura, Adamum dixisse auditam esse a se vocem. Vox autem illa quid aliud esse potest quam Verbum Dei, quod ejus quoque filius est? non ut poetæ & fabularum scriptores filios deorum ex concubitu genitos fingunt, sed ut veritas narrat, Verbum semper exsistens & in corde Dei insitum. Ante enim quam quidquam fieret, eo utebatur consiliario; quippe cum ejus mens & prudentia sit. Cum autem voluit Deus ea facere quæ statuerat, hoc Verbum genuit, prolatitium, primogenitum omnis creaturæ; non ita tamen ut Verbo vacuus fieret, sed ut Verbum gigneret, & cum suo Verbo semper versaretur. Hæc nos docent Scripturæ sanctæ, & quotquot Spiritu sancto afflati fuere; in his Joannes ita dicens: [a] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*. Quibus verbis ostendit initio solum fuisse Deum & in eo Verbum. Tum addit: *Et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Verbum igitur cum Deus sit & ex Deo genitum, illud pater universorum, cum ita visum fuerit, mittit in aliquem locum; quo cum venerit, auditur & videtur missum ab eo, & in loco invenitur.

[a] Joan. I. 1. 3.


1. Αναλαμβάνων τὸ πρόσωπον τοῦ πατρός.] Filius *assumit personam Patris, venit in Paradisum in persona Dei*, non quod ipse divinitatis attributis careat, sed quia *est virtus illius & sapientia, Verbum quod semper exsistit insitum in corde Dei, ejusque consiliarius & mens & prudentia, Deus & ex Deo genitus*. Patris ergo personam non eodem modo assumit ac angelus aliquis & legatus a Dei substantia alienus.

2. Τοῦτον τὸν λόγον ἐγέννησε.] Liquet hanc generationem nihil prorsus addere aut detrahere personæ Filii, ac nihil aliud esse, quam voluntariam, ut ait Tatianus, administrationem in mundi creatione susceptam. 1. Ante hanc generationem erat Patris consiliarius, & Verbum semper exsistens in corde Patris. Erat ergo persona a Patre distincta. 2. Ita generatur & mittitur ad mundi creationem, ut Pater Verbo suo vacuus non fiat, & cum Verbo suo semper versetur. Nihil ergo addit Filio ejusmodi generatio. 3. Totum hunc Filii statum declarat Theophilus contineri his verbis: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt* &c. Ex hoc autem Joannis initio manifeste illud quidem perspicitur, Verbum quod semper fuerat apud Patrem, prodiisse ad mundi creationem. At si quis Verbum existimet tunc productum fuisse, cum mundus per illud creatus est, is profecto nequaquam ita insaniet, ut hoc commentum clare & aperte verbis Joannis contineri putet. Numericam essentiæ in tribus personis E unitatem mirifice adstruit Theophilus. Nam Verbum & a Patre ita distinguitur, ut Deus sit & ex Deo natus & a Patre mittatur; & cum eodem Patre tam arcte conjungitur, ut semper insitum sit in corde Patris, ejusque mens & prudentia dicatur, nec eo Pater carere possit. Hæc profecto nemini in mentem venire possint, nisi qui certo teneat Patrem omnes suas ideas, ac totam substantiam Filio tradidisse. Facile itaque intelligitur ejusmodi Filium a Patre separari non posse, ac Patris mentem & prudentiam esse. Sed si eadem in rem aliquam creatam transferantur, ita absurda erunt, ut homini sano affingi non possint.

3. Καὶ ἐν τόπῳ εὑρίσκεται.] Non ergo ex diversitate essentiæ fit ut Pater in loco inveniri non possit; sed quia

[a] Ο μὲν Θεὸς κ. τ. λ.] Adversus Artemonium, sive Samuelem Crellium, strenue propugnat integrum hunc locum Cl. Wesselingius in *Probabil.* cap. XIV. pagg. 110. & seqq. postquam hac de re nonnulla protulisset idem vir doctus pag. 56. Quibus adde sis quæ habet Bullus *Defens. fid. Nic.* sect. II. cap. IV. §. 10. Sed in primis consulendus ipsemet Maranus doctissimus Theophili editor quem heic sequimur, in *Divinit. J. C.* lib. IV. cap. VIII, §. IV. pag. 409. — 411.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



Τὸν οὖν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς πεποίηκεν ἐν τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ, τὴν δὲ πλάσιν αὐτοῦ πεφανέρωκε μετὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, ὁπότε καὶ τὸν παράδεισον πεποίηκεν, εἰς τὸ ἐν κρείσσονι τόπῳ, καὶ χωρίῳ διαφόρῳ αὐτὸν εἶναι. καὶ ὅτι ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ, αὐτὸ τὸ ἔργον δείκνυσι. πῶς γὰρ οὐκ ἔστι κατανοῆσαι τὴν μὲν ὠδῖνα, ἣν πάσχουσιν ἐν τῷ τοκετῷ αἱ γυναῖκες, καὶ μετὰ τοῦτο λήθην τοῦ πόνου ποιοῦνται, [1] ὅπως πληρωθῇ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, εἰς τὸ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων; τί δ' οὐχὶ καὶ τὴν τοῦ ὄφεως κατάκρισιν, πῶς στυγητὸς τυγχάνει ἕρπων ἐπὶ τῇ κοιλίᾳ, καὶ ἐσθίων γῆν· ὅπως καὶ τοῦτο ᾖ εἰς ἀπόδειξιν ἡμῖν τῶν προειρημένων; A

XXIII. Hominem igitur Deus die ſexto creavit; ejus autem creationem patefecit poſt diem ſeptimam cum paradiſum paraſſet, ut in optimo & præſtantiſſimo loco eum conſtitueret. Hæc autem vera eſſe res ipſa demonſtrat. Nonne enim licet animadvertere dolores illos, quos perferunt in partu & poſtea oblivioni tradunt mulieres, ut & Dei ſermo impleatur & augeatur & creſcat genus humanum? Nonne etiam ipſius ſerpentis condemnationem, quomodo exoſus ſit, ventre ſerpens ac terram edens; ut hoc quoque argumento veritas eorum quæ diximus, confirmetur?

Ἐξανατείλας οὖν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς ἔτι πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν, καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν. ἐν γὰρ πρώτοις μόνα ἦν τὰ ἐν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γεγενημένα, φυτὰ καὶ σπέρματα καὶ χλόαι· τὰ δὲ ἐν τῷ παραδείσῳ ἐγενήθη διαφόρῳ καλλονῇ καὶ ὡραιότητι· ὅπου γε καὶ φυτεία ὠνόμασται ὑπὸ Θεοῦ πεφυτευμένη. καὶ τὰ μὲν λοιπὰ φυτὰ ὅμοια καὶ ὁ κόσμος ἔσχηκε. τὰ δὲ δύο ξύλα, τὸ τῆς ζωῆς, καὶ τὸ τῆς γνώσεως, οὐκ ἐσχήκεν ἑτέρα γῆ, ἀλλ' ἢ ἐν μόνῳ τῷ παραδείσῳ. ὅτι δὲ καὶ ὁ παράδεισος γῆ ἐστι, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς πεφύτευται, ἡ γραφὴ λέγει· καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδὲμ κατὰ ἀνατολάς, καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἐξανέτειλεν ὁ Θεὸς ἔτι ἀπὸ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν, καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν. [2] τὸ οὖν ἔτι ἐκ τῆς γῆς, καὶ κατὰ ἀνατολάς, σαφῶς διδάσκει ἡμᾶς ἡ θεία γραφὴ τὸν παράδεισον ὑπὸ τοῦτον τὸν οὐρανόν, ὑφ' ὃν καὶ ἀνατολὴ καὶ γῆ εἰσιν. Ἐδὲμ δὲ Ἑβραϊστὶ τὸ εἰρημένον, ἑρμηνεύεται [3] τρυφή. ποταμὸν δὲ σεσήμαγκεν ἐκπορεύεσθαι ἐξ Ἐδέμ, ποτίζειν τὸν παράδεισον, κἀκεῖθεν διαχωρίζεσθαι εἰς τέσσαρας ἀρχάς· ὧν δύο, οἱ καλούμενοι Φεισὼν καὶ Γεών, ποτίζουσι τὰ ἀνατολικὰ μέρη, μάλιστα ὁ Γεών, ὁ κυκλῶν πᾶσαν γῆν Αἰθιοπίας, ὅν φασιν ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἀναφαίνεσθαι, τὸν καλούμενον Νεῖλον. οἱ δὲ ἄλλοι δύο ποταμοὶ φανερῶς γινώσκονται παρ' ἡμῖν, οἱ καλούμενοι Τίγρις, καὶ Εὐφράτης· οὗτοι γὰρ γειτνιῶσιν ἕως τῶν ἡμετέρων κλιμάτων. θεὶς δὲ ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καθὼς προειρήκαμεν, ἐν τῷ παραδείσῳ, εἰς τὸ ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν αὐτόν, ἐνετείλατο αὐτῷ, ἀπὸ πάντων τῶν καρπῶν ἐσθίειν, δηλονότι καὶ ἀπὸ τοῦ τῆς ζωῆς, μόνου δὲ ἐκ τοῦ ξύλου τοῦ τῆς γνώσεως ἐνετείλατο αὐτῷ μὴ γεύσασθαι. μετέθηκεν δὲ αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐκ τῆς γῆς, ἐξ ἧς ἐγεγόνει, εἰς τὸν παράδεισον, διδοὺς αὐτῷ [4] ἀφορμὴν προκοπῆς, ὅπως αὐξάνων καὶ τέλειος γενόμενος, ἔτι δὲ καὶ θεὸς ἀναδειχθείς, οὕτως καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβῇ (μέσος γὰρ ὁ ἄνθρωπος ἐγεγόνει, οὔτε θνητὸς ὁλοσχερῶς, οὔτε ἀθάνατος τὸ καθόλου, δεκτικὸς δὲ ἑκατέρων. οὕτω καὶ τὸ χωρίον, ὁ παράδεισος, ὡς πρὸς καλλονήν, μέσος τοῦ κόσμου καὶ τοῦ οὐρανοῦ γεγένηται,) [5] ἔχων ἀϊδιότητα. [6] τῷ δὲ εἰπεῖν, ἐργάζεσθε· οὐκ ἄλλην τινὰ ἐργασίαν B C D

XXIV. Produxit igitur Deus de humo omne lignum pulcrum viſu & ad veſcendum ſuave. Initio enim ea tantummodo erant quæ die tertio producta fuerant, plantæ, ſemina, herbæ. Quæ vero in paradiſo, ea præſtanti pulcritudine & amœnitate; quippe cum plantarium appelletur ab ipſo Deo ſatum. Ceteras quidem plantas mundus haud abſimiles habuit. Duas autem arbores, vitæ & ſcientiæ, nulla alia terræ pars habuit niſi paradiſus. Paradiſum autem eſſe terram, & in terra ſatum docet Scriptura cum ait: [a] *Et plantavit Deus paradiſum in Eden ad Orientem, & poſuit ibi hominem. Et produxit adhuc Deus de terra omne lignum pulcrum viſu & bonum ad comedendum.* His igitur verbis, *adhuc de terra & ad orientem* docet nos clare divina Scriptura, paradiſum ſub hoc cælo eſſe ſub quo oriens & terra. Quod autem Hebraice dicitur Eden, ſi interpreteris, idem eſt ac deliciæ. Fluvium quoque indicat ex Eden oriri, paradiſum alluere, ac inde in quatuor capita dividi; quorum duo, Phiſon & Geon vocata, rigant orientales partes, præcipue Geon qui totam Æthiopiam circumfluit, & in Ægypto ſub Nili nomine apparere dicitur. Reliqui autem duo, quorum alter Tigris, alter Euphrates vocatur, nobis certo cogniti ſunt; ſunt enim noſtris regionibus vicini. Cum autem poſuiſſet Deus hominem, ut prædiximus, in paradiſo ut operaretur & cuſtodiret eum, præcepit ut de omnibus fructibus comederet, & de ipſo videlicet vitæ arbore, de ſolo autem ſcientiæ ligno interdixit ne guſtaret. Illum autem tranſtulit Deus de terra ex qua factus erat, in paradiſum, ſubjiciens ei ſtimulos proficiendi, ut augeſcens, ac tandem perfectus, immo declaratus deus, ſic in cælum aſcenderet, habens æternitatem. Medius enim homo factus fuerat, nec omnino mortalis, nec prorſus immortalis, ſed utriuſque capax. Similiter & paradiſus, quantum ad pulcritudinem, medius inter cælum & terram factus eſt. Quod autem ait Scriptura, *ut operare-*

[a] Gen. II. 8. 9.

Pater mitti non poteſt. Conceptis enim verbis declarat Theophilus idcirco Filium mitti & in loco inveniri, quia *Deus eſt & ex Deo genitus*, quia *Verbum eſt illius, per quod omnia fecit, virtus & ſapientia ejus*. Hinc illa Filii in locum aliquem miſſio nihil detrahit de illius immenſitate: *Semper enim exſiſtit inſitum in corde Dei*. Pater ergo in loco inveniri non poteſt, quia non poteſt eſſe vox ſive Verbum alterius perſonæ, nec virtus aut ſapientia alterius dici, nec Deus ex Deo genitus. E

1. Ὅπως πληρωθῇ.] Hujus loci is ſenſus eſt: Pariunt in dolore mulieres, in pœnam peccati impoſitam: doloris cito eas capit oblivio, ne generis humani propagationi obſtet. Partus dolores a Theophilo proferri in argumentum veritatis hiſtoriæ ſacræ, ex iis etiam patet, quæ mox de ſerpentis pœna ſubjiciuntur. Addendum videtur τὸ ante αὐξάνεσθαι.

2. Τὸ οὖν ἔτι.] Melius τῷ οὖν ἔτι, ut obſervat Wolfius.

3. Τρυφή.] Cum in omnibus editionibus legeretur στροφή, errorem vidit Ducæus, ejuſque monitu manifeſtum errorem e contextu ſuſtulerunt Fellus & Wolfius, a quibus diſcedere nolui.

4. Ἀφορμὴν προκοπῆς.] S. Ambroſius lib. de Parad. cap. 4. hæc habet: *Apprehendit ergo eum virtus Dei, inſpirans proceſſus & incrementa virtutis: denique in paradiſo eum collocavit, ut ſciat apprehenſum quaſi afflatum divina eſſe virtute.*

5. Ἔχων ἀϊδιότητα.] Appoſita parentheſis totum locum illuſtrat, cui tenebras injecerant interpretes dum hæc verba, ἔχων ἀϊδιότητα referunt ad ipſum paradiſum. Comparat Theophilus paradiſi ſtatum cum ipſius Adami ſtatu, quem nec mortalem nec immortalem creatum fuiſſe docet.

6. Τῷ δὲ εἰπεῖν, ἐργάζεσθε.] Leg. ἐργάζεσθαι. Videtur Theophilus non legiſſe αὐτὸν in his Scripturæ verbis ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάσσειν, vel illud αὐτὸν, non ad paradiſum retuliſſe, ſed ad Adamum, quaſi is eſſet ſenſus, *ut ipſe operaretur & cuſtodiret*. Mirifice conſentit cum Theophilo S. Ambroſius in his verbis interpretandis, ac forte

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

δηλοῖ, ἀλλ' ἢ τὸ φυλάττειν τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, A ὅπως μὴ παρακούσας ἀπολέσῃ ἑαυτὸν, καθὼς καὶ ἀπώλεσε διὰ ἁμαρτίας.

Τὸ μὲν ξύλον τὸ τῆς γνώσεως, αὐτὸ μὲν καλὸν, καὶ ὁ καρπὸς αὐτοῦ καλός. οὐ γὰρ ὡς οἴονταί τινες, θάνατον εἶχε τὸ ξύλον, ἀλλ' ἡ παρακοή. οὐ γάρ τι ἕτερον ἦν ἐν τῷ καρπῷ ἢ μόνον γνῶσις· ἡ δὲ γνῶσις καλὴ, ἐπὰν αὐτῇ οἰκείως τις χρήσηται. τῇ δὲ οὔσῃ ἡλικίᾳ ὁ Ἀδὰμ, [1] ἔτι νήπιος ἦν, διὸ οὔπω ἠδύνατο τὴν γνῶσιν κατ' ἀξίαν χωρεῖν. καὶ γὰρ νῦν, ἐπὰν γεννηθῇ παιδίον, οὐκ ἤδη δύναται ἄρτον ἐσθίειν, ἀλλὰ πρῶτον γάλακτι ἀνατρέφεται, ἔπειτα κατὰ πρόσβασιν τῆς ἡλικίας, καὶ ἐπὶ τὴν στερεὰν τροφὴν ἔρχεται· οὕτως ἂν ἐγεγόνει καὶ τῷ Ἀδάμ. διὸ οὐχ ὡς B φθονῶν αὐτῷ ὁ θεὸς, ὡς οἴονταί τινες, ἐκέλευσε μὴ ἐσθίειν [2] ἀπὸ τῆς γνώσεως. ἔτι μὴν καὶ ἐβούλετο δοκιμάσαι αὐτὸν, εἰ ὑπήκοος γίνεται τῇ ἐντολῇ αὐτοῦ· ἅμα δὲ καὶ ἐπὶ πλείονα χρόνον ἠβούλετο ἁπλοῦν καὶ ἀκέραιον διαμεῖναι τὸν ἄνθρωπον νηπιάζοντα. τοῦτο γὰρ ὅσιόν ἐστιν, οὐ μόνον παρὰ θεῷ, ἀλλὰ καὶ παρὰ ἀνθρώποις, τὸ ἐν ἁπλότητι καὶ ἀκακίᾳ ὑποτάσσεσθαι τοῖς γονεῦσιν. [3] ἔτι δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι. εἰ δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι, πόσῳ μᾶλλον τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τῶν ὅλων; ἔτι μὴν καὶ ἄσχημόν ἐστι τὰ παιδία τὰ νήπια ὑπὲρ ἡλικίαν φρονεῖν. καθάπερ γὰρ τῇ ἡλικίᾳ τις πρὸς τάξιν αὔξει, οὕτω καὶ ἐν τῷ φρονεῖν. [4] ἀλλ' ὥστε ἐπὰν νόμος κελεύσῃ ἀπέχεσθαι C ἀπό τινος, καὶ μὴ ὑπακούῃ τις, δηλονότι οὐχ ὁ νόμος κόλασιν παρέχει, ἀλλὰ ἡ ἀπείθεια, καὶ ἡ παρακοή· καὶ γὰρ πατὴρ ἰδίῳ τέκνῳ ἐνίοτε προστάσσει ἀπέχεσθαί τινων, καὶ ἐπὰν οὐχ ὑπακούῃ τῇ πατρικῇ ἐντολῇ, δέρεται, καὶ ἐπιτιμίας τυγχάνει διὰ τὴν παρακοήν. καὶ οὐκ ἤδη αὐτὰ τὰ πράγματα πληγαί εἰσιν, ἀλλ' ἡ παρακοὴ τῷ ἀπειθοῦντι [5] ὕβριν περιποιεῖται. οὕτω καὶ τῷ πρωτοπλάστῳ ἡ παρακοὴ περιεποιήσατο ἐκβληθῆναι αὐτὸν ἐκ τοῦ παραδείσου· οὐ μέν τοί γε ὡς κακοῦ τι ἔχοντος τοῦ ξύλου τῆς γνώσεως, διὰ δὲ τῆς παρακοῆς ὁ ἄνθρωπος ἐξήντλησε πόνον, ὀδύνην, λύπην, καὶ τὸ τέλος ὑπὸ θάνατον ἔπεσε.

A tur, non alium laborem significat quam præcepti divini custodiam, ne si dicto audiens non esset, se ipsum perderet, ut & peccato perdidit.

XXV. Bonum quidem erat ipsum scientiæ lignum, bonusque illius fructus. Neque enim, ut quidam existimant, mortiferum erat lignum, sed mandati prætergressio. Aliud enim non erat in ligno nisi scientia; bona autem scientia, si quis ea apte utatur. Qua autem ætate erat Adam, adhuc infans erat, necdum idoneus esse poterat, qui scientiam perciperet. Nam & nunc infans, cum genitus fuerit, nondum potest panem edere; sed primum lacte nutritur, deinde progrediente B ætate etiam ad solidum cibum accedit. Idem quoque Adamo evenisset. Quapropter non invidens ei Deus, ut quidam existimant, interdixit ne de ligno scientiæ comederet. Adhuc etiam volebat eum experiri & periclitari, utrum sibi dicto auditurus esset. Simul diutius volebat simplicem & sincerum permanere hominem puerascentem. Hoc enim sanctum est non solum apud Deum, sed etiam apud homines, in simplicitate & innocentia subjici parentibus. Quod si pueri summissi esse parentibus debent, quanto magis parenti omnium Deo? Præterea indecorum est pueros infantes plus sapere quam ætas postulet: quemadmodum enim nemo crescit ætate nisi quibusdam veluti gradibus; ita nec sapien- C tia. Denique cum lex præscribit, ut ab aliqua re abstineatur; si quis non pareat, perspicuum est non legem caussam esse supplicii, sed inobedientiam & legis prætergressionem. Pater enim filio suo interdum nonnullis rebus interdicit; ac si quando paterno mandato non paruerit, vapulat & mulctatur, quia obsequi noluit: nec jam res ipsæ sunt plagæ, sed detrectata obedientia damno est detrectanti. Sic primo homini mandati prætergressio id attulit, ut e paradiso ejiceretur: non quod mali quidquam inesset ligno scientiæ; sed ex peccato tamquam ex fonte in hominem fluxerunt labores, dolores, molestiæ, ac denique mors ipsa.

D

Καὶ τοῦτο δὲ ὁ θεὸς [6] μεγάλην εὐεργεσίαν παρέσχε τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ μὴ διαμεῖναι αὐτὸν εἰς τὸν αἰῶνα ἐν ἁμαρτίᾳ ὄντα, ἀλλὰ τρόπῳ τινὶ ἐν ὁμοιώματι ἐξορισμοῦ ἐξέβαλεν αὐτὸν ἐκ τοῦ παραδείσου, ὅπως διὰ τῆς ἐπιτιμίας, ταχτῷ ἀποτίσας χρόνῳ τὴν ἁμαρτίαν, καὶ παιδευθεὶς, ἐξ ὑστέρου ἀνακληθῇ. διὸ καὶ πλασθέντος ἀνθρώπου ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, μυστηριωδῶς ἐν τῇ Γενέσει γέγραπται, ὡς δὶς αὐτοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ τεθέντος· ἵνα τὸ μὲν ἅπαξ ᾖ πεπληρωμένον [7] ποτὲ ἐτέθη· τὸ δὲ δεύτερον μέλλει πληροῦσθαι μετὰ τὴν ἀνάστασιν καὶ κρίσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ [8] καθάπερ σκεῦός τι, ἐπὰν πλασθὲν αἰτίαν τινὰ σχῇ, ἀναχωνεύεται, ἢ ἀναπλάσσεται, εἰς τὸ

XXVI. Atque id quidem ei Deus in magni beneficii loco præstitit, ne in ævum omne permaneret obstrictus peccatis; sed quodam veluti exsilio damnatum ejecit e paradiso, ut cum hac pœna peccatum intra certum tempus expiasset ac castigatus fuisset, postea revocaretur. Quare cum homo formatus in hoc mundo fuisset, non sine mysterio res in Genesi sic refertur, quasi bis in paradiso collocatus fuisset: ita ut semel quidem impletum id fuerit, cum ibi collocatus est; alterum autem adimplendum sit post resurrectionem & judicium. Quin etiam quemadmodum vas si, postquam confectum fuerit, vitii aliquid ha-

etiam legendis: *Ideoque*, inquit in libro de Parad. c. 4. *de viro tantum Scriptura dicit, quia* posuit eum in Paradiso operari & custodire. *In opere enim quidam virtutis processus est, in custodia quædam consummatio operis deprehenditur, eo quod quasi consummata custodiat. Hæc duo ab homine requiruntur, ut & operibus nova quærat, & parta custodiat, quod est generale.*

1. Ἔτι νήπιος ἦν.] De hac Theophili sententia vide Præfationem.

2. Ἀπὸ τῆς γνώσεως.] Monuit Wolfius legendum ἀπὸ ξύλου τῆς γνώσεως.

3. Ἔτι δὲ χρὴ τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεσθαι.] Merito hæc verba delenda judicat Wolfius, quæ heic perincommode repetuntur.

4. Ἀλλ' ὥστε.] Legendum videtur ἄλλως τε. Ibidem, & iterum paullo post, editi ἐπ' ἂν νόμος. Cod. Bodl. & Hamb. ut in textu.


5. Ὕβριν.] Bodl. [illegible].

6. Μεγάλην εὐεργεσίαν.] Ante hæc verba addendum vi- E detur ὡς, quæ particula facile potuit excidere ob similem sonum syllabæ præcedentis. Irenæus lib. 3. cap. 23. num. 6. *Quapropter*, inquit, *& ejecit eum de paradiso, & a ligno vitæ longe transtulit; non invidens ei lignum vitæ, quemadmodum quidam audent dicere, sed miserans ejus, ut non perseveraret semper transgressor, neque immortale esset quod esset circa eum peccatum, & malum interminabile & insanabile.* Similia docet S. Joannes Chrysostomus hom. 18. in Genes.

7. Ποτὲ ἐτέθη.] Legendum videtur ὅτε ἐτέθη, vel ποτὲ ὅτε ἐτέθη. Sic etiam paullo post malim μὴν.

8. Καθάπερ σκεῦός τι.] Similia habemus apud Clementem epist. 2. ad Corinthios, c. 8. Origen. homil. 18. in Jerem. p. 166. Methodium de Resurrect. p. 198. Gregorium Nyssenum lib. de anima & resurrect. Ambrosium lib. 2. de fide resurrectionis. Atque hæc quidem & figuli & vasis cum Deo & homine comparatio, ut quisque satis intelligit, deducta est ex pluribus Scripturæ locis, in quibus tamquam figulus vasa, ita Deus homines & gentes confringere dicitur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



γενέσθαι καινὸν καὶ ὁλόκληρον· οὕτω γίνεται καὶ τῷ ἀνθρώπῳ διὰ θανάτου. [1] δυνάμει γὰρ τέθραυσται, ἵνα ἐν τῇ ἀναστάσει ὑγιὴς εὑρεθῇ· λέγω δὲ ἄσπιλος, καὶ δίκαιος, καὶ ἀθάνατος. τὸ δὲ καλέσαι, καὶ εἰπεῖν τὸν θεὸν, ποῦ εἶ Αδάμ; [2] οὐχ ὡς ἀγνοῶν τοῦτο ἐποίει ὁ θεὸς, ἀλλὰ μακρόθυμος ὢν, ἀφορμὴν ἐδίδου αὐτῷ μετανοίας, καὶ ἐξομολογήσεως.

Αλλὰ φήσει οὖν τις ἡμῖν· θνητὸς φύσει ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος; οὐδαμῶς. τί οὖν, ἀθάνατος; οὐδὲ τοῦτο φαμέν. ἀλλὰ ἐρεῖ τις, οὐδὲν οὖν ἐγένετο; [3] οὐδὲ τοῦτο, ἐγὼ μέν. οὔτε οὖν φύσει θνητὸς ἐγένετο, οὔτε ἀθάνατος. εἰ γὰρ ἀθάνατον αὐτὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐπεποιήκει, θεὸν αὐτὸν ἐπεποιήκει. πάλιν εἰ θνητὸν αὐτὸν πεποιήκει, ἐδόκει ἂν [4] ὁ θεὸς αἴτιος εἶναι τοῦ θανάτου αὐτοῦ. οὔτε οὖν ἀθάνατον αὐτὸν ἐποίησεν, οὔτε μὴν θνητὸν, ἀλλὰ καθὼς ἐπάνω προειρήκαμεν, δεκτικὸν ἀμφοτέρων· ἵνα [5] ῥέψῃ ἐπὶ τὰ τῆς ἀθανασίας τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ, μισθὸν κομίσηται παρ' αὐτοῦ τὴν ἀθανασίαν, καὶ γένηται θεός· εἰ δ' αὖ τραπῇ ἐπὶ τὰ τοῦ θανάτου πράγματα, παρακούσας τοῦ θεοῦ, αὐτὸς ἑαυτῷ αἴτιος ᾖ τοῦ θανάτου. [a] ἐλεύθερον γὰρ καὶ αὐτεξούσιον ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον, [b] ἵνα ὃ ἑαυτῷ περιεποιήσατο δι' ἀμελείας καὶ παρακοῆς, τοῦτο ὁ θεὸς αὐτῷ νυνὶ δωρῆται διὰ ἰδίας φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης, [c] ὑπακούοντος αὐτῷ τοῦ ἀνθρώπου. καθάπερ γὰρ παρακούσας ὁ ἄνθρωπος, θάνατον ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο· οὕτως [d] ὑπακούσας τῷ θελήματι τοῦ θεοῦ, ὁ βουλόμενος δύναται περιποιήσασθαι ἑαυτῷ τὴν αἰώνιον ζωήν. ἔδωκε γὰρ ὁ θεὸς ἡμῖν νόμον καὶ ἐντολὰς ἁγίας· ἃς πᾶς ὁ ποιήσας δύναται σωθῆναι,

A beat, refunditur & refingitur ut novum & integrum fiat; idem homini mors affert: quodam enim modo confringitur, ut sanus in resurrectione inveniatur, id est mundus, justus & immortalis. Quod autem Deus Adamum vocat, & ait [a]: *Adam ubi es?* non quod ignoraret, ita faciebat; sed cum sit admodum patiens, locum ei dabat pœnitendi & confitendi.

XXVII. Sed nobis dicet aliquis: Natura mortalis factus est Adam? Minime. Num immortalis? Nihilo magis. Nihil ergo erat? Neque etiam id dicimus. Igitur nec mortalis natura, nec immortalis factus. Nam si immortalem ab initio fecisset, deum eum fecisset. Rursus si mortalem, vi- B deretur Deus causa illius mortis esse. Nec immortalem igitur fecit, nec mortalem; sed, ut supra diximus, capacem utriusque: ut si ad ea ferretur quæ ducunt ad immortalitatem, observandis Dei mandatis, mercedem ab eo acciperet immortalitatem, & deus fieret; si vero deflecteret ad ea quæ ducunt in mortem, non obediens Deo, ipse sibi mortis auctor esset. Liberum enim Deus & sui juris hominem fecit; ut quod sibi ipse negligentia & inobedientia accersiverat, id nunc Deus ei pro sua singulari humanitate & misericordia donet: dummodo ipsi homo dicto obedientem se præbeat. Quemadmodum enim homo non obediendo, mortem sibi ipse traxit; sic voluntati Dei obsequendo, C potest qui voluerit æternam vitam sibi conciliare. Legem enim Deus & sancta nobis præcepta dedit, quæ quisquis observaverit, potest salutem assequi;

a Gen. III. 9.

1. Δυνάμει γὰρ τέθραυσται.] Verbum τέθραυσται Wolfius de morte intelligendum negat. At profecto manifestum est, ut de resurrectione, ita etiam de morte heic agi; & vasis fracti exemplo hominem non solum *vi quadam fractum & dejectum a Deo*, ut existimat vir eruditus, sed etiam mortuum designari. Neque etiam illud, δυνάμει, idem valet ac *vi quadam*, sed idem ac *quodammodo*. Sic supra n. XV. luna δυνάμει ἀποθνήσκει *quodammodo interit*. Et n. XVI. de raptoribus & homicidis, δυνάμει γὰρ καταπίνουσι τοὺς ἀσθενεστέρους ἑαυτῶν.

2. Οὐχ ὡς ἀγνοῶν.] Hæc quoque adversus hæreticos di- D cta, qui ignorationem mundi opifici affingebant. Unde Tertullianus lib. 2. adv. Marcionem cap. 25. *Interrogabat Deus, quasi incertus .... ut daret ei locum sponte confitendi delictum & hoc nomine relevandi.*

3. Οὐδὲ τοῦτο, ἐγὼ μέν.] Legit Dodvellus, citante Wolfio, οὐδὲ τοῦτο. ἐγῷμαι, id est, ἐγὼ οἶμαι. Ipse autem Wolfius, Lacrozii & Davisii monitu, legendum putat, οὐδὲ τοῦτο λέγομεν.

4. Ο θεὸς αἴτιος.] Ita loquitur Theophilus ut occurrat hæreticis Deum creatorem mortis auctorem esse fingentibus. Dicebat enim Valentinus, teste Clem. Alex. Strom. 4. pag. 509. *mortis generationem opus esse creatoris*, θανάτου δὲ γένεσιν ἔργον εἶναι τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον. Non tamen dicebant nefarii hæretici hominem innocentem morti addictum fuisse: sed sic ratiocinabantur: *Si Deus bonus & præscius futuri & avertendi mali potens, cur hominem passus est labi de obsequio legis in mortem, circumventum a diabolo?* Ita Marcionitæ apud Tertullianum 2. adv. Marc. c. 5. Hujus impietatis refellendæ studio Theophilus, postquam demonstravit num. præced. mortem non Deo attribuendam esse, sed peccato; nunc concedit hæreticis Deum mortis auctorem futurum fuisse, si mortalem hominem creasset. Volebant iidem hæretici Deum *conditorem intelligi malorum, ut & malitiæ auctor pronuntietur*. At scite probat Tertullianus ibid. cap. 14. nihil eos promovere, nisi hæc mala hominibus non malis inflicta esse demonstrent. *Aut proba ea injusta*, inquit, *ut probes malitiæ deputanda, id est, injustitiæ mala; quia si justitiæ erunt, jam mala non erunt, sed bona; malis tantummodo mala.* Hinc duas distinguit malorum species, mala culpæ, & mala pœnæ: agnoscit *auctorem malorum quidem peccati & culpæ, diabolum; malorum vero supplicii & pœnæ Deum creatorem, ut illa pars malitiæ deputetur, ista justitiæ, mala condentis judicia adversus mala delicti ..... Quæ quidem illis mala sunt, quibus rependuntur; ceterum, suo nomine bona, qua justa, & bonorum defensoria, & delictorum inimica, atque in hoc ordine, Deo digna.*

5. Ῥέψῃ.] Legendum εἰ ῥέψῃ.

a Ελεύθερον κ. τ. λ.] Exstat insignis hic locus in *Parallel.* Jo. Damasc. pag. 315. sub falso *Eleutherii* nomine. Integrum inde heic adserre libet, eo maxime quod Theophi- E li textum alicubi corruptum feliciter emendet, eumque a criticorum conjecturis solicitatum, immunem reddat. Sic autem se habet: Εποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον ἐλεύθερον καὶ αὐτεξούσιον, ἵνα ὃ ἑαυτῷ ἐποίησεν δι' ἀμελείας καὶ παρακοῆς, τοῦτο αὐτῷ νῦν ὁ θεὸς δωρῆται διὰ φιλανθρωπίας καὶ ἐλεημοσύνης, ὑπακούοντος αὐτῷ τοῦ ἀνθρώπου. καθάπερ γὰρ παρακούσας ὁ ἄνθρωπος, θάνατον ἑαυτῷ ἐπεσπάσατο· οὕτως ὑπακούων τῷ βουλήματι τοῦ θεοῦ, δύναται περιποιήσασθαι ἑαυτῷ τὴν αἰώνιον ζωήν. δέδωκε γὰρ ἡμῖν ὁ θεὸς ἐντολὰς ἁγίας, ἃς πᾶς ὁ ποιῶν, δύναται σωθῆναι, καὶ (τῆς) ἀναστάσεως τυχὼν κληρονομήσει τὴν ἀφθαρσίαν. Hoc est: *Deus hominem liberum suæque potestatis condidit, ut quod sibi ipse per socordiam & inobedientiam facessiverat, hoc ei nunc Deus per benignitatem & misericordiam donet: dummodo homo ipsi dicto obedientem se præbeat. Quemadmodum enim violato mandato, mortem ipse sibi accersivit; sic divinæ voluntati obtemperando, sempiternam vitam potest adipisci. Deus enim præcepta sancta nobis dedit, quæ quisquis expleverit, obtinere salutem poterit, & quum a morte revocatus erit ad vitam, incorruptionis heres efficietur.* Ad hanc igitur lectionem Damascenicam sua Theophilo restituimus, versionemque refinximus. Quod quidem heic diligenter adnotamus. Vide sis quæ in nostris *Prolegomenis* ad tom. I. pag. CII. ex cl. Marano ad hunc ipsum locum monuimus.

b Ινα ὃ —— δωρῆται.] Editi ἄνθρωπον. ὃ οὖν —— δωρεῖται. Heumannus in *Poecil.* tom. I. pag. 514. ὃ οὐχ ἑαυτῷ, rescribebat, sensum auctoris prorsus evertens. Ceterum quod heic in *Parallel.* scribitur, αὐτῷ νῦν, Billius in suo exemplari, ut in editis nostris, legebat αὐτῷ νυνὶ, quod ex ejus versione liquet. Atque ita legendum puto.

c Υπακούοντος αὐτῷ τοῦ ἀνθρώπου.] Editi: ὑπακούοντας αὐτῷ τοὺς ἀνθρώπους. Fellus & Wolfius sine ullius msf. auctoritate, post αὐτῷ, in textum vocem ποιῶν invexerunt: quod etiam probatur Heumanno l. c. Crozius tamen malebat ζωοποιῶν. Maranus denique legere satius esse ducebat εἰς ὑπακ. —— ἀνθρώπους. Nunc vero hæc omnia in nihilum abeunt.

d Υπακούσας τῷ θελήμ. —— ὁ βουλόμενος δύναται.] Parall. Dam. ὑπακούων τῷ βουλήματι τοῦ θεοῦ, δύναται. Reliqua omittimus.

καὶ τῆς ἀναστάσεως τυχὼν κληρονομῆται τὴν ἀφθαρσίαν.

Ἐκβληθεὶς δὲ Ἀδὰμ ἐκ τοῦ παραδείσου, οὕτως ἔγνω Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἣν ὁ Θεὸς ἐποίησεν αὐτῷ εἰς γυναῖκα ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ. καὶ τοῦτο δὲ οὐχ ὡς μὴ δυνάμενος κατ' ἰδίαν πλάσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, ἀλλὰ προηπίστατο ὁ Θεὸς, ὅτι ἤμελλον οἱ ἄνθρωποι πληθὺν θεῶν ὀνομάζειν. προγνώστης οὖν ὢν, καὶ εἰδὼς ὅτι ἡ πλάνη ἔμελλε διὰ τοῦ ὄφεως ὀνομάζειν πληθὺν θεῶν τῶν οὐκ ὄντων· [1] ἑνὸς γὰρ ὄντος Θεοῦ, ἐκτότε ἤδη ἐμελέτα ἡ πλάνη πληθὺν θεῶν ὑποσπείρειν, καὶ λέγειν, ἔσεσθε ὡς θεοί. μήπως οὖν ὑπονοηθῇ [2] ὅτι ὅδε μὲν ὁ Θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνδρα· ἕτερος δὲ τὴν γυναῖκα· [3] διὰ τοῦτο οὖν ἐποίησε τοὺς δύο ἄμφω. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ [a] διὰ τούτου δειχθῇ τὸ μυστήριον τῆς μοναρχίας, τῆς κατὰ τὸν Θεόν· ἅμα δ' ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, (καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ δείκνυται πληρούμενον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς· τίς γὰρ οὐχὶ ὁ νομίμως γαμῶν οὐ καταφρονεῖ μητρὸς, καὶ πατρὸς, καὶ συγγενείας πάσης καὶ πάντων;) καὶ ἵνα πλείων ᾖ ἡ εὔνοια εἰς αὐτούς. πρὸς μὲν οὖν τὴν Εὔαν ὁ Ἀδὰμ [4] εἶπεν· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, καὶ σὰρξ ἐκ τῆς σαρκός μου. ἔτι καὶ [5] προεφήτευσεν, λέγων· τούτου ἕνεκεν καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. ὃ δὴ καὶ αὐτὸ δείκνυται πληρούμενον ἐν ἡμῖν αὐτοῖς. τίς γὰρ ὁ νομίμως γαμῶν οὐ καταφρονεῖ μητρὸς, καὶ πατρὸς, καὶ πάσης συγγενείας, καὶ πάντων τῶν οἰκείων, προσκολλώμενος καὶ ἑνούμενος τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ, εὐνοῶν μᾶλλον αὐτῇ; διὸ καὶ μέχρι θανάτου πολλάκις ὑπεύθυνοι γίνονταί τινες διὰ τὰς ἑαυτῶν γαμετάς. ταύτην τὴν Εὔαν, διὰ τὸ ἀρχῆθεν πλανηθῆναι ὑπὸ τοῦ ὄφεως, καὶ ἀρχηγὸν ἁμαρτίας γεγονέναι, ὁ κακοποιὸς δαίμων, ὁ καὶ Σατὰν καλούμενος, ὁ τότε διὰ τοῦ ὄφεως λαλήσας αὐτῇ, ἕως καὶ τοῦ δεῦρο ἐνεργῶν ἐν τοῖς ἐνθουσιαζομένοις ὑπ' αὐτοῦ ἀνθρώποις, [6] Εὔαν ἐκκαλεῖται. δαίμων δὲ, καὶ δράκων καλεῖται, διὰ τὸ ἀποδεδρακέναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ἄγγελος γὰρ ἦν ἐν πρώτοις. καὶ τὰ μὲν περὶ τούτου πολὺς ὁ λόγος· διὸ τανῦν παραπέμπομαι τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν· καὶ γὰρ ἐν ἑτέροις ἡμῖν γεγένηται ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος.

A & compos resurrectionis factus, statum a corruptione alieni hereditatem accipere.

XXVIII. Ejectus igitur Adam ex paradiso, sic cognovit uxorem suam, quam ei Deus in uxorem ex ipsius costa fecerat. Atque id quidem, non quod separatim uxorem ipsius fingere non posset, sed providebat Deus multitudinem deorum ab hominibus inductum iri. Cum igitur præscius futurorum esset, ac futurum videret ut serpentis opera multitudinem deorum non exstantium error inveheret; (tum cum enim unus esset Deus, jam meditabatur error multitudinem deorum spargere & dicere: *Eritis sicut dii*) ne quis B igitur suspicaretur virum ab altero Deo, mulierem ab altero factam esse; ambos separatim non fecit, sed ut mysterium monarchiæ Dei etiam ex ea re demonstraretur, simul ipsius uxorem finxit; atque ut major esset inter eos benevolentia. Dixit ergo Adam ad Evam: [a] *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea.* Præterea vaticinatus est in hæc verba: *Propterea derelinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit uxori suæ; eruntque duo in carnem unam.* Quod ipsum in nobis perfici patet. Quis est enim, qui cum legitime nubat, non contemnat patrem & matrem & cognationem omnem ac propinquos omnes, adhærens & conjunctus uxori, eamque ma-C jore benevolentia complectens? Unde etiam nonnulli multa vitæ discrimina propter uxores suas adeunt. Quoniam autem hæc Eva antiquitus a serpente decepta, & origo peccati fuit; malorum inventor dæmon, qui & Satanas vocatur, ac tum eam per serpentem alloquutus est, hactenus dum in hominibus a se correptis operatur, Evam vocat. Dæmon autem ac draco vocatur, eo quod a Deo fugitivus abscesserit: angelus enim ab initio fuerat. Ac de eo quidem longa est oratio: quapropter inpræsentiarum missam faciamus ejus rei explicationem; alibi enim de eo disputavimus.

Ἐν τῷ οὖν γνῶναι τὸν Ἀδὰμ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Εὔαν, συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν, ᾧ τοὔνομα Κάϊν, καὶ εἶπεν· ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ. καὶ προσέθετο ἔτι τεκεῖν [7] δεύτερον, ᾧ ὄνομα Ἄβελ· ὃς ἤρ-

D XXIX. Cum igitur Adam cognosceret Evam uxorem suam, concepit ista & filium peperit cui nomen Cain, & dixit: [b] *Possedi hominem per Deum.* Adhuc addidit ut alterum pareret, cui nomen Abel:

a Gen. II. 23. 24. *b* Gen. IV. 1. 2.

1. *Ἑνὸς γὰρ ὄντος Θεοῦ.*] Id est, cum unus Deus coleretur, nondum cognita idololatria. Alii interpretes: *Cum unus sit Deus.*

2. *Ὅτι ὅδε.*] Bodl. *ὡς ὅδε.*

3. *Διὰ τοῦτο οὖν ἐποίησε.*] Totus hic locus, quo vix ullus alius magis deformatus, sic videtur emendari posse. *διὰ τοῦτο οὐκ ἐποίησε τοὺς δύο ἄμφω· ἅμα δ' ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. οὐ μόνον ἵνα καὶ διὰ τούτου δειχθῇ τὸ μυστήριον τῆς μοναρχίας τῆς κατὰ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ καὶ ἵνα πλείων ᾖ ἡ εὔνοια εἰς αὐτούς.* Necessitatem harum emendationum non difficile est animadvertere. 1. Legendum esse *οὐκ ἐποίησε τοὺς δύο ἄμφω*, quis non videt? Non enim binos creavit Deus Adam & Evam: si *κατ' ἰδίαν* formasset Evam, tunc binos creasse diceretur. At Evam *κατ' ἰδίαν* formatam fuisse negat Theophilus: simul factam fuisse asseverat, non quod eodem temporis momento ac Adam, sed quod ex Adami corpore formata fuerit. 2. Si legamus, ut in textu, *οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ* &c. inutilis erit & absurda repetitio. Jam enim dixit Evam ita formatam fuisse, ut singularitas Dei, sive Monarchia ostenderetur. Duæ ergo causæ ab eo assignantur, quarum secunda omnibus nota & perspecta. Quare disjungenda fuit ab his verbis, *πρὸς μὲν οὖν* &c. quibuscum illa vitiosa interpunctio conjunxerat. 3. Totam hanc verborum complexionem, quam uncis inclusi, eruditus Wolfius etiam ex textu expunxit. Mox enim suo loco occurret, & in alienam hanc sedem obrepsisse manifestum est.

4. *Εἶπεν.*] Bodl. *εἰπών.*


5. *Προεφήτευσεν.*] Idem codex *ἐπροφήτευσεν.*

6. *Εὔαν ἐκκαλεῖται.*] Contendit Wolfius reddendum esse *Evan vocatur*. Nimirum Satanas vocatur Evan ab iis qui ab eo incitati sic clamabant. Sed Theophilus non obscu-E re indicat ipsum Satanam, dum in eis operatur, qui illius spiritu agebantur, efficere ut Evam illam peccati inceptricem vocent. Clemens Alexandrinus conceptis verbis declarat ipsam Evam invocari. *ὀλολύζοντες Εὔαν, Εὔαν ἐκείνην, δι' ἣν ἡ πλάνη παρηκολούθησε*: *Ululantes Evam, Evam illam, per quam est error consequutus*, Protrept. pag. 9. Frustra ergo totum hunc locum immutat vir eruditus. Legit enim quasi scriptum esset *διὰ τὸ πλανηθῆναι ταύτην τὴν Εὔαν*. Eusebius Præp. l. 2. c. 3. citat hunc Clementis locum.

7. *Δεύτερον.*] Fellus & Wolfius addunt *υἱὸν*, sed sine ulla auctoritate.

a *Καὶ διὰ τούτου.*] Etiam Heumannus perspexit heic legendum *καὶ ἵνα διὰ τούτου*: mox enim legimus *καὶ ἵνα πλείων*. Ceterum verborum complexionem paullo post uncis inclusam delendam esse primus vidit Davisius in not. ad *Minuc. Felic.* cap. XVI. pag. 97. prioris edit. nam in posteriore hanc observationem pag. 77. omisit.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
182.



ξατο ποιμὴν εἶναι προβάτων· Κάϊν δὲ εἰργάζετο τὴν A γῆν. τὰ μὲν οὖν κατ' αὐτοὺς πλείω ἔχει τὴν ἱστορίαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν [1] οἰκονομίαν τῆς ἐξηγήσεως· διὸ τὰ τῆς ἱστορίας τοὺς φιλομαθεῖς δύναται ἀκριβέστερον διδάξαι αὐτὴ ἡ βίβλος, ἡ τις ἐπιγράφεται, γένεσις κόσμου. ὁπότε οὖν ἐθεάσατο ὁ Σατανᾶς οὐ μόνον τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ ζῶντας, ἀλλὰ καὶ τέκνα πεποιηκότας, ἐφ' ᾧ οὐκ ἴσχυσε θανατῶσαι αὐτοὺς, φθόνῳ φερόμενος, ἡνίκα ἑώρα τὸν Ἄβελ εὐαρεστοῦντα τῷ Θεῷ, ἐνεργήσας εἰς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν καλούμενον Κάϊν, ἐποίησεν ἀποκτεῖναι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἄβελ. καὶ οὕτως ἀρχὴ θανάτου ἐγένετο εἰς τόνδε τὸν κόσμον, ὁδοιπορεῖν ἕως τοῦ δεῦρο ἐπὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων. ὁ δὲ Θεὸς ἐλεήμων ὢν, καὶ βουλόμενος ἀφορμὴν μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως B παρασχεῖν τῷ Κάϊν, καθάπερ καὶ τῷ Ἀδὰμ, εἶπε· ποῦ Ἄβελ ὁ ἀδελφός σου; ὁ δὲ Κάϊν ἀπεκρίθη ἀπειθῶς τῷ Θεῷ, εἰπών· οὐ γινώσκω· μὴ φύλαξ εἰμὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου; οὕτως ὀργισθεὶς αὐτῷ ὁ Θεὸς, ἔφη· τί ἐποίησας τοῦτο; φωνὴ αἵματος τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με ἐκ τῆς γῆς, ἣ ἔχανεν δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ χειρός σου· στένων καὶ τρέμων ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς. [a] ἐκτότε φοβηθεῖσα ἡ γῆ, [2] οὐκέτι ἀνθρώπου αἷμα παραδέχεται, ἀλλ' οὐδέ τινος ζώου. [3] ἦ φανερὸν ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτὴ αἰτία, ἀλλ' ὁ παραβὰς ἄνθρωπος.

A *Hic cœpit esse pastor ovium; Cain autem terram colebat.* Ac ea quidem quæ ad illos spectant plurimam habent historiam, immo narrationis œconomiam: quare discendi cupidos accuratius potest de hac historia liber ipse, qui *Genesis mundi* inscribitur, edocere. Satanas igitur ut Adamum & uxorem ejus vidit non solum vivere, sed etiam liberos suscepisse, invidia stimulatus quod mortem illis inferre non potuisset, tum cum Abelem videret Deo placere, ipsius fratrem, Cainum nomine, impulit & perduxit ut fratrem suum Abelem occideret. Ab his initiis in hunc mundum inducta mors, totum hactenus genus humanum pervasit. Deus autem cum misericors sit, & quemadmodum Adamo, ita etiam & B Caino aditum ad pœnitentiam & confessionem aperire vellet, ita eum alloquutus est: [a] *Ubi est Abel frater tuus?* Cain autem contumaciter & arroganter respondit Deo: *Nescio: num ego custos sum fratris mei?* Hinc iratus Deus: *Quare*, inquit, *hoc fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, quæ aperuit os suum ut susciperet sanguinem fratris tui de manu tua. Gemens & tremens eris in terra.* Ex hoc tempore timore perculsa terra, nullius jam hominis sanguinem suscipit, sed nec ullius animalis. Ex quo patet culpam in ea non residere, sed in homine præceptum transsiliente.

Ὁ οὖν Κάϊν καὶ αὐτὸς ἔσχεν υἱὸν ᾧ ὄνομα Ἐνώχ· καὶ ᾠκοδόμησεν πόλιν, ἣν ἐπωνόμασεν ἐπὶ τῷ ὀνόματι C τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνώχ. ἀπὸ τότε ἀρχὴ ἐγένετο τοῦ οἰκοδομεῖσθαι πόλεις, καὶ τοῦτο πρὸ κατακλυσμοῦ· οὐχ ὡς [4] Ὅμηρος ψιάδεται λέγων·

Οὐ γάρ πω πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων.

τῷδε Ἐνὼχ ἐγεννήθη υἱὸς ὀνόματι [5] Γαϊδὰδ, ὃς ἐγέννησε τὸν καλούμενον Μεὴλ, καὶ Μεὴλ τὸν Μαθουσάλα, καὶ Μαθουσάλα τὸν Λάμεχ· ὁ δὲ Λάμεχ ἔλαβεν ἑαυτῷ δύο γυναῖκας, αἷς ὀνόματα Ἀδᾶ, καὶ Σελᾶ. ἐκτότε ἀρχὴ ἐγένετο τῆς πολυμιξίας, ἀλλὰ καὶ τῆς μουσικῆς. τῷ γὰρ Λάμεχ ἐγένοντο τρεῖς υἱοὶ, Ὠβὴλ, Ἰουβὰλ, Θοβέλ. καὶ ὁ μὲν Ὠβὴλ ἐγένετο ἀνὴρ ἐν σκηναῖς κτηνοτροφῶν. Ἰουβὰλ δέ ἐστιν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν. Θοβὲλ δὲ ἐγένετο σφυροκόπος, χαλκεὺς χαλκοῦ καὶ σιδήρου. ἕως μὲν οὖν τούτου ἔχει D τὸν κατάλογον τὸ σπέρμα τοῦ Κάϊν· καὶ τὸ λοιπὸν εἰς λήθην αὐτοῦ γέγονε τὸ σπέρμα τῆς γενεαλογίας, διὰ τὸ ἀδελφοκτονῆσαι αὐτὸν τὸν ἀδελφόν. εἰς τὸν τόπον δὲ τοῦ Ἄβελ, ἔδωκεν ὁ Θεὸς συλλαβεῖν τὴν Εὔαν καὶ τεκεῖν υἱὸν, ὃς κέκληται Σήθ· ἀφ' οὗ τὸ λοιπὸν γένος τῶν ἀνθρώπων ὁδεύει μέχρι τοῦ δεῦρο. τοῖς δὲ βουλομένοις φιλομαθεῖν, καὶ περὶ πασῶν τῶν γενεῶν, εὔκολόν ἐστιν ἐπιδεῖξαι διὰ τῶν ἁγίων γραφῶν. καὶ γὰρ ἐκ μέρους ἡμῖν γεγένηται ἤδη λόγος [6] ἐν ἑτέρῳ λόγῳ, ὡς ἐπάνω προειρήκαμεν, τῆς γενεαλογίας ἡ τάξις ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τῇ περὶ ἱστοριῶν. ταῦτα δὲ πάντα ἡμᾶς διδάσκει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ

XXX. Ipse quoque Cain filium habuit cui nomen Enoch, ac urbem ædificavit, quam de nomine filii sui Enoch appellavit. Hoc fuit initium urbium ædificandarum, idque ante diluvium: non ut Homerus mentitur ita canens:

Lingua haud dum variis structæ mortalibus urbes.

Genuit Enoch filium nomine Gaidad, a quo genitus est Meel; a Meel Mathusala, a Mathusala Lamech. Lamech autem duas sibi uxores accepit, quarum nomina Ada & Sela: jam tum initium habuit uxorum multitudo, ac ipsa etiam musica. Nam Lamech nati sunt tres filii, quorum nomina Obel, Jubal, Thobel. Ac Obel quidem vir fuit in tabernaculis pecus nutriens. Jubal autem is est qui psalterium & citharam monstravit. Thobel fuit D malleator, faber æris & ferri. Hactenus igitur recensetur Caini genus: reliquam autem ejus progeniem, eo quod fratrem suum occidisset, oblivio delevit. In locum autem Abelis dedit Deus Evæ ut conciperet & pareret filium, qui Seth appellatus est, a quo reliquum hominum genus hactenus propagatur. Omnes autem generationes si pernoscere voluerint qui discendi sunt cupidi, facile est eas ex Scripturis sanctis demonstrare. Jam enim a nobis aliqua ex parte instituta est, ut supra diximus, hæc disputatio, nempe genealogiæ series in primo de historiis libro. Hæc autem omnia docuit nos Spiritus sanctus, qui per Moy-

a Ibid. ℣. 9-12.

1. Οἰκονομίαν.] Supra num. XVI. eadem voce utitur.
2. Οὐκέτι αἷμα.] Sanguis emissus statim coagulatur, nec terram facile subit. FELLUS.
3. Η φανερόν.] Oxon. & Hamb. καὶ ἢ φανερόν.
4. Ομηρος.] Existimat eruditus Hamburgensis editor Theophilum, labente memoria, de urbibus id generatim accipere, quod de sola Troja Homerus dixit. Sic enim legitur Iliad. v v. 215. & 216.

Κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
Εν πεδίῳ πεπόλιστο πόλις μερόπων ἀνθρώπων.
Condiditque Dardaniam, quia nondum Ilium sacrum
In campo conditum erat, oppidum diversilinguium hominum.

Fatendum est Homeri verba accurate a Theophilo non referri. Non tamen crediderim memoriam ei effluxisse: E videtur potius hunc locum attente consideratum sic interpretari, quasi Homerus Trojam, exempli loco nominet, ut urbes nondum conditas fuisse declaret. Quamvis enim sub Phoroneo, qui antea Dardanum fuit, Nomadum vitam homines, ut testatur Tatianus n. 39. ferantur abjecisse, non tamen grande erratum a Theophilo commissum, si rem serius ab Homero collocari existimaverit.

5. Γαϊδάδ.] Ita mſ. B. & 70. In editis Γαιδάς. Mox Editiones Oxon. & Hamb. habent Μαλελεὴλ, Σελλᾶ, Ἰωβήλ. Sed necesse non videtur immutare codicis mſ. & editorum nostrorum scripturam, quamvis aliter legatur in Bibliis.

6. Εν ἑτέρῳ λόγῳ.] De hoc Theophili opere vid. Præfationis tertiam partem, ubi de gestis & scriptis Theophili agimus.

a Εκτότε.] Fellus & Wolfius præmittunt διὸ, quod tamen abest ab editt. Parif. ann. 1615. & 1742. Paullo post, Heumanno legendum videtur ἵνα ἢ φαν. pro καὶ ἢ φαν. quod habent editt. Oxon. & Hamb. Lectionem autem ἢ φαν. quam heic sequitur Maranus, exhibet apud Wolfium codex Bodl. præter edit. Parif. 1615.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

διὰ Μωσέως καὶ τῶν λοιπῶν προφητῶν, ὥςε τὰ καθ' ἡμᾶς τὰς θεοσεβεῖς ἀρχαιότερα γράμματα τυγχάνει, ἐ μλὼ ἀλλὰ ἢ ἀληθέςερα πάντων συγγραφέων καὶ ποιητῶν δείκνυται ὄντα. ἀλλὰ μλὼ ἢ τὰ περὶ τῆς μυσικῆς, ἐφλυάρησάν τινες εὑρετλὼ Απόλλωνα γεγενῆσθαι· ἄλλοι δὲ Ορφέα ἀπὸ τῆς τῶν ὀρνέων ἡδυφωνίας φασὶν ἐξευρηκέναι τὴν μυσικλὼ. κενὸς δὲ ἢ μάταιος ὁ λόγος αὐτῶν δείκνυται· μετὰ γὰρ πολλὰ ἔτη τοῦ κατακλυσμοῦ οὗτοι ἐγένοντο. τὰ δὲ περὶ τοῦ Νῶε, ὅς κέκληται ὑπὸ ἐνίων Δευκαλίων, ἐν τῇ βίβλῳ ᾗ προειρήκαμεν, ἡ διήγησις ἡμῖν γεγένηται, ᾗ [1] εἰ βούλῃ ἢ σὺ δυύασαι ἐντυχεῖν.

ſen & ceteros prophetas loquutus eſt, ita ut noſtræ, qui Deum colimus, litteræ omnibus ſcriptoribus & poetis antiquiores ſint; ſed & veriores demonſtramus. Muſicæ autem inventorem Apollinem fuiſſe nonnulli nugati ſunt; alii ab Orpheo ex ſuavi avium concentu inventam dicunt. Vana autem & inanis eorum oratio demonſtratur; hi enim multis poſt diluvium annis fuerunt. De rebus autem Noe, qui Deucalion a nonnullis vocatur, diſputatio a nobis in eo quem diximus, libro inſtituta eſt, quam potes tu quoque inſpicere ſi velis.

Μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀρχὴ πάλιν ἐγένετο πόλεων ἢ βασιλέων, τὸν τρόπον τοῦτον. πρώτη πόλις Βαβυλὼν, ἢ [a] Ορὲχ, ἢ [2] Αρχὰθ, ἢ Χαλανὴ ἐν τῇ γῇ Σενχάρ. ἢ βασιλεὺς ἐγένετο αὐτῶν, ὀνόματι Νεβρώθ. ἐκ τούτων ἐξῆλθεν ὀνόματι Ασσοὺρ, ὅθεν ἢ Ασσύριοι προσαγορεύονται. Νεβρὼθ δὲ ᾠκοδόμησεν πόλεις τὴν Νινευῒ, καὶ τὴν Ροβοὼμ, ἢ τὴν Καλὰκ, ἢ τὴν Δασὲν ἀνὰ μέσον Νινευῒ, καὶ ἀνὰ μέσον Καλάκ. ἡ δὲ Νινευῒ ἐγενήθη ἐν πρώτοις πόλις μεγάλη. ἕτερος δὲ υἱὸς τοῦ Σὴμ υἱοῦ τοῦ Νῶε ὀνόματι Μεσραεὶμ ἐγέννησε τοὺς Λουδονεὶν, ἢ τοὺς καλουμένους Ενεμιγεὶν, καὶ τοὺς Λαβιεὶμ, ἢ τοὺς Νεφθαλεὶμ, ἢ τοὺς [3] Πατροσωνιεὶμ, καὶ τοὺς Χασλωνιεὶν, ὅθεν ἐξῆλθε Φυλιςιεὶμ. τῶν μὲν οὖν τριῶν υἱῶν τοῦ Νῶε, ἢ τῆς [4] συύπλείας αὐτῶν, καὶ γενεαλογίας, ἐγένετο ἡμῖν ὁ κατάλογος ἐν ἐπιτομῇ, ἐν ᾗ προειρήκαμεν βίβλῳ. καὶ νυῦ δὲ τὰ παραλελειμμένα ἐπιμνησθησόμεθα περί τε πόλεων καὶ βασιλέων, τῶν τε γεγενημένων ὁπότε λὼ χεῖλος ἓν, καὶ μία γλῶσσα. πρὸ τοῦ τὰς διαλέκτους μερισθλῶαι, αὗται αἱ προγεγραμμέναι ἐγενήθησαν πόλεις. ἐν δὲ τῷ μέλλειν αὐτοὺς διαμερίζεσθαι, συμβούλιον ἐποίησαν γνώμῃ ἰδίᾳ, καὶ ἐ διὰ Θεοῦ οἰκοδομῆσαι πόλιν καὶ πύργον, οὗ ἡ ἄκρα φθάσῃ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀφικέσθαι, ὅπως ποιήσωσιν ἑαυτοῖς ὄνομα δόξης. ἐπειδὴ οὖν παρὰ προαίρεσιν Θεοῦ βαρὺ ἔργον ἐτόλμησαν ποιῆσαι, κατέβαλεν αὐτῶν ὁ Θεὸς τὴν πόλιν, καὶ τὸν πύργον κατέςρωσεν. ἐκτότε ἐνήλλαξεν τὰς γλώσσας τῶν ἀνθρώπων, δοὺς ἑκάςῳ διάφορον διάλεκτον. Σίβυλλα μὲν οὕτω σεσήμαγκε καταγγέλλουσα ὀργλὼ τῷ κόσμῳ μέλλειν ἔρχεσθαι. ἔφη δὲ οὕτως·

[b] Αλλ' ὁπόταν μεγάλοιο Θεοῦ τελέωνται ἀπειλαὶ,
Ας ποτ' ἐπηπείλησε βροτοῖς, [5] ὅτε πύργον ἔτευξαν
Χώρῃ ἐν Ασσυρίῃ. ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες,
Καὶ βούλοντ' ἀναβλῶαι [6] ἐς οὐρανὸν ἀςερόεντα·
Αὐτίκα δ' ἀθάνατος μεγάλλὼ ἐπέθηκεν ἀνάγκλὼ

Πνεύμασιν· αὐτὰρ ἔπειτ' ἄνεμοι μέγαν ὑψόθι πύργον
[7] Ρίψαν, καὶ θνητοῖσιν ἐπ' ἀλλήλοις ἔριν ὦρσαν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ πύργος τ' ἔπεσεν, γλῶσσαί τ' ἀνθρώπων
Εἰς πολλὰς θνητῶν ἐμερίσθησαν διαλέκτους.
Γαῖα βροτῶν πληροῦτο μεριζομένων βασιλήων.

[8] καὶ τὰ ἑξῆς. ταῦτα μὲν οὖν ἐγενήθη ἐν γῇ Χαλδαίων. ἐν δὲ τῇ γῇ Χαναὰν ἐγένετο πόλις, ᾗ ὄνομα [9] Χαῤῥάν. κατ' ἐκείνους δὲ τοὺς χρόνους πρῶτος βασι-

XXXI. Poſt diluvium initium rurſus urbium & regum ortum eſt in hunc modum. Prima urbs Babylon, tum Orech, Archath & Chalane in terra Senaar. Harum rex exſtitit nomine Nebroth. Ex his prodiit is qui Aſſur vocatur, unde dicti Aſſyrii. Nebroth autem ædificavit urbes Ninive & Roboom & Calae & Daſen, quæ inter Niniven & Calae ſita eſt. Ninive vero urbs fuit in primis magna. Semi autem filii Noe, filius alter nomine Meſraim genuit Laudonim, Enemigim, Labiim, Nephtalim, Patroſoniim, & Chasloim unde editus Philiſtiim. Tres igitur Noe filios eorumque exitum & genealogiam ſummatim recenſuimus in eo quem diximus libro. Nunc autem quæ ſuperſunt memorabimus, tum de urbibus & regibus, tum de iis quæ geſta ſunt, cum unum labium eſſet ac lingua una. Antequam linguæ dividerentur, hæ urbes fuerunt, quas ſupra deſcripſimus. Cum autem inſtaret illud tempus ut homines in varias partes diſpergerentur, conſilium de ſua propria, non de Dei ſententia ceperunt urbis ædificandæ & turris cujus caput cælum attingeret, ut ſibi nomen inclytum parerent. Sed quia præter Dei voluntatem grave opus auſi fuerant aggredi, evertit Deus eorum urbem, & turrim dejecit: eo tempore in hominum linguas varietatem induxit, data unicuique diverſa lingua. Atque hæc quidem Sibylla declaravit, cum iram mundo eventuram obnuntiaret. Sic autem locuta eſt:


Sed quando magni Dei perficiuntur minæ,
Quas aliquando comminatus eſt mortalibus, quando turrim fabricarunt
In terra Aſſyria. Erant autem omnes unius linguæ,
Et voluerunt ſcandere cælum ſtelligerum.
Statim autem Immortalis magnam impoſuit neceſſitatem
Ventis. Venti magnam & altam turrim
Ubi dejecerunt, etiam inter mortales diſcordiam excitarunt.
Rurſus ubi turris cecidit, ac linguæ hominum
Mortalium in multas diviſæ ſunt dialectos,
Terra mortalibus impleta ſub variis regibus.

Et quæ ſequuntur. Atque hæc quidem geſta ſunt in terra Chaldæorum. In terra autem Chanaan urbs fuit nomine Charra. Iis temporibus primus

1. Εἰ βούλῃ.] Cod. B. εἰ βούλει.
2. Αρχάθ.] Hamb. Αρχαθ.
3. Πατροσωνιεὶμ.] Sic Biblia & codex mſ. Editi noſtri πατροσωνιείμ. Hæc nomina aliter a Theophilo ac in Bibliis citari facile animadvertet quiſquis 70. interpretes conſuluerit, nec neceſſe eſt ſingulas varietates heic obſervare. Tantum dicam Meſraim non Sem filium eſſe, ſed Cham.
4. Συύπλείας.] Merito rejectæ a Wolfio conjecturæ Felli legentis συγγενείας: & paullo poſt ἐν τῷ μέλλειν αὐτοὺς διαμερίζεσθαι.
5. Οτε πύργον.] Editio Gallæi οἳ πύργον.
6. Ες οὐρανόν.] Cod. mſ. εἰς οὐρανόν. Gallæus ἀναβῆν' ἐς οὐρανόν.
7. Ρίψαν.] Edit. Hamburgenſis ἔρριψαν, atque ita etiam codex Bodleianus. Editio Tigur na ἔρριψαν.
8. Καὶ τὰ ἑξῆς.] His vocibus expunctis ſubſtituitur alius hic verſus in edit. Hamb. quem rejicere nolui, Γαῖα βροτῶν πληροῦτο μεριζομένων βασιλήων.
9. Χαῤῥάν.] Charræ Meſopotamiæ urbs, Chananææ quidem vicina; ſed ab ea penitus diſtincta. Fellus.

a Ορὲχ.] Ita LXX. Gen. x. 10. Vulgatus, *Arach.* Hanc urbem Syri interpretantur *Edeſſam*: Gregorius Malatienſis in *Hiſt. Dynaſtiarum* p. 28. quin & S. Ephram in *Geneſ.* tom. I. p. 58. *Regnavit autem Nemrod in Arach*, *hoc eſt Edeſſa*. Hinc Edeſſeni ſeipſos Orchoienſes ſeu Arachenſes appellitant. Hæc ferme Bayerus, qui & alia plura ea de re erudite obſervat in *Hiſt. Oſrhoen. & Edeſſ.* pag. 3. ſeq.
b Αλλ' ὁπόταν κ. τ. λ.] Occurrunt hi verſus in lib. III. *Sibyllin.* v. 35. ſeqq. quo lectorem remittimus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



λεὺς Αἰγύπτου ἐγένετο Φαραώ, ὃς καὶ Νεχαὼθ κατὰ Αἰγυπτίους ὠνομάσθη· καὶ οὕτως οἱ καθεξῆς βασιλεῖς [1] ἐγένοντο. ἐν δὲ τῇ γῇ Σενάαρ ἐν τοῖς καλουμένοις Χαλδαίοις, πρῶτος βασιλεὺς ἐγένετο [2] Αριόχ. μετὰ δὲ τοῦτον ἕτερος [3] Ελλάσαρ· καὶ μετὰ τοῦτον Χοδολλαγόμορ βασιλεὺς Αἰλάμ, καὶ μετὰ τοῦτον Θαργὰλ βασιλεὺς ἐθνῶν τῶν καλουμένων Ἀσσυρίων. ἄλλαι δὲ πόλεις ἐγένοντο πέντε ἐν τῇ μερίδι τοῦ Χὰμ υἱοῦ Νῶε. πρώτη ἡ καλουμένη Σόδομα· ἔπειτα Γόμορρα, Ἀδαμά, καὶ Σεβωεὶμ, καὶ [4] ἡ Σηγὼρ ἐπικληθεῖσα. καὶ τὰ ὀνόματα τῶν βασιλέων αὐτῶν ἐστι ταῦτα· Βαλλὰς βασιλεὺς Σοδόμων, Βαρσὰς βασιλεὺς Γομόρρας, Σενάαρ βασιλεὺς Ἀδάμας, [5] Υμὼρ βασιλεὺς Σεβωείμ, Βαλὰχ βασιλεὺς Σηγὼρ, τῆς Κεφαλὰκ κεκλημένης. οὗτοι ἐδούλευσαν τῷ Χοδολλαγόμορ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων ἕως ἐτῶν δύο καὶ δέκα. ἐν δὲ τῷ τρισκαιδεκάτῳ ἔτει ἀπὸ τοῦ Χοδολλαγόμορ ἀπέστησαν· καὶ οὕτως ἐγένετο τότε τοὺς τέσσαρας βασιλεῖς τῶν Ἀσσυρίων συνάψαι πόλεμον πρὸς τοὺς πέντε βασιλεῖς. αὕτη ἀρχὴ ἐγένετο πρώτη τοῦ γίνεσθαι πολέμους ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ κατέκοψαν τοὺς γίγαντας Καρναείν, καὶ ἔθνη ἰσχυρὰ ἅμα αὐτοῖς ἐν τῇ πόλει, καὶ τοὺς Χορραίους τοὺς ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐπονομαζομένοις Σηείρ, ἕως τῆς καλουμένης Τερεβίνθου τῆς Φαρὰν, ἥ ἐστιν ἐν τῇ ἐρήμῳ. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐγένετο βασιλεὺς δίκαιος, ὀνόματι Μελχισεδὲκ, ἐν πόλει Σαλὴμ, τῇ νῦν Ἱεροσόλυμα. οὗτος ἱερεὺς ἐγένετο πρῶτος πάντων ἱερέων τοῦ θεοῦ τοῦ ὑψίστου· ἀπὸ τούτου ἡ πόλις ὠνομάσθη Ἱερουσαλὴμ, ἡ προειρημένη Ἱεροσόλυμα. ἀπὸ τούτου εὑρέθησαν καὶ ἱερεῖς γινόμενοι ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. μετὰ δὲ τοῦτον ἐβασίλευσεν Ἀβιμέλεχ ἐν Γεράροις. μετὰ δὲ τοῦτον ἕτερος Ἀβιμέλεχ. ἔπειτα ἐβασίλευσεν Ἐφρὼν καὶ ὁ Χετταῖος ἐπικληθείς. [a] τὰ μὲν οὖν περὶ τούτων πρότερον γεγενημένων βασιλέων οὕτω τὰ ὀνόματα περιέχει. τῶν δὲ κατὰ Ἀσσυρίους πολλῶν ἐτῶν μεταξὺ οἱ λοιποὶ βασιλεῖς παρεσιγήθησαν τοῦ ἀναγραφῆναι, πάντων [6] ἐσχάτων καθ' ἡμᾶς χρόνων ἀπομνημονευόντων. γεγονότες βασιλεῖς τῶν Ἀσσυρίων Θεγλαφάσαρ· μετὰ δὲ τοῦτον Σελαμανάσαρ· εἶτα Σενναχαρείμ. τοῦδε τριάρχος ἐγένετο Ἀδραμέλεχ Αἰθίοψ, ὃς καὶ Αἰγύπτου ἐβασίλευσε· καίπερ ταῦτα, ὡς πρὸς τὰ ἡμέτερα γράμματα, πάνυ νεώτερά ἐστι.

A in Ægypto regnavit Pharao, qui & Nechaoth apud Ægyptios dictus est: sicque ceteri reges consequuti sunt. In terra autem Senaar quam Chaldæi tenebant, primus rex fuit Arioch: post quem Ellasar, deinde Chodollagomor rex Ælan, tum Thargal rex Gentium, quæ dictæ sunt Assyriorum. Quinque aliæ urbes fuerunt in ea parte quam tenuit Cham filius Noe: prima Sodoma; ceteræ Gomorrha, Adama & Seboim & quæ Segor nuncupata est. Nomina regum qui istis urbibus præfuere sic habent: Ballas rex Sodomorum, Barsas rex Gomorrhæ, Senaar rex Adamæ, Hymor rex Seboim, Balach rex Segor, quam urbem alio nomine vocarunt Kephalam. Hi servierunt regi B Assyriorum Chodollagomor duodecim annis. Anno autem tertio & decimo defecerunt ab Assyrio; sicque factum est ut quatuor Assyriorum reges bellum cum quinque his regibus gererent. Hæc prima fuit origo bellorum in terra. Et fregerunt gigantes Caranain, & cum eis in ipsa urbe gentes validas, & Chorræos qui montes Seir dictos incolebant, usque ad Terebinthum illam quæ in deserta regione sita Pharan appellatur. Erat illo tempore rex justus nomine Melchisedech in urbe Salem, quæ nunc Hierosolyma. Hic primus fuit omnium sacerdotum Dei altissimi, ab eoque Hierusalem appellata est ea, quam paullo ante diximus, Hierosolyma. Ab eodem sacerdotes in toto C terrarum orbe exstiterunt. Post hunc regnavit Abimelech in Geraris: tum Abimelech alter. Deinde Ephron cognomento Chettæus. Primorum igitur regum nomina ita se habent. Ceteri autem Assyriorum reges qui multis annis interjectis regnarunt, silentio prætermissi sunt, scriptoribus omnibus propiora ætati nostræ tempora commemorantibus. Reges autem Assyriorum fuerunt Theglaphasar, ac post eum Salmanasar, deinde Sennacherim. Hujus Triarcha fuit Adramelech Æthiops, qui etiam Ægypti regnum obtinuit: quamquam hæc, quantum ad litteras nostras attinet, omnino recentia sint.

Ἐντεῦθεν οὖν κατανοεῖν τὰς ἱστορίας ἐστὶ τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλαρχαίοις, [7] ὅπου πρόσφατά ἐστι τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν. ὀλίγων γὰρ ὄντων ἐν πρώτοις τῶν τότε ἀνθρώπων ἐν τῇ Ἀραβικῇ γῇ καὶ Χαλδαϊκῇ, μετὰ τὸ διαμερισθῆναι τὰς γλώσσας αὐτῶν, πρὸς μέρος ἤρξαντο πολλοὶ γίνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι ἐπὶ πάσης τῆς γῆς. καὶ οἱ μὲν ἔκλιναν

D XXXII. Inde igitur judicium de historiis ferre possunt, qui eruditionis & antiquitatis studiosi sunt, quod recentia sint, quæ a nobis sine sanctis prophetis dicuntur. Nam cum his primis temporibus pauci essent homines in Arabia & Chaldæa; postquam divisæ sunt eorum linguæ, paullatim augeri & multiplicari cœperunt in toto

1. Ἐγένοντο.] Id est, ceteri reges ita se habuerunt, sive sub eodem nomine Pharaonis regnarunt. Legendum ἐλέγοντο prima specie conjiciebat Cl. Wolfius, sed re attentius considerata missam fecit conjecturam.

2. Αριώχ.] Vel memoriter Theophilus has Scripturæ historias chartis suis illinebat, vel, quod verisimilius videtur, magna librarii vulnera fecerunt. Nam Arioch ille non primus recensetur a Moyse, sed post Amarphal regem Senaar. Frustra autem Jac. Perizonius in Originibus Babylon. pag. 323. Theophilum nostrum exagitat, quasi hos quatuor reges sibi invicem putet successisse. Non enim eos temporibus divellit Theophilus, qui unius belli societate omnes conjungit; sed mihi videtur ordinem spectare, quem Moyses in eis numerandis sequutus est. Theophilum dignitatis rationem habuisse existimavit Fellus.

3. Ελλάσαρ.] Ipse Arioch rex fuit Ellasar. Sed hæc, ut jam dixi, a librariis turbata. Iisdem tribuendum videtur quod Thargal rex gentium dicitur, quæ vocabantur Assyriæ. Illud τῶν καλουμένων Ἀσσυρίων videtur e margine in textum venisse, nec prorsus Theophili esse, qui paullo post quatuor illos reges vocat reges Assyrios.

4. Ἡ Σηγὼρ ἐπικληθεῖσα.] Omissa ante has voces Βαλάκ; unde paullo post, gravius erratum incidit, dum ipsa urbs vocatur Kephala, eique rex Balach affingitur.

5. Υμόρ.] Codex ms. Υμόορ. Biblia Συμοβόρ.

6. Ἐσχάτων καθ' ἡμᾶς χρόνων.] Lego ἔσχατον καθ' ἡμᾶς χρόνον. Vitium emendat Cl. Wolfius, sic legendo: πάντων δ' ἐσχάτων καθ' ἡμᾶς χρόνων ἀπομνημονεύονται γεγονότες βασιλεῖς Ἀσσυρίων. *Qui vero proximis a nobis temporibus Assyriorum reges fuerunt, omnes commemorantur.* Supra D legendum ὁ καὶ Χετταῖος.

7. Ὅπου πρόσφατά ἐστι.] Cl. Wolfius, monitu Lacrozii, legendum putat ὅπου, *utrum*. Sic legerat Clauserus, qui ita reddit: *Hinc vincere possunt .... an ea, quæ a nobis traduntur per Prophetas sanctos, sint nupera.* Sed vitium hujus loci residere videtur in his verbis διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν. Neque enim tolerabilis est hæc loquendi ratio, *ea quæ a nobis dicuntur per sanctos prophetas.* Sed si una addita litterula legamus δίχα τῶν ἁγίων προφητῶν, *sine sanctis Prophetis*, clara erit & illustris sententia Theophili, qui postquam Adramalechi historiam non ex sacris Scripturis, sed ex litteris externis petitam commemoravit, eam recentem esse addit, si comparetur cum scriptis propheticis, atque inde concludit summam esse antiquitatem sacræ Scripturæ, cum recens sit quidquid sine illius auctoritate profertur.

a Τὰ μὲν οὖν περὶ τούτων πρότερον.] Forte legendum cum Heumanno, τὰ μὲν οὖν ὑπὲρ τῶν πρότερον.



A οἰκεῖν πρὸς ἀνατολὰς, οἱ δὲ ἐπὶ τὰ μέρη τὰ τῆς μεγάλης ἠπείρου, καὶ τὰ πρὸς βόρειον, ὥστε διατείνειν μέχρι τῶν Βρεττανῶν ἐν τοῖς Ἀρκτικοῖς κλίμασιν. ἕτεροι δὲ γῆν Χανανιαίαν, καὶ Ἰουδαίαν καὶ Φοινίκην ἐπικληθεῖσαν, καὶ τὰ μέρη τῆς Αἰθιοπίας, καὶ Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, καὶ τὴν καλουμένην διακεκαυμένην, καὶ τὰ μέχρι δυσμῶν κλίματα παρατείνοντα. οἱ δὲ λοιποὶ, τὰ ἀπὸ τῆς παραλίου, καὶ τῆς Παμφυλίας, καὶ τὴν Ἀσίαν, καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὴν Μακεδονίαν, καὶ τὸ λοιπὸν τὴν Ἰταλίαν, καὶ τὰς καλουμένας Γαλλίας, καὶ Σπανίας, καὶ Γερμανίας· ὥστε οὕτω τὰ νῦν ἐμπεπλῆσθαι τὴν σύμπασαν τῶν κατοικούντων αὐτήν. τριμεροῦς οὖν γεγενημένης τῆς κατοικήσεως τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς καταρχὰς, ἔν τε ἀνατολῇ, καὶ μεσημβρίᾳ, καὶ δύσει, [1] ἔπειτα καὶ τὰ B λοιπὰ μέρη κατῳκήθη τῆς γῆς, [2] χυδαίων τῶν ἀνθρώπων γενομένων. ταῦτα δὲ μὴ ἐπιστάμενοι οἱ συγγραφεῖς βούλονται τὸν κόσμον σφαιροειδῆ λέγειν, καὶ ὥσπερ κύβῳ συγκρίνειν αὐτόν. πῶς δὲ δύνανται ταῦτα ἀληθῆ φάσκειν, μὴ ἐπιστάμενοι τὴν ποίησιν τοῦ κόσμου, μήτε τὴν κατοίκησιν αὐτοῦ; πρὸς μέρος αὐξανομένων τῶν ἀνθρώπων, καὶ πληθυνομένων ἐπὶ τῆς γῆς, ὡς προειρήκαμεν, οὕτω κατῳκήθησαν καὶ αἱ νῆσοι τῆς θαλάσσης, καὶ τὰ λοιπὰ κλίματα.

terrarum orbe: atque alii quidem ad Orientem incolendum declinarunt, alii ad partes majoris continentis & Septentrionem, ita ut usque ad Britannos pertenderent in Arcticas regiones: alii Chananæam regionem, quæ Judæa & Phænicia cognominata est, tum partes Æthiopiæ, Ægypti & Libyæ; tum etiam eam regionem quæ torrida dicitur, & quæ ad Occidentem pertinent loca: reliqui vero partim eos tractus, qui a maritimis regionibus & Pamphylia porriguntur; tum Asiam, Græciam, Macedoniam, partim Italiam, Gallias, Hispanias, Germanias tenuerunt, ita ut nunc totus orbis terrarum incolis repleatur. Cum igitur initio tripartita esset hominum habitatio in terra, ad Orientem, ad Meridiem & Occidentem; postea ceteræ etiam partes incoli cœperunt hominibus redundantibus. Hæc cum ignorent scriptores, mundum sphæricum dicere non dubitant, & cubo similem pronuntiare. Quei possint autem in his verа dicere, cum ignorent creationem mundi ejusque habitationem? Paullatim crescentibus, ut diximus, & multiplicatis in terra hominibus, maris quoque insulæ ac ceteræ regiones similiter habitari cœperunt.

Τίς οὖν πρὸς ταῦτα ἴσχυσε τῶν καλουμένων σοφῶν, καὶ ποιητῶν, ἢ ἱστοριογράφων τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, πολὺ μεταγενεστέρων αὐτῶν γεγενημένων, καὶ πληθὺν θεῶν εἰσαγαγόντων, οἵτινες μετὰ τοσαῦτα ἔτη αὐτοὶ C ἐγεννήθησαν τῶν πόλεων, ἔσχατοι καὶ τῶν βασιλέων καὶ ἐθνῶν καὶ πολέμων; ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς μεμνῆσθαι πάντων καὶ τῶν πρὸ κατακλυσμοῦ γεγονότων· περί τε κτίσεως κόσμου, καὶ ποιήσεως ἀνθρώπου, τά τε ἑξῆς συμβάντα ἀκριβῶς ἐξειπεῖν τοὺς παρ' Αἰγυπτίοις προφήτας [3] ἢ Χαλδαίους, τούς τε ἄλλους συγγραφεῖς, εἴπερ θείῳ καὶ καθαρῷ πνεύματι ἐλάλησαν, καὶ τὰ δι' αὐτῶν ῥηθέντα ἀληθῆ ἀνήγγειλαν· καὶ οὐ μόνον τὰ προγενόμενα, ἢ ἐνεστῶτα, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐπερχόμενα τῷ κόσμῳ ἐχρῆν αὐτοὺς προκαταγγεῖλαι. διὸ δείκνυται πάντας τοὺς λοιποὺς πεπλανῆσθαι· μόνους δὲ Χριστιανοὺς τὴν ἀλήθειαν κεχωρηκέναι, οἵτινες ὑπὸ πνεύματος ἁγίου διδασκόμεθα, τοῦ λαλήσαντος ἐν τοῖς ἁγίοις προφήταις, καὶ τὰ πάντα προκαταγ- D γελόντος.

XXXIII. Quis igitur ex iis qui sapientes & poetæ & historici dicuntur, verum in his rebus dicere potuit, cum multo posteriores exstiterint, ac turbam deorum induxerint qui tot annis post urbes geniti fuere, & regibus & gentibus & bellis juniores sunt? Oportebat enim mentionem ab illis omnium fieri, etiam eorum quæ ante diluvium evenerunt: de mundi autem origine ac hominis formatione, iisque rebus quæ postea consequutæ sunt, accurate Ægyptiorum prophetæ & Chaldæi ceterique scriptores differere debuerunt, si quidem divino & puro spiritu loquebantur ac vera nuntiabant. Nec præterita solum aut præsentia, sed ea etiam quæ mundo eventura erant, prænuntiari ab eis oportebat. Ex quo patet ceteris omnibus errorem illusisse, Christianos autem veritatem solos apprehendisse: quippe cum a Spiritu sancto doceamur, qui loquutus est in sanctis prophetis ac omnia prænuntiavit.


Καὶ τὸ λοιπὸν ἔστω σοι φιλοφρόνως ἐρευνᾶν τὰ τοῦ θεοῦ, λέγω δὲ τὰ διὰ τῶν προφητῶν ῥηθέντα, ὅπως συγκρίνας τούτοις [4] ὑπὸ ἡμῶν λεγόμενα, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν λοιπῶν, δυνήσῃ εὑρεῖν τὸ ἀληθές. τὰ μὲν οὖν ὀνόματα τῶν καλουμένων θεῶν, ὅτι παρ' αὐτοῖς ὀνόματα ἀνθρώπων εὑρίσκεται, καθὼς ἐν τοῖς ἐπάνω ἐδηλώσαμεν, ἐξ αὐτῶν τῶν ἱστοριῶν, ὧν συνέγραψαν, [5] ἀπεδείξαμεν. αἱ δὲ εἰκόνες αὐτῶν τὸ καθ' ἡμέραν ἕως τοῦ δεῦρο ἐκτυποῦνται, εἴδωλα, ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων. καὶ τούτοις μὲν λατρεύει τὸ πλῆθος τῶν ματαίων ἀνθρώπων· τὸν δὲ ποιητὴν, καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ τροφέα πάσης πνοῆς ἀθετοῦσι, πειθόμε- E νοι δόγμασι ματαίοις, διὰ πλάνης πατροπαραδότου γνώμης ἀσυνέτου. ὁ μέντοι γε θεὸς καὶ πατὴρ καὶ κτίστης τῶν ὅλων, οὐκ ἐγκατέλιπε τὴν ἀνθρωπότητα, ἀλλὰ ἔδωκεν νόμον, καὶ ἔπεμψε προφήτας ἁγίους, πρὸς τὸ καταγγεῖλαι καὶ [a] δεῖξαι τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, εἰς τὸ ἕνα ἕκαστον ἡμῶν ἀνανῆψαι καὶ ἐπιγνῶναι, ὅτι

XXXIV. Ceterum auctor tibi sum, res divinas, id est ea quæ a prophetis dicta sunt, summo studio scruteris, ut contentione facta & eorum quæ a nobis & eorum quæ a ceteris dicuntur, verum invenire possis. Eorum igitur quos vocant deorum nomina, hominum qui apud eos fuerunt, nomina inveniri, ut supra demonstravimus, ex ipsis historiis quas scripsere, ostenderunt. Hactenus autem eorum imagines quotidie effinguntur, mera simulacra, *opera manuum hominum*. Atque iis quidem cultum adhibet hominum ineptorum multitudo: Creatorem autem & opificem universorum & altorem omnis spiritus flocci faciunt creduli vanis sententiis, & accepto a patribus stultæ opinionis errore decepti. Deus autem & pater & conditor universorum non deseruit humanum genus; sed legem dedit, ac sanctos prophetas misit, qui nuntiarent generi humano & præciperent, ut quisque nostrum expergefactus

1. Ἔπειτα.] Cod. mſ. μετέπειτα.
2. Χυδαίων.] Ita scripsit Cl. Wolfius pro eo quod legebatur in omnibus editis χυδ' ὤν.
3. Ἢ Χαλδαίους.] Cum Clauserus sic reddidisset, *Ægyptiorum aut Chaldæorum vates*, probavit Ducæus Chaldæos nomen esse quod sua sponte artem divinandi designat. Profert vir longe doctissimus in hanc sententiam hæc Clementis verba ex Strom. 1. pag. 223. προέστησαν δὲ τῆς φιλοσοφίας Αἰγυπτίων τε οἱ προφῆται καὶ Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι. Vide Tatianum orat. adv. Græc. n. 1.
4. Τὰ ὑφ' ἡμῶν.] Ita ex codice Bodl. emendavit Wolfius. Editi ὑπὸ ὑμῶν.
5. Ἀπεδείξαμεν.] Vix dici potest quam incommode verbum illud repetatur, cui aliud simile paullo ante occurrit, nempe ἐδηλώσαμεν. At legendo ἀπέδειξαν restituitur sententia.

a Δεῖξαι.] Legendum διδάξαι præcipit Maranus: sicque rescribendum jam antea videbatur Heumanno.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



εἷς ἐστι Θεός· οἳ καὶ ἐδίδαξαν ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῆς ἀθεμίτου εἰδωλολατρείας, καὶ μοιχείας, καὶ φόνου, πορνείας, κλοπῆς, φιλαργυρίας, [1] ὅρκου ψευδοῦς, ὀργῆς, καὶ πάσης ἀσελγείας, καὶ ἀκαθαρσίας· καὶ πάντα ὅσα ἂν μὴ βούλεται ἄνθρωπος ἑαυτῷ γίνεσθαι, ἵνα μηδὲ ἄλλῳ ποιῇ· καὶ οὕτω ὁ δικαιοπραγῶν ἐκφύγῃ τὰς αἰωνίους κολάσεις, καὶ καταξιωθῇ τῆς αἰωνίου ζωῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ.

A unum esse Deum agnosceret. Ab iisdem edocti sumus ut ab infando simulacrorum cultu, ab adulterio, cæde, stupro, furto, avaritia, perjurio, iracundia, lascivia omni & impuritate abstineamus; & quæ sibi quisque fieri nolit, ea alteri ne faciat: sicque justitiæ cultor æterna supplicia effugiat, & vitam æternam a Deo consequatur.

Ὁ μὲν οὖν θεῖος νόμος οὐ μόνον κωλύει τὸ εἰδώλοις προσκυνεῖν· ἀλλὰ καὶ τοῖς στοιχείοις, ἡλίῳ, σελήνῃ ἢ τοῖς λοιποῖς ἄστροις· ἀλλ' οὔτε τῷ οὐρανῷ, οὔτε γῇ, οὔτε θαλάσσῃ, ἢ πηγαῖς, ἢ ποταμοῖς θρησκεύειν, ἀλλ' ἢ μόνῳ τῷ ὄντως Θεῷ, καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων [2] χρὴ λατρεύειν ἐν ὁσιότητι καρδίας, καὶ εἰλικρινεῖ γνώμῃ. διό φησιν ὁ ἅγιος νόμος· οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου. ὁμοίως καὶ οἱ προφῆται. Σολομῶν μὲν οὖν καὶ τὸ διὰ νεύματος μὴ ἁμαρτάνειν διδάσκει ἡμᾶς, λέγων· οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν· τὰ δὲ βλέφαρά σου νευέτω δίκαια. καὶ Μωσῆς δὲ καὶ αὐτὸς προφήτης περὶ μοναρχίας Θεοῦ λέγει· [3] οὗτος ὁ Θεὸς ὑμῶν ὁ στερεῶν τὸν οὐρανὸν, καὶ κτίζων τὴν γῆν, οὗ αἱ χεῖρες κατέδειξαν πᾶσαν τὴν στρατιὰν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ παρέδειξεν ὑμῖν αὐτὰ τοῦ ὀπίσω αὐτῶν πορεύεσθαι. Ἡσαΐας δὲ καὶ αὐτός φησιν· οὕτως λέγει κύριος ὁ Θεὸς, ὁ [4] στερεώσας τὸν οὐρανὸν, καὶ θεμελιώσας τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ὑπ' αὐτῆς, καὶ πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν· οὗτος κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. καὶ πάλιν δι' αὐτοῦ· ἐγὼ, φησὶν, ἐποίησα γῆν, καὶ ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῇ. ἐγὼ τῇ χειρί μου ἐστερέωσα τὸν οὐρανόν. καὶ ἐν ἑτέρῳ κεφαλαίῳ· οὗτος ὁ Θεὸς ὑμῶν ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, οὐ πεινάσει, οὐδὲ κοπιάσει, οὐδ' ἔστιν ἐξερεύνησις τῆς φρονήσεως αὐτοῦ. ὁμοίως καὶ Ἱερεμίας, καί φησιν· ὁ ποιήσας τὴν γῆν ἐπὶ τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, ἀνορθώσας τὴν οἰκουμένην ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, καὶ [5] ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ ἐξέτεινεν τὸν οὐρανὸν, καὶ πλῆθος ὕδατος ἐν οὐρανῷ, καὶ ἀνήγαγε νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησε, καὶ [6] ἐξήγαγεν [a] ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ. ὁρᾷν ἐστι πῶς φίλα καὶ σύμφωνα ἐλάλησαν πάντες οἱ προφῆται, ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ πνεύματι ἐκφωνήσαντες, περί τε μοναρχίας Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, καὶ τῆς ἀνθρώπου ποιήσεως· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὤδιναν, πενθοῦντες τὸ ἄθεον γένος τῶν ἀνθρώπων· καὶ τοὺς δοκοῦντας εἶναι σοφοὺς, διὰ τὴν ἐν αὐτοῖς πλάνην καὶ [7] πώρωσιν τῆς καρδίας, κατῄσχυναν. ὁ μὲν Ἱερεμίας ἔφη· ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως αὐτοῦ· κατῃσχύνθη πᾶς χρυσοχόος ἀπὸ τῶν γλυπτῶν αὐτοῦ· [8] εἰς μάτην ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ· οὐκ ἔστι πνεῦμα ἐν ἑαυτοῖς· ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀπολοῦνται. τὸ αὐτὸ [9] καὶ ὁ Δαυὶδ λέγει· ἐφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός· πάντες ἐξέκλι-

XXXV. Vetat igitur lex divina, non solum simulacra, sed etiam elementa, solem & lunam ac ceteras stellas adorari, aut cælo aut terræ, aut mari aut fontibus, aut fluminibus cultum adhiberi; sed is qui vere Deus est ac omnium conditor, solus sancto pectore & sincero animo co- B lendus. Quamobrem sancta lex ait: [a] *Non mœchaberis: non occides: non furaberis: non falsum testimonium dices: non concupisces uxorem proximi tui*. Similiter & prophetæ. Salomon ne oculorum quidem nutu peccandum esse nos docet his verbis: [b] *Oculi tui recta videant: palpebræ tuæ annuant justa*. Moses qui & ipse propheta exstitit, de singulari Dei imperio sic loquitur: *Hic Deus vester qui firmat cælum & condit terram: cujus manus ostenderunt universam militiam cæli: nec ea vobis monstravit ut post ea abiretis*. Ipse etiam Esaias ait: [c] *Sic dicit Dominus Deus, qui firmavit cælum & fundavit terram & quæ in ea; & dat spirationem populo qui super eam, &* C *spiritum calcantibus eam: hic Dominus Deus vester est*. Et rursus per eumdem: [d] *Ego*, inquit, *feci terram & hominem super eam. Ego manu mea firmavi cælum*. Et in alio capite: [e] *Hic est Deus vester qui construxit extrema terræ: non esuriet, nec fatigabitur; nec est investigatio ejus prudentiæ*. Similiter Jeremias ait: [f] *Qui fecit terram in fortitudine sua: qui erexit orbem in sapientia sua, & in prudentia sua extendit cælum & multitudinem aquæ in cælo, & eduxit nubes ab extremo terræ: fulgura in pluviam fecit, & eduxit ventos de thesauris suis*. Videre est quam amica inter se & consona prophetæ omnes loquuti sint, uno & eodem spiritu de singulari Dei D imperio, mundi origine, & hominis creatione pronuntiantes. Quin etiam intimis sensibus angebantur, cum impium hominum genus lugerent: ac eos qui videbantur esse sapientes, propter eorum errorem & cor induratum ignominia notaverunt. Jeremias quidem sic loquitur: [g] *Infatuatus est omnis homo a scientia sua: pudore suffusus est omnis opifex ob sculptilia sua: frustra argentarius faber argentum fabricatur: non est spiritus in eis: in die visitationis suæ interibunt*. Idem dicit David: [h] *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum*,

a Exod. xx. 14. b Prov. iv. 25. c Esa. xlii. 5. d Ibid. xlv. 12. e Ibid. xl. 28.
f Jer. x. 12. 13. li. 15. 16. g Jer. x. 14. 15. li. 17. 18. h Psalm. xiii. 1. 3.

1. Ὅρκου ψευδοῦς.] Aliæ editiones, ὅρκου, ψεύδους. Infra n. xxxvii. περὶ ἀδίκου ὅρκου.
2. Χρὴ λατρεύειν.] Displicet verbum illud χρὴ, quod aut expungendum videtur, aut legendum ἀλλὰ μόνῳ.
3. Οὗτος ὁ Θεὸς ὑμῶν.] Videtur Theophilus sensum magis quam verba Mosis referre. Ac creatio quidem plurimis in locis docetur. Astrorum cultus prohibetur Deuter. iv. 19. & xvii. 3. quæ loca a Fello, Ducæo, & Wolfio indicata.
4. Στερεώσας.] Bibl. ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ στερεώσας τὴν γῆν. Mox leg. ἐπ' αὐτῆς.
5. Ἐν τῇ φρονήσει.] Deest præpositio in Bibliis. Paullo E ante posui ἀνορθώσας, ut habetur in Bibliis, pro eo quod editi nostri habebant ἀνορθῶσαι. Lez. ὅς καί φησιν.
6. Ἐξήγαγεν ἀνέμους.] In Bibliis ἐξήγαγε φῶς.
7. Πώρωσιν.] Ita cod. ms. & editiones Tigur. & Hamb. Aliæ πήρωσιν. Cl. Wolfius monet Theophilum respicere ad Ephes. iv. 18. Vid. lib. i. n. vii.
8. Εἰς μάτην ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ.] Pro his vocibus habemus in Bibliis ὅτι ψευδῆ ἐχώνευσεν: sed hæc, ut observat Cl. Wolfius, desumta ex ejusdem Jeremiæ vi. 29.
9. Καὶ ὁ Δαυίδ.] Conjunctionem, quæ deerat in editis, suppeditavit codex ms. ex quo etiam desumta præpositio ante ἐπιτηδεύμασιν.

a Ἀνέμους.] Ita quoque legebat Theodoretus opp. tom. II. pag. 180. Sic & edit. Complut. Lectio vero φῶς occurrit in Bibliis polyglott. Antuerp. *Jerem.* li. 16., ubi Capitis x. commata 12. 13. 14. 15. 16. repetita leguntur, ut in Vulgata. Unde conjicio vocem ἀνέμους hausisse Trommium in suis Concordantiis Bibliorum lxx. ad *Jerem.* x. 12. nam in hodierna lxx. virali versione h. l. non exstat.

νου, ἅμα ἠχρειώθησαν. ὁμοίως ϗ Αββακὺμ· τί ὠφελεῖ γλυπτὸν ἄνθρωπον; ὅτι ἔγλυψεν αὐτὸ φαντασίαν ψευδῆ. οὐαὶ τῷ λέγοντι τῷ λίθῳ, ἐξεγέρθητι, καὶ τῷ ξύλῳ, ὑψώθητι. ὁμοίως εἶπον καὶ οἱ λοιποὶ τῆς ἀληθείας προφῆται. καὶ τί μοι τὸ πλῆθος καταλέγειν τῶν προφητῶν πολλῶν ὄντων, καὶ μυρία φίλα καὶ σύμφωνα εἰρηκότων; οἱ γὰρ βουλόμενοι, δύνανται ἐντυχόντες τοῖς δι᾽ αὐτῶν εἰρημένοις ἀκριβῶς γνῶναι τὸ ἀληθὲς, ϗ μὴ [1] παράγεσθαι ὑπὸ διανοίας καὶ ματαιοπονίας. οὗτοι οὖν οὓς προειρήκαμεν προφῆται ἐγένοντο ἐν Εβραίοις, ἀγράμματοι καὶ ποιμένες καὶ ἰδιῶται.

non est usque ad unum: omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt. Similiter Habacuc: [a] *Quid prodest homini sculptile quia sculpsit illud? Formavit illud imaginem falsam: væ qui dicit lapidi, expergiscere, & ligno, elevare.* Similiter loquuti ceteri veritatis prophetæ. Et quid multitudinem prophetarum enumerem, qui & multi fuerunt, & de rebus innumeris amice inter se & consentanee dixerunt? Possunt enim qui volunt, si eorum dicta consulant, veritatem accurate cognoscere, nec cogitationum æstu & operosis nugis abripi. Hi igitur quos prædiximus prophetæ apud Hebræos exstiterunt, illitterati homines & pastores & imperiti.

Σιβύλλα δὲ ἐν Ελλησι, καὶ ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι γενομένη προφῆτις, ἐν ἀρχῇ τῆς προφητείας αὐτῆς ὀνειδίζει τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος λέγουσα·

[2] Ανθρωποι [a] θνητοὶ καὶ σάρκινοι, οὐδὲν ἐόντες,
Πῶς ταχέως ὑψοῦσθε, βίου τέλος οὐκ ἐσορῶντες;
Οὐ τρέμετ᾽, οὐδὲ φοβεῖσθε θεὸν, τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν,
Υψιστον, γνώστην, [3] πανεπόπτην, μάρτυρα πάντων,
Παντοτρόφον, κτίστην, ὅστις γλυκὺ πνεῦμ᾽ ἐν ἅπασι
Κάτθετο, χ᾽ ἡγητῆρα βροτῶν πάντων ἐποίησεν,
Εἷς θεός ὃς μόνος [4] ἄρχει, ὑπερμεγέθης, ἀγένητος,
Παντοκράτωρ, ἀόρατος, ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα,
Αὐτὸς δ᾽ οὐ βλέπεται θνητῆς ὑπὸ σαρκὸς ἁπάσης.
[5] Τίς γὰρ σὰρξ δύναται τὸν ἐπουράνιον ϗ ἀληθῆ
Οφθαλμοῖσιν ἰδεῖν θεὸν ἄμβροτον, ὃς πόλον οἰκεῖ;
Αλλ᾽ οὐδ᾽ ἀκτίνων κατεναντίον ἠελίοιο
Ανθρωποι στῆναι [6] δυνατοὶ, θνητοὶ γεγαῶτες
Ανδρες, [7] ἐν ὀστέεσσι φλέβες καὶ σάρκες ἐόντες.
Αὐτὸν τὸν μόνον ὄντα σέβεσθ᾽ ἡγήτορα κόσμου,
Ος μόνος εἰς αἰῶνα καὶ ἐξ αἰῶνος [8] ἐτέχθη,
Αὐτογενὴς, ἀγένητος, ἅπαντα κρατῶν [9] διαπαντὸς,
Πᾶσι βροτοῖσιν [10] ἐνῶν τὸ κριτήριον [11] ἐν φαϊ κοινῷ.
Τῆς κακοβουλοσύνης δὲ τὸν ἄξιον ἕξετε μισθὸν,
Οτι θεὸν προλιπόντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε
Δοξάζειν, αὐτῷ τε θύειν ἱερὰς ἑκατόμβας,
Δαίμοσι τὰς θυσίας ἐποιήσατε, τοῖσιν [12] ἐν ᾅδῃ.

XXXVI. Sibylla autem, quæ apud Græcos & ceteras gentes vates exstitit, sic initio prophetiæ suæ in humanum genus invehitur:

Homines mortales & carnei, qui nihil estis,
Quomodo cito efferimini, vitæ finem non respicientes?
Non tremitis, nec timetis Deum inspectorem vestrum,
Altissimum, cognitorem, omnium speculatorem, testem omnium,
Nutritorem omnium, creatorem, qui dulcem spiritum in omnibus
Posuit, & ducem mortalium omnium constituit?
Unus Deus, qui solus imperat, magnitudinem excedens, ingenitus,
Omnipotens, invisibilis, videns solus ipse omnia,
Ipse autem non videtur ab ulla carne mortali.
Quæ enim caro potest cælestem & verum
Oculis videre Deum immortalem, qui cælum habitat?
Sed ne ex adverso quidem radiorum solis
Stare homines possunt, mortales geniti
Viri, qui in pectoribus venæ & carnes sunt.
Hunc solum exsistentem colite ducem mundi,
Qui solus in sæculum & ex sæculo fuit,
Ex se genitus, ingenitus, omnia tenens semper,
Omnibus hominibus judicium describens in luce communi.
Mali consilii dignam habebitis mercedem,
Quia Deum omittentes verum & æternum
Celebrare, ipsique immolare sacras hecatombas,
Dæmonibus sacrificastis, iis qui in inferno.

a Hab. II. 18. 19.

1. Παράγεσθαι.] Ita cod. mſ. & editiones Oxon. & Hamb. Aliæ vitiose παραγενέσθαι. Hoc tamen verbum defendit Cl. Wolfius, & hunc sensum affert: *Qui legerit prophetarum scripta, is intelliget verum & (eadem scilicet opera intelliget) ea non ab ingeniis hominum & vana opera profecta esse.* Non videtur probabilis hæc interpretatio.

2. Ανθρωποι.] Primus hic versus citatur a Clemente Alex. Strom. pag. 432. WOLFIUS.

3. Πανεπόπτην.] Ita Gallæus. Editi nostri πανόπτην excepta tamen edit. Tigurina, quæ habet πανεπόπτην, quod etiam in mſ. Bodl. legitur.

4. Αρχει.] Legitur apud Justinum & Lactantium lib. 1. cap. 6. ἐστιν, atque ita editiones Oxon. & Hamb. Sed tamen contendit eruditus Wolfius retinendum esse ἄρχει, ac Opsopœum citat, quo teste codices mſs. Lactantii habent ἀρχὴ, librariorum incuria, pro ἄρχει. Sed si codices mſs. Lactantii habent ἀρχὴ, nolim hanc scripturam in librariorum incuriam rejicere, eique præferre verbum ἄρχει. Nam de Deo non incommode dici potest, ὃς μόνος ἀρχὴ *solus est principium.*

5. Τίς γὰρ σὰρξ.] Hi quatuor versus citantur a Clemente Alex. Protrept. pag. 47. & Strom. 5. pag. 601. & Euseb. Præp. lib. 13. ut eruditi viri Fellus & Wolfius monuerunt.

6. Δυνατοί.] Ita & versus Sibyllini & Clemens locis citatis & editiones Oxon. & Hamb. Aliæ δύνανται.

7. Εν ὀστέεσσι.] Ita Wolfius, melius quam editio Oxoniensis ἐν ὀστέοις, aut aliæ ἐνὸς τέσσι. Sed legendum ἐν στήθεσσι, *in pectoribus*, non vero *in ossibus*.

8. Ετέχθη.] Legitur ἔτυχεν apud Lactantium loco jam citato. Legitur ἐτύχθη in versibus Sibyllinis ex conjectura Turnebi. Sed observat Wolfius hujus formæ ἐτύχθη a τυγχάνω vix dari posse exemplum. De Deo sane non belle dicitur, ἐτέχθη, sed id eodem sensu accipiendum, quo sequens αὐτογενής. Hinc etiam apud Justinum Cohort. num. 11. hunc versum habemus ab oraculo quodam, ut erat opinio, pronuntiatum, αὐτογένητον ἄνακτα σεβαζόμενοι θεὸν αὐτόν.

9. Διαπαντός.] Opsopœus pro his vocibus legendum putat ἀτρέπτως.


10. Ενῶν τὸ κριτήριον.] Legendum videtur νέμων τὸ κριτήριον.

11. Εν φαϊ.] Ita cod. mſ. & editiones Oxon. & Hamb. Quamquam Wolfius existimat retineri posse ἐν φαει, ut habent aliæ editiones: suspicatur enim veteres in hac diphthongo ει corripienda idem sibi licentiæ sumsisse ac in diphthongis αι, οι.

12. Εν ᾅδῃ.] Editiones Oxon. & Hamb. ἐν ᾅδου.

a Ανθρωποι κ. τ. λ.] Sequentes versus 84. *Sibyllinorum* prooemium conficiunt, eosque superius recensuimus: ut proinde heic intactos relinquamus, licet in omnibus Theophili editionibus minus emendati efferantur. Si res tanti est, editionem nostram adeat lector, tom. I. hujus *Biblioth.* pag. 335. seq.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



Τύφῳ καὶ μανίῃ δὲ βαδίζετε, καὶ τρίβον ὀρθὴν A
Εὐθεῖαν προλιπόντες, ἀπήλθετε [1] τὴν δι᾽ ἀκανθῶν
Καὶ σκολόπων· τί πλανᾶσθε; βροτοὶ παύσασθε μάταιοι
Ῥεμβόμενοι σκοτίῃ, καὶ ἀφεγγεῖ νυκτὶ μελαίνῃ·
Καὶ λίπετε σκοτίην νυκτὸς, φωτὸς δὲ λάβεσθε.
Οὗτος ἰδοὺ πάντεσσι σαφὴς, ἀπλάνητος ὑπάρχει.
Ἔλθετε, μὴ σκοτίην δὲ διώκετε, καὶ γνόφον αἰεί,
Ἠελίου γλυκυδερκὲς ἰδοὺ φάος ἔξοχα λάμπει.
Γνῶτε δὲ [2] κατθέμενον σοφίην ἐν στήθεσιν ὑμῶν·
Εἷς Θεός ἐστι, βροχὰς, ἀνέμους, σεισμοὺς ἐπιπέμπων, B
Ἀστεροπὰς, λιμοὺς, λοιμοὺς, καὶ κήδεα λυγρὰ,
Καὶ νιφετοὺς, [3] κρύσταλλα. τί δὴ καθ᾽ ἓν ἐξαγορεύω;
Οὐρανοῦ ἡγεῖται, γαίης κρατεῖ, [4] αὐτὸς ὑπάρχει.
καὶ πρὸς τοὺς γεννητοὺς λεγομένους ἔφη·
Εἰ δὲ γεννητὸν ὅλως καὶ φθείρεται, οὐ δύναται ἀνδρὸς
Ἐκ μηρῶν, μήτρας τε Θεὸς τετυπωμένος εἶναι.
Ἀλλὰ Θεὸς μόνος εἷς, πανυπέρτατος, ὃς πεποίηκεν
Οὐρανὸν, ἠέλιόν τε, καὶ ἀστέρας, ἠδὲ σελήνην
Καρποφόρον γαῖάν τε, καὶ ὕδατος οἴδματα πόντου,
Οὔρεά θ᾽ [5] ὑψήεντα, κ᾽ ἀέναα χεύματα πηγῶν·
Τῶν τ᾽ ἐνύδρων πάλι γεννᾷ ἀνήριθμον πολὺ πλῆθος· C
Ἑρπετὰ δὲ [6] γαίης κινούμενα [7] ψυχροτροφεῖς τε,
Ποικίλα τε κτηνῶν λιγυροθρόα, τραυλίζοντα,
Ξουθὰ, [8] λιγυρόφωνα, ταράσσοντ᾽ ἀέρα ταρσοῖς·
Ἐν δὲ νάπαις ὀρέων ἀγρίαν γένναν θέτο θηρῶν·
Ἡμῖν τε κτήνη [9] ὑπέταξεν πάντα βροτοῖσιν·
Πάντων δ᾽ ἡγήτηρα κατέστησεν θεότευκτον,
Ἀνδρὶ δ᾽ [10] ὑπαὶ τάξεν παμποίκιλα κ᾽ [11] οὐ καταληπτά.
Τίς γὰρ σὰρξ δύναται θνητῶν γνῶναι τάδ᾽ ἅπαντα; D
Ἀλλ᾽ αὐτὸς μόνος οἶδεν ὁ ποιήσας τάδ᾽ ἀπ᾽ ἀρχῆς,
Ἄφθαρτος, κτιστὴς, αἰώνιος, [12] αἰθέρα ναίων·
Τοῖς ἀγαθοῖς ἀγαθὸν προφέρων πολὺ πλείονα μισθόν·
Τοῖς δὲ κακοῖς, ἀδίκοις τε, χόλον καὶ θυμὸν ἐγείρων,
Καὶ πόλεμον, καὶ λοιμὸν, [13] ἢ ἄλγεα δακρυόεντα.
Ἄνθρωποι τί μάτην ὑψούμενοι [14] ἐκριζοῦσθε;
Αἰσχύνθητε γαλᾶς καὶ κνώδαλα θειοποιοῦντες.

Superbia & furore perciti inceditis, & callem rectum
Deserentes abiistis per spinas
Ac per fossas: quid erratis? Mortales desinite vani
Errare in tenebris, & obscura nocte nigraque:
Relinquite tenebras noctis, & lucem prehendite.
Ecce hic omnibus conspicuus & erroris expers.
Venite, nec tenebras sequimini & caliginem semper:
Solis dulce visu ecce lumen egregie splendet.
Cognoscite, ponentes sapientiam in pectoribus vestris:
Unus Deus est, imbres, ventos, terræ motus immittens,
Fulgura, fames, pestes & luctus tristes,
Et nives & glaciem. Et quid singula commemoro?
Cælum gubernat, terram tenet, ipse exsistit.
Et in eos qui geniti dicuntur, sic loquuta est:
Si genitum omnino corrumpitur, non potest hominis
Ex lumbis & matrice Deus formatus esse.
Sed Deus solus, unus, excelsissimus, qui fecit
Cælum & solem & astra & lunam,
Fertilem terram & marinas ponti procellas,
Montes excelsos, & perennes scaturigines fontium:
Etiam aquatilium generat innumerabilem multitudinem,
Et reptilia, quæ in terra moventur & in humidis locis nutrit.
Varia etiam animalia, suaviter resonantia & balbutientia,
Pulcra, alis dulce crepantia, & aerem pennis turbantia;
In saltibus autem montium silvestre genus posuit ferarum:
Nobis jumenta subjecit omnia mortalibus:
Omniumque ducem constituit a se conditum,
Viroque subjecit admodum varia & innumerabilia.
Nam quæ mortalium caro hæc omnia cognoscere potest?
Sed ipse solus novit qui fecit hæc ab initio,
Incorruptus, creator, æternus, æthera inhabitans,
Bonis bonam proferens & multiplicem mercedem,
In malos autem & injustos iram & furorem excitans,
Et bellum & pestem & dolores lacrymosos.
Homines quid frustra erecti radicitus peritis?
Pudeat vos feles & animalia insecta in deos referre;

1. Τὴν δι᾽ ἀκανθῶν καὶ σκολόπων. τί πλανᾶσθε;] Sic emendavimus ope Clementis Alex. Protrept. pag. 17. quod vitiose in editis nostris legebatur, καὶ δι᾽ ἀκανθῶν καὶ σκολόπων ἐπλανᾶσθε. Mox apud eumdem βροτέων.

2. Κατθέμενον.] Male in editionibus Parisiensibus anni 1615. & 1636. καθέμενοι. Sic etiam apud Gallæum.

3. Κρύσταλλα. τί δή.] Ita recte noster pro quo Clemens Protrept. p. 50. κρύσταλλά τε, τί. WOLFIUS.

4. Αὐτὸς ὑπάρχει.] Legendum esse ἀΐδος ἄρχει, *imperat orco*, merito contendit Eustathius Swartius in Analectis p. 31. IDEM.

5. Ὑψήεντα.] In Orac. Sibyl. ὑλήεντα ex conjectura Opsopœi, qui erratum in notis, & vocem ὑψήεντα agnovit non multo post occurrere. WOLFIUS.

6. Γαίης.] Turnebus legendum putat δ᾽ ἐκ γαίης. Auratus σ᾽ ἐν γαίῃ. Editio Hamb. δ᾽ ἐν γαίῃ.

7. Ψυχροτροφεῖς τε.] Edit. Hamb. & Oxon. ψυχροτροφεῦ τε.

8. Λιγυρόφωνα.] Cod. ms. λιγυροπτρόφωνα. Edit. Tigur. E λιγυροπτερόφωνα. Gallæus λιγυπτερόφωνα, quod melius videtur.

9. Ὑπέταξεν.] Ita Ducæus & Wolfius. Aliæ editiones ὑπέταξαν.

10. Ὑπαὶ τάξεν.] Ita Wolfius pro ὑπαιτάξεν quod est in edit. Oxon. Aliæ editiones ὑπέταξεν.

11. Οὐ καταληπτά.] Ita Wolfius pro eo quod habent aliæ editiones εὐκατάληπτα, *captu facilia*. Emendationem suam confirmat vir eruditus ex versu sequenti, τίς γὰρ σὰρξ δύναται.

12. Αἰθέρα.] Mallet Wolfius αἰθέρι: sic enim solet Homerus. Legitur αἰθέρα in omnibus editionibus & apud Lactantium lib. de ira Dei cap. 22. ubi hic versus occurrit cum duobus sequentibus.

13. Ἢ ἄλγεα,] Ita cod. Bodl. & editio Tigurina. Habent aliæ δ᾽ ἄλγεα. Gallæus ἠδ᾽ ἄλγεα. Satis similis est hic versus ei quem Justinus lib. de Monarch. & alii attribuunt Orpheo, καὶ πόλεμον κρυόεντα καὶ ἄλγεα δακρυόεντα.

14. Ἐκριζοῦσθε.] Gallæus ἐκροιζεῖσθε.

A Οὐ μανίη καὶ λύσσα φρενῶν, καὶ [1] ἐπώσια βάρη;
[2] Εἰ λοπάδας κλέπτουσι θεοὶ, συλῶσι δὲ χύτρας;
Αντὶ δὲ χρυσήεντα πόλον [3] κατὰ πίονα ναίειν
Σητόβρωτα δέδορκε, πυκναῖς δ' ἀράχναις [4] δεδίασται.
Προσκυνέοντες ὄφεις, κύνας, αἰλέρυς ἀνόητοι,
Καὶ πετεινὰ σέβεσθε, καὶ ἑρπετὰ θηρία γαίης,
Καὶ λίθινα ξόανα, κ' ἀγάλματα χειροποίητα,
Κ' ἐν παρόδοις λίθων [5] συγχώματα· ταῦτα σέβεσθε,
Αλλά τε πολλὰ μάταια, ἃ δὴ κ' αἰσχρὸν ἀγορεύειν.
B [6] Καί γε θεοὶ μερόπων δολοήτορες εἰσὶν ἀβέλων,
Τῶν δὴ κ' ἐκ στόματος [7] χεῖται θανατηφόρος ἰός.
[8] Οὐδ' ἔστι ζωή τε, καὶ ἄφθιτον ἀέναον φῶς,
Καὶ μέλιτος [9] γλυκερᾶ γλυκερώτερον ἀνδράσι χάρμα,
[10] Εκπροχέη· τῷ δὴ μόνῳ αὐχένα κάμπτε,
Καὶ τρίβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλινοῖ.
Ταῦτα λιπόντες ἅπαντα, δίκης μεστόν τε κύπελλον
Ζωρότερον, στιβαρὸν, βεβαρημένον, [11] εὖ μάλα ἄκρητον
Εἱλκύσατ' ἀφροσύνῃσι μεμηνότι πνεύματι πάντες,
Καὶ οὐ θέλετ' ἐκνῆψαι, καὶ σώφρονα πρὸς νόον ἐλθεῖν,
C Καὶ γνῶναι βασιλῆα θεὸν, τὸν πάντ' ἐφορῶντα.
Τοὔνεκεν αἰθομένοιο πυρὸς σέλας ἔρχετ' ἐφ' ὑμᾶς,
Λαμπάσι καυθήσεσθε δι' αἰῶνος, τὸ πανῆμαρ,
Ψευδέσιν αἰσχυνθέντες ἐπ' εἰδώλοισιν ἀχρήστοις.
[12] Οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες ἀληθινὸν, ἀέναόν τε,
Ζωὴν κληρονομήσουσ' αἰῶνος τὸν χρόνον, αὐτοὶ
Οἰκοῦντες παραδείσου ὁμῶς ἐριθηλέα κῆπον,
Δαινύμενοι γλυκὺν ἄρτον ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος.
ὅτι μὲν οὖν ταῦτα ἀληθῆ, κ' ὠφέλιμα, κ' δίκαια, κ' προσφιλῆ πᾶσιν ἀνθρώποις τυγχάνει, δῆλόν ἐστιν.

Nonne id furor est & rabies animorum & stulta onera?
Lances furantur dii, ollasque diripiunt?
Et cum auratum cælum & pingue colere deberent,
Vermibus exesa respiciunt, & araneis prætexta!
Adoratis serpentes, canes, feles, insani,
Volucres quoque colitis & reptilia animalia terræ,
Et lapideas statuas, & simulacra manu facta,
Et in viis lapidum acervos. Hæc adoratis,
Et vana alia multa, quæ vel appellare turpe est:
Sunt enim hi dii hominum deceptores stultorum:
Horum ex ore funditur lethale venenum.
Cujus autem vita est & incorruptum ac sempiternum lumen,
Quique dulci melle dulciorem hominibus lætitiam
Fundit, huic soli oportet cervicem flectere,
Et viam in piis sæculis inclinare.
Hæc omnia relinquentes, justitiæ plenum poculum,
Purum, forte, pressum, non temperatum
Traxistis imprudentia & amenti spiritu omnes,
Nec vultis evigilare & ad prudentem mentem converti,
Et cognoscere Deum regem, omnia inspicientem.
Quapropter ardentis ignis fulgor venit ad vos;
Flammis comburemini in sæculum quotidie,
Pudore suffusi ob falsa & inutilia simulacra.
Qui autem Deum colunt verum & æternum,
Vitam hereditate accipient in æternum tempus,
Inhabitantes paradisi simul amœnum hortum,
Edentes dulcem panem a stellato cælo.
Hæc igitur vera & utilia & justa & amica omnibus hominibus esse perspicuum est.

Καὶ ὅτι οἱ κακῶς δράσαντες ἀναγκαίως ἔχουσιν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων κολασθῆναι, ἤδη δὲ καὶ τῶν ποιητῶν τινὲς [13] ὡς περὶ λόγια ἑαυτοῖς ἐξεῖποντο, καὶ εἰς μαρτύριον τοῖς τὰ ἄδικα πράσσουσιν, λέγοντες ὅτι μέλλουσι κολάζεσθαι. Αἰσχύλος [a] ἔφη·

Δράσαντι γάρ τοι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

Πίνδαρος [b] δὲ κ' αὐτὸς ἔφη·

Επεὶ ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν ἔοικεν.

XXXVII. Quod autem qui male fecerint, necesse habent pro meritis actionum puniri, id jam D & poetarum nonnulli futurum veluti quodam oraculo pronuntiarunt, tum in seipsos, tum in eos qui inique faciunt, testimonium dicentes. Æschylus dixit:

Qui namque fecit, debitum illi etiam pati.

Ipse etiam Pindarus ait:

Namque facientem aliquid æquum est & pati.

1. Επώσια βάρη.] Ita editio Oxon. & in margine Tigurina, quæ in textu habet, itidem ut codex ms. ἐτήσια φάρη. Turnebus probat ἐπώσια βάρη, sed alias proponit conjecturas, nempe ἐπώσια φάρη vel ὕβρις τ' ἀφόρητος. Auratus legit κ' αἴσθησις ἀφαυρή.

2. Εἰ λοπάδας.] Ita Wolfius post Turnebum & Auratum. Editi nostri εἰλοπόδας, boves, in quo illud etiam occurrebat vitii, quod scribendum fuisset εἰλιπόδας. Lances cum ollis & cum diis felibus quadrant.

3. Κατὰ πίονα ναίειν.] Ita editiones Oxon. & Hamb. Aliæ καὶ πίονα ναίειν. Auratus legendum putat ἀντὶ δὲ χρυσείοιο πόλου κατὰ πίονα νηόν.

4. Δεδίασται.] Oxon. & Parisienses anni 1615. & 1636. δεδίασται. Turnebus legit δεδαίσται, quod melius videtur.

5. Συγχώματα.] Cod. ms. συγχώσματα. Observat eruditus Wolfius post Opsopœum & Fellum, lapidum acervos Mercurio sacros heic designari, quos Græci ἑρμακας vocant.

6. Καί γε θεοί.] Ita Ducæus pro καὶ γάρ, quod legitur in editionibus Paris. Tigur. & in cod. ms. Habent Oxoniensis & Hamburgensis, ut in Orac. Sibyl. ex conjectura Turnebi, εἰσὶ θεοὶ μερόπων δολοήτορες ἀβέλων.

7. Χεῖται.] Ita Wolfius & Oracula Sibyllina, melius multo quam aliæ editiones κεῖται.

8. Οὐδ' ἔστι.] Legendum videtur οὗ δ' ἔστι.

9. Γλυκερᾶ.] Hanc vocem quæ deerat in editis nostris, Fellus & Wolfius ex Orac. Sibyl. desumserunt.

10. Εκπροχέη.] Hunc versum & sequentem sic libenter E emendaverim: ἐκπροχέει, αὐτῷ δὲ μόνῳ τόν γ' αὐχένα κάμπτε, Καὶ τρίβον αἰώνεσσιν ἐν εὐσεβέεσσ' ἀνακλίνοις. Gallæus: ἐκπροχέει, τῷ δεῖ μόνῳ αὐχένας κάμπτειν. Fellus: ἐκπροχέει· δεῖ τῷ δὲ μόνῳ τὰς αὐχένας κάμπτειν. Mallet Wolfius σὺ γ' αὐχένα. Iidem habent in versu sequenti ἀνακλίνειν.

11. Εὖ μάλα ἄκρητον... ἀφροσύνῃσι μεμηνότι.] Ita Orac. Sibyll. & Oxon. & Hamb. Aliæ editiones ἐν μάλα κρατοῦντες... ἀφροσύνῃ μεμαηνότι.

12. Οἱ δὲ θεὸν τιμῶντες &c.] Hi tres versus ita emendati sunt a Fello & Wolfio, ut apud Gallæum leguntur & Lactantium lib. 2. cap. 12. nisi quod Lactantius habet παράδεισον in tertio versu. Editi nostri pro τὸ αἰῶνος habebant αἰῶνα, nec vocem ὁμῶς agnoscebant in tertio versu.

13. Ως περὶ λόγια.] Wolfius ὡσπερεὶ λόγια. Editio Tigurina ὥσπερι, quod positum corrupte pro ὡσπερεὶ, ut idem vir eruditus observat.

a Αἰσχύλος ἔφη.] Affert hunc Æschyli versum sub nudo Tragici nomine, Scholiastes Pindari ad Nem. Od. IV. v. 50. pag. 360. edit. Stephani. Legitur quoque apud Stobæum Eclog. Phys. 7. illumque recitat Thomas Stanlejus in Incertis Æschyli. WOLFIUS.

b Πίνδαρος.] Vide Pindarum l. c. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

ὡσαύτως ϰ̀ Εὐριπίδης·
[1] Πάσχων ἀνάσχȣ, δρῶν γὰρ ἔχαιρες·
[2] Νόμος τὸν ἐχθρὸν δρᾷν ὅπȣ λάβῃς κακῶς.
ϰ̀ [a] πάλιν ὁ αὐτός·
Ἐχθρὸν κακῶς δρᾷν ἀνδρὸς ἡγȣ̃μαι μέρος.
ὁμοίως καὶ Ἀρχίλοχος·
Ἓν δὲ ἐπίσαμαι μέγα, [3] τὸν κακῶς
Τὶ δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς.

Καὶ ὅτι ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐφορᾷ, καὶ οὐδὲν αὐτὸν λανθάνει, μακρόθυμος δὲ ὢν [4] ἀνέχεται, ἕως οὗ μέλλει κρίνειν, καὶ περὶ τούτου Διονύσιος εἴρηκεν·
Ὁ τῆς δίκης [b] ὀφθαλμὸς, ὡς δὶ ἡσύχȣ
Λάσσων [5] προσώπῳ, παντὸς ὁμῶς αἰεὶ βλέπει.

ϰ̀ ὅτι μέλλει ἡ τȣ̃ Θεȣ̃ κρίσις γίνεσθαι, ϰ̀ [6] τὰ κακὰ τȣ̀ς πονηρȣ̀ς αἰφνιδίως καταλαμβάνειν, ϰ̀ τȣ̃το Αἰσχύλος ἐσήμανε, λέγων·
[7] Τό τοι κακὸν ποδῶκες ἔρχεται βροτοῖς,
Κεῖτ' ἀμπλάκημα τῷ περῶντι τὴν Θέμιν.
Ὁρᾷς δίκην ἄναυδον, ȣ̓χ ὁρωμένην,
Εὕδοντι, καὶ σείχοντι, ϰ̀ καθημένῳ
Ἐξῆς ὀπαδεῖ δοχμίον, ἄλλοθ' ὕστερον·
Οὐκ ἐγκαλύπτει νὺξ κακῶς εἰργασμένον.
Ὅ, τι δ' ἂν ποιῇς δεινὸν, νόμιζε ὁρᾷν τινά.
τί δ' ȣ̓χὶ ϰ̀ ὁ Σιμωνίδης;
[8] Οὐκ ἔσιν ἀνεπιδόκητον ἀνθρώποις,
Ὀλίγῳ δὲ χρόνῳ πάντα μεταῤῥίπτει Θεός.
πάλιν [c] Εὐριπίδης·
Οὐδέποτ' [9] εὐτυχίαν
Κακȣ̃ ἀνδρὸς, ὑπέρφρονα δ' ὄλβον,
Βέβαιον εἰκάσαι χρεών·
Οὐδὲ [10] ἀδίκων γενεάν.
Ὁ γὰρ ȣ̓δενὸς ἐκφὺς χρόνος
Δείκνυσιν ἀνθρώπων [11] κακότητας.
ἔτι ὁ Εὐριπίδης·
Οὐ γὰρ ἀσύνετον
Τὸ θεῖον, ἀλλ' ἔχει συνιέναι
[12] Κακῶς παγέντας ὅρκȣς ϰ̀ συνηναγκασμένȣς.
ϰ̀ ὁ Σοφοκλῆς·
Εἰ [13] δεινὰ ῥέξας, δεινὰ ϰ̀ παθεῖν σε δεῖ.

Ἤτοι ȣ̓̃ν περὶ ἀδίκȣ ὅρκȣ, ϰ̀ περὶ ἄλλȣ τινὸς πταίσματος, ὅτι μέλλει ὁ Θεὸς ἐξετάζειν, ϰ̀ αὐτοὶ σχεδὸν προειρήκασιν· ἢ καὶ περὶ ἐκπυρώσεως κόσμου, θέλοντές καὶ μὴ θέλοντες, ἀκόλουθα ἐξεῖπον τοῖς

A Similiter & Euripides:
Patere haud iniquus: feceras enim lubens.
Lex est in hostem ut sævias, si ceperis.
Et rursus idem:
Hosti nocere fortis arbitror viri.
Similiter & Archilochus:
Unum esse novi maximum, si quid mali
Inflixerit quis, ignaviter rependere.

Quod autem Deus omnia videt, nec eum quidquam latet, sed cum patiens sit, exspectat dum judicet, ea quoque de re Dionysius dixit:
Justitiæ oculus, etsi videtur leniter
Spectare, semper prospicit tamen omnia.

Futurum autem Dei judicium, ac improbos mala B ex improviso deprehensura, Æschylus significavit his verbis:
Haud tarda gressu hominibus ingruent mala,
Theminque tristis pœna deserentibus.
Invisam & absque voce justitiam vides.
At sive dormis, sive eas, seu sederis,
Obliqua sequitur proxime, interdum eminus:
Nullumque prorsus nox nefas celaverit.
Si prave agas quid, esse qui cernat puta.
An non etiam Simonides?
Haud ulla præter spem accidunt homini mala,
Horæque momento omnia evertit Deus.
Rursus Euripides:
Hominis mali res prosperas
C *Numquam, atque opum superbiam*
Stabiles oportet credere.
Sed nec malorum filios.
Parente nam tempus carens
Demonstrat hominum crimina.
Rursus Euripides:
Non enim Deus
Prudentiæ expers, sed valet pernoscere
Qui prava jurant, quique sponte non sua.
Et Sophocles:
Mala si dedisti, oportet & pati mala.

Cum ergo de iniquo jurejurando & alio quovis peccato inquisiturum Deum, iidem quoque pæne prædixerunt; tum etiam de mundi conflagratione, volentes nolentes consentanea prophetis dixerunt, D

1. Πάσχων ἀνάσχȣ.] Ita Fellus & Wolfius & Barnesius in Incert. Tragœd. Euripid. pag. 513. Editi nostri ἀνάσχȣ πάσχων. Libenter sic legerem.
Πάσχων ἀνάσχȣ· δρῶν γὰρ ἔχαιρες· νόμος
Τὸν ἐχθρόν ἐσι δρᾷν, ὅπȣ λαβῇς, κακῶς.

2. Νόμος.] Ex Euripide mutuatus est eruditus Wolfius quæ ad hunc versum & sequentem emendandum valebant. Erat enim in editis νόμον & ὅπȣ λάβῃ & mox ἐχθρȣ̃.

3. Τὸν κακῶς τὶ ... δεινοῖς.] Ita editio Hamburg. & Oxon. Aliæ τὸν κακῶς δρῶντα δεινῶς.

4. Ἀνέχεται.] Ita editt. Oxon. & Hamb. Aliæ ἀνέχεσθαι.

5. Προσώπῳ.] Legendum προσώπȣ docet Cl. Wolfius. Reliqua, quæ sunt corruptissima sic emendat citatus a Cl. Wolfio Theod. Canterus lib. 1. c. iv. Var. Lect. Tom. 3. Lampadis Criticæ, p. 716. πάνθ' ὅμως ἀεὶ βλέπει.

6. Τὰ κακά.] Sic emendavit Cl. Wolfius quod corrupte legebatur τὰ καπά.

7. Τό τοι κακόν.] Hi versus ita a Fello & Wolfio emendati fuere, ut habentur in Stobæi eclogis περὶ δίκης. Legebatur in editis nostris τὸ κακόν. ϰ̀ τὰ ἀμβλακήματα περῶντι. ἄναυδος ... σίχοντι, καθημένῳ, ὀπάζει ... ἄλλο δέ. Duo postremi versus æque mihi accurati videntur, ac in laudatis editionibus; in quibus legitur οὐδ' ἓν καλύπτει τῶν κακῶν εἰργασμένων· ὅ, τι δ' ἂν ποιεῖς, νόμιζ' ὁρᾷν θεούς τινας. Editi nostri habebant ὅτι ποιῇς.

8. Οὐκ ἔσι.] Observat Cl. Wolfius metri causa legendum esse, ȣ̓κ ἔσ' ἀνεπηδόκητον. Habebant editi nostri ȣ̓κ ἔσι κακόν.

9. Εὐτυχίαν.] Ita Fellus, qui hos versus ita edidit ut habentur apud Euripidem a Barnesio editum: deerat particula in editis nostris ante ὄλβον, in quibus etiam legebatur ἀτυχίαν.

10. Ἀδίκων γενεάν.] Editi nostri habebant ἀδίκως τι νέαν.

11. Κακότητας.] Addunt ἐμοὶ Fellus & Wolfius, quod multo commodius deesse in editis nostris videtur.

12. Κακῶς παγέντας.] Sic legebatur hic versus in editis nostris τȣ̀ς κακῶς πραγέντας καὶ κατηναγκασμένȣς. Fellus & Wolfius scripserunt παγέντας, sed præterea addendum duxi ὅρκȣς. Mox enim patet aliquos versus citatos fuisse, E in quibus mentio facta de ejusmodi sacramentis. Deinde vero ita legimus in Iphigenia in Aulide versu 395. Priorem versum Fellus desumtum putat ex his verbis Euripidis nescio unde desumtis, ȣ̓ γὰρ ἀσυνέτους τοὺς θεοὺς ἡγοίμεθ' ἄν.

13. Εἰ δεινὰ ῥέξας.] Editi ὁ ῥέξας, unde Wolfius proponit ὀρέξας, *si prava desideraveris*. Habent in textu editiones Oxon. & Hamb. εἰ δεινὰ ἔδρασας.

a Καὶ πάλιν ὁ αὐτός.] Hæc Euripidis sententia exstat inter Fragmenta incertarum Tragœdiarum, pag. 513. edit. Barnes. Id.

b Ὁ τῆς δίκης ὀφθ.] Jo. Toup, qui nuper *Emendationes in Suidam* Londini edidit, pag. 103. fontem detexit, unde hi duo versus mire depravati restitui possunt. Scilicet apud Stobæum p. 121. edit. Grot. vetus Poeta, fortasse Theophili Dionysius, hæc habet:
Ὁ τῆς δίκης ὀφθαλμὸς, ὡς δὶ ἡσύχȣ
Λάσσων προσώπȣ, πάνθ' ὅμως ἀεὶ βλέπει.
Ubi tamen V. Cl. cum apud Stobæum, tum heic legendum jubet, ὃς δὶ ἡσύχȣ. Nullus autem dubito quin inde suam emendationem sumserit Canterus a Wolfio laudatus

c Εὐριπίδης.] Versus ejus exstant inter Fragmenta ex *Bellerophonte*, tom. II. p. 461. edit. Barnes. atque apud Stobæum in Eclog. περὶ κακίας. Wolf.

προφήταις, καίπερ πολὺ μεταγενέστεροι γενόμενοι, [1] καὶ κλέψαντες ταῦτα ἐκ νόμου καὶ τῶν προφητῶν.

A quamvis multo juniores natu fuerint, atque ex lege & prophetis hæc suffurati sint.

Καὶ τί γὰρ [2] ἤτε ἔσχατοι, ἢ καὶ πρῶτοι ἐγένοντο; πλὴν ὅτι γοῦν καὶ αὐτοὶ ἀκόλουθα τοῖς προφήταις εἶπον. περὶ μὲν οὖν ἐκπυρώσεως Μαλαχίας ὁ προφήτης προείρηκεν· [a] ἰδοὺ ἡμέρα ἔρχεται κυρίου ὡς κλίβανος καιόμενος, καὶ ἀνάψει πάντας τοὺς ἀσεβεῖς. καὶ Ἡσαΐας· [b] ἥξει γὰρ ὀργὴ θεοῦ ὡς χάλαζα συγκαταφερομένη βίᾳ, καὶ ὡς ὕδωρ σῦρον ἐν φάραγγι. τοίνυν Σίβυλλα, καὶ οἱ λοιποὶ προφῆται, ἀλλὰ μὴν καὶ οἱ ποιηταὶ, καὶ φιλόσοφοι, καὶ δεδηλώκασιν περὶ δικαιοσύνης, καὶ κρίσεως, καὶ κολάσεως· ἔτι μὴν καὶ περὶ προνοίας, [3] φροντίζει ὁ θεὸς οὐ μόνον τῶν ζώντων ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν τεθνεώτων, [4] καίπερ ἄκοντες ἔφασαν· ἠλέγ-B χοντο γὰρ ὑπὸ τῆς ἀληθείας. καὶ τῶν μὲν προφητῶν, Σολομὼν περὶ τῶν τεθνηκότων εἶπεν· [c] ἔσται ἴασις ταῖς σαρξὶ, καὶ ἐπιμέλεια τῶν ὀστέων. τὸ δ' αὐτὸ καὶ Δαυίδ· [d] ἀγαλλιάσεται ὀστέα τεταπεινωμένα. τούτοις ἀκόλουθα εἴρηκεν καὶ Τιμοκλῆς, λέγων·

Τεθνεῶσιν ἔλεος ἐπιεικὴς θεός.

καὶ περὶ πλήθους οὖν θεῶν οἱ συγγραφεῖς εἰπόντες, κατῆλθον εἰς μοναρχίαν, καὶ περὶ ἀπρονοησίας λέγοντες, εἶπον περὶ προνοίας, καὶ περὶ ἀκρισίας φάσκοντες, ὡμολόγησαν ἔσεσθαι κρίσιν, καὶ οἱ μετὰ θάνατον ἀρνούμενοι εἶναι αἴσθησιν, ὡμολόγησαν. Ὅμηρος μὲν οὖν [a] εἰπών·

Ψυχὴ ἠΰτ' ὄνειρος ἀποπταμένη πεπότηται,

C ἐν ἑτέρῳ [b] λέγει·

Ψυχὴ δ' ἐκ ῥεθέων πταμένη, ἄϊδός τε βεβήκει.

καὶ [c] πάλιν·

Θάπτε με, ὅττι τάχιστα πύλας ἀΐδαο περήσω.

τὰ δὲ περὶ τῶν λοιπῶν οὓς ἀνέγνωκας, ἡγοῦμαί σε ἀκριβῶς ἐπίστασθαι ᾧ τρόπῳ εἰρήκασιν. ταῦτα δὲ πάντα συνήσει πᾶς ὁ ζητῶν τὴν σοφίαν τοῦ θεοῦ, καὶ εὐαρεστῶν αὐτῷ διὰ πίστεως καὶ δικαιοσύνης καὶ ἀγαθοεργίας. καὶ γάρ τις εἶπεν προφήτης, ὃν προεγράψαμεν, ὀνόματι Ὠσηέ· [e] τίς σοφὸς καὶ συνήσει ταῦτα; συνετὸς, καὶ γνώσεται; ὅτι εὐθεῖαι αἱ ὁδοὶ τοῦ κυρίου, καὶ δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐταῖς· οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἀσθενήσουσιν ἐν αὐταῖς. χρὴ οὖν τὸν φιλομαθῆ καὶ [5] φιλομαθεῖν [d]. πειράθητι οὖν πυκνότερον συμβά-D λειν, ὅπως καὶ ζώσης ἀκούσας φωνῆς, ἀκριβῶς μάθῃς τἀληθές.

XXXVIII. Sed quid refert utrum posteriores an priores fuerint? Certe consentanea prophetis ipsi quoque dixerunt. De mundi conflagratione Malachias propheta sic prædixit: [a] *Ecce dies Domini venit ut clibanus ardens, & incendet omnes impios*. Et Esaias: [b] *Veniet enim ira Dei ut grando ruens impetu, & ut aqua trahens in convalle*. Sibylla igitur & reliqui prophetæ, sed & poetæ & philosophi & de justitia & judicio & pœnis pronuntiarunt; ac etiam de providentia, Deum nostri curam gerere, non solum viventium, sed B etiam mortuorum, vel inviti dixerunt: vincebantur enim a veritate. Atque ex prophetis quidem Salomon de mortuis sic loquitur: [c] *Erit sanatio carnibus & curatio ossium*. Similiter & David: [d] *Exsultabunt ossa humiliata*. His consentanee Timocles:

Urna repostos respicit clemens Deus.

Qui ergo scriptores deorum multitudinem admiserunt, hi ad monarchiam devenerunt; & qui docuere non esse providentiam Dei, eam admiserunt; & qui judicium negarunt, judicium confessi sunt; & qui sensum post mortem nullum esse asseruerunt, sensum superesse confessi sunt. Homerus igitur cum dixisset:

Anima instar somni avolavit,

C Alibi dicit:

Anima ex membris avolans ad inferos descendit,

Et alibi:

Sepelito me, ut quam primum portas Plutonis transeam.

De ceteris quos legisti, accurate cognitum tibi esse arbitror quomodo disseruerint. Hæc omnia intelliget quisquis sapientiam Dei quærit, eique per fidem & justitiam & bona opera placet. Dixit enim aliquis ex prophetis, quos supra demonstravimus, nomine Osee: [e] *Quis sapiens & intelliget hæc? prudens & cognoscet? quoniam rectæ viæ Domini & justi ambulabunt in eis: impii autem infirmabuntur in eis*. Oportet igitur ut qui D discendi cupidus est, libenter discat: ac proinde da operam ut sæpius congrediaris, ut vivam quoque vocem audiens, verum accurate discas.

a Malach. IV. 1. *b* Esa. XXX. 28, 30. *c* Prov. III. 8. *d* Psalm. L. 8. *e* Osee XIV. 10.

1. Καὶ κλέψαντες.] Mirari videtur Theophilus cur Græci scriptores, dum ex Prophetis multa suffurantur, consentanea Prophetis dixerint. Cur id mirum illi videatur, causam reperiemus apud Tatianum, qui num. 40. profanos scriptores ea corrupisse ait, quæ ex Mosis fontibus hauriebant, quia non grato animo, sed instar furum hauriebant.

2. Ἤτε ἔσχατοι.] Legendum videtur εἴ τε ἔσχατοι.

3. Φροντίζει.] Præmittendum videtur ὅτι.

4. Καίπερ ἄκοντες.] Cl. Wolfius ut hunc locum emendaret, in ipso contextu scripsit ὥσπερ ἅπαντες. Sed legen-E dum potius καίπερ ἄκοντες. Sic enim clara erit & aperta sententia Theophili, qui paullo ante de iisdem profanis scriptoribus dicebat: ἢ καὶ περὶ ἐκπυρώσεως κόσμου, θέλοντες, καὶ μὴ θέλοντες, ἀκόλουθα ἐξεῖπον τοῖς προφήταις.

5. Φιλομαθεῖν.] Legendum conjicit Wolfius πολυμαθεῖν, *libenter discere*, nisi quis pro φιλομαθῆ legendum putet πολυμαθῆ. Videtur enim illi Theophilus hominem discendi studiosum minus commode hortari, ut discendi studiosus sit. Sed hoc vitium in interpretando fugere conatus sum, nec quidquam mutandum puto.


a Εἰπών.] Od. λ. v. 221.

b Ἐν ἑτέρῳ λέγει.] Iliad. π. v. 856. & χ. v. 362.

c Καὶ πάλιν.] Iliad. ψ. v. 71.

d Φιλομαθεῖν.] Scribo φιλομυθεῖν, hoc est, *colloqui libenter*. Statim enim hæc subjicit Theophilus: *Studens ergo frequentius nobiscum sermones conferre, ut viva voce audita veritatem accurate percipias*. Quid si dicam, Theophili nostri animo obversatum fuisse illud Aristotelis *Metaphys.* lib. I. cap. 2. φιλόμυθος ὁ φιλόσοφός πώς ἐστι. Certe eadem est utriusque sententia. Nam & Aristoteles vult, *amatorem eruditionis* debere *amare colloquia*. Scilicet μῦθος non semper significat *fabulam*: immo uti Latini *fabulam* interdum vocant quamvis narrationem, sic etiam Græci μῦθος. Testem produco Isocratem qui in *Archidamo* suo p. 286. edit. Basil. 1594. μυθολογεῖν dicit eo sensu, quo Latini dicunt *rem quampiam copiose exponere & enarrare*. Ac idem verbum eadem notione reperiri in Plutarcho & in ipso Aristotele, non ita pridem me docuerunt viri doctissimi, Hadrianus Relandus *Palæst.* lib. 1. cap. 38. p. 250. & Adolphus Lampius *Prolegom. ad Joann.* lib. I. cap. 5. §. 9. p. 77. HUMANNUS.

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
182.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΘΕΟΦΙΛΟΥ

ΤΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΣ

ΠΡΟΣ

ΑΥΤΟΛΥΚΟΝ

ΒΙΒΛΙΟΝ γ'.

S. P. N. THEOPHILI

ANTIOCHENI

AD

AUTOLYCUM

LIBER III.

ARGUMENTUM.

Quum superiores disputationes obstinatum Autolyci animum haud fregissent, tertia eum adgressione Theophilus expugnare conatur: eo quidem consilio, ut quæ supererat apud Autolycum de veritate religionis Christianæ dubitandi ratio, ex falso credita novitate Scriptorum sacrorum suborta, penitus tolleretur. Declarat igitur S. Pater sibi propositum esse, antiquitatem Scripturarum nostrarum breviter ab origine repetitam ei ante oculos ponere, ut tandem aliquando intelligat, Scriptores quorum admiratione tenebatur, nullius esse pretii.

ΘΕΟΦΙΛΟΣ [1] Αὐτολύκῳ χαίρειν. ἐπειδὴ οἱ συγγραφεῖς βούλονται πληθὺν βίβλων συγγράφειν, πρὸς κενὴν δόξαν, οἱ μὲν περὶ θεῶν, καὶ πολέμων, ἢ χρόνων, τινὲς δὲ καὶ μύθων ἀνωφελῶν, καὶ τῆς λοιπῆς ματαιοπονίας, ἧς ἤσκεις καὶ σὺ ἕως τοῦ δεῦρο, κἀκείνου μὲν τοῦ καμάτου οὐκ ὀκνεῖς ἀνεχόμενος· ἡμῖν δὲ συμβαλὼν, ἔτι λῆρον ἡγῇ τυγχάνειν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, οἰόμενος προσφάτους καὶ νεωτερικὰς εἶναι τὰς παρ' ἡμῖν γραφάς· διὸ δὴ κἀγὼ οὐκ ὀκνήσω ἀνακεφαλαιώσασθαί σοι, παρέχοντος θεοῦ, τὴν ἀρχαιότητα τῶν παρ' ἡμῖν γραμμάτων, ὑπόμνημά σοι ποιούμενος δι' ὀλίγων, ὅπως μὴ ὀκνήσῃς ἐντυγχάνειν αὐτῷ. ἐπιγνῷς δὲ τῶν λοιπῶν [2] συνταξάντων τὴν φλυαρίαν.

Ἐχρῆν γὰρ τοὺς συγγράφοντας αὐτοὺς αὐτόπτας γεγενῆσθαι περὶ ὧν διαβεβαιοῦνται, ἢ ἀκριβῶς μεμαθηκέναι ἀπὸ τῶν τεθεαμένων αὐτά. τρόπῳ γάρ τινι οἱ τὰ ἄδηλα συγγράφοντες ἀέρα δέρουσι. τί γὰρ ὠφέλησεν Ὅμηρον συγγράψαι τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον, καὶ πολλοὺς ἐξαπατῆσαι; ἢ Ἡσίοδον ὁ κατάλογος τῆς θεογονίας τῶν παρ' αὐτῷ θεῶν ὀνομαζομένων; ἢ Ὀρφέα οἱ τριακόσιοι [3] ἑξήκοντα πέντε θεοὶ, οὓς αὐτὸς ἐπὶ τέλει τοῦ βίου ἀθετεῖ, ἐν ταῖς [4] διαθήκαις αὐτοῦ λέ-

A I. Theophilus Autolyco salutem. Quia plurimos libros scriptores componere amant ad inanem gloriam, alii de diis & bellis aut temporibus; alii de fabulis inutilibus ceterisque operosis nugis, quibus tu hactenus addictus libenter hunc perfers laborem, ac post sermones mecum habitos adhuc pro delirio habes doctrinam veritatis, recentes admodum esse litteras nostras existimans: hanc ob caussam nec ego gravabor tibi antiquitatem litterarum nostrarum ab origine & capite repetitam, Deo annuente, exponere, & paucis tibi hoc monimentum conficiam, ut illud perlegere non pigreris, ac ineptias ceterorum scriptorum perspicias.

B II. Eos enim oportebat aut suis oculis ea vidisse de quibus affirmant, aut accurate ab iis qui vidissent, didicisse. Nam qui incerta scribunt, ii quodammodo aerem cædunt. Quid enim Homerum juvit quod bellum Trojanum scripserit ac multos in errorem induxerit? Aut Hesiodum quod eorum quos vocat deorum genealogiæ seriem recensuerit? Aut Orpheum quod trecentos & sexaginta quinque deos numeraverit, quos idem sub exitum vitæ sustulit, in Præceptis suis

1. Θεόφιλος Αὐτολύκῳ χαίρειν.] Hæc desiderantur in codice Regio, in quo titulum hunc habemus. Θεοφίλου πατριάρχου ἕκτου Ἀντιοχείας πρὸς Αὐτόλυκον Ἕλληνα περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως· καὶ ὅτι τὰ θεῖα λόγια τὰ καθ' ἡμᾶς ἀρχαιότερα, καὶ ἀληθέστερά εἰσι τῶν Αἰγυπτιακῶν τε καὶ Ἑλληνικῶν, καὶ πάντων τῶν ἄλλων συγγραφέων. *Theophili Patriarchæ sexti Antiocheni, ad Autolycum Græcum de Christianorum fide; & quod divina nostra oracula antiquiora sint & veriora Ægyptiis, & Græcis & omnibus aliis scriptoribus.*

2. Συνταξάντων.] Cod. Regius ἐπισυνταξάντων.

C 3. Ἑξήκοντα.] Lactantius lib. 1. c. 7. deos 365. ab Orpheo inductos enumerat: sed Justinus in libro de monarchia 360. tantum commemorat.

4. Διαθήκαις.] Ducæus & Wolfius observat hac voce significari præcepta, ut apud Pythagoreos, non vero testamentum, ut Clauserus reddiderat.

γων ἕνα εἶναι Θεόν; τί δὲ ὠφέλησεν Ἄρατον ἡ σφαιρογραφία τοῦ κοσμικοῦ κύκλου, ἢ τοὺς τὰ ὅμοια αὐτῷ εἰπόντας, πλὴν τῆς κατ᾽ ἄνθρωπον δόξης, ἧς οὐδὲ αὐτῆς κατ᾽ ἀξίαν ἔτυχον; τί δὲ καὶ ἀληθὲς εἰρήκασιν; ἢ τί ὠφέλησαν Εὐριπίδην, καὶ Σοφοκλέα, ἢ τοὺς λοιποὺς τραγῳδιογράφους αἱ τραγῳδίαι; ἢ Μένανδρον καὶ Ἀριστοφάνην, καὶ τοὺς λοιποὺς κωμικοὺς αἱ κωμῳδίαι; ἢ Ἡρόδοτον καὶ Θουκυδίδην αἱ ἱστορίαι αὐτῶν; ἢ Πυθαγόραν [1] τὰ ἄδυτα, καὶ Ἡρακλέους στῆλαι; ἢ Διογένην ἡ Κυνικὴ φιλοσοφία; ἢ Ἐπίκουρον τὸ δογματίζειν μὴ εἶναι πρόνοιαν; ἢ Ἐμπεδοκλέα [2] τὸ διδάσκειν ἀθεότητα; ἢ Σωκράτην τὸ ὀμνύειν τὸν κύνα, καὶ τὸν χῆνα, καὶ τὴν πλάτανον, καὶ τὸν κεραυνωθέντα Ἀσκληπιὸν, [3] καὶ τὰ δαιμόνια ἃ ἐπεκαλεῖτο; πρὸς τί δὲ καὶ ἑκὼν ἀπέθνησκεν; τίνα καὶ ὁποῖον μισθὸν μετὰ θάνατον ἀπολαβεῖν ἐλπίζων; τί δὲ ὠφέλησε Πλάτωνα ἡ κατ᾽ αὐτὸν παιδεία; ἢ τοὺς λοιποὺς φιλοσόφους τὰ δόγματα αὐτῶν; ἵνα μὴ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν καταλέγω πολλῶν ὄντων. ταῦτα δὲ φαμὲν εἰς τὸ ἐπιδεῖξαι τὴν ἀνωφελῆ καὶ ἄθεον διάνοιαν αὐτῶν.

A unum esse Deum asserens? Quid Aratus ex sphærographia cycli mundani retulit, aut qui eadem ac ille dixerunt, præter humanam gloriam, quam ne suo quidem merito consequuti sunt? Quid veri dixerunt? Quid Euripidem & Sophoclem ceterosque Tragœdos tragœdiæ juverunt, aut Menandrum & Aristophanem ceterosque Comœdos comœdiæ, aut suæ Herodotum & Thucydidem historiæ? Aut Pythagoram adyta & Herculis columnæ, aut Diogenem Cynica philosophia? Quid Epicuro profuit nullam esse providentiam decernere, aut Empedocli nullum esse Deum docere, aut Socrati per canem jurare & anserem & platanum, & fulmine tactum Æsculapium, & dæmonia quæ ille invocabat? Cur libenti animo mortem oppetiit? B Quam se & qualem post mortem accepturum mercedem sperans? Quid Platonem juvit instituta ab eo disciplina, aut quid alios philosophos, ne magnum eorum numerum recenseam, suæ opiniones juverunt? Hæc autem dicimus, ut eorum inutilem & impiam animi sententiam ostendamus.

Δόξης γὰρ κενῆς καὶ ματαίου πάντες οὗτοι ἐρασθέντες, [4] οὔτε αὐτοὶ τὸ ἀληθὲς ἔγνωσαν, οὔτε μὴν ἄλλους ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν προετρέψαντο. καὶ γὰρ ἃ ἔφασαν, αὐτὰ ἐλέγχει αὐτοὺς, ἢ ἀσύμφωνα εἰρήκασι· καὶ τὰ ἴδια δόγματα οἱ πλείους αὐτῶν κατέλυσαν. οὐ γὰρ ἀλλήλους μόνον ἀνέτρεψαν, ἀλλ᾽ ἤδη τινὲς καὶ τὰ ἑαυτῶν δόγματα ἄκυρα ἐποίησαν, ὥστε ἡ δόξα αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν καὶ μωρίαν ἐχώρησεν. ἀπὸ γὰρ τῶν συνετῶν καταγινώσκονται. ἤτοι γὰρ περὶ θεῶν ἔφασαν [5] αὐτοὶ, ὕστερον ἀθεότητα ἐδίδαξαν· [6] ἢ εἰ καὶ περὶ κόσμου γενέσεως, ἔσχατον αὐτοματισμὸν εἶπον εἶναι τῶν πάντων. ἀλλὰ καὶ περὶ προνοίας λέγοντες, πάλιν ἀπρονόητον εἶναι κόσμον ἐδογμάτισαν. τί δ᾽ οὐχὶ καὶ περὶ σεμνότητος πειρώμενοι γράφειν, ἀσελγείας καὶ πορνείας καὶ μοιχείας [7] ἐδίδαξαν ἐπιτελεῖσθαι, ἔτι μὴν καὶ τὰς στυγητὰς ἀρρητοποιΐας εἰσηγήσαντο. καὶ πρώτους γε τοὺς θεοὺς αὐτῶν κηρύσσουσιν ἐν ἀρρήτοις μίξεσι συγγίνεσθαι, ἔν τε ἀθέσμοις βρώσεσι. τίς γὰρ οὐκ ᾄδει Κρόνον τεκνοφάγον· Δία δὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ τὴν Μῆτιν καταπίνειν, καὶ δεῖπνα μιαρὰ τοῖς θεοῖς ἑτοιμάζειν· ἔνθα καὶ χωλὸν Ἥφαιστόν τινα χαλκέα φασὶ διακονεῖν αὐτοῖς· τήν τε Ἥραν ἰδίαν [8] ἀδελφὴν μὴ μόνον τὸν [9] Δία γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ στό-

III. Hi enim omnes vanæ & inanis gloriæ cupidi, nec verum ipsi viderunt, nec alios ad veritatem excitarunt; ex suis enim ipsorum dictis arguuntur, quatenus pugnantia loquuti sunt, ac sua ipsorum decreta plerique dissolverunt. Neque enim sese invicem solum evertunt, sed jam nonnulli sua ipsorum decreta irrita fecerunt; ita ut eorum gloria in ignominiam & C stultitiam evaserit. Nam condemnantur ab hominibus intelligentia præditis. Vel enim de diis loquuti sunt, ac postea nullum esse Deum docuerunt; vel de mundi origine, ac postremo sua sponte orta esse omnia docuerunt. Quin etiam de providentia disputantes, rursus mundum nulla regi providentia decreverunt. Quid? An non etiam de morum honestate scribere aggressi, flagitia & stupra & adulteria patrare docuerunt, ac detestanda & nefanda scelera induxerunt? Ac deos etiam suos prædicant principes exstitisse in infandis flagitiis sese volutandi, & in detestandis cibis epulandi. Quis enim non canit Saturnum filiorum voratorem, aut Jovem ejus filium Metin absorbentem, & scelerata convivia diis apponentem, in quibus Vulcanum quemdam claudum & fabrum perhibent illis D ministrare; Junonem autem propriam ipsius sororem

1. Τὰ ἄδυτα καὶ Ἡρακλέους στῆλαι.] Testatur Diogenes Laertius Pythagoram, cum in Ægyptum venisset, in adyta inductum fuisse, & de diis in arcano didicisse. Ibidem vidit columnas a Theophilo memoratas, sive Herculis, ut in contextu legimus, sive, ut Thomas Gale ad l. 2. Jamblic. emendandum censet, Mercurii. Celebres sunt Mercurii columnæ, quæ ut est apud Syncellum, in adytis templorum Ægyptiorum repositæ, Pythagoræ & Platoni, teste Jamblicho lib. de Mysteriis, visæ & examinatæ fuerunt. Sed tamen, ut observat doctissimus Fabricius Bibliot. Græc. tom. 1. pag. 74. ipse etiam Hercules arcana quædam & recondita c lumnis ex auro argentoque confuso factis consignaverat, quæ Apollonius Tyanensis investigasse perhibetur apud Philostratum lib. 1. cap. 1. Vid. Fabricium.

2. Τὸ διδάσκειν ἀθεότητα.] Materiam dedit Empedocles huic criminationi, dum, nulla causæ efficientis habita ratione, principia omnium esse decernit quatuor elementa & concordiam atque discordiam.

3. Καὶ τὰ δαιμόνια.] Dæmones a Socrate agnosci Melitus ipse fatebatur. Hoc enim erat crimen, quod Socrates juventutem corrumperet, *deos docens non existim[illegible], quos civitas existimat, sed [illegible]*, [illegible] *διδάσκοντα μὴ νομίζειν οὓς ἡ πόλις νομίζει, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά.* Unde Socrates utitur eo quod concedebat Melitus, ac probat deos a se agnosci; siquidem dæmones qui vel dii sunt vel filii deorum, agnoscat, Apol. Socrat. apud Platonem p. 21. Mox Regius codex *ἑκὼν ἀπέθανε*.

4. Οὔτε αὐτοί.] Ita Regius codex, haud paullo melius quam editi *οὔτε αὐτό*.

5. Αὐτ[illegible].] Præmittendum videtur *καὶ*, vel legendum *αὐτοὶ δὲ*, tumque clara erit sententia. Alii aliter hunc locum emendant. Grabius legit pro *ἤτοι γὰρ*, [illegible], vel *ἤτοι γὰρ οἱ περὶ* [illegible]. Wolfius *ὃ γὰρ, οἱ περὶ θεῶν*, vel *οἱ* τε pro *ἤτοι*. Profert etiam aliam Lacrozii conjecturam legentis, *ἤτοι γὰρ ἃ περὶ θεῶν*.

6. Ἢ εἰ καὶ.] Deest illud *καὶ* in Regio codice, nec tamen delendum videtur. Addit enim orationi aliquid roboris; quippe cum majus quidpiam sit mundi creationem admittere, quam deos agnoscere; quos qui agnoscebant, non idcirco mundum ab eis creatum fatebantur.

7. Ἐδίδαξαν ἐπιτελεῖσθαι.] Incesta flagitia a Stoicis commendari non immerito queritur Theophilus; siquidem ea in rebus indifferentibus numerabant; quod quidem per probrum a S. Joanne Chrysost. objicitur Stoicorum principi, in Orat. in S. Babylam. Tam nefaria doctrina ex eorum principiis consequebatur. Nam, ut ait Chrysippus apud Plutarch. lib. de Repugn. Stoic. p. 1050. *Cum natura c[illegible]munis omnia permeet, necesse est quidquid fit in [illegible] quacumque ejus parte, secundum [illegible].* Unde Plutarchus sic Chrysippum ibidem exagitat: *Horum*, inquit, id est, *adulteriorum, furtorum, [illegible], nihil Chrysippus neque parvum, neque ma[illegible] præter Jovis [illegible] legem, justitiam, p[illegible]; ut jam non præter le[illegible] injuriæ, non [illegible] flagitia.*

8. Ἀδελφήν.] Editi addunt *αὐτῶν*, quod percommode deest in cod. Regio, & [illegible] Hamburg. Paullo ante editi *φασὶν διακονεῖν*. Regius cod. ut in textu.

9. Δία γαμεῖν.] Sic idem Reg. codex pro eo quod vitiose in editis, excepta tamen editione Hamburge[illegible] legebatur *διὰ γάμου*. Chrysippum Origenes lib. 4. in Cels. & Diogenes Laertius in Chrysip. exagitant ob turpem hanc historiam ab eo, omni prorsus abjecto pudore, descriptam, quamvis eum non inficientur hæc ad physiologiam revocasse. Orpheus apud eumdem Laertium in Proœmio vitup[illegible]atur ob hanc turpitu[illegible]

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

ματος ἀνάγκῃ ἀῤῥητοποιεῖν; τὰς τε λοιπὰς περὶ αὐτοῦ πράξεις, ὁπόσας ᾄδουσιν οἱ ποιηταὶ, εἰκὸς ἐπίστασαι. τί μοι λοιπὸν καταλέγειν τὰ περὶ Ποσειδῶνος, καὶ Ἀπόλλωνος, ἢ Διονύσου, καὶ Ἡρακλέους, Ἀθηνᾶς τῆς φιλοκόλπου, καὶ Ἀφροδίτης τῆς ἀναισχυντοῦ, ἀκριβέστερον πεποιηκότων ἡμῶν [1] ἐν ἑτέρῳ τὸν περὶ αὐτῶν λόγον;

cum eo non solum matrimonio conjunctam, sed etiam infanda flagitia ore impuro patrare? Ac cetera Jovis facinora qualia a poetis canuntur, verisimile est a te non ignorari. Quid jam recenseam Neptuni, Apollinis, Bacchi, Herculis, Minervæ sinus amantis, Veneris pudorem projicientis facinora, cum de his accuratius alio in libro disputaverim?

Οὐδὲ γὰρ ἔχρῆν ἡμᾶς ταῦτα ἀνασκευάζειν, εἰ μὴ ὅτι σὲ [2] θεωρῶ νυνὶ διστάζοντα περὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. φρόνιμος γὰρ ὢν, ἡδέως μωρῶν ἀνέχῃ· [3] ἐπείτοι οὐκ ἂν ἐκινήθης ὑπὸ ἀνοήτων ἀνθρώπων κενοῖς λόγοις ἀπάγεσθαι, καὶ φήμῃ πείθεσθαι προκατεσχηκυίῃ, στομάτων ἀθέων ψευδῶς συκοφαντούντων ἡμᾶς, τοὺς θεοσεβεῖς καὶ Χριστιανοὺς καλουμένους, φασκόντων ὡς κοινὰς ἁπάντων οὔσας τὰς γυναῖκας ἡμῶν, καὶ [4] διαφόρῳ μίξει [5] ξυνόντας, ἔτι μὴν καὶ ταῖς ἰδίαις ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι, καὶ τὸ ἀθεώτατον καὶ ὠμότατον, [6] πασῶν σαρκῶν ἀνθρωπίνων ἐφάπτεσθαι ἡμᾶς. ἀλλὰ καὶ ὡς προσφάτου ὄντος τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου, καὶ μηδὲν ἔχειν ἡμᾶς λέγειν εἰς ἀπόδειξιν ἀληθείας, τῆς καθ' ἡμᾶς, καὶ διδασκαλίας· μωρίαν δὲ εἶναι τὸν λόγον ἡμῶν φασίν. ἐγὼ μὲν οὖν θαυμάζω μάλιστα ἐπί σοι, ὃς ἐν μὲν τοῖς λοιποῖς γενόμενος σπουδαῖος καὶ ἐξεταστὴς ἁπάντων πραγμάτων, ἀμελέστερον ἡμῶν ἀκούεις. εἰ γάρ σοι δυνατὸν, καὶ νύκτωρ οὐκ ὤκνεις διατρίβειν ἐν ταῖς βιβλιοθήκαις.

IV. Nam ne hæc quidem a me refelli oportebat, nisi quod te adhuc video circa veritatis doctrinam incertum & dubium. Quamvis enim ipse prudens sis, perfers tamen insanos non invitus. Alioquin non te commovissent homines stulti ut vanis sermonibus abripereris, & rumori inveterato crederes ab impiis linguis sparso, quæ ficta in nos crimina, qui Dei cultores sumus & Christiani vocamur, conferunt, ac communes omnium esse nostras uxores dictitant, nosque promiscuo concubitu uti & cum propriis sororibus misceri, & quod maxime impium & longe crudelissimum est, carnem quamlibet degustare. Addunt etiam recens prodiisse nostram doctrinam, nec quidquam a nobis afferri posse ad veritatem illius demonstrandam, stultitiamque esse institutum nostrum. Equidem te plurimum admiror, qui cum cetera diligens & consideratus sis ac omnium rerum explorator, negligenter nobis aurem accommodes. Nam si fieri posset, ne noctem quidem dubitares in bibliothecis consumere.

Ἐπειδὴ οὖν πολλὰ ἀνέγνως, τί σοι ἔδοξε τὰ Ζήνωνος ἢ τὰ Διογένους, καὶ Κλεάνθους, ὁπόσα περιέχουσιν αἱ βίβλοι αὐτῶν, διδάσκουσαι ἀνθρωποβορείας, πατέρας μὲν ἀπὸ ἰδίων τέκνων [7] ἕψεσθαι καὶ βιβρώσκεσθαι, καὶ εἴ τις οὐ βούλοιτο ἢ μέλος τι τῆς μυσερᾶς τροφῆς [8] ἀποῤῥίψειεν, αὐτὸν κατεσθίεσθαι τὸν μὴ φαγόντα; πρὸς τούτοις ἀθεωτέρα τις φωνὴ εὑρίσκεται, ἡ τοῦ Διογένους, διδάσκοντος τὰ τέκνα τοὺς ἑαυτῶν γονεῖς [9] εἰς θυσίαν ἄγειν, καὶ τούτους κατεσθίειν. τί δ' οὐχὶ καὶ Ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος μυθεύει, τὸν [10] Καμβύσην [a] τὰ τοῦ Ἀρπάγου τέκνα σφάξαντα, καὶ ἑψήσαντα παρατεθεικέναι τῷ πατρὶ βοράν; ἔτι δὲ καὶ παρὰ Ἰνδοῖς μυθεύει κατεσθίεσθαι τοὺς πατέρας ἀπὸ τῶν ἰδίων τέκνων. ὢ τῆς ἀθέου διδασκαλίας τῶν τὰ τοιαῦτα ἀναγραψάντων, μᾶλλον δὲ διδαξάντων· ὢ τῆς ἀσεβείας καὶ ἀθεότητος αὐτῶν· [11] ὢ τῆς διανοίας

V. Quoniam autem multa perlegisti, quid tibi visa sunt illa Zenonis & Diogenis & Cleanthis præcepta, qualia eorum libris continentur, ut humana caro voretur, ac parentes a propriis filiis coquantur & vorentur; ac si quis nolit, aut membrum aliquod infandi illius cibi projiciat, ipse ille comedatur qui non comedit? Hanc impietatem superat vox illa Diogenis docentis ut suos filii parentes in victimæ loco immolent & comedant. Quid? Nonne Cambysem fabulatur historiæ scriptor Herodotus, cum Harpagi filios occidisset, coctos patri epulum apposuisse? Idem etiam apud Indos fabulatur comedi a propriis filiis parentes. O doctrinam impiam talia scribentium vel potius docentium! o impietatem & atheismum! o mentem tam accurate philosophantium ac philosophiam

1. Ἑτέρῳ.] Innuit vero heic noster librum primum ad Autolycum, ubi eodem fere ordine, quo heic, Saturni, Herculis, Bacchi, Apollinis, Veneris nefanda a Gentilibus prodita memorat. WOLFIUS.

2. Θεωρῶ.] Uterque mſ. θεωρῶν.

3. Ἐπείτοι.] Sic uterque cod. & edit. Hamburgensis. Aliæ ἔπειτα.

4. Διαφόρῳ.] Ducæus not. in Athenag. monet legendum esse ἀδιαφόρως. Sic infra n. xv. ἀδιαφόρως ζῆν. WOLFIUS.

5. Ξυνόντας.] Legitur ζῶντας in cod. Bodl. ζῆν τοὺς in Regio.

6. Πασῶν σαρκῶν ἀνθρωπίνων.] Repugnat ut Christianis hoc crimen affictum dicatur. Neque enim omni humana carne vesci, sed infantem ad hunc teterrimum usum occidere ferebantur. Vel ergo delendum illud ἀνθρωπίνων, ita ut Christiani omnem carnem attingere dicantur, ac proinde ne humana quidem abstinere, vel pro πασῶν legendum πάντων, hoc modo, καὶ τὸ ἀθεώτατον καὶ ὠμότατον πάντων. Sic enim infra n. xv. καὶ τὸ ἀθεώτατον πάντων.

7. Ἕψεσθαι.] Ita Ducæus, Oxon. & Hamburg. Uterque codex & Tigur. & editiones Parisienses ὄψεσθαι. Legit Kusterus ὀπτᾶσθαι, ex ὀπτάομαι, asso.

8. Ἀποῤῥίψειεν.] Ita uterque mſ. & Tigur. & Hamb. Aliæ editiones ἀναῤῥίψειεν.

9. Εἰς θυσίαν.] Præpositionem, quæ deerat in editis, suppeditavit Regius codex. Cum Theophilo consentit Laertius in Vitis Diogenis, Zenonis & Chrysippi. Dissentit Juvenalis, si illius commentatores sequamur in his verbis ex Satyra 15. explicandis, *sed Cantaber unde Stoicus antiqui præsertim ætate Metelli?* Loquitur Juvenalis de Vasconibus, qui in extrema obsidionis egestate vitam humanis carnibus produxerant. Laudata verba sic accipiunt commentatores, quasi quærat poeta, quomodo Vascones Stoici esse potuissent, & mortem infando cibo præferre, cum nondum hæc in loca penetrasset Zenonis doctrina, qui moriendum potius existimat, quam de humana carne gustandum. At Theophili & Laertii testimonia dubitare non sinunt, quin Zenonem sale perfundat Juvenalis & Stoicos appellet Cantabros, quia carnem humanam voraverant.

10. Καμβύσην.] Manifestus error. Non enim Cambyses, sed Astyages id commisit. Sed forte memoria effluxit Theophilo; nec necesse est Astyagis nomen in ipso textu reponere, ut Fellus & Wolfius fecerunt.

11. Ὢ τῆς διανοίας.] Frustra Grabius legendum conjicit, ὢ τῆς δ' ἀνοίας.

a Καμβύσην.] In eamdem sententiam Marano præiverat Wesselingius in *Probabil.* cap. XII. p. 99. Sic scribens: „ Peccare heic Antiochenum episcopum in historiæ fidem, „ non est ut moneam. Quisque ex Herodoto edoctus est, „ non Cambysem, sed Astyagem Harpago liberos apposuisse comedendos. Reddi facile Theophilo poterit, & restitutum a viris egregiis est, *Astyagis* nomen. Neque „ ego refragarer, si scripti libri probarent. Nunc secus „ est: præferunt illi constanter *Cambysem*. Quis vero „ præstabit, Theophilum ab errore heic fuisse immunem? „ Aliud agentibus, viris etiam optimis, talia nonnumquam excidunt.

τῶν ὕτως ἀκριβῶς φιλοσοφησάντων, ᾗ φιλοσοφίαν ἐπαγγελλομένων; [1] οἱ γὰρ ταῦτα δογματίσαντες τὸν κόσμον ἀσεβείας ἐνέπλησαν.

A præ se ferentium! Nam qui hæc docuere, mundum impietate repleverunt.

Καὶ γὰρ περὶ ἀθέσμυ πράξεως σχεδὸν πᾶσιν συμπεφώνηκεν, τοῖς [2] περὶ τὸν χορὸν τῆς φιλοσοφίας πεπλανημένοις. ᾗ πρῶτός γε Πλάτων, ὁ δοκῶν ἐν αὐτοῖς σεμνότερον πεφιλοσοφηκέναι, διαῤῥήδην [3] ἐν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τῶν πολιτειῶν ἐπιγραφομένῃ, τρόπῳ τινὶ [4] νομοθετεῖ εἶναι κοινὰς ἁπάντων τὰς γυναῖκας, χρώμενος παραδείγματι [5] τῷ Διός, ᾗ Κρητῶν νομοθέτῃ, [6] ὅπως διὰ προφάσεως παιδοποιΐα πολλὴ γίνηται ἐκ τῶν τοιύτων, ᾗ ὡς δῆθεν τὺς λυπυμένυς διὰ τοιύτων ὁμιλιῶν χρὴ παραμυθεῖσθαι. ([7] Επίκυρος δὲ ᾗ αὐτὸς σὺν τῷ ἀθεότητα διδάσκειν, συμβυλεύει καὶ μητράσι καὶ ἀδελφαῖς συμμίγνυσθαι,) [8] ᾗ πέρα τῶν νόμων τῦτο κωλυόντων. ὁ γὰρ [9] Σολομῶν [a] καὶ περὶ τύτυ σαφῶς ἐνομοθέτησεν, ὅπως ἐκ τῦ γήμαντος οἱ παῖδες νομίμως γίνωνται, πρὸς τὸ μὴ ἐκ μοιχείας τὺς γεννωμένυς εἶναι, ἵνα μὴ τὸν ὐκ ὄντα πατέρα τιμήσῃ τις ὡς πατέρα, ἢ τὸν ὄντως πατέρα ἀτιμάσῃ τις, ἀγνοῶν ὡς μὴ πατέρα. ὁπόσα τε οἱ λοιποὶ νόμοι κωλύυσι Ρωμαίων τε καὶ Ἑλλήνων τὰ τοιαῦτα πράσσεσθαι. πρὸς τί ὖν Επίκυρος καὶ οἱ Στωϊκοὶ δογματίζυσιν ἀδελφοκοιτίας καὶ ἀῤῥενοβασίας ἐπιτελεῖσθαι, ἐξ ὧν διδασκαλιῶν μεστὰς βιβλιοθήκας πεποιήκασιν, εἰς τὸ ἐκ παίδων μανθάνειν τὴν ἄθεσμον κοινωνίαν; καὶ τί μοι λοιπὸν κατατρίβεσθαι περὶ αὐτῶν, ὅπυ γε καὶ περὶ τῶν θεῶν παρ' αὐτοῖς λεγομένων τὰ ὅμοια κατηγγέλκασι;

VI. Nam & de infando scelere pæne inter eos omnes convenit, qui in philosophiæ choro erraverunt. Ac primus quidem Plato, qui præclarius inter eos philosophatus videtur, nominatim in primo de Republica libro, sancit veluti quidam legislator communes esse omnium uxores, auctore utens Jovis filio & Cretensium legislatore (ut per interpositam caussam fecunda proles ex talibus nasceretur; simul quod eos qui labores exantlarent, hujusmodi copulis demulceri oporteret) B quamvis ea res legibus prohiberetur. Nam Solon etiam ea de re legem diserte sancivit, ut ex patre matrimonio conjuncto legitime pueri nascantur, non autem ex adulterio; ne quis in patris loco eum colat qui pater non sit; aut eum qui vere sit, ignominia afficiat, patrem esse ignorans. Epicurus autem, præter quam quod Deum non esse docet, auctor est ut cum matribus & sororibus consuetudo stupri habeatur, ac ejusmodi facinora patrentur, quæcumque reliquis legibus Romanorum & Græcorum prohibentur. Cur igitur Epicurus & Stoici incestos cum sororibus & masculis concubitus docent, qua doctrina bibliothecas impleverunt, ut a teneris infanda flagitia ediscerentur? Sed C quid attinet pluribus circa eos immorari, cum de iis etiam quos appellant diis similia prædicaverint?

Θεὺς γὰρ φήσαντες εἶναι, πάλιν εἰς ὐδὲν αὐτὺς ἡγήσαντο. οἱ μὲν γὰρ ἐξ ἀτόμων αὐτὺς ἔφασαν συνεστάναι· οἱ δὲ αὖ χωρεῖν εἰς ἀτόμυς, καὶ μηδὲν πλεῖον ἀνθρώπων δύνασθαι τὺς θεύς φασι. Πλάτων δὲ θεὺς εἰπὼν εἶναι, ὑλικὺς αὐτὺς βύλεται συνιστᾶν.

VII. Postquam enim deos esse dixerunt, rursus eos ad nihilum redigunt. Alii enim ex atomis eos constare dixerunt; alii vero in atomos abire, nec quidquam amplius quam homines posse. Plato autem postquam deos esse dixit, eosdem ex materia constituere non

1. Οἱ γὰρ ταῦτα.] Sic uterque mſ. Editi ὐ γὰρ ταῦτα. Mox Reg. ἀνέπλησαν.

2. Περὶ τὸν χόρον.] Ita Regius codex & Hamburgensis editio. Aliæ περὶ τὸν χρόνον. Oxon. περὶ τὸν ἄκρον.

3. Ἐν τῇ πρώτῃ.] Quæ heic referuntur a Theophilo non exstant in primo libro de Republica, sed in quinto. Quare Ducæus & Fellus legendum existimant ἐν τῇ πέμπτῃ. D Videtur Theophilum decepisse liber apud Platonem inscriptus, *Minos*, qui libris de Republica, veluti quædam præfatio, præmittitur. Cum autem in hoc libro Minoem ejusque leges Plato magnis laudibus efferat; forte existimavit Theophilus heic quoque matrimonia Platonem ad exemplum Minois constituere.

4. Νομοθετεῖ εἶναι.] Editi νομοθετεῖν χρῆν εἶναι. Primum verbum emendarunt Fellus & Wolfius. Illud χρῆν sustuli auctoritate fretus Regii codicis. Videntur inter se pugnare διαῤῥήδην & τρόπῳ τινὶ, *nominatim* & *quodammodo*. Conciliari poterunt, si illud τρόπῳ τινὶ referamus ad auctoritatem, quam sibi Plato privatus in his legibus constituendis sumebat.

5. Τῷ Διός.] Nullus dubito quin post hanc vocem addendum sit υἱῷ vel ὀαριστῇ, filio vel confabulatori: alioquin enim hiulca prorsus erit verborum constructio. In loco quem citat Theophilus, utrumque titulum Plato tribuit Minoi, fretus Homeri auctoritate. Cur autem Mi- E nos appellatus sit Jovis ὀαριστὴς sic exponit Plato. ἐφοίτα ὖν δι' ἐννάτυ ἔτυς εἰς τὸ τῦ Διὸς ἄντρον ὁ Μίνως, τὰ μὲν μαθησόμενος, τὰ δὲ ἀποδειξόμενος, ἃ τῇ προτέρᾳ ἐνναετηρίδι παρὰ τῦ Διός. *Ventitabat igitur Minos nono quoque anno in antrum Jovis, partim ut disceret, partim ut eorum rationem redderet, quæ superiore nono anno a Jove didicisset.* Illud δι' ἐννάτυ ἔτυς nonnulli ita acceperunt quasi per novem annorum spatium cum Jove Minos fuisset. In hoc vitium lapsi interpretes S. Clementis Alexandrini, apud quem Strom. 1. p. 351. hæc legimus: τὸν τε Μίνω παρὰ Διὸς δι' ἐννάτυ ἔτυς λαμβάνειν τὺς νόμυς ἱστορῦσι, φοιτῶντα εἰς τὸ τῦ Διὸς ἄντρον. *Minoem a Jove nono quoque anno leges accepisse perhibent, cum in antrum Jovis veniret.* Male interpretes S. Clementis atque etiam Platonis, *novem annorum spatio*.

6. Ὅπως διὰ προφάσεως.] Communes esse mulieres decernit Plato in libro 5. de Rep. p. 457. ubi sic loquitur: τὰς γυναῖκας ταύτας τῶν ἀνδρῶν τύτων πάντων πάσας εἶναι κοινὰς, ἰδίᾳ δὲ μηδενὶ μηδεμίαν συνοικεῖν· ᾗ τὺς παῖδας αὖ κοινὺς, καὶ μηδὲ γονέα ἔκγονον εἰδέναι τὸν αὑτῦ, μηδὲ παῖδα, γονέα. *Horum virorum uxores, omnes omnium communes sunto, nullaque privatim ulli consuescito: communes porro liberi sunto, neque pater filium, neque filium pater agnoscito.* Confidit Plato nullam fore de hujus legis utilitate controversiam, sed illud tantum in dubium revocari posse, utrum res fieri necne possit. Tanta fuit in ethnicis divinæ legis ignoratio. Quæ deinde a Theophilo citantur, ὅπως διὰ προφάσεως &c. leguntur in eodem libro pag. 460. Plato sic loquitur: καὶ τοῖς ἀγαθοῖς γέπυ τῶν νέων ἐν πολέμῳ ἢ ἄλλῳ δέπυ, γέρα δοτέον καὶ ἆθλα ἄλλα τε, καὶ ἀφθονεστέρα ἡ ἐξυσία τῆς τῶν γυναικῶν συγκοιμήσεως, ἵνα ᾗ ἅμα μετὰ προφάσεως ὡς πλεῖστοι τῶν παίδων ἐκ τῶν τοιύτων σπείρωνται. *Juvenibus, qui vel in bello vel aliis in rebus valent, cum præmia & alia munera tribuenda sunt, tum prolixior concedenda cum mulieribus dormiendi licentia, ut simul per interpositam causam quam plurimi ex talibus ferantur.*

7. Επίκυρος .... συμμίγνυσθαι.] Hæc uncis inclusi, quia in locum non suum obrepserunt, eorumque paterna sedes assignari debet post hæc verba ὡς μὴ πατέρα. Sic enim, ut ex nostra interpretatione animadverti potest, & Platonis de matrimonio leges cum Solonis legibus apte comparabuntur, & incesti cum matribus & sororibus concubitus, qui Epicuro placebant, decenter conjungentur cum aliis facinoribus, quæ ab hoc philosopho laudari testatur Theophilus. Sed summa erit perturbatio, si quod dicitur de Platonis & Solonis legibus, id impia & absurda Epicuri præcepta interrumpant: neque explicari poterit, quo referenda sint hæc verba, ὁπόσα τε οἱ λοιποί.

8. Καὶ πέρα.] Duo codices mſs. ᾗ περὶ. Editio Hamburg. καίπερ: unde Wolfius ut hanc lectionem tueatur, etiam articulum post νόμων delendum esse existimat.

9. Σολομῶν.] Grabius & Fabricius legunt Σόλων. eorumque conjecturam hoc rationis momento defendit Wolfius, quod inutilis sit omnino Salomonis auctoritas, ut probetur Epicurum contra leges Græcorum & Romanorum venisse.

a Σολομῶν.] Legendum heic Σόλων, non Σολομῶν, jampridem perviderat Vigerus in notis ad *Euseb. Præpar. Evang.* pag. 26. col. 1. sub initium.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

Πυθαγόρας δὲ τοσαῦτα μοχθήσας περὶ θεῶν, καὶ τὴν ἄνω κάτω πορείαν ποιησάμενος, ἔσχατον ὁρίζει φύσιν καὶ αὐτοματισμὸν εἶναί [1] φησι τῶν πάντων, καὶ θεοὺς ἀνθρώπων μηδὲν φροντίζειν. ὁπόσα τε Κλιτόμαχος ὁ [2] Ἀκαδημαϊκὸς περὶ ἀθεότητος εἰσηγήσατο. τί δ' οὐχὶ καὶ Κριτίας, καὶ Πρωταγόρας ὁ Ἀβδηρίτης λέγων· εἴτε γάρ εἰσι θεοὶ, οὐ δύναμαι περὶ αὐτῶν λέγειν, οὔτε ὁποῖοί εἰσι δηλῶσαι. πολλὰ γάρ ἐστι τὰ κωλύοντά με. τὰ γὰρ περὶ Εὐημέρου τοῦ ἀθεωτάτου περισσὸν ἡμῖν καὶ λέγειν. πολλὰ γὰρ περὶ θεῶν τολμήσας φθέγξασθαι, ἔσχατον καὶ τὸ ἐξόλου μὴ εἶναι θεοὺς, ἀλλὰ τὰ πάντα αὐτοματισμῷ διοικεῖσθαι βούλεται. [3] Πλάτων δὲ ὁ τοσαῦτα εἰπὼν περὶ μοναρχίας θεοῦ, καὶ ψυχῆς ἀνθρώπου, φάσκων ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν, οὐκ αὐτὸς ὕστερον εὑρίσκεται ἐναντία ἑαυτῷ λέγων, τὰς μὲν ψυχὰς μετέρχεσθαι εἰς ἑτέρους ἀνθρώπους, ἐνίων δὲ καὶ εἰς ἄλογα ζῶα χωρεῖν; πῶς οὐ δεινὸν καὶ ἀθέμιτον δόγμα αὐτοῦ τοῖς γε νοῦν ἔχουσι φανήσεται, ἵνα ὁ ποτὲ ἄνθρωπος πάλιν ἔσται λύκος, ἢ κύων, ἢ ὄνος, ἢ ἄλλο τι ἄλογον κτῆνος; τούτῳ ἀκόλουθα καὶ Πυθαγόρας εὑρίσκεται φλυαρῶν, πρὸς τῷ καὶ πρόνοιαν ἐκκόπτειν. τίνι οὖν αὐτῶν πιστεύσωμεν; Φιλήμονι [a] τῷ Κωμικῷ λέγοντι.

A dubitat. Pythagoras autem, qui tot ac tanta de diis laboravit, ac ſurſum deorſum peregrinatus eſt, poſtremo natura & fortuito concurſu omnia contineri, nec ullam hominum procurationem deos gerere definit. Mitto etiam quot & quanta Clitomachus Academicus excogitarit, ut nullos eſſe deos probaret. Quid, nonne etiam Critias? Nonne Protagoras Abderites? cujus eſt illud: *Neque utrum ſint dii poſſum dicere, nec quales ſint demonſtrare: multa enim ſunt quæ me deterreant.* Quæ autem ab Evhemero ſummæ impietatis homine dicta ſunt, ea ne commemorare quidem operæ pretium videtur. Is enim poſtquam multa de diis diſſerere auſus eſt, poſtremo nullos omnino eſſe, ac fortuito omnia gubernari contendit. Plato autem, B qui tam multa de monarchia Dei diſputavit, ac de anima humana, immortalem eam eſſe ſtatuens, nonne poſtea ſecum ipſe pugnare deprehenditur, dum quorumdam animas in alios homines migrare dicit, quorumdam autem in animalia rationis expertia concedere? Annon horrenda & nefanda ejus ſententia viris prudentibus videbitur, ut qui olim homo fuerit, is rurſus lupus aut canis fiat, aut aſinus aut aliud quidpiam animal rationis expers? Huic conſona Pythagoras quoque nugatus eſſe deprehenditur, præter quam quod etiam providentiam ſuſtulit. Utris igitur credemus? Philemoni Comico dicenti:

Οἱ γὰρ θεὸν σέβοντες ἐλπίδας καλὰς
Ἔχουσιν εἰς σωτηρίαν.

ἢ οἷς προειρήκαμεν Εὐημέρῳ καὶ Ἐπικούρῳ καὶ [4] Πυθαγόρᾳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἀρνουμένοις εἶναι θεοσέβειαν, καὶ πρόνοιαν ἀναιροῦσιν; περὶ μὲν οὖν θεοῦ καὶ προνοίας [b] Ἀρίστων ἔφη.

Θάρσει, βοηθεῖν [5] πᾶσι τοῖσιν ἀξίοις
Εἴωθεν ὁ θεός· τοῖς δὲ τοιούτοις σφόδρα.
Εἰ μὴ παρέσται προεδρεία τις κειμένη
Τοῖς ζῶσιν, ὡς δεῖ, τί πλέον ἐστὶν εὐσεβεῖν;
[6] Εἴη γὰρ οὕτως, ἀλλὰ καὶ λίαν ὁρῶ
Τοὺς εὐσεβῶς μὲν ἑλομένους διεξάγειν,
Πράττοντας ἀτόπως· τοὺς δὲ μηδὲν ἕτερον ἢ
Τὸ λυσιτελὲς [7] καὶ τὸ κατ' αὐτοὺς μόνον,
Ἐντιμοτέραν ἔχοντας ἡμῶν διάθεσιν
Ἐπὶ τοῦ παρόντος. [8] ἀλλὰ δεῖ πόῤῥω βλέπειν,
Καὶ τὴν ἁπάντων ἀναμένειν καταστροφήν.
Οὐχ ὃν τρόπον γὰρ παρ' ἐνίοις ἴσχυκέ τις
Δόξα κακοήθης, τῷ βίῳ τ' [9] ἀνωφελής,

Præclara namque numinis cultoribus
Spes ad ſalutem ſuppetit:

C an iis, quos diximus, Evhemero, Epicuro & Pythagoræ, ceteriſque Deum colendum eſſe negantibus, ac providentiam tollentibus? Ac de Deo quidem & providentia ſic loquutus eſt Ariſto:

Confide, dignis nam omnibus ſolet Deus
Opem tuliſſe, maximeque talibus.
Ni ſit ſtatutum præmium viventibus,
Præſcribit ut fas; eſſe quid prodeſt pium?
Sed rem eſſe ſic fac: ſæpe ſed vidi tamen
Illos pie ævum qui volunt traducere,
Uti haud ſecundis rebus: & qui aliud nihil
Præter lucellum ipſiſque ſolis utile
Curant, honore fulgidos quam nos magis
Eſſe hoc in ævo. Longius ſed cernere
Et præſtolari finem oportet omnium.
D *Non enim, ut inhæret pluribus ſententia,*
Neſanda prorſus, ſæculoque inutilis,

1. Φησὶ τῶν πάντων καὶ θεούς.] Sic ope Regii codicis emendavit Wolfius quod prave in editis legebatur φησί τε τῶν πάντων θεούς. Libenter etiam expungerem illud φησί. Neque enim hæc verba ὁρίζει φύσιν idem valent ac, *Deum eſſe naturam autumat*. Duo heic maximi errores tribuuntur Pythagoræ: primo quidem *omnia natura & fortuito impetu conſtare:* deinde nullam eſſe providentiam. Hoc Theophili de Pythagora judicium nonnullis diſplicuit, in primis Reineſio Var. Lect. lib. 3 p. 444. Habet tamen Theophilus non contemnendos adſcriptores. *Hoc mundi corpus*, inquit Tertullianus Apol. II. *ſive innatum & infectum ſecundam Pythagoram; ſive natum & factum ſecundum Platonem*. Pythagoram Theodoretus adjungit aliis providentiæ obtrectatoribus. οὐ μόνον δέ, inquit lib. 6. adv. Græcos p. 562. οἱ ἀμφὶ τὸν Δημόκριτον καὶ Χρύσιππον καὶ Ἐπίκουρον, πάντα κατὰ ἀνάγκην ἔφασαν γίγνεσθαι, ἀνάγκην καλοῦντες τὴν εἱμαρμένην, ἀλλὰ καὶ Πυθαγόρας ὁ πολυθρύλητος ἀνάγκην εἶπε περικεῖσθαι τῷ κόσμῳ. *Non ſolum autem Democritus & Chryſippus & Epicurus omnia fieri neceſſitate dixerunt, neceſſitatem appellantes fatum: ſed celeberrimus quoque Pythagoras neceſſitatem mundo incubare dixit.*

2. Ἀκαδημαϊκός.] Ita codex uterque mſ. & Hamb. Aliæ editiones Ἀκαδημικός. Illud ὁπόσα τε cum interrogationis nota legit Cl. Wolfius. Sed referendum potius videtur, ad ſuperiora τί μοι λοιπὸν κατατρίβεσθαι περὶ αὐτῶν; *Mitto*, vel, *Quid memorem quot & quanta Clitomachus* &c.

3. Πλάτων.] Ita Oxon. & Hamburg. pro eo quod mendoſe legebatur in omnibus editis & mſs. πάντων.

4. Πυθαγόρᾳ.] Wolfius & Fabricius legendum cenſent Πρωταγόρᾳ, eiſque prorſus aſſentior. Neque enim Pythagoram Theophilus conjungere potuit cum Evhemero & Epicuro & aliis, nullum eſſe Deum pronuntiantibus. Hoc uno crimine Pythagoram premit, quod ſuſtulerit providentiam.

5. Πᾶσι τοῖσιν ἀξίοις.] Habent editiones noſtræ τοῖς ἀξίοις, ſed ita emendavit Grotius in Excerpt. Tragœd. & Comic. pag. 1004. ubi hos verſus Ariſtophonti Comico tribuendos opinatur. Fellus & Wolfius ſcripſere πᾶσι τοῖς ἀξίοις.

6. Εἴη γὰρ οὕτως.] Heic loqui incipit alia perſona, quæ providentiæ adverſatur, & proſperam improborum fortunam providentiæ defenſoribus objicit.

E 7. Καὶ τὸ κατ' αὐτούς.] Conjunctio quæ deeſt in codicibus mſs. & editis, metri cauſa addita eſt a Fello & Wolfio. Deeſt etiam τὸ in editis. Grotius ita legit:

Πράττοντας ἀτόπως· τοὺς δὲ μηδὲν ἕτερον ἂν
Σκοποῦντας ἢ τὸ λυσιτελὲς αὐτοῖς μόνον.

Sed non videtur neceſſe verbum illud σκοποῦντας aut aliud ſimile addere, ſed tantum ſupplere ἑλομένους, quod paullo ante præcedit.


8. Ἀλλὰ δεῖ.] Heic providentiæ defenſor reſponſionem incipit.

9. Ἀνωφελὴς φορά τις &c.] Sic ex codicibus mſs. emendatum quod erat in editionibus Pariſienſibus, τῷ βιῶσαι ὡς ἔτυχε· ταῦτα γὰρ πάντα κρίνουσιν ἔχειν. Tigurina editio habebat τῷ βίῳ τε pro τῷ βιῶσαι. Grotius pro hac voce ἀνωφελὴς repoſuerat προσγίνεται, quia notus illi non erat

a Φιλήμονι τῷ Κωμ.] Verſus hos Philemonis affert Epiphanius in *Ancorato* n. CVI. Confer *Reliquias Menandri & Philemonis* a Cl. Clerico editas p. 364. WOLFIUS.

b Ἀρίστων.] Tragicus ille, quem Suidas in Ἰοφῶν, Sophoclis Tragici nothum fuiſſe ſcribit. De eo lege Cl. Fabricium *Bibl. Gr.* lib. II. cap. 19. pag. 637. ID.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
182.



Φορά τις ἐς' αὐτόματος, ἢ βραβεύεται
Ὡς ἔτυχε πάντα. ταῦτα γὰρ κρίνουσιν ἔχειν
Ἐφόδια πρὸς τὸν ἴδιον οἱ φαῦλοι τρόπον.
[1] Ἐςι δὲ καὶ τοῖς ζῶσιν ὁσίως προεδρεία,
Καὶ τοῖς πονηροῖς, ὡς προσῆκεν, ἐπιτιμία.
Χωρὶς προνοίας γίνεται γὰρ [2] ὐδὲ ἕν.

ὁπόσα τε καὶ ἄλλοι, καὶ [3] σχεδόν γε οἱ πλεῖςοι εἶπον περὶ Θεοῦ καὶ προνοίας, [4] ὁρᾷν ἐςι πῶς ἀνακόλουθα ἀλλήλοις ἔφασαν. οἱ μὲν γὰρ τὸ ἐξ ὅλου Θεὸν καὶ πρόνοιαν εἶναι ἀνεῖλον· οἱ δ' αὖ συνέςησαν Θεὸν, καὶ πάντα προνοίᾳ διοικεῖσθαι ὡμολόγησαν. τὸν οὖν συνετὸν ἀκροατὴν καὶ ἀναγινώσκοντα προσέχειν ἀκριβῶς τοῖς λεγομένοις [5] δεῖ· καθὼς καὶ ὁ Σίμυλος ἔφη·

Κοινῶς ποιητὰς ἔθος ἐςὶ καλεῖν,
Καὶ τοὺς [6] περιττοὺς τῇ φύσει, καὶ τοὺς κακούς.
Ἔδει δὲ κρίνειν.

[7] καθάπερ καὶ ὁ [a] Φιλήμων·

Χαλεπὸν ἀκροατὴς ἀσύνετος καθήμενος.
Ὑπὸ γὰρ ἀνοίας οὐχ ἑαυτὸν μέμφεται.

χρὴ οὖν προσέχειν, καὶ νοεῖν τὰ λεγόμενα, κριτικῶς ἐξετάζοντα τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων καὶ τῶν λοιπῶν ποιητῶν εἰρημένα.

A Injussa quædam motio est; & omnia
Reguntur ut sors fert. Habere enim volunt
Morum suorum hæc improbi munimina.
Pietatis autem & præmium est cultoribus:
Est & scelestis, ut decet, punitio:
Nil quippe nil fit absque providentia.

Et quæcumque alii & propemodum plerique de Deo & providentia dixere, ea quam parum inter se consona dixerint in promtu est. Alii enim Deum omnino & providentiam sustulerunt: alii Deum esse statuerunt & providentia gubernari omnia confessi sunt. Prudenti igitur auditori & lectori diligenter considerandum est quid a quoque dicatur, quemadmodum ait Simylus.

B *Mos est poetas nomine æquo dicere,*
Natura inepti sive sint, sive optimi.
At judicare oportet.

Quemadmodum & Philemon:

Res est molesta, ineptus auditor sedens!
Haud namque culpat se ipse præ vecordia.

Attendere igitur oportet & considerare quid dicatur, judicio expendentem quæ a philosophis & poetis dicta sunt.

Ἀρνούμενοι γὰρ Θεοὺς εἶναι, πάλιν ὁμολογοῦσιν αὐτοὶ, καὶ τούτους πράξεις ἀθέσμους ἐπιτελεῖν ἔφασαν. καὶ [8] πρώτου γε τοῦ Διὸς, οἱ ποιηταὶ εὐφωνότερον ᾄδουσι τὰς χαλεπὰς πράξεις. Χρύσιππος δὲ ὁ πολλὰ φλυαρήσας, πῶς οὐχὶ εὑρίσκεται σημαίνων τὴν Ἥραν ςόματι μιαρῷ συγγίνεσθαι τῷ Διΐ; τί γάρ μοι καταλέγειν τὰς ἀσελγείας τῆς μητρὸς θεῶν λεγομένης; ἢ Διὸς τοῦ Λατιαρίου διψῶντος αἵματος ἀνθρωπείου; ἢ [9] Ἄττου τοῦ ἀποκοπτομένου; ἢ ὅτι ὁ Ζεὺς ὁ καλούμενος τραγῳδὸς καταχλύσας τὴν ἑαυτοῦ χεῖρα, ὥς φασι, νῦν παρὰ Ῥωμαίοις Θεὸς τιμᾶται; σιγῶ τὰ Ἀντινόου τεμένη, καὶ τὰ τῶν λοιπῶν καλουμένων θεῶν. καὶ γὰρ ἱςορούμενα τοῖς συνετοῖς [10] καταγέλωτα φέρει. ἤτοι οὖν περὶ ἀθεότητος αὐτοὶ ὑπὸ τῶν ἰδίων δογμάτων ἐλέγχονται οἱ τὰ τοιαῦτα φιλοσοφήσαντες, ἢ καὶ περὶ πολυμιξίας καὶ ἀθέσμου κοινωνίας. ἔτι μὴν καὶ ἀνθρωποβορίαι παρ' αὐτοῖς εὑρίσκεται, δι' ὧν συνέγραψαν γραφῶν, καὶ πρώτους γε οὓς τετιμήκασι θεοὺς, ταῦτα [11] πεπραχότας ἀναγράφουσιν.

VIII. Nam qui negant deos esse, rursus confitentur, ac infanda facinora ab his patrari dixerunt. Ac Jovis quidem in primis nefarie facta pleniori ore poetæ prædicant. Chrysippus autem qui multa nugatus est, an C non significare invenitur Junonem ore impuro cum Jove esse congressam? Quid enim matris illius, quæ dicitur, deorum, aut Jovis Latiaris sanguinem humanum sitientis, aut Attidis castrati lascivias recenseam? aut Jovem illum cognomine Tragœdum, qui suam ipsius, ut perhibent, manum inundavit, ac nunc deus apud Romanos colitur? Taceo templa Antinoi & ceterorum, quos vocant, deorum. Risum enim, dum narrantur, cordatis viris excutiunt. Vel impietatis igitur ex suis ipsorum opinionibus arguuntur, qui talia philosophati sunt, vel etiam promiscui ac nefandi concubitus. Quin etiam hominum vorandorum inhumanitas apud eos deprehenditur ex iis quæ scripta reliquerunt; & quos colunt deos, principes eos scribunt fuisse D horum facinorum edendorum.

Ἡμεῖς δὲ καὶ Θεὸν ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' ἕνα, τὸν κτίςην καὶ ποιητὴν καὶ δημιουργὸν τοῦδε [12] τοῦ παντὸς, καὶ προνοίᾳ τὰ πάντα διοικεῖσθαι ἐπιςάμεθα, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ μόνου· καὶ νόμον ἅγιον μεμαθήκαμεν· ἀλλὰ νομοθέτην ἔχομεν τὸν ὄντως Θεὸν, ὃς [13] διδάσκει ἡμᾶς δικαιοπραγεῖν, καὶ εὐσεβεῖν, καὶ καλοποιεῖν. καὶ περὶ μὲν εὐσεβείας λέγει· οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς

IX. Nos autem & Deum confitemur, sed unum, conditorem & creatorem & opificem hujus universi: & providentia gubernari omnia scimus, sed ab eo solo: & legem sanctam didicimus, sed legislatorem habemus verum Deum; a quo & justitiam colere & pietatem & bona opera facere edocemur. Ac de pietate quidem sic præcepit: [a] *Non erunt tibi dii alieni præter me. Non facies tibi ipsi ido-*

[a] Exod. xx. 3-17.

versus φορά τις ex codicibus mss. depromtus in editionibus Oxon. & Hamb. Versum ὡς ἔτυχε &c. scripsi, ut apud Grotium. Necesse est enim referre πάντα ad βραβεύεται. Editi habent ταῦτα γὰρ πάντα κρίνουσιν ἔχειν.

1. Ἐςι δὲ καὶ τοῖς. Grotius habet ἀλλ' ἔςι καὶ τοῖς. Cl. Wolfius legendum proponit ἔςιν δὲ καὶ τοῖς.

2. Οὐδὲ ἕν.] Ita cod. Reg. Grotius & Wolfius. Aliæ editiones οὐδέν.

3. Σχεδόν γε.] Deest vocula in Regio codice.

4. Ὁρᾷν ἐςι πῶς.] Reg. cod. ὁρᾷς πῶς.

5. Δεῖ.] Hanc vocem editioni Hamburgensi atque huic nostræ Regius codex suppeditavit, qui habet etiam ibidem καθὰ καὶ ὁ Σίμυλος.

6. Περιττ...] Cl. Wolfius contendit hanc vocem idem valere ac *eximium*, ac proinde in eodem versu legendum και τοὺς κακούς. *Vox enim* περιττὸς, inquit, *Atticis non superfluum, sed eximium, excellens, egregium denotat; id quod Conr. Rittershusius ad Oppiani Halieut. 12. pag. 281. ita probatum dedit, ut dubitandi non relinquatur locus.*

7. Καθάπερ καὶ ὁ Φιλήμων.] Ita Regius codex, aptius multo quam editiones Parisienses & in marg. Tigurina καθάπερ ἐξόν τινι. Ducæus & Tigur. καθάπερ ἐξ οὗ τινι. Probat Cl. Wolfius scripturam Regii codicis. Paullo post delendum λοιπῶν vel ποιητῶν.

E

8. Καὶ πρώτου.] Existimat eruditus Wolfius hoc loco vertendum esse, Jovis deorum principis. Sed cum paullo post legamus καὶ πρώτους γε οὓς τετιμήκασι θεοὺς, & supra καὶ πρώτους γε τοὺς θεοὺς, eamdem vocem his in locis eodem modo interpretandam crediderim. Supra leg. ὁμολογοῦσιν αὐτούς.

9. Ἄττου τοῦ.] Ita cod. Reg. & editio Hamburgensis. Aliæ Ἄττιν.

10. Καταγέλωτα.] Uterque codex κατὰ γέλωτα.

11. Πεπραχότας.] Cod. Reg. πεπραγότας.

12. Τοῦ παντός.] Editi addunt κόσμου, quod multo aptius deest in Regio codice.

13. Διδάσκει.] Cod. Reg. καὶ διδάσκει, & mox καὶ δικαιοπραγεῖν. Mox idem οὐκ ἔσονται θεοὶ ἕτεροι.

a Φιλήμων.] Vide Menandri Philemonis Reliquias a Cl. Jo. Clerico editas p. 374. Wolf.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



ὁμοίωμα, ὅσα [1] ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, ἢ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, ἢ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς· οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς. ἐγὼ γάρ εἰμι κύριος ὁ Θεός σου. περὶ δὲ τοῦ καλοποιεῖν ἔφη· τίμα τὸν πατέρα σου, καὶ τὴν μητέρα σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἵνα μακροχρόνιος ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς ἐγὼ δίδωμί σοι κύριος ὁ Θεός. ἔτι περὶ δικαιοσύνης· οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ, οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὐδὲ τοῦ βοὸς αὐτοῦ, οὐδὲ τοῦ ὑποζυγίου αὐτοῦ, οὐδὲ παντὸς κτήνους αὐτοῦ, οὔτε ὅσα ἐστὶ τῷ πλησίον σου. οὐ διαστρέψεις κρίμα πένητος ἐν κρίσει αὐτοῦ. ἀπὸ παντὸς ῥήματος ἀδίκου διαποστήσῃ. ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· οὐ δικαιώσεις τὸν ἀσεβῆ· καὶ δῶρα οὐ λήψῃ. τὰ γὰρ δῶρα ἀποτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς βλεπόντων, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δίκαια. τούτου μὲν οὖν τοῦ θείου νόμου διάκονος γεγένηται Μωσῆς, ὁ καὶ θεράπων τοῦ Θεοῦ, παντὶ μὲν τῷ κόσμῳ, παντελῶς δὲ τοῖς Ἑβραίοις τοῖς καὶ Ἰουδαίοις καλουμένοις, οὓς [2] κατεδούλωσεν ἀρχῆθεν βασιλεὺς Αἰγύπτου, τυγχάνοντας σπέρμα δίκαιον ἀνδρῶν θεοσεβῶν καὶ ὁσίων, Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὁ [3] Θεὸς μνησθεὶς καὶ ποιήσας θαυμάσια καὶ τέρατα διὰ Μωσέως παράδοξα, ἐῤῥύσατο αὐτοὺς, καὶ ἐξήγαγεν ἐκ τῆς Αἰγύπτου, ἀγαγὼν αὐτοὺς διὰ τῆς ἐρήμου καλουμένης· οὓς καὶ ἀποκατέστησεν εἰς τὴν Χαναναίαν γῆν, μετέπειτα Ἰουδαίαν ἐπικληθεῖσαν, [4] καὶ νόμον παρέθετο, καὶ ἐδίδαξεν αὐτοὺς ταῦτα. τοῦ μὲν οὖν νόμου μεγάλου καὶ θαυμασίου πρὸς πᾶσαν δικαιοσύνην ὑπάρχοντος, δέκα κεφάλαια ἃ προειρήκαμεν τοιαῦτά ἐστιν.

Ἐπειδὴ οὖν προσήλυτοι ἐγενήθησαν ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, ὄντες τὸ γένος [5] Ἑβραῖοι ἀπὸ γῆς τῆς Χαλδαϊκῆς· ([6] κατ' ἐκεῖνο καιροῦ λιμοῦ γενομένης ἀνάγκην ἔχον μετελθεῖν εἰς Αἴγυπτον σιτίων ἐκεῖ πιπρασκομένων· ἔνθα καὶ χρόνῳ παρῴκησαν· ταῦτα δὲ αὐτοῖς συνέβη κατὰ προαναφώνησιν Θεοῦ·) παροικήσαντες οὖν ἐν Αἰγύπτῳ ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ τριάκοντα, ἐν τῷ τὸν Μωσῆν μέλλειν ἐξάγειν αὐτοὺς εἰς τὴν ἔρημον, ὁ Θεὸς ἐδίδαξεν αὐτοὺς διὰ τοῦ νόμου λέγων· προσήλυτον οὐ θλίψετε· ὑμεῖς γὰρ οἴδατε τὴν ψυχὴν τοῦ προσηλύτου. αὐτοὶ γὰρ προσήλυτοι ἦτε ἐν τῇ γῇ Αἰγύπτῳ.

Τὸν μὲν οὖν νόμον τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένον αὐτοῖς ἐν τῷ παραβῆναι τὸν λαὸν, ἀγαθὸς ὢν καὶ οἰκτίρμων ὁ Θεὸς, μὴ βουλόμενος διαφθεῖραι αὐτοὺς, [7] πρὸς τὸ δεδωκέναι τὸν νόμον, [8] ὕστερον δὲ καὶ προφήτας ἐξέπεμψεν αὐτοῖς ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, πρὸς τὸ διδάσκειν καὶ ἀναμιμνήσκειν τὰ τοῦ νόμου αὐτοὺς, καὶ ἐπιστρέφειν εἰς μετάνοιαν, τοῦ μηκέτι ἁμαρτάνειν. εἰ δὲ ἐπιμένοιεν [9] ἐν ταῖς φαύλαις πράξεσι, [10] προανεφώνησεν ὑποχειρίους αὐτοὺς παραδοθῆναι πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς· καὶ ὅτι ταῦτα αὐτοῖς ἤδη ἀπέβη, φανερὸν μέν ἐστι. περὶ μὲν οὖν τῆς μετανοίας Ἠσαΐας ὁ προφήτης, κοινῶς μὲν πρὸς πάντας, διαῤ-

A *lum, nec cujusquam similitudinem quæcumque in cælis desuper, aut quæcumque in terra deorsum, aut quæcumque in aquis sunt subter terram. Non adorabis ea, neque coles illa: ego enim sum Dominus Deus tuus.* De bonis autem operibus sic ait: *Honora patrem tuum & matrem tuam, ut bene tibi sit, & ut longævus sis super terram quam ego do tibi Dominus Deus.* Atque etiam de justitia. *Non mœchaberis. Non occides. Non furaberis. Non falso testaberis contra proximum tuum testimonium falsum. Non concupisces uxorem proximi tui. Non concupisces domum ejus, nec agrum, nec servum ejus, nec ancillam ejus, nec bovem ejus, nec subjugale: neque ullum pecus ejus, nec quæcumque* B *sunt proximi tui.* [a] *Non pervertes judicium pauperis in judicio ejus. Ab omni verbo injusto recedes. Innocentem & justum non occides, nec justificabis impium,* [b] *& munera non accipies: munera enim excæcant oculos videntium & pervertunt verba justa.* Hujus divinæ legis minister fuit Moses famulus Dei, toti quidem mundo, præcipue vero Hebræis qui & Judæi dicti sunt; quos antiquitus Rex Ægypti in servitutem redegit, cum essent semen justum hominum piorum & sanctorum, Abraham, Isaac & Jacob. Horum recordatus Deus, factisque miraculis & stupendis per Mosen prodigiis liberavit eos & ex Ægypto eduxit, ac per eam regionem quæ deserta dicitur, C deductos restituit in terram Chananæam, quæ postea Judæa vocata est; legemque posuit, & hæc eos edocuit. Magnæ igitur & admirabilis ad omnem justitiam legis decem capita, quæ modo retulimus, sic habent.

X. Quoniam igitur inquilini in Ægypto fuerant, qui genere Hebræi erant ex Chaldæa; (orta enim his temporibus fame, necesse habuerunt in Ægyptum transmigrare frumenti caussa, quod illic vendebatur, ubi & diu commorati sunt. Hæc autem eis eveniebant secundum Dei prædictionem:) cum, inquam, inquilini in Ægypto annis quadringentis & triginta fuissent, cumque illos Moses in desertum D perducturus esset; sic eos Deus per legem edocuit: [c] *Peregrinum non affligetis: vos enim nostis animam peregrini: ipsi enim peregrini in terra Ægypti fuistis.*

XI. Cum autem legem eis a Deo datam populus transgrederetur, benignus & misericors Deus nolens eos e medio tollere, ad legem quam eis dederat, illud etiam adjecit, ut prophetas eis deinceps ex fratribus suis mitteret, qui docerent & in memoriam redigerent instituta legis, atque ad pœnitentiam eos converterent, quo amplius non peccarent. Sin autem in pravis actionibus permanerent, prænuntiavit fore ut captivi traderentur E omnibus regnis terræ: quæ quidem jam eis evenisse in promtu est. De pœnitentia igitur Esaias propheta communiter quidem omnes, nominatim

a Exod. XXIII. 6-8. *b* Deut. XVI. 19. *c* Exod. XXII. 21.

1. Ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω ἢ.] Ita uterque codex ms. & editio Tigurina. Aliæ τῷ ἄνω. Quin etiam hæc omnino desunt in editionibus Parisiensibus anni 1615. & 1636. Infra Reg. codex δίδωμί σοι κύριος ὁ Θεός σου.

2. Κατεδούλωσεν.] Uterque mf. κατεδουλώσατο pro κατεδουλώσατο.

3. Ο Θεός.] Legendum ὧν ὁ Θεός.

4. Καὶ νόμον.] Oxoniensis editio κατὰ νόμον. Eodem errato laborant editiones Parisienses anni 1615. & 1636.

5. Ἑβραῖοι.] Sic uterque mf. & editio Hamb. Aliæ Ἑβραίων.

6. Κατ' ἐκεῖνο.] Lucem affert parenthesis, sed præterea legendum κατ' ἐκεῖνο γὰρ καιροῦ. Ibidem Regius codex λιμοῦ γινομένου.


7. Πρὸς τὸ δεδωκέναι.] Liquet legendum esse πρὸς τῷ: atque ita legitur in Hamburgensi editione, sed sine auctoritate codicis ms.

8. Ὕστερον δὲ καὶ.] Deest utraque vocula in cod. Reg. nec idcirco tamen delenda, ut in edit. Hamb. hæc vocula δὲ quam sæpe alias in ejusmodi locis adhiberi observavimus.

9. Ἐν ταῖς φαύλαις.] Præpositionem suppeditavit Regius codex. Omissa fuerat in editis ob similem syllabam verbi præcedentis.

10. Προανεφώνησεν.] Editiones Oxon. & Parif. anni 1615. & 1636. προανεφώνησαν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



ῥῆσιν δὲ πρὸς τὸν λαὸν λέγει· ζητήσατε τὸν κύριον, καὶ ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτὸν ἐπικαλέσασθε· ἡνίκα δ' ἂν ἐγγίζῃ ὑμῖν, ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὰς βουλὰς αὐτοῦ, καὶ ἐπιστραφήτω ἐπὶ κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ, καὶ ἐλεηθήσεται, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἀφήσει τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν. καὶ ἕτερος προφήτης Ἰεζεκιὴλ φησιν· ἐὰν ἀποστραφῇ ὁ ἄνομος ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν ὧν ἐποίησεν, καὶ φυλάξῃ τὰς ἐντολάς μου, καὶ ποιήσῃ τὰ δικαιώματά μου, ζῶν [1] ζήσεται, καὶ οὐ μὴ ἀποθάνῃ· πᾶσαι αἱ ἀδικίαι αὐτοῦ ἃς ἐποίησεν, οὐ μὴ μνησθῶσιν, ἀλλὰ τῇ δικαιοσύνῃ ᾗ ἐποίησε, ζήσεται· ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἀνόμου, λέγει κύριος, [2] ἀλλ' ἐπιστρέψαι ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν αὐτόν. πάλιν ὁ Ἡσαΐας· ἐπιστράφητε οἱ τὴν βαθεῖαν βουλὴν βουλευόμενοι καὶ ἄνομον, ἵνα σωθήσεσθε. καὶ ἕτερος Ἱερεμίας· ἐπιστράφητε ἐπὶ κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν, ὡς ὁ τρυγῶν ἐπὶ τὸν κάρταλλον αὐτοῦ, καὶ ἐλεηθήσεσθε. πολλὰ μὲν οὖν, μᾶλλον δὲ ἀναρίθμητά ἐστι τὰ ἐν ταῖς ἁγίαις γραφαῖς εἰρημένα περὶ μετανοίας, ἀεὶ τοῦ Θεοῦ βουλομένου ἐπιστρέφειν τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ πασῶν τῶν ἁμαρτιῶν.

A vero populum alloquitur: [a] *Quærite Dominum, & in inveniendo eum, invocate: & postquam vobis appropinquaverit, relinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, & convertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur; quia multum dimittet peccata vestra.* Et Ezechiel alius propheta ait: [b] *Si iniquus averterit se ab omnibus iniquitatibus quas fecit, & custodierit præcepta mea, & fecerit justificationes meas, vivens vivet & non morietur; & iniquitates ejus quas fecit non memorabuntur, sed justitia quam fecit, vivet: quia nolo mortem iniqui, dicit Dominus, sed ut avertat se a via sua mala & vivat.* Rursus Esaias: [c] *Convertimini qui profundum consilium initis* B *& iniquum, ut salvemini.* Et alius propheta Jeremias: [d] *Convertimini ad Dominum Deum vestrum, quemadmodum vindemians ad cartallum suum, & misericordiam consequemini.* Multa quidem vel potius innumerabilia sunt de pœnitentia in Scripturis sanctis dicta, volente semper Deo humanum genus ab omnibus peccatis convertere.

Ἔτι μὴν καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἧς ὁ νόμος εἴρηκεν, ἀκόλουθα εὑρίσκεται καὶ τὰ τῶν προφητῶν, καὶ τῶν εὐαγγελίων ἔχειν, διὰ τὸ τοὺς πάντας πνευματοφόρους ἑνὶ πνεύματι Θεοῦ λελαληκέναι. ὁ γοῦν Ἡσαΐας οὕτως ἔφη· ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν, ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε [3] ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν. ἔτι ὁ αὐτὸς, διάλυε, φησὶν, πάντα σύνδεσμον ἀδικίας, λύε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, ἀπόστελλε τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, καὶ πᾶσαν συγγραφὴν ἄδικον διάσπα· διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, καὶ πτωχοὺς ἀστέγους εἰσάγαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· ἐὰν ἴδῃς γυμνὸν, περίβαλλε, καὶ ἀπὸ τῶν οἰκείων τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψῃ· τότε ῥαγήσεται [4] πρώϊμον τὸ φῶς σου, καὶ τὰ ἰάματά σου ταχὺ ἀνατελεῖ· καὶ προπορεύσεται ἔμπροσθέν σου ἡ δικαιοσύνη σου. ὁμοίως καὶ Ἱερεμίας· στῆτε, φησὶν, ἐπὶ ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἴδετε, καὶ ἐπερωτήσατε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡ ἀγαθὴ, καὶ [5] βαδίζετε ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. κρίμα δίκαιον κρίνετε, ὅτι ἐν τούτοις ἐστὶ τὸ θέλημα κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν. ὡσαύτως καὶ [6] Μωσῆς λέγει· φυλάσσεσθε κρίμα, καὶ ἐγγίζετε πρὸς κύριον τὸν Θεὸν ὑμῶν, τὸν στερεώσαντα τὸν οὐρανὸν, καὶ κτίσαντα τὴν γῆν. καὶ ἕτερος Ἰωὴλ ἀκόλουθα τούτοις ἔφη· συναγάγετε λαὸν, ἁγιάσατε [7] ἐκκλησίαν, εἰσδέξασθε πρεσβυτέρους, συναγάγετε νήπια θηλάζοντα μαστούς. ἐξελθέτω νυμφίος ἐκ τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ, καὶ νύμφη ἐκ τοῦ παστοῦ αὐτῆς· καὶ εὔξασθε πρὸς κύριον τὸν θεὸν ὑμῶν ἐκτενῶς, ὅπως ἐλεήσῃ ὑμᾶς, καὶ [8] ἐξαλείψει τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν. ὁμοίως καὶ ἕτερος Ζαχαρίας· τάδε λέγει κύριος παντοκράτωρ· κρίμα ἀληθείας [9] κρίνετε, καὶ ἔλεος καὶ οἰκτιρμὸν ποιεῖτε ἕκαστος πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, καὶ χήραν καὶ ὀρφανὸν, καὶ προσήλυτον μὴ καταδυναστεύητε, καὶ κακίαν ἕκαστος μὴ μνησικακείτω τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, λέγει κύριος παντοκράτωρ.

XII. Adhuc etiam & de justitia quam lex præcipit, consentaneæ inveniuntur prophetarum & Evangeliorum sententiæ, propterea quod omnes uno Dei afflati spiritu loquuti sunt. Sic igitur Esaias ait: [e] *Auferte mala ex animabus vestris, discite facere bonum, quærite judicium, liberate oppres-* C *sum, judicate pupillo, & justificate viduam.* Idem: [f] *Dissolve*, inquit, *omnem colligaturam iniquitatis; solve obligationes violentorum contractuum: dimitte fractos in remissionem: & omnem scripturam iniquam conscinde: frange esurienti panem tuum, & pauperes sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, operi: & domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & sanitates tuæ cito orientur, & præibit ante te justitia tua.* Similiter Jeremias: [g] *State*, inquit, *super vias, & videte & interrogate qualis sit via Domini nostri bona, & ambulate in ea, & invenietis requiem animabus vestris. Judicium justum judicate, quia in his est voluntas* D *Domini Dei vestri.* Similia dicit Moses: *Custodite judicium & appropinquate ad Dominum Deum vestrum, qui firmavit cælum & condidit terram.* Et alius qui Joel dicitur, his congruentia loquutus est: [h] *Congregate populum, sanctificate ecclesiam, suscipite presbyteros, congregate parvulos sugentes ubera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Et orate ad Dominum Deum vestrum intente, ut misereatur vestri, & deleat peccata vestra.* Similiter alius, qui Zacharias dicitur: [i] *Hæc dicit Dominus omnipotens: judicium veritatis judicate: & misericordiam & miserationem facite unusquisque ad proximum suum: & viduam & pupillum & advenam non opprimetis,* E *& malitiam unusquisque non meminerit fratri suo in cordibus vestris, dicit Dominus omnipotens.*


Καὶ περὶ σεμνότητος οὐ μόνον διδάσκει ἡμᾶς ὁ ἅγιος λόγος, τὸ μὴ ἁμαρτάνειν ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ μέχρις

XIII. De castitate autem docet nos Scriptura sancta, non solum nihil opere peccare, sed ne co-

a Esa. LV. 6. 7. b Ezech. XVIII. 21-23. c Esa. XXXI. 6. XLV. 22. d Jer. VI. 9. e Esa. I. 16. 17. f Esa. LVIII. 6-8. g Jer. VI. 16. h Joel. II. 16. 17. i Zach. VII. 9. 10.

1. Ζήσεται.] Reg. ζήσεται.
2. Ἀλλ' ἐπιστρέψαι.] Reg. ὡς ἐπιστρέψαι.
3. Ὀρφανῷ.] Cod. Reg. ὀρφανά.
4. Πρώϊμον τὸ φῶς σου.] Tig. τὸ φῶς σου πρώϊμον.
5. Βαδίζετε ἐν αὐτῇ.] Uterque cod. βαδίζοντες καὶ ἐν αὐτῇ.
6. Καὶ Μωσῆς.] Legendum Ὠσηὲ, ut Grabius & Wolfius monuerunt. Non belle Fellus in ipso textu pro Μωσῆς, scripsit Ἡσαΐας, a quo hæc desumta existimabat nempe ex LVI. 1. & XLI. & XLV. 18. Sed citata heic verba multo aptius, ut idem eruditi viri observant, repetuntur ex Hoseæ XII. 6. & XIII. 4.
7. Ἐκκλησίαν.] Ita uterque codex mſ. & Biblia. Editi ἐκκλησίας.
8. Ἐξαλείψει.] Reg. ἐξαλείψῃ.
9. Κρίνετε.] Reg. κρίνατε.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



ἐννοίας, τὸ μηδὲ τῇ καρδίᾳ ἐννοηθῆναι περί τινος κακοῦ, ἢ θεασάμενον τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀλλοτρίαν γυναῖκα ἐπιθυμῆσαι. Σολομῶν μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ προφήτης γενόμενος, ἔφη· οἱ ὀφθαλμοί σου ὀρθὰ βλεπέτωσαν· τὰ δὲ βλέφαρά σου νευέτω δίκαια. ὀρθὰς ποίει τροχιὰς σοῖς ποσίν. ἡ δὲ εὐαγγέλιος φωνὴ ἐπιτατικώτερον διδάσκει περὶ ἁγνείας λέγουσα· πᾶς ὁ ἰδὼν γυναῖκα ἀλλοτρίαν πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ. καὶ ὁ γαμῶν, φησὶν, ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀνδρὸς, μοιχεύει· καὶ ὃς ἀπολύει γυναῖκα παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχευθῆναι. [1] ὅτι ὁ Σολομών φησιν· ἀποδήσει τις πῦρ ἐν ἱματίῳ; τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ οὐ κατακαύσει; ἢ [2] περιπατήσει τις ἐπ' ἀνθράκων πυρὸς, τοὺς δὲ πόδας οὐ κατακαύσει; [3] οὕτως ὁ εἰσπορευόμενος B πρὸς γυναῖκα ὕπανδρον, οὐκ ἀθωωθήσεται.

A gitatione quidem; ita ut nec mali quidquam corde concipiamus, nec oculis adspicientes alienam uxorem concupiscamus. Salomon igitur, qui rex & propheta exstitit, ait: [a] *Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ annuant justa: rectas fac semitas pedibus tuis*. Vox autem evangelica intentius de castitate præcipit his verbis: [b] *Quisquis adspicit uxorem alienam ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo: & qui ducit*, inquit, *dimissam a viro, mœchatur, & qui dimittit uxorem excepta fornicationis caussa, facit eam mœchari*. Ait adhuc Salomon: [c] *Illigabit quis ignem in veste sua, vestimenta autem sua non comburet? aut ambulabit quis super carbones ignis, & pedes non comburet? Sic qui proficiscitur ad mulierem quæ sub viro est, innocens non erit*.

Καὶ τοῦ μὴ μόνον ἡμᾶς εὐνοεῖν τοῖς [4] ἀλλοφύλοις, ὡς οἴονταί τινες, Ησαΐας ὁ προφήτης ἔφη· εἴπατε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ τοῖς βδελυσσομένοις, ἀδελφοὶ ἡμῶν ἐστε, ἵνα τὸ ὄνομα κυρίου δοξασθῇ, καὶ ὀφθῇ ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν. τὸ δὲ εὐαγγέλιον, ἀγαπᾶτε, φησὶ, τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς. ἐὰν γὰρ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποῖον μισθὸν ἔχετε; τοῦτο καὶ οἱ λησταὶ, καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσι. τοὺς δὲ ποιοῦντας τὸ ἀγαθὸν διδάσκει μὴ καυχᾶσθαι, ἵνα μὴ ἀνθρωπάρεσκοι ὦσιν. μὴ γνώτω γὰρ, φησὶν, ἡ χείρ σου ἡ ἀριστερὰ, τί ποιεῖ C ἡ χείρ σου ἡ δεξιά. ἔτι μὴν καὶ περὶ τοῦ ὑποτάσσεσθαι ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις, καὶ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, [5] κελεύει ἡμᾶς ὁ θεῖος λόγος, ὅπως ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον [6] διάγωμεν. καὶ διδάσκει ἀποδιδόναι πᾶσι τὰ πάντα, τῷ τὴν τιμὴν, τὴν τιμήν· τῷ τὸν φόβον, τὸν φόβον· τῷ τὸν φόρον, τὸν φόρον· μηδενὶ μηδὲν ὀφείλειν ἢ μόνον τὸ ἀγαπᾷν πάντας.

XIV. Atque ut non eos solum qui nostri sunt generis benevolentia complectamur, ut quidam existimant, Esaias ait: [d] *Dicite his qui vos oderunt & his qui exsecrantur, fratres nostri estis, ut nomen Dei glorificetur & videatur in lætitia eorum*. Evangelium autem: [e] *Diligite*, inquit, *inimicos vestros, & precamini pro his qui lædunt vos. Nam si dilexeritis eos qui diligunt vos, qualem mercedem habetis? Hoc & latrones & publicani faciunt*. Qui autem bene faciunt, eos non gloriari docet, ne studiosi sint hominibus placendi. [f] *Nesciat enim*, inquit, *manus tua sinistra quid faciat manus tua dextra*. Illud etiam jubet Scriptura sancta, ut magistratibus & potestatibus subjiciamur ac pro iis precemur ut [g] *tranquillam & pacatam vitam agamus*. Ac omnibus omnia reddere docet: [h] *Cui honorem, honorem: cui timorem, timorem: cui tributum, tributum, nec quidquam ulli debere, nisi ut diligamus omnes*.

Σκόπει τοίνυν εἰ οἱ τὰ τοιαῦτα μανθάνοντες δύνανται ἀδιαφόρως ζῆν, καὶ συμφύρεσθαι ταῖς ἀθεμίτοις μίξεσιν, ἢ τὸ ἀθεώτατον πάντων, σαρκῶν ἀνθρωπείων ἐφάπτεσθαι· ὅπου γε καὶ τὰς θεὰς τῶν μονομάχων ἡμῖν ἀπείρηται ὁρᾷν, ἵνα μὴ κοινωνοὶ, καὶ D συνίστορες φόνων γενώμεθα. ἀλλ' οὐδὲ τὰς λοιπὰς θεωρίας ὁρᾷν χρὴ, ἵνα μὴ μολύνωνται ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ τὰ ὦτα, γινόμενα συμμέτοχα τῶν ἐκεῖ [7] φωνῶν ᾀδομένων. εἰ γὰρ εἴποι τις περὶ ἀνθρωποβορίας, ἐκεῖ τὰ Θυέστου καὶ Τηρέως τέκνα ἐσθιόμενα· [8] ἃ δὲ περὶ μοιχείας, οὐ μόνον περὶ ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ περὶ θεῶν, ὧν καταγγέλλουσιν εὐφώνως [9] μετὰ τιμῶν καὶ ἄθλων, παρ' αὐτοῖς τραγῳδεῖται. μακρὰν δὲ ἀπείη Χριστιανοῖς ἐνθυμηθῆναί τι τοιοῦτο πρᾶξαι, παρ' οἷς σωφροσύνη πάρεστιν, ἐγκράτεια ἀσκεῖται, [10] μονογαμία τηρεῖται, ἁγνεία φυλάσσεται, ἀδικία ἐκπορθεῖται, ἁμαρτία ἐκριζοῦται, δικαιοσύνη μελετᾶται, νόμος πολιτεύεται, θεοσέβεια πράσσεται, θεὸς ὁμολογεῖται, ἀλήθεια βραβεύει, χάρις E

XV. Vide igitur an possint, qui talia edocentur, indifferenter vivere, & in nefariis flagitiis volutari, aut quod omnem impietatem superat, carnes humanas attingere; cum præsertim nec gladiatorum ludos spectare nobis liceat, ne participes & conscii cædium fiamus. Neque etiam cetera spectacula obeunda sunt, ne polluantur oculi nostri & aures, si participes eorum fiant quæ illic decantantur. Si quis enim de carnis humanæ epulo loquitur, illic Thyestis & Terei filii vorantur; si vero de adulterio, illud apud eos non solum de hominibus, sed etiam de diis, quos canora voce decantant non sine præmio & mercede, tragice exhibetur. Procul autem absit a Christianis, ut iis quidquam hujusmodi facere in mentem veniat; apud quos adest temperantia, continentia colitur, unicum matrimonium servatur, castimonia custoditur, injustitia exterminatur, peccatum radicitus evellitur, justitia exercetur, lex

a Prov. IV. 25. 26. *b* Matth. V. 28. *c* Prov. VI. 27. *d* Esa. LXVI. 5. *e* Matth. V. 44. 46. *f* Matth. VI. 3. *g* I. Tim. II. 2. *h* Rom. XIII. 7. 8.

1. Οπ ὁ Σολ.] Leg. ἔτι ὁ Σολ.
2. Η περιπ.] Deest vocula in Reg. cod.
3. Οὕπως.] Ita Reg. Editi οὕπω.
4. Αλλοφύλοις.] Legendum esse ὁμοφύλοις, Cl. Wolfius post Grabium & Davisium admonuit.
5. Κελεύει ἡμᾶς.] Ita uterque codex mſ. & editio Hamburgensis. Legitur ἡμῖν in Tigur. & apud Ducæum. Aliæ ἡμῶν.
6. Διάγωμεν.] Reg. διαζῶμεν.
7. Φωνῶν.] Cl. Wolfius legendum esse contendit φόνων, neque hanc in interpretando emendationem sequi dubitavit. Sed ei minime assentior. Heic enim generatim Theophilus vitia insectatur spectaculorum: tum exempla subjicit ejusmodi vitiorum, nempe humanæ carnis epulum, quod cum homicidio conjunctum esse liquet, & deorum hominumque flagitia. Tota ergo turbabitur oratio, si quis homicidium eo intrudat, ubi nullum adhuc peculiare vitium notatur.
8. Α δὲ περὶ μοιχείας.] Legendum εἰ δὲ, si quis sententiam cum iis quæ præcedunt & sequuntur, consentaneam quærat.
9. Μετὰ τιμῶν.] Sic uterque codex. Editi vitiose κατὰ τιμῶν.
10. Μονογαμία.] Cod. Reg. μόνον ὁ γάμος. Bodl. μόνον ὁ γαμία. Reg. codicis scripturam Cotelerius, ut monet Cl. Wolfius citat in notis ad lib. 2. Hermæ p. 64. idque *non absque Græculi fraude* contigisse existimat.

συντηρεῖ, εἰρήνη [1] περισκέπει, λόγος ἅγιος ὁδηγεῖ, A σοφία διδάσκει, ζωὴ βραβεύει, Θεὸς βασιλεύει. πολλὰ μὲν οὖν ἔχοντες λέγειν περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πολιτείας, καὶ τῶν δικαιωμάτων τοῦ Θεοῦ, καὶ δημιουργοῦ πάσης κτίσεως, τὰ νῦν αὐτάρκως ἡγούμεθα ἐπιμεμνῆσθαι, εἰς τὸ καὶ σὲ ἐπιστῆσαι μάλιστα ἐξ ὧν [2] ἀναγινώσκειν ἕως τοῦ δεῦρο, ἵνα ὡς φιλομαθὴς ἐγενήθης, οὕτω [3] καὶ φιλομαθὴς ἔσῃ ἕως τοῦ δεῦρο.

A observatur, cultus Dei peragitur, Deus confitendo celebratur, veritas dominatur, gratia custodit, pax communit, sanctum verbum manu ducit, sapientia docet, vita dirigit, Deus regnat. Igitur cum permulta habeamus, quæ de institutis nostris & Dei ac conditoris universorum justificationibus dicamus, satis multa hactenus nobis videmur commemorasse, ut animum rei pernoscendæ adjicias; cum præsertim etiamnum perlegere liceat, ut quemadmodum hactenus discendi studiosus fuisti, ita etiam nunc libenter discas.

Θέλω δέ σοι καὶ τὰ τῶν χρόνων, Θεοῦ παρέχοντος, νῦν ἀκριβέστερον ἐπιδεῖξαι, ἵνα ἐπιγνῷς ὅτι οὐ πρόσφατος οὐδὲ μυθώδης ἐστὶν ὁ καθ' ἡμᾶς λόγος· ἀλλ' B ἀρχαιότερος καὶ ἀληθέστερος ἁπάντων ποιητῶν καὶ συγγραφέων, τῶν ἐπ' ἀδήλῳ συγγραψάντων. οἱ μὲν γὰρ τὸν κόσμον ἀγένητον εἰπόντες, [4] εἰς τὸ ἀπέραντον ἐχώρησαν· ἕτεροι δὲ γενητὸν φήσαντες, εἶπον ὡς ἤδη μυριάδας ἐτῶν πεντεκαίδεκα ἐληλυθέναι καὶ τρισχίλια ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη. ταῦτα μὲν οὖν Ἀπολλώνιος ὁ Αἰγύπτιος ἱστορεῖ. Πλάτων δὲ ὁ δοκῶν Ἑλλήνων σοφώτερος γεγενῆσθαι, εἰς πόσην φλυαρίαν ἐχώρησεν; ἐν γὰρ ταῖς πολιτείαις αὐτοῦ ἐπιγραφομέναις ῥητῶς κεῖται λέγοντος· [5] πῶς γὰρ ἂν εἴγε ἔμενε τάδε οὕτω τὸν πάντα χρόνον ὡς νῦν διακεκόσμηται, καινὸν ἄν εὑρίσκετό ποτε ὁτιοῦν; ὅτι μὲν γὰρ μυριάκις μυρία ἔτη ἀνελάνθανεν ἄρα τοὺς τότε, χίλια δὲ ἀφ' οὗ γέγονεν ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη, τὰ μὲν Δαιδάλῳ καταφανῆ C γέγονεν, τὰ δὲ Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Παλαμήδει. καὶ ταῦτα εἰπὼν γεγενῆσθαι, τὰ μὲν μυριάκις μυρία ἔτη ἀπὸ κατακλυσμοῦ ἕως Δαιδάλου δηλοῖ. καὶ πολλὰ φήσας περὶ πόλεων [6] κατακοσμῶν, καὶ οἰκήσεων, καὶ ἐθνῶν, ὁμολογεῖ εἰκασμῷ ταῦτα εἰρηκέναι. λέγει γάρ· εἴγουν, [7] ὦ ξένε, τις ἡμῖν ὑποσχῆται Θεὸς, ὡς ἂν ἐπιχειρήσωμεν τῇ τῆς νομοθεσίας σκέψει, [8] τῶν νῦν εἰρημένων, δηλονότι εἰκασμῷ ἔφη· εἰ δὲ εἰκασμῷ· οὐκ ἄρα ἀληθῆ ἐστι τὰ ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένα.

XVI. Volo autem tibi & ea quæ spectant tempora, Deo concedente, accuratius demonstrare; ut intelligas nec recentem nec fabulosam esse doctrinam nostram, B sed antiquiorem & veriorem omnibus poetis ac scriptoribus, qui incerta scripserunt. Alii enim cum mundum ingenitum dicerent, in infinitum abierunt: alii cum genitum assererent, jam annorum myriades quindecim & tria millia supra septuaginta quinque annos effluxisse dixerunt. Atque hæc quidem litteris mandavit Apollonius Ægyptius. Plato autem, qui Græcorum sapientissimus videtur fuisse, quantas in nugas aberravit? Nam in ejus libro, qui *Civitates* inscribitur, hæc totidem verbis leguntur. „ Quomodo enim, „ si hæc ita omni tempore mansissent ut hodie ornata „ sunt, novi quidquam aliquando inveniretur; cum „ hæc decies millies decem annorum millibus eos qui „ tum erant latuerint, ac mille anni ut bis mille ef- C „ fluxerint, ex quo partim a Dædalo, partim ab Or- „ pheo, partim a Palamede inventa in lucem prodie- „ re? Quæ cum facta esse dicit, decies millies decem annorum millia a diluvio ad Dædalum numerat. Et cum multa de variis per orbem civitatibus & habitationibus & gentibus dixisset, fatetur hæc se conjectura dixisse. Ait enim: *Si quis igitur, hospes, nobis polliceatur deus, fore ut si iterum legis ferendæ rationem considerare aggrediamur, sermonibus modo habitis &c.* conjectura videlicet loquutus est. Quod si conjectura; minus profecto vera quæ ab eo dicta sunt.

Δεῖ οὖν μᾶλλον μαθητὴν γενέσθαι τῆς νομοθεσίας τοῦ Θεοῦ, [9] καθὼς καὶ αὐτὸς ὡμολόγηκεν, ἄλλως μὴ D δύνασθαι τὸ ἀκριβὲς μαθεῖν, ἐὰν μὴ ὁ Θεὸς διδάξῃ [10] διὰ τοῦ νόμου. τί δ' οὐχὶ καὶ οἱ ποιηταὶ, Ὁμη-

XVII. Satius igitur est alumnum esse disciplinæ divinæ, quemadmodum ipse confitetur, aliter non D posse verum accurate disci, nisi Deus per legem doceat. Quid? Nonne etiam poetæ, Homerus,

1. Περισκέπει.] Ita Reg. & edit. Hamb. & Ducæus. Aliæ editiones περισκέπτει.

2. Ἀναγινώσκειν.] Oxon. & Hamb. ἀναγινώσκεις, ac sic etiam Regius codex. Sed legendum puto ἐξὸν ἀναγινώσκειν. Pluribus differendis supersedet Theophilus, quia satis multa sibi disseruisse videbatur, ut Autolycum ad consideranda religionis Christianæ instituta incitaret, cum præsertim sacras ei litteras legere liceret. Hortatur ergo hominem ad legendum, idque satis patet ex his quæ addit, ut *eodem sis discendi studio*, nempe in sacris litteris, *quo hactenus fuisti* in profanis. At cum hac adhortatione non quadrat scriptura ἐξ ὧν ἀναγινώσκεις ἕως τοῦ δεῦρο. Præterea satis absurde Autolycus qui in profanis litteris operam posuerat, ex his quæ hactenus legerat, Christiana instituta pernoscere posse diceretur. Multo aptius Theo- E philus eum Christiana instituta considerare posse dicit, quia ei in legendo hactenus pergere licebat, sacris scilicet libris evolvendis, qui hactenus profanos evolverat.

3. Καὶ φιλομαθής.] Monitus Wolfius a Cl. Lacroze legendum conjicit καὶ πολυμαθὴς, quia respicere videtur Theophilus ad verba Isocratis ad Demonicum: ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ἔσῃ πολυμαθής. Sed hæc conjectura penitus disconvenit proposito Theophili, qui Autolycum hortatur, ut eodem sit in sacris litteris discendis studio, quod hactenus in profanas impenderat. In fine libri 2. legimus χρὴ οὖν τὸν φιλομαθῆ καὶ φιλομαθεῖν. Infra editi εἰς τὸν ἀπέραντον. Reg. ut in textu.

4. Εἰς τὸ ἀπέραντον.] Ita Reg. codex. Editi, εἰς τὸν ἀπέραντον.

5. Πῶς γὰρ ἂν &c.] Totum hunc locum, qui in nostris codicibus mss. & editis corruptissimus erat, necesse fuit Platonici contextus ope restituere; quod idem in editione Hamburgensi factum fuerat. Hæc autem leguntur in tertio libro *de Legibus*, nequaquam autem in libris *de Republica*. In editionibus Oxon. & Hamb. pro πολιτείαις legitur περὶ νόμων ex conjectura.

6. Κατακοσμῶν.] Legendum κατὰ κόσμον.


7. Ὦ ξένε.] Ita Plato. Reg. ὦ ξένη. Editi ὦ ξένοι. Mox apud eumdem Platonem legitur ὑπόσχοιτο & ἐπιχειρήσωμεν τὸ δεύτερον.

8. Τῶν νῦν εἰρημένων.] Addit Plato, λόγων χείρους οὐδὲ ἐλάττους ἀκουσόμεθα, μακρὸν ἂν ἔλθοιμι ἐγώ. Id est, *Si quis nobis polliceatur deus, fore, ut si iterum legis ferendæ rationem considerare aggrediamur, sermonibus modo habitis non pejores audiamus, longum equidem iter suscipiam.* Ex his colligit Theophilus Platonem conjiciendo loquutum esse, nec ipsi, ut Prophetis Spiritus auxilio fretis, exploratum fuisse dicendi exitum. Pravam hujus loci interpunctionem sana- E vit Cl. Wolfius.

9. Καθὼς καὶ αὐτός.] Reg. καθὰ καὶ αὐτός.

10. Διὰ τοῦ νόμου.] Locus in quo fatetur Plato neminem posse verum pernoscere, nisi a Deo doceatur, a Justino citatur Cohort. num. 32. Occurrit autem in Menone Platonis & sic habet: εἰ δὲ νῦν ἡμεῖς ἐν παντὶ τῷ λόγῳ τούτῳ καλῶς ἐζητήσαμέν τε καὶ ἐλέγομεν, ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει, οὔτε διδακτὸν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγινομένη ἄνευ νοῦ οἷς ἂν παραγίνηται. *Nunc autem si in omni hoc sermone recte quæsivimus & disseruimus; virtus profecto nec natura nec doctrina, sed divina sorte hominibus evenit sine scientia, iis quibus evenit.* Non alium videtur Platonis locum Theophilus in memoria habuisse. Nec magni refert, quod virtus apud Platonem, veri cognitio est apud Theophilum. Eam enim veri cognitionem intelligit Theophilus, quæ ad salutem perducat. Dei cognitio, ut observavimus ad n. 19. Tatiani, in hanc sententiam interdum usurpatur. Sed si Platonis sensum Theophilus accurate sequitur; legendum erit non διὰ τοῦ νόμου, sed δίχα τοῦ νόμου, *sine lege*, quod respondebit his Platonis verbis ἄνευ νοῦ, *sine scientia*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



ρος, καὶ Ἡσίοδος, καὶ Ορφεὺς ἔφασαν ἑαυτοὺς ἀπὸ θείας προνοίας μεμαθηκέναι; ἔτι μὴν μάντεις καὶ προγνώστας γεγενῆσθαι κατὰ τοὺς συγγραφεῖς, καὶ τοὺς παρ' αὐτῶν μαθόντας ἀκριβῶς συγγραφέναι φασίν. πόσῳ οὖν μᾶλλον ἡμεῖς τὰ ἀληθῆ εἰσόμεθα, οἱ μανθάνοντες ἀπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, τῶν χωρησάντων τὸ ἅγιον πνεῦμα τοῦ θεοῦ. διὸ σύμφωνα καὶ φίλα ἀλλήλοις οἱ πάντες προφῆται εἶπον, καὶ προεκήρυξαν τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι παντὶ τῷ κόσμῳ. τοὺς γὰρ φιλομαθεῖς, μᾶλλον δὲ φιλαληθεῖς δύναται αὐτὴ ἡ ἔκβασις τῶν προαναπεφωνημένων πραγμάτων, καὶ ἤδη ἀπηρτισμένων ἐκδιδάσκειν ὄντως ἀληθῆ εἶναι τὰ δι' αὐτῶν κεκηρυγμένα περί τε χρόνων, καὶ καιρῶν τῶν πρὸ κατακλυσμοῦ, ἀφ' οὗ ἔκτισται ὁ κόσμος ἕως τοῦ δεῦρο, ὡς [1] ἐνέστηκε τὰ ἔτη, εἰς τὸ ἐπιδεῖξαι τὴν φλυαρίαν τοῦ ψεύδους τῶν συγγραφέων, ὅτι οὐκ ἀληθῆ ἐστι τὰ δι' αὐτῶν ῥηθέντα.

A Hesiodus & Orpheus, institutos se fuisse a divina providentia dixerunt? Quin etiam scriptores vatibus & prophetis æquales fuisse narrant, a quibus qui eruditi fuissent, eos accurate scripsisse. Quanto igitur magis veritas a nobis cognoscetur, qui a sanctis prophetis sancto Dei Spiritu plenis didicimus? Hinc consona omnes prophetæ & amica inter se dixerunt; ac futuros totius mundi eventus prænuntiarunt. Ipse enim prædictarum rerum & jam perfectarum eventus, potest discendi vel potius veri cupidos edocere, vera esse quæ ab illis de temporibus & annis ante diluvium elapsis prædicata sunt, quomodo scilicet se habeat ab origine mundi ad nostram B ætatem annorum series; ita ut facile pateat inepte mentitos esse scriptores, nec vera esse quæ ab his dicta sunt.


Πλάτων γὰρ, ὡς προειρήκαμεν, δηλώσας κατακλυσμὸν γεγενῆσθαι, ἔφη μὴ πάσης τῆς γῆς, ἀλλὰ τῶν πεδίων μόνον γεγενῆσθαι, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἐπὶ τοῖς ὑψηλοτάτοις ὄρεσιν αὐτοὺς διασεσῶσθαι. ἕτεροι δὲ λέγουσι γεγονέναι Δευκαλίωνα καὶ Πύρῥαν, καὶ τούτους ἐν λάρνακι διασεσῶσθαι, καὶ τὸν Δευκαλίωνα μετὰ τὸ ἐλθεῖν ἐκ τῆς λάρνακος, λίθους εἰς τὰ ὀπίσω [2] πεπομφέναι, καὶ ἀνθρώπους ἐκ τῶν λίθων γεγενῆσθαι· ὅθεν φασὶ λαοὺς προσαγορεύεσθαι τὸ πλῆθος ἀνθρώπων. ἄλλοι δ' αὖ Κλύμενον εἶπον ἐν δευτέρῳ κατακλυσμῷ γεγονέναι. ὅτι μὲν οὖν ἄθλιοι, καὶ πάνυ δυσσεβεῖς, καὶ ἀνόητοι εὑρίσκονται οἱ τὰ τοιαῦτα συγγράψαντες, καὶ φιλοσοφήσαντες ματαίως, ἐκ τῶν προειρημένων δῆλόν ἐστιν. ὁ δὲ ἡμέτερος προφήτης καὶ θεράπων τοῦ θεοῦ Μωσῆς περὶ τῆς γενέσεως τοῦ κόσμου ἐξιστορῶν, διηγήσατο τίνι τρόπῳ γεγένηται ὁ κατακλυσμὸς ἐπὶ τῆς γῆς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ κατακλυσμοῦ ᾧ τρόπῳ γέγονεν, οὐ Πύῤῥαν, οὐδὲ Δευκαλίωνα ἢ Κλύμενον μυθεύων, οὐδὲ μὴν τὰ πεδία μόνον κατακεκλύσθαι, καὶ τοὺς διαφυγόντας ἐπὶ τοῖς ὄρεσι μόνους διασεσῶσθαι.

XVIII. Plato enim, ut diximus, cum diluvium contigisse demonstrasset, non totius orbis terrarum, sed tantum camporum fuisse dixit, & qui in altissimos montes fugissent, eos incolumes evasisse. Alii Deucalionem & Pyrrham tunc extitisse dicunt, eosque in arca servatos fuisse; Deucalionem autem ex arca egressum, lapides post tergum jactasse, atque ex his homines natos esse. Hinc hominum multitudinem λαούς, sive populos, appellatam dicunt. Alii Clymenum in secundo C diluvio exstitisse dicunt. Miseros igitur ac impios & stultos reperiri, qui talia scripsere & philosophati sunt inutili opera, ex his quæ diximus satis perspicuum est. Noster autem propheta & famulus Dei Moses originem mundi exponens, narravit quomodo diluvium in terra factum sit, immo etiam quæ cum diluvio fuere conjuncta quomodo evenerint; non Pyrrham aut Deucalionem aut Clymenum fingens, aut campos solum inundatos fuisse, & qui in montes fugissent, solos evasisse incolumes.

Ἀλλ' οὐδὲ δεύτερον κατακλυσμὸν γεγονέναι δηλοῖ· ἀλλὰ μὲν οὖν ἔφη μηκέτι τῷ κόσμῳ κατακλυσμὸν ὕδατος ἔσεσθαι, [3] οἷος οὔτε γέγονεν, οὔτε μὴν ἔσται. ὀκτὼ δέ φησι τὰς πάσας ψυχὰς ἀνθρώπων ἐν τῇ κιβωτῷ διασεσῶσθαι, ἐν τῇ κατασκευασθείσῃ προστάγματι θεοῦ, οὐχ ὑπὸ τοῦ Δευκαλίωνος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Νῶε Ἑβραϊστὶ, ὃς διερμηνεύεται τῇ Ἑλλάδι γλώσσῃ ἀνάπαυσις· [4] καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ λόγῳ ἐδηλώσαμεν, ὡς Νῶε καταγγέλλων τοῖς τότε ἀνθρώποις μέλλειν κατακλυσμὸν ἔσεσθαι, προεφήτευσεν αὐτοῖς, λέγων· δεῦτε, καλεῖ ὑμᾶς ὁ θεὸς εἰς μετάνοιαν. διὸ οἰκείως Δευκαλίων ἐκλήθη. τούτῳ δὲ τῷ Νῶε υἱοὶ τρεῖς ἦσαν, καθὼς καὶ ἐν τῷ δευτέρῳ τόμῳ ἐδηλώσαμεν, ὧν τὰ ὀνόματά ἐστι Σὴμ, καὶ Χὰμ, καὶ Ἰαφέθ· οἷς καὶ γυναῖκες τρεῖς ἦσαν [5] τὸ καθ' ἕνα αὐτῶν, [6] καὶ αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. τοῦτον τὸν ἄνδρα ἔνιοι Εὔνουχον προσηγορεύκασιν. ὀκτὼ οὖν αἱ πᾶσαι ψυχαὶ ἀνθρώπων διεσώθησαν, οἱ ἐν τῇ κιβωτῷ εὑρεθέντες. τὸν δὲ κατακλυσμὸν ἐσήμανεν ὁ Μωσῆς ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ νύκτας τεσσαράκοντα γεγενῆσθαι, ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ τῶν καταῤῥακτῶν ῥυέντων, καὶ ἀπὸ τῶν πηγῶν τῆς ἀβύσσου [7] βλυσάντων, ὥστε τὸ ὕδωρ ὑψωθῆναι ἐπάνω παντὸς ὄρους ὑψηλοῦ, πεντεκαίδεκα πήχεις. καὶ οὕτω διεφθάρη τὸ γένος πάντων τῶν [8] τότε ἀνθρώπων· μό-

XIX. Sed neque etiam alterum diluvium fuisse declarat: immo nullum amplius diluvium aqua- D rum mundo eventurum esse asserit; quemadmodum revera nec evenit, nec eventurum est. Octo autem omnino homines in arca servatos fuisse dicit, ea quam jussu Dei non Deucalion, sed Noe, cujus nomen Hebræum si Græce interpreteris, idem est ac requies, construxerat: quemadmodum in alio libro demonstravimus, Noe hominibus illius ætatis futurum diluvium nuntiantem, ita illis esse vaticinatum: *Venite, vocat vos Deus ad pœnitentiam*. Unde Deucalion proprie appellatus est. Huic Noe tres erant filii, quemadmodum in secundo libro demonstravimus, quorum nomina Sem, Cham & Japheth, qui suam singuli uxorem habuerunt; E tum ipse & uxor ejus. Hunc hominem nonnulli Eunuchum vocaverunt. Octo igitur omnino homines cum in arca inventi fuissent, incolumes evasere. Idem Moses demonstrat diluvium quadraginta diebus totidemque noctibus sævisse, cataractis cæli abruptis & fontibus abyssi manantibus; ita ut aqua altissimos quosque montes quindecim cubitis superaret. Ita tum periit universum genus humanum, præter illos octo

1. Ἐνέστηκε.] Legendum συνέστηκε.
2. Πεπομφέναι.] Reg. ἀποβεβληκέναι.
3. Οἷος.] Ita Ducæus, melius quam alii οἷον. Codex Bodl. δι' ὅν, δι' ὅ.
4. Καθὼς καὶ ἐν ἑτέρῳ.] Reg. καθὰ καὶ, & non multo post καθὰ καὶ ἐν ἑτέρῳ.
5. Τὸ καθ' ἕνα αὐτῶν.] Ita uterque codex & Hamb. Aliæ editiones τῷ.
6. Καὶ αὐτός.] Id est, ut explanavit Cl. Wolfius, ipse Noe & uxor ejus. Illud autem καὶ αὐτός ex utroque codice idem Wolfius depromsit, cum antea in editis deesset.
7. Βλυσάντων.] Ita Wolfius ex Regio codice. Alii κλυσάντων.
8. Τότε.] Deest in utroque codice. Legitur in Regio τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πάντων.



νοι δὲ διεσώθησαν οἱ φυλαχθέντες ἐν τῇ κιβωτῷ, οὓς προειρήκαμεν ὀκτώ· ἧς κιβωτοῦ τὰ λείψανα μέχρις τοῦ δεῦρο δείκνυται εἶναι ἐν τοῖς [1] Αραβικοῖς ὄρεσιν. τὰ μὲν οὖν τοῦ κατακλυσμοῦ κεφαλαιωδῶς τοιαύτην ἔχει τὴν ἱστορίαν.

A quos in arca servatos diximus fuisse; cujus quidem arcæ adhuc in montibus Arabiæ reliquiæ monstrantur. Ceterum diluvii historia sic summatim enarratur.

Ο δὲ Μωσῆς ὁδηγήσας τοὺς Ἰουδαίους, ὡς ἔφθημεν εἰρηκέναι, ἐκβεβλημένους ἀπὸ γῆς Αἰγύπτου ἀπὸ βασιλέως Φαραώ, οὗ τοὔνομα [2] Αμασις, [3] ὃς, φασίν, μετὰ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λαοῦ ἐβασίλευσεν ἔτη εἰκοσιπέντε, καὶ μῆνας δ', ὡς ὑφήρηται [a] Μαναιθῶς. καὶ μετὰ τοῦτον Χεβρῶν ἔτη ιγ'. μετὰ δὲ τοῦτον Αμένωφις ἔτη κ', μῆνας ἑπτά. μετὰ δὲ τοῦτον ἡ ἀδελφὴ αὐτοῦ Αμέσση ἔτη κα'., μῆνα α'. μετὰ δὲ ταύτην Μήφρης, ἔτη ιβ'. μῆνας θ'. μετὰ δὲ τοῦτον Μηθραμμουθῶσις, ἔτη κ'. μῆνας ι'. καὶ μετὰ τοῦτον Τυθμώσης ἔτη θ'. μῆνας η'. καὶ μετὰ τοῦτον Δαμφενώφις ἔτη λ'. μῆνας ι'. μετὰ δὲ τοῦτον Ωρος ἔτη λε'. μῆνας πέντε. [4] τοῦ δὲ θυγάτηρ ἔτη ι'. μῆνας γ'. μετὰ δὲ ταύτην Μερχερὴς, ἔτη ιβ', μῆνας γ'. τοῦ δὲ Αρμαῖς ἔτη δ'. μῆνα α'. μετὰ δὲ τοῦτον Μέσσης Μιαμμοῦ, ἔτη ς'. καὶ μῆνας β'. καὶ μετὰ τοῦτον Ραμέσσης ἐνιαυτὸν, μῆνας δ'. καὶ μετὰ τοῦτον Αμενώφις, ἔτη ιθ'. μῆνας ς'. [5] τοῦ δὲ Θοῖσσος καὶ Ραμέσσης, ἔτη ι'. οὓς φασὶν ἐσχηκέναι πολλὴν δύναμιν ἱππικῆς, καὶ παράταξιν ναυτικῆς. [6] μετὰ τοὺς ἰδίους χρόνους οἱ μὲν Εβραῖοι κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παροικήσαντες ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ καταδουλωθέντες ἀπὸ βασιλέως, ὡς προείρηται, Τεθμώσις, ᾠκοδόμησαν αὐτῷ πόλεις ὀχυρὰς, τήν τε Πειθὼ καὶ Ραμεσσῆ, καὶ Ων, ἥτις ἐστὶν Ηλιόπολις· ὥστε καὶ τῶν πόλεων τῶν τότε ὀνομαστῶν κατ' Αἰγυπτίους δείκνυνται προγενέστεροι οἱ Εβραῖοι ὄντες, οἳ καὶ προπάτορες ἡμῶν, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἔχομεν ἀρχαιοτέρας οὔσας ἁπάντων συγγραφέων, καθὼς προειρήκαμεν. Αἴγυπτος δὲ ἡ χώρα ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ βασιλέως Σέθως. [7] τὸ γὰρ Σέθως, φασὶν, Αἴγυπτος καλεῖται. τῷ δὲ Σέθως ἦν ἀδελφὸς ᾧ ὄνομα Αρμαῖν. οὗτος Δαναὸς κέκληται ὁ εἰς Αργος ἀπὸ Αἰγύπτου παραγενόμενος, οὗ μέμνηνται οἱ λοιποὶ συγγραφεῖς, ὡς πάνυ ἀρχαίου τυγχάνοντος.

XX. Moses autem, quemadmodum prædiximus, dux fuit Judæorum qui ejecti sunt ex terra Ægypti a rege Pharaone, cujus nomen fuit Amasis. Is, ut ajunt, post exactum populum, regnavit annis 25. & mensibus 4. ut supputat Manæthos. Huic successit Chebron qui regnavit annis 13. Huic Amenophis, qui regnavit annis 20. mensibus 7. Huic soror, nomine Amessa, quæ regnavit annis 21. & mense 1.
B Post hanc Mephres annis 12. & mensibus 9. Post hunc Methrammuthosis, annis 20. & mensibus 10. Post hunc Tythmoses, annis 9. & mensibus 8. Huic successit Damphenophis, qui regnavit annis 30. & mensibus 10. Huic successit Orus, qui regnavit annis 35. & mensibus 5. Huic filia, quæ regnavit annis 10. & mensibus 3. Post hanc Mercheres annis 12. & mensibus 3. Huic successit filius nomine Armais, qui regnavit annis 4. & mense 1. Huic Messes Miammi filius, qui regnavit annis 6. & mensibus 2. Huic Rhamesses, qui regnavit anno 1. & mensibus 4. Huic successit Amenophis, qui regnavit annis 19. & mensibus 6. Post hunc Thoessus & Rhamesses annis 10. quos ferunt habuisse plurimas copias equestres & nava-
C les. Ac Hebræi quidem, post proprias gentis suæ ætates, cum eo tempore in Ægypto advenæ essent, a rege, ut jam dictum est, Tethmosi, in servitutem addicti sunt, eique exstruxerunt urbes munitas, Peitho & Rhamesen & On, quæ est Heliopolis: ita ut urbibus quæ tunc apud Ægyptios celebres fuerunt, seniores esse pateat Hebræos; qui & majores nostri sunt, nobisque sacros libros omnibus, ut jam dictum est, scriptoribus antiquiores transmiserunt. Ægypti autem regio dicta est a rege Sethos. Nam Sethos idem sonare ac Ægyptum dicunt. Huic autem Sethos frater fuit nomine Armæn, qui Danaus appellatus est, & Argos relicta Ægypto venit, memoratus apud ceteros scriptores ut omnino antiquus.

Μαναιθὼς δὲ ὁ [8] κατ' Αἰγυπτίους πολλὰ φλυαρήσας, ἔτι μὴν καὶ βλάσφημα εἰπὼν [9] ὥστε Μωσέα

D XXI. Manæthos autem, qui multa in favorem Ægyptiorum nugatus est, ac blasphemias etiam

1. Αραβικοῖς.] Fellus & Wolfius Αρμενικοῖς. Longe probabilius ita scripsisse Theophilum. Sed cum nulla suppetat codicis mſ. auctoritas, non libuit contextum immutare.

2. Αμασις.] Infra & apud Joseph. 1. App. vocatur Τέθμωσις. Uterque mſ. Μωσῆς. Sic etiam Tigurina editio & ad marg. Αμασις, quod postea adscitum in contextum. Codex Angl. ad marg. Θύμωσις.

3. Ος φασιν.] Uterque mſ. ὡς φασιν, ex quo conjicio scriptum fuisse ὃς, ὥς φασιν, & ex duabus voculis alteram excidisse.

4. Τοῦ δὲ θυγάτηρ.] Ita apud Josephum. Editi nostri τούτου δὲ θυγάτηρ. Excepta tamen Hamburgensi editione. Apud Josephum post Orum recensentur Acenchres ejus filia; tum istius frater Rhatotis: deinde Acencheres, alter Acencheres, Armais, Rhamesses, Amenophis. In editis nostris Rhamesses dicebatur regnasse *anno* 1. *& mensibus* 4. *& mensibus* 2. Duos illos menses, auctore Josepho, transtuli in Messem, sive Armessem.

5. Τοῦ δὲ Θοῖσσος καὶ Ραμέσσης.] Pro Θοισσος legendum Σέθως vel Σέθωσις ut apud Josephum, cujus contextus sic se habet, τοῦ δὲ Σέθωσις καὶ Ραμέσσης ἱππικὴν καὶ ναυτικὴν ἔχων δύναμιν. Non adscribit Josephus quot annis Sethosis & Ramesses regnaverint. Fellus & Wolfius duo hæc nomina unius & ejusdem regis fuisse volunt: unde uterque sic in contextu scripsit, ὁ δὲ Σέθως καὶ Ραμέσσης λέγεται, ὥν φασιν. Nituntur eruditi viri alio Manethonis apud Josephum p. 1053. testimonio, ubi Sethos dicitur nomen etiam Ramessis habuisse. At in hoc loco alius est Sethos qui annis 125. regnavit post expulsum a priore Setho fratrem Danaum. Unde etiam posterior ille Sethos dicitur Ramessis nomen habuisse a Rampseo avo. Apud Josephum in edit. Oxon. legitur scholium ex duobus mſs. erutum, in quo Sethos & Ramesses dicuntur fratres fuisse; quibus adjungitur tertius Armais, sive Danaus, quem Sethos toti Ægypto præfecit, postquam Ramessen sustulit.

6. Μετὰ τοὺς ἰδίους χρόνους.] Hæc in superioribus editt. conjuncta erant cum præcedentibus vocibus. Unde interpres reddiderat, *illis temporibus* quasi scriptum fuisset κατά. Ita scribere non dubitavit Cl. Wolfius, qui nescio quomodo sibi finxit solam editionem Oxoniensem habere alteram præpositionem. His vocibus, *μετὰ τοὺς ἰδίους χρόνους*, antiquitatem Hebræorum Theophilus longius repe-
E tendam indicat, nempe ab iis temporibus, quæ Abraham ejusque nepotes in terra Chanaan traduxerunt.


7. Τὸ γὰρ Σέθως.] Legendum ut apud Josephum, ὁ γὰρ Σέθως.

8. Κατ' Αἰγυπτίους.] Testatur Josephus corruptam fuisse a nonnullis historiam illorum temporum, ut Ægyptiis gratificarentur, 1. adv. App. p. 1051. Videtur ad hunc Josephi locum respexisse Theophilus. Quare vertendum duxi, *in favorem Ægyptiorum*; minime vero, *de rebus Ægyptiorum*.

9. Ωστε Μωσέα.] Legendum ὥς τε. Sed cum aliud vulneris insit huic loco, sic restituendus videtur: *ἔτι μὲν καὶ βλάσφημα εἰπὼν εἰς τε Μωσέα, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Εβραίους, ὡς δῆθεν διὰ λέπραν ἐκβληθέντας ἐκ τῆς Αἰγύπτου, οὐχ εὗρεν τὸ ἀκριβὲς τῶν χρόνων εἰπεῖν. ποιμένας μὲν γὰρ αὐτοὺς εἰπὼν καὶ πολεμίους Αἰγυπτίων, ποιμένας μὲν ἄκων εἶπεν.*

a Μαναιθῶς.] Cl. Havercampus ad *Vett. testim. de Josepho* n.VII. adnotat, in Suidæ codd. Μαναιθῶς scribi. Al. Μανεθῶν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ Ἑβραίους, ὡς δῆθεν διὰ λέπραν A [1] ἐκβληθέντος ἐκ τῆς Αἰγύπτου· ποιμένας μὲν γὰρ αὐτοὺς εἰπὼν, καὶ πολεμίους Αἰγυπτίων. [2] οὐχ εὗρεν τὸ ἀκριβὲς τῶν χρόνων εἰπεῖν. τὸ μὲν γὰρ ποιμένας ἄκων εἶπεν, ἐλεγχόμενος ἀπὸ τῆς ἀληθείας. ἦσαν γὰρ ὄντως ποιμένες οἱ προπάτορες ἡμῶν, οἱ παροικήσαντες ἐν Αἰγύπτῳ, ἀλλ' οὐ λεπροί. παραγενόμενοι γὰρ εἰς τὴν γῆν καλουμένην Ἱεροσόλυμα, ἔνθα καὶ μεταξὺ κατῴκησαν, δηλοῦται τῷ τρόπῳ οἱ ἱερεῖς αὐτῶν, διὰ προστάγματος Θεοῦ, προσκαρτεροῦντες τῷ ναῷ, τότε [3] ἐθεράπευον πᾶσαν νόσον, ὥστε καὶ [4] λεπρῶντας καὶ πάντα μῶμον ἰῶντο. ναὸν ᾠκοδόμησε Σολομὼν ὁ βασιλεὺς τῆς Ἰουδαίας. περὶ δὲ τοῦ πεπλανῆσθαι τὸν Μαναιθὼ [5] περὶ τῶν χρόνων, ἐκ τῶν [6] ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων δῆλόν ἐστιν, B (ἀλλὰ καὶ [7] περὶ τοῦ βασιλέως τοῦ ἐκβαλόντος αὐτοὺς, Φαραὼ τοὔνομα. οὐκέτι γὰρ αὐτῶν ἐβασίλευσε. καταδιώξας γὰρ Ἑβραίους μετὰ τοῦ στρατεύματος κατεποντίσθη εἰς τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. ἔτι μὴν καὶ οὓς ἔφη ποιμένας πεπολεμηκέναι τοὺς Αἰγυπτίους, ψεύδεται) [8] πρὸ ἐτῶν γὰρ [a] τριακοσίων δεκατριῶν ἐξῆλθον ἐκ τῆς Αἰγύπτου, καὶ ᾤκησαν ἐκτότε τὴν χώραν, τὴν ἔτι καὶ νῦν καλουμένην Ἰουδαίαν, πρὸ τοῦ καὶ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. ὅτι δὲ τοῦτον ἀρχαιότερον ἡγοῦνται τῶν λοιπῶν κατὰ Ἕλληνας οἱ πλείους, σαφές ἐστιν. [9] ὥστε ὁ Μαναιθὼς δύο τάξεις ἄκων τῆς ἀληθείας μεμήνυκεν ἡμῖν, διὰ τῶν αὐτοῦ γραμμάτων· πρῶτον μὲν ποιμένας αὐτοὺς ὁμολογήσας, δεύτερον εἰπὼν καὶ τὸ ἐξεληλυθέναι αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ὥστε καὶ C

A in Mosem & Hebræos qui cum eo erant, effutiit, quasi ob lepram ejectus ex Ægypto fuisset, non potuit accuratam temporum rationem exhibere. Atque illos quidem pastores invitus, premente veritate dixit. Erant enim revera pastores nostri majores qui in Ægypto commorati sunt, sed non leprosi. Nam cum venissent in terram quæ vocatur Hierosolyma, ubi etiam deinceps habitarunt; nota res est quomodo eorum sacerdotes, Dei præcepto, perseverantes in templo, morbum omnem curaverint, ita ut & lepra infectos & morbum omnem sanarent. Templum ædificavit Salomon rex Judææ. Quod autem Manæthos circa tempora aberrat, ex ipsius B dictis manifestum est. (Sed & circa regem qui eos expulit, Pharaonem nomine. Is enim non jam amplius Ægyptiis imperavit. Nam cum Hebræos persequeretur, cum exercitu submersus est in mari rubro. Sed & quos ait Pastores bellum gessisse cum Ægyptiis, mentitur.) Nam egressi sunt ex Ægypto & incoluerunt regionem, quæ nunc etiam Judæa dicitur, annis antequam Danaus Argos veniret, trecentis nonaginta tribus. Hunc autem ceteris antiquiorem apud Græcos a plerisque existimari manifestum est. Itaque Manæthos duo nobis capita veritatis invitus declaravit in scriptis suis: primum quidem quod eos pastores fuisse confessus est; deinde quod egressos esse e terra Ægypti: adeo ut vel ex his tempo- C

1. Ἐκβληθέντος.] Hamb. & Oxon. ἐκβληθέντας, ex conjectura non probanda. Nam in fabula, quam refellit Josephus p. 1052. non Israelitas, sed Ægyptios cum Mose ob lepram ejectos Manæthos narrabat. Codex Regius ἐκβληθῆναι. Codex Anglic. cum aliis editionibus ἐκβληθέντος.

2. Οὐχ εὗρεν.] Hæc explicanda ex Josephi historia. Manæthos plurima adversus Judæos corradebat, nunc antiquos Ægyptiorum commentarios sequens, nunc fabulas aniles. Itaque cum dixisset, commentarios Ægyptios sequendo, Israelitas sive Pastores, sub Tethmosi, annis ante quam Danaus Argos veniret, 393. ex Ægypto discessisse; postea, fabulis indulgendo, narrabat, sub Amenophi, quem post Sethosim ejusque filium Rampsem collocabat, maximam Ægyptiorum leprosorum multitudinem, duce Mose, defecisse & a Pastoribus olim sub Tethmosi expulsis ac Hierosolymam incolentibus auxilium sibi adscivisse. Hanc fabulam pluribus refellit Josephus p. 1052. Observat Manæthonem sibi non constare, qui post collocatum Mosis egressum sub Rege Tethmosi, nunc annis 518. serius hunc eventum collocat. Nam ab egressu Mosis usque ad expulsum a fratre Sethosi Danaum anni 393. intercesserant. Sethosis post expulsum fratrem annis 59. regnaverat, ejusque filius Rampses annis 66. Tum fabulosus ille Amenophis, *cujusque annos idcirco Manæthon definire non ausus est, quamvis in aliis regibus annos accurate adjiciat.* Ἀμένωφιν γὰρ βασιλέα προσθεὶς, ψευδὲς ὄνομα, καὶ διὰ τοῦτο χρόνον αὐτοῦ τῆς βασιλείας ὁρίσαι μὴ τολμήσας, καί τοι ἐπὶ τῶν ἄλλων βασιλέων ἀκριβῶς τὰ ἔτη προστιθεὶς &c. Joseph. 1. App. 1052. Liquet Theophilo hunc Josephi locum observatum fuisse.

3. Ἐθεράπευον πᾶσαν νόσον.] Paullo aliter Josephus 1. adv. App. p. 1056. ubi Mosem minime contactum fuisse probat hoc lepræ morbo, quia leprosos oppidis & vicis exclusos seorsim in lacero habitu degere, & qui eos tetigissent aut sub eodem tecto fuissent, pro impuris haberi jussit, ac ne sanatis quidem introitum in sanctam urbem concessit, nisi post multas expiationes & lustrationes & sacrificia. Videtur existimasse Theophilus expiationes & lustrationes ad perfectam morbi curationem præscriptas fuisse.

4. Λεπρῶντας,] Reg. λεπριῶντας. Quæ autem de Salomone huic loco intexuntur, nata videntur ex occasione templi modo commemorati.

5. Περὶ τῶν χρόνων.] Reg. & Hamb. τὸν χρόνον, minus commode, ut patet ex sequentibus vocibus, περὶ τοῦ βασιλέως.

6. Ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένων.] Heic necesse fuit parenthesim apponere, post quam sequuntur Manæthonis dicta, ex quibus eum erroris circa tempora arguit Theophilus. Nam qui primo dixerat Hebræos ex Ægypto discessisse annis ante Danaum 393. is postea sub rege, qui post Danaum annis 125. regnare cœperat, id dicebat evenisse.

7. Περὶ τοῦ βασιλέως.] Narrabat enim Manæthos regem Amosum, sive Tethmosim, annis tribus & viginti post expulsos Israelitas regnasse. Wolfius qui legendum putat D ἐκ τοῦ, nihil prorsus vidit in hoc loco interpretando.

8. Πρὸ ἐτῶν &c.] Error est vel Theophili vel librariorum. Nam apud Josephum anni 393. numerantur p. 1041. & 1052. Sic etiam Tertullianus Apolog. cap. XIX. *Si quem audistis Moysem, Argivo Inacho pariter ætate est: quadringentis pæne annis, nam & septem minus, Danaum & ipsum apud vos vetustissimum præcedit: mille circiter cladem Priami antecedit.* Confirmat hanc scripturam argumentum, quo utitur Josephus, ut scriptorem Ægyptium sibi non constare demonstret. Nam cum is, litteras Ægyptiacas sequendo, Hebræos ex Ægypto egressos esse dixisset annis 393. ante Danaum; postea, fabulis indulgendo, hunc eventum sub Amenophi collocabat, annis 115. post Danaum. Unde Josephus (ibid. pag. 1052.) discrimen annorum 518. inter utramque ejusdem rei narrandæ rationem observat. Porro si a Tethmosi, quem Hebræos persequutum esse Ægyptiorum litteræ narrabant, usque ad Amenophin, qui 125. annis post Danaum regnavit, anni 518. effluxerunt; ne- E cesse est ut a Tethmose usque ad Danaum annos 393. numeremus.

9. Ὥστε ὁ Μαναιθώς.] Sic legitur in codice Regio: ὥστε τὸν Μαναιθὼν δύο τάξεις ἄκοντα τῆς ἀληθείας δεδηλωκέναι, ὡς αὐτὸς μεμήνυκεν ἡμῖν. Cod. Angl. habet ὡς αὐτός. Cl. Wolfius. Sed nulla videtur esse immutandi contextus necessitas.

a Πρὸ ἐτῶν γὰρ τριακοσίων δεκατριῶν.] Sic pæne Tertullianus in Fragmento, *Apologetici* editioni Havercampianæ subjecto, p. 440. Moses *superior invenitur annis circiter trecentis, quam ille antiquissimus penes vos Danaus in Argos transvenisset: Trojano denique prælio ad mille annos ante est.* Quam quidem supputationem Tertullianum in secunda sui *Apologetici* editione retractasse putamus, ubi nunc legimus *quadringentis pæne annis, nam & septem minus* &c. Josephum scilicet secutus ille fuerit, qui lib I. *contr. Apion.* cap. XVI. hæc habet: Ἡμέτεροι δὲ πρόγονοι, τρισὶ καὶ ἐννενήκοντα καὶ τριακοσίοις ἔτεσιν ἐκ τῆς Αἰγύπτου ἀπαλλαγέντες, τὴν χώραν ταύτην ἐπῴκησαν, ἢ Δαναὸν εἰς Ἄργος ἀφικέσθαι. *Majores nostri annis ante tribus & nonaginta supra trecentos ex Ægypto egressi regionem illam insederunt, quam Danaus Argos advenisset.* Hinc auctoritate Josephi & Tertulliani permotus Cl. Wesselingius, in *Probabil.* cap. XXXV. p. 316. concludit, apud Theophilum legendum, πρὸ ἐτῶν τριακοσίων ἐννενήκοντα τριῶν; eo vel maxime quod heic Theophilum Josephi vestigiis inhæsisse constet.

A ἐκ τούτων τῶν [1] ἀναγραφῶν δείκνυσθαι προγενέστερον εἶναι τὸν Μωσῆν καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, [a] ἐννεακοσίοις ἢ καὶ χιλίοις [2] ἐνιαυτοὺς πρὸ τοῦ Ἰλιακοῦ πολέμου.

Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ ναοῦ τῆς οἰκοδομῆς, τοῦ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ὃν ᾠκοδόμησεν ὁ βασιλεὺς Σολομῶν μετὰ ἔτη πεντακόσια [3] ἑξήκοντα ἓξ τῆς Αἰγύπτου ἐξοδίας τῶν Ἰουδαίων, παρὰ Τυρίοις ἀναγέγραπται, ὡς ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται, καὶ ἐν τοῖς ἀρχείοις αὐτῶν πεφύλακται τὰ γράμματα, ἐν αἷς ἀναγραφαῖς δείκνυται γεγονὼς ὁ ναὸς, πρὸ τοῦ τοὺς Τυρίους τὴν Καρχηδόνα κτίσαι, θᾶττον ἔτεσιν [4] ἑκατὸν τεσσαράκοντα τρισὶν, [5] μησὶν ὀκτώ. ([6] ἀνεγράφη δὲ ἀπὸ Ἱερώμου τοὔνομα βασιλέως Τυρίων, υἱοῦ δὲ Ἀβειμάλου, [7] διὰ B τὸ ἐκ πατρικῆς συνηθείας τὸν Ἱέρωμον γεγενῆσθαι φίλον τοῦ Σολομῶντος· ἅμα καὶ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν σοφίαν, ἣν ἔσχεν ὁ Σολομῶν. ἐν γὰρ προβλήμασιν ἀλλήλους συνεχῶς ἐγύμναζον. τεκμήριον δὲ τούτου καὶ ἀντίγραφα ἐπιστολῶν [8] αὐτῶν φησι μέχρι τοῦ δεῦρο παρὰ τοῖς Τυρίοις πεφυλαγμένα, γράμματά τε ἀλλήλοις διέπεμπον) [9] καθὼς μέμνηται Μένανδρος ὁ Ἐφέσιος, ἱστορῶν περὶ τῆς Τυρίων βασιλείας, λέγων οὕτως· τελευτήσαντος γὰρ Ἀβειμάλου βασιλέως Τυρίων, διεδέξατο τὴν βασιλείαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἱερώμος, [10] βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία. τοῦτον δὲ διεδέξατο Βάζωρος βιώσας ἔτη μγ'. ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη ιζ'. μετὰ δὲ τοῦτον [b] Μεθουάσταρτος

rum descriptionibus, Mosem & qui eum sequuti sunt, nongentis vel etiam mille annis antiquiores bello Trojano esse pateat.

XXII. Sed quod spectat ad templi constructionem, quod in Judæa rex Salomon ædificavit annis post exitum Judæorum de Ægypto quingentis & sexaginta sex; apud Tyrios scriptum est, quomodo ædificatum fuerit templum, & in eorum archivis asservantur commentarii, in quibus invenitur conditum fuisse templum annis ante conditam a Tyriis Carthaginem centum quadraginta tribus, mensibus octo. (Id autem his in commentariis narratur sub rege Tyriorum, filio Abeimali, nomine Hieromo, quia is amicus fuit Salomoni tum ob consuetudinem quam cum illius patre habuerat, tum ob præstantiam sapientiæ Salomonis. Nam propositis quæstionibus sese invicem perpetuo exercebant. Atque hujus rei indicium etiam faciunt exemplaria illorum epistolarum, quæ etiamnum asservari dicuntur apud Tyrios; tum & litteræ quas sibi invicem scribebant) quemadmodum testatur Menander Ephesius, qui regum Tyriorum historiam referens sic loquitur: „Mortuo Abeimalo rege Tyriorum, regni gubernacula suscepit filius ejus Hieromus, qui vixit annis 53. Huic successit Bazorus, qui vixit annis 43. & regnavit annis 17. Post hunc Methuastartus, qui vixit annis 54. &

1. Ἀναγραφῶν.] Ἀναγραφαὶ apud Josephum p. 1039. & 1042. non sunt Manæthonis scripta, sed *sacræ litteræ* Ægyptiorum, quibus usum se esse Manæthos asseverabat.

2. Ἐνιαυτοὺς.] Hanc vocem quæ deerat in editis, suppeditavit Regius codex. Mirum in modum aberrat temporibus Theophilus, cum Israelitarum profectionem mille annis ante excidium Trojanum collocat. Melius Tatianus, Clemens & Eusebius annis tantum quadringentis. Theophilo assentiuntur Tertullianus Apolog. cap. 19. Cyrillus lib. 1. in Jul. Sed unde tanta hallucinatio in eruditis scriptoribus? Fortasse non tam suas ipsi rationes subducebant, quam subductas a Manæthone argumenti loco sumebant ad ethnicos refellendos; id quod factum ab Eusebio videmus lib. 10. Præpar. Evang. qui quamvis Israelitas ex Ægypto annis ante excidium Trojanum quadringentis profectos sentiat, objicit tamen ethnicis testimonium Porphyrii Moysem Semiramidi æqualem esse testantis. Sed mihi videtur erroris fons & origo sola exstitisse auctoritas Josephi, qui sic loquitur lib. 1. contr. App. pag. 1042. *δύο τοίνυν ὁ Μανεθὼν ἡμῖν τὰ μέγιστα μεμαρτύρηκεν ἐκ τῶν παρ' Αἰγυπτίοις γραμμάτων· πρῶτον μὲν τὴν ἑτέρωθεν ἄφιξιν εἰς Αἴγυπτον, ἔπειτα δὲ τὴν ἐκεῖθεν ἀπαλλαγὴν, οὕτως ἀρχαίαν τοῖς χρόνοις ὡς ἐγγύς που προτέραν αὐτὴν τῶν Ἰλιακῶν ἔτεσι χιλίοις. Manethos igitur duo nobis maxima testimonio suo adstruit ex litteris apud Ægyptios asservatis: primum quidem adventum in Ægyptum ex alia regione; deinde discessum ex Ægypto, ita antiquum temporibus, ut propemodum mille annis Iliaca superet.* Illud quidem sequebatur ex chronologia Manæthonis, Israelitas ab Ægypto discessisse annis 393. antequam Danaus Argos veniret. At Danaum Argos venisse annis sexcentis ante Iliaca nec asseruit Manæthos, nec asserendi locum dedit; sed hæc Josephi minus considerata fuit conjectura. Nam Inachus a quo usque ad Danaum octo Argivorum reges numerantur, quadringentis tantum annis Trojanum excidium antecessit.

3. Ἑξήκοντα.] Deest in Regio codice.

4. Ἑκατὸν.] Bodleianus habet *ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρσι*. Reg. *τεσσαράκοντα τρισίν*. Editi, omisso *ἑκατὸν*, habebant tantum *τεσσαράκοντα τέσσαρσιν*, & infra φ. λ. γ. Fellus & Wolfius ex Josephi primo contra Apionem libro utrumque locum emendarunt, eosque sequutus sum.

5. Μησὶν ὀκτώ.] Oxon. & Hamb. *καὶ μησὶν ὀκτώ*.

6. Ἀνεγράφη δὲ ὑπὸ Ἱερώμου.] Cl. Wolfius existimat ita reddendum hunc locum: *Consignata sunt* (scilicet *γράμματα τῶν Τυρίων* de quibus ante) *ab Hieromo Tyriorum rege, quippe qui amicus fuit Salomonis* &c. Sed illud *ἀνεγράφη* repetitio est ejusdem verbi, quod paullo ante occurrit, C *ἀναγέγραπται ὡς ὁ ναὸς ᾠκοδόμηται*, *scriptum est quomodo templum ædificatum fuerit* &c. Tum aptissime additur id scriptum sub rege Hieromo, id est, hunc eventum ejus regno assignari, quia is amicus fuit Salomoni & multa ad operis constructionem suppeditavit. At ipsum regem hæc scripsisse nec Josephus a quo hæc mutuatur Theophilus, suspicandi locum relinquit, nec Theophilus id de suo excogitasse dicendus. Narrat Josephus Hieromum ligna & aurum suppeditasse, quia cum Salomone ob consuetudinem, quam habuerat cum Davide, & sapientiæ communi amore conjunctissimus erat. In codice Regio legitur *ἀπὸ Ἱερώμου*, quod quidem non mihi displicet, modo ita reddamus: *Id autem his in commentariis narratur contigisse, postquam regnare cœpisset rex Hieromus.* Sæpe apud Justinum hæc præpositio ita fuit interpretanda. Legitur *περὶ Ἱερώμου*, in editt. Oxon. & Hamb. quod quidem eo magis in Hamburgensi emendatum non fuisse miror, quod erudito D editori minime probatur.

7. Διὰ τό.] Ita Reg. Editi *διὰ τῶ*.

8. Αὐτῶν φησι.] Legendum *ἅ φασι*, & mox *ἃ ἀλλήλοις διέπεμπον*. Videtur duo epistolarum inter Salomonem & Hiram genera distinguere Theophilus; nempe epistolas in quibus quæstiones ad solvendum proponebantur, & eas quæ, ut inter vicinos & amicos reges fieri par erat, variis de rebus loquebantur. In hac distinctione videtur auctorem sequi Josephum, cujus verba in hunc sensum accipi possunt. Sic enim loquitur 1. adv. Apionem p. 1042. *προβλήματα γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπέστελλον, λύειν κελεύοντες .... σώζονται δὲ μέχρι νῦν παρὰ τοῖς Τυρίοις πολλαὶ τῶν ἐπιστολῶν ἃς ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ἔγραψαν. Problemata sibi invicem ad solvendum mittebant .... Servantur autem hactenus apud Tyrios multæ ex epistolis, quas sibi invicem scribebant.*

9. Καθὼς μέμνηται Μένανδρος.] Quæ de Salomonis & Hirami conjunctione supra dicuntur, ea necesse fuit parenthesi includere, quia Theophilus nequaquam Menandri E verbis utitur, ut hanc conjunctionem probet (nihil enim ea de re in testimonio Menandri) sed ut demonstret quot annis ante Carthaginem ædificatum fuerit templum. Præterea apud Josephum colligatæ inter Salomonem & Hiramum amicitiæ non Menander testis citatur, sed Dius, quem historiæ Phœnicum accuratum scriptorem vocat Josephus.

10. Βιώσας ἔτη πεντήκοντα τρία.] Editiones Oxon. & Hamb. addunt *ἐβασίλευσεν ἔτη λδ'*. Legit etiam Wolfius *ὃς βιώσας*.

a Ἐννεακοσίοις κ. τ. λ.] Cl. Vignolius *Chronol. de l' Hist. Sainte* tom. 1. p. 609. seq. plura heic observat, digna plane quæ legantur.

b Μεθουάσταρτος.] Laudatus vir eruditus Vignolius l. c. tom. II. pag. 50. post Dodwellum ad *Geogr. vet. Script.* Dissert. 1. §. 16. p. 27. scite conjicit legendum cum Josepho μεθ' ὃν, aut potius μεθ' ὃν Ἀστάρτος. Sic autem integrum locum refingit, collatum cum Felli editione Oxoniensi, quam in sua Hamburgensi sequitur & Wolfius. Quæ vero intra parenthesin includuntur, Theophili non esse monet V. Cl.

FELLUS.	VIGNOLIUS.
Μετὰ δὲ τοῦτον Μεθουάσταρτος βιώσας ἔτη νδ'. ἐβασιλευ-	Μετὰ [illegible] [illegible]

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 182.

βιώσας ἔτη νδ΄. ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ΄. [1] μετὰ δὲ A τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Αθάρυμος, βιώσας ἔτη νη΄. ἐβασίλευσεν ἔτη θ΄. τοῦτον ἀνεῖλεν ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ [a] Ελλης τοὔνομα, ὃς βιώσας ἔτη ν΄. ἐβασίλευσε μῆνας ὀκτώ. τοῦτον ἀνεῖλεν Ιθώβαλος, ἱερεὺς τῆς Ασάρτης, ὃς βιώσας ἔτη μ΄. ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ΄. τοῦτον διεδέξατο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Βάζωρος, ὃς βιώσας ἔτη με΄. ἐβασίλευσεν ἔτη ζ΄. υἱὸς δὲ τούτου Μεττὴν, ὃς βιώσας ἔτη λβ΄. ἐβασίλευσεν ἔτη κθ΄. τοῦτον διεδέξατο Πυγμαλίων Πυγμαλίου, ὃς βιώσας ἔτη νς΄. ἐβασίλευσεν ἔτη ζ΄. ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ ἔτει τῆς βασιλείας [2] ἡ ἀδελφὴ [b] αὐτοῦ εἰς Λιβύην φυγοῦσα, πόλιν ᾠκοδόμησε τὴν μέχρι τοῦ δεῦρο Καρχηδονίαν καλουμένην. συνάγεται οὖν πᾶς χρόνος ἀπὸ τῆς Ιερώμου βασιλείας μέχρι Καρχηδόνος κτίσεως B ἔτη ρνε΄. μῆνες ὀκτώ. τῷ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Ιερώμου βασιλείας ἐν Ιεροσολύμοις ὁ ναὸς ᾠκοδομήθη. ὥς τε τὸν πάντα χρόνον γεγενῆσθαι ἀπὸ τῆς τοῦ ναοῦ οἰκοδομῆς, μέχρι Καρχηδόνος κτίσεως ἔτη ρμγ΄. μῆνες η΄.

„ regnavit annis 12. Huic successit frater Atharymus, qui vixit annis 58. & regnavit annis 9. Hunc interfecit frater nomine Helles, qui vixit annis 50. & regnavit mensibus 8. Hunc peremit Juthobalus Astartæ sacerdos, qui vixit annis 40. & regnavit annis 12. Huic successit filius nomine Bazorus, qui vixit annis 45. & regnavit annis 7. Huic filius nomine Mettin, qui vixit annis 32. & regnavit annis 19. Huic successit Pygmalion Pygmalii filius, qui vixit annis 56. & regnavit annis 7. At in septimo anno ejus regni in Lybiam fugiens ejus soror urbem condidit, quæ adhuc hodie Carthago appellatur. „ Continet igitur omne tempus ab Hieromi regno usque ad conditam Carthaginem annos 155. & menses octo. Duodecimo autem anno regis Hieromi ædificatum est templum Jerosolymitanum. Itaque universum tempus ab constructo templo usque ad conditam Carthaginem complectitur annos 143. & menses octo.

Τῆς μὲν οὖν Φοινίκων καὶ Αἰγυπτίων μαρτυρίας, ὡς ἱστορήκασι περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων οἱ συγγράψαντες Μανεθὼς ὁ Αἰγύπτιος, καὶ ὁ Μένανδρος ὁ Εφέσιος, ἔτι δὲ καὶ [c] Ιώσιππος ὁ ἀναγράψας τὸν Ιουδαϊκὸν πόλεμον, τὸν γενόμενον αὐτοῖς ὑπὸ Ρωμαίων, ἀρκετῶς ἤτω ἡμῖν τὰ εἰρημένα. ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἀρχαίων δείκνυται, καὶ τὰ τῶν λοιπῶν συγγράμματα ἔσχατα εἶναι τῶν διὰ Μωσέως ἡμῖν δεδομένων C γραμμάτων, ἔτι μὴν καὶ τῶν μεταξὺ προφητῶν. ὁ γὰρ ὕστερος τῶν προφητῶν γενόμενος Ζαχαρίας ὀνόματι, [d] ἤκμαζε κατὰ τὴν Δαρείου βασιλείαν. ἀλλὰ καὶ οἱ νομοθέται πάντες μεταξὺ εὑρίσκονται νομοθετοῦντες. εἰ γάρ τις εἴποι Σόλωνα τὸν Αθηναῖον, οὗτος γέγονε κατὰ τοὺς χρόνους Κύρου καὶ Δαρείου τῶν βασιλέων, κατὰ τὸν χρόνον Ζαχαρίου τοῦ προειρημένου προφήτου, μεταξὺ γεγενημένου [3] πάνυ πολλοῖς ἔτεσιν· ἤτοι καὶ περὶ Λυκούργου, ἢ Δράκοντος, ἢ Μίνω τῶν νομοθετῶν, [4] Ιώσιππος γράφων λέγει, ὅτι προάγουσιν αὐτοὺς ἀρχαιότητι αἱ ἱεραὶ βίβλοι, ὅπου γε καὶ τοῦ Διὸς τοῦ Κρητῶν βασιλεύσαντος, ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ Ιλιακοῦ πολέμου δείκνυται προάγοντα τὰ γράμματα τοῦ θείου νόμου, τοῦ διὰ Μωσέως ἡμῖν δεδομένου. D ἵνα δὲ ἀκριβεστέραν ποιήσωμεν τὴν ἀπόδειξιν τῶν καιρῶν καὶ χρόνων, θεοῦ ἡμῖν παρέχοντος, οὐ μόνον τὰ μετὰ κατακλυσμὸν ἱστοροῦντες, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ κατακλυσμοῦ, εἰς τὸ καὶ τῶν ἁπάντων, κατὰ τὸ δυνατὸν εἰπεῖν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν, νυνὶ ποιησόμεθα, ἀναδραμόντες ἐπὶ τὴν ἀνέκαθεν ἀρχὴν τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως, ἣν ἀνέγραψε Μωσῆς ὁ θεράπων τοῦ θεοῦ,

XXIII. Phœnicum ergo & Ægyptiorum de rerum nostrarum temporibus testimonia quomodo retulerint Manæthos Ægyptius & Menander Ephesius, ac etiam Josephus, qui bellum Judæis a Romanis illatum litteris mandavit, nobis sufficiant quæ diximus. Ex his enim qui antiqui sunt, etiam ceterorum scripta iis quæ per Mosem nobis tradita sunt, recentiora esse demonstratur, immo & ipsis prophetis; nam qui ultimus prophetarum fuit Zacharias nomine, is regnante Dario floruit. Sed & ipsi legislatores omnes inveniuntur leges suas posterius posuisse. Si quis enim objiciat Solonem Athenienſem, is temporibus Cyri & Darii regum vixit, æqualis prædicti prophetæ Zachariæ, annis admodum multis posterioris. Quod si quis Lycurgum aut Draconem aut Minoem legislatores objiciat; præcedunt libri sacri, ut scribit Josephus, cum Jove Cretensium rege & bello Trojano antiqniores sint litteræ legis divinæ, quæ nobis per Mosem tradita est. Sed ut accuratius temporum & annorum rationem demonstremus; Deo nobis favente, non ea solum quæ post diluvium, sed ea etiam quæ anteriora enarrando, ita ut omnium, quantum nobis fas erit, annos numeremus, id nunc exsequemur, ad remotissimum recurrentes mundi creationis initium, quod Moses Dei famulus, Spiritu sancto afflante, descripsit. Differens enim de creatione ac generatione mundi & primi hominis & eorum qui deinceps

1. Μετὰ δὲ τοῦτον.] Inter Methuastartum & Atharymum, qui apud Josephum vocantur Abdastratus & Aserymus, nonnulli alii reges recensentur; nimirum Abdastratum quatuor filii nutricis occiderunt, quorum natu maximus regnavit annos 12. Post hunc Astartus, cui successit frater Aserymus. Tanta est inter Josephi & Theophili contextum discrepantia, sive in annis numerandis, sive in nominibus appellandis, ut difficile sit statuere, utrum semper ex Josepho Theophilus emendandus sit, annon etiam interdum ex Theophilo Josephus.

2. Η ἀδελφὴ αὐτοῦ.] Hæc necesse fuit ex Josepho mutuari cum deessent in editis nostris. Legitur φυγὼν in Regio codice.

3. Πάνυ πολλοῖς.] Reg. οὐ πάνυ πολλοῖς. Hæc scriptura ita placuit erudito Wolfio, ut eam in contextum receperit: quasi Theophilus dicat Zachariam post Cyrum & Darium exstitisse non omnino multis annis. Sed satius videtur hæc ad Mosem referre, cujus antiquitas eo expressior, quo pluribus ab eo annis distabat Zacharias.

E 4. Ιώσιππος.] Totum hunc locum Josephi beneficio restituerunt Fellus & post eum Wolfius. In cod. Reg. legitur νομοθετῶν, γράφων τις λέγει ἐν τοῖς προάγουσιν αὐτοὺς εἶναι, ὅπου γε καὶ τοῦ. Editi & codex Bodleianus, νομοθετῶν γράφων λέγει τοῖς προάγουσιν· αἱ ἱεραὶ βίβλοι.

Fellus.	Vignolius.
σεν [ἔτη θ΄. τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν, ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη δεκαδύο. μεθ' οὓς Ασαρτος ὁ Δελιαστάρτου ὃς βιώσας ἔτη νδ΄. ἐβασίλευσεν] ἔτη ιβ΄. μετὰ δὲ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κ. τ. λ.	σίλευσεν ἔτη θ΄. τοῦτον οἱ τῆς τροφοῦ αὐτοῦ υἱοὶ τέσσαρες ἐπιβουλεύσαντες ἀπώλεσαν· ὧν ὁ πρεσβύτερος ἐβασίλευσεν ἔτη β΄.] μεθ' οὓς Ασταρτος βιώσας ἔτη νδ΄. ἐβασίλευσεν ἔτη ιβ΄. μετὰ δὲ τοῦτον ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ κ. τ. λ.

Plura in hunc locum, in primis contra editoris Oxoniensis licentiam, notatu digna occurrunt apud ipsum Vignolium, quem consulere præstat. Ceterum Maranus noster heic editionem Parisiensem ann. 1615. expressit: quod miror ipsum siluisse.


a Ελλης.] Unus Wolfius post Josephum rescripsit Φέλλης.

b Η ἀδελφὴ αὐτοῦ.] His quoque addere poterat Maranus vocem Διδὼ cum Fello & Wolfio.

c Ιώσιππος.] Rectius scriberetur Ιώσηππος, inquit Wolfius, quo nomine ut plurimum appellatur. Verum apud Havercampum ad *Josephum* tom. I. pag. 1. promiscue scribitur Ιώσηπος, Ιώσηππος, Ιώσιππος & Ιώσιπος.

d Ηκρίβωσε.] Wolfius Fellum secutus, ἤκμασε rescribit. Fatetur tamen ἠκρίβωσε præ se ferre omnes editt. cum mſ. Bodl.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



διὰ πνεύματος ἁγίου. εἰπὼν γὰρ τὰ περὶ κτίσεως κ γενέσεως κόσμου, τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου, καὶ τὰ τῶν ἑξῆς γεγενημένων, ἐσήμανε καὶ τὰ πρὸ κατακλυσμοῦ ἔτη γενόμενα. ἐγὼ δ' αἰτοῦμαι χάριν παρὰ τοῦ μόνου Θεοῦ, εἰς τὸ τἀληθῆ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ πάντα ἀκριβῶς εἰπεῖν, ὅπως καὶ σὺ, καὶ πᾶς ὁ τούτοις ἐντυγχάνων, ὁδηγῆται ὑπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ χάριτος αὐτοῦ. ἄρξομαι δὴ πρῶτον ἀπὸ τῶν ἀναγεγραμμένων γενεαλογιῶν, λέγω δὲ ἀπὸ τοῦ πρωτοπλάστου ἀνθρώπου τὴν ἀρχὴν ποιησάμενος.

A nati sunt, ea etiam declaravit, quæ ante diluvium evenerunt. Ego autem hanc gratiam peto a solo Deo, ut vera secundum illius voluntatem omnia accurate dicam, ut & tu & quisquis hæc leget, ducem habeatis veritatem & gratiam ejus. Initium autem ducam a genealogiis quæ descriptæ sunt, idest, a primo homine.

Αδὰμ ἕως οὗ ἐτέκνωσεν [1] ἔτη σλ'. υἱὸς δὲ τούτου Σὴθ ἔτη σέ. υἱὸς δὲ τούτου Ενὼς ἔτη ρϛ'. υἱὸς δὲ τούτου Καϊνὰν ἔτη ρό. υἱὸς δὲ τούτου Μαλελεὴλ ἔτη ρξέ. υἱὸς δὲ τούτου Ιάρεθ ἔτη ρξβ'. υἱὸς δὲ τούτου Ενὼχ ἔτη ρξέ. υἱὸς δὲ τούτου Μαθουσάλα ἔτη [2] ρξζ'. υἱὸς δὲ τούτου Λάμεχ ἔτη ρπή. τούτῳ δὲ υἱὸς ἐγεννήθη B ὁ προειρημένος Νῶε, ὃς ἐτέκνωσε τὸν Σὴμ ὢν ἐτῶν φ'. ἐπὶ τούτου ἐγένετο ὁ κατακλυσμὸς ὄντος αὐτοῦ ἐτῶν χ'. τὰ πάντα οὖν μέχρι κατακλυσμοῦ γεγένηται ἔτη βσμβ'. μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν εὐθέως ὁ Σὴμ ὢν [3] ἐτῶν ρ'. ἐτέκνωσε τὸν Αρφαξάδ. Αρφαξὰδ δὲ ἐτέκνωσε Σαλὰ ὢν ἐτῶν ρλέ. ὁ δὲ Σαλὰ ἐτέκνωσεν ὢν ἐτῶν ρλ'. τούτου δὲ υἱὸς Εβερ ὢν ἐτῶν ρλδ'. ἀφ' οὗ καὶ τὸ γένος αὐτῶν Εβραῖοι προσηγορεύθησαν. τούτου δὲ υἱὸς [4] Φαλὲγ ὢν ἐτῶν ρλ'. τούτου δὲ υἱὸς Ραγαῦ ὢν ἐτῶν ρλβ'. τούτου δὲ υἱὸς Σεροὺχ ὢν ἐτῶν ρλ'. τούτου δὲ υἱὸς Ναχὼρ ὢν ἐτῶν οέ. τούτου δὲ υἱὸς Θάῤῥα ὢν [5] ἐτῶν ό. τούτου δὲ υἱὸς Αβραὰμ ὁ πατριάρχης ἡμῶν ἐτέκνωσε τὸν Ισαὰκ ὢν ἐτῶν ρ'. γίνονται οὖν μέχρι Αβραὰμ [6] ἔτη γσοή. Ισαὰκ ὁ προειρημένος ἕως τεκνογονίας ἔζησεν C ἔτη ξ'. ὃς ἐγέννησε τὸν Ιακὼβ. ἔζησεν ὁ Ιακὼβ ἕως τῆς μετοικεσίας τῆς ἐν Αἰγύπτῳ γενομένης, ἧς ἐπάνω προειρήκαμεν, ὢν ἐτῶν ρλ'. ἡ δὲ παροίκησις τῶν Εβραίων ἐν Αἰγύπτῳ ἐγενήθη ἔτη υλ'. κ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐν τῇ ἐρήμῳ καλουμένῃ διέτριψαν ἔτη μ'. γίνεται οὖν τὰ πάντα ἔτη [7] γϡλή. ᾧ καιρῷ τοῦ Μωσέως τελευτήσαντος διεδέξατο ἄρχειν Ιησοῦς υἱὸς Ναυῆ, ὃς προέστη αὐτῶν ἔτεσι κζ'. μετὰ δὲ τὸν Ιησοῦν τοῦ λαοῦ παραβάντος ἀπὸ τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, ἐδούλευσαν βασιλεῖ Μεσοποταμίας Χουσαράθων [8] ὀνόματι ἔτεσιν ὀκτώ. εἶτα μετανοήσαντος τοῦ λαοῦ κριταὶ ἐγενήθησαν αὐτοῖς. Γοθονιὴλ ἔτεσιν τεσσαράκοντα. Εγλὼν ἔτεσιν ιή. Αὼθ ἔτεσιν ή. ἔπειτα πταισάντων αὐτῶν ἀλλόφυλοι ἐκράτησαν ἔτεσιν κ'. ἔπειτα Δεββώρα D ἔκρινεν αὐτοὺς ἔτεσιν μ'. ἔπειτα Μαδιανῖται ἐκράτησαν αὐτῶν ἔτεσιν ζ'. εἶτα Γεδεὼν ἔκρινεν αὐτοὺς ἔτεσιν μ'. Αβιμέλεχ ἔτεσιν γ'. Θωλὰ [9] ἔτεσιν κβ'. Ιαεὶρ ἔτεσιν κβ'. ἔπειτα Φιλιστιεὶμ, κ Αμμανῖται ἐκράτησαν αὐτῶν ἔτεσιν ιή. εἶτα Ιεφθάε ἔκρινεν αὐτοὺς ἔτεσιν ἕξ. Εσβὼν ἔτεσιν ζ'. Αἰλὼν ἔτεσιν ί. Αβδὼν ἔτεσιν ή. ἔπειτα ἀλλόφυλοι ἐκράτησαν αὐτῶν ἔτεσιν μ'. εἶτα Σαμψὼν ἔκρινεν αὐτοὺς ἔτεσιν κ'. ἔπειτα εἰρήνη ἐν αὐτοῖς ἐγένετο ἔτεσι μ'. εἶτα Σαμηρὰ ἔκρινεν αὐτοὺς ἐνιαυτόν· Ηλὶ ἔτεσιν κ'. Σαμουὴλ ἔτεσιν ιβ'.

XXIV. Adam natus annos 230. genuit Seth. Seth natus annos 205. genuit Enos. Enos vixit annos 190. & genuit Cainan. Cainan natus annos 170. genuit Malaleel. Malaleel natus annos 165. genuit filium nomine Jared. Jared natus annos 162. genuit Enoch. Enoch natus annos 165. genuit Mathusala. Mathusala natus annos 165. genuit Lamech. Lamech natus annos 188. genuit Noe. Noe natus annos 500. genuit Sem. Sub Noe, cum annos natus esset 600. contigit diluvium. Itaque ab condito homine usque ad diluvium reperiuntur anni, ut, ex prædictis liquet, 2242. Sem natus annos 100. genuit Arphaxat statim post diluvium. Arphaxat natus annos 135. genuit Sala. Sala natus annos 130. genuit Heber: ab hoc universum ipsorum genus Hebræi dicuntur. Heber natus annos 134. genuit Phaleg. Phaleg natus annos 130. genuit Rhageu. Rhageu natus annos 132. genuit Seruch. Seruch natus annos 130. genuit Nachor. Nachor natus annos 75. genuit Tharra. Tharra natus annos 70. genuit Abraham. Abraham patriarcha noster natus annos 100. genuit Isaac. Itaque anni numerantur a condito homine usque Abraham 3278. Isaac natus annos 60. genuit Jacob. Jacob natus fuit annos 130. cum proficisceretur in Ægyptum. Hebræi in Ægypto morati sunt annis 430. Egressi Ægypto hæsere in deserto annis 40. Exstant ergo omnino anni 3938. Quo tempore mortuo Mose, imperii administrationem suscepit Jesus filius Nave, qui præfuit populo annis 27. Jesu defuncto cum Hebræi defecissent a præceptis Domini, servierunt regi Mesopotamiæ, cui nomen Chusarathon annis 8. Deinde ad pœnitentiam conversi, judices a quibus judicarentur nacti sunt. Gothonoel judicavit Hebræos annis 40. Eglon annis 18. Aoth annis 8. Dehinc prævaricati legem Domini alienigenis servierunt annis 20. Debbora postmodum judicavit Hebræos annis 40. Deinde servierunt Madianitis annis 7. Deinceps Gedeon judicavit eos annis 40. Abimelech annis 3. Thola annis 22. Jair annis 22. Postea Hebræi servierunt Philistinis & Ammonitis annis 18. Jephte in libertatem antiquam assertos judicavit annis 6. Esbon annis 7. Ailon annis 10. Abdon annis 8. Postea servierunt alienigenis annis 40. Deinde Samson judicavit Hebræos annis 20. Deinceps pax Hebræis fuit annis 40. Inde Samira judicavit Hebræos anno 1. Eli annis 20. Samuel annis 12.

Μετὰ δὲ τοὺς κριτὰς ἐγένοντο βασιλεῖς ἐν αὐτοῖς, E πρῶτος ὀνόματι Σαοὺλ, ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη κ'. ἔπειτα Δαυὶδ ὁ πρόγονος ἡμῶν ἔτη μ'. γίνεται οὖν μέχρι τῆς τοῦ Δαυὶδ βασιλείας τὰ πάντα [a] ἔτη υξή. μετὰ

XXV. Judicibus successere reges, quorum primus fuit Saul qui regnavit annis 20. David pater noster regnavit annis 40. Inveniuntur itaque anni 498. decurrere ab Isaac usque ad regnum Da-

1. Ετῶν σλ.] Ita uterque codex ms. & editiones Oxon. & Hamb. Aliæ τλ'.

2. Ρξζ'.] Ita eædem editiones & cod. Reg. Aliæ ρτζ'. Sic etiam infra pro eo quod erat in editis βτκβ'., idem cod. ms. & eædem editiones habent βσμβ'.

3. Ετῶν ρ.] Reg. ρσλ'.

4. Φαλὲγ ὢν.] Ita mss. & editiones Oxon. & Hamb. Aliæ Φαλέγων. Sic etiam paullo post Ναχώρων pro Ναχὼρ ὢν.

5. Ετῶν ό.] Reg. ἐτῶν οέ.

6. Ετῶν γσοή.] Sic emendavit Fellus. Editi ἐτῶν γφλβ'. Habet Regius codex γσοϛ'.


7. Γϡλή.] Ita Fellus emendavit. Sic etiam cod. Reg. Habebant aliæ editiones γσνβ'.

8. Ονόματι.] Reg. ὄνομα. Mox Γοθονιὴλ posui post Fellum pro Γοθονιὴλ.

9. Ετεσιν κβ'.] Fellus posuit ἔτεσιν κγ'. [Sic & Wolfius.]

a Ετῶν υξή.] Sic rescripsimus cum Fello & Wolfio. Maranus habet ἐτῶν υξϛ'. Utri veritas? Al. editi saltem Paris. ann. 1615. cum ms. Bodl. υλϛ'. Mox editt. Oxon. & Hamb. Σολομῶν, ὁ καὶ τὸν ναὸν κατὰ βουλὴν Θεοῦ ἐν Ιεροσολύμοις οἰκοδ. Præcedentes Paris. editt. secutus est heic Maranus noster.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



δὲ τούτους ἐβασίλευσε Σολομῶν, ὁ καὶ τὸν ναὸν τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις κατὰ βουλὴν Θεοῦ πρῶτος ἐν Ἱεροσολύμοις οἰκοδομήσας δι' ἐτῶν μ'. μετὰ δὲ τοῦτον Ῥοβοὰμ ἔτεσιν ιζ'. καὶ μετὰ τοῦτον [a] Ἀβίας ἔτεσι ζ'. καὶ μετὰ τοῦτον Ἀσὰ ἔτεσι μά. καὶ μετὰ τοῦτον Ἰωσαφὰτ ἔτεσιν κέ. μετὰ δὲ τοῦτον Ἰωρὰμ ἔτη ή. μετὰ δὲ τοῦτον Ὀχοσίας ἐνιαυτόν. καὶ μετὰ τοῦτον [1] Γοθολία ἔτεσιν ἕξ. μετὰ δὲ ταύτην [b] Ἰωὰς ἔτεσι μ'. καὶ μετὰ τοῦτον Ἀμασίας ἔτεσι λθ'. καὶ μετὰ τοῦτον Ὀζίας ἔτεσιν νβ'. μετὰ δὲ τοῦτον Ἰωάθαμ ἔτεσιν ις'. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀχὰζ ἔτεσιν ιζ'. καὶ μετὰ τοῦτον Ἐζεκίας ἔτεσιν κθ'. μετὰ δὲ τοῦτον Μανασσῆς ἔτεσιν νέ. μετὰ δὲ τοῦτον Ἀμὼς ἔτεσιν δυσί. μετὰ δὲ τοῦτον Ἰωσίας ἔτεσιν λά. μετὰ δὲ τοῦτον Ὠχὰς μῆνας γ'. μετὰ δὲ τοῦτον Ἰωακεὶμ ἔτη ιά. ἔπειτα Ἰωακεὶμ ἕτερος μῆνας γ'. ἡμέρας ί. μετὰ δὲ τοῦτον Σεδεκίας ἔτη ιά. μετὰ δὲ τούτους [2] τοὺς βασιλεῖς διαμένοντος τοῦ λαοῦ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασιν, καὶ μὴ μετανοοῦντος, κατὰ προφητείαν Ἱερεμίου, ἀνέβη εἰς τὴν Ἰουδαίαν βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ὄνομα Ναβουχοδονόσορ. οὗτος μετῴκησε τὸν λαὸν τῶν Ἰουδαίων εἰς Βαβυλῶνα· καὶ τὸν ναὸν κατέστρεψεν, ὃν ᾠκοδομήκει Σολομῶν. ἐν δὲ τῇ μετοικεσίᾳ Βαβυλῶνος ὁ λαὸς ἐποίησεν ἔτη ό. γίνεται οὖν μέχρι τῆς παροικίας ἐν γῇ Βαβυλῶνος τὰ πάντα ἔτη [3] ,δϡνδ'. μῆνες ς'. ἡμέραι ί. ὃν τρόπον δὲ ὁ Θεὸς προεῖπε διὰ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, τὸν λαὸν αἰχμαλωτισθῆναι εἰς Βαβυλῶνα, [4] οὕτως προεσήμανε καὶ τὸ πάλιν ἐπανελθεῖν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν αὐτῶν μετὰ ό. ἔτη. [5] τελειουμένων [c] οὖν ό. ἐτῶν, γίνεται Κῦρος βασιλεὺς Περσῶν, ὃς κατὰ τὴν προφητείαν Ἱερεμίου, δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐκήρυξε, κελεύων δι' ἐγγράφων τοὺς Ἰουδαίους πάντας, τοὺς ὄντας ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ἐπιστρέφειν εἰς τὴν [6] ἑαυτῶν χώραν, καὶ τῷ Θεῷ ἀνοικοδομεῖν τὸν ναὸν, ὃν καθῃρήκει βασιλεὺς Βαβυλῶνος ὁ προειρημένος. πρὸς τούτοις δὲ ὁ Κῦρος, κατ' ἐγκέλευσιν τοῦ Θεοῦ, προσέταξε Σαβεσσάρῳ καὶ Μιθριδάτῃ τοῖς ἰδίοις σωματοφύλαξι, τὰ σκεύη τὰ ἐκ τοῦ [7] ναοῦ τοῦ τῆς Ἰουδαίας ληφθέντα ὑπὸ τοῦ Ναβουχοδονόσορ, ἀποκομισθῆναι καὶ ἀποτεθῆναι εἰς τὸν ναόν. ἐν τῷ οὖν δευτέρῳ ἔτει [8] Κύρου πληροῦται τὰ ό. ἔτη, τὰ προειρημένα ὑπὸ τοῦ Ἱερεμίου.

vidis. David (ut diximus) regnavit annis 40. Salomon templi Hierosolymitani ex Dei præscripto conditor, regnavit annis 40. Roboam regnavit annis 17. Abias regnavit annis 7. Asa regnavit annis 41. Josaphat regnavit annis 25. Joram regnavit annis 8. Ochozias regnavit anno 1. Gotholia regnavit annis 6. Joas annis 40. Amasias annis 39. Ozias annis 52. Joatham annis 16. Achaz annis 17. Ezechias annis 29. Manasse annis 55. Amos annis 2. Josias annis 31. Ochas mensibus tribus. Post hunc Joachim annis 11. Tum alter Joachim mensibus 3. & diebus decem. Sedecias annis 11. Sub idem tempus cum populus Judaicus perseveraret in peccatis, nec pœnitentiam ageret; ascendit, ut prædictum fuerat a propheta Jeremia, rex Babylonis in Judæam, nomine Nabuchodonosor. Hic populum Babylona transtulit, & templum quod Salomon exstruxerat, destruxit. Babylone fuerunt Judæi annis 70. Tempus igitur universum a condito homine usque ad transmigrationem Babylonicam complectitur annos 4954. menses sex & dies decem. Quemadmodum Deus prædixit per Jeremiam Prophetam populum Babylonem captivum ductum iri, sic præsignificavit eos reversuros in terram suam post annos 70. Expletis igitur annis 70. regnum Persarum Cyrus adipiscitur, qui secundum Jeremiæ prophetiam, altero regni sui anno edictum scripto consignatum promulgavit, ut Judæi omnes qui in suo imperio essent, patriam sedem repeterent, & templum Deo instaurarent, quod prædictus rex Babylonis everterat. Ad hæc Cyrus divinis jussis obtemperans, in mandatis dedit Sabessaro & Mithridati satellitibus suis, ut vasa ex templo Judææ a Nabuchodonosoro exportata restituerent & reponerent in templo. Anno igitur secundo Cyri complentur anni illi septuaginta a Jeremia prædicti.

Ἐντεῦθεν ὁρᾷν ἐστι πῶς ἀρχαιότερα καὶ ἀληθέστερα δείκνυται τὰ ἱερὰ γράμματα τὰ καθ' ἡμᾶς εἶναι τῶν καθ' Ἕλληνας καὶ Αἰγυπτίους, ἢ καὶ τινων ἑτέρων [9] ἱστοριογράφων. Ἡρόδοτος γὰρ, καὶ Θουκυδίδης, ἢ καὶ Ξενοφῶν, ἢ ὅπως οἱ ἄλλοι ἱστοριογράφοι, οἱ πλείους ἤρξαντο σχεδὸν ἀπὸ τῆς Κύρου καὶ Δαρείου βασιλείας ἀναγράφειν, μὴ ἐξισχύσαντες τῶν παλαιῶν καὶ προτέρων χρόνων τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν. τί γὰρ μέγα ἔφρασαν εἰ περὶ Δαρείου, καὶ Κύρου, τῶν κατὰ βαρβάρους βασιλέων, εἶπον, ἢ κατὰ Ἕλληνας, [10] Ζωπύ-

XXVI. Hinc perspicere licet, quomodo antiquiores & veriores demonstrentur sacræ apud nos litteræ, quam Græci & Ægyptii, & si qui alii exstitere, historiæ scriptores. Herodotus enim & Thucydides & Xenophon & plerique alii historici, initium fere scribendi a Cyri & Darii regno fecerunt, cum de antiquis & primis temporibus nihil possent accurate dicere. Quid enim magni dixerunt, si de Dario & Cyro, qui reges apud barbaros fuere, aut de Zopyro & Hippia qui apud Græcos, aut de Athenien-

1. Γοθολία.] Sic emendavit Fellus. Editi habebant Γοθονιὴλ, & mox μετὰ δὲ τοῦτον.
2. Τοὺς βασιλεῖς.] Articulum suppeditavit cod. Reg. Paullo post Reg. habet ὀνόματι.
3. ,Δϡνδ'.] Sic emendavit Fellus. Editi ,δπνδ'.
4. Οὕτως.] Ita Reg. Editi οὗτος.
5. Τελειουμένων.] Reg. τελειωμένων. Ibidem Fellus emendavit quod in editis habebatur ν'. ἐτῶν.
6. Ἑαυτῶν.] Ita Reg. Editi ἑαυτῷ.
7. Ναοῦ τοῦ.] Articulum suppeditavit Reg.
8. Κύρου.] Sic posuit Fellus pro Δαρείου. Paullo ante dicebat Judæos Babylone annos 70. fuisse.
9. Ἱστοριογράφων.] Sic emendat Regius cod. quod editi habebant ἢ εἰ καὶ τινας ἑτέρους ἱστοριογράφους. ἢ τοι γάρ.
10. Ζωπύρου.] Hoc nomen posuit Fellus ante εἶπον & ejus loco substituit Πεισιστράτου. Mox de Pausania sic loquitur Theophilus, quasi fame non interierit in templo Minervæ, sed periculo tantum objectus fuerit.

a Ἀβίας — Ἀσά.] Sic Fellus & Wolfius. Al. Ἐβίας — Ἐσά. Recte autem cum sacro Codice apud Theophillum Asa regnasse annis XLI. perhibetur. Ita quoque procul dubio scripsit Clemens Alexandrinus *Strom.* lib. I. pag. 387. edit. Oxon. Ἀσὰ μά. ἔτη. At editores numeralium notarum ignari, regem ignotum Ἀσαμὰν in serie regum Judæ finxerunt, cujus regni annos adhuc quærunt: ut scite observavit Cl. Wetstenius in *Prolegom. ad Nov. Test. Gr.* pag. 6.

b Ἰωάς.] Ita juxta LXX. cum Fello & Wolfio rescripsimus. Al. mendose, μετὰ δὲ ταύτην Ἰωσίας, qui tamen paullo post recurrit. Miror hanc emendationem omisisse Maranum, qui ab editore Oxoniensi aliam μετὰ δὲ ταύτην desumsit.

c Τελειουμ. οὖν ό. ἐτῶν.] Editi ante Oxoniensem ad unum omnes, cum ms. Bodl. pro ό. ἐτῶν habent ν'. ἐτῶν. Mox iidem pro Κύρου perhibent nomen Δαρείου. Denique sub initium num. seq. XXVII. Cyro constanter adscribunt annos τριάκοντα ὀκτώ, ubi nunc legimus ἔτεσι κθ'. Tribus in his locis Theophili textum primus immutavit Fellus, quem postea secuti sunt Wolfius & noster Maranus. Verum licentia istiusmodi haud probatur Cl. Vignolio, *Chronol. de l'Hist. sainte* tom. II. pag. 599. ubi validis rationibus evincit, duobus postremis locis recte se habere Theophili textum, primumque solum juxta S. Patris chronologiam emendatione indigere; adeo ut, si pro 50. rescribatur cum Eusebio 30 (Λ pro Ν) rite omnia procedant. Hæc monuisse sufficiat. Qui plurima desiderat, ipsum virum eruditum adeat.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

ρυ καὶ Ἱππίυ, ἢ τοὺς Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων πολέμυς, ἢ τὰς Ξέρξυ πράξεις, ἢ Παυσανίυ τῦ ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς λιμῷ κινδυνεύσαντος διαφθαρῆναι, ἢ τὰ περὶ Θεμιστοκλέα καὶ τὸν πόλεμον [1] τὸν Πελοποννησίων, ἢ τὰ περὶ Ἀλκιβιάδην καὶ Θρασύβυλον; οὐ γὰρ πρόκειται ἡμῖν ὕλη πολυλογίας· ἀλλὰ εἰς τὸ φανερῶσαι τὴν τῶν χρόνων ἀπὸ καταβολῆς κόσμυ ποσότητα, καὶ ἐλέγξαι τὴν ματαιοπονίαν καὶ φλυαρίαν τῶν συγγραφέων, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐτῶν οὔτε δισμύριαι μυριάδες, ὡς Πλάτων ἔφη, τοσαῦτα ἀπὸ κατακλυσμοῦ ἕως τῶν αὐτοῦ χρόνων, τοσαῦτα ἔτη γεγενῆσθαι δογματίζων· οὔτε μὴν ιέ. μυριάδες, καὶ [2] τοέ. ἔτη [a], καθὰ προειρήκαμεν Ἀπολλώνιον τὸν Αἰγύπτιον ἱστορεῖν· οὐδὲ ἀγένητος ὁ κόσμος ἐστὶ, καὶ αὐτοματισμὸς τῶν πάντων, καθὼς Πυθαγόρας καὶ οἱ λοιποὶ πεφλυαρήκασιν· ἀλλὰ μὲν οὖν γενητὸς, καὶ προνοίᾳ διοικεῖται ὑπὸ τοῦ ποιήσαντος τὰ πάντα Θεοῦ· καὶ ὁ πᾶς χρόνος καὶ τὰ ἔτη δείκνυται, [3] τούτοις βυλομένοις πείθεσθαι τῇ ἀληθείᾳ. μή πως οὖν δόξω μὲν μέχρι Κύρυ δεδηλωκέναι, τῶν δὲ μεταξὺ χρόνων ἀμελεῖν, ὡς μὴ ἔχοντες ἀποδεῖξαι, Θεοῦ παρέχοντος, καὶ τῶν ἑξῆς χρόνων τὴν τάξιν πειράσομαι, κατὰ τὸ δυνατὸν, ἐξηγήσασθαι.

A sium & Lacedæmoniorum bellis scripsere; aut de rebus a Xerxe gestis; aut a Pausania, qui in Minervæ templo pæne fame necatus est; aut de Themistocle & bello Peloponnesiaco; aut de Alcibiade & Thrasybulo? Neque enim mihi propositum est loquaciter omnia persequi; sed annorum a mundi creatione numerum demonstrare & operosas ineptias scriptorum arguere; quippe cum nec viginti mille myriades annorum fuerint, ut Plato pronuntiavit, totidem a mundi origine ad suam ætatem annos effluxisse decernens; nec quindecim myriades & trecenti septuaginta quinque anni, ut Apollonium Ægyptium narrare diximus; nec mundus ingenitus sit, nec fortuito omnia ferantur, quemadmodum Pythagoras & ceteri B nugati sunt; sed genitus & providentia regatur ab eo qui omnia creavit Deo; ac tempus omne & anni facile demonstrentur his, qui veritati obtemperare volunt. Ne videar igitur demonstrationem ad Cyrum quidem perduxisse, quæ autem consequuta sunt tempora negligere, eo quod ea demonstrare non possim: Deo juvante consequentium quoque temporum ordinem conabor quoad potero exponere.

Κύρυ οὖν βασιλεύσαντος [4] ἔτεσι κθ΄. [b], καὶ ἀναιρεθέντος ὑπὸ [c] Τομυρίδος ἐν Μασσαγετίᾳ, τότε οὔσης Ὀλυμπιάδος ἑξηκοστῆς δευτέρας· ἐκτότε ἤδη οἱ Ῥωμαῖοι ἐμεγαλύνοντο, τοῦ Θεοῦ κρατύνοντος αὐτοὺς, ἐκτισμένης τῆς Ῥώμης ὑπὸ Ῥωμύλυ, τοῦ παιδὸς ἱστορυμένυ Ἄρεως καὶ [5] Ἰλίας, Ὀλυμπιάδι ζ΄. τῇ πρὸ [6] ι. καὶ α. καλανδῶν Μαΐων, τοῦ ἐνιαυτοῦ τότε δεκαμήνυ ἀριθμυμένυ. τῦ οὖν Κύρυ τελευτήσαντος, ὡς ἔφθημεν εἰρηκέναι, Ὀλυμπιάδι ἑξηκοστῇ καὶ δευτέρᾳ, γίνεται καιρὸς ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης ἔτη σκ΄. [7] ᾧ καὶ Ῥωμαίων ἦρξε Ταρκυίνιος Σύπερβος τοὔνομα. ὃς πρῶτος ἐξώρισε Ῥωμαίους τινὰς, καὶ παῖδας διέφθειρε, καὶ σπάδοντας ἐγχωρίυς ἐποίησεν· ἔτι μὴν καὶ τὰς παρθένυς διαφθείρων πρὸς γάμον ἐδίδυ. διὸ οἰκείως Σύπερβος ἐκλήθη τῇ Ῥωμαϊκῇ γλώσσῃ, ἑρμηνεύεται δὲ ὑπερήφανος. αὐτὸς γὰρ πρῶτος ἐδογμάτισε τοὺς ἀσπαζομένυς αὐτὸν, ὑπὸ ἑτέρυ ἀντασπάζεσθαι. ὃς ἐβασίλευσεν ἔτεσιν κέ. μεθ᾽ ὃν ἦρξαν ἐνιαύσιοι ὕπατοι, χιλίαρχοι ἢ ἀγορανόμοι ἔτεσιν υνγ΄. ὧν τὰ ὀνόματα καταλέγειν πολὺ καὶ περισσὸν ἡγύμεθα. εἰ γάρ τις βύλεται μαθεῖν, ἐκ τῶν ἀναγραφῶν εὑρήσει ὧν ἀνέγραψε Χρύσερος, [8] ὁ νομενκλάτωρ, ἀπελεύθερος

XXVII. Cyro igitur post regnum annorum 29. a Tomyride apud Massagetas occiso, Olympiade sexagesima secunda, jam tum Romanæ res crescebant, Deo eos confirmante, cum urbs a Romulo qui C Martis & Iliæ filius perhibetur, condita fuisset Olympiade septima, undecimo Kalendas Maii, quo tempore annus decem mensium numerabatur. Cyro igitur, ut jam diximus, Olympiade 62. mortuo, fit tempus ab urbe condita anni 220. quo tempore regnabat Tarquinius cognomine Superbus, is qui primus Romanos nonnullos ejecit, pueros vitiavit, ac cives spadones fecit; immo & virgines post stuprum in matrimonium dedit. Hinc proprie Superbus Romana lingua dictus est: quod idem sonat ac Græce ὑπερήφανος, arrogans. Is enim primus sancivit ut qui se salutarent, ab alio resalutarentur. Regnavit annis 25. Post eum incœperunt annui Consules, Tribuni & Ædiles annis 453. quorum no- D mina recensere, longum & supervacaneum putamus. Hæc enim si quis discere velit, reperiet in commentariis quos Chryseros scriptos reliquit, Nomenclator, M. Aurelii Veri libertus, qui ab urbe con-

1. Τὸν Πελοποννησίων.] Reg. τῶν.
2. Τοέ.] Supra num. 16. Apollonius dicitur numerasse quindecim myriades & annes ter mille & septuaginta quinque.
3. Τούτοις βυλομένοις.] Leg. τοῖς βυλομένοις.
4. Ἔτεσι κθ΄.] Editi habebant τριάκοντα ὀκτὼ, sed manifestum errorem sustulit Fellus, quia id nec cum Theophili chronologia nec cum aliis scriptoribus conciliari posse videbatur. Observat autem annos 29. a Theophilo assignari, non 30. ut apud alios scriptores, quia Theophilus initium numerandi ducebat a libertate Judæis concessa.

Idem emendavit quod in editis legebatur ὑπὸ μυριάδος ἐν Μεσαγγίᾳ.
5. Ἰλίας.] Addit Reg. ὡς δέ τινες Ῥέας Συλβίας.
6. I Καὶ α.] Sic emendavit Fellus, quod legebatur in editis. ι. καὶ ζ΄. Ita legendum probat auctoritate Plutarchi Vit. Romuli & Julii Solini, qui Romam Kalendas Maii ædificari cœptam esse dicunt.
7. Ω καὶ.] Fellus scribit ᾧ καιρῷ.
8. O νομενκλάτωρ.] Reg. Χρυσέρως καὶ ἄλλοι ὧν ὁ μὲν Χράτωρ. Codex Bodl. ὁ μὲν Κλάτωρ. Ex quo Fellus apte emendavit id quod in editis legebatur, χρύσερως ὧν ὁ μὲν Κράτωρ.

E

a Τοέ. ἔτη.] Cod. Paris. apud Wolfium habet γοί. ἔτη.
b Ἔτεσι κθ΄.] Editi ante Oxoniensem, ut modo innuimus, præ se ferebant ἔτεσι τριάκοντα ὀκτώ. Et quidem recte, juxta Vignolium l.c. Hunc enim annorum numerum, inquit vir eruditus, Theophilus regno Cyri adscribit; hac scilicet periodo procul dubio comprehendens, præter XXIX. regni Cyri, annos quoque VIII. cum VII. mensibus, quibus regnarunt Cambyses & post eum duo fratres Magi, quorum nomina silet S. Pater. Hinc itaque, semel admissa emendatione Vignolii legentis λ΄. pro γ΄. sub finem præcedentis num. XXV., si annis istis 30. addantur anni 2. Dario ibidem adscripti, nec non anni 38. heic regno Cyri adtributi, conficitur summa illa 70. annorum, quam Theophilus respiciebat.
c Ὑπὸ Τομυρίδος ἐν Μασσαγετίᾳ.] Locum ita restituit Fellus, quem secuti sunt Wolfius & Maranus. Præcedentes editi cum ms. Bodl. sic habent: ὑπὸ μυριάδος ἐν Μεσαγγίᾳ. Quod mendum advertens jampridem Ducæus, ita corrigendum statuit: ὑπὸ Τομυρίδος ἐν Μασσαγετῶν χώρᾳ. Atque isthæc Ducæana emendatio, utpote ad Græcam loquendi rationem propius accedens, magis probatur editori Hamburgensi, quam altera Felli ἐν Μασσαγετίᾳ. Verum utrique, meo quidem judicio, illa præferenda videtur quam proposuit vir illustris Joannes Buherius in opere pereruditο Gallice inscripto: *Recherches & Dissertations sur Herodote*, cap. XVIII. p. 197. Sic itaque rescribendum docuit V. Cl. ὑπὸ Τομυρίδος ἐν Ἀβασγίᾳ: fretus scilicet auctoritate Joannis & Isaaci Tzetzæ: quorum alteri *Hist. Chil.* V. cap. 17. & *Chil.* XII. cap. 451. Massagetæ *Abasgi*, Ἀβασγοί, sunt: alteri vero *Schol. in Lycophr.* v. 174. iidem deinceps *Augi*, Αὐγοί, appellari dicuntur. Heic tamen monendum putamus, quod viris eruditis jamdiu observatum, utriusque nempe operis unum eumdemque auctorem esse Joannem Tzetzen, qui *Chiliades* scripsit, quique sub Isaaci fratris sui nomine *Scholia in Lycophronem* edidit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.

A γενόμενος Αὐρηλίȣ Οὐήρȣ· ὃς ἀπὸ κτίσεως Ῥώμης, [1] μέχρι τῆς τελευτῆς τȣ͂ ἰδίȣ πάτρωνος αὐτοκράτορος Οὐήρȣ, σαφῶς πάντα ἀνέγραψε, καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ τȣ̀ς χρόνȣς. ἐκράτησαν ȣ͂ν [2] οἱ Ῥωμαίων ἐνιαύσιοι, ὡς φαμὲν, ἔτεσιν υνγ'. ἔπειτα ȣ̓́τως ἦρξαν οἱ αὐτοκράτορες καλȣ́μενοι, πρῶτος Γάϊος Ιȣ́λιος ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη γ'. μῆνας δ'. ἡμέρας ἕξ. ἔπειτα Αὔγȣστος ἔτη νς'. μῆνας δ'. ἡμέραν μίαν. Τιβέριος ἔτη κβ'. εἶτα Γάϊος ἕτερος ἔτη γ'. μῆνας η'. ἡμέρας ζ'. Κλαύδιος ἔτη κγ'. μῆνας η'. ἡμέρας κδ'. Νέρων ἔτη ιγ'. μῆνας ς'. ἡμέρας κη'. [a] Γάλβας ἔτη β'. μῆνας ζ'. ἡμέρας ς'. Οθων μῆνας γ'. ἡμέρας ε'. Οὐϊτέλλιος μῆνας ς'. ἡμέρας κβ'. Οὐεσπασιανὸς ἔτη θ'. μῆνας ια'. ἡμέρας κβ'. Τίτος ἔτη β'. ἡμέρας κβ'. Δομετιανὸς ἔτη ιε'. μῆνας ε'. ἡμέρας ς'. Νέρȣας ἐνιαυτὸν, μῆνας δ'. ἡμέρας ι'. B Τραϊανὸς ἔτη ιθ'. μῆνας ἕξ, ἡμέρας ις'. Αδριανὸς ἔτη κ'. μῆνας ι', ἡμέρας κη'. Αντωνῖνος ἔτη κβ'. μῆνας ζ'. ἡμέρας ς'. Οὐῆρος ἔτη ιθ'. ἡμέρας ι'. Γίνεται ȣ͂ν ὁ χρόνος τῶν Καισάρων μέχρι Οὐήρȣ αὐτοκράτορος τελευτῆς, [3] ἔτη σλζ'. ἡμέραι ε'. ἀπὸ οὖν τῆς Κύρȣ τελευτῆς, Ῥωμαίων δὲ ἀρχῆς Ταρκυινίȣ Σουπέρβου, μέχρι τελευτῆς αὐτοκράτορος Οὐήρȣ, οὗ προειρήκαμεν, ὁ πᾶς χρόνος συνάγεται ἔτη ψμδ'.

A dita ad obitum patroni sui, Imperatoris Veri, clare omnia descripsit & nomina & tempora. Romanis igitur præfuere annui, ut diximus, magistratus annis 453. Postea imperarunt ii, qui Imperatores vocati. Primus C. Julius imperavit annis 3. mensibus 4. diebus 6. Deinde Augustus annis 56. mensibus 4. die uno. Tiberius annis 22. Tum Cajus alter annis 3. mensibus 8. diebus 7. Claudius annis 23. mensibus 8. diebus 24. Nero annis 13. mensibus 6. diebus 28. Galba annis 2. mensibus 7. diebus 6. Otho mensibus 3. diebus 5. Vitellius mensibus 6. diebus 22. Vespasianus annis 9. mensibus 11. diebus 22. Titus annis 2. diebus 22. Domitianus annis 15. mensibus 5. diebus 6. Nerva anno B uno, mensibus 4. diebus 10. Trajanus annis 19. mensibus 6. diebus 16. Hadrianus annis 20. mensibus 10. diebus 28. Antoninus annis 22. mensibus 7. diebus 6. Verus annis 19. diebus 10. Tempus igitur Cæsarum usque ad mortem Veri Imperatoris est annorum 237. dierum 5. A morte autem Cyri & regno Tarquinii Superbi, ad mortem Imperatoris Veri universum tempus colligitur annorum 744.

Ἀπὸ δὲ καταβολῆς κόσμου, ὁ πᾶς χρόνος κεφαλαιωδῶς ȣ̓́τω κατάγεται. ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ ἕως κατακλυσμȣ͂ ἐγένοντο ἔτη βσμβ'. ἀπὸ δὲ τȣ͂ κατακλυσμȣ͂ ἕως τεκνογονίας Αβραὰμ τȣ͂ προπάτορος ἡμῶν, ἔτη αλς'. ἀπὸ δὲ Ισαὰκ τȣ͂ παιδὸς Αβραὰμ, ἕως ȣ͂ C ὁ λαὸς σὺν Μωσῇ ἐν τῇ ἐρήμῳ διέτριβεν, ἔτη χξ'. ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς, ἀρχῆς δὲ Ιησȣ͂ υἱȣ͂ Ναυῆ, μέχρι τελευτῆς Δαυὶδ τȣ͂ πατριάρχȣ, ἔτη υϞη'. ἀπὸ δὲ τῆς τελευτῆς Δαυὶδ, [4] βασιλείας δὲ Σολομῶνος, μέχρι τῆς παροικίας τȣ͂ λαȣ͂ ἐν γῇ Βαβυλῶνος, ἔτη φιη'. μῆνες ς'. ἡμέραι ι'. ἀπὸ δὲ τῆς Κύρȣ ἀρχῆς, μέχρι αὐτοκράτορος Αὐρηλίȣ Οὐήρου τελευτῆς, ἔτη ψμδ'. ὁμȣ͂ ἀπὸ κτίσεως κόσμȣ συνάγονται τὰ πάντα ἔτη ͵εχϞη'. καὶ οἱ ἐπιτρέχοντες μῆνες καὶ ἡμέραι.

XXVIII. A mundo autem condito sic universum tempus summatim deducitur. A mundo condito ad diluvium, anni fluxerunt 2242. A diluvio usque ad susceptum a proavo nostro Abrahamo filium, C anni 1036. Ab Isaac filio Abrahæ usque ad populi in deserto cum Mose commorationem, anni 660. A morte Mosis & Josue filii Nave principatu, usque ad obitum Davidis patriarchæ, anni 498. A morte Davidis & regno Salomonis, ad populi transmigrationem in terram Babylonis anni 518. menses 6. dies 10. A Cyri regno ad mortem Imperatoris Aurelii Veri, anni 744. A condito mundo universum tempus collectum annos exhibet 5698. & qui excurrunt menses ac dies.

Τῶν ȣ͂ν χρόνων καὶ τῶν εἰρημένων ἁπάντων [5] συνηθροισμένων, ὁρᾷν ἐστι τὴν ἀρχαιότητα τῶν προφητικῶν γραμμάτων, καὶ τὴν θειότητα τȣ͂ παρ' ἡμῖν λόγȣ, D ὅτι ȣ̓ πρόσφατος ὁ λόγος, ȣ̓́τε μὴν τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς οἴονταί τινες, μυθώδη καὶ ψευδῆ ἐστιν· ἀλλὰ μὲν ȣ͂ν ἀρχαιότερα, καὶ ἀληθέστερα. καὶ γὰρ Βήλȣ τȣ͂ Ασσυρίων βασιλεύσαντος, καὶ Κρόνȣ τοῦ Τιτᾶνος Θάλλος μέμνηται, φάσκων τὸν Βῆλον πεπολεμηκέναι σὺν τοῖς Τιτᾶσι πρὸς τὸν Δία, καὶ τȣ̀ς σὺν αὐτῷ θεȣ̀ς λεγομένȣς, ἔνθα φησὶν, καὶ ὁ Γύγος [6] ἡττηθεὶς ἔφυγεν εἰς Ταρτησσόν. τότε μὲν τῆς χώρας ἐκείνης Ακτῆς κληθείσης, νῦν δὲ Αττικῆς προσαγορευομένης, ἧς ὁ Γύγος τότε ἦρξε. καὶ τὰς λοιπὰς δὲ χώρας καὶ πόλεις, ἀφ' ὧν τὰς προσωνυμίας ἔχον, ȣ̓κ ἀναγκαῖον ἡγȣ́μεθα καταλέγειν, μάλιστα πρὸς σὲ τὸν ἐπιστάμενον τὰς ἱστορίας. ὅτι μὲν ȣ͂ν ἀρχαιότερος ὁ Μωσῆς δείκνυται ἁπάντων συγγραφέων, (ȣ̓κ αὐτὸς δὲ μόνος, E ἀλλὰ καὶ οἱ πλείȣς μετ' αὐτὸν προφῆται γενόμενοι) καὶ Κρόνȣ, καὶ Βήλȣ, καὶ τȣ͂ Ιλιακȣ͂ πολέμȣ, [7] δῆλόν ἐστι. κατὰ γὰρ τὴν [8] Θάλλȣ ἱστορίαν, ὁ Βῆλος προγενέστερος εὑρίσκεται τοῦ Ιλιακοῦ πολέμȣ, ἔτεσι τκβ'. ὅτι δὲ [b] πρός τισ ἔτεσι [9] ϡ ἢ καὶ

XXIX. Collectis igitur temporibus, iisque omnibus quæ diximus, videre est antiquitatem D propheticorum librorum & divinitatem doctrinæ nostræ. Nec sane recens hæc doctrina; nec instituta nostra, ut quidam existimant, fabulosa & mendacia, sed longe antiquissima & certissima. Nam & Beli Assyriorum regis, & Croni Titanis Thallus meminit, Belum referens cum Titanibus adversus Jovem & deos qui ab ejus partibus stetisse dicuntur, bellum gessisse. Quo in loco ajunt Gygum superatum fugisse Tartessum: qui quidem in ea regione regnavit quæ nunc Attica, tum vero Acte dicebatur. Ceteras autem regiones & urbes, a quibus suas appellationes habuerint, necessarium non arbitror recensere, præsertim apud te qui in historiis versatus es. Liquet igitur Mosen antiquiorem esse E omnibus scriptoribus, (nec vero ipsum solum, sed etiam plerosque post eum prophetas) & Crono, & Belo, & bello Trojano. Nam secundum Thalli historiam Belus antiquior invenitur bello Trojano annis 322. Mosem autem annis nongentis vel etiam mille ante bellum Trojanum exstitisse supra de-

1. Μέχρι τῆς τελευτῆς.] Ita Reg. Editi *μέχρι τελευτῆς*.
2. Οἱ Ῥωμαίων.] Articulum suppeditavit Regius codex.
3. Ἔτη σλζ'.] Reg. *ἔτη τκς'*.
4. Βασιλείας.] Ita Reg. Editi *βασιλέως*.
5. Συνηθροισμένων.] Ita Regius codex. Fellus *συνηρμένων*. Editi *συνηρασμένων*.
6. Ἡττηθείς.] Sic Regius cod. Editi *ἐπτηθείς*.
7. Δῆλόν ἐστι.] Hæc suppeditavit idem codex.
8. Θάλλȣ.] Citat hunc Theophili locum Lactantius sub finem lib. 1. cap. 23.
9. ϡ ἢ καὶ χιλίοις.] Hujus loci vulnus sanavit codex Regius. Habebant editi *η'. καὶ λ'*. Codex Bodl. *καὶ λ*. Supra n. xxi. dixit Moysem nongentis aut mille annis seniorem esse bello Trojano.

a Γάλβας κ. τ. λ.] Vide sis Pagium ad hunc locum in Prolegom. ad *Dissert. Hypat.* n. xix.

b Πρός τισ ἔτ.] Lectorem haud pœnitebit, consulere ad hunc locum duumviros eruditos, Wesselingium in *Probabil.* cap. xxxv. p. 316. & Vignolium *Chronol. de l'Hist. sainte*, tom. I. p. 610.

χιλίοις προάγει ὁ Μωσῆς τῆς τοῦ Ιλιακοῦ ἁλώσεως, A ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν. τοῦ δὲ Κρόνου, καὶ τοῦ Βήλου συνακμασάντων ὁμόσε, οἱ πλείους οὐκ ἐπίστανται τίς ἐστιν ὁ Κρόνος, ἢ τίς ὁ Βῆλος· ἔνιοι μὲν σέβονται τὸν Κρόνον, καὶ τοῦτον αὐτὸν ὀνομάζουσι Βὴλ, καὶ Βὰλ, μάλιστα οἱ οἰκοῦντες τὰ ἀνατολικὰ κλίματα, μὴ γινώσκοντες μήτε τίς ἐστιν ὁ Κρόνος, μήτε τίς ἐστιν ὁ Βῆλος. παρὰ δὲ Ῥωμαίοις Σατοῦρνος ὀνομάζεται· οὐδὲ γὰρ αὐτοὶ γινώσκουσι τίς ἐστιν αὐτῶν πρότερον, ὁ Κρόνος ἢ ὁ Βήλ. ὅτι μὲν οὖν ἀρχὴ τῶν Ολυμπιάδων, ἀπὸ [1] Ἰφίτου φασὶν ἐσχηκέναι τὴν θρησκείαν, κατὰ δέ τινας ἀπὸ Λινοῦ ὃς καὶ Ἴλιος ἐπεκλήθη. ὁ μὲν οὖν ἀριθμὸς τῶν ἐτῶν, καὶ Ολυμπιάδων, ὡς ἔχει τὴν τάξιν, ἐν τοῖς ἐπάνω δεδηλώκαμεν. τῆς μὲν οὖν [a] ἀθεότητος τῶν [2] παρ᾽ ὑμῶν πραγ- B μάτων, καὶ τῶν χρόνων, τὸν πάντα ἀριθμὸν, κατὰ τὸ δυνατὸν, οἶμαι τὰ νῦν ἀκριβῶς εἰρῆσθαι. εἰ γὰρ καὶ ἔλαθεν [b] ἡμᾶς χρόνος, εἰ τύχοι εἰπεῖν, ἔτη ν᾽. ἢ ρ᾽. [3] ἢ καὶ σ᾽. οὐ μέν τοι μυριάδες, ἢ χιλιάδες ἐτῶν, καθὼς προειρήκασι Πλάτων καὶ Ἀπολλώνιος καὶ οἱ λοιποὶ, ψευδῶς ἀναγράψαντες. ὅπερ ἡμεῖς τὸ ἀκριβὲς ἴσως ἀγνοοῦμεν ἁπάντων τῶν ἐτῶν τὸν ἀριθμὸν, διὰ τὸ μὴ ἀναγεγράφθαι ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις τοὺς ἐπιτρέχοντας μῆνας καὶ ἡμέρας. [4] ὅτι δὲ περὶ ὧν φαμὲν χρόνων συνᾴδει καὶ Βήρωσος, ὁ παρὰ Χαλδαίοις φιλοσοφήσας, καὶ μηνύσας Ἕλλησιν τὰ Χαλδαϊκὰ γράμματα, ὃς ἀκολούθως τινὰ εἴρηκε τῷ Μωσεῖ, περί τε κατακλυσμοῦ, καὶ ἑτέρων πολλῶν ἐξιστορῶν. ἔτι μὴν καὶ τοῖς προφήταις Ἱερε- C μίᾳ καὶ Δανιὴλ σύμφωνα ἐκ μέρους εἴρηκε. [5] τῶν γὰρ συμβάντων τοῖς Ἰουδαίοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως Βαβυλωνίων, ὃν αὐτὸς ὀνομάζει Ἀβοβάσσαρον, κέκληται δὲ παρὰ Ἑβραίοις Ναβουχοδονόσορ, μέμνηται· [6] ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ναοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις, ὡς ἠρημῶσθαι ὑπὸ τοῦ Χαλδαίων βασιλέως· καὶ ὅτι Κύρου τὸ δεύτερον ἔτος βασιλεύσαντος τοῦ ναοῦ τῶν θεμελίων τεθέντων, Δαρείου πάλιν βασιλεύσαντος τὸ δεύτερον ἔτος, ὁ ναὸς ἐπετελέσθη.

Τῶν δὲ τῆς ἀληθείας ἱστοριῶν Ἕλληνες οὐ μέμνηνται· πρῶτον μὲν, διὰ τὸ νεωστὶ αὐτοὺς τῶν γραμμάτων τῆς ἐμπειρίας μετόχους γεγενῆσθαι· καὶ αὐτοὶ ὁμολογοῦσι, φάσκοντες τὰ γράμματα εὑρῆσθαι, οἱ D μὲν παρὰ Χαλδαίων, οἱ δὲ παρ᾽ Αἰγυπτίων, ἄλλοι δ᾽ αὖ [7] ἀπὸ Φοινίκων· δεύτερον ὅτι ἔπταιον, καὶ πταίουσι, περὶ θεοῦ μὴ ποιούμενοι τὴν μνείαν, ἀλλὰ περὶ ματαίων καὶ ἀνωφελῶν πραγμάτων. οὕτω μὲν γὰρ Ὁμήρου, καὶ Ἡσιόδου, καὶ τῶν λοιπῶν ποιητῶν [c] φιλίμως μέμνηνται· τῆς δὲ τοῦ ἀφθάρτου, καὶ μόνου θεοῦ δόξης, οὐ μόνον ἐπελάθοντο, ἀλλὰ καὶ κατελάλησαν· ἔτι μὴν καὶ τοὺς σεβομένους αὐτὸν ἐδίωξαν, καὶ τὸ καθ᾽

A monſtravimus. Cum autem Cronus & Belus æquales fuerint, plerique quis ſit Cronus, aut quis Belus ignorant. Ac Cronum quidem nonnulli colunt, & eumdem Bel aut Bal appellant, ii præſertim qui regiones orientales incolunt, nec tamen ſciunt, quis ſit Cronus aut Belus. Apud Romanos Saturnus vocatur: nam nec ipſi uter ſit antiquior Cronus aut Belus ſciunt. Quod autem ſpectat ad Olympiades, quodcumque eis initium adſignetur, ab Iphito cultum & ſolemnitatem habuere, aut ut alii volunt, a Lino qui & Ilius cognominatus eſt. Numerus annorum & Olympiadum quem ordinem habeat, ſupra demonſtravimus. Rerum ergo noſtrarum an- B tiquitatis & annorum numerum omnem arbitror, quam fieri potuit, accuratiſſime comprehenſum. Atque ut nos latuerit tempus, verbi gratia, annorum 50. aut 100. aut etiam 200. non tamen annorum millia & decem millia, ut Platoni & Apollonio & ceteris mendacibus ſcriptoribus placuit. Ac nos quidem fortaſſe omnium annorum numerum accurate non ſcimus, quia in ſacris litteris deſcripti non fuere ſuperfluentes menſes & dies. Quod autem ſpectat ad ea, quæ dicimus, tempora; conſentit & Beroſus, qui apud Chaldæos philoſophatus eſt, & Græcis cognoſcendas tradidit litteras Chaldaicas. Is Moſi conſentanee nonnulla dixit de diluvio & pluribus aliis hiſto- C riis; atque etiam cum prophetis Jeremia & Daniele ex parte conſentit. Nam eorum quæ Judæis evenerunt ſub rege Babyloniorum, quem ipſe Abobaſſarum, Hebræi Nabuchodonoſor appellant, mentionem fecit; adhuc etiam & templi Hieroſolymitani, quomodo a rege Chaldæorum ſolo æquatum ſit, atque ut fundamentis templi anno ſecundo regis Cyri jactis, rurſus anno ſecundo Darii regis templum abſolutum fuerit.

XXX. Hiſtoriarum ad veritatem pertinentium Græci non meminere; primum quidem quia recenter ipſi litterarum cognitionis participes facti ſunt; D quod quidem ipſi confitentur, dum litteras dicunt inventas, alii quidem a Chaldæis, alii vero ab Ægyptiis, rurſus alii a Phœnicibus: deinde vero quia aberraverunt & aberrant, dum Dei mentionem non faciunt, ſed inanium & inutilium rerum. Sic enim Homerum & Heſiodum & reliquos poetas libenter commemorant: at incorrupti & unici Dei gloriam non modo oblivioni tradiderunt, ſed etiam maledictis impugnarunt: adhuc etiam & Dei cultores per-

1. Ἰφίτου.] Ita emendavit Fellus. Editi Εἰφίτου. Codex Reg. ὑφίτου. Mox editi ἔσχηκε. Cod. Reg. ut in textu.
2. Παρ᾽ ὑμῶν.] Reg. ὑμῖν. Sed legendum ἀρχαιότητος τῶν παρ᾽ ἡμῖν.
3. Η καὶ σ᾽.] Illud ἢ ſuppeditavit codex Regius. Mox idem καθὰ προειρήκασι. Mox videtur legendum εἰς τὸ ἀκρι- E βές. Præpoſitio facile omitti potuit ob ſimilem ſonum ſyllabæ præcedentis.
4. Οτι δέ.] Legendum videtur ἔτι δέ.
5. Τῶν συμβάντων.] Ita Reg. Editi τὰ συμβάντα.
6. Ετι δέ.] Hæc ſuppeditavit Regius codex.
7. Ἀπὸ Φοινίκων.] Legendum videtur ὑπὸ Φοινίκων.

a Ἀθεότητος.] Dodvvellus in diſſert. mſ. *de Theophili ætate*, legi vult ἀρχαιότητος, & paullo poſt pro πραγμάτων ſubſtituit δογμάτων. Cauſſa emendationis facile patet. Senſus enim ipſius periodi, in primis ſi pro παρ᾽ ὑμῶν cum mſ. Bodl. legeretur παρ᾽ ἡμῖν, iſte foret: *De antiquitate doctrinarum noſtrarum & temporum omnium ſerie ſatis opinor dictum*. Atque iſta quidem ſic ſatis reſpondere videntur præcipuo Theophili inſtituto, quod in enarranda temporum ratione, & vindicanda dogmatum Chriſtianorum antiquitate verſabatur. Sed abſit tamen, ut quidquam mutemus. Duo enim in hoc libro Theophilus agit: primum, impietatem doctrinarum gentilium exponens; deinde vero antiquitatem ſcriptorum divinorum ediſſerens: quod utrumque verbis indicare eum voluiſſe quis non videt? Interim hinc ſimul patet pro παρ᾽ ὑμῶν legi debere παρ᾽ ὑμῖν. Sermo enim eſt de doctrinis, quæ apud Gentiles circumferuntur. Hactenus Cl. WOLFIUS, apud quem proinde locus integer ſic redditur. *Quantum igitur pertinet ad refellendas calumnias, quibus nos hactenus Chriſtiani ſumus impetiti, & quantum pertinet ad computationem annorum, ſatis [illegible] pro ingenii noſtri viribus opinor*. Id autem eo in primis [illegible] adnotare libuit, quod Cl. Maranus noſter ἀθεότητος in textu retinens, Dodvvelli conjecturam in verſione ſecutus eſt.

b Ημᾶς.] Ita ſcripſi cum codd. mſs. Bodl. & Pariſ. pro ὑμῶν, quod cum ceteris editis etiam Oxon. (& [illegible] Pariſ.) invitis linguæ regulis exhibebant. WOLFIUS.


c Φιλίμως.] Cum Cl. La Croze ſcribe[illegible]lum arbitror φιλικῶς pro voce nihili φιλίμως, quam editi habent. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.


ἡμέραν διώκουσιν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐφώνως ὑβρίζουσι τὸν Θεὸν, ἆθλα καὶ τιμὰς τιθέασι· τοὺς δὲ σπεύδοντας πρὸς ἀρετὴν, καὶ ἀσκοῦντας βίον ὅσιον, οὓς μὲν ἐλιθοβόλησαν, οὓς δὲ ἐθανάτωσαν, καὶ ἕως τοῦ δεῦρο ὠμοῖς αἰκισμοῖς περιβάλλουσι. διὸ οἱ τοιοῦτοι ἀναγκαίως ἀπώλεσαν τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐχ εὗρον. εἰ οὖν βούλει, ἀκριβῶς ἔντυχε τούτοις, ὅπως σχῇς [1] σύμβολον, καὶ ἀῤῥαβῶνα τῆς ἀληθείας.

A sequuti sunt & quotidie persequuntur: quin etiam iis, qui canora voce conviciantur Deo, præmia & honores posuerunt; qui autem properant ad virtutem & sanctam vitam exercent, horum alios lapidibus obruerunt, alios interfecerunt; ac eos hactenus crudelibus cruciatibus subjiciunt. Quare tales homines necessario amiserunt sapientiam Dei, nec verum invenerunt. Si vis igitur, hæc diligenter evolve, ut habeas symbolum & pignus veritatis.

1. Σύμβολον.] Hæc de baptismo intelligit Fellus: sed compendium & pignus veritatis consignatum his libris malim intelligere.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



S. THEOPHILI EPISCOPI ANTIOCHENI COMMENTARIORUM FRAGMENTA.

I.

Fragmentum Commentariorum in Evangelia.

Apud S. HIERONYMUM *in* Epist. CXXI. al. CLI. *ad* Algasiam *quæst.* VI. *Ex noviss. edit. Veronensi*, *tom.* I. *pag.* 860. *seq.*

„ THEOPHILUS Antiochenæ Ecclesiæ septimus A post Petrum Apostolum Episcopus, qui quatuor Evangelistarum in unum opus dicta compingens, ingenii sui nobis monumenta dimisit, hæc super hac parabola in suis Commentariis est loquutus. „ Dives qui habebat villicum sive dispensatorem, Deus omnipotens est, quo nihil est ditius. Hujus dispensator est Paullus, qui ad pedes Gamalielis sacras litteras didicit, & legem Dei susceperat dispensandam. Qui cum cœpisset credentes in Christo persequi, ligare, occidere, & omnem Domini sui dissipare substantiam, correptus a Domino est: [a] *Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare*. Dixit- B que in corde suo: Quid faciam? quia, qui magister fui & villicus, cogor esse discipulus & operarius. *Fodere non valeo*: omnia enim mandata Legis quæ terræ incubabant, cerno destructa; & Legem atque Prophetas usque ad Joannem Baptistam esse finitos. *Mendicare erubesco*: ut qui doctor fueram Judæorum, cogar a gentibus & a discipulo Anania, salutis ac fidei mendicare doctrinam. Faciam igitur, quod mihi utile esse intelligo; ut postquam profectus fuero de villicatione mea, recipiant me Christiani in domos suas. Cœpitque, eos qui prius versabantur in Lege, & sic in Christum crediderant, [1] ut arbitrarentur se in lege C justificandos, docere Legem abolitam, Prophetias præteriisse, & quæ antea pro lucro fuerant, reputari in stercora. Vocavit itaque duos de pluribus debitoribus. Primum qui debebat centum batos olei, eos videlicet, qui fuerant ex gentibus congregati, & magna indigebant misericordia Dei: & de centenario numero, qui plenus est atque perfectus, fecit eos scribere quinquagenarium, qui proprie pœnitentium est, juxta jubilæum, & illam in Evangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta dimittuntur. Secundum autem vocavit populum Judæorum, qui tritico mandatorum Dei nutritus erat, & debebat ei centenarium numerum, & coegit, ut de centum, octoginta faceret, id est, crederet in Domini resurrectione, quæ octavæ diei numero continetur, & de octo completur decadibus: ut de sabbato Legis transiret ad primam sabbati. Ob hanc caussam a Domino prædicatur, quod bene fecerit, & pro salute sua in Evangelii clementiam de Legis austeritate [2] mutatus sit. Quod si quæsieris, quare vocatur *Villicus iniquitatis* in Lege, quæ Dei est; iniquus erat villicus, qui bene quidem offerebat [3] sed non bene dividebat; credens in Patrem, sed Filium persequens: habens Deum omnipotentem, sed Spiritum sanctum negans. Prudentior itaque fuit Paullus Apostolus in transgressione Legis filiis quondam lucis, qui in Legis observatione versati, Christum qui Dei Patris verum lumen est, perdiderunt.

II.

Fragmentum Commentarii in Canticum Canticorum.

Ex EUSEBII Expositione Cantici, *edita a* MEURSIO *pag.* 37. GRABIUS *emendavit ex ms. cod.* 3024. *biblioth. Bodl.*

Ἐξ ἐθνῶν [4] τὸ κατὰ σάρκα ὁ κύριος σωζομένου καὶ τοῦ ἐξ Ἰούδα. τίς ἂν ἐστὶ τὸ ξύλον τοῦ λιβάνου; Ῥοὺθ ἡ Μωαβῖτις. αὕτη γὰρ τέτοκε τὸν Ὠβὴδ, ἐξ οὗ Ἰεσσαί. φορεῖον τοίνυν ἐστὶ τὸ σῶμα. φορεῖον ἐποίησεν.

Ex gentibus secundum carnem oritur Dominus, salvo eo, quod *ex Juda* esse dicitur [b]. Quodnam est igitur lignum Libani? Ruth Moabitis. Ipsa enim peperit Obed, ex quo Jesse. Lectica igitur est corpus.

a Act. IX. 4. *b* Heb. VII. 14.


1. *Ut arb.*] Ex vetustiori edito, unoque ms. legimus, *ut*: quod series orationis, quæque præponitur *sic* particula, postulare visæ sunt: antea enim erat, *ne arbitr.* Contrario sensu, ac falso. VALLARS.

2. [illegible] *sit.*] Vitiose quidam editi, *mutuatus sit*. ID.

3. *Sed non bene — in Patrem.*] Hæc omittuntur apud Grabium in *Spicilegio*, nec non in noviss. Paris. edit.

4. Ἐξ ἐθνῶν τὸ κατὰ σάρκα.] Theophilo hoc testimonium attribui testatur Grabius in ms. codice. Antiochenum esse conjecit vir eruditus; quamvis in Canticum Canticorum scripsisse non perhibeatur Theophilus. Hanc conjecturam confirmare possunt quæ ad lib. I. Theophili n. V. D observavi. Nonnumquam enim Theophilus Antiochenus generatim vel sub Theophili Alexandrini nomine citatur, eique sua potius auferuntur quam aliena traduntur. Memorabilis sententia hujus scriptoris semel sub Theophili nomine in Parallelis S. Joannis Damasceni, (p. 33[illegible]) iterum sub Theophili Alexandrini nomine citatur (p. [illegible]) Ex eodem libro n. IV. aliud testimonium depromit S. Joannes Damascenus, quod Amphilochio attribuitur (p. 785.) & ex secundo libro num. XXVII. aliam insignem sententiam, quæ non sine gravi errato adscribitur Eleuthero p. 315. MARAN.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 182.



[1] ἀπὸ κοινοῦ τὸ ἐποίησεν. ὡσανεὶ ἔλεγεν· [2] ὅλον δέ τὸ φορεῖον ἡ ἀγάπη. φορεῖον τὰς θεοφόρους ψυχάς. ἀπὸ ξύλων τοῦ λιβάνου, ποτὲ γὰρ [3] ξύλον τοῦ ἀντικειμένου ἦμεν.

A *Lecticam fecit.* Ex communi illud fecit. Quasi diceret. Tota ejus lectica caritas est, juxta illud [a]: *Major autem horum caritas.* Lectica animas Deus in se gestantes designat. *Ex lignis Libani.* Aliquando enim velut lignum adversarii eramus.

[a] I. Cor. XIII. 13.

1. Ἀπὸ κοινοῦ.] Tres hoc loco afferuntur explicationes horum verborum, *Ferculum* (Græce φορεῖον, sive *lecticam*) *fecit sibi rex Salomon de lignis Libani*, Cant. III. 9. Prima corpus intelligit quod sibi Christus formavit ex virgine, quæ a Juda originem quidem ducebat, sed tamen inter avias suas Ruth Moabitidem numerabat. Secunda explicatio lecticæ nomine videtur caritatem intelligere, quæ omnia complectitur & ad omnem agendi rationem pertinet. Tertia lecticam interpretatur animas Deum in se gestantes, quæ ex lignis Libani factæ dicuntur, quia antea diabolo erant emancipatæ. ID.

2. Ὅλον.] Edit. Meursii male hadet ὅσον. GRAB.

3. Ξύλον τοῦ ἀντικειμένου.] Id est, *instrumenta diaboli*. ID.

INDEX CAPITUM

TRIUM LIBRORUM AD AUTOLYCUM

S. THEOPHILI

EPISCOPI ANTIOCHENI.



LIBER I.

Continet Liber hic primus sermonem Theophili cum Autolyco habitum, erudito illo quidem, sed simulacrorum cultore adeoque Christianis infenso. Hic quum locutus esset in Christianorum de Deo ac de resurrectione sententiam, occasionem præbuit Theophilo utriusque dogmatis defendendi.


LIBER II.

Amicæ Autolyci cohortationi de religione Christiana fusius edisserenda, morem gerit Theophilus: atque in hoc secundo Libro stultitiam superstitionis cui addictus erat Autolycus, demonstrare instituit; eique veritatis lucem Prophetarum libris efflorescentem opponit.

LIBER III.

Quum superiores disputationes obstinatum Autolyci animum haud fregissent, tertia eum adgressione Theophilus expugnare conatur: eo quidem consilio, ut quæ supererat apud Autolycum de veritate religionis Christianæ dubitandi ratio, ex falso credita novitate Scriptorum sacrorum suborta, penitus tolleretur. Declarat igitur S. Pater sibi propositum esse, antiquitatem Scripturarum nostrarum breviter ab origine repetitam ei ante oculos ponere; ut tandem aliquando intelligat, Scriptores quorum admiratione tenebatur, nullius esse pretii.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
186.



RHODONIS

FRAGMENTA

I.

Ex libro adversus Marcionis hæresim, *ad Callistionem*.

Apud EUSEBIUM Hist. Eccl. *lib.* v. *cap.* XIII.

Διὰ τοῦτο καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἀσύμφωνοι γεγόνασιν, ἀσυστάτου γνώμης ἀντιποιούμενοι. ἀπὸ γὰρ τῆς τούτων ἀγέλης [1] Ἀπελλῆς μὲν ὁ τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος καὶ τῷ γήρᾳ, μίαν ἀρχὴν ὁμολογεῖ· τὰς δὲ προφητείας, ἐξ ἀντικειμένου λέγει πνεύματος· πειθόμενος ἀποφθέγμασι παρθένου δαιμονώσης ὄνομα Φιλουμένης, ἕτεροι δὲ, καθὼς καὶ αὐτὸς [2] ὁ ναύτης Μαρκίων, δύο ἀρχὰς εἰσηγοῦνται· ἀφ' ὧν εἰσὶ [3] Πότιμός τε καὶ Βασιλικός. καὶ οὗτοι μὲν κατακολουθήσαντες τῷ Ποντικῷ λύκῳ, καὶ μὴ ἀρειστκοντες τὴν διαίρεσιν τῶν πραγμάτων, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνος, ἐπὶ τὴν εὐχέρειαν ἐτράποντο· καὶ δύο ἀρχὰς ἀπεφήναντο ψιλῶς καὶ ἀναποδείκτως, ἄλλοι δὲ πάλιν ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐξοκείλαντες, οὐ μόνον δύο, ἀλλὰ καὶ τρεῖς ὑποτίθενται φύσεις· ὧν ἐστιν ἀρχηγὸς καὶ προστάτης [a] Σύνερως, καθὼς οἱ τὸ διδασκαλεῖον αὐτοῦ προβαλλόμενοι λέγουσι.

A Propterea inter se ipsi dissentiunt, quippe qui ejusmodi doctrinam tuentur, quæ omnino stare non potest. Nam ex illorum grege Apelles quidem sanctioris vitæ cultum & senectutem præ se ferens, unum fatetur esse principium: prophetarum autem oracula ex adversario spiritu profecta esse dicit, virginis cujusdam dæmoniacæ nomine Philumenæ responsis inductus. Alii vero perinde ac Marcion ipse, duo inducunt principia; inter quos est Potitus, & Basilicus. Hi ergo Ponticum illum lupum secuti, cum divisionem rerum æque ac ille reperire non possent, ad temeritatem deflexerunt, & duo rerum principia nude & absque ulla demonstratione pronuntiarunt. Alii rursus ab B his tamquam tempestate in pejus abrepti, non duas solum, sed tres naturas posuerunt: quorum, ut disciplinæ illius sectatores memorant, princeps & antesignanus fuit Syneros.

II.

Ex Colloquio cum Apelle.

Apud eumdem EUSEBIUM *ibidem*.

Ὁ γέρων Ἀπελλῆς συμμίξας ἡμῖν, πολλὰ μὲν κακῶς λέγων ἠλέγχθη· ὅθεν καὶ ἔφασκε μὴ δεῖν ὅλως ἐξετάζειν τὸν λόγον, ἀλλ' ἕκαστον ὡς πεπίστευκε διαμένειν. σωθήσεσθαι γὰρ τοὺς ἐπὶ τὸν ἐσταυρωμένον ἠλπικότας ἀπεφαίνετο· μόνον ἐὰν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς εὑρίσκωνται· [4] τὸ δὲ πάντων ἀσαφέστατον ἐδογματίζετο αὐτῷ πρᾶγμα, καθὼς προειρήκαμεν, τὸ περὶ τοῦ Θεοῦ. ἔλεγε γὰρ μίαν ἀρχὴν, καθὼς καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος. εἶτα προθεὶς αὐτοῦ πᾶσαν τὴν δόξαν, ἐπιφέρει φάσκων. λέγον-

Senex Apelles, inito nobiscum colloquio, multa quidem perperam dicere convictus est. C Quamobrem etiam asserebat, non esse omnino examinandam fidem; sed unumquemque in eo quod semel imbibisset, perstare oportere. Quippe eos qui in Crucifixo spem suam collocassent, servandos esse affirmabat, dummodo in bonis operibus deprehenderentur. Rem vero omnium obscurissimam esse statuebat, ut diximus, quæstionem de Deo. Unum siquidem principium esse dicebat, si-

1. Ἀπελλῆς ὁ τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος.] Rufinus vertit, *qui abstinentiæ & senectutis prærogativa usus*, &c. Recte: nam πολιτείᾳ simpliciter, & absolute poni solet pro abstinentia, & strictiore quadam disciplina. Ita Clemens Alexandrinus in exordio libri primi Stromat. bis usurpat. Sed non video, quomodo Apelles jactare se ob continentiam potuerit, qui a Marcione ob stuprum ejectus, Alexandriam secessit, ut auctor est Tertullianus in libro de *præscriptionibus*. Quocirca videndum, ne vox πολιτείᾳ hoc loco aliud quidpiam significet, & pro Decurionatu sumatur. Nam Decuriones πολιτευόμενοι, seu πολιτευταὶ dicebantur a Græcis, ut pluribus notavi ad Ammianum Marcellinum. Posset etiam quis suspicari, scribendum heic esse, τῇ πολιᾷ σεμ. καὶ γήρᾳ. Nam senex Apelles vulgo dicebatur. Sic eum nominat Rhodon infra, & Hieronymus in catalogo. Confirmat hanc emendationem Eusebius in lib. 6. cap. 39. ubi de Alexandro Episcopo: λιπαρῷ γήρει καὶ σεμνῇ πολιᾷ κατεστεμμένος. Sed & Symeon Metaphrastes in Actis Phileæ ita loquitur: καὶ πῶς τοιαύτῃ φησὶν γήρᾳ καὶ πολιᾷ σεμνυνόμενος, &c. Verba sunt Judicis ad Phileam.

2. Ὁ ναύτης Μαρκίων.] Hæc est codicis Regii lectio, quam confirmat interpretatio Rufini. Sic enim ille: *Alii autem, sicut ipse nauta Marcion, duo esse principia introducunt*. Certe Tertullianus in libro *de præscriptionibus*, testatur Marcionem initio navicularium fuisse: *Ubi tunc*, inquit, *Marcion Ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus?* Et in libro I. adversus Marcionem cap. 18. *Nos Marcionem nauclerum novimus, non Regem, non Imp.* Et in lib. III. cap. 6. & in lib. IV. cap. 9. & initio lib. V. In reliquis tamen exemplaribus Maz. Med. & Fuketii, necnon apud Nice- D phorum, desunt hæ voces ὁ ναύτης.

3. Πότιμος.] Rectius in codice Maz. Med. Fuk. & Savil. legitur Πόντος. Sic enim Theodoritus in libro I. *hæreticarum fabularum*, & Rufinus eum nominant.


4. Τὸ δὲ πάντων ἀσαφέστατον.] Rufinus legit σαφέστατον, ut ex versione ejus constat, quæ sic habet: *Manifeste tamen decernebat de Deo, sicut prædiximus, unum esse principium*; quam lectionem secutus est etiam Christophorsonus. Verum hæc interpretatio ferri non potest. Primum enim verbum ἐδογματίζετο passivam habet significationem. Deinde, tantum abest ut Apelles disputationem de Deo manifestam atque expeditam esse diceret; quin potius asserebat, rem esse omnium obscurissimam; prorsusque nihil sciri posse de Deo, ac ne ipsos quidem prophetas quidquam de Deo manifeste, atque ut res est, pronuntiasse, quemadmodum infra docet Rhodon.

a Σύνερως.] S. Augustinus lib. *de Hæres.* cap. XXII. *Marcion a quo Marcionitæ, Cerdonis secutus est dogmata de duobus principiis: quamvis Epiphanius eum tria dicat asseruisse principia, Bonum, Justum, Pravum. Sed Eusebius* SYNERUM *quemdam, non* MARCIONEM, *trium principiorum atque naturarum scribit auctorem*. De Apelle autem ac ejusdem Philumene, quorum heic meminit Rhodon, verba facit Tertullianus lib. *de Præscript.* capp. VI. & XXX.

τος δέ μου πρὸς αὐτὸν, πόθεν ἡ ἀπόδειξις αὕτη σοι; ἢ πῶς δύνασαι λέγειν μίαν ἀρχὴν, φράσον ἡμῖν· ἔφη· τὰς μὲν προφητείας ἑαυτὰς ἐλέγχειν, διὰ τὸ μηδὲν ὅλως ἀληθὲς εἰρηκέναι· ἀσύμφωνοι γὰρ ὑπάρχουσι καὶ ψευδεῖς, καὶ ἑαυταῖς ἀντικείμεναι. τὸ δὲ πῶς ἐστι μία ἀρχὴ, μὴ γινώσκειν ἔλεγεν, οὕτω δὲ κινεῖσθαι μόνον. εἶτ᾽ ἐπομοσαμένου μου τἀληθὲς εἰπεῖν, [a] ὤμνυεν ἀληθεύων [1] λέγειν, μὴ ἐπίστασθαι πῶς εἷς ἐστιν ἀγέννητος Θεὸς, τοῦτο δὲ πιστεύειν. ἐγὼ δὲ γελάσας, κατέγνων αὐτοῦ· διότι διδάσκαλος εἶναι λέγων, οὐκ ᾔδει τὸ διδασκόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ κρατύνειν.

A cut & noſtra religio docet. Univerſa deinde ejus doctrina in medium prolata, hæc ſubjungit. Cum vero ipſi dicerem: Unde hæc tibi demonſtratio, aut qua ratione affirmare potes, unum eſſe principium? Dic nobis, ſi placet. Tum ille reſpondit: Prophetias eo quod nihil omnino veri dicant, ſe ipſas refellere. Sunt enim, ajebat, diſſonantes & falſæ, ac ſibimet ipſis contrariæ. Porro qua ratione unicum eſſet principium, ſe quidem neſcire, profitebatur; ſed tamen moveri atque impelli, ut ita ſentiret. Poſt hæc cum eum jurejurando adegiſſem, ut ex animi ſui ſententia loqueretur: juravit, ſe verum dicere, nec ſe omnino ſcire, qua ratione unus eſſet ingenitus Deus, ſe tamen ita credere. His auditis, ego hominem deridens reprehendi, qui cum ſe doctorem profiteretur, doctrinam ſuam rationibus confirmare non poſſet.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 185.




1. Λέγειν μὴ ἐπίστασθαι.] In eo quidem non valde reprehendendus erat Apelles, quod diceret neſcire ſe quomodo unus eſſet ingenitus Deus, ſe tamen ita credere. Verum in eo aberrabat, quod prophetias, quibus ea de uno & B ingenite Deo doctrina traditur, prorſus repudiabat; & quod philoſophiæ imperitiſſimus, aliorum ſe doctorem profitebatur. Hac de cauſa merito a Rhodone ſuggillatur.

a Ὤμνυεν ἀληθ.] Stephanus habet, ὤμνυεν ἀληθεύειν, λέγων, μή. Reading.



SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
190.



MAXIMI
EPISCOPI HIEROSOLYMITANI *
FRAGMENTUM
EX LIBRO DE MATERIA,
SIVE
De eo quod Materia sit facta, & malorum non sit caussa.

Apud EUSEBIUM Præparat. Evangel. *lib.* VII. *cap.* XXII.

A ΟΤΙ μὲν ἀδύνατον ὑπάρχειν ἀγέννητα δύο ἅμα, οὐδέ σε ἀγνοεῖν νομίζω, εἰ καὶ τὰ μάλιστα δοκεῖς προλαβὼν τοῦτο προστεθεικέναι τῷ λόγῳ, τὸ πάντως ἐξ ἀνάγκης τὸ ἕτερον δεῖν λέγειν, [1] ἢ ὅτι κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεὸς, ἢ αὖ πάλιν, ὅτι ἀμέριστος αὐτῆς τυγχάνει. εἰ μὲν οὖν ἡνῶσθαί τις αὐτὸν εἰπεῖν ἐθέλοι, ἓν τὸ ἀγέννητον λέξει. ἑκάτερον γὰρ τούτων, μέρος ἔσται τοῦ πλησίον· ἀλλήλων δὲ μέρη τυγχάνοντα, οὐκ ἔσται ἀγέννητα δύο. Ὡς οὐδὲ διάφορα μέρη κατακερματιζόμενα εἰς πολλὰ γεννητὰ, ἀλλ' ὡς ὁ λόγος ἀπαιτεῖ, ἕν τι γεννητὸν, τὸν ἄνθρωπον, πολυμερὲς πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φαμέν· οὕτως ἀνάγκη, εἰ μὴ κεχώρισται τῆς ὕλης ὁ Θεὸς, ἓν τὸ ἀγέννητον εἶναι λέγειν. B εἰ δὲ κεχωρίσθαι φήσει τις, ἀνάγκη εἶναί τι τὸ ἀναμέσον ἀμφοτέρων, ὅπερ καὶ τὸν χωρισμὸν αὐτῶν δείκνυσιν. ἀδύνατον γὰρ ἐν διαστάσει ἐξετάζεσθαί τι ἀπό τινος, οὐκ ὄντος ἑτέρου καθ' ὃ ἡ διάστασις ἑκατέρου γίνεται. ὅπερ οὐ μέχρι τούτου ἵσταται καὶ μόνου, ἀλλὰ καὶ πλείστων ὅσων. ὃν γὰρ ἐπὶ τῶν δύο ἀγεννήτων εἴπομεν λόγον, τοῦτον ἐξ ἀνάγκης ὁμοίως προχωρεῖν, εἰ τὰ ἀγέννητα δοθείη τρία. καὶ γὰρ ἐπὶ τούτων ἐροίμην ἄν, εἰ κεχώρισται ἀλλήλων, ἢ αὖ πάλιν ἕκαστον ἥνωται τῷ πλησίον. εἰ μὲν γὰρ ἡνῶσθαί τις εἴποι, τὸν αὐτὸν ἀκούσει τῷ πρώτῳ λόγον. εἰ δ' αὖ πάλιν κεχωρίσθαι, οὐ φεύξεται τὴν ἐξ ἀνάγκης τοῦ χωρίζοντος ὑπόστασιν. C ἂν δὲ ἄρα τις καὶ τρίτον εἶναι λέξει λόγον, ὡς ἁρμόζοντα περὶ τῶν ἀγεννήτων λέγεσθαι, τουτέστι τὸ μὴ κεχωρίσθαι τῆς ὕλης τὸν Θεὸν, μήτ' αὖ πάλιν ὡς ἐν μέρει ἡνῶσθαι, εἶναι δὲ καθάπερ ἐν τόπῳ τῇ ὕλῃ τὸν Θεὸν, ἢ καὶ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ· τὸ συνέχον ἀκουέτω, ὅτι ἐὰν τόπον τοῦ Θεοῦ τὴν ὕλην εἴπωμεν, ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν καὶ [2] χωρητικὸν λέγειν δεῖ, καὶ πρὸς τῆς ὕλης περιγραφόμενον. ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμοίως αὐτὸν τῇ ὕλῃ ἀτάκτως φέρεσθαι, μὴ ἵστασθαί τε μηδὲ μένειν αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ἀνάγκη, τοῦ, ἐν ᾧ ἐστιν, ἄλλοτ' ἄλλως φερομένου. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ ἐν χείροσι γεγονέναι τὸν Θεὸν εἰπεῖν ἀνάγκη. εἰ γὰρ ἦν ποτε ἄκοσμος ἡ ὕλη, ἐκόσμησε δὲ αὐτὴν D εἰς τὸ κρεῖττον τρέψαι προαιρούμενος, ἦν ποτε ὅτε ἐν ἀκοσμήτοις ἦν ὁ Θεός. Δικαίως δ' ἂν καὶ τοῦτον ἐροίμην τὸν λόγον, πότερον ἐπλήρου

A I. EQUIDEM duo simul, quæ ortu careant, esse non posse, quin mecum intelligas, non dubito: licet hoc ponere insuper atque addere videaris, e duobus necessarium alterutrum esse, ut vel segregatus a materia Deus, vel cum eadem omnino conjunctus esse dicatur. Qui ergo tam conjunctum esse volet, is unum dumtaxat aliquid statuet, quod ortu careat: tunc enim alterius alterum pars utique foret; quæ vero mutuam inter se se partis rationem habent, eadem, quæ ortu careant, duo simul esse non possunt. Nam quemadmodum hominem sic a Deo procreatum esse dicimus, ut is non jam diversæ partes, atque in plura genita distractæ, verum, ut ipsa ratio postulat, res una quidem genita sit, variis tamen B ex partibus constituta; sic necesse plane est, si Deum a materia sejunctum esse negas, unum dumtaxat aliquid, quod genitum non sit, agnoscere. Sin ab eadem secretum esse voles, medium necessario quiddam inter utrumque statuendum erit, quo utriusque dissidium ostendatur. Nec enim unius ab altero divortium constitui dignoscive potest, nisi tertium aliquid suberit, ex quo divortium illud æstimetur. Atque hæc ratio, non tantum vel in hoc, vel in uno quopiam, sed etiam in pluribus locum habet. Quod enim de duobus ortu carentibus dictum est, id similiter valere necesse erit, si tria ponentur ortu carentia. Nam de illis eodem modo quæram, utrum disjuncta illa sint, an singula inter se se conjuncta. Si conjuncta quis esse de- C fendet, idem ego contra, quod paullo ante argumentum opponam. Sin distincta fatebitur, numquam illius quarti necessitatem effugiet, quod hoc dissidii genus efficiat. Quod si tertium quiddam existimet, de illis ortu carentibus commode satis responderi posse, Deum videlicet nec penitus a materia secretum, nec tamen partis in morem cum eadem esse conjunctum; sed vel materia Deum, vel materiam ipsam Deo, sic tanquam loco proprio contineri: ex hac opinione consequens illud omnino fuerit, ut, si Dei locum materiam esse dicamus, eumdem necessario & capi ab aliquo, & materia ipsa circumscribi posse fateamur. Quin etiam illum necesse erit, perinde ut materiam, perturbate ferri; nec eumdem in se ipso manere semper immo- D tumque consistere, cum illud in quo erit, huc illucque perpetuo rapiatur. Ad hæc, locum in deterioribus Deum ipsum habuisse concedendum erit. Nam si rudis olim & incondita materia fuit, eamque Deus in elegantiorem & ornatiorem speciem conformare statuit; fuit profecto, cum Deus in rudi & incondita mole versaretur. Præterea hunc etiam in modum urgere liceat, utrum Deus materiam impleret universam, an in aliqua dumtaxat ejus parte collocatus esset. Nam si in par-

* Nondum satis definio, quis ille Maximus fuerit. Erat quidem Maximus Hierosolymorum antistes, æqualis Eusebii; sed vereor, ut hunc vere maximum Arianæ impietatis hostem maximus Arianus intelligat: tametsi hunc, quiqui sit, Maximum, ut paullo ante Dionysium Alexandrinum, satis frigide appellavit. Ceterum, Dialogus fuit tota hæc de Materia disputatio, ut legenti patet. VIGER. cujus & notæ seqq.

1. Η ὅτι κεχώρισται.] Prima hæc argumenta, non nisi adversus eos qui corporeum Deum fingerent, momenti quidquam habere possunt.

2. Χωρητικόν.] Malim χωρητὸν cum altero ms.

τὴν ὕλην ὁ Θεὸς, ἢ ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης ἦν. εἰ μὲν οὖν ἐν μέρει τινὶ τῆς ὕλης εἰπεῖν τις ἐθέλοι τὸν Θεὸν, πλεῖστον ὅσον μικρότερον τῆς ὕλης λέγει. [1] εἰ δὲ μέρος αὐτῆς, ὅλον ἐχώρησεν αὐτόν. εἰ δ' ἐν πάσῃ εἶναι λέγοι τῇ ὕλῃ, πῶς ταύτην ἐδημιούργει φραστέον. ἀνάγκη γὰρ ἢ συστολήν τινα τοῦ Θεοῦ λέγειν, ἧς γενομένης ἐδημιούργει ἐκεῖνο, ἀφ' οὗ ὑπεχώρησεν, ἢ καὶ ἑαυτὸν τῇ ὕλῃ συνδημιουργεῖν, οὐκ ἔχοντα ὑποχωρήσεως τόπον.

Εἰ δὲ τὴν ὕλην ἐν τῷ Θεῷ εἶναι τις λέξοι, ὁμοίως ἐξετάζειν δεῖ, πότερον ὡς διϊσταμένου αὐτοῦ ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὥσπερ ἐν ἀέρι ζώων ὑπάρχει γένη, διαιρουμένου καὶ μεριζομένου αὐτοῦ εἰς ὑποδοχὴν τῶν γινομένων [2] αὐτῷ, ἢ ὡς ἐν τόπῳ, τουτέστιν ὥς περ ἐν γῇ ὕδωρ. εἰ μὲν γὰρ εἴποιμεν ὡς ἐν ἀέρι, μεριστὸν ἀνάγκη τὸν Θεὸν εἰπεῖν. εἰ δ' ὥς περ ἐν γῇ τὸ ὕδωρ, ἦν δὲ ἄτακτος ἡ ὕλη καὶ ἀκόσμητος, πρὸς δὴ τούτοις ἔχουσα καὶ κακὰ, τὸν Θεὸν λέγειν ἀνάγκη τόπον εἶναι τῶν ἀκοσμήτων καὶ τῶν κακῶν. ὅπερ οὐκ εὔφημον εἶναί μοι δοκεῖ, ἐπισφαλὲς δὲ μᾶλλον. Ὕλην [3] γὰρ εἶναι θέλεις, ἵνα μὴ τῶν κακῶν ποιητὴν εἴπῃς τὸν Θεόν· καὶ τοῦτο φεύγειν προαιρούμενος, δοχεῖον αὐτὸν τῶν κακῶν εἶναι λέγεις. εἰ μὲν οὖν τὴν ὕλην ἐκ τῶν ὑποστάντων γενητῶν ὑπονοεῖν ἀγένητον ὑπάρχειν ἔλεγες, πολὺν ἂν περὶ αὐτῆς ἐποιησάμην λόγον, εἰς ἀπόδειξιν τοῦ ὅτι ἀδύνατον ὑπάρχειν αὐτήν. ἐπεὶ δὲ τὴν τῶν κακῶν γένεσιν, αἰτίαν ἔφησθα εἶναι τῆς τοιαύτης ὑπονοίας, διὰ τοῦτ' ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τούτων [4] ἔχεσθαί μοι δοκῶ. φανεροῦ γὰρ γενομένου τοῦ λόγου, καθ' ὃν τρόπον ἐστὶ τὰ κακὰ, καὶ ὅτι οὐχ οἷόν τέ ἐστιν ἀναίτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, ἐκ τοῦ ὕλην αὐτὸν ὑποτιθέναι, τὴν τοιαύτην ὑπόνοιαν ἀναιρεῖσθαί μοι δοκεῖ.

Φὴς τοίνυν ἄποιον ὕλην συνυπάρχειν τῷ Θεῷ, ἐξ ἧς τήνδε τοῦ κόσμου γένεσιν ἐδημιούργησεν. οὕτω μοι δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, γέγονε δὲ κόσμος πρὸς τοῦ Θεοῦ, ἐν δὲ τῷ κόσμῳ αἱ ποιότητες [5] τῶν ποιοτήτων ποιότης γέγονεν ὁ Θεός. οὕτως ἔχει. ἐπεὶ δέ σου καὶ λέγοντος ἔμπροσθεν ἤκουον, ὡς ἀδύνατον ἐξ οὐκ ὄντων γίνεσθαί τι, πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀπόκριναι τὴν ἐμήν. δοκεῖς μοι τὰς τοῦ κόσμου ποιότητας μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων γεγονέναι δοκεῖν, ἕτερον δέ τι παρὰ τὰς οὐσίας ὑπάρχειν αὐτάς. οὕτως ἔχει. εἰ μὲν οὖν μὴ ἐξ ὑποκειμένων ποιοτήτων τὰς ποιότητας ἐδημιούργησεν ὁ Θεὸς, μήτε ἐκ τῶν οὐσιῶν, τῷ μηδὲ οὐσίας αὐτὰς εἶναι, ἐκ μὴ ὄντων αὐτὰς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγονέναι εἰπεῖν ἀναγκαῖον. Ὅθεν περιττῶς ἐδόκεις μοι λέγειν, συλλελόγισαι [6] ὡς οὐκ ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν, ἐξ οὐκ ὄντων γεγονέναι τι πρὸς τοῦ Θεοῦ [7] ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ὧδε ἐχέτω. [8] καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν θεωροῦμεν ἀνθρώπους ἐξ οὐκ ὄντων ποιοῦντάς τινα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δοκοῦσι ποιεῖν ἔν τινι, οἷον ἐπὶ τῶν ἀρ-

A te solum fuisse volent, mirum quam angustiorem illi nobis materia Deum faciunt, cum pars ejus aliqua Deum integrum contineret. Sin totam ab eo materiam occupatam esse dicent, dicant ipsi quoque, quemadmodum eam elaborare Deus ac perpolire potuerit. Siquidem aut sese Deum collegisse necesse erit, itaque partem eam conformasse, ex qua secesserat; aut quod loci in quem secederet, nihil omnino superesset, cum materia se ipsum una conformasse.

II. Jam vero, si materiam in Deo esse respondeant, quærendum similiter fuerit, utrum sic in eo statuatur, ut a se ipso quasi disjunctus ille distractusque sit, quomodo sic in aere tot animantium genera versantur, ut B idem ad ea capienda quæ in ipso fiunt, aliquam partium suarum divisionem patiatur: an potius, tamquam in loco, hoc est, ut aqua in terra collocatur. Si quemadmodum in aere; Deum jam habemus, qui in partes distrahi secarique possit. Sin ut aqua in terra est, materia vero perturbata atque indigesta erat, adeoque mala gremio suo continebat: superest omnino, ut ipsum quoque Deum, & rerum imperfectarum & malorum sedem ac locum esse dicamus. Quod mihi quidem cum minus religiose dici, tum abs te periculosius responderi videretur. Quippe materiam enim esse vis, ne malorum auctorem Deum esse fatearis: idem tamen, ut hoc ipsum effugias, malorum eum receptaculum agnoscere cogeris. Et sane si ex rerum genitarum C ortu atque natura in eam te mentem adductum esse diceres, ut ortu carere materiam putares; ita rem habere non posse, pluribus equidem rationibus ostenderem. Nunc quoniam malorum procreationem hanc tibi suspicionem movisse ais, singularem propterea de illis disputationem instituendam putavi. Nam ubi semel intellectum erit, quemadmodum exsistant mala, ac simul qui Deum materia usum esse dicat, ei quoque Deum malorum auctorem habendum esse constiterit, tum una suspicionem istam funditus sublatum iri existimo.

III. Tu ergo materiam ab omni qualitate vacuam, ex qua Deus mundum hunc procrearit, cum eo simul esse contendis. Ita mihi quidem videtur. Ergo si ab D omni qualitate vacua materia fuit, & procreatus a Deo mundus est, & qualitates in mundo sunt, istarum profecto qualitatum auctor Deus est. Utique. Quoniam igitur ex te ipso paullo ante audiebam, ex nihilo fieri nihil omnino posse: hoc tu mihi respondeas velim. Existimas, ni fallor, mundi qualitates neque subjectis ex qualitatibus factas esse, & tamen a naturis esse distinctas. Omnino. Si ergo qualitates a Deo, neque subjectis ex qualitatibus, neque etiam ex naturis productæ sint, quod naturæ non sint, eas ex nihilo certe quidem productas esse necesse est. Quare, frustra, opinor, tuis id argumentis effectum esse dicebas, nihil ut omnino Deus ex nihilo efficere potuisse crederetur. Quamquam hunc etiam in modum hac ipsa de re dispuE tare licet. Ab hominibus interdum videmus, ex eo quod nusquam est, nonnulla fieri, ut in alio quopiam susceptum opus efficere maxime videantur. Nam, ut in architectis exemplum statuamus, urbes illi quidem, non tamen ex urbibus; templa quoque non ex templis

1. Λέγει. εἰ δέ.] Post λέγει, minor adhibenda distinctio, & δὲ mutandum in γε vel δή.

2. Γινομ. αὐτῷ.] Lege. γινομ. ἐν αὐτῷ.

3. Ὕλην γὰρ εἶναι θέλεις.] Disputationis hujus cardo postulat, ut ἀγένητον inseratur, eamque vocem proxime consequentia desiderant.

4. Ἔχεσθαι.] Corrigendum ex altero ms. [illegible] quam lectionem etiam Montacutius repræsentat.


5. Ποιότητες τῶν ποιοτήτων ποιότης.] Lege & distingue, [illegible], cum altero ms.

6. Συλλελ. [illegible] ὡς οὐκ ἀδύν.] Corrupta illa sunt, nec saniora illa ms. [illegible] ὡς ἐκ [illegible] ἐξ οὐκ ὄντων δημιουργὸν τὸν Θεὸν, ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν. Facile tamen emendari possunt, si legeris, ὡς συλλελόγισαι ἀδύνατον εἶναι δοξάζειν, & cet.

7. Ἀλλ' ὁ μὲν.] Concessio non est, sed quasi transitio.

8. Καὶ γὰρ παρ' ἡμῖν.] Subtiliora sunt quam solidiora, quæ sequuntur. Nec enim ὑλικοὶ isti, mundum ex alio mundo, sed ex materia factum volebant: & satis, opinor, vidissent, artes illas singulares ac proprias, non jam ex nihilo repente nasci, sed acri studio, continenti usu, improbo labore, ac similium artium imitatione paullatim excitari ac perfici.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 190.



χιτεκτόνων τὸ παράδειγμα λάβωμεν. Καὶ γὰρ A οὗτοι ποιοῦσι πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ ἐκ ναῶν. εἰ δ' ὅτι τούτοις οὐσίαι ὑπόκεινται, οἴει ἐξ ὄντων αὐτοὺς ταῦτα ποιεῖν, σφάλλῃ τῷ λόγῳ. οὐδὲ γὰρ ἡ οὐσία ἐστὶν, ἡ ποιοῦσα τὴν πόλιν, ἢ αὐτοὺς ναοὺς, ἀλλ' ἡ περὶ τὴν οὐσίαν τέχνη· ἡ δὲ τέχνη οὐχ ἐξ ἀποκειμένης τινὸς ἐν ταῖς οὐσίαις τέχνης γίνεται, ἀλλ' ἐξ οὐκ οὔσης ἐν αὐταῖς γίνεται. ἀπαντήσειν δέ μοι δοκεῖς οὕτω τῷ λόγῳ, ὅτι ὁ τεχνίτης ἐξ ἧς ἔχει τέχνης τὴν ἐν τῇ οὐσίᾳ τέχνην ποιεῖ. πρὸς δὲ τοῦτο λέγεσθαι τοῦτ' εὖ ἔχειν μοι δοκεῖ, ὅτι οὐδὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἔκ τινος ὑποκειμένης τέχνης γίνεται. Οὐ γὰρ ἔνεστιν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὖσαν δοῦναι τὴν τέχνην· τῶν γὰρ B συμβεβηκότων ἐστὶν, καὶ τῶν τότε τὸ εἶναι λαμβανόντων, ὁπόταν ἐν οὐσίᾳ γίνωνται. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος, καὶ χωρὶς τῆς ἀρχιτεκτονικῆς ἔσται· ἡ δ' οὐκ ἔσται, ἐὰν μὴ πρότερον ἄνθρωπος ᾖ. ὅθεν τὰς τέχνας ἐξ οὐκ ὄντων εἰς ἀνθρώπους πεφυκέναι γίνεσθαι, λέγειν ἀναγκαῖον. Εἰ τοίνυν τοῦτο οὕτως ἔχον ἐπ' ἀνθρώπων ἐδείξαμεν, πῶς οὐχὶ προσῆκε τὸν Θεὸν μὴ μόνον ποιότητας ἐξ οὐκ ὄντων φάναι δύνασθαι ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ οὐσίας; τὸ γὰρ δυνατὸν φανῆναι γίνεσθαί τι ἐξ οὐκ ὄντων, τὸ καὶ τὰς οὐσίας οὕτως ἔχειν δείκνυται.

A ædificant. Si enim quod ſubſtantiæ quædam iis ſubjectæ ſint, illos idcirco ex iis quæ ante jam eſſent, iſta moliri exiſtimes, tuum te fallit argumentum. Nec enim ejuſmodi ſubſtantia vel urbem vel templum efficit, ſed ea tantum ars quæ circa ſubſtantiam verſatur. Ars iſta porro, non jam ex ſimili quodam artis genere quod iis ſubſtantiis includatur, exſiſtit, ſed ex nulla prorſus antegreſſa in illis arte perficitur. At enim occurres, artificem ex ea demum qua præditus arte eſt, artem in ſubſtantiæ geminam efficere. Atqui ne in ipſo quidem homine, ex antegreſſa quadam arte ars illa perficitur. Nec enim fas eſt artem quæ per ſe ipſa ſit, ullam ſtatuere, cum accidentium adeoque rerum illarum ex genere ſit, quæ tum primum alB terius beneficio eſſe incipiunt, cum in ſubſtantia producuntur. Etenim, ut architectura nulla ſit, homo tamen erit: eadem, ſi non prius homo fuerit, eſſe nulla poterit. Ita concludendum neceſſario eſt, ejuſmodi artium eſſe naturam, ut in hominibus ex eo quod nuſquam eſt, oriantur. Quod ſi verum in hominibus eſſe oſtendimus, quiſquamne porro negare audeat, ex nihilo vel qualitates, vel ipſas quoque ſubſtantias a Deo fieri poſſe? Nam quæ ratio fieri omnino quidquam ex nihilo poſſe demonſtrat, eadem in ſubſtantiis quoque valere debet.

Ἐπεὶ δὲ πόθος ἐστί σοι περὶ τῆς τῶν κακῶν γενέσεως ζητεῖν, ἐπὶ τὸν τούτων ἐλεύσομαι λόγον. C καί σου βραχέα πυθέσθαι βούλομαι. Τὰ κακὰ πότερον οὐσίαι σοι δοκοῦσιν εἶναι, ἢ ποιότητες οὐσιῶν; ποιότητας οὐσιῶν εὖ ἔχειν λέγειν μοι δοκεῖ. ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν καὶ ἀσχημάτιστος· οὕτω [1] προλαβὼν ἐξεῖπον τῷ λόγῳ. Οὐκοῦν εἰ τὰ κακὰ ποιότητες ὑπάρχουσιν οὐσιῶν, ἡ δὲ ὕλη ἄποιος ἦν, τῶν δὲ ποιοτήτων ποιητὴν εἶπας τὸν Θεὸν εἶναι, ἔσται καὶ κακῶν δημιουργὸς ὁ Θεός. ὅτε τοίνυν οὐδ' οὕτως ἀναίτιον τῶν κακῶν εἰπεῖν δυνατὸν τὸν Θεὸν, ὕλην αὐτῷ προσάπτειν περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ. Εἰ δέ τι πρὸς ταῦτα λέγειν ἔχεις, ἄρχου τοῦ λόγου. Εἰ μὲν ἐκ φιλονεικίας ἡμῖν ἡ ζήτησις ἐγίνετο, οὐκ ἂν δεύτερον περὶ τῶν κακῶν ἠξίουν ὁρίζεσθαι· ἐπεὶ δὲ D φιλίας ἕνεκα μᾶλλον, καὶ τῆς πρὸς τὸν πλησίον ὠφελείας τὴν ἐξέτασιν ποιούμεθα τῶν λόγων, ἄνωθεν περὶ τούτων ὁρίζεσθαι ἀξιῶ συγχωρεῖν. Τὴν μὲν προαίρεσιν τὴν ἐμὴν, ἐκ πολλοῦ σοι φανερὰν εἶναι δοκῶ, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις σπουδὴν, ὅτι οὐ πιθανῶς εἰπὼν ψεῦδος νικῆσαι θέλω, ἀλλὰ δειχθῆναι τὴν ἀλήθειαν μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως. καί σε δὲ οὕτω διακεῖσθαι σαφῶς ἐπίσταμαι. ὅθεν οἵῳ τρόπῳ χρώμενος νομίζεις δύνασθαι τὸ ἀληθὲς εὑρεῖν, τούτῳ χρῆσαι μηδὲν δυσωπούμενος. οὐ γὰρ σεαυτὸν ὠφελήσεις μόνον, χρησάμενος τῷ κρείττονι, ἀλλὰ E πάντως κἀμὲ περὶ ὧν ἀγνοῶ.

IV. Sed quoniam de malorum procreatione aliquid C audire geſtis, in eam deinceps diſputationem ingrediar. Ac primum pauca ex te ſciſcitari libet. Utrum ergo mala, ſubſtantias an ſubſtantiarum qualitates eſſe putas? Subſtantiarum qualitates, inquis. Atqui materia ut qualitate, ſic figura omni ſpoliata erat: hoc enim jam ante poſito, inſtitutam diſputationem perſequutus ſum. Igitur, ſi & ſubſtantiarum qualitates mala ſunt, & materia qualitate omni carebat: Deum porro qualitatum auctorem eſſe confeſſus; erit idem malorum etiam architectus. Itaque Deo materiam adjungere ſupervacaneum eſt, cum ne ſic quidem malorum procreatione ſolutum & immunem Deum habere poſſis. Tu, ſi quid habes, quod huic argumento reſpondeas, incipe vero. Et quidem ſi contentionis & pugnæ ſtuD dio, hæc a nobis ſuſcepta diſputatio foret, malorum rationem in quæſtionem iterum vocari non pateret. Sed quoniam amicitia potius, & proximi utilitas in hujuſmodi nos ſermonem adduxit, age, hanc de integro quæſtionem diſceptare liceat. Equidem ſenſum tibi meum, quidve hac in diſputatione ſequar, notum abunde tibi & exploratum eſſe non dubito: hoc me nimirum agere, non ut veriſimilibus argumentis falſum extorqueam, ſed ut accurata diſquiſitione illuſtratum & confirmatum verum habeamus. Nec alio te animo eſſe, prorſus intelligo. Qua te ergo ratione verum aſſequi poſſe arbitraris, ea tibi libere atque ingenue utenE dum ſtatue. Nam dum eo quod melius eſt, abuteris, rem utique non tibi modo, ſed etiam mihi quem ignorantia liberabis, pernutilem feceris.

Σαφῶς [2] παραστῆναί μοι δοκεῖς καὶ τὰ κακὰ οὐσίας ὑπάρχειν τινάς· οὐδὲ γὰρ ἐκτὸς οὐσιῶν αὐτὰ ὄντα βλέπω. ἐπεὶ τοίνυν, ὦ οὗτος, καὶ τὰ κακὰ οὐσίας εἶναι λέγεις, ἀνάγκη τὸν τῆς οὐσίας ἐξετάζειν λόγον. δοκεῖ σοι τὴν οὐσίαν σωματικήν τινα σύστασιν εἶναι; Δοκεῖ. Ἡ δὲ σωματικὴ σύστασις αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς ὑπάρχει, οὐ δεομένη τινὸς, οὗ γενομένου τὸ εἶναι λήψεται; οὕτως ἔχει. δοκεῖ δέ σοι τὰ κακὰ ἐνεργείας εἶναί τινος; οὕτω μοι φαίνεται. Αἱ δὲ ἐνέργειαι τότε τὸ εἶναι λαμβάνουσιν, ὁπότ' ἂν ὁ ἐνεργῶν παρῇ; οὕτως

V. Nunc igitur ſubſtantias quaſdam, opinor, mala eſſe voles; quod ea, præterquam in ſubſtantiis, nuſquam omnino videantur. Ergo, bone vir, cum ſubſtantias mala eſſe putes, ſequitur profecto, ut excutienda nobis ſubſtantiæ natura ſit. An tu ſubſtantiam corporeæ molis coagmentationem aliquam eſſe arbitraris? Arbitror vero. Iſta porro corporea moles num ita exſiſtit ipſa per ſeſe, nullius ut opem omnino deſideret, ac eo præſente tum eſſe incipiat? Prorſus. Quid? Num tibi mala in actione quadam videntur eſſe poſita? Videntur ſane. Actiones autem num eſſe tunc pri-

1. Οὕτω προλαβ.] Clarius eſſet, οὕτω γὰρ προλαβ. Ceterum hoc argumentum firmius eſt.

2. Παραστῆναι.] Uſitatius fuerit, παραστῆσαι.

ἔχει. οὐκ ὄντος δὲ τοῦ ἐνεργοῦντος, οὐδ' ὅπερ ἐνεργεῖ ἔσται ποτέ; οὐκ ἔσται. οὐκοῦν εἰ ἡ οὐσία σωματική τίς ἐστι σύστασις, αὕτη δὲ οὐ δεῖταί τινος, ἐν ᾧ γενομένη τὸ εἶναι λήψεται· τὰ δὲ κακὰ ἐνέργειαι ὑπάρχουσί τινος, αἱ δὲ ἐνέργειαι δέονταί τινος, ἐν ᾧ γενόμεναι τὸ εἶναι λαμβάνουσιν· οὐκ ἔσονται οὐσίαι τὰ κακά. [1] Εἰ δὲ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακοῦ δὲ ὁ φόνος, ἐνέργεια ὑπάρχει τινὸς, οὐκ ἔστιν ἄρα οὐσία ὁ φόνος. εἰ δὲ τὰ ἐνεργοῦντα οὐσίαν εἶναι θέλεις, σύμφημι κἀγώ. οἷον ἄνθρωπος ὁ φονεὺς, καθ' ὃν μὲν λόγον ἄνθρωπός ἐστιν, ὑπάρχει οὐσία· ὁ δὲ, ὃν ποιεῖ, φόνος, οὐκ ἔστιν οὐσία, ἀλλ' ἔργον τῆς οὐσίας. Λέγομεν δὲ τὸν ἄνθρωπον, ποτὲ μὲν κακὸν, διὰ τὸ φονεύειν· B ποτὲ δ' αὖ πάλιν διὰ τὸ εὐεργετεῖν, ἀγαθόν. καὶ προσπλέκεται ταῦτα τὰ ὀνόματα τῇ οὐσίᾳ ἐκ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ, ἅ τινα οὐκ ἔστιν αὕτη. οὔτε γὰρ φόνος ἐστὶν ἡ οὐσία, οὔτ' αὖ πάλιν ἡ μοιχεία, οὔτε τι τῶν ὁμοίων κακῶν. ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ τῆς Γραμματικῆς ὁ Γραμματικὸς λέγεται, καὶ ἀπὸ τῆς Ῥητορικῆς ὁ Ῥήτωρ, καὶ ἀπὸ τῆς Ἰατρικῆς ὁ Ἰατρὸς, τῆς οὐσίας οὔτ' Ἰατρικῆς οὔσης, οὔτε μὴν Ῥητορικῆς, οὔτε Γραμματικῆς· ἀλλ' ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων αὐτῇ τὴν προσηγορίαν λαμβανούσης, ἀφ' ὧν οὕτως ὀνομάζεσθαι δοκεῖ, οὐδ' ὁπότερον αὐτῶν οὖσα· ὁμοίως μοι φαίνεται καὶ ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναι κακῶν τὴν οὐσίαν ὄνομα προσλαμβάνειν, C οὐδ' ὁπότερον οὖσαν αὐτῶν. Καί μοι ὁμοίως ἐπινόησον, εἴ τινα ἕτερον ἀναπλάττεις ἐν τῷ νῷ τῶν κακῶν τοῖς ἀνθρώποις αἴτιον, ὡς κἀκεῖνος, καθὸ ἐν τούτοις ἐνεργεῖ καὶ ὑποβάλλει ποιεῖν τὰ κακὰ, ἔστι καὶ αὐτὸς κακὸς ἐξ ὧν ποιεῖ. διὰ τοῦτο γὰρ κἀκεῖνος κακὸς εἶναι λέγεται, ὅτι τῶν κακῶν ἐστι ποιητής· ἃ δέ τις ποιεῖ, οὐκ ἔστιν αὐτὸς, ἀλλ' αἱ ἐνέργειαι αὐτοῦ, ἀφ' ὧν τὴν προσηγορίαν τοῦ κακὸς λέγεσθαι λαμβάνει. εἰ γὰρ αὐτὸν ὑπάρχειν εἴποιμεν, ἃ ποιεῖ, ποιεῖ δὲ φόνους, καὶ μοιχείας, καὶ κλοπὰς, καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια, αὐτός ἐστι ταῦτα. εἰ δὲ ταῦτ' ἐστιν αὐτὸς, ταῦτα δ' ὅτε γίνεται τὴν σύστασιν ἔχει, οὐ γινόμενα δὲ καὶ τοῦ εἶναι παύεται, γί- D νεται δὲ ταῦτα πρὸς ἀνθρώπων, [2] ἔσονται τούτων οἱ ἄνθρωποι ποιηταὶ, καὶ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ μηκέτ' εἶναι αἴτιοι. εἰ δὲ ταῦτα ἐνεργείας αὐτοῦ, φὴς, ἐξ ὧν ποιεῖ, τὸ κακὸς εἶναι ἔχει, οὐκ ἐξ ὧν ἐστιν ἡ οὐσία. κακὸν δὲ εἴπομεν λέγεσθαι ἀπὸ τῶν συμβεβηκότων τῇ οὐσίᾳ, ἅτινα οὐκ ἔστιν ἡ οὐσία, ὡς ἀπὸ τῆς Ἰατρικῆς, Ἰατρόν. Εἰ δὲ ἐξ ὧν ἐνεργεῖ, ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαμβάνει, ἤρξατο κἀκεῖνος εἶναι κακὸς, ἤρξατο δὲ καὶ ταυτὶ τὰ κακά. εἰ δὲ οὕτως ἔχει, οὐκ ἔσται ἀνάρχως κακὸς, οὐδὲ ἀγέννητα τὰ κακὰ, τῷ γεννητὰ πρὸς αὐτοῦ εἶναι φάναι.


E

Τὸν μὲν πρὸς τὸν ἕτερον, ὦ φίλε, λόγον ἱκανῶς μοι πεποιῆσθαι δοκεῖς. ἐξ ὧν γὰρ προὔλαβες τῷ λόγῳ, ἐκ τούτων συνάγειν ἔδοξας καλῶς. ὡς ἀληθῶς γὰρ, εἰ ἄποιος ἐτύγχανεν ἡ ὕλη, τῶν δὲ ποιοτήτων δημιουργὸς ὑπάρχει ὁ Θεὸς, ποιότητες δὲ τὰ κακὰ, τῶν κακῶν ἐστι ποιητὴς ὁ Θεός. οὗτος μὲν οὖν ὁ λόγος πρὸς ἐκεῖνον εἰρήσθω καλῶς. ἐμοὶ δὲ ψεῦδος δοκεῖ τὴν ὕλην ἄποιον εἶναι λέγειν. οὐδὲ γὰρ ἔνεστιν εἰπεῖν

A mum incipiunt, cum is qui agit, præsens adfuerit? Utique. Sin qui aget, nullus erit, ne id quidem quod ipse agat, esse poterit? Non poterit. Ergo si & substantia corporeæ molis coagmentatio quædam est, nec ullius præsentiam requirit, in quo sata exsistendi vim accipiat: contra vero mala alterius cujusdam actiones sunt, actiones istæ porro alicujus præsentiam postulant, in quo dum fiunt, tum exsistere primum incipiunt; restat profecto, ut substantiæ mala esse non possint. Quod si verum est, itemque si malum cædes est, ac proinde alicujus actio; cædes igitur substantia esse non potest. Jam si quæ agendi vim habent, ea substantias esse vis, fateor id quidem; homo enim cædis alicujus auctor, quatenus homo est, substantia quædam est: quæ tamen B cædes ab eo fit, ea non substantia, sed substantiæ opus est. Ceterum hominem aliquando malum, ob cædem ab illo patratam; aliquando bonum propter beneficium ab eodem profectum appellamus: quæ nomina, propter ea quæ substantiæ contigerint, ad ipsam adhærescunt illa quidem, substantia tamen ipsa non sunt. Nec enim aut cædes, aut adulterium, aut aliud quodcumque malum, substantia est. Sed quemadmodum a Grammatica Grammaticum, Rhetorem a Rhetorica, a Medicina Medicum nominamus; cum tamen neque Medicina, neque Rhetorica, neque Grammatica substantia sit: sed tantum ex iis quæ sibi eveniunt, hanc nominum quorum ipsa nullum est, varietatem sortiatur: Sic ab iis quæ vulgo mala censentur, sub- C stantiæ nomen imponi statuo, quorum tamen ipsa nullum est. Perinde autem philosophari debes, ut alium aliquem hominibus malorum auctorem animo & cogitatione fingas, eumque similiter, quatenus in ipsis male agendi principium & causa quædam est, ob illa ipsa quæ agit, malum esse. Nam malus utique dicitur ipse quoque, quod malorum auctor ipse sit: quæ porro quis agit, ea non jam ipse, sed ipsius tantum actiones quædam sunt, unde mali nomen haurit. Enimvero si quæ a quoque fiunt, eadem ipsum esse diceremus; cum cædes, adulteria, furta, aliaque id genus scelera ab aliquo patrarentur, hæc omnia simul unus idemque foret. Ejusmodi porro si erit; cum isthæc omnia tum exsistant modo cum fiunt, ac simul esse desinant cum D fieri desinunt, fiant autem ab hominibus; homines certe quidem, ut eorum artifices, sic & quamobrem illa modo sint, modo non sint, causæ ipsimet erunt. Quod si ejusdem actiones, ista esse concedis; ex iis tantum quæ fecerit, non ex iis quibus substantia constat, is habet, ut malus sit. Mali enim appellationem, ex iis quæ substantiæ contingunt, quæque substantia ipsa non sunt, petendum esse diximus, quemadmodum a Medicina Medicum nominamus. Nunc vero, si pro rerum quæ ab eo fiunt, conditione, cuicuimodi esse primum incipiat: idem quoque malus esse cœpit, ipsaque adeo mala simul esse cœperunt. Id quod si verum est, neque malus malitiæ suæ principio, neque mala ipsa ortu carebunt, cum ab E illo profecta esse dicantur.

VI. Præclare tu quidem & abunde superioris opinionis errorem, o Amice, tam luculenta disputatione confutasti: ex iis enim quæ ante posueras, egregie confecta res est. Enimvero, si qualitate omni spoliata, materia erat; proindeque si & qualitatum auctor Deus est, & qualitates istæ mala sunt, Deum plane malorum auctorem esse consequitur. Quare quod priorem illam sententiam attinet, ab ea sum tua hac ratione deductus. Esto. Nunc autem falsum illud mihi

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 190.




1. Εἰ δὲ οὐσίαι αἱ κακά κ. τ. λ.] Mendosa hæc sunt: quæ facile sic emendes, εἰ δὲ μὴ οὐσίαι τὰ κακὰ, κακὸν δὲ ὁ φόνος, cet.

2. Ἔσονται αἴτιοι.] Ἀσυλλόγιστος videtur ista conclusio.

Referendum enim potius fuisset, hominis quoque naturam, pro tanta rerum istarum & actionum mutatione mutari, quæ sui tantopere dissimilis, esse toties & inciperet & desineret.

SAECUL. II. CIRCA ANN. CHR. 190.



περὶ ἧς ἐνόσουν [1] αἰτίας, ὡς ἔστιν ἄποιος. καὶ γὰρ ἐν ᾧ ἄποιον εἶναι λέγει, τὴν ποιότητα αὐτῆς μηνύει, ὁποία ἐστὶν ἡ ὕλη διαγραφόμενος, ὅπερ ἐστὶν ποιότητος εἶδος. ὅθεν εἴ σοι φίλον ἐστί, ἄνωθεν ἔχου πρὸς ἐμὲ τοῦ λόγου. ἐμοὶ γὰρ ἡ ὕλη ἀνάρχως ποιότητας ἔχειν δοκεῖ. οὕτως γὰρ καὶ τὰ κακὰ ἐκ τῆς ἀποῤῥοίας αὐτῆς εἶναι λέγω, ἵνα τῶν κακῶν ὁ μὲν Θεὸς ἀναίτιος ᾖ, τούτων δὲ ἁπάντων ἡ ὕλη αἰτία. Τὴν μὲν προθυμίαν τὴν σὴν ἀποδέχομαι, ὦ φίλε, καὶ σου τὴν ἐν τοῖς λόγοις σπουδὴν ἐπαινῶ. προσήκε γὰρ ὡς ἀληθῶς ἕκαστον τῶν φιλομαθῶν, μὴ ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε συγκατατίθεσθαι τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν τῶν λόγων. οὐδὲ γὰρ εἰ ὁ προσζητῶν, [2] παράλογον ὁρισάμενος ἀφορμὴν, παρέχει τῷ προσδιαλεγομένῳ συνάγειν ὡς ἐθέλοι, τοῦτο καὶ τὸν ἀκροατὴν πείσει. [3] ἀλλ' εἴ τι δοκεῖ δυνατὸν εἶναι λέγεσθαι καλῶς, τοῦτο λέξει. παρ' ὧν δυοῖν θάτερον ἔσαι. ἢ γὰρ πρὸς ἃ κινεῖσθαι δοκεῖ ἀκούσας τέλεον ὠφεληθήσεται, ἢ τὸν προσδιαλεγόμενον ἐλέγξει οὐ τ' ἀληθῆ λέγοντα. οὐ δοκεῖς δέ μοι δεόντως εἰρηκέναι τὴν ὕλην ἄνωθεν ποιότητας ἔχειν. εἰ γὰρ τοῦθ' οὕτως ἔχει, τίνος ἔσαι ποιητὴς ὁ Θεός; εἴτε γὰρ οὐσίας ἐροῦμεν, προεῖναι ταύτας φαμέν. εἴτ' αὖ πάλιν ποιότητας· καὶ ταύτας ὑπάρχειν. οὐκοῦν οὐσίας τε οὔσης καὶ ποιοτήτων, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ δημιουργὸν λέγειν τὸν Θεόν.

A videtur, materiam qualitatibus vacuam fuisse. Nam substantia nulla qualitate omni carere dici potest: cum eo ipso, quo materiam quis omni qualitate spoliatam esse diceret, propriam ejus qualitatem indicaret, dum, qualis materia sit, explicaret, quod ipsum utique singularis quædam ratio qualitatis est. Deinceps ergo, nisi molestum est, hanc mihi rursus a capite disputationem arcesse. Jam enim materiam qualitatibus ex omni æternitate præditam, malaque simul omnia ex quodam ejus defluxu nata esse defendo, ne Deo causa malorum assignetur, quæ solam in materiam conferenda sit. Mihi vero tuus hic animus, o Amice, admodum probatur: placet hoc in concertationis genere tam studiosa contentio. Atque idem profecto eorum omnium B qui se discendi cupidos profitentur, consilium esse oporteret, ut non simpliciter ac temere, quidquid ab aliis dicitur, arriperent, sed rationum vim atque pondus suis accurate ac diligenter momentis æstimarent. Nec enim, si qui cum altero differit, concinnatum abs sese fallax aliquod & captiosum argumenti genus, sua illi ex mente sensuque concludendum obtrudet, auditori propterea, quod volet, hac arte persuaserit: sed aliquid tum demum is egerit, si quod abs se cum ratione dici posse videbitur, id in medium proferet. Nam tum e duobus alterum consequetur: aut enim qui audiet, quo impelli sese ferrique senserit, in eo tandem magno cum suo fructu adquiescet, aut adversarium ipse suum erroris falsique convincet. C Ergo, ut ad rem veniam, equidem sic existimo, minus abs te vere qualitatibus ab omni ævo materiam instrui. Hoc enim si verum est, cujus tandem rei Deum auctorem habebimus? Substantiarum? at eas jam prius exstitisse dicimus. Qualitatum? at illas quoque jam ante fuisse agnoscimus. Cum igitur & substantiæ per sese jam, & qualitates exsistant, quamobrem Deum conditorem appellemus, superest profecto nihil.

Ἵνα δὲ καὶ μὴ κατασκευάζειν τινὰ δόξω λόγον, ἀπόκριναι νῦν ἐρωτώμενος, τίνι τρόπῳ δημιουργὸν εἶναι φὴς τὸν Θεόν; πότερον ὅτι τὰς οὐσίας ἔτρεψεν εἰς τὸ μηκέθ' ὑπάρχειν ἐκείνας, αἵπερ ἦσάν ποτε, ἀλλ' ἑτέρας παρ' αὐτὰς γενέσθαι, ἢ ὅτι τὰς μὲν οὐσίας ἐφύλαξεν ἐκείνας, αἵπερ ἦσαν πρὸ τούτου, τὰς δὲ ποιότητας ἔτρεψεν αὐτῶν; οὔ τί μοι [4] δοκεῖ. ἀλλαγὴν τινα οὐσιῶν γεγονέναι. καὶ γὰρ ἄτοπον τοῦτο λέγειν μοι φαίνεται. τροπὴν δέ τινα τῶν ποιοτήτων γεγονέναι φημὶ, καθ' ἃς δημιουργὸν εἶναι λέγω τὸν Θεόν. καὶ ὥσπερ εἰ τύχοι λέγειν ἐκ λίθων οἰκίαν γεγονέναι, ἐφ' ᾧ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὡς οὐκ ἔτι λίθοι μένουσι τῇ οὐσίᾳ, οἰκία γενόμενοι οἱ λίθοι. τῇ γὰρ ποιότητι τῆς συνθέσεως τὴν οἰκίαν γεγονέναι φημὶ, τραπείσης δηλονότι τῆς προτέρας τῶν λίθων ποιότητος. οὕτω μοι δοκεῖ καὶ τὸν Θεὸν ὑπομενούσης τῆς οὐσίας, [5] τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων αὐτῆς πεποιηκέναι, καθ' ἣν τὴν τῶδε τοῦ κόσμου γένεσιν πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέγω. ἐπεὶ τοίνυν τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι φὴς, ἀπόκριναί μοι βραχέα πυθέσθαι προαιρουμένῳ. λέγε δὴ, εἰ ὁμοίως καὶ σοὶ δοκεῖ τὰ κακὰ ποιότητας εἶναι τῶν οὐσιῶν; δοκεῖ. ἄνωθεν δὲ ἦσαν αἱ ποιότητες αὗται ἐν τῇ ὕλῃ, ἢ ἀρχὴν ἔχον τοῦ εἶναι; συνεῖναί φημι ἀγεννήτως τῇ ὕλῃ ταυτασὶ τὰς ποιότητας. οὐχὶ δὲ τὸν Θεὸν φὴς τροπήν τινα τῶν ποιοτήτων πεποιηκέναι; τοῦτό φημι. πότερον οὖν εἰς τὸ κρεῖττον, ἢ εἰς τὸ χεῖρον; εἰς τὸ κρεῖττον λέγει μοι δοκεῖν. Οὐκοῦν εἰ ποιότητες τῆς ὕλης

VII. Verum ne arguti quidpiam ipse moliri velle videar, dic ipsemet obsecro, qua tu ratione conditorem Deum esse putes. An quod substantiarum naturam immutarit, ut quam nactæ prius fuerant exuentes, novam ipsæ quamdam & alienam induerent? An potius, quod substantiis in propria naturæ suæ ratione conservatis, earum tamen qualitates mutarit? Ego vero nullam in substantiis mutationem contigisse arbitror. Absurdum enim id utique fuerit. Qualitates ergo mu- D tatas fuisse ajo; quod mutationis genus conditoris Deo nomen indiderit. Quemadmodum enim si domum aliquam e lapidibus factam esse dicamus, non tamen continuo verum sit, lapides, exuta priore substantia, eam in domum esse conversos: quippe certo quodam ex compositionis genere domum exstitisse contendo, priori lapidum qualitate mutata: Sic videtur mihi Deus, integra manente substantia, quamdam ipsius qualitatum mutationem effecisse, ex qua mundus iste hoc habeat, ut a Deo conditus esse dicatur. Audio. Cum igitur peculiarem quamdam ejusmodi qualitatum rationem a Deo profectam esse statuas, pauca mihi tantum abs te responderi velim. Dic amabo. Num tu similiter qualitates istas substantiarum mala quædam esse opina- E ris? Omnino. Utrum igitur qualitates illæ jam inde ab omni ævo materiæ inerant, an exsistendi principium aliquod habuere? Inerant vero citra ullum ortus sui principium. Quid? Num tu aliquam a Deo mutationem qualitatum istarum effectam esse contendis? Plane. Utrum eam in melius, an vero in deterius factam arbitraris? In melius certe quidem. Si ergo qualitates materiæ mala sunt, eædemque cum melioribus a Deo

1. Αἰτίας.] Leg. οὐσίας.

2. Παράλογον ὁρισάμενος ἀφορμήν.] Heic ἀφορμὴν pro eo sumi arbitror, quod *medium* vulgo Logici nominant, ejusque tam in majori quam in minori collocationem: παράλογον autem ἀφορμὴν, sophisticam & ἀπατηλὴν argumentandi rationem, qua quis velut ἀφορμῇ quadam, ad facilius alterum in errorem inducendum abutatur. Quales ἀφορμὰς Socratici captare videbantur.

3. Ἀλλ' εἴ τι.] Ante ἀλλὰ minori tantum distinctione opus est: pro εἴ τι malim εἰ ὅ, τι.

4. Δοκεῖ. ἀλλαγήν.] Post δοκεῖ tollenda distinctio est. ἀλλαγὴν autem rescripsimus, pro ἀλλὰ γοῦν, quod manifeste vitiosum erat.

5. Τροπήν.] Male τρόπον ante legebatur.

τὰ κακὰ, τὰς δὲ ποιότητας αὐτῆς εἰς τὸ κρεῖττον ἔτρεψεν ὁ Κύριος, πόθεν τὰ κακὰ, ζητεῖν ἀνάγκη. ἢ γὰρ ἔμειναν αἱ ποιότητες ὁποῖαί ποτ᾽ ἦσαν τῇ φύσει, ἢ εἰ μὲν πρότερον οὐκ ἦσαν κακαὶ, ἐκ δὲ τοῦ τραπῆναι πρὸς τοῦ Θεοῦ τὰς πρώτας τοιαύτας περὶ τὴν ὕλην γεγονέναι ποιότητας φὴς, αἴτιος ἔσται τῶν κακῶν ὁ Θεὸς, τρέψας τὰς οὐκ οὔσας ποιότητας κακὰς, εἰς τὸ εἶναι κακάς.

Ἢ τὰς μὲν κακὰς ποιότητας εἰς τὸ κρεῖττον οὐ δοκεῖ σοι τρέψαι τὸν Θεὸν, τὰς δὲ λοιπὰς καὶ μόνας ὅσαι ἀδιάφοροι ἐτύγχανον, τῆς διακοσμήσεως ἕνεκα, πρὸς τοῦ Θεοῦ τετράφθαι λέγεις. οὕτως ἄνωθεν ἔχον ἐγώ. Πῶς τοίνυν αὐτὸν τὰς τῶν φαύλων ποιότητας ὡς εἶχον καταλελοιπέναι λέγεις; πότερον δυνάμενον μὲν κἀκείνας ἀνελεῖν, οὐ βουληθέντα δὲ, ἢ τὸ δύνασθαι μὴ ἔχοντα; εἰ μὲν γὰρ δυνάμενον λέξεις, οὐ βουληθέντα δὲ αὐτὸν, αἴτιον τούτων εἰπεῖν ἀνάγκη, ὅτι δυνάμενος ποιῆσαι μὴ εἶναι κακὰ, συνεχώρησεν αὐτὰ μένειν ὡς ἦν, καὶ μάλιστα ὅτε δημιουργεῖν τὴν ὕλην ἤρξατο. Εἰ γὰρ μηδ᾽ ὅλως ἔμελεν αὐτῷ τῆς ὕλης, οὐκ ἂν αἴτιος ἦν ὧν συνεχώρει μένειν. ἐπεὶ δὲ μέρος μέν τι αὐτῆς ἐδημιούργει, μέρος δέ τι οὕτως εἴα, δυνάμενος κἀκεῖνα τρέπειν εἰς τὸ κρεῖττον, αἰτίαν ὀφλισκάνειν ἄξιος εἶναί μοι δοκεῖ, καταλιπὼν μέρος ὕλης εἶναι πονηρὸν ἐπ᾽ ὀλέθρῳ, οὗ ἐδημιούργησε μέρους. ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ μέγιστα κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἠδικῆσθαί μοι δοκεῖ, τοῦθ᾽ ὅπως κατεσκεύασε τῆς ὕλης μέρος ἀντιλαμβανόμενον ταυνὶ τῶν κακῶν. Εἰ γάρ τις ἐξετάζοι ἐπ᾽ ἀκριβὲς τὰ πράγματα, χαλεπώτερον νῦν εὑρήσει τὴν ὕλην πεπονθυῖαν τῆς προτέρας ἀκοσμίας. πρὶν γὰρ αὐτὴν διακριθῆναι, τὸ μηδὲ αἰσθέσθαι τῶν κακῶν παρῆν αὐτῇ· νυνὶ δὲ ἕκαστον τῶν μερῶν αὐτῆς αἴσθησιν λαμβάνει τῶν κακῶν.

Καί μοι ἐπ᾽ ἀνθρώπου τὸ παράδειγμα λάβε. Πρὶν γὰρ εἰκονισθῇ καὶ ζῶον γένηται τῇ τοῦ δημιουργοῦ τέχνῃ, τὸ [1] μεθ᾽ ἑνὸς ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν κακῶν, παρὰ τῆς φύσεως εἶχεν· ἀφ᾽ οὗ δὲ πρὸς τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος γίνεται, καὶ τὴν αἴσθησιν τοῦ προσπελάζοντος κακοῦ προσλαμβάνει, καὶ τοῦθ᾽ ὅπερ [2] ἐστὶν εὐεργεσία τῆς ὕλης, πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγονέναι λέγεις, εὑρίσκεται μᾶλλον ἐπὶ τῷ χείρονι προγενόμενον αὐτῇ. εἰ δ᾽ ἐκ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν ἀνελεῖν τὰ κακὰ, τὸ μὴ πεπαῦσθαι λέγεις, ἀδύνατον τὸν Θεὸν φήσεις ὑπάρχειν. τὸ δὲ ἀδύνατον, ἤτοι τῷ φύσει ἀσθενῆ ὑπάρχειν αὐτὸν ἔσται, ἢ τῷ νικᾶσθαι τῷ φόβῳ δεδουλωμένον πρός τινος κρείττονος. εἰ μὲν οὖν τὸν Θεὸν φύσει ἀσθενῆ ὄντα τολμήσεις εἰπεῖν, περὶ τῆς σωτηρίας αὐτῆς κινδυνεύειν μοι δοκεῖς. εἰ δὲ τῷ νικᾶσθαι φόβῳ πρὸς τοῦ μείζονος, μείζονα ἔσται τοῦ Θεοῦ τὰ κακὰ, νικῶντα τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ τὴν ὁρμήν· ὅπερ ἄτοπον εἶναί μοι λέγειν περὶ Θεοῦ δοκεῖ. Διὰ τί γὰρ οὐχὶ μᾶλλον ταῦτ᾽ ἔσονται θεοὶ, νικᾷν κατὰ τὸν σὸν λόγον [3] δυνάμενοι τὸν Θεὸν, εἴπερ Θεὸν ἐκεῖνό φαμεν, ὃ τὴν ἁπάντων ἐξουσίαν ἔχει;

Βραχέα δέ σου καὶ περὶ τῆς ὕλης αὐτῆς πυθέσθαι βούλομαι· καί μοι φέρων λέγε, πότε-

A commutatæ fuerunt; unde mala profluxerint, quærendum necessario est. Aut enim qualitates istæ prioris naturæ conditionem non exuerunt: aut si, cum prius malæ non essent, illa tamen divinitus facta mutatione quæ priorem naturam expulerit, ejusmodi quas nunc habet, inustas materiæ qualitates esse arbitraris: malorum profecto causa Deus erit, qui quæ malæ per sese non erant, eas in malas commutarit.

VIII. At forte ne malas quidem qualitates Deus in meliores convertit, sed reliquas tantum, hoc est eas quibus nihil esset cum bonis malisve commune, ut major ex ea mutatione ornatus exsisteret. Ita quidem jam B inde ab initio sentiebam. Quomodo igitur quæ malæ per sese erant, eas sine ulla mutatione relictas ab eo fuisse ais? An quod illas ut tollere similiter ac delere potuisset, noluerit tamen; an potius quod id perficere nullo modo potuerit? Si potuisse concedis, negas voluisse: illarum causam in Deum conferas necesse est, qui cum eas innata malitia liberare posset, suam tamen iis conditionem relinquere maluerit, quo potissimum tempore materiam elaborandam conformandamque susciperet. Nam si materiam susque deque habuisset, non jam qualitatum earum quas integras manere sinebat, causa diceretur. Nunc vero, cum ejusdem materiæ partem expoliret, partem indigestam ac rudem, uti erat, relinqueret: qui quod malorum superarat, C melius efficere potuisset, is mihi quidem culpæ alicujus affinis videtur fuisse, dum in altera materiæ parte nativam etiam tum malitiam, in ejus quam elaboraret, exitium hærere patererur. Et quidem gravis prorsus hoc in genere, huic quam elaboravit, materiæ parti, eo nomine facta videtur injuria, quod tantam malorum vim subire ac sustinere cogatur. Quisquis enim accurate rem æstimare volet, is longe deteriorem hoc tempore, quam impolita dum esset, materiæ conditionem esse reperiet. Nam antequam varias digereretur in partes, nullum ea malorum suorum habebat sensum, quo nunc partes ejus singulæ vehementer laborant.

D IX. Atque ut ab homine sumatur exemplum. Priusquam animal opificis arte conformatum esset, a natura hoc habebat, nihil ut omnino mali pateretur. Ex quo autem a Deo procreatus homo est, mali etiam imminentis sensu afficitur. Ita, quod tu divini erga materiam Numinis beneficium interpretaris, hoc ipsi jam in deterius cessisse reperies. Jam vero, si quod mala Deus tollere non potuerit, eadem perstitisse voles; Deum ergo impotentem facis. Impotens autem si erit, aut propter nativam imbecillitatem erit, aut quod servilem in modum, potentioris alicujus terrore superetur. Natura imbecillum, citra manifestum salutis periculum, affirmare au- E debis numquam. Sin majoris formidine victum esse dices, mala Deo simul antepones, quæ vim ejus impetumque voluntatis impediant: quod sane de natura divina prædicari non nisi absurde potest. Quidni enim mala ipsa potius deorum loco habeantur, si & Deum, ut ais, superare possunt, & Deum illud esse demum agnoscimus, quod summam habeat rerum omnium potestatem?


X. Sed juvat præterea, nonnulla ex te de materia quærere. Dic igitur, amabo te, simplicem ne materiam,

1. Μεθ᾽ ἑνός.] Legendum videtur μηδ᾽ ἑνός, vel unico verbo μηδενός.

2. Ἐστὶν εὐεργεσία.] Sensus postulat ἐπ᾽ εὐεργεσίᾳ, maxime quum sequatur ἐπὶ χείρονι.

3. Δυνάμενοι.] Præstat omnino δυνάμενα, ut referatur ad ταῦτα, non ad θεοί.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 190.



ρον ἁπλῆ τις ἦν ἡ ὕλη, ἢ σύνθετος. ἡ γὰρ διαφορὰ τῶν γεγονότων εἰς τοιαύτην με περιέστησιν ἐξέτασιν τοῦδε τοῦ λόγου. εἰ γὰρ ἁπλῆ τις ἐτύγχανεν ἡ ὕλη καὶ μονοειδής· [1] σύνθετος δὲ ὁ κόσμος, καὶ ἐκ διαφόρων οὐσιῶν τε καὶ κράσεων τὴν σύστασιν ἔχει; [2] τὸν γὰρ σύνθετον ἁπλῶν τινων μίξιν μηνύει. Εἰ δ' αὖ πάλιν τὴν ὕλην σύνθετον λέγειν ἐθέλοις, πάντως ἐξ ἁπλῶν τινων συντεθεῖσθαι φήσεις. εἰ δὲ ἐξ ἁπλῶν συνετέθη, [3] ἦν ποτε καθ' ἑαυτὰ τὰ ἁπλᾶ, ὧν συντεθέντων, γέγονεν ἡ ὕλη· ἐξ οὗ περ καὶ γενητὴ οὖσα δείκνυται. Εἰ γὰρ σύνθετος ἡ ὕλη, τὰ δὲ σύνθετα ἐξ ἁπλῶν τὴν σύστασιν ἔχει, ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ὕλη οὐκ ἦν, τουτέστι πρὶν τὰ ἁπλᾶ συνελθεῖν. εἰ δὲ ἦν ποτε καιρὸς, ὅτε ὕλη οὐκ ἦν· οὐκ ἦν δέ ποτε καιρὸς, ὅτε τὸ ἀγέννητον οὐκ ἦν, οὐκ ἔσται ἀγέννητος ἡ ὕλη. τὸ δ' ἐντεῦθεν ἔσται πολλὰ τὰ ἀγέννητα. Εἰ γὰρ ἦν ἀγέννητος ὁ Θεὸς, καὶ τὰ ἁπλᾶ, ἐξ ὧν ἡ ὕλη συνετέθη, οὐκ ἔσται δύο μόνα τὰ ἀγέννητα. Δοκεῖ δέ σοι μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντικεῖσθαι; δοκεῖ. ἀντίκειται δὲ τῷ πυρὶ τὸ ὕδωρ; ἀντικεῖσθαί μοι φαίνεται. ὁμοίως δὲ καὶ τῷ φωτὶ τὸ σκότος, καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ θερμὸν, πρὸς δὴ τούτοις καὶ τῷ ξηρῷ τὸ ὑγρόν; οὕτως ἔχειν μοι δοκεῖ. [4] Οὐκοῦν εἰ μηδὲν τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντίκειται, οὐκ ἔσονται ὕλη μία, οὐδὲ μὴν ἐξ ὕλης μιᾶς. Ὅμοιον δέ τινα τούτῳ λόγον πάλιν πυθέσθαι σου βούλομαι. δοκεῖ σοι τὰ μέρη μὴ ἀναιρετικὰ τυγχάνειν ἀλλήλων; δοκεῖ. εἶναι δὲ τῆς ὕλης μέρη, τό τε πῦρ καὶ ὕδωρ, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ λοιπά; οὕτως ἔχει. τί δὲ, οὐ δοκεῖ σοι ἀνατρεπτικὸν μὲν εἶναι τοῦ πυρὸς τὸ ὕδωρ, τοῦ δὲ σκότους τὸ φῶς, καὶ τἆλλα ὅσα τούτοις παραπλήσια; δοκεῖ. Οὐκοῦν εἰ τὰ μέρη οὐκ ἔστιν ἀλλήλων ἀναιρετικὰ, οὐκ ἔσται ἀλλήλων μέρη· εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἀλλήλων μέρη, οὐκ ἔσονται ὕλης μιᾶς· ἀλλὰ μὴν, οὐδ' αὐτὰ ἔσονται ὕλη, τῷ μηδέν τι τῶν ὄντων αὐτὸ ἑαυτοῦ ἀναιρετικὸν ὑπάρχειν, κατὰ τὸν τοῦ ἀντικειμένου λόγον. οὐδὲ γάρ ἐστί τι αὐτῷ ἀντικείμενον· τὰ γὰρ ἀντικείμενα, ἑτέροις ἀντικεῖσθαι πέφυκεν. οἷον τὸ λευκὸν, αὐτὸ ἑαυτῷ οὐκ ἀντίκειται, πρὸς δὲ τὸ μέλαν ἀντικείμενον λέγεται καὶ τὸ φῶς ὁμοίως, ἑαυτῷ μὴ ἀντικεῖσθαι δείκνυται, πρὸς δὲ τὸ σκότος οὕτως ἔχον φαίνεται, καὶ ἄλλα γοῦν ὁμοίως πλεῖστα ὅσα. Εἰ τοίνυν καὶ ὕλη μία τις ἦν, οὐκ ἂν αὐτὴ αὐτῇ ἀντέκειτο. οὕτω δὲ τῶν ἀντικειμένων ἐχόντων, τὸ μὴ εἶναι τὴν ὕλην δείκνυται.


A an compositam fuisse putes? Nam rerum tanta diversitas ad hujus me disceptationem quæstionis adducit. Si enim simplex, uniusque dumtaxat formæ ac figuræ materia fuit: quomodo tandem compositus ex ea mundus, ex tanta substantiarum ac temperationum varietate consistit? Quod enim compositum dicitur, id sane plurium simplicium mixtionem involvit. Sin eamdem compositam fuisse vis; ex simplicibus igitur composita fuit. Quod si verum est, fuerant jam olim simplicia illa per sese, quorum ex compositione materia conflata est. Hinc porro genitam esse materiam efficitur. Nam si composita Materia est; composita vero ex simplicibus coagmentata sunt: tempus illud certe fuit, quo nulla dum ma-
B teria esset, hoc est antequam ea simplicium inter sese conjunctio fieret. Quod si tempus ejusmodi aliquod fuit, quo materia necdum esset; nullum autem umquam fuit, quo res ortu principioque carens, nondum exsisteret: ortu materia caruisse non poterit. Ceterum plura deinceps ortu carentia statuemus. Si enim & Deus, & simplicia ista ex quibus concreta materia est, ortu carebunt, non jam duo tantum ortu carentia censebuntur. Postremo, num tu rem plane nullam, quæ secum ipsa pugnet, esse concedis? Nullam. Cum igne vero num aqua pugnat? Pugnat sane. Similiter & luci tenebræ, & frigido calidum, & sicco humidum adversatur? Utique. Igitur si res nulla secum ipsa pugnat, sequitur omnino, nec uni-
C cam esse materiam, nec unica tantum ex materia universa constare. Cui persimile ad geminum illud est, quod sequitur. Quid enim, an non partes aliis alias exitium ac pestem creare confiteris? Equidem. Materiæ vero partes, ignem, aquam, & reliquas esse concedis? Et libenter. Ignem porro aqua; lux tenebras, atque ejusmodi cetera, non tollere sese mutuo ac perimere videntur? Plane. Si ergo partes nullæ mutuum sibi exitium afferunt, nec mutuarum ista partium rationem obtinere, nec proinde unius tantum materiæ, aut vero materia prorsus esse poterunt: cum res nulla interitum sibi pestemque creet, uti contrariis contraria solent. Nec enim idem contrarium est, ipsi sibi; contraria siquidem, aliis dum-
D taxat contraria sunt: quemadmodum nec album albo, sed nigro tantum; nec luci, sed tenebris contraria lux est, similiterque de aliis plerisque philosophari potes. Quare, si materia quoque una quædam & simplex esset, numquam secum ipsa pugnaret. Ex qua tandem propria contrariorum ratione concluditur, locum omnino isti materiæ nullum superesse.

1. Σύνθετος δὲ ὁ κόσμος.] Mutila ista sunt. Commode sic expleas, πῶς δὴ σύνθετός ἐστιν ὁ κόσμος, cet.

2. Τὸν γάρ.] Rescribe τὸ γάρ.

3. Ἦν ποτε καθ' ἑαυτά.] Negari facile posset, quod heic assumitur.

4. Οὐκοῦν.] Et hæc consequentia oppido quam infirma. Tota enim hæc ἀντιμάχησις est κατ' εἶδος, non καθ' ὕλην.



CLEMENTIS ALEXANDRINI

FRAGMENTA,

Quæ Græce tantum in noviſſima editione Oxonienſi leguntur.

I.

Apud auctorem Chronici Paschalis *pag. 7. al. 5.*

A Τοῖς μὲν οὖν παρεληλυθόσιν ἔτεσι τὸ θυόμενον πρὸς Ἰουδαίων ἤσθιεν ἑορτάζων ὁ Κύριος Πάσχα. ἐπεὶ δὲ ἐκήρυξεν αὐτὸς ὢν τὸ Πάσχα ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενος, αὐτίκα ἐδίδαξε μὲν τοὺς μαθητὰς τοῦ τύπου τὸ μυστήριον τῇ ιγ'. ἐν ᾗ καὶ πυνθάνονται αὐτοῦ· ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι τὸ Πάσχα φαγεῖν; ταύτῃ οὖν τῇ ἡμέρᾳ καὶ ὁ ἁγιασμὸς τῶν ἀζύμων, καὶ ἡ προετοιμασία τῆς ἑορτῆς ἐγίνετο. Ὅθεν ὁ Ἰωάννης ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ εἰκότως ὡς ἂν προετοιμαζομένους ἤδη ἀπονίψασθαι τοὺς πόδας πρὸς τοῦ Κυρίου τοὺς μαθητὰς ἀναγράφει. πέπονθε δὲ τῇ ἐπιούσῃ ὁ Σωτὴρ ἡμῶν, αὐτὸς ὢν τὸ Πάσχα, καλλιερηθεὶς ὑπὸ Ἰουδαίων.

Superioribus annis Dominus Paſcha celebrans, comederat mactatum a Judæis. Jam vero prædicans ſe ipſum eſſe Paſcha agnum Dei, qui ut ovis ad mactationem duceretur, ſtatim docuit diſcipulos figuræ myſterium die decima tertia, qua etiam ex ipſo percontantur [a]: *Ubi vis Paſcha tibi ad comedendum paremus?* Illa igitur die & azymorum ſanctificatio & præparatio feſti facta eſt. Unde & Johannes [b] illa die convenienter ut pote præparatorum jam diſcipulorum pedes a Chriſto lotos ſcribit. Inſecuta autem die paſſus eſt Salvator noſter, qui ipſe erat Paſcha, immolatus a Judæis.

II.

Ibidem.

B Ἀκολούθως ἄρα τῇ ιδ'., ὅτε καὶ ἔπαθεν, ἕωθεν αὐτὸν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τῷ Πιλάτῳ προσάγοντες, οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσιν, ἀλλ' ἀκωλύτως ἑσπέρας τὸ Πάσχα φάγωσι. Ταύτῃ τῶν ἡμερῶν τῇ ἀκριβείᾳ καὶ αἱ γραφαὶ πᾶσαι συμφωνοῦσι, καὶ τὰ εὐαγγέλια συνῳδά. ἐπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ἀνάστασις. τῇ γοῦν τρίτῃ ἀνέστη ἡμέρᾳ, ἥτις ἐν πρώτῃ τῶν ἑβδομάδων τοῦ θερισμοῦ, ἐν ᾗ καὶ τὸ δράγμα νομοθετεῖτο προσενεγκεῖν τὸν ἱερέα.

Congruenter igitur die quartadecima qua etiam paſſus eſt, mane principes ſacerdotum & ſcribæ Chriſtum Pilato adducentes, non ingreſſi ſunt prætorium, ne pollüerentur, ſed nullo impedimento Paſcha veſpere comederent. Huic accuratæ dierum computationi etiam Scripturæ univerſæ conſentiunt, & concinunt Evangelia. Teſtimonium quoque ei perhibet reſurrectio: tertio enim die reſurrexit, qui in primam hebdomadem meſſis incidit, qua Lex præceperat a ſacerdote manipulum ſpicarum offerri.

III.

Apud Macarium Chrysocephalum, *Orat.* xi. *in Lucam ſub finem.*

Ex mſ. bibl. Bodl. cod. 211. *Barocc.*

C Ὁπόση [1] χορεία καὶ πανήγυρις ἐν οὐρανῷ γίνεται, εἴ τις ἐξόριστος γέγονε καὶ φυγὰς τῆς ὑπὸ τῷ πατρὶ [2] πολιτείας, ἀγνοῶν ὡς οἱ μακρύνοντες αὐτοὺς ἀπ' αὐτοῦ ἀπολοῦνται; εἰ τὴν δόσιν καὶ τὴν κτῆσιν καὶ τὴν κληρονομίαν τὴν πατρῴαν ἀνήλωσεν, εἴ τινος ἐξέλειπεν ἡ πίστις, καὶ ἡ ἐλπὶς δεδαπάνηται, τοῖς ἔθνεσιν συντρέχοντος εἰς τὴν αὐτὴν τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσιν· εἶτα λιμώττων καὶ στερούμενος, καὶ μηδ' ὧν οἱ χοῖροι σιτοῦνται πληρούμενος, ἀναστὰς ἦλθε πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ. Ἀλλ' ὁ χρηστὸς πατὴρ οὐκ ἐπιμένει, ἕως ἂν ὁ παῖς πρὸς αὐτὸν ἀφίκηται· οὐδὲ γὰρ ἴσως [3] δυνήσεται πόθεν, οὐδὲ τολμήσαι μὴ ἵλεω τυχὼν αὐτοῦ προσελθεῖν. διὸ βουληθέντος μόνον, εὐθὺς ἀρξαμένου, πρῶτον ὁρμήσαντος, ἔτι μακρὰν ἀπέχοντος, ἐσπλαγχνίσθη, καὶ ἐκδραμὼν, ἔπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ D

I. Qualis cœtus & panegyris in cælo fit, quando quis extorrem ſe reddidit & exſulem a civitate Patris, ignarus quod his qui ab eo recedunt ſit pereundum? Poſtquam largitionem filius poſſeſſionemque & hereditatem patriam conſumſit, quando fides alicujus deficit & ſpes dilapidata eſt, cum gentibus is currit in effuſam ac diſſolutam vitam. Deinde famelico & inopi cum nec illis daretur impleri quibus porci cibantur, ſurgit & ad patrem ſuum tendit. Bonus autem pater non exſpectat donec ad eum veniat filius; neque enim poterit fortaſſe, aut veritus ne propitium haud inveniat, non audebit: ideo volente illo ſolum, & primum vix impetum capiente ſtatim, abſente adhuc procul, pater miſericordia commotus accurrit, & collo ejus allabitur, filiumque exoſcula-


a Matth. xxvi. 17. b Joan. xiii. 5.

1. Ὁπόση χορ.] Perlegenda in commentaria Græcorum præcipue Patrum, in Lucam, utrum alterius forte ſint auctoris. Grab. — Emendatiora Oxonienſi editione a ſe heic exhibita Fragmenta iſta teſtatur Fabricius: qui & ea Latine reddidit.

2. Πολιτείας.] Πολιτείαν hoc loco malim accipere pro *vitæ ratione & conſuetudine*, quam pro *civitate*. Eo ſiquidem ſenſu apud ſcriptores eccleſiaſticos vox iſta frequentiſſime uſurpata comperitur: quin & ipſemet contextus eamdem interpretationem ſuadere videtur. Vide Svicerum in *Theſauro eccl.* tom. II. col. 795. ſeq. & Cangium in *Gloſſar. Græc.* tom. II. col. 1194.

3. Δυνήσεται πόθεν.] Fortaſſe legendum, *δυνήσεται ποθεῖν*. Fabric.

SÆCUL. II, CIRCA ANN. CHR. 192.



κατεφίλησεν αὐτόν. καὶ τότε θαῤῥῶν ὁ παῖς, ἐξομολογεῖται τὰ πεπραγμένα. διὰ ταῦτα ὁ πατὴρ αὐτῷ τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τὴν ὀφειλομένην καὶ πρέπουσαν ἀποδίδωσι, τὴν στολὴν τὴν πρώτην ἐνδύων, τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ δακτύλιον σήμαντρον βασιλικὸν, καὶ σφραγῖδα θείαν· ἐκτύπωμα ἁγιάσματος, ἀποσφράγισμα δόξης, πίστωμα μαρτυρίας· ἐσφράγισε γάρ φησιν, ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστι. καὶ ὑποδήματα οὐ φθαρτὰ, ἃ ὑπολύσασθαι κελεύεται ὁ τῆς ἁγίας γῆς ἐπιβεβηκὼς, καὶ οἷα ὑποδεδέσθαι κωλύεται ὁ κηρύσσων τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀπεσταλμένος· ἀλλ' ἀτριβῆ καὶ ἐφάρμοστα τῇ πρὸς οὐρανὸν διαβάσει· εὐπρεπῆ τε καὶ κοσμοῦντα τὴν ἐπουράνιον πορείαν· οἷα μήποτε ἄνιπτοι πόδες ὑποδύωνται, ἀλλ' οὓς ἂν νίψῃ ἡμῶν ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ Κύριος. πολλὰ μὲν οὖν τὰ τῆς πονηρᾶς ψυχῆς ὑποδήματα, οἷς πεπέδηται καὶ συνέσφιγκται· σειραῖς γὰρ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων ἕκαστος σφίγγεται. καὶ διὰ τοῦτο ἐπόμνυται Ἀβραὰμ πρὸς τὸν βασιλέα Σοδόμων· εἰ ἀπὸ σπαρτίου ἕως σφαιρωτῆρος ὑποδήματος λήψομαι ἀπὸ πάντων τῶν σῶν. ὧν ἕνεκεν κοινωμένων καὶ φυρομένων ἐπὶ γῆς, ἀδικία πᾶσα καὶ πλεονεξία κατέχει τὸν βίον· ὡς διὰ τοῦ Ἀμὼς ἐλέγχει τὸν Ἰσραὴλ ὁ Κύριος λέγων· ἐπὶ ταῖς τρισὶν ἀσεβείαις Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ ταῖς τέσσαρσιν, οὐκ ἀποστραφήσομαι αὐτὸν, ἀνθ' ὧν ἀπέδοντο ἀργυρίου δίκαιον, καὶ πένητα ἕνεκεν ὑποδημάτων, τὰ πατοῦντα ἐπὶ τὸν χοῦν τῆς γῆς.

Ἃ δὲ κελεύει ὁ πατὴρ ὑποδήματα τοὺς θεράποντας δοῦναι τῷ μετανοήσαντι καὶ προσφυγόντι υἱῷ, οὐκ ἐπίπεδα, οὐδὲ ἕλκοντα εἰς τὴν γῆν· βρίθει γὰρ τὸ γεῶδες σκῆνος νοῦν πολυφρόντιδα· ἀλλὰ μετέωρα καὶ [1] ἀνώφορα καὶ διαπορθμεύοντα πρὸς οὐρανὸν, οἷας ἐπιβάθρας καὶ ὀχήματος δεῖται ὁ πρὸς τὸν Πατέρα ποιησάμενος εἴσοδον. πᾶσι γὰρ τούτοις πρότερον ἔξω καλὸς καλῶς κεκοσμημένος, ἐπὶ τὴν ἔνδον εὐφροσύνην εἰσέρχεται· ἐξενέγκατε γὰρ, εἶπε προειπὼν τὸ, ἔτι δὲ αὐτοῦ ἀπέχοντος μακρὰν, δραμὼν ἔπεσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον· ἐντεῦθεν γὰρ δεῖ τὴν παρασκευὴν πᾶσαν τὴν εἰς τοὺς γάμους εἰς οὓς ἐκλήθημεν εἴσοδον καταρτίσασθαι. ὁ μὲν οὖν ἕτοιμος γεγονὼς εἰσελθεῖν, ἐρεῖ, αὕτη ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ πεπλήρωται· ὁ δὲ ἀκαλλὴς καὶ δυσειδὴς, ἀκούσεται· ἑταῖρε, πῶς ὧδε εἰσῆλθες μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; ἡ δὲ πίων καὶ λιπαρὰ τροφὴ, καὶ τρυφὴ τῶν μακαρίων ἡ ἀμφιλαφὴς καὶ διαρκὴς, ὁ μόσχος ὁ σιτευτὸς θύεται, ὁ καὶ πάλιν ἀμνὸς λεγόμενος· οὐχ ἁπλῶς, ἵνα μή τις μικρὸν ὑπολάβῃ· ἀλλ' ὁ μέγας καὶ μέγιστος. οὐ μικρὸς γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ ἀμνὸς, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου· ὁ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀχθεὶς· τὸ θῦμα τὸ μεμυελωμένον· οὗ κατὰ τὸν ἱερὸν νόμον πᾶν στέαρ τῷ Κυρίῳ· πᾶς γὰρ ὁ ἀνακείμενος καὶ ἀνατεθειμένος τῷ Κυρίῳ· οὕτως εὐτραφὴς καὶ ὑπερηυξημένος, ὡς εἰς πάντα χωρῆσαι καὶ ἀναδοθῆναι, καὶ πληρῶσαι τοὺς ἐσθίοντας αὐτὸν, καὶ τοὺς ἐμφορουμένους αὐτοῦ· ὁ καὶ σὰρξ καὶ ἄρτος ὤν· καὶ ἀμφότερα ἑαυτὸν ὄντα διδοὺς ἡμῖν φαγεῖν. τοῖς μὲν οὖν προσιοῦσιν υἱοῖς, ὁ πατὴρ τὸν μόσχον δίδωσι, καὶ θύεται, καὶ τρώγεται· τοὺς δὲ μὴ προσιόντας, διώκει καὶ ἀποκηρύττει· καὶ ἀλκιμώτατος ταῦρος εὑρίσκεται· διὰ γὰρ τὸ μέγεθος καὶ τὴν ἀνδρείαν, λέλεκται περὶ αὐτοῦ, ὡς δόξα μονοκέρωτος αὐτῷ. Ὁρᾷ δὲ αὐτὸν καὶ ὁ προφήτης Ἀββακοὺμ κέρας φοροῦντα· καὶ τὸν ἀμυντήριον ᾄδει τρόπον· κέρατα ἐν χερσὶν αὐτοῦ. διατοῦτο καὶ τὸ σημεῖον δείκνυσιν αὐτοῦ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν, ἑκατέρωθεν, μᾶλλον δὲ πανταχόθεν καὶ διὰ πάντων διήκοντα τὰ κέρατα. Ἐνδυναμοῦνται δὲ οὕτως οἱ ἐσθίοντες, καὶ τοσαύτην ἰσχὺν ἐκ τῆς ζωτικῆς ἐν ἑαυτοῖς ἰσχύουσι τρο-

A tur. Tunc confidens ille, admissa confitetur. Ideoque pater ei gloriam & honorem debitum decentemque restituit, stolamque primam iterum illi induit, incorruptibilitatem, annulumque, regium insigne & divinum sigillum, expressam figuram sanctimoniæ, gloriæ signaculum, fidele documentum testimonii: [a] *signavit* enim, inquit, *quod Deus verax est*. Induit etiam calceos, non corruptibiles, quales exuere jubetur [b] calcaturus terram sanctam, prohibeturque induere qui mittitur [c] ad prædicandum regnum cælorum; sed incorruptibiles, aptosque ad profectionem in cælum, & decentes atque cæleste iter ornantes, quales numquam illotis pedibus induuntur, sed iis quos Magister noster, B Dominus laverit [d]. Varia quidem sunt impiæ animæ calceamenta quibus ligatur illa & constringitur; propriorum enim peccatorum laquei quemlibet constringunt. Ideo Abraham regi jurat Sodomorum, [e] *quod a filo subtegminis usque ad corrigiam calceamenti non accipiam ex omnibus quæ tua sunt*. Quare vulgaris illis & corruptis in terra, vitam omnis injustitia avaritiaque occupatam tenet, ut per Amosum Dominus Israelem arguit cum ait: [f] *Super tribus sceleribus Israel & super quatuor non convertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento justum, & pauperem pro calcea-* C *mentis quæ conterunt pulverem terræ.*

II. Quæ vero jubet pater calceamenta dare pœnitenti qui ad ipsum confugerat filio, non impedientia sunt nec in terram trahunt; aggravatur enim a terreno tabernaculo mens, & multarum plena fit curarum: sed vero sublimia & sursum attollentia & transducentia in cælum, cujusmodi gradu & vehiculo indiget qui Patrem adire parat. Omnibus enim hisce prius extrinsecus pulchre pulcher ornatus ad interiorem lætitiam ingreditur. *Eferte* enim dixerat, qui procul adhuc filio absente ad eum accurrit, & collum ejus est amplexus. Illic enim oportet præparationem omnem ad ingressum in nuptias, ad quas vo- D cati sumus, perfici. Quisquis igitur paratus ingredietur, dicet: [g] *Hocce gaudium meum perfectum est*. Fœdus autem ac deformis audiet: [h] *Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Pinguis cibus est & lautus, deliciæque beatorum magnæ & abundantes: vitulus saginatus mactatur, qui alibi agnus dicitur, non simpliciter, ne quis parvum cogitet, sed magnus, immo maximus. Neque enim parvus qui Dei agnus est, [i] *qui tollit peccatum mundi*; qui ut ovis ad mactationem ductus est: victima medullosa, cujus omnis adeps Domino debetur secundum sanctam legem [k]: totus enim consecratus ac devotus Domino est: ita bene altus & grandis, ut in omnia pertingat ac sufficiat, vescen- E tesque illo ac fruentes saturet: Caro enim est & panis, & utraque cum sit, comedendum se nobis præbet. Accedentibus igitur filiis Pater vitulum dat, qui mactatur & comeditur. Non accedentem autem persequitur rejicitque, & robustissimus taurus reperitur. Propter magnitudinem enim ac robur dictum de eo, quod [l] *gloria ejus sit velut unicornis*. Nam & Propheta Habacuc eum cornu ferentem conspicit, & vindictæ ejus modum decantans, [m] *cornua*, inquit, *in manibus ejus*. Propterea & hoc signum denotat ejus potentiam & potestatem, cornua enim utrimque, vel potius usquequaque feriunt. Qui vero comedunt, ita corroborantur, & tantas vires ex vivifico illo cibo

a Joan. III. 33. b Exod. III. 5. c Matth. x. 10. d Joan. XIII. 8. e Genes. XIV. 23. f Amos II. 6. g Joan. III. 29. h Matth. XXII. 12. i Joan. I. 29. k Levit III. 16. l Num. XXIII. 22. m Habac. III. 4.

1. Καὶ ἀνώφορα.] Hæc male omittuntur in editione Fabriciana.



φῆς, ὡς δ' αὐτοὶ, καὶ κατ' ἐχθρῶν εἶναι καρτεροὶ, καὶ μονονουχὶ τοῖς ταύρου κέρασιν ὡπλισμέναι. ὡς λέγει· ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν.

Εὐφροσύνη καὶ συνῳδία καὶ χοροί· κἂν ὁ πρεσβύτερος, ὁ πάρεδρος ἀεὶ καὶ κατα πειθὴς τῷ πατρὶ δυσχερῶς φέρει, μηδέποτε μὲν αὐτὸς ἐν (ἀσωτίᾳ) μηδὲ ἐν διαχύσει γινόμενος, μεμακαρισμένον δὲ ὁρῶν τὸν ἐκδεδιηκημένον. παρακαλεῖ οὖν τοῦτον ὁ πατὴρ, λέγων· τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ. καὶ τίς μείζων εὐφροσύνη καὶ ἑορτὴ καὶ πανήγυρις, τοῦ διαπαντὸς συνεῖναι καὶ παρεστάναι καὶ λειτουργεῖν τῷ Θεῷ; καὶ πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι· μακάριος δὲ ὁ κληρονόμος τοῦ Θεοῦ, ᾧ πατὴρ ἐκτήσατο· ὁ πιστὸς, οὗ πᾶς ἐστιν ὁ κόσμος τῶν χρημάτων. εὐφρανθῆναι δὲ καὶ χαρῆναι ἔδει, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε. χρηστὲ πάτερ· ὁ ζωογονῶν τὰ πάντα, ὁ ἐγείρων τοὺς νεκρούς. καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη. μακάριος δὲ ὃν ἐξελέξω, καὶ προσελάβου, καὶ ὃν ζητήσας εὑρίσκεις. μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Ἀλλὰ τὸ μὲν μετανοεῖν ἐξ ἁμαρτημάτων, ἀνθρώπινον· καὶ γινέσθω τοῦτο μεθ' ὑποστροφῆς ἀσχέτου· ὁ γὰρ μὴ οὕτως, ἀνειδισθήσεται, ὅτι μὴ ἐξ ὅλης καρδίας, ἀλλ' ἐπὶ σπουδῆ. καὶ τὸ καταφυγεῖν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἡμέτερον· καὶ πρὸς τοῦτ' ἀδιαλείπτως καὶ συντόνως ἐπειγώμεθα. δεῦτε, γὰρ λέγει, πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. καὶ τὸ δεῖσθαι καὶ τὸ ἐξομολογεῖσθαι μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἑκούσιον. διὸ ἐντέλλεται, λέγε σὺ πρῶτος τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς. ἐπὶ δὲ τούτοις, τίνων τευξόμεθα, καὶ τί ἐσόμεθα, οὐχ ἡμεῖς κριταί.

Οὕτως [1] ἔχει καὶ ἀκριβῶς ἡ παραβολή· ἧκεν ὁ παῖς ὁ μετανοῶν πρὸς τὸν εὔσπλαγχνον πατέρα, οὐ ταῦτα ἐλπίσας ποτὲ, τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ τὸν δακτύλιον, καὶ τὰ ὑποδήματα· οὐδὲ γεύσασθαι τοῦ μόσχου τοῦ σιτευτοῦ· οὐδὲ μεθέξειν εὐφροσύνης· οὐδὲ συνῳδίας, καὶ χορῶν ἀπολαύσειν· ἀλλ' ἀγαπητὸν μὲν ἦν αὐτῷ τυχεῖν ᾧ ἠξίου καθ' ἑαυτὸν, ποίησόν με, βεβούλετο εἰπεῖν, ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου. τὴν δὲ φιλοφροσύνην ἰδὼν προαπαντήσασαν τοῦ πατρός· τοῦτο μὲν ἐσιώπησεν, εἶπε δὲ ἃ πρὸ τούτων ἐσκόπει· Πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου. ταῦτα δὲ αὐτῷ, ἥτε ταπεινοφροσύνη καὶ ἡ ἑαυτοῦ κατηγορία γέγονε τῆς δικαιώσεως, καὶ τῆς δόξης αἰτία· δίκαιος γὰρ ἑαυτοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. Οὕτω καὶ ὁ τελώνης ὑπὲρ τὸν Φαρισαῖον ἀπῆλθε δεδικαιωμένος. οὔτ' οὖν ἠπίστατο ὁ παῖς ὧν τεύξεται, οὔτε δέξασθαι, οὔτε χρήσασθαι· οὔτε ἁρμόσαι αὐτῷ τὰ διδόμενα. ἐπεὶ, μήτε τὴν στολὴν λαβὼν αὐτὸς ἐνεδύσατο· ἀλλ' ἐνδύσατε, φησιν, αὐτόν· οὔ τὸν δακτύλιον αὐτὸς εἰς τὴν χεῖρα ἤνεγκεν, ἀλλ' οἱ κεκελευσμένοι, δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ· οὐδὲ ἑαυτὸν ὑπέδυσεν, ἀλλ' οἱ ἀκούσαντες· καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας· καὶ ταῦτα ἦν ἴσως αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπιστα καὶ ἀνέλπιστα πρὶν οὕτω γενέσθαι· ἀσπαστὰ δὲ καὶ θαυμαστὰ, ἐν οἷς ἐδωρήθη γενόμενα.

Ταύτην τὴν ἔννοιαν ἡ παραβολὴ δείκνυσι, τὴν δεδομένην ἑκάστῳ τοῦ λογικοῦ γυμνασίαν. διατοῦτο ὁ ἄσωτος εἰσάγεται τῆς οὐσίας ἀπαιτῶν τὸν πατέρα τὸ μέρος· τουτέστι τῆς λογικῆς καταστάσεως. ἅπασι γὰρ ἡ τοῦ λογικοῦ παραδέδοται κτῆσις· εἴς τε τὴν τῶν καλῶν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν τῶν κακῶν ἀποχήν· ἀλλὰ τοῦτο παρὰ Θεοῦ κεκοσμημένοι πολλοὶ, κέχρηνται τῇ γνώσει τῇ

in se capiunt, ut & contra inimicos sint validi & tantum non taurorum armati cornibus. Unde ait: [a] *In te, inimicos nostros ventilabimus cornu.*

III. Lætitia hinc & concentus chorique, ægre ferente licet fratre majore natu, qui patri semper adhæserat eique obsequens fuerat, neutiquam vero ipse flagitiis se & libidinibus dederat, jam vero videbat alterum, pœnam qui meruerat, beate agere. Blande igitur illum compellans pater, *fili*, inquit, *tu semper mecum es*. Et quænam major lætitia festumve aut panegyris, quam semper adesse & assistere Deo eique inservire? *Et omnia mea, tua sunt*. Beatus qui heres est Dei, in cujus usus pater sua possidet. Fidelis, cujus est universus opum bonorumque mundus. *Exsultare autem & gaudere oportebat, quod frater hic tuus mortuus erat, & revixit*. Bone Pater, qui vivificas omnia, & excitas mortuos. *Et perditus erat, ac repertus est.* [b] *Beatus quem elegisti, & assumsisti*, quemque quærens reperis. [c] *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata*. Sed resipiscere a peccatis, hominis est. Idque fiat non revocanda conversione. Nam qui hoc non facit, ignominia afficietur, quoniam non ex toto animo, sed per impetum modo rediit. Nos decet ad Deum confugere. Hoc perpetuo & assidue agamus. [d] *Venite enim*, inquit, *ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos*. Et rogare & confiteri cum humilitate, in nostra voluntate positum est. Ideo præcipit: [e] *Dic tu prius peccata tua, ut justificeris*. Exinde autem quid consequuturi & quid futuri, non nos judices sumus.


IV. Sic accurate se habet Parabolæ sententia. Venit filius pœnitens ad misericordem patrem, non illa sperans, priorem stolam annulumque & calceamenta, neque de vitulo saginato se comesturum, neque lætitiæ futurum participem, aut concentibus & choris se fruiturum. Sed illud modo desiderabat consequi, quod apud se optabat, volebatque rogare: *Fac me sicut unum de mercenariis tuis*. Cum vero bonitatem videret patris sibi ante venientem obviam, de hac siluit; dixit vero quæ antea meditatus animo fuerat: *Peccavi in cælum & coram te*. Hæc humilitas & sui ipsius condemnatio facta ipsi est causa justificationis & gloriæ: justus enim prius se ipsum condemnat. Ita & publicanus præ Pharisæo justificatus discessit. Neque novit filius ea quæ consequebatur vel accipere vel iis uti, aut data sibi applicare: Nam nec stolam ipse accepit & induit; sed *induite*, inquit, *illum*. Neque annulum ipse manui induxit; sed qui jussi erant: *date annulum in manum ejus*. Neque se ipse calceavit, sed quibus erat dictum: *& calceamenta in pedes ejus*. Hæc ipsi fortassis & aliis incredibilia & insperata, antequam fierent, visa sunt. Gratissima vero & admiranda quum illis donatus est.

V. Hunc sensum Parabola monstrat, concessum singulis esse rationis exercitium. Ideo luxuriosus inducitur, portionem facultatum a patre postulans, hoc est ratione utentis conditionis. Omnibus enim data est rationabilis facultatis possessio, ut bona observent & a malis abstineant. Sed hac ornati a Deo multi, data cognitione male utuntur, ut pra-

[a] Psalm. XLIII. 6. [b] Psalm. LXIV. 5. [c] Psalm. XXXI. 1. [d] Matth. XI. 28. [e] Isa. XLIII. 26.

1. Οὕτως κ. τ. λ.] Huc usque Clemens: quæ sequuntur, alterius procul dubio sunt auctoris, cuius nomen scriba in margine apponere neglexit. Nam nova sequitur expositio Parabolæ; eaque certe est auctoris Clemente recentioris, quia Novatum in fine refutat. GRAB.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 192.



δεδομένην κακῶς πρὸς πράξεων πονηρῶν ἀσωτίαν· καὶ κακῶς τοῦ λογικοῦ τὴν οὐσίαν καταναλίσκουσι· τὸ βλέμμα, πρὸς αἰσχρὰς θεωρίας· τὴν γλῶτταν, εἰς βλασφήμους φωνάς· τὴν ὄσφρησιν, εἰς δυσώδεις ἡδονῶν ἀσελγείας· τὸ στόμα, πρὸς χοιρώδη γαστριμαργίαν· τὰς χεῖρας, πρὸς ἁρπαγάς· τοὺς πόδας, πρὸς δρόμον ἐπιβουλῶν· τοὺς λογισμοὺς, πρὸς ἀσεβείας βουλάς· τὴν γνώμην, εἰς ῥαθυμίας ἐμφόρησιν· τὸν νοῦν, εἰς κτηνώδη διαγωγήν· οὐδὲν τῶν τῆς λογικῆς οὐσίας τηροῦσιν ἀσκόρπιστον. Τὸν τοιοῦτον οὖν ὁ Χριστὸς, ὡς λογικὸν ἐσκοτισμένον, καὶ τὰ πρέποντα τῷ λόγῳ παρὰ τῆς φύσεως ἀπαιτοῦντα τῆς θείας, διὰ τῆς παραβολῆς ὑποτίθεται· εἶτα παρὰ Θεοῦ κομιζόμενον, καὶ χρώμενον τοῖς δεδομένοις κακῶς· καὶ μάλιστα τῶν τοῦ βαπτίσματος ἠξιωμένον καλῶν, ὅθεν καὶ ἄσωτον ὀνομάζει. εἶτα μετὰ τὴν τῶν δεδομένων ἀπώλειαν, καὶ πάλιν τὴν διὰ μετανοίας ἀνάκτησιν, τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν εἰς αὐτὸν γινομένην.

A vis actionibus luxurientur; opesque rationabilis facultatis male dissipant: visum ad turpes contemplationes, linguam ad voces blasphemas, olfactum ad fœtidas voluptatum libidines, os ad porcinam voracitatem, manus ad rapinas, pedes cursui ad insidias, cogitationes ad consilia impia, rationem ad desidiæ consuetudinem, mentem ad bestialia oblectamenta: nihil adeo rationabilis facultatis servant quod non dissipent. Talem igitur Christus, veluti obscura rationis utentem luce, & rationi congruentia a natura divina petentem, in parabola introducit: eumdemque deinde hæc a Deo consecutum, datisque usum male, maxime vero bonis baptismi concessis, unde etiam eum nequam appel- B lat. Deinde post datorum dissipationem, iterum hinc reparationem per pœnitentiam, & benignitatem a Deo ipsi præstitam.

Ἐνεγκόντες γάρ φησι τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, θύσατε, καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν· ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου, ἄκρας οἰκειότητος ὄνομα, καὶ μυστικὸν τοῖς πιστοῖς δεδομένου, νεκρὸς ἦν καὶ ἀπολωλὼς, ἄκρας ἀλλοτριότητος ῥῆσις· τί γὰρ ἀπολωλότος καὶ νεκροῦ, τοῖς ζῶσιν ἀλλοτριώτερον; κεκτῆσθαι γὰρ οὐκέτι οὐδέτερον. ἀλλ' ἀπ' ἄκρας ἐκπεσὼν οἰκειότητος, εἰς ἄκραν ἀλλοτριότητα· πρὸς ἄκραν ἐκ μετανοίας ἐπανῆλθεν οἰκειότητα πάλιν. ἐνδύσατε γὰρ αὐτόν, φησι, τὴν στολὴν τὴν πρώτην· ἣν εὐθὺς πετυχηκὼς τοῦ βαπτίσματος ἔσχε. Τὴν δόξαν φημὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος· τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν, τήν τε τῶν ἄλλων ἀγαθῶν χορηγίαν· ἧς ἔτυχεν εὐθὺς τῆς κολυμβήθρας ἀψάμενος. καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τῆς Τριάδος ἐνταῦθα τὸ αἴνιγμα· ἐκείνη γὰρ τοῖς πιστοῖς ἐνσφραγίζεται. καὶ ὑποδύσατε αὐτοῦ τοὺς πόδας, εἰς τὴν ἑτοιμασίαν τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης, τήν τε πρὸς τὰς καλὰς πράξεις ὁλοδρομίαν.

VI. *Adducite*, inquit, *vitulum saginatum, & mactate, & manducemus & læti epulemur: quia hic filius meus*, summæ caritatis nomen quod fidelibus datum innuit, *mortuus erat & perierat*, summæ alienationis appellatio. Quid enim a viventibus alienius, quam quod mortuum est ac periit: neutrum enim possideri amplius potest. Sed e summa caritatis necessitudine in summe alienam exciderat conditionem, ad summam caritatis familiaritatem iterum revertitur per C pœnitentiam. *Induite* enim *illum*, inquit, *stolam primam*; quam habuit tunc statim, cum baptismus ipsi contigit. Gloriam intelligo baptismatis, remissionem peccatorum, & aliorum bonorum exhibitionem, quam statim cum lavacrum attigit, est consecutus. *Et date annulum in manum ejus*; per hoc indicatur S. Trinitas: illa enim fidelibus imprimitur. *Et inducite calceamenta in pedes ejus*, ut parati sint [a] *ad evangelium pacis*, & integrum bonarum actionum cursum.

Ἀλλ' οὓς εὑρίσκει Χριστὸς ἀπολωλότας μετὰ τὴν ἁμαρτίαν τὴν εἰς βάπτισμα, τούτους ὁ θεομάχος Ναυάτος ἀπόλλυσι. Μηδὲν τοίνυν μηδὲ αὐτοὶ μετανοοῦντες λογιζώμεθα πταῖσμα· φυλαττόμενοι τὸ πίπτειν, πεπτωκότες ἀναπηδῶμεν. καὶ δειλιῶντες τὴν πρόσκρουσιν, μετὰ τὴν πρόσκρουσιν, ἀπόγνωσιν φύγωμεν, ἐστηρίχθαι σπουδάζοντες. κατενεχθέντες εἰς ἀνόρθωσιν σπεύδωμεν. πειθώμεθα πρὸς ἡμᾶς τῷ δεσπότῃ βοῶντι· δεῦτε πάντες οἱ κοπιῶντες, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. κτησώμεθα τὴν τοῦ λόγου δωρεὰν, πρὸς πράξεις εὐγνωμοσύνης. μάθωμεν ἐνταῦθα τὴν τῶν κακῶν ἀποχήν· ἵνα ἐν τοῖς μέλλουσι μὴ μάθωμεν ἄκοντες. χρησώμεθα βίῳ, πρὸς τὰ καλὰ γυμνασίῳ· πρὸς τὸ τῆς ἁμαρτίας παροξυνώμεθα μῖσος. βαθύν τινα τὸν τοῦ κτίστου περιφέρωμεν ἔρωτα, ὅλῃ πρὸς αὐτὸν κολληθῶμεν καρδίᾳ, τὴν τοῦ λόγου μὴ κακῶς κατὰ τὸν ἄσωτον οὐσίαν καταναλώσωμεν. τὴν ἀποκειμένην ἐκείνην κτησώμεθα καύχησιν· ἣν ὁ Παῦλος ἐβόα καυχώμενος· τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; αὐτῷ πρέπει δόξα καὶ τιμὴ, σὺν τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

VII. Sed quos post peccatum in baptisma commissum perditos Christus iterum reperit, hos Novatus Dei adversarius vult perdere. De nullo igitur & nos lapsu si ab eo resipuerimus desperemus; D caveamus tamen labi, lapsi autem revertamur. Verentesque impingere, postquam impegimus, fugiamus desperare, atque stabiliri maturemus, erigique properemus supplantati. Credamus clamanti ad nos Domino: [b] *Venite omnes qui laboratis, & reficiam vos*. Adhibeamus rationis donum ad actiones decentes. Discamus cum maxime abstinere a malo, ne in futurum discendum hoc nobis sit invitis. Vita utamur ut in bono nos exerceamus, & peccatorum magis magisque in nobis accendamus odium. Altum Conditoris amorem circumferamus, toto illi adhæreamus corde, nec, filii nequam exemplo, rationis facultatem male consumamus. Repositam illam nobis comparemus gloriationem, qua efferens se E Paullus clamat: [c] *Quis nos separabit ab amore Christi?* Ipsi competit gloria & honor cum Patre & sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

IV.

Apud eumdem Macarium Chrysocephalum, *Orat.* VIII. *in Matth. cap.* VIII. *e cod. Barocc.* 156. *&* *lib.* VII. *in Lucam cap.* XIII. *e cod. Barocc.* 211.

Οὐκ ἀνθρωπίνην οὖν ὁμοίωσιν [1] ὁ Θεὸς ἐνταῦθα

Non humanam heic, sed columbæ similitudinem

[a] Ephes. VI. 15. [b] Matth. XI. 28. [c] Rom. VIII. 35.

1. Ὁ Θεός.] Al. ὁ παράκλητος. FABRIC. Primam periodum paullo aliter & accuratius citat idem Macarius Orat. VII. in Lucam, cujus inscriptio est: εἰς παραμονὴν τῶν φωτῶν cap. XIII. cod. 211. Barocc. hunc nempe in modum: Οὐκ ἀνθρωπίνην ὁμοίωσιν ἐνταῦθα τοῦ Θεοῦ παρηλλαγμένως(?) φόρως, ἀλλὰ τὸ περιστερᾶς εἶδος, ὅτι τὴν ἀφέλειαν &c. ut supra usque ad ὁμοιώματι. Atque hanc lectionem genuinam esse patet non modo ex Græca Catena in Lucam mſ. in

λαμβάνει, ἀλλὰ περιστερᾶς, ὅτι τὴν ἀφέλειαν καὶ τὸ πρᾶον τῆς νέας ἐπιφανείας τοῦ Πνεύματος ἐβούλετο δεῖξαι τῷ τῆς περιστερᾶς ὁμοιώματι. Ὁ μὲν γὰρ νόμος βαρὺς ἦν καὶ μαχαίρᾳ κολάζων, ἡ δὲ χάρις ἱλαρὰ καὶ λόγῳ ῥυθμίζουσα πρᾳότητος. Ταῦτά τοι καὶ ὁ Κύριος πρὸς τοὺς Ἀποστόλους, εἰπόντας ἐν πυρὶ κολάσαι τοὺς μὴ δεξαμένους αὐτοὺς κατὰ τὸν Ἠλίαν, οὐκ οἴδατε, φησι, ποίου Πνεύματός ἐστε;

A assumsit Deus, quia simplicitatem ac mansuetudinem novæ apparitionis Spiritus volebat columbæ imagine significare. Lex enim gravis fuerat & gladio puniebat; at Gratia suavis & voce mansueta utens ad corrigendum. Hinc Dominus ad Apostolos, cum dixissent ut Eliæ exemplo hos a quibus recepti non fuerant igne puniret: [a] *An nescitis*, inquit, *cujus Spiritus estis?*

V.

Apud eumdem MACARIUM *lib.* XIII. *in Matth. cap.* IX.

Τάχα δὲ διὰ τοῦ ἰῶτα καὶ τῆς κεραίας ἡ δικαιοσύνη κέκραγε αὐτοῦ· ἐὰν ὀρθοὶ πρός με ἥκητε, κἀγὼ ὀρθὸς πρὸς ὑμᾶς· ἐὰν πλάγιοι παρεύησθε, κἀγὼ πλάγιος, λέγει Κύριος τῶν δυνάμεων. Τὰς ἐπιπλήξεις τῶν ἁμαρτωλῶν, πλαγίας αἰνιττόμενος ὁδούς· ἡ γὰρ εὐθεῖα καὶ κατὰ φύσιν, ἣν αἰνίττεται τὸ ἰῶτα τοῦ Ἰησοῦ, ἡ ἀγαθωσύνη αὐτοῦ, ἡ πρὸς τοὺς ἐξ ὑπακοῆς πεπιστευκότας, ἀμετακίνητός τε καὶ ἀρρεπής. Οὐ μὴ οὖν παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου, οὔτε τὸ ἰῶτα, οὔτε ἡ κεραία, τουτέστιν, οὔτε ἡ τοῖς εὐθέσι κατάλληλος ἐπαγγελία, οὔτε ἡ τοῖς πλαγιάζουσιν ἠπειλημένη κόλασις. ἀγαθύνει γὰρ τοῖς εὐθέσι Κύριος· τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς, ἀπάγει μετὰ τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν. Καὶ μετὰ ἀθώου ἀθῶός ἐστι, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέφει, καὶ τοῖς σκολιοῖς σκολιὰς ὁδοὺς ἀποστέλλει.

Fortasse per rectum jota & obliquum apicem B justitia ejus exclamat: [b] *Si recti ad me veneritis, & ego rectus ad vos: si obliqui incesseritis, & ego obliquus, inquit Dominus exercituum.* Peccantium enim offensiones per obliquas vias significantur. Recta vero & naturalis est quam jota nominis Jesu indicat, bonitas ejus quæ erga obedientes ac fideles immota est ac stabilis. Non igitur præteribit de lege nec apex nec jota; hoc est, neque rectis respondens promissio, neque quam oblique incedentibus Deus comminatur, pœna. Rectis enim bonum se præbet Dominus; declinantes vero ad tortuosos anfractus, abducit ad sortem eorum qui operati sunt iniquitatem. Et [c] *cum innocente innocens est, & cum perversis perversus*, & obliquis C obliquas immittit vias.

ΑΛΛΗ ΘΕΩΡΙΑ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ.

Τῇ ἑαυτοῦ φωτοειδεῖ μορφῇ ὁ Θεὸς, ὡς ἐν σφραγῖδι μεγίστῃ, τὸν ἐν ὁμοιώματι ἄνθρωπον ἐνετυπώσατο, ὅπως ἂν πάντων ἄρχῃ καὶ κυριεύῃ, καὶ πάντα αὐτῷ δουλεύῃ. Διὸ [1] κρίνεται ὁ Θεὸς εἶναι τὸ πᾶν αὐτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον. Οὗτος ἀόρατος, ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν, ὁ ἄνθρωπος, ὁρατός· ὃ οὖν ἐάν τις [2] ποιήσεται ἀνθρώπῳ, εἴτε ἀγαθὸν εἴτε κακὸν, εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρεται. Διὸ ἐξ αὐτοῦ κρίσις, πᾶσι κατ᾽ ἀξίαν ἀπονέμουσα παρελεύσεται. τὴν γὰρ αὐτοῦ μορφὴν ἐκδικεῖ.

ALIA CLEMENTIS ALLEGORIA.

Deus homini ad similitudinem suam facto formam suam splendidam, velut sigillum maximum impressit, ut omnibus imperaret & dominaretur, & cuncta illi servirent. Ideo judicat Deus totum se & imaginem sui hominem esse. Quidquid igitur homini fecerit aliquis sive boni sive mali, in Deum refertur. Ideo ex illo judicium omnibus pro merito sua tribuens veniet: suam enim imaginem vindicat.

a Luc. IX. 54. *b* Levit. XXVI. 24. *c* Psalm. XVII. 27. — II. Reg. XXII. 27.


bibliotheca Vindobonensi cod. 42. theol. juxta ordinem Lambecii, ubi eodem modo legitur, nisi quod pro ἀλλὰ τὸ περιστερᾶς εἶδος, simpliciter sit ἀλλὰ τῆς περιστερᾶς· sed & ex Latine edita a Corderio Catena in Lucam cap. III. num. 33. ubi hæc Clementis ita sonant: *Non heic hominis, sed columbæ similitudinem Deus assumsit; quia volebat nova quadam apparitione Spiritus per columbæ similitudinem, simplicitatem ac mansuetudinem declarare.* Ceterum liquet, Macarium priore loco verba Clementis paullulum immutasse, ut plena inciperet periodus. GRAB.

1. Διὸ κρίνεται ὁ Θεὸς — ὁρατός.] Quid hoc sibi vult: D *Judicat Deus totum se & imaginem sui hominem esse?* Adde quod integram periodum omiserit interpres. Sed antequam aliam versionem substituam, Græcum textum sic emendo: Διὸ κρίνεται ὁ Θεὸς εἶναι τύπον αὐτὸν καὶ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον κ. τ. λ. Sic autem interpretor: *Ideo judicat Deus typum seu simulacrum sui esse hominem: hic* (Deus) *invisibilis est: ejus autem imago, nempe homo, visibilis.* Ita V. C. CLAUDIUS CAPPERONNIER, ad calcem tom. I. *Thesauri Canisiani*, pag. 766.

2. Ποιήσεται.] Vel ποιήσῃ, ita sane legitur. GRAB.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 192.



CLEMENTIS ALEXANDRINI

FRAGMENTA

Quæ in editione Oxonienfi defiderantur.

I.

Apud S. ANASTASIUM SINAITAM, *Quæft.* XCVI. *pag.* 401. *edit. nov.*

Ὥσπερ δυνατὸν καὶ νῦν ἄνθρωπον πλάττειν ἀνθρώπους, κατὰ τὴν προτέραν τοῦ Ἀδὰμ διάπλασιν, οὐκ ἔτι οὕτω ποιεῖ διὰ τὸ ἅπαξ χαρίσασθαι τῷ ἀνθρώπῳ ἀνθρώπους γεννᾷν, εἰπὼν πρὸς τὴν φύσιν ἡμῶν, τὸ αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν. οὕτω τῇ παντεξουσίῳ καὶ προνοητικῇ αὐτοῦ δυνάμει, καὶ τὴν τῶν σωμάτων διάλυσιν καὶ φθορὰν, φυσικῇ τινι ἀκολουθίᾳ καὶ τάξει, τῇ τῶν στοιχείων μεταβολῇ ᾠκονόμησε γίνεσθαι, κατὰ τὴν οὐσιώδη αὐτοῦ θεογνωσίαν καὶ κατάληψιν.

A Quemadmodum fieri poteft, ut & nunc homo formet hominem, eo pacto quo Adam formatus eft; id tamen non fit, eo quod homini vim generandi homines conceflerit, verbis illis ad naturam humanam prolatis: [a] *Crefcite, & multiplicamini, & replete terram*; ita omnipotente & provida fua virtute, corporum refolutionem & corruptionem, naturali quadam ferie & confecutione, elementorum mutationi permifit & commifit, fecundum infitam effentiæ illius cognitionem & comprehenfionem.

II.

JOANNES VECCUS *Patriarcha CP. de proceffione Spiritu fancti.*

Apud LEONEM ALLATIUM, *Græc. orthod. tom.* I. *pag.* 248.

Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ὁ Στρωματεὺς ἐν οἷς συνέθετο διαφόροις ὅροις, ὥστε παντὸς ἀσεβοῦς δόγματος προηγεῖσθαι αὐτοὺς τῷ βουλομένῳ θεολογίαν μετιέναι, ὁριζόμενος τί Πνεῦμα, καὶ ποσαχῶς λέγεται Πνεῦμα, φησί· Πνεῦμα μέν ἐστι λεπτὴ καὶ ἄϋλος καὶ ἀχημάτιστος ἐκπορευτικὴ ὕπαρξις.

B Sed & Clemens Stromateus, in variis quas compofuit definitionibus, & quibus omnis pii dogmatis rationes præfcribuntur illi, qui theologiam perfequi voluerit, definiturus quid Spiritus & quot modis dicatur, ait: *Spiritus eft fubftantia tenuiffima, materiæ & formæ expers.*

III.

Ex NICEPHORI CP. *Antirrhetico inedito adverfus Iconoclaftas.*

Edidit Græce & Latine V. C. NICOLAUS LE NOURRY *in Apparat. ad biblioth. SS. Patrum tom.* I. *pag.* 1334. A. B.

Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαϊζόντων.

Σολομὼν ὁ τοῦ Δαβὶδ παῖς, ἐν ταῖς Βασιλείαις ἐπιγραφομέναις, τὴν τοῦ ἀληθινοῦ νεὼ κατασκευὴν, συνεὶς οὐ μόνον ἐπουράνιον εἶναι καὶ πνευματικὴν, ἤδη δὲ καὶ εἰς τὴν σάρκα διαφέρειν, ἣν ἔμελλεν οἰκοδομεῖν ὁ τοῦ Δαβὶδ υἱός τε καὶ Κύριος, εἴς τε τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, ἔνθα καθιδρύεσθαι, καθάπερ τι ἄγαλμα ἔμψυχον διεγνώκει, εἴς τε τὴν κατὰ σύνοδον πίστεως ἐγειρομένην ἐκκλησίαν, κατὰ λέξιν λέγει· εἰ ἀληθῶς ἆρα κατοικήσει Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων ἐπὶ τῆς γῆς; Κατοικεῖ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς, σάρκα περιβαλλόμενος, καὶ μετὰ ἀνθρώπων αὐτοῦ κατοίκησις γίνεται ἐν τῇ κατὰ τοὺς δικαίους συνθέσει τε καὶ ἁρμονίᾳ· νεὼν ἅγιον ἐργαζομένῳ τε καὶ ἀνιστάντι. Γῆ γὰρ οἱ δίκαιοι, τὴν γῆν ἔτι περικείμενοι· καὶ γῆ, ὡς πρὸς τὸ μέγεθος παραβαλλόμενοι τοῦ Κυρίου. Ταυτά τοι καὶ ὁ μακάριος Πέτρος οὐκ ὀκνεῖ λέγειν· καὶ αὐτοὶ ὡς λίθοι ζῶντες οἰκοδομεῖσθε, οἶκος πνευματικὸς, ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς θυσίας τὰς προσδεκτὰς τῷ Θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐπὶ δὲ τοῦ σώματος, ὃ κατὰ περιγραφὴν τόπον ἔνθεον ἑαυτῷ καθιέρωσεν ἐπὶ γῆς ὁ Κύριος, λύσατε, εἶπε, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν

C CLEMENTIS presbyteri Alexandrini e libro contra eos qui Judæorum errores fequuntur.

Salomon Davidis filius in libris Regnorum cum ftructuram veri templi non folum cæleftem effe & fpiritalem, fed ad carnem quoque, quam filius Davidis & Dominus ædificaturus erat, fpectare intelligeret: atque eamdem ftructuram ad ejus præfentiam, per quam conftituerat aliquam veluti animatam collocari ftatuam, fimulque ad Ecclefiam fecundum fidei confenfum excitatam pertinere cognofceret; his utitur verbis: [b] *Num vere Deus habitabit cum hominibus fuper terram?* Profecto habitat fuper terram, carne indutus; fuaque cum juftis & conjunctione & concordia fit cum hominibus ejus habitatio, poftquam D fanctum condidit templum, illudque exftruxit. Terra quippe jufti funt homines, terram adhuc incolentes: terra quoque funt, fi cum Dei magnitudine comparentur. Hæc & fanctus Petrus non dubitat dicere: [c] *Et ipfi tamquam lapides vivi fuperædificamini, domus fpiritalis, facerdotium fanctum, offerre fpiritales hoftias, acceptabiles Deo per Jefum Chriftum.* Habitat & in corpore quod fecundum circumfcriptionem, ficut locum divinum, fibi Dominus fuper ter-

a Gen. I. 28. b III. Reg. VIII. 27. c I. Petr. II. 5.

ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι· τεσσαράκοντα καὶ ἓξ ἔτεσιν ὁ ναὸς οὗτος ᾠκοδομήθη, καὶ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ.

A ram consecravit.[a] *Solvite*, inquit, *templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 192.

IV.

Ex codice chartaceo biblioth. Regis Christianissimi signato n. 2431.
Ibid. pag. 1336. A.

Τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαριωτάτου Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, τοῦ Στρωματέως, ἐκ τοῦ περὶ προνοίας λόγου.

Sanctissimi ac beatissimi CLEMENTIS, Alexandriæ presbyteri, Stromatum auctoris, ex libro de Providentia.

Τί Θεός; Θεός ἐστιν, ὡς καὶ ὁ Κύριος λέγει, πνεῦμα. Πνεῦμα δέ ἐστι κυρίως οὐσία ἀσώματος καὶ ἀπερίγραπτος. ἀσώματον δέ ἐστιν ὃ μὴ συμπληροῦται σώματι, ἢ οὗ τὸ εἶναι οὐκ ἔστι κατὰ τὸ πλάτος, μῆκος καὶ βάθος. ἀπερίγραπτον [1] δέ ἐστιν οὗ τόπος, οὐδεὶς τόπος τὸ κατὰ πάντα ἐν πᾶσιν, καὶ ἐν ἑκάστῳ ὅλον, καὶ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ αὐτό.

Quid est Deus? Deus est, sicut & Dominus dicit [b], Spi- B ritus. Spiritus autem est proprie substantia incorporea & incircumscripta. Incorporeum vero est, quod non constat corpore, vel quod non est secundum longum, latum & profundum. Incircumscriptum autem est id, quod non est locus: nullus etenim locus est per omnia, in omnibus, ac totum in quolibet, atque in se ipso idem.

V.

Ex eodem codice chartaceo, post aliud fragmentum quod e tom. I. *opp.* S. MAXIMI *jam exstat in editione* CLEMENTIS *Oxoniensi, hæc subjiciuntur.*
Ibid. pag. 1335. D.

Φύσις λέγεται παρὰ τὸ πεφυκέναι. Πρώτη οὐσία ἐστὶ πᾶν καθ᾽ ἑαυτοῦ ὑφεστὸς, οἷον λίθος οὐσία λέγεται. Δευτέρα δὲ οὐσία αὐξητικὴ, καθὸ αὔξει καὶ φθίνει, τὸ φυτόν. Τρίτη δὲ οὐσία ἔμψυχος, αἰσθητικὴ, τὸ ζῶον, ὁ ἵππος. Δευτέρα [2] οὐσία ἔμψυχος, αἰσθητικὴ, λογικὴ, ἄνθρωπος· δι᾽ ὃ καὶ ἕκαστος γέγονεν ὡς ὢν ἐκ πάντων, τὴν ψυχὴν ἔχων ἄϋλον, καὶ τὸν νοῦν Θεοῦ εἰκόνα.

Natura ex eo dicitur, quod natum est. Prima substantia est id omne quod per se subsistit, quemadmodum lapis substantia dicitur. Secunda vero substantia est C quæ incrementi vim habet, quoniam augetur & marcet, sicut planta. Tertia autem substantia est animata, sensuque prædita, ut animal, & equus. Quarta substantia est animata, sensu prædita, rationalis, ut homo: quo pacto nostrum unusquisque factus est, ut qui ex his omnibus constat, animamque habet non materiatam, & mentem Dei imaginem.

VI.

Apud S. JOANNEM DAMASCENUM *in* sacris Parallel. *tom.* II. *pag.* 307.

Ὁ τοῦ ἀπαθοῦς Θεοῦ φόβος ἀπαθής. φοβεῖται γάρ τις, οὐ τὸν Θεὸν, ἀλλὰ τὸ ἀποπεσεῖν τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ τοῦτο δεδιὼς, τὸ τοῖς κακοῖς συμπεσεῖν, φοβεῖται καὶ δέδιεν τὰ κακά. Ὁ δεδιὼς δὲ τὸ πτῶμα, ἄφθαρτον ἑαυτὸν καὶ ἀπαθῆ εἶναι βούλεται.

Timor Dei qui perturbationibus vacat, perturbationi non est obnoxius. Neque enim Deum quisquam timet, sed ne a Deo excidat. Qui autem D hoc timet, ne incidat in mala, is proinde mala metuit. Porro qui casum timet, is ab interitu & perpessionibus alienus fieri cupit.

VII.

Ibid. pag. 341.

Νόμος ἔστω κατὰ τῶν σεμνὰ καὶ θεῖα οὐ σεμνῶς καὶ θεοπρεπῶς ὁρᾷν ἀξιούντων, κόλασιν ἐπιφέρειν ἀορασίας.

Sit lex ista constituta, adversus eos qui res sanctas & divinas, non sancte & ut Deo dignum est, cernere cupiunt, pœnam cæcitatis inferre.

VIII.

Ibid. pag. 657.

Καθόλου ὁ Χριστιανὸς ἐρημίας καὶ ἡσυχίας καὶ γαλήνης καὶ εἰρήνης οἰκεῖός ἐστιν. E


In universum Christianus solitudinis, secessionisque & tranquillitatis ac pacis amicus est.

a Joan. II. 19-21. *b* Joan. IV. 24.

1 Ἀπερίγραπτον — τὸ αὐτό.] Ex Latina quidem versione hujus loci, nihil sensus exsculpi potest: & miror virum doctum ea in lucem emisisse, quæ nec ipse nec alius quispiam valeat intelligere. Sed Græca verba facile sanari possunt, si legantur hoc modo: Ἀπερίγραπτόν ἐστι, οὗ τόπος οὐδεὶς, τὸ κατὰ πάντα ἐν πᾶσιν καὶ ἐν ἑκάστῳ ὅλον, καὶ ἐφ᾽ ἑαυτοῦ τὸ αὐτό. Hoc est: *In[illegible] est id, cuj[illegible] est [illegible], [illegible] omnia sit in omnibus & in singulis [illegible] idem.* CAPPERONN. [illegible]

2 Δευτέρα.] Leg. τετάρτη.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
196.



POLYCRATIS

EPHESIORUM EPISCOPI,

FRAGMENTA

Ex Epistola ad Victorem ac Romanam ecclesiam,

De Pascha eo die quo Judæis præscriptum erat, celebrando traditionem in Asia ad sua usque tempora propagatam exponentis.

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* v. *cap.* XXIV.

I.

A Ἡμεῖς οὖν ἀῤῥᾳδιούργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν· μήτε προστιθέντες, μήτε ἀφαιρούμενοι. καὶ γὰρ [a] κατὰ τὴν Ἀσίαν [b] μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται· ἅτινα ἀναστήσεται [c] τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, [d] καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους· [e] Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι· [f] καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, ἣ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται· ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ κυρίου ἀναπεσών· ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς [1] τὸ πέταλον πεφορηκὼς, καὶ μάρτυς καὶ δι-

NOS igitur verum ac genuinum agimus diem, nec addentes quidquam, nec detrahentes. Etenim in Asia magna quædam lumina exstincta sunt, quæ illo adventus Dominici die resurrectura sunt, cum Dominus e cælo veniet plenus majestate & gloria, sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e duodecim Apostolis qui mortuus est Hierapoli, & duæ ejus filiæ quæ virgines consenuerunt: alia quoque ejusdem filia, quæ Spiritu sancto afflata vixit, & Ephesi requiescit. Præterea Joannes, qui in sinu Domini recubuit: qui etiam Sacerdos fuit, & laminam gestavit, martyr denique & doctor exstitit. Hic,

1. Τὸ πέταλον πεφορηκὼς.] Hieronymus sic vertit: *qui supra pectus Domini recubuit, & Pontifex ejus fuit, auream laminam in fronte portans*. Rufinus vero ita interpretatur: *qui fuit summus Sacerdos, & Pontificale πέταλον gessit*. De Pontificatu Judæorum hæc non esse accipienda, satis apparet. Neque enim Joannes pontifex fuit Judæorum, aut ex genere sacerdotali. Itaque recte Hieronymus vocem ad- B didit *pontifex ejus*, id est Christi. Tria enim in Joanne notat Polycrates, quæ ad commendationem ejus faciebant. Primum, quod sacerdos fuerit; deinde, quod Martyr; tertio, quod Doctor seu Evangelistes. Proinde ut Martyr Christi & Evangelistes Christi fuit, sic etiam Sacerdos Christi intelligatur, necesse est. Quod autem de lamina dicit Polycrates, credibile est, primos illos Christianos

a Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσ.] Hunc locum usque ad ea, ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται, retulerat Eusebius lib. III. cap. XXXI. ubi legimus, καὶ γὰρ καὶ κατά. Ex Valesii editione repetit hujusmodi Fragmentum epistolæ Polycratis cl. Coutantius in *Epistt. Rom. Pontiff.* pag. 95. seq.

b Μεγάλα στοιχεῖα.] Hieronymus qui hæc Polycratis verba recitat in lib. *de script. eccles.* cap. XLV. & Musculus, *elementa* vertunt. Christophorsonus *seminaria*. Sed optime Rufinus *lumina* interpretatur. Sic apud Diogenem Laertium in vita Menedemi; πῖλος Ἀρκαδικὸς ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχων ἐνυφασμένα τὰ δώδεκα στοιχεῖα. Sic autem vocabant ea signa Gentiles, quod principia vitæ hominum ac fortunæ in iis posita esse existimarent, ut docet Epiphanius in Hæresi Pharisæorum: τὰ ματαίως νομιζόμενα εἰς ἀριθμὸν στοιχείων τοῖς πεπλανημένοις ὀνόματα ἃ ζώδια καλοῦσιν. Ubi εἰς ἀριθμὸν ponitur pro εἰς λόγον. Idem scribit in Hæresi Manichæorum cap. IX. Quare fallitur Salmasius in libro de annis Climactericis pag. 577. Neque enim Græci στοιχεῖον unquam dixerunt imaginem aut figuram. Septem quoque planetas Græci στοιχεῖα, Latini *elementa* interdum vocant. Hieronymus in epist. ad Hedibiam quæst. 4. *Omnis hebdomada in sabbatum & in primam & in secundum & tertiam & quartam & quintam & sextam sabbati dividitur, quas ethnici idolorum & elementorum nominibus appellant*. Chrysostomus Hom. 58. in Matth. ὁ γὰρ δαίμων ἐπὶ διαβολῇ τοῦ στοιχείου καὶ ἐπιτίθεται τοῖς ἁλοῦσι, καὶ ἀνίησιν αὐτοὺς κατὰ τοὺς τῆς σελήνης δρόμους. Nec aliter sumit hoc nomen Gregorius Nyssenus in libro de vita S. Macrinæ, ubi ait tantam esse audaciam pictorum, ὡς καὶ αὐτὸν τῶν στοιχείων τὰς εἰκόνας διὰ τῆς μιμήσεως ἀνατυποῦσθαι. Denique Clemens Romanus in Recognitionibus Hom. X. στοιχεῖα vocat cælum & solem & lunam & astra. VALES. ad Eus. lib. 3. cap. 31.


c Τῇ ἡμέρᾳ.] Apud Eusebium l. c. τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ.

d Καὶ ἀναστήσει.] Ibid. καὶ ἀναζητήσει, *requiret*.

e Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα Ἀπ.] Christophorsonus hoc loco nequaquam boni interpretis officio functus est, qui pro Philippo uno ex duodecim Apostolis, Philippum unum ex septem diaconis substituit. Vetus quidem hic error fuit, ut Philippum diaconum & evangelistam cum Philippo Apostolo confunderent. Et quia in Actibus Apostolorum cap. XXI. Philippi evangelistæ quatuor filias virgines prophetasse legerant, Philippum Apostolum conjugem habuisse & filias suscepisse dixerunt. Ita præter Polycratem, Clemens Alexandrinus Strom. lib. III. pag. 448. & Papias apud Eusebium Hist. eccl. lib. III. cap. XXXIX. Verum ex Actibus Apostolorum manifesto colligitur, Philippum diaconum, eum a quo Eunuchus baptizatus est, & qui quatuor habuit filias prophetantes, alium fuisse a Philippo Apostolo. Vide Isidorum Pelusiotam lib. I. epist. 447. & seqq. ubi id apertissime demonstrat. VALES. — Incorruptum Eusebii textum probat Hieronymi interpretatio, vertentis *Philippum loquor de duodecim Apostolis*: C licet Rufinus reddiderit, *Philippus evangelista qui dormivit apud Hierapolim*. COUTANT.

f Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ.] Tertiam hanc Philippi filiam sejungit Polycrates a duabus aliis quæ in virginitate continuerunt. Ex quo colligitur, tertiam hanc viro nuptam fuisse. Neque vero id pugnat cum capite XXI. Actuum Apostolorum. Responderi enim potest, tum quidem quum ea gererentur quæ memorat Lucas, Philippi filias fuisse virgines: postea tamen unam ex illis a patre nuptum datam. Idque innuere videtur Clemens Alexandrinus in verbis quæ citantur ab Eusebio Hist. eccl. lib. III. cap. XXX. Ubi Christophorsonus tertiam hanc Philippi filiam, cum duabus illis prioribus confudit: cujus proinde versio merito turbavit Baronium, ut patet ex Annalibus ad annum Christi LVIII. §. CXIII. Idem tamen interpres ad Euseb. histor. lib. V. cap. XXIV. tres Philippi filias recte distinxit, & priorem suum errorem emendavit. Ceterum quæri heic merito potest, cur Polycrates tres dumtaxat D Philippi filias memoraverit, quum in Actibus quatuor filiæ Philippi numerentur. Respondeo, Polycratem earum dumtaxat mentionem fecisse, quæ in Asia mortuæ sepultæque essent, ut ex ipsius epistolæ contextu compertum fit. Quum igitur una ex quatuor illis filiabus Cæsareæ aut alibi mortua esset, ideo nullam ejus mentionem fecit Polycrates. Porro ex filiabus Philippi una Hermione, altera Eutychis dicebatur. Sic enim scribitur in Menæo Græcorum. *Die IV. Septembris, commemoratio S. Hermionæ unius ex quatuor filiabus Philippi Apostoli, qui baptizavit Eunuchum Candaces. Hæc, & soror ejus Eutychis in Asiam venit post mortem Joannis Apostoli &c. Sepulta est Ephesi.* Igitur ex Menæo discimus, tertiam illam Philippi filiam de qua heic loquitur Polycrates, Hermionem appellatam fuisse. Etenim Polycrates eam Ephesi sepultam esse dicit, quum duæ ejus sorores sepultæ essent Hierapoli. VALES. l. c.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 196.



δάσκαλος· οὗτος ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· [1] καὶ Θρασέας καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενίας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται· τί δὲ δεῖ λέγειν [2] Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα, ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται· ἔτι δὲ καὶ [3] Παπείριον τὸν μακάριον, καὶ Μελίτωνα τὸν Εὐνοῦχον, [4] τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον· ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπὴν; ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται· οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ πάσχα κατὰ τὸ εὐαγγέλιον· μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες· ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν· [5] ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, [6] ὅταν ὁ λαὸς ἤρτυε τὴν ζύμην· ἐγὼ οὖν ἀδελφοὶ ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν κυρίῳ· καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς· καὶ πᾶσαν ἁγίαν γραφὴν διεληλυθώς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι, πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

A inquam, Joannes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam episcopus & martyr fuit, itemque Thrasea Eumeniæ episcopus & martyr, qui Smyrnæ requiescit. Quid Sagarim episcopum, eumdemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beatum Papyrium, quid Melitonem Eunuchum, qui Spiritu sancto afflatus cuncta gessit; qui & Sardibus situs est, adventum Domini de cælis, in quo resurrecturus est, exspectans? Hi omnes diem Paschæ quartadecima luna juxta Evangelium observarunt: nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, & B traditione cognatorum meorum quorum etiam nonnullos assectatus sum; fuerunt enim septem omnino ex cognatis meis episcopi, quibus ego octavus accessi; qui quidem omnes semper Paschæ diem tunc celebrarunt, cum (Judæorum) populus fermentum abjiceret: ego, inquam, fratres, quinque & sexaginta annos natus in Domino, qui cum fratribus toto orbe dispersis sermones sæpe contuli, qui scripturam sacram omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis qui me longe majores erant, dictum scio; [a] *obedire oportet Deo magis, quam hominibus*.

I I.

Ibidem.

Ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, [7] οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι

C Possem etiam episcoporum qui mecum sunt, facere mentionem, quos petiistis ut convocarem, si-

[a] Act. v. 29.

stianorum pontifices exemplo Judaicorum pontificum hoc honoris insigne gestasse. Certe & Jacobum fratrem Domini, qui primus Hierosolymis episcopus est ordinatus, pontificalem laminam in fronte gestasse, auctor est Epiphanius in hæresi Nazaræorum, & in hæresi 78. Idem de Marco Evangelista tradit auctor MS. passionis ejus: *Quem quidem B. Marcum juxta ritum carnalis sacrificii, Pontificalis apicis petalum in populo gestasse Judæorum; illustrium virorum syngraphæ declarant: ex quo manifeste datur intelligi, de stirpe eum Levitica, immo pontificis Aaron sacræ successionis originem habuisse*.

1. Καὶ Θρασέας.] Hic est Thrasea martyr, cujus mentionem facit Apollonius in libro contra Cataphrygas apud Euseb. Hist. lib. v. cap. XVIII. καὶ Θρασέα δέ τινος τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει. Hinc in urbe Smyrna martyrio consummatum esse, scribit Rufinus, quem secuti sunt Beda, Ado & ceteri qui martyrologia scripsere. Polycrates tamen tantum dixit, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται.

2. Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα.] Hujus martyris mentionem facit Melito Sardianus episcopus in libro de Pascha his verbis: ἐπὶ Σερουϊλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ, &c. quæ citavit Eusebius in lib. 4. Fuit hic episcopus Laodiceæ in Asia: cujus temporibus commota est quæstio in urbe Laodicea de festo paschali. In veteri martyrologio Romano quod edidit Rosveydus, quinto die Octobris hæc habentur: *Eumeniæ Thraseæ episcopi, apud Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis*. Die autem sequenti hæc notantur: *Sagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Paulli Apostoli discipulis*.

3. Παπείριον τὸν μακάριον.] In codice Maz. Med. & Fuk. scriptum inveni, Πaπίριον, quod est nomen Romanum. Et Polycrates quidem non dicit, cujus urbis episcopus fuerit hic Papirius. Invenio tamen apud Symeonem Metaphrastem, Papirium hunc successorem fuisse beati Polycarpi Smyrnæorum episcopi. Verba Symeonis hæc sunt in vita sancti Polycarpi, καθίστησι δὲ ὁ Πολύκαρπος ... μετὰ διακόνων· ἕνα δὲ ᾧ ὄνομα Καμέριος, ὃς καὶ ... μετὰ Παπύριον ἐπίσκοπος γεγένηται. Rufinus quoque *Papyrium* vocat. Sic enim præferunt vulgatæ editiones: sed vetustissimus codex Corbejensis habet, *Papirium*.

4. Τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον.] Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis hæc Polycratis verba ita vertit: *Et Melitonis in sancto Spiritu Eunu-*

chi, qui semper Domino serviens positus est in Sardis. Ex quibus apparet, Hieronymum verba Polycratis male distinxisse in hunc modum: Μελίτωνα τὸν Εὐνοῦχον τὸν ἐν ἁγίῳ πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον. Rectius Rufinus ita interpretatur: *Melitonem propter regnum Dei Eunuchum, & Spiritu sancto repletum*. Sic enim supra Polycrates de Philippi filia locutus est, καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη, id est, *Spiritu sancto repleta*. Certe Melitonem a plerisque Prophetam existimatum fuisse testatur ipse Hieronymus in libro de scriptoribus Ecclesiasticis, ita de eo scribens: *Hujus elegans & declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, dicit, eum a plerisque nostrorum Prophetam putari*.

D

5. Ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς.] Rufinus existimavit septem ordine parentes, seu propinquos Polycratis, episcopatum Ephesi gessisse. Sic enim vertit: *Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, & ego octavus*. Certe hic sensus ex verbis Græcis elici potest. Tamen cum Polycrates non addat, proquinquos suos Ephesinæ urbis omnes episcopos fuisse, possumus intelligere, illos in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinuisse.

6. Ὅταν ὁ λαὸς ἤρτυε.] Hæc lectio ferri non potest. Nam quartadecima luna primi mensis populus Judæorum non parabat fermentum, sed potius projiciebat. Sic enim diserte Lex jubet. Quare hoc loco restituenda est scriptura optimorum codicum, Vaticani, Regii & Mazarini, in quibus diserte scriptum est ἤρυε τὴν ζύμην. In Fuk. scriptum inveni ἤρευε. Sed in codice Medicæo prius scriptum erat ἤρυε: sed postea erasa litera ν, ejus loco τ substitutum est. Est autem ἀρύειν plebejum vocabulum. E cujusmodi verbis amat uti Polycrates, ut ex hac epistola apparet. Significat autem *tollere, removere*: unde & ἀρνεῖσθαι. Ceterum in antiquis codicibus Vaticano & Mazarino ad marginem scriptum est eadem manu Γρ. ἤρτυε, id est, alias scribitur ἤρτυε. Quam deteriorem lectionem Rob. Stephano placuisse miror. Certe Rufinus ἤρυε legit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit: *Qui omnes ita observarunt hunc diem, ut convenirent cum illo, quo fermentum Judæorum populus auferret*. Facessat igitur deinceps emendatio eorum, qui ... τὰ ἄζυμα hoc restituunt.

7. Οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ.] Scripserat igitur Victor Papa ad Polycratem Ephesinæ urbis episcopum, ut convocato episcoporum Asiæ concilio, litteras suas & sententiam Romani concilii de celebratione festi

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 196.

ὑπ' ἐμοῦ, καὶ μετεκαλεσάμην· ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πλήθη εἰσίν. οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρόν με ἄνθρωπον, συνευδόκησαν τῇ ἐπιστολῇ· εἰδότες ὅτι εἰκῇ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλ' ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι.

A cut & feci. Quorum nomina si adscripsero, ingens numerus videbitur. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobarunt, gnari, me canos istos non frustra gestare, sed vitam ex præceptis institutisque Jesu Christi semper egisse.

Paschalis ipsis recitaret; minatus, sese illum a communione Romanæ Ecclesiæ segregaturum, nisi decretis suis obtemperaret. Et minis quidem Victoris ita respondet Polycrates, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. Ceterum, quod attinet ad convocationem episcoporum, Polycrates Victori obtemperavit, ut ex hoc loco apparet.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 196.

S. THEOPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

FRAGMENTUM.

Ex Epistola super quæstione Paschali, *Synodi Cæsariensis nomine scripta.*

Apud Eusebium Hist. eccl. *lib.* v. *cap.* xxv.

Τῆς δ' ἐπιστολῆς ἡμῶν πειράθητε κατὰ πᾶσαν ἐκκλησίαν ἀντίγραφα διαπέμψασθαι, ὅπως μὴ ἔνοχοι ὦμεν τοῖς ῥᾳδίως πλανῶσιν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς. δηλοῦμεν δὲ ὑμῖν ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγουσιν, ἥπερ καὶ ἡμεῖς. [1] παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα κομίζεται αὐτοῖς· καὶ ἡμῖν παρ' αὐτῶν· ὥστε συμφώνως καὶ ὁμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἁγίαν ἡμέραν.

A Date operam, ut epistolæ nostræ exemplaria per omnes ecclesias mittantur, ne nobis crimen imputent, qui animas suas a recto veritatis tramite facile abducunt. Illud etiam vobis significamus, eodem quo apud nos, die Pascha Alexandriæ celebrari. A nobis enim ad illos, & vicissim ab illis ad nos litteræ perferuntur; ita ut uno consensu & simul sacrosanctum peragamus diem.

1. Παρ' ἡμῶν δὲ τὰ γράμματα.] Sic ex codice Regio edidit Robertus Stephanus. In codice Medicæo legitur: παρ' ἡμῶν τε τὰ γράμματα. Nicephorus vero in capite 36. libri 4. habet: παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα, atque ita codex Maz. Fuk. & Savil. Intelliguntur autem heic litteræ Paschales, quas ἑορταστικὰς vocabant. Ceterum hujus Synodi Cæsariensis acta quædam exstant apud Bedam in libro de vernali æquinoctio: quæ licet a nonnullis illegitima habeantur ac spuria, haudquaquam spernenda mihi videntur. Baronius certe ea pro veris amplexus est.



SERAPIONIS

EPISCOPI ANTIOCHENI.

FRAGMENTA.

I.

Ex Epiſtola ad Caricum & Ponticum.

Apud Eusebium Hiſt. eccl. *lib.* v. *cap.* xix.

A Ὅπως δὲ καὶ τοῦτο ἴδητε, ὅτι τῆς ψευδοῦς ταύτης τάξεως τῆς [1] ἐπικαλουμένης νέας προφητείας, ἐβδέλυκται ἡ ἐνέργεια παρὰ πάσῃ [2] τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι πέπομφα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολλιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα.

Atque ut ſciatis, qualiter univerſa quæ in terris eſt fraternitas, operationem illam ſimulatæ factionis quæ nova prophetia nominatur, averſata atque abominata eſt, beatiſſimi patris Claudii Apollinaris qui Hierapolitanæ urbis in Aſia epiſcopus fuit, litteras ad vos miſi.

II.

Ex libro de Evangelio Petri.

Apud eumdem Eusebium *ibid. lib.* vi. *cap.* xii.

Ἡμεῖς γὰρ, ἀδελφοὶ, καὶ Πέτρον καὶ τοὺς ἄλλους ἀποστόλους ἀποδεχόμεθα, ὡς Χριστόν· [3] τὰ B δὲ ὀνόματα αὐτῶν ψευδεπίγραφα, ὡς ἔμπειροι παραιτούμεθα· γινώσκοντες ὅτι τὰ τοιαῦτα οὐ παρελάβομεν. ἐγὼ γὰρ γενόμενος παρ' ὑμῖν, ὑπενόουν τοὺς πάντας ὀρθῇ πίστει προσφέρεσθαι. καὶ μὴ διελθὼν τὸ ὑπ' αὐτῶν προφερόμενον ὀνόματι Πέτρου εὐαγγέλιον, εἶπον· ὅτι εἰ τοῦτό ἐστι μόνον τὸ δοκοῦν ὑμῖν παρέχειν μικροψυχίαν, ἀναγινωσκέσθω. νῦν δὲ μαθὼν ὅτι αἱρέσει τινὶ ὁ νοῦς αὐτῶν ἐνεφώλευεν ἐκ τῶν λεχθέντων μοι, σπουδάσω πάλιν γενέσθαι πρὸς ὑμᾶς· ὥστε ἀδελφοὶ προσδοκᾶτέ με ἐν τάχει. ἡμεῖς [a] δὲ ἀδελφοὶ καταλαβόμενοι ὁποίας ἦν αἱρέσεως ὁ [4] Μαρκιανὸς, καὶ ἑαυτῷ ἠναντιοῦτο μὴ νοῶν ἃ ἐλάλει, [5] ἃ μαθήσεσθε ἐξ ὧν ὑμῖν ἐγράφη. ἐδυνήθημεν γὰρ παρ' ἄλλων τῶν ἀσκησάντων αὐτὸ τοῦτο τὸ εὐαγγέλιον, τουτέστι παρὰ τῶν διαδόχων τῶν καταρξα- C

Nos enim, fratres, & Petrum & reliquos Apoſtolos, perinde ac Chriſtum ipſum ſuſcipimus. Sed quæ nomen illorum falſo inſcriptum præferunt, ea nos utpote gnari ac periti repudiamus; quippe qui compertum habeamus, ea nos a majoribus minime accepiſſe. Ego quidem, cum ad vos veniſſem, exiſtimabam, omnes rectæ fidei callem tenere. Et cum Evangelium illud quod Petri nomine inſcriptum ab iis offerebatur, non perlegiſſem, dixi: ſi quidem hoc ſolum eſt, quod ſimultatem parit inter vos, legatur. Nunc vero cum ex iis quæ mihi dicta ſunt, plane perſpexerim, quod mens illorum hæreſim tunc occultam tegebat, iterum ad vos venire properabo. Proinde fratres brevi me exſpectate. Cum autem deprehenderim, cujus opinionis & ſectæ fuerit Marcianus, qui & ſibi ipſe repugnabat, non intelligens quæ diceret, ſicut cognoſcetis ex iis quæ ad vos ſcripta ſunt. Mutuati enim ſupradictum evangelium ab iis qui illud didicerant & conti-

1. Ἐπικαλουμένης νέας προφητείας.] Tertullianus de jejuniis, initio: *In Paracleto controverſiam faciunt: propter hoc novæ prophetiæ recuſantur.* Et in lib 3. contra Marcionem ſub finem de cæleſti Hieruſalem loquens: *Hanc & Ezechiel novit, & Apoſtolus Joannes vidit, & qui apud fidem noſtram eſt, novæ prophetiæ ſermo teſtatur, ut etiam effigiem civitatis ante repræſentationem ejus conſpectui futuram in ſignum prædicarit.* Et in libro 4. cap. 22. & in libro de reſurrectione carnis ſub finem. Hieronymus in Catalogo, ubi de Gajo. Firmilianus quoque in epiſtola ad Cyprianum: *Illi qui Cataphryges appellantur, & novas prophetias uſurpare conantur.* Et rurſus in eadem epiſtola: *Plane quoniam quidam de eorum baptiſmo dubitant, qui etſi novos prophetas recipiunt, &c.* Vetus auctor qui adverſus Cataphrygas ſcripſit, in prooemio ad Avircium Marcellum, καὶ καταλαβὼν τὴν κατὰ Πόντον ἐκκλησίαν ὑπὸ τῆς νέας ταύτης, οὐχ ὡς αὐτοί φασι προφητείας, &c. Eodem referendum eſt, quod legitur in præfatione paſſionis SS. Perpetuæ & Felicitatis: *Itaque & nos, qui ſicut prophetias, ita & viſiones novas pariter repromiſſas & agnoſcimus & honoramus, &c.* quam quidem præfationem a Montaniſta quodam ſcriptam eſſe, non dubito. Nam & ſuperiora id docent, ubi dicit: *Sed viderint, qui unam virtutem Spiritus unius ſancti pro ætatibus judicent temporum: cum majora reputanda ſint novitiora quæque, &c.* Pſychicos enim alloquitur.

2. Τῇ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητι.] Scripti codices Maz. Med. Fuk. ac Savilii ſcriptum habent, τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι, & voces illas quæ ſequuntur, τῇ ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ὅλην, non agnoſcunt: quod confirmat Rufinus.


3. Τὰ δὲ ὀνόματα.] Scribendum puto ὀνόματι, ut ſcribitur in codice Maz. Med. Fuk. & Savil. Atque ita legiſſe videtur Rufinus. Sic infra loquitur idem Serapion, τὸ ὑπ' αὐτῶν προφερόμενον ὀνόματι Πέτρου εὐαγγέλιον. Hujus porro Evangelii ſecundum Petrum, mentionem facit Origenes in Commentariis in caput 13. Matthæi: *Fratres autem Jeſu putant nonnulli, ex traditione Hebræorum, ſumta occaſione* D *ex Evangelio quod titulum habet juxta Petrum, vel ex libro Jacobi, eſſe filios Joſeph ex priore uxore, quæ convixerat ipſi antequam duceret Mariam.*

4. Μαρκιανὸς, καί.] Scribendum videtur Μαρκιανὸς, ὡς καὶ, &c. Atque ita legerunt Rufinus & Muſculus. Sed Chriſtophorſonus videtur legiſſe, καὶ ὡς, &c. Savilius in libro ſuo emendavit, καὶ τοῖς ἑαυτῷ ἐναντιοῦν.

5. Ἃ μαθήσεσθε.] Codex Maz. Med. & Fuk. primam vocem non agnoſcunt.

a Ἡμεῖς δὲ κ. τ. λ.] Sententia imperfecta W. Lowth.


SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 200.



μένων αὐτοῦ, οὓς Δοκητὰς καλοῦμεν (τὰ γὰρ πλείονα φρονήματα, ἐκείνων ἐστὶ τῆς διδασκαλίας) [1] χρησάμενοι παρ' αὐτῶν διελθεῖν· καὶ εὑρεῖν τὰ μὲν πλείονα τοῦ ὀρθοῦ λόγου τοῦ Σωτῆρος· τινὰ δὲ προσδιεσταλμένα, ἃ καὶ ὑπετάξαμεν ὑμῖν·

A nua exercitatione versaverant, hoc est a successoribus eorum qui Marciano præiverunt, quos Δοκητὰς vocamus (quippe ex horum schola pleræque illius opiniones fluxere) legendi copiam nacti sumus: & deprehendimus multa quidem in illo Evangelio cum recta Servatoris nostri fide consentire: nonnulla vero discrepantia a rectæ fidei ratione adjuncta esse, quæ & vestra causa subjecimus.

1. Χρησάμενοι.] Idem est, quod *mutuati*, vel *commodato usi*. Ait enim Serapio, se Evangelium illud Petri commodatum accepisse a successoribus quorumdam hæreticorum, qui Δοκηταὶ dicebantur, quorum hæresim sectabatur Marcianus. Nihil hoc loco viderunt interpretes. De Docetis hæreticis, qui Christum non vere, sed opinione tantum incarnatum passumque esse dicebant, Clemens Alexandrinus in lib. 7. Stromatei, & Theodoritus in lib. divinorum Decretorum cap. 12. Hujus sectæ princeps fuit Julius Cassianus, ut docet Clemens in 3. De his Methodius in convivio pagina 110. *ὡς ὁ Ἀρτεμᾶς καὶ οἱ δοκήσει αὐτὸν ἀποφηνάμενοι πεφυκέναι*. Eusebius in libro 1. de Ecclesiastica Theologia cap. 7. Hieronymus in caput 1. & 4. epistolæ ad Galatas: *Subrepunt hoc loco ceteræ hæreses, quæ putativam Christi carnem vindicantes, Deum ajunt Christum esse, non hominem*. Hujusmodi hæreticos Latini Phantasmatarios vocarunt, teste Prudentio. Hieronymus in caput 6. epistolæ ad Galatas Tatianum hujus sectæ facere videtur auctorem: *Tatianus*, inquit, *qui putativam Christi carnem introducens, omnem conjunctionem masculi ad feminam immundam arbitratur*, &c. Sumsit autem hanc loquendi formam Hieronymus ex Tertulliano, qui initio libri de carne B Christi ita dicit: *Sed & qui carnem Christi putativam introduxit, æque potuit nativitatem quoque phantasma confingere, ut & conceptus, & prægnatus, & partus virginis, & ipsius exinde infantis ordo, τὸ δοκεῖν haberentur*. Hieronymus adversus Joannem Hierosolymitanum pag. 245. & ante illum Origenes in Commentariis epistolæ ad Titum, ut refertur in Apologetico Pamphili. Vide P. Halloixium in vita Serapionis.



PASSIO
SANCTARUM MARTYRUM
PERPETUÆ
ET
FELICITATIS.



PRÆMITTUNTUR

VETERUM TESTIMONIA.

SUBJICIUNTUR VERO NOTÆ POSTUMÆ

LUCÆ HOLSTENII,

ET PARALIPOMENA

PETRI POSSINI

E SOC. JESU.

DE MARTYRIO
SS. PERPETUÆ ET FELICITATIS
Antiquorum Ecclesiæ scriptorum testimonia.

I.

TERTULLIANUS *lib.* de Anima, *cap.* LV.

ET quomodo Joanni in spiritu Paradisi regio revelata, quæ subjicitur altari, nullas alias animas apud se præter martyrum ostendit? Quomodo Perpetua fortissima martyr sub die passionis in revelatione Paradisi solos illic commartyres suos vidit; nisi quia nullis romphæa Paradisi janitrix cedit, nisi qui in Christo decesserint, non in Adam? Nova mors pro Deo, & extraordinaria pro Christo, alio & privato excipitur hospitio.

II.

S. AUGUSTINUS de Natali PERPETUÆ & FELICITATIS Tractatus tres.

Sermonis primi pars ea quæ Acta martyrii SS. Perpetuæ & Felicitatis respicit. Edit. BB. tom. V. *pagg.* 1134-1138.

Hodiernus dies anniversaria replicatione nobis in memoriam revocat, & quodam modo repræsentat diem, quo sanctæ famulæ Dei Perpetua & Felicitas coronis martyrii decoratæ perpetua felicitate floruerunt; tenentes nomen Christi in prœlio, & simul invenientes etiam suum nomen in præmio. Exhortationes earum in divinis revelationibus, triumphosque passionum cum legerentur audivimus: eaque omnia verborum digesta & illustrata luminibus aure percepimus, mente spectavimus, religione honoravimus, caritate laudavimus. Debetur tamen etiam a nobis tam devotæ celebritati sermo solemnis; quem si meritis earum imparem profero, impigrum tamen affectum gaudio tantæ festivitatis exhibeo. Quid enim gloriosius his feminis, quas viri mirantur facilius, quam imitantur? Sed hoc illius potissimum laus est, in quem credentes, & in cujus nomine fideli studio concurrentes, secundum interiorem hominem, nec masculus nec femina inveniuntur: ut etiam in his quæ sunt feminæ corpore, virtus mentis sexum carnis abscondat: & in membris pigeat cogitare, quod in factis non potuit apparere. Calcatus est ergo draco pede casto & victore vestigio; cum erectæ demonstrarentur scalæ, per quas beata Perpetua iret ad Deum. Ita caput serpentis antiqui quod fuit præcipitium feminæ cadenti, gradus factum est adscendenti. Quid hoc spectaculo suavius? quid hoc certamine fortius? quid hac victoria gloriosius? Tunc cum bestiis sancta objicerentur corpora, toto amphitheatro [a] fremebant gentes, & populi meditabantur inania: sed qui habitat in cælis irridebat eos, & Dominus subsannabat eos. Nunc autem posteri illorum quorum voces in carnem martyrum impie sæviebant, merita martyrum piis vocibus laudant. Neque enim tunc tanto concursu hominum ad eos occidendos cavea crudelitatis impleta est, quanto nunc ad eos honorandos Ecclesia pietatis impletur. Omni anno spectat cum religione caritas, quod uno die cum sacrilegio commisit impietas. Spectaverunt & illi, sed longe voluntate dissimili. Illi clamando faciebant, quod mordendo bestiæ non implebant: nos autem & quod fecerunt impii miseramur, & quod pii passi sunt veneramur. Illi viderunt oculis carnis quod cordis immanitati refunderent: nos adspicimus oculis cordis quod illis ereptum est ne viderent. Illi mortua lætati sunt corpora martyrum: nos mentes mortuas dolemus illorum. Illi sine lumine fidei martyres putaverunt exstinctos: nos fidelissimo intuitu cernimus coronatos. Denique illorum insultatio facta est nostra exsultatio. Et hæc quidem religiosa & sempiterna: illa vero tunc impia, nunc plane jam nulla.

Deinde post generalem exhortationem ad SS. Martyrum merita & præmia celebranda, sequitur:

Martyres Christi pro nomine & justitia Christi utrumque vicerunt, nec mori nec dolere timuerunt. Vicit in eis qui vixit in eis: ut qui non sibi sed illi vixerunt, ne mortui morerentur. Ipse eis exhibebat spirituales delicias, ne sentirent corporales molestias: quantum non defectioni, sed exercitationi sufficeret. Nam ubi erat illa femina, quando ad asperrimam vaccam se pugnare non sensit, & quando futurum esset quod jam fuerat, inquisivit? Ubi erat? quid videns, ista non viderat? quo fruens, ista non senserat? quo amore alienata? quo spectaculo avocata? quo poculo inebriata? Et adhuc hærebat nexibus carnis; adhuc moribunda membra gestabat; adhuc corruptibili corpore gravabatur.

Sermo Secundus.

Refulget & præeminet inter comites martyres & meritum & nomen Perpetuæ & Felicitatis, sanctarum Dei famularum. Nam ibi est corona gloriosior, ubi sexus infirmior: quia profecto virilis animus in feminas majus aliquid fecit, quando sub tanto pondere fragilitas feminea non defecit. Bene inhæserant [b] uni viro, cui virgo casta unica exhibetur Ecclesia. Bene, inquam,

[a] Psal. II. 1. 4. [b] II. Cor. XI. 2.

inhæserant illi viro, a quo virtutem traxerant, (A) qua resisterent diabolo: ut feminæ prosternerent inimicum, qui per feminam prostraverat virum. Ille in eis apparuit invictus, qui pro eis factus est infirmus. Ille eas ut meteret, fortitudine implevit; qui eas ut seminaret, semetipsum exinanivit. Ille eas ad hos honores laudesque perduxit, qui pro eis opprobria & crimina audivit. Ille fecit feminas viriliter & fideliter mori, qui pro eis dignatus est de femina misericorditer nasci. Delectat autem piam mentem tale spectaculum contueri, quale sibi beata Perpetua de seipsa revelatum esse narravit; virum se factam certasse cum diabolo. Illo quippe certamine in virum perfectum ipsa currebat [a], in mensuram (B) ætatis plenitudinis Christi. Merito ille vetus ac veterator inimicus, ne ullas præteriret insidias qui per feminam deceperat virum, quia viriliter secum agentem feminam sensit, per virum eam superare tentavit. Nec maritum supposuit, ne illa quæ jam superna cogitatione habitabat in cælis, suspicionem desiderii carnis erubescendo permaneret fortior: sed patrem verbis deceptionis instruxit, ut religiosus animus, qui non molliretur voluptatis instinctu, pietatis impetu frangeretur. Ubi sancta Perpetua tanta patri moderatione respondit, ut nec præceptum violaret, quo debetur honor parentibus; nec dolis cederet, quibus altior agebat inimicus. Qui undique (C) superatus, eumdem patrem ejus virga percuti fecit: ut cujus verba contemserat, saltem verbera condoleret. Ibi vero doluit illa senis parentis injuriam: & cui non præbuit assensum, servavit affectum. Oderat quippe in illo stultitiam, non naturam; & ejus infidelitatem, non originem suam. Majore igitur gloria tam dilectum patrem male suadentem fortiter repulit, quem vapulantem videre sine mœrore non potuit. Proinde & dolor ille nihil retraxit robori fortitudinis, & aliquid addidit laudibus passionis. [b] Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum. Felicitas vero etiam in carcere prægnans fuit. In parturiendo femineam conditionem feminea voce testata est. Non aberat Evæ pœna, sed aderat Mariæ gratia. Exigebatur quod mulier debebat: opitulabatur quem virgo pepererat. Denique editus est partus, immaturo mense maturus. Actum est enim divinitus, ut non suo tempore onus uteri poneretur: ne suo tempore honor martyrii differretur. Actum est, inquam, divinitus, ut indebito die fetus ederetur, dum tamen tanto comitatui debita Felicitas redderetur; ne si defuisset, non solum socia martyribus, verum etiam ipsorum martyrum præmium defuisse videretur. Hoc enim erat nomen ambarum, quod munus est omnium. Nam cur omnia martyres perferunt, nisi ut perpetua felicitate glorientur? Hoc ergo illæ vocabantur, ad quod cuncti vocantur. Et ideo cum esset in illo certamine plurimus comitatus, harum duarum nominibus omnium est significata perennitas, omnium signata solemnitas.

Sermo Tertius.

Duarum sanctarum Martyrum festum diem hodie celebramus, quæ non solum eminuerunt excellentibus in passione virtutibus, verum etiam pro tanto labore pietatis mercedem suam ceterorumque sociorum propriis vocabulis signaverunt. Perpetua quippe & Felicitas nomina duarum, sed merces est omnium. Neque enim omnes martyres in certamine passionis atque confessionis ad tempus fortiter laborarent, nisi ut perpetua felicita- (D) te gauderent. Divina ergo providentia gubernante istæ non solum martyres, verum etiam conjunctissimæ comites, sicut factum est, esse debuerunt: ut unum suæ gloriæ diem signarent, communemque solemnitatem celebrandam posteris propagarent. Sicut enim exemplo gloriosissimi certaminis ut imitemur hortantur: ita suis nominibus munus inseparabile nos accepturos esse testantur. Ambæ invicem teneant, invicem nectant. Alteram sine altera non speramus. Nam nec prodest perpetua, si felicitas non sit: & felicitas deserit, si perpetua non sit. Hæc de vocabulis Martyrum quibus consecratus est dies, pro tempore pauca suffecerint. Quod autem attinet ad istas quarum sunt ista vocabula, sicut audivimus cum earum passio legeretur, sicut memoriæ traditum novimus, istæ tantarum virtutum atque meritorum, non solum feminæ, verum etiam mulieres fuerunt. Quarum altera & mater, ut ad infirmitatem sexus impatientior adderetur affectus: ut in omnibus eas hostis adtentans, tamquam non valentes dura & crudelia persecutionis onera sustinere, cessuras sibi continuo, & suas crederet mox futuras. Sed illæ interioris hominis cautissimo & fortissimo robore omnes ejus obtuderunt insidias, impetusque fregerunt. In hoc insignis gloriæ comitatu etiam viri martyres fuerunt, eodem ipso die etiam viri fortissimi passione vicerunt: nec tamen eumdem diem suis nominibus commendaverunt. Quod non ideo factum est, quia feminæ viris morum dignitate prælatæ sint: sed quia & muliebris infirmitas inimicum antiquum miraculo majore devicit, & virilis virtus propter perpetuam felicitatem certavit.

Sermo S. AUGUSTINI *de Natali SS. Perpetuæ & Felicitatis. superioribus ejusdem S. Doctoris sermonibus jam excusis in bibliotb. Vatic. repertus* [1].

Duæ gemmæ hodie in Ecclesia refulserunt & (E) una claritas: quia Perpetua & Felicitas una solemnitas; nec potest dubitari de felicitate, quæ perpetuam possidet dignitatem. Junxit illas carceris custodia, junxit & gratia: quia non est in eis ulla discordia. Simul cantant in carcere, simul Christo obviam veniunt in aere, simul pugnant ad vaccam, simul intrabunt in patriam sempiternam. Simul martyrium gerebant: una lactabat, altera pariebat. Perpetua dicebat cum traderet infantem & amoveret lactentem: [c] *Quis nos separabit a caritate Christi?* Felicitas de partu gemitus dabat, & post comites suos intrepida festinabat; & gemendo liberata, quid Christo dicebat? [d] *Disrupisti vincula mea, tibi sacrificabo sacrificium laudis.* Et beatus David ad ejus gemitum consolandum dicebat: [e] *Det tibi Dominus secundum cor tuum, & omne consilium tuum confirmet.* O fragilitas! tenebræ fugiebant, & humana conditio non transiebat. Sed qui mortem vicit, & illam a partus pe-

a Ephes. IV. 13. *b* Rom. VIII. 28. *c* Rom. VIII. 35. *d* Psal. CXV. 17. 18. *e* Psal. XIX. 5.

1. Vid. Tillemont. Mem. eccl. tom. III. pag. 640. Extat autem Sermo iste in edit. BB. tom. V. p. 1508.

riculo liberavit, & Perpetuam a lactis pondere sublevavit. Cum enim scalæ illius gradus adscenderent, & draconis insidiosa colla calcarent, venerunt ad viridarium cælestium pratorum, & invenerunt illic pastorem bonum animam suam ponentem pro ovibus suis, & lactis succum quærentem a gregibus suis. Nam sedebat, inquit, pastor juvenis & senex: viridis ætate, canus capite, qui non novit senectutem. Juvenis in illo vultus micabat, quia [a] idem ipse est, & anni ejus non deficient. Capite canescebat, quia justus Dominus justitiam diligebat, æquitatem agnoscebat in Martyribus. In circuitu ejus oves inclinatæ cubabant, ipse eas digito pastorali mulgebat, in quibus inveniebat lactis copiam & fecundam pietatis conscientiam. Mulgebat digitis & alloquebatur paternis solatiis, promissis cælestibus præparatis dicens: [b] Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis præparatum est ab origine mundi. Et ostendit illis lactis alvea puro corde spumantia per

A lucidam eleemosynam & dicit: Esurivi & dedistis mihi manducare: sitivi & potastis me. Accepit Perpetua a dulci pastore lac novum antequam funderet sanguinem pretiosum. Responderunt: Amen, & cœperunt petere pietatem: orabant in carcere, securæ jam de pastore. Domine, inquiunt, non sit arida confessio nostra, ut & nos mereamur tuis pretiosis gregibus sociari, & a tuis martyribus non separari. Proponitur eis in visione palæstra, in amphitheatro arena pomposa. Adest ille Ægyptius, qui fuit in cælo Lucifer speciosus: ipse pugnaturus volutatur in pulvere, & Perpetua triumphatura Domino Salvatore. Adjunxit manus in crucem habens ante se Dominicum juvenem de- B fensorem. Accipit triumphum de victoria & ramum consequitur de corona. Offeramus illi & nos munera nostra: alii eis in tempore offerebant visitationes carceris: nos offeramus illis votum solemnitatis, ut regnum mereamur cum omnibus Sanctis. Explicit.

IDEM S. AUGUSTINUS *Tractatu de Tempore barbarico*, *cap.* VI.

Habetis virorum fortium magna exempla. Vicerunt martyres mundum: inter quos martyres maribus etiam feminæ repertæ sunt fortiores. Ante paucos dies natalitia celebravimus martyrum Perpetuæ & Felicitatis, & comitum. Et cum tot ibi sint viri, quare istæ duæ præ omnibus nominantur, nisi quia infirmior sexus aut æquavit aut superavit virorum fortitudinem? Una earum erat prægnans, alia lactans. Felicitas parturiebat, Perpetua lactabat. Sed tamdiu hæc Perpetua lactavit, quamdiu acciperet ab illo pastore simul & patre buccellam lactis: qua accepta dulcedo felicitatis perpetuæ eam fecit contemnere filium, spernere patrem, non inhærere mundo, perdere animam pro Christo. Felicitas vero quæ sociam habebat Perpetuam, & parturiebat, & dolebat: objecta bestiis gaudebat potius, quam timebat. Quæ virtus in feminis! Qualis est gratia; quæ cum se infundit, nullum indignum judicat sexum? Gratias gratiæ Dei: reparavit enim sexum mulie- brem. In opprobrium magnum mulier remanserat: quia ab initio per mulierem peccatum; & propter hanc omnes morimur. Diabolus unam Evam dejecit: sed Christus natus ex virgine, multas feminas exaltavit. Perpetua & Felicitas caput cal- C caverunt serpentis, quod Eva ad cor suum intus admisit. Illam seduxit falsa promittendo: illas non valuit superare sæviendo. Illam decepit in paradisi felicitate: has non potuit adire nec substantiarum deposita potestate. Illius inter paradisi delicias ruinam gavisus est: harum inter pœnas fortitudinis constantiam ipse quodam modo diabolus expavit. Merito sic sunt exaltatæ: merito viris vel coæquatæ, vel prælatæ. Quamvis enim in Christo Jesu [c] non sit servus neque liber; non sit masculus neque femina; sed omnes sint unum [d] occurrentes in virum perfectum: descendit tamen hoc donum ex magna gratia. Perpetua enim & Felicitas nomina istarum sanctarum feminarum, D merces est sanctorum omnium martyrum.

IDEM *de Anima & ejus origine ad Renatum*, *lib.* I. *cap.* X. *num.* 12.

De fratre autem sanctæ Perpetuæ Dinocrate, nec scriptura ipsa canonica est; nec ILLA sic scripsit, vel quicumque illud scripsit, ut illum puerum qui septennis mortuus fuerat, sine baptismo diceret fuisse defunctum: pro quo illa imminente martyrio creditur exaudita, ut a pœnis transferretur ad requiem. Nam illius ætatis pueri & mentiri & verum loqui, & confiteri & negare jam possunt. Et ideo cum baptizantur jam & Symbolum reddunt, & ipsi pro se ad interrogata respondent. Quis igitur scit, utrum ille puer post baptismum persecutionis tempore a patre impio per idololatriam fuerit alienatus a Christo: propter quod in damnationem mortis ierit, nec inde nisi pro Christo morituræ sororis precibus donatus exierit?

IDEM *de Anima & ejus origine ad Vincentium*, *lib.* III. *cap.* IX. *num.* 12.

Noli credere, nec dicere, nec docere, Infantes antequam baptizentur morte præventos pervenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse catholicus. Exempla enim quæ te fallunt, vel de latrone qui Dominum est confessus in cruce, vel de fratre sanctæ Perpetuæ Dinocrate, nihil tibi ad hujus erroris sententiam suffragantur. Latro quippe &c. Dinocrates autem septennis puer, in quibus annis pueri cum baptizantur, jam E Symbolum reddunt, & pro se ipsi ad interrogata respondent, cur non tibi visus fuerit baptizatus potuisse ab impio patre ad gentilium sacrilegia revocari, & ob hoc fuisse in pœnis, de quibus sorore orante liberatus est, nescio. Neque enim & ipsum vel numquam fuisse Christianum, vel catechumenum defunctum fuisse legisti. Quamquam ipsa lectio non sit in eo canone Scripturarum, unde in hujusmodi quæstionibus testimonia proferenda sunt.

EJUSDEM *operis*, *lib.* IV. *cap.* XVIII. *num.* 26.

De conscriptis visionibus martyrum dicendum tibi est aliquid, quoniam tu etiam inde testimonium adhibendum putasti. Nempe sancta Perpetua visa sibi est in somnis, cum quodam Ægyptio in vi-

a Psal. CI. 28. *b* Matth. XXV. 34. *c* Gal. III. 28. *d* Ephes. IV. 13.

rum conversa luctari. Quis autem dubitet, in illa similitudine corporis animam ejus fuisse, non corpus? quod utique in suo femineo sexu manens sopitis sensibus jacebat in stratis, quando anima ejus in illa virilis corporis similitudine luctabatur?

Et mox, num. 27.

Verumtamen Dinocrates frater ejus mortuus erat: hunc vidit cum illo vulnere quod vivus habuit, & unde est perductus ad mortem. Ubi est quod tantis conatibus laborasti, cum ageres de præcisione membrorum, ne simul concidi anima putaretur? Ecce vulnus erat in anima Dinocratis, quod eam vi sua, quando erat in ejus corpore, exclusit corpore.

Et paullo post, ibid.

Dinocratem adspice, & dic cur ejus anima non se subtraxerit ab eo corporis loco qui mortifero vulnere vastabatur, ne in illa fieret quod in ejus facie etiam post mortem ipsius corporis appareret? An forte etiam tibi placet, ut istas potius similitudines corporum, quam corpora esse credamus: ut quomodo apparet quasi vulnus, quod non est vulnus, ita quod non est corpus quasi corpus appareat?

Et mox, ibid.

Et tamen anima Dinocratis mori non potuit, unde corpus ejus est mortuum: & quasi vulnerata visa est, sicut corpus fuerat vulneratum; quoniam corpus non erat, sed habebat in similitudine corporis etiam similitudinem vulneris. Porro autem in non vero corpore vera miseria fuit animæ, quæ significabatur adumbrato corporis vulnere, de qua sororis sanctæ orationibus meruit liberari.

Idem *in Psalmum* XLVII. *num.* 13.

Per caritatem multi mortui sunt sæculo, ut viverent Deo. Hac caritate accensi martyres, non simulati, non vana gloria ventilati .... sed tales quos vere Christi & veritatis caritas perduceret ad passionem. Quid eis fecerunt tentationes sævientium? Majorem violentiam habuerunt oculi flentium suorum, quam persecutiones insectantium. Quam multos enim tenebant filii ne paterentur? quam multorum genibus provolvebantur uxores, ne viduæ relinquerentur? quam multos filios parentes prohibebant mori; sicut novimus & legimus in passione beatæ Perpetuæ? Facta sunt ista. Sed lacrymæ quantælibet, & quantolibet impetu fluerent, quomodo ardorem caritatis extinguerent?

Idem *Tractatu de Cultura agri, cap.* IV. *num.* 5. *tom.* VI. *pag.* 599.

O Terra tanto rigata sanguine, responde tanto sanguini, non sicut Cain & Judas verba excusationis; sed sicuti sancti martyres verba confessionis ... Responde sicut respondit Cyprianus, Laurentius, ceterique sancti pueri & puellæ: ætas omnis & uterque sexus, qui percipientes sanguinem Christi, testimonium dicentes, & non negantes nomen Christi, pro sanguine quem biberunt, sanguinem suum fundere non dubitaverunt, simulque cum Perpetua & Felicitate in æternum regnare meruerunt.

Idem *Sermone* XXII. *eorum quos nuper V. Cl. I. Sirmondus edidit*. [1]

Amas, & sequi vis eum quem amas? cucurrit, volavit, quære qua, nescio qua. O Christianum! nescis qua ivit Dominus tuus? Vis dicam tibi qua eum sequaris? Per pressuras, per opprobria, per falsa crimina, per sputa in faciem, per alapas & flagellorum verbera, per coronam spineam, per crucem & per mortem. Quid piger es? Ecce demonstrata est tibi via. Sed dura est, inquis, via: quis per istam illum sequatur? Erubesce barbate, erubesce: a virtute vir diceris. Feminæ secutæ sunt, quarum hodie natalitia celebramus. Feminarum martyrum * Tuburbitanarum solemnitatem celebramus. Dominus vester, dominus noster, dominus illarum, redemptor vitæ nostræ de via angusta & aspera præcedendo stratam eam vobis fecit, stratam securam munitam, Christus Dominus noster, qui regnat in sæcula sæculorum. Amen.

III.

Victor Vitensis *Persecut. Vandal. lib.* I. *cap.* III. *de Ecclesiis Carthagini ab Arrianis occupatis*.

Et ut de necessariis loquar, basilicam majorem, ubi corpora sanctarum martyrum Perpetuæ atque Felicitatis sepulta sunt, Celerinæ vel Scillitanorum, & alias quas non destruxerant, suæ religioni licentia tyrannica manciparunt.

1. Vid. Tillemont. l. c.

* Martyrum Tuburbitanarum nomine Perpetuam & Felicitatem heic intelligi recte observavit Cl. Sirmondus: & superiora loca idipsum satis superque testantur. Holsten.

I V.

Canon Missæ Romanæ.

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam & societatem donare digneris cum tuis sanctis Apostolis & martyribus: cum Joanne, Ste- A phano, Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro, Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua, Agatha, Lucia, Agne, Cæcilia, Anastasia; & cum omnibus sanctis tuis.

Orationes Liturgicæ *ejusdem Missæ Romanæ*.

Da nobis quæsumus Domine Deus noster, sanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis palmas incessabili devotione venerari: ut quas digna mente non possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis.

Intende quæsumus Domine munera altaribus tuis pro sanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis festivitate proposita: ut sicut per hæc beata mysteria illis gloriam contulisti, ita nobis indulgen- B tiam largiaris.

V.

Martyrologium Romanum *scriptum sub Liberio PP. editum a P. Æ. Bucherio.*

Depositio Martyrum.

Nonis Martii, Perpetuæ & Felicitatis Africæ.

V I.

Vetus Martyrologium *Romanum editum a P. H. Rosvveydo.*

Nonis Martii, In Mauritana civitate Tuburbita- C norum, sanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis

V I I.

Martyrologium Romanum *Gregorii XIII. jussu editum.*

Nonis Martii, Tuburbi in Mauritania natalis sanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis. Hæc cum esset prægnans, exspectata juxta leges ut pareret, impatiens moræ a Deo ipso impetravit, ut octavo mense fetum emitteret, ut cum ceteris ad martyrium properaret: quæ, ut sanctus Augustinus ait, dum parturiebat dolebat, objecta feris gaudebat; passique sunt cum eis Revocatus, Saturninus & Secundolus: quorum ultimus quievit in carcere, reliqui omnes bestiis traditi sunt in persecutione Severi.

V I I I.

Bedæ *Martyrologium, eodem die.*

[1] In Mauritania civitate Tuburbitanorum, passio sanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis, & cum eis Revocati, Saturnini & Secundoli: quorum ultimus in carcere quievit, reliqui omnes ad bestias traditi sunt sub Severo principe, die natalis ejus. Quæque dum adhuc servarentur in carcere, & Felicitas parturiret, omnium sancto- D rum commilitonum precibus impetratum est, ut octavo mense pareret. Jam vero Perpetuæ inter alia concessum est, ut ejus mens quodammodo averteretur a corpore, in quo vaccæ impetum pertulit: ita ut adhuc futurum exspectaret, quod in se jam gestum esse nesciret.

Idem *in Ephemeride.*

Nonis Felicitas micat & Perpetua, castam
Quæ Christo vitam felici morte dicarunt.

Idem *de VI. ætatibus mundi, sub Severo Pertinace.*

Perpetua & Felicitas apud Carthaginem Africæ in castris, bestiis deputatæ pro Christo Nonis Martiis.

E *Quæ totidem verbis Freculfus Lexoviensis, Ado Viennensis, & Marianus Scotus in sua chronica transscripserunt.*

1. Aliter in Martyrologio Bedæ Bollandiano.

IX.

USUARDI *Monachi Martyrologium eodem die.*

In Mauritania civitate Tuburbitanorum, natalis sanctarum martyrum Perpetuæ & Felicitatis; A & cum eis Revocati *&c. ut Beda.*

X.

HRABANI *Martyrologium, eodem die.*

Apud Carthaginem, Perpetuæ & Felicitatis, quæ bestiis sunt deputatæ sub Severo principe. Et cum Felicitas parturiret in carcere, omnium militum qui simul patiebantur precibus impetratum est, ut octavo mense pareret. *Cetera ut Beda. Quem & ADO Viennensis, & NOTKERUS monachus S. Galli in suis Martyrologiis ad verbum exprimunt.*

XI.

REGINO *Abbas in Chronico ad annum Incarnat.* CLVIII. *vel potius* CCVIII.

Severus Pertinax regnavit annos XVII. Leonides pater Origenis coronatur. Apud Carthaginem B Perpetua & Felicitas bestiis deputantur.

XII.

HERMANNI *Contracti Chronicon editionis Henrici Canisii.*

A. C. CCIII. Severus quinta persecutione plurimos sanctos coronavit, inter quos pater Origenis Leonides cum multis aliis martyrizatur.

CCV. Perpetua & Felicitas hac persecutione bestiis deputantur apud Carthaginem.

XIII.

BARTHOLOMÆUS *Tridentinus Ord. Prædic. opere MS. de vitis Sanctorum, in bibliotheca Emin. Cardinalis* BARBERINI.

Perpetua & Felicitas de provincia Mauritania, civitate Tuburbitana, Severo principe diem nativitatis suæ celebrante detinentur: & cum eis Revocatus, Saturninus, qui bestiarum feritati substrati sunt. Sanctus vero Secundolus in carcere quievit. Felicitas autem prægnans erat: timens ergo ne forte crudelitate persequentium propter tormenta infans sine baptismo periret, aut parcendo corona ei auferretur, seu minueretur, in- C duxit omnes commilitones sanctorum qui erant ibi, ut orarent pro ipsa. Unde nutu Dei octavo peperit mense, & fructum ventris sui Deus dignatus est recipere. Perpetuæ autem precanti concessum est, ut exsistens in corpore sic cuncta pro nihilo duceret, quasi esset extra corpus. Unde cum ad bestias essent expositæ, vacca indomita in eam impegit, quod illa minime sensit. Tandem effuso sanguine migravit ad Christum.

XIV.


PETRUS CALO *Ord. Minor. opere MS. de vitis Sanctorum in eadem bibliotheca.*

Perpetua & Felicitas fuerunt valde insignes Sanctæ, quia & in Letaniis ponuntur communiter; & quod est maximum, in Canone Missæ. Reperiuntur autem simul passæ Felicitas & Perpetua ista die: quas æstimat & scribit Sicardus conjugatas fore illas, quia in Canone continentur, & ego idem credo, quarum legenda reperitur iii. Kal. Decembris. Saturninus apud Africam frater beati Satyri, cum Revocato & Felicitate dicti Revocati sorore, & cum Perpetua genere nobili martyrium passus est Nonis Martii. Nam facta persecutione sub Valeriano & Gallieno in Mauritania, civitate Tuburbitanorum, venerabiles viri præfati, & Felicitas ac Perpetua, quæ erat xxiii. annorum vel circa, habens virum & patrem & matrem & fratres duos, & filium ad mammillam, comprehensi sunt a Proconsule Minucio. Qui dixit eis: Invictissimi Principes Vale- D rianus & Gallienus miserunt, ut sacrificetis deo eorum. Satyrus autem respondit: hæc non sumus facturi, quia Christiani sumus. Igitur cum Consul instaret ut idolis immolarent, & illi nullatenus assentirent, in carcerem missi sunt. Quod audiens pater Perpetuæ ad carcerem cucurrit flens, & dixit: Filia quid fecisti? exhonorasti genus tuum. Numquid aliquis de genere tuo in carcerem missus est? Ad quem Perpetua: Perpetua vocor, & ero in perpetuum Christiana. Qui cum audisset quod Christiana esset, iratus valde irruit in eam cum impetu, cum digitis ad oculos; & ei oculos eruere voluit: & exclamans egressus est foras confusus. Orantibus autem Sanctis continue E diebus qui fuerunt in carcere, vidit beata Perpetua hujusmodi visionem, quam in crastino sociis enarravit, dicens: Vidi scalam auream mirabili altitudine usque ad cælum erectam, quæ adeo

angusta erat, ut nisi unus parvus ascendere posset. In dextera vero & læva infixi erant cultri & gladii ferrei limati & exacuti, ita ut ascendentes circa vel infra se nullatenus respicere possent; sed semper ascendentem erectum ad cælum stare oportebat. Sub ea draco teterrimus & ingentis formæ jacebat; & præ timore quilibet ascendens formidabat. Vidi & Satyrum per eam ascendentem usque sursum, & respicientem ad nos & dicentem: ne timeatis hunc draconem, sed securi ascendite, ut mecum esse possitis in gloria sempiterna. Vidi etiam juxta scalam hortum pulcherrimum copiosum & amœnum, & in medio horti sedentem senem in habitu pastorali mulgentem oves; & in circuitu ejus multitudinem candidatorum. Qui aspiciens ad nos vocavit ad se, & dedit omnibus nobis de fructu lactis: & cum gustavimus, turba alborum respondit, Amen. Et præ vocibus & clamore expergefacta sum. Ex qua revelatione intelligentes se esse dignos corona martyrii, his auditis omnes Deo gratias egerunt, quia se vocatos ad martyrium intellexerunt. Præsentatis igitur Minucio iterum mandatur ut sacrificent: & cum sacrificare nollent, fecit Saturninum cum aliis viris a mulieribus separari, & dixit Felicitati: habes virum? Et illa: habeo, sed contemno. Cui ille: miserere tui puella ut vivas, maxime cum infantem in utero habeas. Ad quem ait: fac de me quod vis, quia

A numquam ad tuam voluntatem trahere me valebis. Parentes autem beatæ Perpetuæ cum viro accurrentes parvulum filium sanctæ Perpetuæ, qui adhuc lactabatur, adduxerunt. Et videns eam pater stantem ante Præfectum cadens in faciem dixit: filia mea dulcissima miserere mei, & hujus mœstissimæ matris tuæ, & hujus miserrimi viri tui, qui post te vivere non valebit. Perpetua vero immobilis stabat. Tunc pater filium ad collum ejus jactavit: & ipse & mater & vir ejus manus ejus tenentes, & flentes osculabantur eam dicentes: miserere nostri filia, & vive nobiscum. At illa projiciens parvulum, & illos repellens ait: discedite a me inimici mei, quia non novi

B vos. Videns vero Præfectus eorum constantiam diutissime verberatos posuit in carcerem. Sancti vero cum plurimum tristarentur de Felicitate quæ octo jam mensibus prægnans erat, pro ea oraverunt; & dolores partus subito in eam irruerunt, peperitque filium vivum. Quidam vero de custodibus dixit ad eam: Quid facies cum ante Præfectum veneris, si nunc tam graviter cruciaris? Respondit Felicitas: heic ego pro me patior, ibi pro me Deus patietur. Extracti igitur de carcere ligatis post tergum manibus & nudatis natibus per plateas ducuntur, & demissis bestiis Satyrus & Perpetua a leonibus devorantur; Revocatus & Felicitas a leopardis comeduntur; Saturninus vero decollatur.



Sæcul. II. circa Ann. Chr. 203.

[1] PASSIO *
SANCTARUM MARTYRUM
PERPETUÆ
ET
FELICITATIS.

PRÆFATIO.

I. SI vetera fidei exempla, & Dei gratiam testificantia & ædificationem hominis operantia, propterea in litteris * sunt digesta, ut lectione eorum, quasi repensitatione rerum, & Deus honoretur & homo confortetur; cur non & nova documenta æque utrique caussæ convenientia & digerantur? vel quia & hæc vetera futura quandoque sunt & necessaria posteris, si in præsenti suo tempore * minori deputantur auctoritati propter præsumtam venerationem antiquitatis. Sed viderint qui unam virtutem Spiritus unius sancti, pro ætatibus judicent temporum, quum majora reputanda sint * novitiora quæque ut novissimiora [2], secundum exuberationem gratiæ in ultima sæculi spatia decreta. [a] *In novissimis* enim *diebus dicit Dominus effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filii filiæque eorum. Et super servos & ancillas meas de meo spiritu effundam: & juvenes visiones videbunt, & senes somnia somniabunt*. Itaque & nos qui sicut * prophetias, ita & visiones novas [3] pariter repromissas & agnoscimus & honoramus, ceterasque virtutes Spiritus sancti ad instrumentum Ecclesiæ * deputamus, cui & missus est idem * omnia donativa administrans in omnibus, prout unicuique distribuit Dominus, necessario & digerimus, & ad gloriam Dei lectione celebramus; ut ne qua aut imbecillitas, aut desperatio fidei apud veteres tantum æstimet gratiam divinitatis conversatam, sive Martyrum, sive in revelationum * dignatione: cum semper Deus operetur quæ repromisit, non * credentibus in testimonium, credentibus in beneficium. Et nos itaque quod audivimus & contrectavimus annuntiamus & vobis, fratres & filioli, ut & vos qui interfuistis, rememoremini gloriæ Domini: & qui nunc cognoscitis per auditum, communionem habeatis cum sanctis Martyribus, & per illos cum Domino Jesu Christo, A cui est claritas & honor in sæcula sæculorum. Amen.

INCIPIT PASSIO.

II. APprehensi sunt adolescentes * catechumini, Revocatus & Felicitas conserva ejus, Saturninus [4] & Secundulus. Inter quos & Vivia [5] Perpetua, honeste nata, liberaliter instituta, matronaliter * nupta; habens patrem & matrem, & fratres duos: alterum æque catechuminum, & filium infantem * ad ubera. Erat autem ipsa annorum circiter viginti duorum. Hæc ordinem totum martyrii sui jam hinc ipsa B narrabit, sicut conscriptum manu sua & suo sensu reliquit.

III. „ Cum adhuc, * inquit, cum persecutoribus essemus [6], & me pater avertere [7] & deiicere * pro sua affectione perseveraret: *Pater*, inquio, *vides*, *verbi gratia*, *vas hoc jacens*, *urceolum*, *sive aliud?* Et dixit: Video. Et ego dixi ei: *Numquid alio nomine vocari potest, quam quod est?* Et ait: Non. *Sic* * *& ego aliud me dicere non possum, nisi quod sum Christiana*. Tunc pater motus in hoc verbo, misit se in me ut oculos mihi erueret: sed * vexavit tantum, & profectus [8] est victus * cum argumentis diaboli. C Tunc paucis diebus quod caruissem * patre, Domino gratias egi, & * refrigeravit [9] absentia illius. In ipso spatio paucorum dierum baptizati sumus; mihi * autem Spiritus dictavit, nihil aliud petendum in aqua [10], nisi sufferentiam carnis. Post paucos dies recipimur * in carcerem, & * expavi quia numquam experta eram tales * tenebras. O diem asperum! æstus * validos [11] turbarum * beneficio [12], concussuræ * militum: novissime macerabar * solicitudine infantis. Ibi tunc Tertius & Pomponius benedicti * Diacones qui nobis * ministrabant [13], constituerunt * præmio, ut paucis horis emissi in meliorem lo-


a Joel. II. 18. 19. Act. II. 17. 18.

1. *Passionis* nomen retinemus, quod in his Actis competere probat Holstenius. In cod. Salisburg. additur *in civitate Turbitana*. Sed in eo cod. deest Præfatio, sicut & in Compendiensi.
2. Ejusmodi loquendi modos soli fere usurparunt Africani. Sic Tertullianus passim, *extremiora*, *extremissimi*.
3. Vide quid in prolegomenis de istis visionibus adnotavimus.
4. In edit. deest *Saturninus*.
5. Hunc locum ex nostris codd. restituimus. Editio habebat: *Inter hos & Ubia Perpetua*, *honesta*, *liberaliter educata*, *matrona licet nupta*.
6. *Holst.* essem.
7. Holsten. *evertere cupiret*.
8. *Holst.* profecto.

D 9. Sic Holsten. codd. mss. *refrigerata sum*. Sic in sequentibus differt Holsten. a mss. quem prætulimus, cum id verbum sic in aliis Actis Africanis expressum observaverimus.
10. Holsten. *ab aqua*; quod sic quis posset interpretari, *ab eo tempore quo baptismum suscepi*.
11. *Holst.* validus.
12. Æstus quippe ibi erat magnus ob inclusorum multitudinem.
13. Cyprianus Epist. 35. novæ edit. Pamel. 11. ad Martyres. *Semper ab antecessoribus nostris factum est, ut Diaconi ad carcerem commeantes Martyrum desideria consiliis suis & scripturarum ministeriis gubernarent*. Vide & Epist. utriusque editionis 5. Hi Diaconi in excerptis Mabillon. dicuntur *Titius* & *Pontius*.

* Hoc signo * Notæ *Holsteniana*; isto autem † *Possinianæ* indicantur, quæ infra subiiciuntur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 203.



cum carceris refrigeraremus. Tunc exeuntes de carcere universi sibi vacabant. Ego infantem lactabam jam * inedia defectum. Solicita pro eo adloquebar matrem [1], & confortabam fratrem, commendabam filium. Tabescebam ideo quod illos tabescere videram mei beneficio. Tales solicitudines multis diebus passa sum, & usurpavi ut mecum infans in carcere maneret; & statim convalui, & relevata sum a labore & solicitudine infantis: & * factus est mihi carcer subito quasi prætorium, ut ibi mallem esse quam alibi [2].

IV. Tunc dixit mihi frater meus: Domina soror, jam * in magna dignitate [3] es; & tanta ut postules visionem, & ostendatur tibi, an * passio sit, an commeatus [4]. Et ego quæ * me sciebam fabulari cum Domino, cujus beneficia [5] tanta experta eram, fidenter repromisi ei dicens [6]: Crastina die tibi renuntiabo. Et postulavi, & * ostensum est mihi hoc: Video scalam auream [7] miræ magnitudinis pertingentem usque ad cælum, & angustam, per quam non nisi singuli ascendere possent: & in lateribus scalæ omne * genus ferramentorum infixum. Erant ibi gladii, lanceæ, * hami [8], machæræ; ut si quis negligenter, aut non sursum adtendens ascenderet, laniaretur & carnes ejus inhærerent ferramentis. Et erat sub ipsa scala draco cubans miræ magnitudinis, qui ascendentibus insidias * parabat [9], & exterrebat ne ascenderent. Ascendit autem SATURUS [10] prior, qui postea se propter nos ultro tradiderat, & tunc cum * adducti sumus præsens non fuerat: & pervenit in caput scalæ, & convertit se ad me [11], & dixit mihi: * Perpetua, sustineo te. Sed vide ne te mordeat draco ille [12]. Et dixi ego: * *Non me nocebit in nomine Domini Jesu Christi*. Et * de sub ipsa scala quasi timens me, lente [13] elevavit caput: & cum primum gradum calcassem, calcavi illius caput. Et ascendi, & vidi spatium horti immensum, & in medio horti sedentem hominem canum, in * habitu Pastoris [14], grandem, oves mulgentem: & circumstantes candidati millia multa. Et levavit caput & adspexit me, & dixit mihi: * Bene venisti, tecnon [15]. Et * clamavit me, & * de caseo quod mulgebat dedit mihi quasi buccellam; & ego accepi junctis manibus, & manducavi: & universi circumstantes dixerunt, Amen. Et ad sonum vocis experrecta sum, commanducans adhuc dulcis nescio quid. Et retuli statim fratri meo, & intelleximus passionem esse futuram [16]: & cœpimus * nullam jam spem in sæculo habere.

V. Post paucos dies rumor cucurrit ut audiremur. Supervenit autem & de civitate pater meus, consumtus tædio; ascendit ad me ut me dejiceret, dicens: Miserere, filia, canis meis; miserere patri, si dignus sum a te pater vocari. Si his te manibus ad hunc florem ætatis provexi; si te præposui omnibus fratribus tuis, ne me dederis in dedecus hominum. Aspice ad fratres tuos, aspice ad matrem tuam & materteram, aspice ad filium tuum qui post te vivere non poterit. * Depone animos, ne [17] universos nos extermines. Nemo enim nostrum libere loquetur, si tu aliquid fueris passa. Hæc dicebat pater pro sua pietate basians mihi manus; & se ad pedes meos jactans, & lacrymis non filiam, sed dominam me vocabat. Et ego * dolebam canos [18] patris mei, quod * solus de passione mea gavisurus non esset de toto genere meo; & confortavi eum, dicens: * *Hoc fiet in illa catasta* [19] *quod Deus voluerit. Scito enim nos non in nostra potestate esse constitutos, sed in Dei*. Et recessit a me contristatus.

VI. Alio die cum pranderemus, subito rapti sumus ut audiremur: & pervenimus ad forum. Rumor statim per vicinas fori partes cucurrit, & * factus est populus immensus. Ascendimus in catasta [20]. Interrogati * ceteri confessi sunt. Ventum est & ad me. & apparuit pater illico cum filio meo, & * extraxit me de gradu, & dixit supplicans: Miserere infanti [21]. Et Hilarianus [22] procurator, qui tunc loco proconsulis Minucii Timiniani defuncti jus gladii acceperat: Parce, * inquit, canis patris tui: parce infantiæ pueri. * Fac sacrum pro salute Imperatorum. Et ego respondi: * *Non facio*. Hilarianus, Christiana es? inquit. Et ego respondi: * *Christiana sum*. Et cum staret pater ad me dejiciendam, jussus est ab Hilariano dejici, & virga percussus est [23]. Et doluit mihi casus patris

1. Cod. Salisb. *& confortabam, fratri commendabam filium*.

2. *Holsten.* alicubi.

3. Sic codd. Compend. & Salisb. at Holstenius habet *in magna dignatione es; tanta ut postulem* &c.

4. Commeatus, id est liberatio. Unde apud Festum: *Commeatus est tempus quo iri redirique possit*. Aliorum Auctorum immo & Patrum textus adfert ea occasione Holstenius in notis ad hunc locum.

5. *Salisb.* beneficio.

6. Cod. Salisb. *repromissionibus ejus dixi*. Porro ejusmodi visionibus Martyres de proximo martyrio sæpius commonitos fuisse affirmat Cyprianus passim: idque testantur omnia fere Acta genuina ex Africa.

7. Sic cod. Compend. Salisb. vero cum Victorino & Corbeiensi, *aream*. In Cassinensi quo usus est Holstenius, ejus scalæ materies non exprimitur.

8. Id est, unci, vel certe amæ, quo nomine vocantur harpagines, id est, maximæ falces seu ferramenta recurva longissimis contis affixa; qualia in nonnullis locis habentur ad compescenda vel extinguenda incendia, evertendasque in his extremis domos.

9. *Holsten.* præstabat.

10. Hunc codices aliqui *Satyrum* appellant, alii *Saturum*. Sed perinde est.

11. *In* [illegible] *vest* ad me.

12. De [illegible] draconis visione agit Augustinus sermon. 1. [illegible]

13. *Holst.* Lente ejecit caput, & quasi primum &c.

14. Vix ullum reperire est antiquitatis monumentum in quo Christus sub Pastoris specie depictus non sit. Habes ejus rei multa exempla passim in *Roma subterranea*. Sic etiam in calicibus pingi solebat. Vide Tertullian. lib. de pudicitia cap. 7.

15. Τέκνον, etsi rarius, aliquando tamen *filiam* designat.

16. Eo quod, ut ex Possino notant Bollandiani, videretur Eucharistiam sumere, quæ omnibus instante martyrio dabatur. Vide Cypriani Epist. 57. novæ edit. Pamel. 54.

17. Codd. Compend. & Salisb. *Et noli nos universos exterminare*. Laudat Perpetuam August. serm. 2. de his sanctis, & in Ps. 47. quod nec Christi præcepta, nec naturæ leges ea in occasione violaverit.

18. *Holsten.* caussam.

19. Catasta heic locum editiorem designat, in quo proponebantur servi venales. Ibi quoque Martyres torqueri solebant, aut interrogari. Hinc Cyprian. Epist. novæ edit. 38. Pamel. 33. de Lectore qui Christum in ejusmodi loco confessus fuerat, ait ipsum *e catasta ad pulpitum* venisse. Ut enim prior locus erat in foro editior, sic alter in Ecclesia.


20. Cod. Salisb. *ascendimus catastam*; Compend. *in catast*[illegible]

21. Uterque cod. ms. pro *infanti*, habet, *canos* [illegible].

22. Cod. Salisb. semper habet *Elarianus*; Compend. *Hela*[illegible]

23. Aug. serm. 2. de his sanctis, id diaboli malitiæ [illegible]buit. *qui* [illegible]*dique*, a Perpetua *superatus*, *patrem ejus virga* [illegible] *ut cujus verba conte*[illegible]

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 203.



mei, quasi ego fuissem percussa: sic dolui pro senecta ejus misera. Tunc nos universos pronuntiat, & * damnat ad bestias: & hilares * descendimus ad carcerem. Tunc quia consueverat a me infans mammas accipere, & mecum in carcere manere; statim mitto ad patrem Pomponium [1] diaconum, postulans infantem: * sed pater dare noluit: & quomodo Deus voluit, neque ille amplius mammas desideravit; neque mihi fervorem fecerunt: ne solicitudine infantis & dolore mammarum macerarer.

VII. Post dies paucos, dum universi oramus, subito media oratione profecta * est mihi vox, & nominavi DINOCRATEM: & obstupui quod numquam mihi in mentem venisset nisi tunc, & dolui commemorata casus ejus. Et * cognovi me statim dignam esse, & pro eo petere [2] debere. Et cœpi pro ipso orationem facere multum, & ingemiscere ad Dominum. Continuo ipsa nocte ostensum est mihi hoc in oromate [a]: Video † Dinocratem exeuntem de loco tenebroso, ubi & complures erant [3], æstuantem * & sitientem valde, sordido vultu & colore pallido, & vulnus in facie ejus quod cum moreretur habuit. Hic Dinocrates fuerat frater * meus carnalis, annorum septem, qui per infirmitatem * facie cancerata [4] male obiit, ita ut mors ejus odio fuerit omnibus hominibus. Pro * hoc ego orationem feceram: & * inter me & illum † grande erat diadema [5], ita ut uterque ad invicem accedere non possemus. Erat deinde in ipso loco, ubi Dinocrates erat, piscina plena aqua, altiorem marginem habens quam erat statura pueri, & extendebat se Dinocrates quasi bibiturus. Ego dolebam quod & piscina illa aquam habebat, & tamen propter altitudinem marginis bibiturus non esset. Et experrecta sum, & cognovi fratrem meum laborare. Sed confidebam [6] profuturam orationem meam labori ejus, & orabam pro eo omnibus diebus quo usque transivimus * in carcerem castrensem. Munere [7] enim castrensi eramus pugnaturi. Natale tunc Getæ [8] Cæsaris: & feci pro illo orationem die & nocte gemens & lacrymans ut mihi donaretur.

VIII. Die * autem quo in nervo mansimus, ostensum est mihi hoc: Video locum illum quem retro videram tenebrosum, esse lucidum; & Dinocratem mundo corpore, bene vestitum, refrigerantem. Et ubi erat vulnus, video cicatricem; & piscinam illam quam retro videram, summisso margine usque ad umbilicum pueri; & aquam de ea trahebat sine cessatione, & super margine phiala erat [9] plena aqua; & accessit Dinocrates, & de ea bibere cœpit, quæ phiala non deficiebat. Et satiatus abscessit de aqua ludere more infantium gaudens, & experrecta sum. Tunc * intellexi translatum eum esse de pœna [10].

IX. Deinde post dies paucos * Pudens [11], miles Optio [12], præpositus carceris, qui nos magni facere [13] cœpit intelligens magnam virtutem Dei esse in nobis, * multos fratres ad nos admittebat, ut & nos & illi invicem refrigeraremus. Ut autem proximavit dies muneris, intravit ad me pater meus consumtus tædio, & cœpit barbam suam evellere, & se in terram mittere, & prosternere se in faciem, & improperare annis suis, & dicere tanta verba, quæ moverent universam creaturam. Ego dolebam pro infelici senecta ejus.

X. Pridie quam pugnaremus, * video in oramate huc venisse Pomponium diaconum ad ostium carceris, & pulsare vehementer. Exivi ad eum, & aperui ei: qui erat vestitus distinctam candidam, habens † multiplices calliculas [14]. Et dixit mihi: Perpetua te exspectamus, veni. Et tenuit mihi manum, & cœpimus ire per aspera loca & flexuosa. Vix tandem pervenimus anhelantes ad amphitheatrum, & induxit me in media arena, & dixit mihi: Noli pavere, heic sum tecum, & conlaboro tecum, & abiit. Et adspicio populum ingentem attonitum. Et quia sciebam me ad bestias datam esse, mirabar quod non mitterentur mihi bestiæ. Et exivit quidam contra me * Ægyptius [15], fœdus specie, cum adjutoribus suis pugnaturus mecum. Veniunt & ad me adolescentes decori adjutores & favitores mei, & exspoliata sum, & facta sum masculus.

1. In cod. Compend. *Pomtinianum*.
2. *Cod. Salisb.* pati.
3. Holst. *complures erant loca tenebrosa*.
4. *Cod. Salisb.* macerata.
5. Locus mendosus. Cod. Salisb. habet *dianten*. Suspicatur Holstenius scribendum *diastema*, quæ vox græca *intervallum* significat.
6. Cod. Salisb. *considerabam*. Apud Holsten. *Fidebam me profuturam labori* &c.
7. Munera seu ludi, pugnæ cum bestiis appellabantur, quod in populorum vel militum delectationem darentur. Dicebantur autem ludi castrenses, si in castris fierent. Sermonem *in die Munerum* habuit Augustinus in *Basilica Restituta*, qui est in nova edit. 19. tomi V. Vide notas ibi appositas. Ceterum carcerem quem Holsten. *castrensem* appellat, ceteri codd. *carcerem* simpliciter dicunt.
8. Antoninus Geta Severi filius, qui post patris obitum a suo fratre Caracalla, cum quo aliquamdiu imperarat, occisus est. Porro *Getæ* nomen deest tam in cod. Compend. quam Salisburgensi. Illud tamen, quod etiam habent excerpta Mabillonii, ex Cod. Casinensi retinemus. At heic per *Natale* interpretari debemus diem quo Cæsar factus fuerat, qui dies vulgo Natalis imperatoris dicebatur; sicut Natalis episcopi dies quo consecratus erat. Nam alias Geta teste Spartiano die VI. Kalendas Junii natus est.
9. *Holsten.* aurea.
10. Egregius locus ad probandum mortuos posse a pœnis quas patiuntur, per vivorum preces liberari. Aliqui ex hoc loco deducebant, posse etiam eos qui ante baptismum decesserant orationibus adjuvari, quos egregie refellit Augustin. lib. 1. de origine animæ cap. 10. & lib. 3. cap. 9. ubi ait Dinocratem propter peccata quædam post baptismum commissa tales pœnas pertulisse: nam septennis puer mentiri potuerat, vel aliud quidpiam ad patris gentilis suasionem contra Deum facere. Hæc Augustini sententia confirmatur ex eo quod Perpetua superius dixit totam suam ipsius familiam, excepto patre, Christi religionem coluisse.
11. *Cod. Salisb.* Prudens.
12. Optio præfecturæ seu ministerii alicujus nomen est. Vide S. Ambr. in Epist. ad Ephes. cap. 4. Inspectorem putant Bollandiani a græco verbo ὄπτομαι, video.
13. Holsten. *qui nos magnifaciebat; cœpit intelligere magnam virtutem esse in nobis, qui multos ad nos &c.*
14. Cod. Salisburg. *galliculas*. Videntur esse globuli ut malogranata quæ vesti summi Pontificis apud Judæos appendebantur. An *galliculæ* sint parvæ caligæ, vide Liturg. Gallican. Mabillon. pag. 473.
15. De hac visione Augustinus lib. 3. de origine animæ ad Vincentium cap 18. *Sancta Perpetua visa sibi est in somnis cum quodem Ægyptio in virum conversa luctari. Quis autem dubitet in illa similitudine corporis animam ejus fuisse non corpus? quod utique in suo femineo sexu manens, sopitis sensibus jacebat in stratis, quando anima ejus in illa virilis corporis similitudine luctabatur.* Vide & sermon. 282. novæ editionis.

a *In oromate.*] Hæc desunt in edit. Holsten. Rescribendum videtur *in oramate*, id est, *in visione*; ut mox sub initium cap. X. Ad quem locum vide sis primam adnotationem Holstenianam.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 203.

Et cœperunt me favitores mei oleo defrigere [1], A ris, qui ubi [14] viderunt nos, honorem nobis de- quomodo solent in agonem, & illum contra Ægyptium † video in afa [2] volutantem. Et exivit vir * quidam miræ magnitudinis, ut etiam excederet fastigium amphitheatri, discinctam * habens tunicam [3] & purpuram inter duos clavos per medium pectus, habens & callicular [4] multiformes ex auro & argento factas, & * ferens [5] virgam quasi lanista [6], & ramum viridem in quo erant mala aurea. * Et petiit silentium, & dixit: Hic Ægyptius si hanc vicerit, occidet illam gladio; & * si hunc vicerit, accipiet ramum istum. Et recessit. Et accessimus ad invicem, & cœpimus mittere pugnos. Ille mihi pedes apprehendere quærebat [7]: ego autem illi calcibus faciem cædebam, & sublata sum in aere, & cœpi eum sic cædere quasi terram conculcans. At ubi vidi moram fieri, † junxi manus, ita ut digitos in digitos mitterem. Et apprehendi illi caput, & cecidit in faciem; & calcavi illi caput. Et cœpit populus clamare, & favitores mei psallere. Et * accessi ad lanistam, & accepi ramum. Et osculatus est me, & dixit mihi: Filia, pax tecum. Et cœpi ire cum gloria † ad portam Sanavivariam. Et experrecta sum: & intellexi me non ad bestias, sed contra diabolum esse pugnaturam; sed sciebam mihi victoriam imminere [8]. Hoc * usque in pridie muneris egi: * ipsius autem muneris C actum, si quis voluerit, scribat. „

XI. Sed & Saturus benedictus hanc visionem suam edidit, quam ipse conscripsit. „ Passi, inquit, eramus, & exivimus de carne, & † cœpimus ferri a quatuor Angelis in orientem, quorum manus nos non tangebant. Ibamus autem non supini sursum versi, sed quasi mollem clivum [9] ascendentes. Et * liberati † primam jam vidimus [10] lucem immensam; & dixi: Perpetua, (erat enim hæc in latere meo,) hoc est quod nobis Dominus promittebat: percepimus promissionem. Et dum gestamur ab ipsis quatuor Angelis, factum est nobis spatium grande, quod D tale fuit quasi viridarium [11], arbores habens rosæ [12], & omne genus floris. Altitudo autem arborum erat in modum cypressi, quarum folia cadebant [13] sine cessatione. Ibi autem in viridario, alii quatuor Angeli fuerunt clariores ceteris, qui ubi [14] viderunt nos, honorem nobis dederunt, & dixerunt ceteris Angelis: * Ecce [15] sunt, ecce sunt: cum admiratione. Et expavescentes quatuor illi Angeli qui gestabant nos, deposuerunt nos: & pedibus nostris transivimus * stadium via lata [16]. Ibi invenimus * JOCUNDUM & SATURNINUM [17] & ARTAXIUM, qui eamdem persecutionem passi vivi * arserunt; & QUINTUM, qui * & ipse Martyr in carcere exierat; & * quærebamus ab illis ubi essent [18] ceteri. Dixerunt autem nobis Angeli: Venite prius, introite, & salutate Dominum.

XII. Et venimus prope locum, cujus loci pa- B rietes tales erant, quasi de luce ædificati; & ante ostium loci illius quatuor Angeli stabant, qui introeuntes vestierunt stolas candidas. Et nos vestiti introivimus, & vidimus lucem immensam, & audivimus [19] vocem unitam dicentium: Agios, agios, agios; sine cessatione. Et vidimus in medio loci illius sedentem * quasi hominem canum, niveos habentem capillos [20], & vultu juvenili, cujus pedes non vidimus. Et in dextra, & in sinistra seniores viginti quatuor, & post illos ceteri complures [21] stabant. Introivimus cum magna admiratione, & stetimus ante thronum; & quatuor Angeli sublevaverunt nos: & osculati sumus illum, & de manu sua trajecit nobis in facie [22]. Et ceteri seniores dixerunt nobis: Stemus. Et stetimus, & pacem fecimus. Et dixerunt nobis seniores: Ite, & ludite. Et dixi: Perpetua, habes quod vis. Et dixit mihi: Deo gratias, ut quomodo in carne hilaris fui, hilarior sum & heic modo.

XIII. Et exivimus, & vidimus ante fores OPTATUM episcopum ad dexteram, & * ASPASIUM presbyterum doctorem [23] ad sinistram, separatos & tristes, & miserunt se ad pedes nobis, & dixerunt nobis: Componite inter nos quia existis, & sic nos [a] reliquistis. Et diximus illis: Non tu es Papa noster [24], & tu Presbyter, ut vos ad pedes nostros mittatis? & misimus nos [25], & complexi illos sumus. Et cœpit Perpetua [26] cum illis loqui, & segregavimus eos in [27] viridario sub arbore rosæ. Et dum loquimur cum eis, dixerunt illis Angeli: Sinite illos, refrigerent [28]; & si quas habetis inter vos dissensiones, dimittite vo-

1. *Salisb.* defricare.
2. Codd. Compend. & Salisb. *aqua*, sed melius *afa* seu *apha* aut *bapha*, id est pulvis, quo pugiles post unctionem inspergebantur. Huc citant Martial. lib. 7. epig. 66.
3. Holsten. *discinctatus purpuram*.
4. *Salisb.* galliculas.
5. *Holsten.* efferens.
6. Lanistæ seu præfecti ludi gladiatorum virgas tenebant, quasi censores, ne ordo perturbaretur.
7. *Holsten.* volebat.
8. *Holsten.* esse.
9. C. *Comp.* glebam.
10. Sic cod. Salisb. Holsten. *Et liberati primo mundo vidimus*. Compend. *& liberati primum jam mundo vidimus*.
11. De hoc viridario fusius agit auctor sermonis, quem Holstenius sub nomine S. Augustini in bibliotheca Vaticana reperit, qui nunc ultimus est dubiorum novæ editionis.
12. *Salisb.* rosam.
13. *Salisb.* ardebant.
14. Cod. Salisb. *qui ibi viderunt nos & honorem*.
15. Cod. Salisb. & Compend. *Ecce sunt. Expavescentes cum admiratione* [illegible].
16. *Holsten.* violata.
17. In codd. Compend. & Salisb. deest *Saturninus*; at non modo in Casinensi cod. sed etiam in Excerptis Mabillon. habetur. In nostro Martyrologio Remigiano Saturi, Jocundi & Saturnini festum celebratur die 6. Martii.
18. Sic cod. Salisb. Holstenius autem & cod. Compend. *Et querebamus de illis; ubi essent ceteri. Angeli dixerunt nobis.*
19. Holsten. *Et introivimus & audivimus vocem*.
20. Confer cap 1. Apocalypsis. Sic Cyprianus lib. de ha- E bitu Virginum: *Tu exsecraris canitiem, detestaris alborem, qui sit ad Domini caput similis.*
21. Holsten. *seniores quatuor & post illos ceteri seniores complures stabant: & introeuntes cum admiratione stetimus.*
22. *Holsten.* faciem.
23. Doctores ii erant, quibus fideles potissimum catechumenos, erudire incumbebat. Vide Epist. 29. Cypriani novæ edit. Pamel. 24. & notas illustriss. editoris Oxoniensis.
24. Cod. Salisb. *nonne tu pater noster es*.
25. Holsten. *ut vos ad pedes nobis mittatis. Et moti sumus*.
26. Codd. Salisb. & Compend. *Et cœpit Perpetua græce cum illis* [illegible].
27. *Holsten.* viridarium.
28. Codd. Salisb. & Comp. *quiescite & refrigerate*.

[a] *Ex[illegible] ut vos ad pedes*] Ita rescripsimus, Hol[illegible] & Bollandianos secuti. Ruinart. [illegible] — *ut quid vos* &c.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 203.

„ bis invicem, & † conturbaverunt eos. Et dixerunt Optato: † Corrige plebem tuam; quia ſic ad te conveniunt quaſi * de circo redeuntes, & de factionibus [1] certantes. Et ſic nobis viſum eſt, quaſi vellent claudere portas. Et cœpimus illic multos fratres cognoſcere [2], ſed & Martyres. Univerſi odore inenarrabili alebamur, qui nos ſatiabat. Tunc gaudens experrectus ſum. „

XIV. Hæ viſiones inſigniores ipſorum Martyrum beatiſſimorum Saturi & Perpetuæ, quas ipſi conſcripſerunt. Secundulum * vero Deus maturiore exitu de ſæculo, adhuc in carcere evocavit, non ſine gratia, ut beſtias lucraretur. * Gaudium [3] tamen etſi non anima, certe caro ejus agnovit.

XV. Circa Felicitatem vero, (nam & illi gratia Domini ejuſmodi contigit) cum octo jam menſium ſuum ventrem haberet, (nam prægnans fuerat apprehenſa;) inſtante ſpectaculi die, in magno erat luctu [4], ne propter * ventrem differretur: quia * non licet [5] prægnantes pœnæ repræſentari: & ne inter aliquos [6] poſtea ſceleratos, ſanctum & innocentem ſanguinem funderet. Sed & commartyres ejus graviter contriſtabantur, ne tam bonam ſociam, quaſi comitem, ſolam in via ejuſdem ſpei relinquerent. Conjuncto itaque unito gemitu, ad Dominum orationem fuderunt ante tertium diem muneris. Statim poſt orationem dolores eam invaſerunt. Et cum, pro naturali difficultate octavi menſis, in partu laborans doleret, ait illi quidam * ex miniſtris Cataractariorum [7]: Quæ ſic modo doles, quid facies objecta beſtiis, quas contemſiſti cum ſacrificare noluiſti? Et illa reſpondit: MODO EGO PATIOR QUOD PATIOR, ILLIC AUTEM * ALIUS ERIT IN ME QUI PATIETUR PRO ME, QUIA ET EGO PRO ILLO PASSURA SUM [8]. Ita enixa eſt puellam, quam ſibi quædam ſoror in filiam educavit.

XVI. Quoniam ergo permiſit, & permittendo voluit Spiritus ſanctus ordinem ipſius muneris conſcribi, etſi indigni ad ſupplementum tantæ gloriæ deſcribendum; tamen quaſi mandatum ſanctiſſimæ Perpetuæ, immo * fidei commiſſum ejus exſequimur [9], unum adjicientes documentum de ipſius conſtantia & animi ſublimitate. * Cum [10] a tribuno caſtigatius eo tractarentur; quia ex * admonitionibus hominum vaniſſimorum verebatur, ne ſubtraherentur de carcere incantationibus aliquibus magicis; in faciem reſpondit Perpetua, & dixit: * *Quid utique non permittis refrigerare * noxiis Nobiliſſimi Cæſaris ſcilicet* [11], *& Natali ejuſdem pugnaturis? Aut † non tua gloria eſt, * ſi pinguiores illo producamur?* Horruit & erubuit Tribunus; & ita juſſit illos * humanius haberi [12], ut fratribus ejus & ceteris facultas fieret introeundi, & refrigerandi cum eis; * jam & [13] ipſo Optione carceris credente.

XVII. Pridie quoque cum illa cœna ultima quam liberam [14] vocant, quantum in ipſis erat, non cœnam liberam, * ſed agapen [15] cœnarent; eadem conſtantia ad populum verba iſta jactabant, comminantes judicium Domini, conteſtantes paſſioni ſuæ [16] felicitatem, irridentes [17] concurrentium curioſitatem, dicente Saturo: *Craſtinus dies ſatis vobis non eſt, quod libenter videtis, quod odiſtis. * Hodie amici, cras inimici. Notate tamen nobis* [18] *facies noſtras diligenter, ut recognoſcatis nos in die illo judicii.* Ita omnes [19] inde attoniti diſcedebant: ex quibus multi crediderunt.

XVIII. Inluxit * dies victoriæ illorum, & * proceſſerunt de carcere in amphitheatrum, * quaſi in cælum, hilares, vultu * decori; ſi forte, gaudio paventes, non timore. Sequebatur Perpetua placido [a] vultu, & pedum inceſſu, ut matrona Chriſti Dei dilecta [20]: vigorem oculorum ſuorum dejiciens ab omnium conſpectu. Item Felicitas ſalvam ſe peperiſſe gaudens ut ad beſtias pugnaret, * a ſanguine, ab obſtetrice ad retiarium, lotura * poſt partum baptiſmo ſecundo. Et cum delati [21] eſſent in portam, & * cogerentur habitum induere; viri quidem ſacerdotum Saturni, feminæ * vero ſacratarum Cereri: * generoſa illa in finem uſque conſtantia repugnavit. Dicebat enim: *Ideo * ad hoc ſponte pervenimus, ne libertas noſtra * abduceretur. Ideo * animas noſtras addiximus* [22], *ne tale aliquid faceremus: hoc vobiſcum pacti ſumus.* Agnovit injuſtitia juſtitiam: conceſſit Tribunus, ut quomodo erant, ſimpliciter inducerentur. Perpetua pſallebat, caput jam Ægyptii calcans. Revocatus, & Saturninus, & Saturus populo ſpectanti comminabantur de hoc. Ut ſub conſpectu Hilariani pervenerunt, geſtu & nutu cœperunt Hilariano dicere: *Tu nos*, inquiunt, *te autem Deus judicabit*. Ad hoc * populus exaſperatus, flagellis * eos vexari pro ordine * venatorum [23] poſtulavit. Et utique illi * gratulati ſunt, quod aliquid & de dominicis paſſionibus [24] eſſent conſecuti.

1. Holſten. *defatigationibus*.
2. Cod. Compend. *Cognoſcere Martyres, ubi odore*.
3. *Holſten.* gladium.
4. *Saliſb.* lucta.
5. Plures ea de re leges laudat Holſtenius in notis ad hunc locum, quem tu conſule. Vide & Baronium in notis ad Martyrol. die 7. Martii.
6. *Holſten.* alios.
7. Cataractæ ſunt fortiores quædam portæ, quæ catenis levantur & demittuntur, ut habentur in urbium aut arcium januis: qui eis deputati erant dicebantur Cataractarii.
8. De præmaturo Felicitatis partu præclara habet Auguſtinus ſermone 281. novæ editionis jam laudato.
9. Nempe ſupra num. x. S. Perpetua dixit: *Ipſius autem muneris actum ſi quis voluerit ſcribat*.
10. Codd. Saliſb. & Compend. *Quia tribuno caſtigante eos & male tractante, quoniam ex admonitionibus*.
11. Iidem codd. *quia natali ejus ſumus pugnaturi*.
12. Id eorumdem codd. ope reſtituimus; nam Holſtenius habebat *manibus hiberi*.
13. *Holſten.* tamen.
14. Qui erant ad beſtias damnati, pridie pugnæ cœnabant lautiſſime, idque palam. Vide Tertullian. Apologet. c. 42.
15. *Agaven cœnare*, familiaris eſt Tertulliano loquendi modus: Uterque tamen cod. mſ. habet *adipem* pro *agapen*. Quid ſit agape nemo neſcit, de qua videri poteſt Albaſpinæus lib. 1. Obſervat. 18.
16. *Cod. Saliſb.* paſſiones ſuas & felicitatem.
17. *Holſten.* irritantes.
18. Cod. Saliſb. *vobis*.
19. *Cod. Saliſb.* multi.
20. Holſten. *Lucido vultu ut matrona Chriſti, ut Dei delicata, vigore oculorum dejiciens omnium conſpectum*.
21. *Holſten.* ducti.
22. Sic ex cod. Saliſb. reſtituimus, quod ex conjectura ſuſpicabatur Holſtenius.
23. Stabant venatores cum flagris per ordinem diſpoſiti: ante quos damnati tranſire coacti, a ſingulis tranſeuntes cædebantur.
24. Dominus quippe flagellis quoque cæſus fuit.

a *Placido vultu — ut matrona*] Holſtenius cum Bolland. *lucido inceſſu, ut matrona*. Et mox: *dejiciens omnium conſpectum*.

XIX. Sed qui dixerat, [a] *Petite & accipietis,* petentibus dedit eum exitum, quem quiſque deſideraverat. Nam ſi quando inter ſe de martyrii ſui voto ſermocinabantur, Saturninus quidem omnibus beſtiis velle ſe objici profitebatur: * ut ſcilicet glorioſiorem geſtaret coronam. Itaque in commiſſione ſpectaculi, ipſe & [1] Revocatus leopardum experti, etiam ſuper pulpitum * ab urſo vexati ſunt. Saturus autem nihil magis quam urſum abominabatur: ſed uno morſu leopardi confici ſe jam præſumebat. Itaque cum aper ſubminiſtraretur, venator potius qui illum aprum ſubminiſtraverat [2], ſubfoſſus ab eadem beſtia, poſt dies muneris obiit. Saturus ſolummodo tractus eſt. Et cum * ad urſum ſubſtrictus eſſet in ponte, urſus * de cavea prodire noluit [3]. Itaque ſecundo Saturus inlæſus revocatur.

XX. Puellis autem * ferociſſimam vaccam, ideoque præter conſuetudinem comparatam [4], diabolus * præparavit: ſexui earum etiam de beſtia æmulatus. Itaque * deſpoliatæ & reticulis * indutæ [5] producebantur. Horruit populus, alteram reſpiciens puellam delicatam, alteram a partu recenti ſtillantibus mammis. Ita revocatæ [6] diſcinguntur. Inducitur prior Perpetua; jactata eſt, & concidit in lumbos: & ut conſpexit [7] tunicam a latere diſciſſam, ad velamentum femorum adduxit, pudoris * potius memor, quam doloris. * Dehinc requiſita, & diſperſos capillos infibulavit: non enim decebat Martyrem diſperſis capillis pati; ne in ſua gloria plangere videretur. Ita ſurrexit; & eliſam Felicitatem cum vidiſſet, acceſſit, & manum ei tradidit, & ſublevavit illam. Et ambæ pariter ſteterunt, & populi duritia devicta revocatæ ſunt in portam Sanevivariam. Illic Perpetua a quodam tunc catechumino, RUSTICO nomine qui ei adhærebat, ſuſcepta, & * quaſi a ſomno expergita (adeo * in ſpiritu & in ecſtaſi fuerat) circumſpicere cœpit, & ſtupentibus omnibus ait: *Quando,* inquit, *producimur ad vaccam illam neſcio* [8]? Et cum audiſſet quod jam evenerat, non prius credidit, niſi quaſdam notas vexationis in corpore & habitu ſuo recognoviſſet, & illum catechuminum [9]. Exinde accerſitum fratrem ſuum, & illum catechuminum allocuta eſt eos, dicens: *In fide ſta*A*te, & invicem omnes diligite; & paſſionibus noſtris ne ſcandalizemini.*

XXI. Idem Saturus in alia porta militem Pudentem [10] exhortabatur dicens: *Adſum* [11] *certe, ſicut promiſi & prædixi; nullam uſque adhuc beſtiam ſenſi. Et nunc de toto corde credas. Ecce prodeo illo, & ab uno morſu leopardi conſumar.* Et ſtatim in fine ſpectaculi, leopardo objectus de uno morſu ejus tanto perfuſus eſt ſanguine, ut populus revertenti illi ſecundi baptiſmatis teſtimonium reclamaverit: Salvum † lotum, ſalvum lotum. Plane utique ſalvus erat, qui hoc ſpectaculo claruerat [12]. Tunc Pudenti militi; *Vale,* in-B quit, *& memor eſto fidei meæ; & hæc te non conturbent, ſed confirment.* Simulque anſulam [13] de digito ejus petiit, & vulneri ſuo merſam reddidit ei, hereditatem pignoris relinquens [14] illi, & memoriam ſanguinis. Exinde jam exanimis proſternitur cum ceteris * ad jugulationem [15] ſolito loco. Et * cum populus illos in medium poſtularet, ut gladio penetrante in eorum corpore * oculos ſuos comites homicidii adjungeret; ultro ſurrexerunt, & ſe quo volebat populus tranſtulerunt: ante jam oſculati invicem, ut martyrium * per ſolemnia pacis conſummarent *. Ceteri quidem immobiles, & cum ſilentio ferrum receperunt: multo magis Saturus: qui & prior C ſcalam aſcenderat, prior reddidit ſpiritum: nam & Perpetuam ſuſtinebat. Perpetua autem, ut aliquid doloris guſtaret, inter coſtas [16] puncta exululavit; & errantem dexteram * tirunculi gladiatoris ipſa * in jugulum ſuum poſuit [17]. Fortaſſe tanta femina aliter non potuiſſet occidi; quia ab immundo ſpiritu timebatur, niſi ipſa voluiſſet †.

O fortiſſimi ac beatiſſimi Martyres! O vere vocati & electi in gloriam Domini noſtri Jeſu Chriſti! quam qui magnificat & honorificat & adorat, utique & hæc non minus veteribus exempla in ædificationem Eccleſiæ legere debet, ut novæ quoque virtutes, unum & eumdem ſemper D Spiritum ſanctum uſque adhuc operari teſtificentur, & omnipotentem Deum Patrem & Filium ejus Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, cui eſt claritas & immenſa poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

[a] Joan. XVI. 24.

1. Hunc locum egregie ex cod. Compend. reſtituimus, qui alias mendoſiſſimus erat, ut conferenti patebit. Nil quippe de Saturnini paſſione habebatur, omiſſione harum vocum, *ipſe &*, & ceteris in ſingulari numero dictis.

2. *Holſt.* apro ſubligaverat.

3. In utroque cod. *Pudens miles de induſtria efferatorum adfirmaſſet portas putris carnibus, magis ne mitteretur efficit, ita ſecundo &c.*

4. *Holſten.* paratam.

5. In utroque cod. mſ. *diſpoliatæ promovebantur.* Porro S. Blandina retibus incluſa, feris etiam objecta fuit, ut vidimus in epiſtola Lugdunenſium ſupra.

6. Holſten. *Revocatæ, & diſcinctis indutæ.*

7. *Holſten.* ubi ſedit.

8. Codd. mſs. *neſcio quam? Ubi erat,* inquit Aug. ſerm. 280. laudato, *quando ad aſperrimam vaccam ſe pugnare non ſenſit?* &c.

9. In codd. mſs. deſunt hæc verba, *& illum Catechuminum.*

10. Apud Holſten. non exprimitur *Pudentis* nomen. Hunc E autem eſſe arbitror qui ſupra cum Martyribus humane egit. *Pudens martyr* colitur III. Kal. Maji in vetuſto Kalendario Carthaginenſi: an iſte? vel Pudens ſenator de quo Paulus Epiſt. 2. ad Timotheum cap. 4. meminit; aut tandem Martyr Alexandrinus de quo Bollandiani hac die agunt.

11. Holſten. *ad ſummum.*

12. *Holſten.* modo laverat.

13. *Cod. Saliſb.* anulum.

14. Quid igitur conqueruntur adverſarii, quod Sanctorum reliquias religioſe aſſervamus? Numquid anulus ille ſanguine martyris tinctus projiciendus erat? Cod. Saliſb. habet: *reddidit ei beatam hereditatem, relinquens ei pignus & memoriam tanti ſanguinis.*

15. Locus ille vulgo vocabatur ſpoliarium, ubi ſcilicet conficiebantur qui ex arena ſemivivi exierant. Ibi tirones athletæ reos conficiebant, ut ſic ad pugnam aſſueſcerent: hinc juvenculus heic S. Perpetuam pupugiſſe dicitur.

16. Holſten. *oſſa compuncta.*

17. *Holſten.* tranſtulit.

Ad Passionem SS. PERPETUÆ & FELICITATIS Notæ postumæ *Lucæ Holstenii*, ex ejus Adversariis excerptæ & digestæ; ut & *Petri Possini* e Soc. Jesu ad easdem Notas Paralipomena.

Notæ Holstenianæ * *asteriscum*, Possinianæ † *crucem præfixam habent*.

Præfatiuncula quam P. Possinus suis *Paralipomenis* præmisit.

QUas *hactenus habes a nobis, Lector, postumas Notas Lucæ Holstenii, partim ex ejus Adversariis, partim e marginibus paginarum, interdum e chartulis sejunctis; unumquodque ad congruentem sibi locum attentione multa referendo, sic expressimus, ut verbulo uno, aut etiam tenus nonnumquam apice designata dilataverimus, quantum opus fuit ad mentem auctoris, omnibus quoad licuit vestigiis indagatam. Ceterum ubi nullum indicium sententiæ ipsius fuit, fingere quæ ad loci declarationem requirebantur, & ipsi suppositilia licenter affingere, fides prohibuit. Quare, quæ necesse fuit a nobis suppleri, heic seorsum nostro nomine damus.*

* PASSIO SS.) In MS. Casinensi nullus apparet titulus: ideoque hactenus curiosos scrutantium oculos elegantissimum hoc sacræ Antiquitatis monumentum subterfugisse existimo. Ego Augustini auctoritate *Passionem* inscripsi; ita enim ipse vocat locis supra relatis in Psal. XLVII. & Serm. III. prout sine dubio tunc in fronte multorum exemplarium hujus Opusculi quæ passim exstabant, legebatur & solebant illic similia scripta sic inscribi, ut intelligimus ex Martyrio S. Cypriani a Pontio Diacono descripto, & aliis id genus. Si quis tamen Græco nomine *Martyrium* appellare malit, habet in hac ipsa narratione unde conjecturam suam fulcire possit.

§. I.

* *In litteris sunt digesta*) Legerem libentius *in litteras*. Sic enim Pontius principio Libri de Passione S. Cypriani: *Operibus ejus ac meritis etiam hæc prærogativa debetur, ut exemplum suum in litteras digeratur*; ubi minus recte editum est, *dirigatur*.

* *Minori deputantur auctoritati*) Sic Tertullianus lib. de Pœnit. cap. 3. *Id peccato deputandum, a quo Deus arcet*. Et mox ibidem: *Quæ delicto deputanda sunt*. Idem lib. de velandis Virginibus: *Sed nolo hunc morem veritati deputare*. Et adversus Hermogenem cap. 11. *Quæ malo deputantur secundum mali statum computantur*. Tum ibid. cap. 13. *Jam nec bona ipsa Deo deputabuntur*. Et cap. 25. *Materia apud Hermogenem in originem & caussam malorum deputatur*. De Idololatria cap. 10. *Necessitas ad excusationem deputatur*. Denique libro primo ad Uxorem cap. 4. *Jam in terris de familia Angelica deputantur*.

* *Novitiora quæque ut novissimiora*) Tantum in his sibi licere Africani voluerunt. Sic apud Tertullianum *extremiora* & *extremissimi* non semel leges. Sic apud Apuleium, *postremissimus*, & *novissimo extremius*. Apud Arnobium, *minimissimus*.

* *Prophetias & visiones novas*) Testatur Irenæus apud Eusebium lib. 5. cap. 7. visiones & prophetias in Ecclesia suo tempore multis fuisse concessas: quod idem de suo docet Dionysius Alexandrinus apud eumdem Eusebium, cujus ex illustri loco lib. 5. cap. 3. ubi de Montano, constat viguisse primis Ecclesiæ temporibus inter Christianos, præter alia charismata, etiam prophetiam: ex quo usu videtur Montanus hæresiarcha fiduciam sumsisse vocandi doctrinam suam, novam prophetiam.

* *Virtutes Spiritus sancti ad instrumentum Ecclesiæ deputamus*) Hic usus vocis *Instrumentum* Africanæ ac Tertullianicæ consuetudinis est. Ita enim Tertullianus lib. de Fuga in persecutione: *Diaboli iniquitatem ad instrumentum persecutionis* esse ait. Idem lib. de Pœnit. *Instrumentum Poenitentiæ, metus*. Lib. de Patientia: *Instrumentum sustinendi, Patientia*. Lib. 2. de cultu feminarum: *Instrumentum Pudicitiæ, gravitas*. Lib. 1. ad Uxorem: *Nobis continentia ad instrumentum æternitatis demonstrata est a Domino*. Lib. de Baptismo agens de aquæ elemento: *Quanta vis ejus aut gratia? quot ingenia, quot officia, quantum instrumentum mundo feret?* Denique Apologetici cap. 17. *Deus totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spiritu um de nihilo expressit*.

* *Omnia donativa administrans in omnibus &c.*) Locus expressus ex Paulo 1. Cor. XII. 4. ubi de Charismatis differit, quæ noster heic *Donativa* vertit, hac quoque in re Tertullianum referens. Is enim lib. 5. adversus Marcionem: *Data dedit filiis hominum, id est donativa, quæ Charismata dicimus*. Et lib. 1. ad Uxorem: *Extendamur in priora, & meliorum donativorum sectatores simus*. Ita enim præstantissima illa editio Nicolai Rigaltii legit. Sic lib. de Resurrect. carnis vertit illud ad Rom. VI. 3. *Stipendia delinquentiæ, mors; donativum autem Dei, vita æterna*: quod ab Imperatorum liberalitate & re militari deductum, nemo est qui ignoret.

* *Sive Martyrum, sive in revelationum dignatione*) Frequentissima apud Tertullianum & Cyprianum, aliosque ejus ævi Africanos Scriptores, *Dignationis* vox pro gratia, quam Deus conferre aut præstare dignatur. Pontius in Vita S. Cypriani: *Finge enim tunc illum Martyrii dignatione translatum*. Ibidem post visionem S. Cypriano in exsilio ostensam, subjungit: *Quid hac revelatione manifestius? quid hac dignatione felicius?* Et infra: *Sed crastinus dies ille, quem ante annum dignatio divina prædixerat*. Ita Cyprianus ipse non semel lib. 4. Epistola 3. 4. & 5. Item libro de Mortalitate, ubi sic legitur: *Non est in tua potestate, sed in Dei dignatione martyrium*. Et serm. 5. de Lapsis: *Corona de Dei dignatione descendit*. Idem alibi Tertullianus de Patientia cap. 11. *Gratulari & gaudere nos decet dignatione divinæ castigationis*. Et de Cultu feminarum cap. 2. *Nam & vobis .... eamdem judicandi dignationem pollicetur*. De Baptismo cap. 18. *Si Philippus tam facile tinxit Eunuchum, recogitemus manifestam & exsertam dignationem Domini intercessisse*. Et mox: *Dei dignatio suas præmittit prærogativas*. Ita eodem lib. cap. 3. Præscriptionum adv. Hær. cap. 34. De Patientia cap. 4. Lib. adv. Judæos cap. 1. &c.

* *Non credentibus in testimonium, credentibus in beneficium, &c.*) Sic Tertullianus de Anima cap. 51. *Ubique Deus potestatis suæ signa proponit; suis in solatium, extraneis in testimonium*.

§. II.

* *Adolescentes Catechumini*) Sic in vetustis membranis Casinensibus scriptum reperi: atque ita in Mombritii Sanctuario passim editum legitur. Neque aliter fortassis eo sæculo proferebant hujusmodi voces. Sic apud Optatum Milevitanum *Filuminus* legitur. Ceterum apposite ad rem nostram Pontius Carthaginiensis diaconus in Vita S. Cypriani: *Majores nostri plebeiis & catechumenis martyrium consecutis, tantum honoris pro martyrii ipsius veneratione dederant, ut de passionibus eorum multa, aut prope dixerim pæne cuncta conscripserint, ut ad nostram quoque notitiam, qui nondum nati fuimus, pervenirent*. Quo loco plebeii accipiendi sunt laici, nullum in Clero ordinem adepti. Sic enim paullo inferius idem Pontius: *Multa sunt quæ adhuc plebeius, multa quæ jam presbyter fecit*. Videtur autem Pontius hæc ipsa, aliaque his similia Acta innuere. Id saltem liquet, Ecclesiam Africanam sedulo in hoc operam dedisse, ut gloriosa sanctorum Martyrum facta ad posteritatis memoriam transirent. Porro non ad extenuandam, sed augendam Martyrum nostrorum gloriam facit, quod fidei Christianæ rudimenta vix dum edocti, & Religionis nostræ tirones, tam strenue concertasse memorantur. Ita Lugdunensis Ecclesia apud Eusebium lib. 5. cap. 1. summopere laudat Maturum νεοφώτιστον μὲν, ἀλλὰ γενναῖον ἀγωνιστὴν. Et lib. 6. cap. 4. ab eodem Eusebio commemorantur Martyres ex Origenis ludo Heraclides & Hieron, ὁ μὲν πρότερος ἔτι κατηχούμενος, ὁ δὲ νεοφώτιστος, *alter adhuc catechumenus, alter recens baptizatus*. Quibus C & Rhais catechumena ibidem accensetur, quam Origenes dicebat baptismum ignis consecutam esse. Sed egregie de Catechumenorum martyrio loquuntur Constitutiones Apostolorum lib. 5. cap. 5. ὁ δὲ ἀξιωθεὶς μαρτυρίου χαιρέτω τὴν ἐν κυρίῳ χαρὰν, κἂν κατηχούμενος ᾖ, ἄλυπος ἀπίτω. τὸ γὰρ πάθος, τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, ἔσται αὐτῷ γνησιώτερον βάπτισμα, ὅτι αὐτὸς μὲν πείρᾳ ἀποθνήσκει τῷ κυρίῳ, οἱ δὲ λοιποὶ τύπῳ. Hoc est: *Qui autem dignatus martyrio est, gaudeat in Domino, & quamvis catechumenus sit, securus abeat; passio enim pro Christo tolerata, erit ei verius Baptisma: quoniam ipse quidem re ipsa moritur Domino, ceteri autem in figura*.

* *Matrona, licet nupta*) Hæc particula, *licet*, videtur innuere circumstantiam matrimonii, præsertim in muliere, augere meritum & pretium martyrii, propter impedimenta quæ hic status peculiaria objicit in tali discrimine. Quare Tertullianus lib. 1. ad Uxorem ait, tempore persecutionum *onera* matrimonii esse *plurimum importuna & fidei periculosa*; *cur enim Dominus de prægnantibus & nutricantibus cecinit, nisi quia filiorum impedimenta*, &c. significans sive in utero, sive in ulnis mulieres prolem habeant, multum ejus caritate retardari a necessaria tali tempore alacritate offerendi se ad mortem. Quare quod hæ duæ sanctæ mulieres, Perpetua & Felicitas, altera in alvo, altera in uberibus, filios haberent, magis heroicam utriusque fortitudinem arguit: quæ forte caussa fuerit, ut cum eadem occasione Revocatus, Secundulus, &c. martyrium consummarint; Ecclesia tamen solarum Perpetuæ ac Felicitatis memoriam peculiari honore professa sit. Sed ut ad Tertullianum revertamur, pergit is ibidem obstaculorum respectu, quæ mulieribus matrimonium in occasione martyrii objicit, uxorem dehortari a secundis nuptiis post suum excessum; eo quod, ut ait, *Vidua ad quamcumque pressuram persecutionemque perferendam magis expeditæ sint; nulla in utero, nulla in uberibus æstuante sarcina nuptiarum*. Quare quæ tot retinaculis abruptis, liberæ & expeditæ per calcatam patris, viri, prolis caritatem, ad Crucis tropæum cucurrerunt, haud A paullo laudabilius heroicæ fortitudinis exemplum præbuisse visæ sunt. Quæri heic potest, cur viri Perpetuæ mentio in his Actis nulla sit? an quod is Christianus erat, ut ex paullo inferius scriptis ab ipsa Perpetua recte videtur colligi? an quod muliere gravioris criminis comperta, dissolutum tunc matrimonium censebatur? ut innui videtur lege 5. ff. de bonis damnatorum.

* *Infantem ad ubera*) Infans ad ubera eadem ratione dicitur, ut servus ad limina, puer ad manum, ad pedes &c. Ii Latinis *Sububeres* vocantur. Glossæ Isidori: Sububeres, infantes qui adhuc sunt sub ubere. Græcis ὑποτίτθια: ut LXX. Oseæ cap. 14. 1. quæ Joeli cap. 11. 16. νήπια θηλάζοντα μαστοὺς, *parvuli* B *sugentes ubera*. Aliis ὑπομάζια, vel ὑπομάστια, & ἐπιμάζια vocantur. Ita equas ὑποπώλους vocabant Græci, αἷς πῶλοι ὑπῆσαν, *quibus pulli suberant*, ut ait Homerus Ιλ. λ.

§. III.

* *Cum adhuc cum persecutoribus essem, &c.*) Quomodo non erat cum persecutoribus hæc scribens S. Perpetua, quæ tum maxime ab iis custodiebatur in carcere? An dicemus significare voluisse mutationem, quæ in ipsa contigit, quam paullo post exprimit his verbis: *Recipimur in carcerem, & expavi, quia numquam experta eram tales tenebras. O diem asperum! æstus validus turbarum beneficio, concussuræ militum*, &c? Sed talem angorem aliquamdiu pro naturæ debi- C litate passa, deinde affluxu gratiæ uberioris, *statim* (inquit ipsa) *convalui, & relevata sum a labore, & factus est mihi carcer subito prætorium, ut ibi esse mallem quam alicubi, &c.* Quo videri potest pertinere Tertulliani locus ex libro ad Martyres: ubi conversationem sæculi & carceris comparans, inter cetera multa hujus commoda, etiam hæc ponit: *Vacas a scandalis & tentationibus, a recordationibus malis, jam & a persecutione. Hoc præstat carcer Christiano, quod eremus Prophetis. Auferamus carceris nomen; secessum vocemus*.

* *Et dejicere pro sua affectione perseveraret, &c.*) Dejiciendi vox a pugilibus & palæstra translata, frequentissima est apud Scriptores Christianos in sensu tentandi & pervertendi. Ut Tertullianum omittam, D unum apponam exemplum e Cassiano de spiritu vanæ gloriæ cap. 7. *Quem non poterit per honorem dejicere, humilitate supplantat*.

* *Sic & ego aliud me dicere non possum, nisi quod sum Christiana*) Proborum est enim ac veracium, ut est in Græco senario τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγειν. Merito queritur Tertullianus in Apologetico de Gentilibus, quod Christianos, id quod erant confitentes, torquerent, cum negantes id quod sunt, torqueri legibus soleant. Quo alludere videtur Eusebius lib. 5. cap. 1. his verbis: ἀλλ' οἱ μὲν ὁμολογοῦντες, ὅπερ ἦσαν, συνεκλείοντο, ὡς Χριστιανοί. *Atque hi quidem confitentes quod erant, in carcerem conjiciebantur tamquam Christiani*.

E * *Sed vexavit tantum*) Vexandi verbum hoc loco usurpatur in sensu leniori, pro impulsu violento citra læsionem gravem, cum tamen alias plerumque, ut observat Asconius Pædianus ad II. Verrinam, *ingentis calamitatis usum significet*; quod etiam Virgilii auctoritate confirmat, qui Scyllam scripsit, *Dulichias vexasse rates*: tamen, quod ad hunc nostrum locum proprie facit, *vexandi* verbum, ut ait Gellius lib. 2. cap. 6. leve est ac parvi incommodi, nec tantæ atrocitati congruit, quanta homines repente a bellua immanissima raptantur & laniantur. Quare Poetam illic proprie ac signate locutum contendit, de jactatione na-

vium citra naufragium. *Nam qui fertur & raptatur*, ait, *atque huc atque illuc distrahitur, is vexari proprie dicitur*. Atque ita hoc loco S. Perpetuam ab irato patre pugnis calcibusque contusam raptatamque intelligo. Tertullianus vulnera quoque ad vexationem refert, dum lib. de Patientia cap. 3. *Malchum*, ait, *a Petro vexatum*; quem utique gladio vulneraverat. Et ad Scapulam cap. ult. *Christianum nomen vexari* dixit, cum gravissima persecutione premeretur.

* *Est victus cum argumentis diaboli*) Sic Antonius in vita S. Simeonis Stylitæ cap. 6. *Cum signum crucis fecisset* (antequam in currum a dæmone sibi oblatum pedem inferret) *continuo diabolus nusquam comparuit, cum argumento suo evanuit, &c.* Et Anastasius Bibliothecarius in Benedicto III. *Carnem vicit ac mundi principem, & omnia ejus argumenta nequissima.*

* *Quod caruissem patre, Domino gratias egi*, &c.) Pontius in vita S. Cypriani: *Nobis patria, minus cara & commune nomen est, qui parentes ipsos, si contra Dominum suaserint, abhorremus.*

* *Et refrigeravit absentia illius*) Explicat quod Græce diceretur ἀνέπαυσε, vel διανέπαυσε, hoc est, requiem dedit, juvit, consolationem attulit. Quod legitur apud Eusebium Histor. Ecclesf. lib. 8. cap. 10.

* *Et mibi spiritus dictavit non aliud petendum ab aqua, nisi sufferentiam carnis.*) Sanctus nimirum Spiritus baptizatos incitat ad petendam martyrii gratiam. Dictus ideo a Tertulliano lib. de Fuga in Persecut. in fine: *Paracletus exhortator tolerantiarum.* Porro in hujus loci sententiam egregie Cyprianus Epist. ad Martyres designatos: *Nec quidquam nunc versatur in cordibus & mentibus vestris, nisi divina præcepta & mandata cælestia, quibus vos ad tolerantiam passionis Spiritus sanctus semper animavit.* Quod dicit *ab aqua*, intelligit post perceptum baptisma, sive post aquæ salutaris lavacrum. Ita non semel Tertullianus lib. de Pœnit. *Si ab aquis peccare desistimus.* Et lib. de Bapt. *Ergo & nos, dicet aliquis, a lavacro potius jejunare oportet.* Mox: *Deinde Dominus post aquam segregatus in desertum.* Sic lib. 1. ad Uxorem: *Quot enim sunt qui statim a lavacro carnem suam obsignant?* Et de Exhort. Castit. *Secunda Virginitas a secunda nativitate, id est a lavacro.* Idem quoque Tertullianus, baptisma simplici aquæ nomine sæpius appellat, ut principio libri de Baptismo: *Felix sacramentum, aquæ nostræ.* Sed in ipsis quoque Scripturis SS. quotiescumque aqua sola nominatur, baptisma prædicari, prolixe docet S. Cyprianus Epist. 63. Ceterum hoc plane insigni S. Perpetuæ exemplo, mirum in modum confirmatur virtus baptismi contra novos sectarios. Per ultima illa verba, *nisi sufferentiam carnis*, significat S. Perpetua edoctam se a Spiritu quem in baptismo accepit, intellexisse quam necessaria foret, non solum animi, sed etiam corporis patientia. Qua de re præclare Tertullianus lib. de Patientia cap. 13. ubi cum eatenus egisset de Patientia *tantum in animo constituta*, addit: *eamdem etiam in corpore demerendo Domino multipliciter allaborare, utpote quæ ab ipso Domino in corporis quoque virtute edita sit. Siquidem*, addit, *rector animus facile communicat spiritus invecta cum habitaculo suo.* Et paullo post: *quod de virtute animi venit, in carne perficitur. Carnis patientia in persecutionibus denique præliatur. Si fuga urgeat, incommoda fuga caro militat: si & carcer præmat, caro in vinculis, caro in ligno, caro in solo, & in illa paupertate lucis, & in illa penuria mundi; cum vero producitur ad experimentum felicitatis, ad occasionem secundæ intinctionis, ad ipsum divinæ sedis ascensum, nulla plus illic quam patientia corporis. Si spiritus promtus, & caro sine patientia infirma; ubi salus spiritus, & carnis ipsius? At cum hoc Dominus de carne dicit, infirmam pronuntians,*

A *quid ei firmandæ opus sit ostendit: patientia scilicet, adversus omnem subvertendæ fidei vel puniendæ paraturam; ut verbera, ut ignem, ut crucem, bestias, gladium constantissime toleret.* Sola enim patientia, ut inferius cap. 15. subjungit, *martyria consummat*. Magistrum sequitur Cyprianus, qui eodem sensu verbis diversis: *Non alia magis quam patientiæ solatia iis subvenire*, ait, *quibus in persecutionum certamine patrimonia relinquenda sunt, subeundus carcer, portandæ catenæ, animæ impendendæ; gladius, bestiæ, ignes, cruces, omnia denique tormentorum ac pœnarum genera, fide & virtute patientiæ perferenda.*

* *Recipimur in carcerem*) Gesta purgationis Cæciliani & Felicis pag. 279. *recipiatur in carcerem*. Ita Passio
B SS. Dativi, Saturnini &c. pag. 290. *Martyres Christi exoptatus carcer recepit.* Ulpianus leg. 1. ff. De custodia reorum: *De custodia reorum Proconsul æstimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fidejussoribus committenda, vel etiam sibi. Hoc autem vel pro criminis quod objicitur qualitate, vel propter honorem aut amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate ejus qui accusatur, facere solet.* Hæc ibi; ad quam legem eruditissime de custodiarum diversitate scripsit Rævardus Var. Lect. l. 3. cap. 12.

* *Et expavi* &c.) Vides ut ad carceris horrorem expaverit constantissima Martyr, quæ sententiam Proconsulis, & mortem ipsam, non solum forti & intrepi-
C do, sed hilari quoque animo paullo post excepit. Unde apparet carceris molestias, præexercitamenta futuri martyrii fuisse, & , ut Eusebii voce utar, προκαταικίσματα, quæ corpus & animum malorum usu ac consuetudine ad suppliciorum mortisque patientiam solidarent.

* *Tales tenebras*) Tertullianus lib. ad Martyres cap. 2. *Habet tenebras carcer, sed lumen estis ipsi. Habet vincula, sed vos soluti Deo estis. Triste illic expirat, sed vos odor estis suavitatis.* Quod imitatus B. Cyprianus epist. 81. *O beatum*, inquit, *carcerem, quem illustravit vestra præsentia! O tenebras lucidiores sole ipso, & luce hac mundi clariores!* Tertullianus lib. de Resurrect. carn. cap. 8. *Age jam quid de ea* (nempe carne) *sentis, cum in*
D *carceribus maceratur, teterrimo lucis exsilio, penuria mundi, squalore, pædore, contumelia victus: ne somno quidem libera, quippe ipsis etiam cubilibus vincta, ipsisque stramentis lancinata.* Libanii plane insignis locus est in Orat. de Custodia reorum, nuper in lucem prolata, quo Commentariensium improbitatem & avaritiam describit, qui magno pretio vix unum lychnum concedebant. Ejus verba paullo post commodius proferentur.

* *Æstus validus*) Oritur æstus ille ex loci angustia & hominum turba, quo multos in carcere suffocari queritur Libanius Orat. quam modo dixi: idque Magistratuum negligentia. Adscribam locum ejus ex pag. 68. leviter a me correctum & ex auctoris mente conversum: ὅταν ὖν ὗτοι πέμπωσιν ἐπὶ τὰ δεσμωτήρια φάλαγγας, ἐῤῥῶσθαι δὲ φράσαντες τοῖς περὶ ἐκεῖνα νόμοις, ἐπ' ἄλλοις διατρίβωσιν, ὡς δὴ φιλάνθρωποι δόξοντες εἶναι, τίς ὖκ ἂν ἀποπνιγείη;
E Hoc est: *Cum ergo Magistratus isti turmas hominum in vincula mittant, atque interim legibus quæ ea de re latæ sunt, valere jussis, circa alia versentur negotia, quo populares videantur; quis non suffocetur?* Lucianus quoque confessor apud Cyprianum ep. 22. easdem carceris molestias his verbis obiter itidem restitutis, describit: *Jussi sumus secundum præceptum Imperatoris, fame & siti enecari: & reclusi sumus in duabus cellis, ita ut nos afficerent fame & siti. Sed & ignis, ab opere pressuræ nostræ tam intolerabilis erat, quam nemo portare posset.* Hæc ibi; ubi videtur ignis dici quem S. Perpetua æstum vocat. Ex his intelligitur non minimam aut

poſtremam diaboli machinam adverſus Martyres fuiſſe carcerum ærumnas; id quod Gallicanæ Eccleſiæ agnoſcunt apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 5. cap. 1. his verbis: τὰς κατὰ τὴν εἱρκτὴν ἐν τῷ σκότει καὶ τῷ χαλεπωτάτῳ χωρίῳ συγκλείσεις, ὥστε ἀποπνιγῆναι τοὺς πλείστους τῇ εἱρκτῇ. Hoc eſt: *Conſtipationes in tenebroſo & ærumnoſiſſimo loco tales, ut plerique ſuffocarentur.*

* *Turbarum beneficio*) Hoc eſt, *propter turbas*, vel *multitudinem hominum*. Græciſmus merus, τοῦ ὄχλου χάριν. ita mox: *Mei beneficio*, hoc eſt, *mei cauſſa*, vel *propter me*.

* *Concuſſuræ militum*) Videtur ſignificare impulſus feros contrudentium reos militum, quos ὠθισμὸν Procopius vocat Hiſt. arcanæ pag. ult. Nota autem militum barbara feritas in vinctos, etiam S. Ignatii teſtimonio; qui propterea Leopardos eos vocat, & beneficio efferari ſcribit ad Romanos. Porro iis non ſolum cuſtodiæ merces ſolvebatur, ſed ultro offerebantur dona, ut mitius leniuſque agerent cum vinctis, quæ mercedis extortæ loco eſſent. Ita Conſtit. Apoſtolorum lib. 5. cap. 1. eleemoſynas deſignatis Martyribus ſubmittere jubent, & ad victum ipſorum, & ad ſolvendum mercedem militibus, ut allevent ſua opera, curentque vinctos, hoc eſt, ſævitiam in eos ſolitam remittant, ἵνα, ὅσον ἐφ' ὑμῖν, μὴ θλίβηται ὁ μακάριος ἀδελφὸς ὑμῶν: *ut quantum in vobis eſt, non concutiatur beatus frater veſter*: hoc eſt, ad vexationem & concuſſuram redimendam. θλίψις enim hoc loco, eſt *concuſſura*.

* *Noviſſime macerabar ſolicitudine infantis*) Elegans admodum & nativa materni affectus expreſſio; cujus exemplo Deus ipſe in ſua erga nos pietate conteſtanda utitur.

* *Benedicti Diacones*) εὐφημισμὸς affectum aut venerationem erga perſonam, cujus fit mentio, exprimens. Notior hodie linguæ Italicæ vulgari quam communi Latinæ: derivatum in Africanam Latinitatem forte e Syriaco aut Hebræo ſermone, quo priſci Tyrii ac Pœni Carthaginis coloni, aut non multum diverſo utebantur. Syrorum enim ac Hebræorum eſt *Benedicti* adjunctum ad Dei præſertim mentionem apponere, ut habes Marci XIII. 61. & ſæpius in aliis ſcripturis. Sed & ad compellationem bonorum hominum; *Benedicti vos a Domino*, Pſalm. 123. 15. Et alibi non raro. Tertullianus ipſo principio libri ad Martyres deſignatos: *Benedicti Martyres*. Mox: *in primis ergo benedicti nolite contriſtare Spiritum ſanctum*. Et cap. 2. *quo vos benedicti de carcere in cuſtodiam ſi forte translatos exiſtimatis*. Ibid. *Sic nunc benedicti, carcer etiam Chriſtianis moleſtus*. Et mox capite 3. & de Cultu Feminarum libro 2. feminas Chriſtianas *Benedictas* appellat. Et libro Præſcript. *Sub epiſcopatu Eleutherii benedicti*. Et libro de Exhort. Caſt. *Benedicti Patriarchæ*. Ita Lucianus Confeſſor apud Cyprianum Epiſt. 22. *Cum benedictus Martyr Paullus adhuc in corpore eſſet*. Et Clerus Romanus apud eumdem Epiſt. 3. *Didicimus benedictum Papam Cyprianum ſeceſſiſſe*.

* *Qui nobis miniſtrabant*) Magnam curam ſemper geſſit Eccleſia eorum, qui vincti tenebantur; præſertim ob Chriſti confeſſionem, quorum miniſterio & obſequiis olim dicati fuere Diaconi. Hi alimenta ipſis miniſtrabant, & unde militum ſævitiam lenirent, ut paullo ſuperius ex Conſtit. Apoſt. retulimus. Hi conſilio aderant, exhortabantur, conſolabantur. Cypr. ep. 11. *Semper ſub anteceſſoribus noſtris factum eſt, ut Diaconi ad carcerem commeantes, Martyrum deſideria conſiliis ſuis & Scripturarum præceptis gubernarent*. Denique ut boni Angeli commendatis ſibi hominibus, ſic illi Confeſſoribus, opera, officio, ſedulitate præſto erant. Unde illud Ignatii Epiſt. ad Trallianos: *Quid Diaconi? quam imitatores Angelicarum virtutum?* Vide Concil. Carthaginienſe 4. cap. 43. Concilium quoque Aurelianenſe quintum Canone 20. Archidiacono vel Præpoſito Eccleſiæ carceris viſitandi officium injungit: Epiſcopo autem, ut vinctorum neceſſitatem miſericorditer ſublevet, competentem eis victum de domo Eccleſiæ attribuendo.

* *Conſtituerunt præmio*) Hunc enim in uſum, & Eccleſiæ publice, & ſinguli Fideles de opibus ſuis erogabant, ut Confeſſoribus & Martyribus in carcere alimenta ceteraque vitæ ſubſidia ac neceſſaria refrigeria ſuppeditarentur: aut ubi opus eſſet, a cuſtodum iniquitate largitionibus exprimerentur, ne miſeriis victi ante ipſum certamen deficerent: prout ex Tertulliano lib. ad Martyres, & ex S. Cypriani Epiſt. 5. & 6. aliiſque videre eſt. Romanæ autem Eccleſiæ peculiarem hac in re ſolicitudinem ac πατροπαράδοτον *pietatem* a Dionyſio Corinthio vetuſtiſſimo Scriptore jam olim laudatam, ad ſua uſque tempora conſtanter perduraſſe teſtatur Euſebius, ut omnium per orbem terrarum Martyrum & pro Chriſti nomine afflictorum curam gereret, iiſque vitæ ſubſidia ſubminiſtraret. Neque fruſtra ſanctiſſima Martyr præmio hoc conſtitutum, hoc eſt pretio emtum ſcribit, ut paucis horis ex arcto ergaſtulo emitterentur, quod carceribus præfecti, utpote quibus *ſupplicium vectigal erat* juxta Manilium libro 5. non niſi pretio corrupti, cuſtodias laxius habere ſoleant. Quos coercet Lex VIII. ff. de Cuſtodia reorum. Ludit eleganter in deſcribenda horum Cuſtodum immanitate Manilius modo laudatus, ab illo verſu:

Quiſquis in Andromedæ ſurgentis tempore ponto,
Naſcitur, &c.

Quem locum ex Ciceronis Verrina V. videtur expreſſiſſe, ubi ſic legitur: *Patres hi, quos videtis, jacebant in limine, matreſque miſeræ pernoctabant ad oſtium carceris, ab extremo complexu liberorum excluſæ, quæ nihil aliud orabant, niſi ut filiorum extremum ſpiritum excipere ſibi liceret. Aderat janitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorque ſociorum & civium lictor Seſtius, cui ex omni gemitu doloreque certa merces comparabatur: ut adeas, tantum dabis: ut cibum tibi intro ferre liceat, tantum: nemo recuſabat*, &c. Porro mulieres præſertim Chriſtianæ huic operi miſericordiæ ſeſe impendebant; quales non dubito quin Libanius innuerit Orat. jam citata, ubi janitorum & cuſtodum carceris avariſſimam crudelitatem deteſtans, refert; vix exiguum lumen ut habere miſeris liceret, magno pretio ab ipſis emi ſolitum: tum ſi quis reorum ſumtum ſibi deeſſe excuſaret, huic male mulctato regerebant: διὰ τί οὐ καλεῖς διὰ τῶνδε τῶν ἐξιόντων γυναῖκα δεῦρο τῶν ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ φιλοτιμουμένων· εἶτ' αὐτῆς πρὸς τὰ γόνατα προσπεσὼν, πείθεις προσαιτοῦσαν ἄγειν τί σοι; *Cur per eos qui hinc egrediuntur non vocas huc mulierem aliquam ex iis, quæ humanitatis officiis dant operam; ad cujus genua provolutus, impetres ut ſtipem aliquam corrogatam tibi afferat?*

* *Ut paucis horis emiſſi in meliorem locum carceris, refrigeraremus*) Fuerant ergo conjecti in carcerem interiorem, ut vocatur Actor. cap. 16. Porro quod heic beneficii loco a præfecto cuſtodiæ, præmio definito, impetratum eſt, id poſtea a Conſtantio Aug. conſtitutum Leg. 1. Cod. de Cuſtodia reorum, ubi ſic legitur: *Nec vero ſedis intimæ tenebras pati debebit incluſus, ſed uſurpata luce vegetari ac ſublevari; & ubi nox geminaverit cuſtodiam, in veſtibulis carcerum & ſalubribus locis recipi: ac revertente iterum die, ad primum ſolis ortum illico ad publicum lumen reduci, ne pœnis carceris perimatur: quod innocentibus miſerum, noxiis non ſatis ſeverum eſſe dignoſcitur*. Qua conſtitutione

mitigatum videtur Antonini Pii rescriptum, qui gravioris sceleris reos, ipsam carceris pœnam, ante supplicium sustinere voluit. Libro 3. ff. de Custod. reorum. Quod addit *refrigeraremus*, præter id quod superius dictum est, videtur exprimere Græcum verbum *ἀναψυχεῖν*, etsi Lexicon vetus *refrigerare* reddat *ἀγαλλιᾶσθαι*.

* *Jam inedia defectum*) Id est ferme ad mortem redactum. Tertullianus libro 2. ad Nationes: *Cur non magis dea quæ magis pia, illa filia patris in carcere fame defecti uberibus suis educatrix?* Ita etiam Seneca, & Phædrus loquuntur, cujus locum viro docto suspectum esse miror, cum innumeris aliis passim occursuris auctorum classicorum testimoniis comprobari possit. Unde apparet quam eleganter vulgatus interpres Ecclesiastici capite 41. 4. Græcam vocem *ἐσχατογήρῳ* Latine interpretatus sit *defecto ætate*. Addo ad cumulum, locum ex gestis Purgationis Cæciliani: *Cum audirem, mente defectus sum*. Et Svetonii Tranq. libro de Illustribus Grammaticis de Opilio Care: *Cum jam non gressu modo deficeretur, sed & visu*.

* *Factus est mihi carcer prætorium*) Hoc est, non modo carceris incommoda non me amplius conturbabant, sed & iis gaudebam, tamquam in splendidis & commodis ædibus degerem. Prætorium proprie erat Palatium publicum, in quo Proconsul jus dicebat, ut ex Pontio quoque Diacono intelligitur: neque aliter accipitur in historia Dominicæ Passionis. Ideo, quoniam fere ceteras privatorum ædes structuræ elegantia & ornatus splendore superabat, quævis palatia ædesque magnifice instructæ, utcumque privatorum & ruri ædificatæ, prætoria dicebantur. Martialis:

Ad lapidem Torquatus habet prætoria quartum.

Ceterum ad sententiam hujus loci facere videtur, quod scribit Tertullianus his verbis: *Christianus extra carcerem sæculo renuntiavit, in carcere autem etiam carceri*. Dum scilicet animus divina gratia roboratus, incommoda ejus & molestias aut non sentit, aut negligit, & constantia vincit.

§. IV.

* *Jam in magna dignatione es*) Quippe quam *illustravat jam gloriosis initiis divina dignatio*, ut ait sanctus Cyprianus Epistola 5. de Confessoribus in carcere constitutis. De dignationis voce superius dictum. Heic unum Tertulliani locum insignem ac plane opportunum addo. Is lib. 1. ad Uxor. cap. 4. adhibens exemplum sororum, quæ nuptiis sanctitatem anteponunt, addit: *Malunt enim Deo nubere; Deo speciosæ, Deo sunt puellæ: cum illo vivunt, cum illo sermocinantur: illum diebus & noctibus tractant: orationes suas, velut dotes, Domino assignant: ab eodem dignationem, velut munera dotalia, quotiescumque desiderant, consequuntur*. In ejusmodi statum progressam, carceris patientia, sororem frater existimans, ab ea contendit, ut a Deo sibi revelari postulet, quid futurum sit: certus eam exauditum iri. Hæc sententia illorum verborum est, *ut postulem visionem*, &c.

* *An passio sit, an commeatus*) Ut multæ aliæ voces ex castrensi disciplina ad sacram Christi militiam traductæ, ita & *commeatus* vocabulum. Est autem auctore Festo: *Tempus quo iri, redirique possit*, ab Imperatore militibus dari consuetum. Unde Apulejus lib. 11. *Amatoriæ militiæ brevem commeatum indulsit*. Et in Codice: Milites *datis commeatibus*, vel *per commeatus* dimitti dicuntur, & hoc modo dimissi *Commeatales* vocantur. Ita Hesychius *Κομίατον* esse ait *ἐξαίτησιν λαμβάνειν τοῦ ἀφεθῆναι*. Hoc est: *petitam libere abeundi licentiam accipere*. Et in Glossis: *Commeatus*, *ἐξουσία* quasi discedendi atque eundi, quo velis, facultas. Ita L. 3. ff. de pœnis: *Nemo potest commeatum remeatumve dare exsuli, nisi Imperator ex aliqua caussa*. Hæsit hæc vox in lingua Italica vulgari usque ad hodiernum usum, nisi quod, ultra rem militarem, extenditur ad omnem cujusvis a quovis abeundi facultatem. Porro a Christianis illorum temporum hæc vox eo translata reperitur, ut liberationem a vitæ periculo designet; sive id periculum ex morbo immineat, sive ex Judicis sententia. De morbo quidem habemus insignem locum apud Palladium in Lausiacis cap. 86. ubi Melania Evagrio lethaliter ægrotanti impetrat a Deo *καιρὸν κομιάτου, καὶ προθεσμίαν ζωῆς*, hoc est *vitæ prorogationem*. Quo eodem sensu apud Cyprianum legitur in Serm. de Mortalitate: *Commeatum sibi precari*, hoc est, liberationem a periculo pestis. Ita Paullinus in Vita S. Ambrosii Stiliconem nobiles viros ad Ambrosium ægrotantem misisse scribit, qui *persuaderent illi, ut sibi vivendi peteret a Domino commeatum*. Sed hoc nostro loco, *Commeatus* verbo significatur, evasio periculi a persecutore imminentis; ut patet ex eo quod opponitur passioni, hoc est morti pro Christo, quo modo Cyprianus Epist. 9. martyrio, sive victoriæ consummationi, commeatum opposuit. Et Epist. 52. quando pax a persecutoribus datur, commeatum a Deo dari ait.

* *Quæ me sciebam fabulari cum Domino*) Hoc est, locum gratiæ peculiarem apud Deum habere, qualem qui Principibus familiares sunt, & singulariter cari apud eos obtinent, ut eos alloqui, cum volunt, possint: quare qui, ut aliquando fit, falso gloriantur, fabulas Principis vendere dicuntur a Misitheo in Epist. ad Gordianum apud Capitolinum: *Qui quasi conscii arcanorum consiliorum & familiarium sermonum Principis arbitri, fucum aliis faciunt, fumumque vendunt*.

* *Et ostensum est mihi hoc*) Ita paullo ante: *Et ostendatur tibi*. Sic etiam Tertullianus & Cyprianus de visis divinitus oblatis loquuntur. Quod etiam non semel legitur in Apocalypsi. Utiliter porro vulgari oblatas singulis visiones, docet Tertullianus lib. de Idololatria cap. 15. his verbis: *Nec tutum est subtrahere, quodcumque uni fuerit ostensum*.

* *Omne genus ferramentorum*) Glossæ: Ferramenta *ἐργαλεῖα σιδηρᾶ* exponunt. Sed proprie Ferramenta sunt arma ad nocendum apta, vel quæcumque aciem aut acumen habent. Ita Cethegus apud Ciceronem in Catilinariis, de gladiis & sicis apud se deprehensis, respondit: *Se semper bonorum ferramentorum studiosum esse*. Et Leg. 18. de instruct. Legat. *Ferramenta laniandæ carnis caussa præparata* in lanionis instrumento numerantur.

* *Hami*) In Glossario veteri inter æramenta recensetur hamus, *ἄγκιστρος*; sed cum hic inter ferramenta & martyrii instrumenta ponatur, pro unco accipere malim, quo Sanctorum corpora excarnificata, vel suspensa, in fluvium aut cloacas pertracta legimus. Unci enim isti hamis piscariis figura sunt similes, licet dispares magnitudine: unde & nomen commune utrisque manserit, nisi potius *amæ* heic legendum, quarum post Plinium Juniorem lib. 10. Epistolarum, & Juvenal. Satira 14. meminit Lex 3. ff. de officio Præfecti vigilum, his verbis: *Sciendum est Præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calceatum cum amis & dolabris*. Erant autem *amæ* illæ, ut vox ipsa indicat, falces, sed grandiores, seu ferramenta recurva, longissimis contis suffixa: qualia incendii compescendi aut extinguendi caussa, etiam nunc Germaniæ Galliæque civitates passim in publicis locis parata habent, easque cum dolabris IC. hoc loco jungit. Quibus milites ad vallum aut murum subruendum olim usos ex Livio constat.

Lex autem 12. ff. de instruct. Leg. *amas* & *harpagones* conjungit: quemadmodum Vegetius lib. 5. *Falces & harpagones*. Unde Nonius cap. 18. *Falces & barpagæ, armorum genera, murorum expugnationi apta*. Et Cicero pro Milone: *Cum falcibus ad Castoris, cum gladiis toto foro volitant*.

* *Insidias præstabat*) Hoc est tendebat, struebat, aut moliebatur. Sic Cyprianus de habitu Virginum dixit: *præstare vitiis illecebram*. Et hujus generis locutiones Tertulliano sunt frequentissimæ; ut lib. 4. contra Marcionem cap. 35. *Veniam præstare fratri & non petenti*. Lib. ad Scapulam cap. 2. *Salutem præstare Imperatori*. Apolog. cap. 46. *Veritatem ex fide præstare*. De Pœnit. cap. 3. *Justitiam Deo præstare*. Et cap. 11. *Castigationem victus atque cultus offenso Domino præstare*. Lib. de Virgin. vel. cap. 13. *Continentiam soli Deo præstare*. Et ut alia hujus generis prætaream, lib. contra Judæos cap. 9. insignis est locus in explicatione oraculi prophetici Isaiæ cap. 7. *Non pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat certamen*. Ubi LXX. habent, παρέχειν ἀγῶνα, quod Cyprianus ad verbum vertit, *præstare agonem*, Epist. 9. & lib. 2. contra Judæos. Minucius quoque Felix in Octav. *Nos pudorem non facie, sed mente præstamus*. Et Greg. PP. lib. 2. Epistolar. Epist. 4. *Nihil tardidatis præstantes*. His addo Rufinum lib. 5. Hist. Eccles. cap. 2. *Post aliquot dies, cum nullam sepeliendi gratiam præstitissent, incensa ossa martyrum*. Et lib. 6. cap. 29. *Interitum præstare*. Et sic vulgatus noster Actor. 24. & 25. vertit, *gratiam præstare*, quod in Græco legitur, χάριτας καταθέσθαι.

* *Cum adducti sumus*) Tertullianus lib. de Patient. cap. 3. *Cum traditur, cum adducitur ut pecus ad victimam*, &c.

* *Perpetua sustineo te*) Quod Græce diceretur ἐπέχω, ὑπομένω σε, *exspecto te*. Ita vulgatus Scripturæ interpres, Tobiæ 5. 9. illa verba ὑπόμεινόν με, καὶ ἐρῶ τῷ πατρὶ, vertit: *Sustine me obsecro, donec & ipsa nuntiem patri meo*. Et Matth. 26. 38. μείνατε ὧδε, *Sustinete heic*. Actor. 20. 5. ἔμενον ἡμᾶς ἐν Τρωάδι. *Sustinuerunt nos Troade*. Et similiter alibi: nec aliter Tertullianus Apolog. cap. 35. *Cui opus est perscrutari super Cæsaris salute, nisi a quo aliquid post illam speratur & sustinetur?* Lib. de Pœnit. cap. 6. *Veniam delictorum sustinere*. Et adv. Judæos cap. 6. *Novæ legis lator, si jam venit, serviendum est illi: si necdum venit, sustinendus est*. Et ad Martyres cap. 2. *Mundus judicia non Proconsulis, sed Dei sustinet*. Ita quoque in Cleri Romani ad Cyprianum Epist. 31. *Quamquam nobis placeat Ecclesiæ pacem sustinendam*. Et sub finem ejusdem Epist. *Interea dum Episcopus dari a Deo nobis sustinetur*. Acta etiam Passionis S. Cypriani: *Cum se dalmatica exspoliasset, in linea stetit, & cœpit spiculatorem sustinere*, &c. Eodemque modo noster infra: *Nam & Perpetua sustinebat*. Quibus verbis ad hunc locum alludit. *Sustinere pœnam* pro *differre*, dixit Ulpianus L. 6. ff. de Pœnis.

* *Non me nocebit*) Ita Tertullianus de Exhort. Cast. *Puto nobis non magis licere nascentem nocere, quam natum*. Et Plautus in Milite: *Jura te non nociturum esse hominem*.

* *De sub ipsa scala*) Sic in Actis S. Clementis PP. *De sub cujus pede &c.* Et in fragmentis Gromaticis Latini Togati: *Terminus sive petra naturalis, si ungulam pecoris bifurcam habuerit, de sub saxo egredientem aquam significat, &c.* Utitur simili locutione & Innocentius de notis litterarum, ut Rigaltius in Glossis agrimensoriis jam pridem observavit. Sed & apud alios probos auctores hæc geminatio præpositionum usitata reperitur: ut *de insuper*, & *de versus*, apud Sallustium & Festum, ut omittam *De post fœtantes* in Psalmo 71. *de secus*, & *de inter* in Gestis purgationis Cæciliani in collatione Carthaginiensi. Præterea *ab ante, in ante, de intus, de trans, de super*, & similia leguntur.

* *In habitu pastoris oves mulgentem*) Repræsentatus est Perpetuæ Christus ea forma, qua pictus cernebatur in oratoriis & vasis sacris illorum temporum. Nam cum Evangelia titulum & personam pastoris, præcipue Christo attribuant; gaudebant primorum temporum Christiani, hanc ejus amabilissimam speciem, fidelium, nomine ovium passim designatorum, frequentissime oculis objicere. Habes in Roma subterranea Bosii pag. 59. & deinceps, multas imagines e cœmeteriorum monumentis expressas, in quibus ferme omnibus, Christus pastoris specie cum ovibus pingitur; in prima etiam hac ipsa forma heic expressa, pastoris oves mulgentis. Non raro etiam pingebatur ferens in humeris repertam ovem, quæ perierat, juxta parabolam Evangelicam; idque præcipue in calicibus: quod indicat Tertullianus in lib. de Pudicitia contra catholicos scripto cap. 7. his verbis: *A parabolis, licebit, incipias, ubi est ovis perdita a Domino requisita, & humeris ejus revecta. Procedant ipsæ picturæ calicum vestrorum, si vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, &c.*

* *Et circumstantes candidati millia multa*) Quod *millia multa* jungatur sine copula cum voce *candidati*, non solum exemplum habet ex vulgato interprete Apocalypsis cap. 7. *Quadraginta millia signati*; sed & a Trebellio Pollione in Vita Claudii Imp. ubi sic legitur: *Huic salarium de nostro privato ærario dabis annuo frumenti modios tria millia, hordei sex millia, laridi libras duo millia, vini veteris sextarios tria millia quingentos, &c.* Similia & apud alios occurrunt.

* *Bene venisti tegnon*) Salutatio quasi parentis ad filiam. Nam τέκνον Græcum ad utrumque sexum accommodatur, ut cuivis notum.

* *Et clamavit me*) Jam tum corrumpi incipiente Latina lingua in vulgari usu, hæc verbi *clamare* constructio in vulgi usum emanaverat: quæ deinde in Italicam vulgarem est recepta, *mi chiamò*.

* *Et de caseo quod mulgebat, dedit mihi quasi buccellam*) Augustinus sup. relatus vocat buccellam lactis. Multa dici possent de usu lactis & mellis symbolice catechumenis dari solito, ex Hesychio in Exodum pag. 257. & Tertulliano de Corona pag. 121. edit. Rigal. ubi dixit: *Lactis & mellis concordiam prægustamus*. Vide Albaspinæum Lib. 2. Observ. ultima.

† *Et de caseo quod mulgebat, dedit mihi quasi buccellam: & ego accepi junctis manibus, & manducavi, & universi circumstantes dixerunt, Amen*) Ad hæc verba, quod notatum in Holstenii schedis reperi de lacte Catechumenis dari solito, non sufficit ad sententiam loci declarandam: & alia his adjuncturum fuisse auctorem, si ultimam huic operi manum potuisset imponere, declarat spatium puræ chartæ ab eo in Adversariis, post hæc quæ descripsimus S. Perpetuæ verba, relictum, ultimis videlicet curis explendum. Explicandum scilicet restabat, quomodo ex hac porrectione buccellæ per visum ministratæ experrecta intellexerit S. Perpetua, itemque frater ejus, postquam ei rem narravit, significatum divinitus, eos qui carcere attinebantur, nequaquam inde dimittendos, sed consummandos martyrio. Hæc enim post superius descripta verba, ibi subduntur. *Et retuli statim fratri* (qui nempe illam rogaverat, ut ostendi sibi divinitus curaret, morituri ne essent, an salvi emittendi) *& intelleximus passionem esse futuram: & cœpimus nullam jam spem in sæculo habere*. Unde autem id

intellexerint, merito quæritur. Ego existimo, inde quod in visione adumbratus erga Perpetuam ritus fuerat Eucharistiæ ministrandæ: quæ cum notissimo tunc usu dari soleret iis, quos certum erat brevi morituros, recte in Perpetua & ipsius fratre ita interpretati sunt, ut significatam eo viso Confessorum mox secuturam necem arbitrarentur. Ritus perceptionis Eucharistiæ eo adumbratus cernitur; quod *quasi buccella* Perpetuæ porrigitur, quod *eam ipsa accipit junctis manibus*, quod deinde *comedit*, *circumstantibus*, *Amen*, *acclamantibus*. Quæ omnia in Eucharistiæ olim ministratione solita servari, notius est e plurium antiquorum testimoniis & sancti præsertim Ambrosii, quam ut demonstrari pluribus opus sit. Certe de usu Africanarum Ecclesiarum peculiariter constat solitas eas Eucharistiam ministrare Confessoribus in martyrii procinctu constitutis: idque ita necessarium arbitratas esse, ut inde argumentum sumserint scribendi ad Cornelium Rom. Pontificem, manu quidem & calamo Cypriani, nomine autem aliorum quoque septem & triginta Episcoporum Africanorum, ut æqui consuleret gratiam fieri legis prius sancitæ de non admittendis umquam ad Ecclesiæ & Eucharistiæ communionem iis, qui semel in persecutione lapsi fuissent: quoniam tunc ex iis multi in pœnitentium numero scripti a novis persecutoribus periclitarentur, &, ut res se habebant, brevi pro Christi confessione interficiendi viderentur; quibus in procinctu agonis positis, denegari consuetum viaticum Corporis Christi, nimis erat inhumanum. Ex hac Epistola, quæ secunda lib. 1. apud Cyprianum est, quædam adscribam, ad fidem rei quam tractamus faciendam, opportuna. *Sed cum* (inquiunt) *videamus diem rursus alterius infestationis appropinquare cœpisse, & crebris atque assiduis ostensionibus admoneamur, ut ad certamen quod nobis indicit, armati & parati simus; plebem etiam nobis divina dignatione commissam exhortationibus nostris præparemus, & omnes omnino milites Christi, qui arma desiderant, & prælium flagitant, intra castra Domini colligamus; necessitate cogente censuimus, eis qui de Ecclesia Domini non recesserunt, sed pœnitentiam agere & lamentari, ac Dominum deprecari a primo lapsus sui die non destiterunt, pacem dandam esse, & eos ad prælium quod imminet, armari & instrui oportere*. Et paullo post: *At vero nunc non infirmis, sed fortibus pax necessaria est, nec morientibus, sed viventibus communicatio a nobis danda est, ut quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus; sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus: & cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra Adversarium volumus, munimento Dominicæ saturitatis armemus. Nam quomodo docemus, aut provocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quomodo ad martyrii poculum idoneos facimus, si non eos ad bibendum prius in Ecclesia poculum Domini jure communicationis admittimus?* Siquidem, ut aliquanto post additur: *Idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit & accendit*.

* *Et cœpimus nullam spem in sæculo habere*) Sic Pontius de Cypriano jam certo de futura passione: *Ille vero jam mundum suspensa ad cælum mente neglexerat*. Et ipse Cyprianus Epist. 7. *Sæculo renuntiaveramus cum baptizati sumus; sed nunc vere renuntiavimus sæculo, quando tentati & probati a Deo, nostra omnia relinquentes, &c.* Idem de habitu Virginum: *Apud Martyres non est carnis & sæculi cogitatio*; nimirum, ut idem ait Epist. 2. ad Donatum: *Nihil appetere jam, nihil desiderare de sæculo potest, qui sæculo major est*. Unde Epist. 16. his verbis adhortatur Moysem ceterosque Confessores morti addictos: *Sperantes jam sola cælestia, & tantum divina meditantes, ad fastigia celsiora, mora ipsa passionis ascenditis*. Nam ut Celerinus Confessor apud eumdem Epist. 21. ait: *Hoc solet contingere servis Dei; maxime eis qui in confessione Christi sunt constituti; scio enim quoniam unusquisque jam quæ sunt sæculi non attendit, quoniam coronam cælestem sperat*. Lucifer Calaritanus lib. Quod moriendum pro Filio Dei: *Novimus hanc esse nobis traditam divinitus disciplinam, ut sine ullo terrore malitiæ, vim tueamur tanti nominis: quippe quos jam pridem æternæ memoriæ cupiditas abstraxerit a desiderio istius lucis, quosque ad calcanda omnia terrena, Christi societas segregavit*. Porro contemtus iste sæculi, proprius Martyrum προθνησκομένων *statim morituorum*, imitatione affectabatur ab iis, qui serio conversi vitam perfectam capessebant. Possidius de S. Augustino Ecclesiæ Sacramentis ab Ambrosio initiato: *Mox ex intimis cordis medullis ad Deum conversus, spem omnem quam habebat in sæculo dereliquit*. Quia vero qui vitam monasticam suscipiebant, mori sæculo dicebantur, eorum quoque proprius hic sensus atque affectus erat; quod ipse de se Augustinus profitetur Serm. 49. de Diversis: *Quærebam ubi constituerem monasterium; spem quippe omnem sæculi reliqueram*.

§ V.

* *Depone animos*) *Animi* videntur heic poni pro *spiritus*, sive cogitationes aut affectus vehementiores. Sic Tertullianus lib. de Spectaculis: *Itur in furias, & animos, & discordias*. Et lib. de Patient. cap. 7. *Prohibita ira, restricti animi, compressa petulantia manus*; nisi forte animos vocarit hoc loco Perpetuæ pater, sublimitatem animi, & conscientiæ victricis vigorem, hoc est, generosam martyris constantiam; quomodo loquitur Cyprianus Epist. 77.

* *Non filiam nominabat, sed domina*) Sic vulgatus interpres Joan. 13: 13. *Vos vocatis me Magister & Domine*. In Græco etiam nominativus est pro accusandi casu, ὁ διδάσκαλος καὶ ὁ κύριος.

* *Dolebam causam patris mei*) Forte melius legeretur *causa patris mei*.

* *Quod solus de passione mea gavisurus non esset de toto genere meo*) Ex his verbis videtur constare, & virum, & matrem, & fratres omnes, ac cognatos Perpetuæ fuisse Christianos; quod inferius proderit ad intelligendum, Dinocratem Perpetuæ fratrem, cum septennis moreretur, in familia ferme tota Christiana, fuisse baptizatum.

* *Hoc fiet in illa catasta, &c.*) Catasta proprie locus erat editior; in quo servi venales exponebantur ἀπὸ τοῦ καταστῆσαι, id est ab exponendo dictus. Sic annotat Pamelius ad Epist. 33. Cypriani, addens Martyres in loco similiter edito ostendi populo, cum judicarentur aut torquerentur, solitos. Unde est illud Cypriani jam citata Epistola de Lectore, qui confessus Christum in catasta, deinde ad Ecclesiæ pulpitum promotus fuerat: *ad pulpitum post catastam venire*; ut enim pulpitum in Ecclesia locus erat eminentior, ita & catasta in foro. Romanus Martyr apud Prudentium,

> *Audite cuncti, clamo longe ac prædico,*
> *Emitto vocem de catasta celsior.*

Quasi diceret catasta pro pulpito utor. Est & alia vocis hujus acceptio pro equuleo. Glossarium vetus: *Catasta, Equuleum, genus pœnæ*. Et Prudentius hymno 1. περὶ στεφάνων,

> *Verberum*
> *Post vim crepantum, post catastas igneas.*

Sed hæc posterior notio huc non facit.

§ VI.

* *Factus est populus immensus*) Hoc est, immensa populi turba congregata est. Nam vox *populus* hoc loco densam & confertam hominum multitudinem significat: quo sensu etiam usurpatur ab Apuleio lib. 3. Metamorphoseon, ubi dicitur: *Statim civitas omnis in populum effusa, mira densitate nos insequitur.* Quo loco non ferendum Criticorum acumen, qui voci *populum*, *publicum*, vel *propatulum* substituunt.

* *Interrogati ceteri confessi sunt*) Non homicidia vel incestas nuptias, aut læsam Numinis Cæsarisque majestatem, & quidquid veri ignara Gentilitas, Christum professis objicere solebat; sed hoc tantum: Christianos se esse. Justinus Martyr Apologia Prima: *ἐξεταζόμενοι οὐκ ἀρνούμεθα, διὰ τὸ συνεπίστασθαι ἑαυτοῖς μηδὲν φαῦλον*, &c. *Interrogati non negamus; quippe nullius mali nobis conscii.* Hæc confessio sufficiebat elogio, quale illud fuit Polycarpi ter a præcone proclamatum apud Eusebium lib. 14. cap. 15. *Πολύκαρπος ὡμολόγησεν ἑαυτὸν χριστιανὸν εἶναι. Polycarpus confessus est se Christianum esse.* Et illud Attali tabellæ inscriptum apud eumdem lib. 5. cap. 1. *οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ χριστιανός. Hic est Attalus Christianus.*

* *Et extraxit me de gradu*) Catastam intelligit editiorem, in quam rei capitis causam dicturi & judicis sententiam excepturi, ascendebant: ni potius in ipsa catasta gradum paullo sublimiorem fuisse dicamus, quem singuli rei ordine conscenderent, ut judici populoque eo magis essent conspicui: quod nos in Britannia observari vidimus. Eusebius Hist. Eccles. lib. 8. cap. 9. *τὸ πρὸ τοῦ δικαστοῦ βῆμα*, gradum aut catastam coram judice erectam vocat: quod interpretes minime isthic observarunt, qui judicis tribunal vertunt. Eusebii verba sunt: *ἅμα γοῦν τῇ κατὰ τῶν προτέρων ἀποφάσει, ἐπεπήδων ἄλλοθεν ἄλλοι τῷ πρὸ τοῦ δικαστοῦ βήματι, χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογοῦντες. Simul ac priores damnati fuerant, assiliebant aliunde alii in editiorem locum ante Judicem erectum, Christianos sese confitentes.* Atque ita lib. 5. c. 1. Præses Viennensis, *ἀνῆγεν ἐπὶ τὸ βῆμα θεατρίζων τοὺς μακαρίους μάρτυρας, ἐμπομπεύων τοῖς ὄχλοις. Beatos Martyres in editum gradum extulit, ut multitudini, velut in theatro & solemni pompa, spectandos proponeret.* Dionysius Alexandrinus apud eumdem Eusebium *τὸ βάθρον* appellat, ubi de Ammone, Zenone ceterisque militibus, qui stantes pro tribunali, Christianos vacillantes confirmabant; cumque vulgi clamoribus exposcerentur ad supplicium, *φθάσαντες ἐπὶ τὸ βάθρον ἀνέδραμον· ipsi ultro in gradum prosilierunt*, sese Christianos proclamantes. Si quis tamen de tribunali ejusque gradibus accipere malit, non obnixe repugno.

* *Parce canis patris tui*) Sic Origenem adolescentem, martyrii desiderio flagrantem, rogabat mater, *τῆς περὶ αὐτὸν μητρικῆς διαθέσεως φεῖσαι λαβεῖν*, hoc est, interprete Rufino: *Uti sibi consuleret & parceret matri.*

* *Fac sacrum pro salute Imperatorum*) Hanc præcipuam Christianos explorandi rationem a gentilibus usurpatam, omnium fere martyrum Acta docent, ut repudiata sacrificandi superstitione, in deos simul & Principem commisisse convincerentur; ideoque quanto illi urgebant obnixius, eo constantius hi reatum idololatriæ devitabant, ut hoc loco Perpetua constanter respondens: *Non facio. Hæc*, inquit Tertullianus, *est lex nostra propria Christianorum, per quam ab ethnicis agnoscimur & examinamur*: de Idololatria cap. ult. Unde Apologet. c. 9. foculum & acerram examinatorem Christianorum appellat. Idem Apol. c. 10. *Deos, inquitis, non*

A *colitis, & pro Imperatoribus sacrificia non impenditis. Itaque sacrilegii & majestatis rei convenimur: summa hæc causa, immo tota est.* Inde utrumque hujus accusationis caput, longa & erudita dissertatione diluit, cujus summam paucis his verbis complexus est in libro ad Scapulam: *Sacrificamus pro salute Imperatoris, sed Deo nostro & ipsius: sed quomodo præcipit Deus, pura prece, ita nos magis oramus pro salute Imperatoris, ab eo eam postulantes, qui præstare potest.*

* *Non facio*) Sic Polycarpus suadentibus ut Cæsarem appellaret Dominum, & sacrificaret, respondit: *οὐ μέλλω πράττειν ὃ συμβουλεύετέ μοι. Numquam faciam quod suadetis.* Euseb. Histor. Eccles. lib. 4. cap. 15.

B * *Christiana sum*) Propria hæc confessionis formula. Ita ille gloriosus Dei miles lauream detrectans apud Tertullianum: *Causas expostulatus, Christianus sum, respondit.* Ita S. Blandina inter sævissima tormenta ingeminabat: *Christiana sum.* Ea vox doloris levamentum, & animi refocillatio erat. Et Sanctus diaconus Blandinæ socius, nihil aliud ad rogata omnia tortorum respondebat, nisi, Christianus sum. *τοῦτο καὶ ἀντὶ ὀνόματος, καὶ ἀντὶ πόλεως, καὶ ἀντὶ γένους, καὶ ἀντὶ παντὸς ἐπαλλήλως ὡμολόγει: Hoc illi nomen, hæc patria, hoc genus & instar omnium.* Nam Christiani *πάντιμον καὶ ἔνδοξον καὶ ζωοποιὸν προσηγορίαν: Honoratum, gloriosum & salutare* nomen hoc ducebant, ut est apud Eusebium.

C * *Damnat ad bestias*) Etsi Romæ, & alibi frequenter ad bestias Christiani damnabantur; tamen in Africa præcipue hoc supplicii genere sævitum in eos fuisse, hac maxime persecutione, ex multis Tertulliani locis constat.

* *Hilares descendimus*) Nempe, ut ait Tertullianus, Christiani damnati gratias agere solebant: & magis damnati, quam absoluti gaudebant.

* *Sed pater dare noluit*) Credibile est motum fuisse idololatram patrem ad negandum filiæ infantem, quo tempore lac sumere debebat, ne ex damnata jam sacrilegii matre, contagio quædam in prolem propagari videretur; vel quod ob servitutem pœnalem, D post latam jam sententiam, mutata conditione, & capitis diminuta mater, civitatem cum libertate amiserat, ut habet L. in Ser. ff. de Pœn. & Instit. de cap. dim. adeoque omnia necessitudinis vincula ac jura cessabant. Ita Calpurnius Flaccus declamat. IV. *Non potes adversus damnatum jure patris uti; jam non larem habeo, non sacrum, non patrem.* Ut nuper vir eruditissimus hunc locum emendavit.

§. VII.

* *Profecta est mihi vox, & nominavi Dinocratem*) Videtur dicere sibi oranti indeliberatam vocem subito excidisse Dinocratem nominanti, de quo dudum non cogitaverat.

E * *Et cognovi me statim dignam esse, & pro eo petere debere*) Hoc est, sensu fiduciæ interioris intellexi me omnino exaudiendam, si pro Dinocrate orarem. Sic superius §. IV. audivit a fratre suo Perpetua: *Domina soror, jam in magna dignatione es*, &c. significans, ut ex sequentibus patet, tantam ejus gratiam apud Deum videri, ut impetrare quidvis posset.

* *Video Dinocratem exeuntem de loco tenebroso, ubi & complura erant loca tenebrosa*, &c.) Valde notandus videtur hic locus, quia fidem facit antiquæ traditionis, ex qua Theologi Scholastici magno consensu, ut observat Bellarminus lib. 2. de Purgat. cap. 8.

§. *Octava eſt*, docent eſſe ſub terra quatuor locos diſtinctos, in quibus animæ mortuorum detinentur; nempe omnium infimum, ubi dæmones & animæ damnatæ; ſupra hunc, Purgatorium, ubi animæ purgantur ad tempus; deinde Limbum puerorum, quo detinentur animæ mortuorum in ſolo peccato originali; poſtremo Limbum Patrum nunc vacuum a tempore mortis & reſurrectionis Chriſti, quo animæ Patriarcharum & Sanctorum mortuorum ante Chriſtum, omni licet labe purgatæ detinebantur, qui vocatur in Evangelio, *Sinus Abrahæ*, quo portatum ab Angelis Lazarum, Dives Epulo vidit ex Inferno. Hæc fuiſſe videntur illa complura loca tenebroſa, quæ ſe vidiſſe ſancta Perpetua teſtatur his verbis. E quorum uno, nempe Purgatorio, exeuntem ſe Dinocratem ſpectaſſe affirmat: non quod tunc liberaretur pœnis, nam hoc paullo poſt contigit; ſed quod permiſſu Dei, inde cum ſuis pœnis exiret, ut imploraret ſubſidium precum ſororis: cujus generis tam multæ, tamque teſtatæ apud S. Gregorium & alios referuntur apparitiones animarum, pœnas purgatorias tolerantium.

* *Æſtuantem valde, & ſitientem*) Apprime hæc congruunt cum doctrina Eccleſiæ de Purgatorio, ubi æſtu & igne animæ torquentur. Nam hunc Dinocratem fuiſſe baptizatum Auguſtinus obſervat, quem pronum eſt credere poſtea in aliquam impatientiam incidiſſe; vel, quod ſuſpicatur S. Auguſtinus, ab impio patre tentatum, in fide leviter titubaſſe.

* *Frater meus carnalis*) Sic Afri vulgo loquebantur. S. Auguſt. Epiſt. 225. *Neque hoc inviderunt Eccleſiæ Tagaſtenſi, quæ carnalis patria mea eſt*. Hæſit hæc vox in lingua Italica vulgari; quæ fere corruptiones antiqui Latini ſermonis amplectitur.

* *Facie cancerata male obiit, ita ut mors ejus odio fuerit, &c.*) Significat eum tali morte defunctum, quæ horrorem incuteret ſpectantibus, propter deformitatem fœdi & fœtidi ulceris in facie exſtantis. Quid porro cancer ſit, ut ſciremus, præter ceteram diligentiam, medicos quoque conſulendos putavimus, ex quorum reſponſis, additis quibuſdam, hæc congeſſimus. Cancer priſcis Latinis idem ſonat quod Gangræna; ita Nonius Marcellus: *Gangræna eſt cancer*; quem Gloſſarium vetus etiam ſequitur, eoque trahi poteſt Cornelius Celſus lib. 8. cap. 10. ubi dum *promtiores cancros ait, cum oſſis fracturæ carnis quoque vulnus acceſſit*, videtur ſignificare, id quod uſu cernitur, in tali caſu majus periculum eſſe gangrænæ. Non facile tamen acceſſerim ad ſententiam eruditi medici, qui poſtquam hæc obſervavit, negat ſequioris noſtrique ævi medicis in hujus vocis notione cum antiquis convenire: propterea quod id cancri nomine intelligunt, quod Græcis Καρκίνωμα dicitur: quaſi vero non antiqui quoque carcinomatis Græco nomine, Latinum cancri, aut canceris vocabulum expreſſerint. Sane Celſus lib. 5. cap. 28. de cancro in facie exſtante his verbis loquitur: *Non idem periculum καρκίνωμα affert, niſi imprudentia curantis agitatum eſt. Id vitium fit maxime in ſuperioribus partibus, circa faciem, nares, aures, labra, mammas feminarum*. Hactenus Celſus qui etiam libro 6. cap. 15. cum de oris cancro agit, de hoc ulcere, quod alio illo loco carcinoma vocat, videtur loqui. Quare crediderim καρκίνωμα nomen eſſe commune difficiliorum ulcerum; unde apud Hippocratem καρκινωθῆναι τὰ ἕλκεα dicuntur, quando exaſperantur & incurabilia evadunt. Et in Lexico Hippocratico καρκινοῦσθαι explicatur per σκληρύνεσθαι, quod eſt *exacerbari*. Gangræna igitur proprie dicta, ſi a cancro differt, videtur cum eo participare commune nomen carcinomatis, differens ab eo fortaſſe, quod celerrime mortem afferat; quum carcer ita ſerpat, ut multis annis hominem adhuc viventem depaſcatur. Nihil autem vetat quin cancer, quo

A Dinocrates obiit, grangræna fuerit; nam id ex repræſentata tam tenera ætate morte, ſuſpicari licet. Eſt autem utriuſque, tam canceris inquam, quam gangrænæ proprium, ſerpere, unde eſt illud ad Timoth. II. cap. 2. ℣. 17. de doctrina hæreticorum: *Et ſermo eorum ut cancer ſerpit*. Et videtur translatum ex cancro animali polypode, antrorſum & retrorſum reptare ſolito. Huc facit Luciferi Calaritani locus in libro de non conveniendo cum hæreticis ad Conſtantium Imp. Arianum: *Sic eſt de corpore Eccleſiæ excifus Sabellicus, ut eſt & condeteſtabilituus excifus Arius iſte, cujus ſermo ut cancer in te fortiſſime adeo ſerpſerit, ut totus jam cancer eſſe cernaris, nec poteris dicere te non Arii canceraſſe ſermonem, cum fœtor cancerationis tuæ ad omnem pervenerit regni tui locum; & cuncti te vitare ſtatuerimus, ne & ipſi peſte tua Ariana cance-* B *raremur*. Hæc ille. Ex cujus verbis obiter colligimus canceratam faciem, quæ vox hoc loco legitur, non eſſe barbariem ſequiori ſæculo natam, ut nonnemo ex medicis a me conſultis contendebat, negans a quoquam antiquorum dictam canceratam faciem; *cancroſam* enim dici debuiſſe, quæ *canceroſa & cancerata* nonniſi a recentioribus barbare loquentibus dicatur.

* *Pro hoc ego orationem feceram*) Africana & hæc locutio eſt. Nam & apud Tertullianum legitur *facere precationem*. Sed quod ad rem attinet, heic notandus eſt antiquus Eccleſiæ uſus & ſenſus orandi pro mortuis, pœnas peccatorum poſt hanc vitam luentibus: cujus cum multa ſint alia fide digniſſima teſtimonia; tum hoc magni faciendum videtur; quippe ſcriptum a ſancta Martyre C divinis revelationibus dignata, & ſuæ conſummationi proxima. Nec reſtat hæreticis exceptio de veritate ac fide horum Actorum poſt tot ac tam luculenta teſtimonia omnis generis Scriptorum ipſa laudantium, quæ huic volumini adjunximus. Sunt autem ejuſmodi, quibus ne contumacia quidem ipſa atque impudentia objicere quidquam poſſe videatur.

* *Et inter me & illum grande erat diadema*) Non diſſimulo, ſi ſuſpicioni eſſet indulgendum, videri non ſine fundamento reponi poſſe *diaſtema* pro *diadema*. Nam diaſtematis vocem Latinis eo ſæculo frequentatam intelligere licet ex I. Frontino libro de Agror. Qualit. ubi ſic ſcribit: *Si tres circuli pares fuerint, inter ſe æquali diaſte-* D *mate connexi*. Et Hygenus de limit. conſtit. *Quid quod nec illa ipſa regione, Solis conſpectus recte poteſt deprehendi, niſi æqualibus ab ortu & occaſu diaſtematibus, ferramentum ponatur*. Item: *Terram punctum eſſe cæli, & infra Solem amplo diaſtemate Spiritus ſuſtinere*.

† *Et inter me & illum grande erat diadema, ita ut uterque ad invicem accedere non poſſemus*) Quæ notat heic Holſtenius de conjectura, qua reſcribendum ſuſpicatur *diaſtema* pro *diadema*, videntur hanc exceptionem pati, quod loca illa quæ citat Frontini & Hygeni agrimenſorum, parum certo perſuadeant S. Perpetuam uſam hoc loco iſta voce, quæ erat propria artis agrimenſoriæ, ac conſequenter aliena ab uſu vulgari, præſertim mulierum in Africa. Itaque E cum, ut ipſe Holſtenius agnoſcit in ipſis illis ſchedis unde iſtam ejus notam expreſſimus, conſtans & diſerta MS. codicis lectio *diadema* præferat, non eſt cauſſa cur facile mutetur, præſertim cum valde commodum ſenſum ea vox habeat; ſiquidem iſta loca tenebroſa quæ complura ſe vidiſſe ſuperius ait, erant inſtar Zonarum quarumdam, quales a Coſmographis utiliter finguntur, cælos & terram amplectentes, nempe ſpatia oblonga, globos ambientia idonea latitudine, quæ, quod ad inferos attinet, antiquus loquendi uſus a Scholaſticis præſertim ſcriptoribus, ex veteri Eccleſiarum conſuetudine retentus, Limbos appellat. Eſt autem Limbus ejuſdem notionis vocabulum cum diademate: diadema ſiquidem, ut notum eſt, ſignificat faſciam longiorem quam latiorem, caput

ambientem, aut capiti circumligatam, ut præfert Etymologia Græca ejus nominis, a verbo *διαδέω*, circumligo. Idem Igitur est quod dicit Perpetua; fuisse inter Dinocratem & se *grande diadema*: ac si diceret, fuisse grandem Limbum, videlicet spatium oblongum alicujus latitudinis. Id vocatur in Evangelio, Chaos, Lucæ 16. 26. *Et nunc inter nos & vos magnum Chaos firmatum est*. In Græco est, *Χάσμα*, quod sonat hiatum, & convenit quod addit: *Ut hi, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare*; cum his, quæ dicit heic S. Perpetua: *Ita ut uterque ad invicem accedere non possemus*. Erant enim hæc spatia, velut fossæ circumductæ munitionibus, ipsa sui vacuitate commeatum excludentia: quod in corporibus facilius intellectu est; ad animas vero arcendas interveniebat ordinatio divina, expressa verbo firmandi: *Chaos magnum firmatum est*. Nec obstat modo dictis, quod juxta hæc *diadema* non ipse locus fuerit, in quo erat Dinocrates, sed spatium inter eum & S. Perpetuam medium, unde non videtur confici diadematis sive Limbi nomen Purgatorio competere. Cum enim ejusdem formæ ac figuræ essent tam loca illa subterranea, quam hiatus aut *χάσματα* quibus separabantur, potest utrisque ex æquo convenire diadematis sive Limbi nomen. De hactenus dictis, etsi nihil notatum in Holstenii Adversariis reperi, audivi tamen a viro fide digno eum ab hac sententia minime abhorruisse. Retulit nempe mihi P. Joannes Bessonus e nostra Societate, sese, cum ei aliquando Lucas Holstenius hæc ipsa S. Perpetuæ Acta quæ ad editionem parabat, communicasset, & de ista diadematis mentione, quid sentiret, rogasset, illo respondente Limbi vocabulum ista paris notionis voce videri suppletum; Holstenium multum id sibi probari significasse.

* *Transivimus in carcerem castrensem*) Hoc est, carcerem in ipso castrorum loco positum.

* *Munere enim castrensi eramus pugnaturi*) Cum castra Romana extra urbes, longa & quasi perpetua statio militum essent, in ea transferebantur præcipua civitatum commoda, ne iis milites fraudarentur. In his etiam spectacula, quibus mire dediti Romani erant. Ergo ludorum castrensium, hoc est, in castris ad delectandos milites celebratorum, Svetonius meminit in Tiberio cap. 72. Sed quod vox muneris heic ponitur, ea significabatur pugna, vel gladiatorum inter se, vel bestiarum cum hominibus morti addictis, quæ proprie *θηριομαχία* dicitur. Ita quod apud Eusebium lib. 5. cap. 1. legitur, *θηριομαχιῶν ἡμέρας*, eleganter a Rufino vertitur *munerum dies*. Nota heic in voce *pugnandi* catachresim esse quamdam, dum de iis dicitur, qui bestiis expositi mere passive se habebant, quales martyres erat. Unde Juvenalis cum rixam vocasset nocturnam grassationem ebriorum in obvios inermes nec reluctantes; sic adjungit:

Si rixa est ubi tu pulsas, ego vapulo tantum.

Prævaluit tamen, ut qui obnoxii & vincti tradebantur bestiis, Græce *θηριομαχεῖν*, Latine *pugnare ad bestias* dicantur; cum tamen hæ locutiones proprie convenirent iis, qui revera pugnare jubebantur cum bestiis, venationibus in amphitheatro datis, ut cum summo vitæ periculo, ita non sine aliqua victoriæ spe: nam & leones, & si qua est alia ferocior bestia, ab istis interdum occisos legimus. Quare duo hæc genera pœnarum erant: quorum prius summum erat supplicium, & capitis pœna vocatur L. 8. ff. de Pœn. posterius in mediocrum pœnarum numerum refertur a Paullo Sent. L. 5. tit. 17. & Ulpiano L. 8. ff. ad leg. com. de fals. Nam qui ad ludum venatorium damnabantur, liberari poterant: qui bestiis deputati, A sine remissione consumendi. Unde vel ad stipitem religati, vel retibus inclusi, feris objiciebantur, ut resistendi facultas non esset; tum vero, ut ex fine horum Actorum discimus, quidquid vitæ ac spiritus bestiarum crudelitas reliqui fecerat, gladio tandem eripiebatur.

§. VIII.

* *Die quo in nervo mansimus*) Noxiis in carcere vinciendis duo vinculorum genera olim usitata commemorant Leges duodecim Tabularum, nervum & compedes apud A. Gellium lib. 20. cap. 1. Utrumque genus alii etiam sæpius conjungunt. Cato apud eumdem Gellium lib. 11. cap. 18. *Fures privatorum fur-* B *torum in nervo atque in compedibus ætatem agunt*. Et Livius lib. 8. *Ne quis nisi qui noxam meruisset, donec pœnam luisset, in compedibus aut in nervo teneretur*. Compedes sunt pedicæ ferreæ, quæ pedes vinctorum breviori aut longiori catena, arctius breviusve ita cohibent, ut non solum pedibus insistere, sed & gradum promovere atque insistere utcumque possent. Nervus autem proprie lignum foraminibus pluribus distinctum, quod pedes vinctorum inclusos aut vicinis aut distantioribus intervallis ita concludit, ut humi desidentes loco se movere nullo modo valeant: divaricatio per plura foramina, ob molestiam, tormenti ac pœnæ loco, ante ipsum supplicium fuit. Scio de nervo viros doctos hoc tempore non consentire: sed apud veteres cum res pariter ac nomen C in usu esset, lis nulla est. Non omittamus heic observare occasione mentionis compedum, raro eas videri saltem per Africam adhibitas in custodia Christianorum religionis caussa vinctorum. S. Aug. Conc. 2. in Psal. 101. circa principium tom. 10. pag. 439. *Unde Martyres compediti? nonne catenati potius quam compediti? ductos enim SS. Martyres post Judices per Provincias circumeuntes in catenas novimus missos, in compedes autem non novimus*.

* *Tunc intellexit translatum eum esse de pœna*) En animam a purgatoriis flammis liberatam divina revelatione S. Perpetua intelligit.

§ IX.

D * *Pudens, miles Optio, præpositus carceris*) Vox *Optio*, ministerii aut præfecturæ nomen est. In inscriptionibus Gruteri legitur, *Optio Karceris*: ut quod heic additur, *Præpositus carceris*, explicandi gratia positum videatur. Græci vocant *δεσμοφύλακα*, quam vocem Actor. 16. 27. S. Ambrosius in Epistolam ad Ephesios cap. 4. Optionem carceris interpretatur sic scribens: *Neque Paullus & Silas tempus distulerunt, quo Optionem carceris baptizarent*. Heic jam quæri potest, cur militi hoc officium commissum? ea forte de caussa, quod in castris ubi carcer tunc erat, ut superius est dictum, non licebat uti urbanis ministris ad ejusmodi munia; sed ea curari per milites debebant, prout a pari licet intelligere ex Leg. 4. ff. de Off. Proconf. ubi sic legitur: *Nemo proconsulum stra-* E *tores suos habere potest: sed vice eorum milites ministerio in provinciis fungantur*. Huc facit vetus inscriptio, in qua militis Optionis mentio est.

AVRELIO CANDIDO FILIO
DVLCISSIMO Q. V. ANN. IIII.

AVRELIVS CALANDINVS MIL.
COH. VIII. PR. OPT. G. SECVNDI.
B. M. F.

* *Qui multos ad nos admittebat*) Hæc erat *custodia delicata*, ut vocat Pontius Diaconus in vita S.

Cypriani, cui e contrario opponitur *custodia diligens*, de qua vide Cujacium Observ. lib. 14. cap. 34. & Heraldum ad Tertulliani Apolog. pag. 97. Non tamen sine caussa Pudentis humanitati S. Perpetua eam visitandi licentiam tribuit, quod caute & timide plerumque accederent ad carceres, & ferme singuli, ne semet ipsos proderent, aut invidiam concitarent apud persecutores, si catervatim eo influerent. Temporum istorum conditionem luculenter nobis ob oculos ponit S. Cyprianus Epist. 5. *Peto quoque*, inquit, *ad procurandam quietem sollertia & solicitudo vestra non desinat. Et si fratres pro dilectione sua cupidi sunt ad conveniendum & visitandum Confessores bonos, quos illustravit jam gloriosis initiis divina dignatio; tamen caute hoc, & non glomeratim, nec per multitudinem simul junctam puto esse faciendum: ne ex hoc ipso invidia concitetur, & introeundi aditus denegetur, & dum insatiabiles multum volumus, totum perdamus.*

§. X.

* *Video in horoamate*) Res exigit, ut rescribatur *horamate*, nisi hæc vox ita deformata in usu populari Afrorum erat. Est autem ὅραμα vox Græca, sonans visum, sive visionem. Usurpatur Actor. cap. 12: 9. Latini Scriptores ea rarius usi sunt: tamen Aldhelmus lib. de Virginit. cap. 3. ubi de S. Joanne Evangelista loquitur, ait eum in *Pathmo raptum in oromate*, ubi Meursius recte *oramate* substituit in Mantissa Critica, (sicque in Bibliotheca SS. Patrum editum reperio) frustra reprehendente Swartio Analectorum lib. 3. cap. 9. qui *chroma* ibi rescribendum persuadere nequidquam conatur. Reperio etiam apud Alcuinum lib. 1. de Vita sancti Willebrordi cap. 2. hæc verba: *Mater intempesta noctis quiete, cæleste in somnis vidit horama.*

† *Habens multiplices calliculas*) Glossarium vetus: Galliculæ, Τροχάδες. Et in Glossis Græcolatinis; Τροχὰς, Gallicula. Non videtur dubium, quin gallicula idem sit quod Callicula hoc loco; & cum explicetur voce Τροχὰς, apparet fuisse quid rotundum & volubile. Videntur fuisse Calliculæ, appendices rotundæ, ornatus caussa additæ capitibus militarium thoracum, in acumen desinentibus. Hæ poterant ex bysso, purpura aut simili materia esse; interdum e metallo, ut habetur paullo inferius, v. 31. *Habens calliculas multiformes ex auro & argento factas.* Hujus generis erant tintinnabula malogranata in extrema ora vestis summi Sacerdotis posita, ut habetur in Exodo & Levitico.

* *Ægyptius fœdus specie*) Plautus Pœnulo: *Itaque replebo atritate, atrior multo ut siet quam Ægyptii.* Auson.

Tinctus colore noctis,
Manus puer loquaci
Ægyptius choraules, &c.

† *Ægyptium video in afa volutantem*) Afa pulvis est Græca significatione; est enim Græcum nomen, ἀφὴ, Latine scriptum. Solebant autem pugiles certaturi inspergere uncta corpora, pulvere, vel in eo humi jacente se volutare. Ovid. Metamorph. 9. de duobus Palæstritis invicem sibi pulverem ad istum usum ministrantibus:

Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,
Inque vicem fulvæ jactu flavescit arenæ.

Quam arenam, unde flavescebant hoc modo pugilum corpora, Martialis lib. 7. Epigr. 66. vocat Haphen hoc versu:

Et flavescit Haphe.

Agit de muliere Philæni, viros imitante in pugilatu, quod, cum acerrime arguat, immo detestetur Martialis in femina, apparet quam ex decoro S. Perpetua, etiam per visum commissa cum pugile Ægyptio diabolum designante, in masculum mutata fit, ut A ipsa dicit hoc ipso loco, his verbis: *Et facta sum masculus.*

* *Vir quidem miræ magnitudinis*) Ita in prima visione hominem canum in habitu Pastoris grandem viderat, unum scilicet eumdemque Christum, qui isthic, ut Pastor, oves suas refovet; heic, ut Imperator & Agonothetes, militibus & agonistis præmia decernit. Nam in Christianorum agone, ut ait Clemens Alexandrinus, ἀγωνοθέτης ὁ Θεὸς, βραβευτὴς ὁ υἱὸς Θεοῦ, θεαταὶ δὲ οἱ ἄγγελοι. *Agonotheta Deus, præmiator Dei Filius, spectatores Angeli.*

* *Discinctatus purpuram inter duos clavos*) Hoc est, purpuream vestem gerens, clavis duobus sive fasciis discinctam sine zona. Gymnasiarcharum erat purpurea vestis; unde apud Lucianum dialogo de Gymnasiis, Anacharsis ex purpura Gymnasiarcham agnoscit.

* *Efferens virgam quasi lanista*) Virgam lanistæ quoque tribuit Xiphilinus in Commodo: ἀντηγωνίζετο δὲ αὐτῷ γυμναστὴς τις ἢ καὶ μονόμαχος, νάρθηκα ἔχων. *Certabat cum eo lanista aliquis, aut gladiator virgam habens*, sive *ferulam*. Recte additum heic, *quasi*. Non enim qui apparebat, personam lanistæ præferebat, sed Gymnasiarchæ, hoc est Palæstritarum Moderatoris; quem etiam virgam gestare solitum docet Sidonius Apollin. lib. 11. ep. 2. quam etiam *magistralem* appellat: & ejus usum plane honestum
C & censorium his verbis exprimit: *Juvenum luctas, si involvantur obscenius, casta confestim Gymnasiarcharum virga dissolvit.*

* *Et petit silentium*) Id per præconem aut tubicinem fieri solebat. Ejus rei formulam in Græcia solemnem fuisse ἄκουε πᾶς, *audi quisquis es*, ex Luciano & aliis discimus. Usu hoc in primis veniebat, quando distribuenda palam præmia erant. Quare tali occasione Proconsuli præconem Apuleius adjungit in Floridis. De Tubicine testimonium est Senecæ Epist. 74. *Nos quoque evincamus omnia, quorum præmia, non corona, nec pallium est; nec tubicen prædicationi nominis nostri silentium faciens; sed virtus & firmitas animi.*

D * *Si hunc vicerit, accipiet ramum istum*) Nempe hic non solum Gymnasiarchæ, ut dictum est; sed & βραβευτοῦ *præmiatoris* personam gerebat. βραβευταὶ, inquit Etymologicus, κυρίως λέγονται, οἱ τὴν ῥάβδον ἀπὸ φοινικος ἢ τινος ἄλλου διδόντες σύμβολα τῆς νίκης, ῥαβδευσταί τινες ὄντες. *Brabeutæ, sive Præmiatores, dicuntur, quasi rhabdeustæ, hoc est, virgarum aut surculorum largitores: hi enim palmæ, vel similis arboris ramos dabant, insignia victoriæ.* Porro ejusdem erat indicere certamen, quod hic noster paullo prius fecit, & præmium victori porrigere, quod nunc promittit. Tertull. de Fuga in persecutione: *A quo certamen edicitur, nisi a quo corona & præmium proponuntur?* Et paullo post: *Ita agnosces ad eumdem Agonothetam pertinere certaminis arbitrium,*
E *qui invitat ad præmium.*

† *Junxi manus, ut digitos in digitos mitterem*) Significat Perpetua se in altum sublatam, ut certantem secum pugilem in terram dejiceret, compectinatis utriusque manus digitis, ejus verticem ambabus palmis in unum junctis magno impetu depressisse: unde contigit Ægyptium in faciem cadere.

* *Et accessi ad lanistam*) Quem Gymnasiarcham potius & Brabeutem superius diximus, Lanistam vocat, non sine catachresi forte quadam.

† *Ad portam Sanavivaria*) Res exigit, ut rescriba-

tur: *Ad portam Sanavivariam*, ut infra §. XX. v. 24. *Revocatæ sunt in portam Sanavivariam*. Ubi forte ex priori loco reponendum sit *Sanavivaria*. Ex his constat fuisse portam in Amphitheatro, quæ, saltem in Africa, vulgari verbo vocaretur *Sanavivaria*. Quænam autem hæc fuerit, inquirendum est. Docet Lipsius lib. de Amphitheatro cap. 21. præter portulas varias, sive postica, quæ infimum Amphitheatri locum circumdabant ad varios usus, præsertim emittendarum ferarum, fuisse duas majores e regione invicem oppositas, quarum alteram *Libitinensem* fuisse dictam suspicatur, & ipse paullo post, *Mortualem* vocat, per quam scilicet mortua corpora gladiatorum, aut bestiariorum reliquiæ extrahebantur ex arena. Alterius portæ, quæ, ut ait, ducebat ad forum, nomen nullum prodit. Non dubito quin, si hunc locum vidisset, *Sanavivariam* eam dictam affirmasset. Nec etymon obscurum est; cum enim per eam qui sani & vivi arenæ periculis superfuerant, Foro & Urbi redderentur, jure *Sanavivaria* nuncupata sit. Et favet huic conjecturæ duplex hic locus; quorum in priori, Perpetua victrix pugilatu, superato in arena Ægyptio adversario, cœpit ire, ut ipsa ait, cum gloria ad portam Sanavivariam, more videlicet vincentium in hisce certaminibus, qui post victoriam per portam quæ ducebat ad forum, cum plausu exibant. Alter §. XX. habet, populum misericordia motum erga sanctas Perpetuam & Felicitatem jam a feris male vexatas, revocasse illas ad portam Sanavivariam, quo videlicet gladiatores aut bestiarii, quibus parcebat populus, ejus faventi acclamatione admoniti recedebant, ut periculo se subducerent.

* *Usque in pridie muneris*) Ita Tertullianus ad Scapulam cap. 2. *Qui per Genios eorum in pridie usque juraverant*. Cicero, *usque ad pridie Kal.* dixit.

* *Ipsius muneris actum*) Infra, *Ordinem muneris*, & *commissionem spectaculi*, vocat. Ceterum ad hæc verba S. Perpetuæ respexit quisquis sit horum Actorum auctor, cum se fidei commissum ejus exsequi dixit.

§ XI.

† *Cœpimus ferri a quatuor Angelis, quorum manus nos non tangebant*) Videtur exprimere, quod dicitur Daniel. 14. 35. *In impetu spiritus sui*. Et de Ezechiele, ejus prophetiæ cap. 8. v. 3. *Apprehendit me in cincinno capitis mei*.

* *Liberato primo mundo*) Hoc est *transmisso*, *superato*; vel nobis primum mundum jam egressis, aut supergressis. Ita Tertullianus de Virg. veland. *Arabiæ feminæ faciem ita totam tegunt, ut uno oculo liberato, contentæ sint dimidiam frui lucem*. Et L. 41. §. L. Titius ff. de Fideicom. Libert. *Ære alieno liberato*. Hoc est, postquam æs alienum persolveris.

† *Et liberato primo mundo*) Usus satis inopinatus vocis, *liberato*, pro *transmisso*, aut *superato*. Quæ duo testimonia citat ad hunc locum ὁ μακαρίτης, vereor, ut satis paria sint. Itaque legere mallem, *liberati*, ut sensus sit, eos postquam e caligine & crassiori aere sphæræ sublunaris emersissent, vidisse lucem immensam, &c.

† *Ecce sunt, Ecce sunt*) Voces honorifice demonstrantium; quales illæ, *Hic est*, & similes; de iis, qui fama noti, digito occurrentium monstrabantur.

* *Transivimus stadium violata*) Omnino legendum *via lata*. Nam id in visione ad usum tunc vulgo notum aptabatur. Solebant in hortis & porticibus ambulacra stadiis dimetiri. Glossæ Galeni: Σταδιῶς,

A ὁ σαδίοις ἀναμετρῶν τὸν περίπατον. Inde *Porticus stadiatæ* dictæ Vitruvio lib. 5. cap. 9. ubi in palæstris peristylia quadrata sive oblonga ita facienda monet, *uti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitionem*.

* *Invenimus Jucundum & Saturninum & Artaxium*) Paullo post, & *Quintum*. Horum Martyrum nomen memoria nunc demum restituta hisce Actis debetur. Nam absque illis esset, perpetuo mortales latuissent, uni Deo βραβευτῇ καὶ ἀγωνοθέτῃ, & apud eum regnantibus superis cogniti. Ceterum ex hoc loco apparet magnam & universalem tum fuisse Christiani nominis persecutionem.

* *Vivi arserunt*) Lex 28. ff. de pœnis, vivi cremationem summum supplicium appellat. Ibidem ad-
B ditur §. 9. *Igni cremantur plerumque servi; nonnumquam etiam liberi plebeii, & humiles personæ*. Tales passim Christiani habebantur. Unde populus Smyrnensis, cum S. Polycarpo leonem postulasset, petiit deinde ζῶντα κατακαῦσαι, *ut vivus arderet*. Sic eleganter Rufinus Eusebii verba transtulit. In persecutione quoque Alexandrina sub Decio frequens hoc vivicomburium fuit, ut ex Dionysii Epistolis apud Eusebium lib. 6. cap. 34. videre est.

* *Qui & ipse Martyr in carcere exierat*) Hoc est mortuus erat ærumnis carceris. Sic martyrii palmam citra ignem aut gladium adeptus. Sic infra §. XIII. Optatus Episcopus & Aspasius presbyter superstites, in visione Saturum & Perpetuam quasi jam defunctos re-
C præsentante, dicunt: *Quia existis, & sic nos reliquistis*. Item infra §. XIV. *Secundulum vero Deus maturiore exitu de sæculo adhuc in carcere evocavit*. Sic & apud Eusebium lib. 5. cap. 1. διῃρεῖτο τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου αὐτῶν. Hoc est, *Diverso martyriorum genere exierunt*. Sed & generatim exire pro mori apud Cyprianum lib. de Mort. illis verbis: *Pati timetis, exire non vultis; quid faciam vobis?*

† *Et quærebamus de illis, ubi essent*) Non tunc utique, cum illos invenerunt, quærebant; sed antea quæsierant: & in ea cura tunc erant, cum commodum apparuerunt: quæ res jucundiorem occursum facit.

§. XII.

D * *Quasi hominem canum niveos habentem capillos*) Ex Apoc. 1. ubi de Domino: *Caput autem ejus & capilli erant albi velut lana, aut nix*. Unde Cyprianus lib. de Hab. Virg. *Tu exsecraris canitiem, detestaris alborem, qui sit ad Domini caput similis*.

§. XIII.

Aspasium Presbyterum Doctorem) Hoc est, cui ex officio incumbebat docere plebem. Dionysius Alexandrinus apud Eusebium, Hist. Eccles. lib. 7. cap. 24. συγκαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν, *Convocatis Presbyteris & Doctoribus fratrum, qui in pagis erant*. De Presbyteris quoque Doctoribus egregius Cypriani locus est
E Epist. 24. quem Pamelius sua παραδιορθώσει corrupit pag. 46. Inter quos & Doctorem Audientium sive catechumenorum peculiariter commemorat. Nam catechumeni *Audientes* & *Discentes* dicti; quibus suus seorsum locus erat tributus, ubi Christianæ Religionis elementa perciperent, qui κατηχουμενεῖον, *Catechumeneum* vocabatur. Possidius in vita S. Augustini notat usum Ecclesiarum Africanarum, ubi Presbytero non erat potestas coram Episcopo in Ecclesia Evangelium prædicandi & tractandi: quod in orientalibus Ecclesiis ex more fiebat. Alexandriæ quidem jam olim fuerat διδασκαλεῖον τῆς κατηχήσεως, schola

doctrinæ ſacræ a S. Marco inſtitutæ, cui præfuerunt Eccleſiaſtici Doctores percelebres Pantænus, Clemens & Origenes. S. Hier. Cat. Script. Eccl. cap. 36. 38, & 54.

† *Et conturbaverunt eos*) Videtur dictum quaſi *proturbaverunt*, hoc eſt, longe ſubmoverunt, velut ultra fas progreſſos. Additur enim: *Et nobis viſum eſt quaſi vellent claudere portas*.

† *Corrige plebem tuam*, &c.) Non eſt aliena a viſione in uſum Eccleſiæ cuipiam oblata, reprehenſio Epiſcopi negligentis, aut errantis. Sic enim in Apocalypſi Epiſcopi quidam arguuntur.

* *Quaſi de circo redeuntes & defatigationibus certantes*) Sic MS. Sed haud dubie legendum *de factionibus certantes*. Significat hic locus, Eccleſiam Tuburbitanam factionibus & diſſidiis Optati Epiſcopi, & Aſpaſii Presbyteri diſtractam fuiſſe in patres. Unde illis Angeli paullo ſuperius dixerant §. XIII. v. 17. *Si quas habetis inter vos diſſenſiones, dimittite vobis invicem*.

§. XIV.

* *Secundulum vero Deus maturiore exitu de ſæculo adhuc in carcere evocavit*) Cyprian. Epiſt. 8. de ſimiliter præmortuo: *Divina dignatione ſubtractus inter ipſa cruciamenta, adeptus gloriam non termino ſupplicii, ſed velocitate moriendi*. Nam ut ait Seneca Conſol. ad Marciam cap. 20. *Mors captivorum catenas levat, & e carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat*.

* *Gladium tamen etſi non anima, certe caro ejus agnovit*) Videtur potius legendum: *Gladium tamen etſi non caro, certe anima, &c.* Gladii videlicet nomine tormenta, & ærumnas carceris appellat, juxta illud Pſal. 101. de Joſepho: *Humiliaverunt in compedibus pedes ejus; ferrum pertranſiit animam ejus*. Et de B. Deipara Luc. 2. *Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*. Significat non minus martyrem Secundulum, quam ceteros. Nam, ut ait Cyprianus lib. de Mortalitate: *In Dei ſervis apud quos confeſſio cogitatur, & martyrium mente concipitur, animus ad bonum deditus, Deo judice coronatur. Aliud eſt enim martyrio animum deeſſe; aliud animo defuiſſe martyrium. Qualem te invenit Dominus cum vocat, talem pariter & judicat. Non enim Deus ſanguinem noſtrum, ſed fidem quærit*.

§. XV.

* *Ne propter ventrem differretur*) Ita Pontius Diaconus de S. Cypriano. *Vir tam neceſſarius a martyrii conſummatione dilatus eſt*.

* *Non licet prægnantes pœnæ repræſentari*) Antiquiſſima hæc Ægyptiorum lex fuit, τὴν ἔγκυον, ἂν ἁλῷ θανάτῳ, μέχρι τέκῃ, φυλάττειν. *Prægnantem, ſi mortis fuerit damnata, aſſervari donec pariat*. Refert Plutarchus lib. de ſera Numinis vindicta; ubi & ab Ægyptiis legem eamdem adſciviſſe Græcos memorat: confirmante Æliano, dum lib. Var. Hiſt. 5. cap. 18. eam a Senatu Areopagitico obſervatam narrat. Unde in Atticarum legum cenſu, huic quoque locum datum oportuit. Porro a Græcis cum aliis bonis legibus hæc quoque ad Romanos migravit. Ulpianus L. 3. ff. de Pœnis. *Prægnantis mulieris conſumendæ damnatæ pœna differtur quoad pariat. Ego quidem* (addit) *& ne quæſtio de ea habeatur, ſcio obſervari quamdiu prægnans eſt*. Et L. 18. ff. de Statu Hom. *Imperator Hadrianus reſcripſit: Liberam quæ prægnans ultimo ſupplicio damnata eſt, liberum parere, & ſolitum eſſe ſervari eam, dum partum ederet*. Moyſem quoque æquiſſimam hanc legem a ſua republica adeo non excluſiſſe teſtatur Philo lib. περὶ φιλανθρωπίας, ut eam ad bruta etiam animalia extenderit. ἀλλ᾽ ὅγε νόμος (inquiens) ἔξω περιῤῥαντηρίων ἐλαύνει καὶ ὅσα τῶν ζώων κυοφορεῖ, μὴ ἐπιτρέπων, ἄχρις ἂν ἀποτέκῃ, σφαγιάζεσθαι, τὰ κατὰ γαστρὸς ἐν ἴσῳ τοῖς ἀποκυηθεῖσι λογιζόμενος. *Lex feta animantia templo arcet, neque mactari permittit priuſquam pepererint; fetum utero concluſum eodem loco habens, quo editum*. Addit deinde, συνιεῖν δέ μοι δοκοῦσιν ὁρμηθέντες ἔνιοι τῶν νομοθετῶν καὶ τὸν ἐπὶ κατακρίτοις γυναιξὶν εἰσηγῆσθαι λόγον, ὃς κελεύει τὰς ἐγκυούσας, ἂν ἄξια θανάτου δρῶσι, μὴ θανεῖν, μέχρις ἂν ἀποτέκωσιν· ἵνα μὴ ἀναιρουμένων συναπόληται τὸ κατὰ γαστρός. *Unde etiam quidam legumlatores de mulieribus capite damnatis legem conſtituiſſe videntur, quæ vetat prægnantes, ſi capitale crimen admiſerint, morte affici priuſquam partum ediderint, ne cum iis fetus qui in utero eſt, moriatur*.

* *Ex miniſtris Cataractariorum*.) Cataractæ portæ ſunt robuſtæ, funibus aut catenis ita ſuſpenſæ, ut demitti & ſubduci poſſint, prout res poſtulat; quales in urbium aut arcium aditu hoſtium irruptioni propulſandæ paſſim in uſu remanſerunt, & *Sarracenicæ* vulgo appellantur. Hæ vel olim vinctis cuſtodiendis adhibebantur; unde & καταῤῥάκτης pro carcere poſitum legitur apud LXX. Jeremiæ 20. v. 2. in quem locum vide Origenem Hom. 18. pag. 257. Vel certe clathra, aut fores clathratæ: quia ad cataractæ formam ex lignis cancellatim compactis conſtabant, cataractæ vocabantur; & Janitores carcerum, Cataractarii; quorum miniſtri cuſtodes erant excubantes ad portam. Hos Libanius orat. de Cuſtod. Reorum, τῆς θύρας κυρίους vocat *portæ Dominos*, & ingreſſus ad vinctos arbitros. Act. 12. 6. φύλακες πρὸ τῆς θύρας; *cuſtodes oſtio appoſiti* dicuntur.

* *Alius erit in me, qui patietur pro me*) Nempe Chriſtus in Martyribus patiens. Sic Saulo Chriſtianos perſequenti Chriſtus dicit: *Quid me perſequeris?* Act. 9. 4. Sic Petro mox Romæ crucifigendo idem apparens dicit: *Vado iterum crucifigi*. Sic denique Euſebius lib. 5. cap. 1. de Sancto diacono, cujus corpus ὅλον τραῦμα καὶ μώλωψ, *continuum vulnus & livor*, humanam figuram amiſerat, ait: ἐν ᾧ πάσχων Χριστὸς μεγάλας ἐπετέλει δόξας, *in quo Chriſtus patiens magna & glorioſa geſſerat*. Similia apud Cyprianum & alios occurrentia omitto.

§. XVI.

* *Fidei commiſſum ejus exſequimur*) Alludit, ut ſuperius indicatum eſt, ad ultima illa verba S. Perpetuæ: *Ipſius autem muneris actum, ſi quis voluerit, ſcribat*. Quibus reliquæ paſſionis pertexendæ provinciam alteri delegat.

* *Cum a Tribuno caſtigatius eo tractarentur &c.*) Hoc eſt, Tribuno ægre permittente cibos inferri, diariis ſolito tenuioribus paſcerentur: utique præter morem. Nam ut ait Seneca Epiſt. 18. *Liberiora ſunt alimenta carceris*. Et: *Sepoſitos ad capitale ſupplicium non tam anguſte, qui occiſurus eſt, paſcit*. Sic Tertulliano, *Caſtigatio victus*, jejunium, aut cibus parcior dicitur.

* *Ex admonitionibus vaniſſimorum hominum, verebatur ne ſubtraherentur de carcere incantationibus, &c.*) Hæc eſt illa, quam Chriſto temere ac blaſpheme impactam S. Ignatius Epiſt. ad Philipp. queritur, συκοφαντία μαγείας, *calumnioſa accuſatio magiæ*. Quam & in Chriſtianos, quoties mirum aliquid ſupra vim humanam patrarent, frequentatam a perſecutoribus, cuncta fere Martyrum Acta teſtantur.

* *Quid utique non permittis refrigerare*) Hoc eſt, A paullo lautius & copioſius paſci,

* *Noxiis Nobiliſſimi Cæſaris*) Getæ filii Severi Imp. cujus natali, ut ſuperius dictum, pugnaturi erant, Nobiliſſimi appellatio, filiorum Imperatoris natu minorum propria. Vide Phot. Bib. p. 187. Leunclav. Pand. Tur. p. 99. Panvinius in Faſtis p. 244. & 245. duas Inſcriptiones refert, quæ hoc adſtruunt. Idem viſitur in nummo hujus ipſius Getæ apud Hulſium cum adverſa figura Nobilitatis. Item apud Biæum. *Noxiis* porro dicit Gentilium ſenſum verboque, qui innocentiſſimum hominum genus, noxiorum more extremis ſuppliciis afficiebant. Quamquam in univerſum quacumque ex cauſſa, etiam citra crimen morti addictos venationibus, aut gladiatoriis ludis noxios vocatos re- B perimus; adeo ut Tertullianus in Apologet. cap. 16. mercenarios, noxios vocet, qui ſe ultro gladio ad laniſtam auctorabant, aut ſponte libera ad beſtias ibant, &, ut S. Cyprianus loquitur, *Non crimine, ſed furore* ad beſtias pugnabant. Notat tamen Tertullianus aliquando in ipſis perſecutorum Actis Chriſtianos a noxiis diſtinctos, veritate ſcilicet mendacibus interdum excidente. Sed ut ad uſum communiorem revertamur, Latina vox *noxii*, non ſemper Græcæ voci *κακοῦργοι*, ſed aliquando voci, *ἐπιθανάτιοι* reſpondebat, morti deſtinatos indicans, ſive gladiatoriis telis, ſive belluarum dentibus conficiendos, quos *beſtiarios*, *ludo deputatos*, *ſervos pœnæ* vocabant. Unde Tertullianus lib. de Pudicitia locum ſancti Pauli 1. Cor. cap. 4. 9. *ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους*, erudite vertit; *Elegit* C *nos velut beſtiarios*. Hos Quintilianus declamat. 9. vocat: *debita noxæ mancipia*, quæ ad ludum certamque mortem alebantur.

* *Si pinguiores illo producamur*) Hæc Perpetua ſancta ſecuritate dixit, quæ profani interdum homines perdita ſecuritate, ut Apulejus loquitur, faciebant: ejus verba ſunt lib. 4. *Alibi noxii perdita ſecuritate ſuis epulis beſtiarum ſaginas inſtruentes, &c.* Mos autem erat, eos qui vel pœnæ cauſſa ad gladiatorium, aut venatorium ludum dati eſſent, aut ſponte ſe iiſdem addicerent, ſaginari prius a magiſtris ludi, ut habitiores ac valentiores producerentur. S. Cyprianus Epiſt. 2. *Impletur in ſuccum cibis fortioribus corpus, & arvinæ toris membrorum moles* D *robuſta pingueſcit, ut ſaginatus in pœnam carius pereat*. Et Quintilianus Declamat. 9. *Alebat devotum corpus gravior omni fame ſagina*.

† *Aut non tua gloria eſt, ſi pinguiores illo producamur*) Præter opportune notata ab Holſtenio, videri poteſt alludere hic locus ad vota quorumdam, in plena ſui habitudine mori optantium, quale expreſſit in Europa Horatius Ode 27. lib. 3.

Antequam turpis macies decentes
Occupet malas, teneræque ſuccus
Defluat prædæ, ſpecioſa quæro
Paſcere tigres.

* *Manibus biberi*) Sic MS. Codex, quem fideliter ubique expreſſi, pro quo facile fuiſſet reponere, E *cobiberi*. Sed forte Africa tunc ita loquebatur.

* *Tamen ipſo Optione carceris credente*) Melius forte reponeretur *Tandem*.

§. XVII.

* *Sed Agapen cœnarent*) Non deſcribimus quæ paſſim de Agapis veterum Chriſtianorum viri docti obſervant: inter alios Albaſpinæus lib. 1. Obſervatione 18. De iiſdem agunt Chryſoſt. 1. Cor. 11. Homil. 27. Tertullianus Apolog. cap. 39. Cyprianus Epiſt. lib. 3. Concilium Gangr. Can. 11. Erant triplices, natalitiæ, nuptiales, funerales. Gregor. Nazianz. de Vit. Diſtin. Porro modus hic loquendi etiam Tertulliano uſitatus Apolog. cap. 39. *Inde diſceditur non in catervas cæſionum, ſed ad eamdem curam modeſtiæ & pudicitiæ, ut qui non tam cœnam cœnaverit, quam diſciplinam.*

* *Hodie amici, cras inimici*) Hoc dicit Saturus Gentilibus curioſe ſpectantibus Martyres, dum pridie muneris cœnæ liberæ operam darent; ſignificans eos, qui tunc tranquille & quaſi amice ſpectarent, poſtridie inſanis clamoribus eorum necem petituros. Nam *Ubi beſtiarii in arenam producti ſunt, populus de ſpectatore in adverſarium vertitur*, ut ait Seneca lib. 1. de Ira cap. 2. quem etiam vide de Tranquillitate cap. 10.

§. XVIII.

* *Illuxit dies victoriæ &c.*) Sic Pontius Diac. qui hæc Acta non ſemel exprimit: *Illuxit denique dies alius, ille ſignatus, ille promiſſus, ille divinus.*

* *Proceſſerunt de carcere*) Ita Pontius de S. Cypriano: *Proceſſit ergo jam certus expungi, quod diu fuerat retardatum: proceſſit animo ſublimi & erecto, hilaritatem præferens vultu, & corde virtutem.*

* *In amphitheatrum quaſi in cælum hilares*) Scilicet, ut Cyprianus ait pag. 166. *Securi de præmio cæleſti, de corona martyrii, & de regno Dei.*

* *Vultu decori*) Euſeb. lib. 5. cap. 1. de Martyribus Viennenſibus & Lugdunenſibus: *οἱ μὲν ἱλαροὶ προσῄεσαν, δόξης καὶ χάριτος πολλῆς ταῖς ὄψεσιν αὐτῶν συγκεκραμένης. Hilares proceſſerunt, in quorum vultu decor quidam gratia & venuſtate multa aſperſus enituit*. Vel ut Rufinus vertit: *Producebantur de ſuppliciis læti, & divinum neſcio quid in ipſis vultibus præferentes*. E contra, qui Chriſtum negarant, *κατηφεῖς καὶ ταπεινοὶ καὶ δυσειδεῖς, καὶ πάσης ἀσχημοσύνης ἀνάπλεοι: Triſtes, demiſſi, ipſis quoque conſpectibus horridi, & omni turpitudinis deformitate fœdiores.*

* *Lucido inceſſu*) Ita Xenophon in Apologia de Socrate, cum jam morti addictus e judicum conſpectu diſcederet. *ἀπῄει καὶ ὄμμασι καὶ σχήματι καὶ βαδίσματι φαιδρός.*

* *A ſanguine, ab obſtetrice*) Inde ſanguinolentos infantes appellat L. 2. C. de patr. qui fil. ſuos diſtr. Eoſdem Juvenal. Sat. 7. *adbuc a matre rubentes* vocat. Et L. 1. Cod. Theod. de Exp. *Sanguine materni uteri adhuc perfuſos, & recens natos.*

* *Lotura baptiſmo ſecundo*) Sanguinis ſcilicet & Martyrii. Celerinus Conf. apud Cyprianum Epiſt. 21. *Si non ante cruore illo ſancto laveris, pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

* *Cogerentur habitum induere; viri quidem ſacerdotum Saturni*) Nam ut Lactantius ait lib. 6. cap. 20. *venationes quæ appellantur munera, Saturno ſunt attributæ*. Afrorum autem Saturnum, hominum victima placari ſolitum apud ſæculum, teſtatur Tertull. Scorp. cap. 7. quod clarius explicat Apolog. cap. 9. ſic ſcribens: *Infantes penes Africam Saturno immolabantur palam uſque ad proconſulatum Tiberii*. Infantibus ſubſtituti videntur noxii, ne humani cruoris victima Saturnus fraudaretur. Unde & ſacerdotes dei ſanguinarii coccineo pallio uſos idem Tertullianus docet lib. de Teſtim. Animæ cap. 2. ubi varios gentilium ſacerdotum habitus deſignans: *Et vitta Cere-*

ris, inquit, *redimita*, *& pallio Saturni coccinata*, *& Isidis linteata*, &c. Tum lib. de Pallio cap. 4. *Latioris purpuræ ambitio*, *& galeatici ruboris superstitio*, *Saturnum commendat*.

* *Feminæ vero sacratarum Cereri*) Ut viros ad bestias damnatos pallio coccineo, quæ vestis erat propria sacerdotum Saturni, ut dictum est, induebant; ita feminas eidem pœnæ destinatas vitta redimibant. Nam vitta redimitas fuisse Cereris flaminicas, modo ex Tertulliano audivimus, idemque confirmat de Pallio cap. 4. *Cur istos non spectas habitus*, *qui novitati suæ stare religionem mentiuntur*? *cum ob cultum omnia candidatum*, *& ob notam vittæ*, *& privilegium galeri Cereri initiantur*. Quæ autem sic initiatæ erant, sacratæ Cereri vocabantur. Talem Fabiam Aconiam Paullinam, sacratam Cereri & Coræ, antiqua inscriptio apud Gruterum pag. cccix, 2, & 3. exhibet.

* *Generosa illa in finem usque constantia repugnavit*) Tertullianus lib. de Idololatria c. 18. inter cetera idololatriæ genera, habitus quoque inquinatos, fideli recusandos docet: quippe qui idololatriæ ab initio dicati, habent profanationis suæ maculam. *Nemo*, ait, *in immundis mundus videri potest*; *tunicam si induas inquinatam per se*, *poterit forsitan illa non inquinari per te*, *sed tu per illam mundus esse non poteris*. Addit mox: *Tu si diaboli pompam ejerasti*, *quidquid ex ea attigeris*, *id scias esse idololatriam*. Item; *Nullus habitus licitus est apud nos*, *illicito actui adscriptus*. Cyprianus magistrum expressit Serm. de Lapsis, similem constantiam gratulans confessoribus, qui vestes similes recusaverant. Ejus verba sunt: *Ab impia sceleratoque velamine*, *quo illic velabantur sacrificantium capita captiva*, *caput vestrum liberum permansit*; *frons cum Dei signo pura*, *diaboli coronam ferre non poterit*. Hæc Cyprianus. Ceterum his vestibus bestiarii ornabantur, ut specie ludos ornarent, in pompam producti, antequam bestiis objicerentur. Quintilianus Declamat. 9. *Jam ostentata per arenam periturorum corpora mortis suæ pompam duxerant*.

* *Ad hoc sponte pervenimus*) Ita Tertull. Apol. cap. 49. Gentiles frustra Christianis insultantes redarguit: *Quasi non totum*, (inquit) *quod in nos potestis*, *nostrum sit arbitrium*. *Certe si velim*, *Christianus sum*. *Tunc ergo me damnabis*, *si damnari velim*. *Cum vero quod in me potes*, *nisi velim*, *non potes*; *jam meæ voluntatis est*, *quod potes*, *non tuæ potestatis*. Mox explicat qua ratione Christiani tormentis sponte se offerant. *Ergo*, *inquitis*, *cur queremini*, *quod vos insequamur*, *si pati vultis*? *plane volumus pati*; *verum eo more quo & bellum nemo quidem libens patitur*; *cum & trepidare*, *& periclitari sit necesse*, *&c.*

* *Libertas nostra obduceretur*) Obducere, usitata Africanis locutione est offuscare, obscurare, imminuere, violare, lædere. Ita sæpe Tertullianus, ut Apolog. cap. 50. *Sed obducimur*: *certe cum obtinuimus*: *ergo vivimus*, *cum occidimur*; *denique evadimus*, *cum obducimur*, *&c.* Vide Rigaltium in Glossario Tertulliani.

* *Animam nostram adduximus*) Forte legendum *addiximus*, hoc est, capitali judicio subjecimus. Valer. Max. lib. 7. cap. 6. *Addictorum etiam & capitali crimine damnatorum*, *&c.* Similia passim occurrunt. Dixi, forte, quia defendi satis verisimiliter potest lectio vulgata, sumendo adducendi verbum in sensu offerendi, quod Græci προσάγειν dicunt.

* *Populus exasperatus*) Seneca lib. 1. de Ira cap. 2. *Quid gladiatoribus*? *quare populus irascitur*, *& tam inique ut injuriam putet*, *quod non libenter pereunt*? A *contemni se judicat*, *& vultu*, *gestu*, *ardore*, *de spectatore in adversarium vertitur*.

* *Flagellis eos vexari postulavit*) A Præside scilicet, qui de plano fustium aut flagellorum castigationem irrogare poterat, Lib. 9. §. 3. ff. de Off. Proconf.

* *Pro ordine venatorum*) Hoc est a venatoribus, qui præsto erant flagellis instructi. Inde Tertull. lib. ad Mart. *Alii inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulaverunt*. Idem lib. 1. ad Nat. *Si flagris mulier insultavit*, *hoc quoque proxime inter venatorios ordine transcurso remensus est*. Hunc locum Actorum nostrorum, & quos duos e Tertulliano adduximus, pariterque totam hanc arenæ διαμαστίγωσιν, B *flagellationem*, hactenus non satis explicatam, egregie illustrat insignis plane locus Eusebii lib. 5. cap. 1. ὑπέφερον πάλιν τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας. *Flagrorum ordinem ex more arenæ iterum transierunt*. Sive *flagella pro ordine venatorum ex more iterum subierunt*. Ubi vides, pro ordine, significare ante ordinem, sive prætereundo ordinem, &c. Stabant videlicet cum flagris longa serie dispositi, ante quos incedere nudos bestiarios cogebant, unoquoque illorum taureas quas gerebat manu, in nuda miserorum membra infligentibus. Hoc pœnæ genus puto respexit Damasus carmine 5. in S. Agatham dum ait: *Lætior inde magisque flagrans cuncta flagella cucurrit ovans*. Porro quod diximus hanc flagellationem populum furentem a Præside poC stulasse, facile id potuit, cum is spectaculo præsideret: nam, ut docet Lipsius in Amphitheatro pag. 15. præses muneris ad podium spectabat, hoc est in primo, sive imo subselliorum ordine, ubi ejus tribunal sive suggestus erat, ut idem observat pag. 27. haud longo ab arena intervallo.

* *Gratulati sunt*, *quod aliquid & de dominicis passionibus*, &c.) Nempe quod flagellatum Christum meminissent, flagella gaudentes excipiebant. Sic Dionysius Alexandrinus apud Euseb. lib. 6. cap. 34. Nemesium Martyrem cum latronibus exustum, similitudine passionis Christi honoratum ait. Similia multa apud Tertullianum, & alios occurrunt.

D

§. XIX.

* *Ut scilicet gloriosam gestarent coronam*) Nam ut Tertull. ait: *Majora certamina*, *majora sequuntur præmia*. Unde mox gentiles alloquens: *Crudelitas vestra*, inquit, *gloria est nostra*.

* *Ab urso erat vexatus*) Ecce tibi Ursos in Africa, quod Plinius jam olim, & nuper adeo Lipsius negavit: sed cum ipse Plinius ex Annalibus Coss. Ursos Numidicos commemoret, & Virgilius *Lybistidis Ursæ* meminerit, Martialis quoque & Juvenalis *Lybios Ursos* appellaverint, jure merito Salmasius Plinianarum Exercitat. pag. 311. utriusque opinionem explodit, quam fateor ex hoc nostro loco, si solus sit, revinci non posse. Potuerant enim Ursi aliunde adduE cti fuisse in Africam, ut leones & pantheræ & elephanti Romam ad usum Theatri. Videri potest huc facere Senecæ locus lib. 3. de Ira cap. 43. *Ridere solemus inter matutina arenæ spectacula*, *Tauri & Ursi pugnam inter se colligatorum*, *quos cum alter alterum vexarit*, *suus confector exspectat*. Item ille Arnobii lib. 7. *Feris*, *ne cavearum discutiant claustra*, *objectari moris est escas*, *in quas rabide sæviant*, *& cupidinem vexationis inclinent*. In utroque vides vexandi verbum, arenæ commissionibus accommodatum.

* *Cum ad ursum substrictus esset*) Et paullo supe-

rius: *Illum apro subligaverat*, &c.) Hæc significant A bestiarios alligari ne fugerent, solitos, ante conspectum ferarum in ipsos immittendarum: sed & ipsæ feræ interdum inter se alligabantur, ut, præter Senecæ testimonium jam recitatum, docet Claudianus in Panegyrico Manlii:

Iudaeos legat ipsa viros qui colla ferarum
Arte ligent, certoque premant venabula nisu.

Gladiatores quoque Commodi Imper. jussu inter se colligatos Xiphilinus memorat; indignante Imperatore, quod non satis promte & animose in mutuam cædem ruerent: & propterea colligari jubente, ut se mutuo conficerent. Non dissimili loquendi modo, S. Ignatius Martyr, cum vinctus Romam duceretur a decem militibus ferina rabie sævis, sese ligatum cum decem Leopardis scribit. Gregorius quoque Turon. B lib. 1. Mirac. c. 48. refert, S. Saturninum Martyrem *Bovis petulci religatum vestigiis, per gradus Capitolii præcipitatum*, &c.

* *Ursus de cavea*, &c.) Caveæ nimirum variæ feris asservandis circa arenam erant, & inde immittebantur. Vide Lipsium de Amphitheatro pag. 20. Quod paullo ante pontis est mentio, videtur instituto Commodi factum, ut in Amphitheatro pontes essent. Refert enim Xiphilinus in Commodo pag. 382. hunc Imperatorem per Amphitheatri arenam pontes struxisse, ut inde feras conficeret.

§. XX.

* *Ferocissimam Vaccam*) L. 1. §. bestias ff. de post. C *Bestias accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere.*

* *Diabolus sexui de bestia æmulatus*) Non absimili genere loquendi Tertullianus de Patientia, cap. 16. *Ut in isto quoque, Domino diabolus æmularetur.*

* *Dispoliatæ*) Sic MS. forte rectius, *despoliatæ*, ut Seneca Consol. ad Marciam cap. 24. *Despoliatus oneribus alienis.*

* *Reticulis indutæ*) Ita sancta Blandina post varia tormentorum genera, εἰς γύργαθον βληθεῖσα ταύρῳ παρεβλήθη. *In rete involuta tauro objicitur*: D Idem Rufinus in sua editione ut novum & inusitatum supplicium notavit: *Inde*, inquit, *etiam aliud excogitatur crudelitatis genus, ut reti constricta objiceretur tauro ferociter instigato; a quo cum fuisset innumeris ictibus lacessita, & toto arenæ ambitu jactata, nihil læditur.*

* *Pudoris potius memor, quam doloris*) Tertull. lib. de Pudic. cap. 1. Pudicitiam *principalem Christiani nominis disciplinam* vocat, *quam ipsum quoque sæculum usque adeo*, inquit, *testatur; ut, si quando, eam in feminis nostris, inquinamentis potius carnis quam tormentis punire contendat; id volens eripere, quod vitæ anteponant.* Vide ejusdem Apologet. cap. 50. Victorem Uticensem de Dionysia, S. Hilarium pag. 289. Generatim loquendo sensus naturæ est, quem exprimit Cle- E mens Alexandr. Pædag. lib. 2. cap. 10. his verbis: οὐδὲν μέρος ὅτιοῦν ἀπογυμνοῦσθαι γυναικός, εὐπρεπές. *Summam esse indecentiam, quamcumque muliebris corporis partem nudari.* Quod in Gentilibus quoque feminis naturalis pudor semper abhorruit. Hinc illud Euripidis de Polyxena jam moriente in Hecuba pag. 51.

ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν,
κρύπτουσ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών.
Illa vero etiam moriens
Multam curam habuit honeste cadendi,
Et tegendi ea, quæ tegi oculis virorum decet.

Quod Ovidius Fast. 2. ad Lucretiam transtulit:

Tum quoque jam moriens, ne non procumbat honeste
Respicit: hæc etiam cura cadentis erat.

Ita Cornelia Maximilla Vestalis incesti damnata, teste Plinio lib. 4. Epist. 11. *Cum in subterraneum cubiculum demitteretur, hæsissetque descendenti stola, vertit se ac recollegit: cumque ei carnifex manum daret, aversata est & resiluit, fœdumque contagium, quasi plane a casto puroque corpore novissima sanctitate rejecit, omnibusque numeris pudoris*: πολλὴν πρόνοιαν ἔσχεν εὐσχήμως πεσεῖν. Quod ad loquendi modum hujus loci attinet, geminus exstat apud Tertullianum lib. de Pœnit. cap. 10. de iis qui pœnitentiam de die in diem differunt: *Pudoris magis memores, quam salutis.*

* *Dehinc requisita*) Hoc est, post exceptum vaccæ furentis impetum, & quasi post pugnam jam depugnatam, a venatoribus atque arenariis revocata, & ut Eusebius loquitur, ἐκ θηρίων αὖθις ἀναληφθεῖσα.

* *Quasi a somno expergita*) Sic de Bibliade martyre Eusebius: ἡ δ' ὥσπερ ἐξανανήψασα.

* *Adeo in spiritu & in ecstasi fuerat*) Quasi diceret: adeo extra sensuum usum elevata ac rapta: nam hoc vocatur esse in spiritu. S. Johannes Apocal. cap. 4. *Et statim fui in spiritu.*

§. XXI.

† *Salvum lotum*) Acclamatio populi petulanter illudentis Christianis sacris. Cum enim vulgo notum esset, Christianos existimare salvos fieri homines per baptismum: populus e theatro spectans Christianum sanguine perfusum, salvum eum proclamabat, qui sic lotus esset.

* *Ad jugulationem solito loco*) Spoliarium intelligit, ubi conficiebantur quos arena semivivos dimiserat. Docet hoc Seneca Epist. 94. *Numquid aliquem tam stulte cupidum esse vitæ putas, ut jugulari in spoliario, quam in arena malit?* Ita mortuo Commodo, acclamatum scribit Lampridius: *Hostis patriæ, parricida, gladiator in spoliario lanietur.*

* *Cum populus illos in medio postularet*) Sic Rufinus lib. 5. Hist. Eccl. de Attalo & Alexandro: *Sed cum ferarum nulla Sanctorum corpora contigisset, omnibus eos verberum ceterarumque pœnarum suppliciis cruciatos, ad ultimum in conspectu populi, in medio arenæ jugulari jubet.* Postulandi porro vox amphitheatri propria: Hinc *depostulatores Christianorum* Tertull. Apol. cap. 25.

* *Oculos comites homicidii*) S. Cyprianus Epist. 2. *Paratur gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet.* Et mox: *In tam impiis spectaculis, tamque diris & funestis, esse se non putant oculis parricidas.* Hanc crudelitatem non uno loco exagitat Seneca Epist. 7. *Mane leonibus & ursis homines, meridie spectatoribus suis objiciuntur*, &c. Idem Ep. 87. Et omnium elegantissime Lactantius Div. Institut. lib. 6. cap. 2.

* *Per solemnia pacis*, &c.) In Glossario veteri, solemnia pacis εὐσέβεια, Osculum. Id *Osculum sanctæ pacis*, vocat Paullinus. Hoc symbolo pacis recte ad martyrium præparabantur. Eusebius loco sæpius citato: εἰρήνην ἠγάπησαν ἀεί, καὶ εἰρήνην ἡμῖν παρηγγύησαν, μετ' εἰρήνης ἐχώρησαν πρὸς Θεόν. Quæ ita vertit Rufinus: *Super omnia pacem & ipsi diligebant, & nobis servare mandabant: nec aliam sibi, nisi per pacem, viam ad martyrium construebant.* Hinc forte Tertullianus de Patient. cap. 12. dilectionem

voeat *summum fidei sacramentum* , *& Christiani nominis thesaurum*.

* *Consummarent*) Vox propria perfecti martyrii. Sic Tertullianus de Patient. cap. 15. *Patientia martyria consummat*. Et Cyprianus Epist. 4. martyrium *consummationem* appellat. Et Epist. 6. jubet Confessores humiles & modestos & quietos esse, *Ut in omnibus Dominum promerentes* , *ad cælestem coronam laudis sua consummatione perveniant* . Respondet *consummare* Græco τελειῶσθαι , quo ejus linguæ auctores in referendis martyriis passim utuntur.

* *Tirunculi gladiatoris*) Qui arenæ victima destinabatur, ut cædibus assuesceret, tirocinii rudimenta in spoliario ponebat , ibique bestiarios quibus ferarum immanitas vitam non eripuerat, jugulabat , ut semimortuis & inermibus conficiendis exercitatus , ad justa certamina produceretur. Quintilianus Declamat. 9. *Cruentum confectorem* vocat : hocque adeo proprium istius ministerii nomen erat, ut Smyrnenses apud Eusebium lib. 4. cap. 14. in S. Polycarpi martyrio id retinuerint.

* *Ipsa in jugulum transtulit*) Id furore ac rabie faciebant gladiatores, quod sancta Perpetua pie ac generose instinctu divino fecit. Seneca Epist. 30. *Sic gladiator tota pugna timidissimus*, *jugulum adversario præstat*, *& errantem gladium sibi attemperat*. Vide eumdem lib. de Tranquillitate cap. 10. Porro de sanctis mulieribus, quæ aut se ipsas interfecerunt, aut ad necem propriam cooperatæ sunt ex inspiratione divina, quarum memoriam celebrat Ecclesia, vide D. Thomam 2. 2. qu. 59. a. 3. ad 2. & qu. 64. a. 5. & qu. 124. a. 1. 2. &c.

† Heic ad extremum adjungere nos aliquid de Tempore hujus celeberrimi Martyrii, res ipsa & justa eruditi lectoris flagitat exspectatio. Ea de re multum apud se disquisivisse doctissimum Holstenium, e variis ejus schediasmatis intelligo; definivisse quid sequendum omnino judicaret, nusquam reperio. Mihi cunctis attente circumspectis, videtur affirmari verisimiliter posse, epocham certaminis Tuburbitanarum harum Martyrum in anno Christi tertio supra ducentesimum figendam. Nempe nos hæc ipsa quæ nunc primum apparent, earum Acta docent: ipsas Natali Getæ Cæsaris in arena depugnasse. Disertissime id expressum legitur nostræ hujus editionis §.§. VII. & XVI. Geta secundogenitus filius fuit Severi Imperatoris, quem simul cum fratre majore Antonino Caracalla, consortes imperii a patre adhuc vivente renuntiatos, Herodianus tradit lib. 3. consentientibus Spartiano, & ex Dione, Xiphilino. Id accuratissimus Petavius in annum confert septimum imperii Severi: opportune admonens, haud æque istum honorem utrique habitum: sed prærogativam ætatis majori servatam, ipsi patri per omnia coæquato, titulo & dignatione Augusti; cum frater minor Geta, tum adhuc decennis (siquidem Silanis Consulibus natus traditur) parte tantum, & gradu dumtaxat secundo supremæ dignitatis sit aspersus, appellatione Cæsaris, prout distinctius Spartianus docet. Mansit autem hoc inter germanos discrimen usque ad annum imperii Severi duodecimum, qui fuit Christi quartus & ducentesimus, quo Petavius observat ex Zozimo & Censorino ludos sæculares Romæ celebratos. Illo anno Augusti nomen Getæ quoque communicatum (Severo patre inter alia multa, quæ ab illo tentata memorat Herodianus, ad conciliandam inter fratres assidue discordes gratiam, hanc quoque exæquationem supremæ potestatis experiundam putante) certo confirmatur a Scaligero Animadvers. Euseb. pag. 29. cum aliis illustribus testimoniis, tum hac inscriptione nummi antiqui.

A IMP. CÆS. P. SEPT. GETA. PIVS. AVG. SÆCVLARIA SACRA. S. C.

Cum ergo natali Getæ, adhuc Nobilissimi, adhuc Cæsaris, nondum Augusti, celebrando, sese arenæ destinatam sancta Martyr, ea fide scripserit §. XVI. quæ sacrosancta esse cuivis debet; habemus terminos, extra quos evagari conjectura nequit in inquisitione anni mortis ejus, illos ipsos quos certa nobis historia præfinit, spatii quo Geta in ordine secundo supremæ auctoritatis stetit. Est id spatium annorum omnino quatuor, nempe a Christi 199. ad 203. nam 204. sequenti sæculari, jam, ut vidimus, Augustus Geta erat. Ne autem libere possimus unumquemlibet e tribus prioribus istius summæ annis Sanctarum martyrio deligere, arctat nos ab accuratissimis chronologis anno Severi decimo, Christi ducentesimo secundo, alligata epocha persecutionis ab eo imperatore in Christianos motæ, qua posteriorem SS. Perpetuæ & Felicitatis fuisse Passionem, Martyrol. Rom. & eadem hæc ipsarum Acta demonstrant, dum §. XI. diserte meminerunt, indictæ jam & exercitæ *Persecutionis*; utique generalis & ab Augustis imperatæ, qua Jocundus, Saturninus & Artaxius palmam jam antea vivicomburio meruerant. Video his opponi posse auctoritatem doctissimorum hominum, Pamelii notis ad lib. Tertulliani ad Scapulam, Petavii in lib. de Doctrina Temporum, & in Chronico ad ann. Christi 201. denique Philippi Labbe opere de Scriptoribus Ecclesiasticis, in Tertulliano; qui censent librum Tertulliani ad Scapulam ante indictam a Severo persecutionem scriptum. Unde sequitur, Hilariani præfecturam sub quo SS. Perpetua & Felicitas sunt passæ, in multo ulteriora retrahendam tempora, videlicet in annum Christi 195. aut etiam superius. Sed tunc illæ SS. Martyres depugnare in arena Natali Getæ Cæsaris non potuissent, quod fecisse ipsas hæc Acta testantur; utique cum Geta, ut dictum est, ex ipso etiam Petavio, Cæsar declaratus sit anno Severi patris septimo, qui fuit Christi 199. Quare mihi credibile est, eruditissimos illos viros, si hæc quæ nunc primum proferuntur, Acta videre potuissent, numquam fuisse relaturos scriptionem libri Tertulliani ad Scapulam ad annum Christi 199. aut 201. ante datum a Severo in Christianos edictum; cum idem Tertullianus illo libro significet, Hilarianum sub quo se passam S. Perpetua scribit §. VI. flagrante jam antea persecutione, Scapulæ præfecturam aliquot saltem annorum intervallo præcessisse. Verba sunt hæc sanctæ Martyris: *Hilarianus procurator, qui tunc loco proconsulis Minucii Timiniani defuncti jus gladii acceperat, &c.* Quem heic alium Hilarianum comminisci possumus ab eo, cujus Tertullianus Scapulam alloquens meminit his verbis : *Sicut & sub Hilariano præside, cum de areis sepulturarum nostrarum acclamassent: Areæ* non sint : *areæ ipsorum non fuerunt : messes enim suas non egerunt?* Quod mox addit de *imbre anni præteriti*, plane ostendit plusquam unius aut alterius anni spatio antiquiorem Hilariani præfecturam temporibus Scapulæ fuisse. Immo verisimile est, quos paullo inferius eodem libro Tertullianus commemorat Africæ præfectos, Cincium Severum, Vespronium Candidum, Asperum & Pudentem, aut universos aut plerosque, successores Hilariani, decessores Scapulæ fuisse. Quæ qui attente perpenderit, næ is fateri cogetur; librum ad Scapulam nequaquam ante initium persecutionis a Severo indictæ scriptum : quin argumenta non desunt, quæ suadeant librum illum scriptum post Severi mortem. Id enim innuit modus loquendi de Severo, quoties ibi ejus incidit mentio, prorsus qualis esse non præsentium, sed e superiori memoria repetitorum solet. Quo non contentus Josephus Scaliger pag. 110. Animad. Euseb. etiam ultra mortem Antonini, filii Severi, Scapulæ præfecturam, aut saltem Tertullianei opusculi de quo agimus, scriptionem submovet, conjectura quantum arbitror, minime spernenda : ex verbis ducta libri ejusdem, ubi

poſtquam nominavit quemdam Chriſtianum Severo Imperatori carum, & in Palatio uſque ad ejus mortem habitum, addit: *Quem & Antoninus optime noverat, lacte Chriſtiano educatus*. Quæ verba neminem ſanæ mentis putat Scaliger de Antonino Caracalla vivente ſcribere Tertullianum potuiſſe. Sed quid exilibus e verbo captandis argutiis conflictamur, cum meridianum a ſole, atque irrefragabile cæleſtis characteris teſtimonium ſuppetat. Eodem ecce illo libro Tertulliani ad Scapulam, verba hæc leguntur: *Nam & ſol ille in conventu Uticenſi extincto pæne lumine adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati poſitus in ſuo hypſomate & domicilio. Habetis Aſtrologos*. Indicant hæc deliquium ſolare magnum, & cum horrore publico Uticæ viſum, aliquanto ante quam ea Tertullianus ſcriberet. Hujus Eclipſeos primus & unus quod ſciam calculos poſuit vir doctiſſimus Antonius Lalovera Societatis noſtræ, in quadam ad Joannem Beſſonum item noſtrum Epiſtola non edita, unde illos heic exſcribam.

Anno Chriſti CCX. die undecimo Aprilis Novilunium Eclipticum Uticæ in Africa hora 11. poſt mediam noctem m. 57. s. 14. Hoc fuit medium Eclipſis.

Initium hora 10. m. 44. s. 44.
Tempus incidentiæ hora 1. m. 12. s. 30.
Finis hora 1. poſt meridiem m. 12. s. 1.
Tempus emerſionis hora 1. m. 14. s. 47.
Duratio totius Eclipſ. hora 2. m. 27. s. 13.
Quantitas, digiti 8. m. 57. s. 30.

Domicilium ſolis cujus Tertullianus meminit, non heic intelligendum de Leonis ſigno: ſed accipiendum ſecundum rationem horoſcopi, de portione aut cuſpide ſigni Arietis, quem tum inſidebat ſol, Eclipticam contingente: nam ut obſervat Jovianus Pontanus libro de Rebus Cæleſtibus 2. c. 4. p. 75. & c. 5. p. 79. talis in quolibet Dodecatomorio locus, Solis proprium domicilium eſt, & antiquis ſæpe dicitur, *Locus Solis*, ſive *Dei*. Fuit etiam tunc Sol in ſuo *hypſomate*, ſive *exaltatione*: ſic enim quidam Aſtrologi ſignum Arietis appellant. Quamquam (& eo magis inclinat Lalovera) facile intelligi poteſt Tertullianum per Solis hypſoma nihil aliud indicare voluiſſe, niſi altitudinem verticalem Solis ipſo meridie culminantis, quando id deliquium paſſus eſt. Quod ſi Tertullianus fieri potuiſſe naturaliter negaſſe videatur, in eo populariter erraverit; impune, ut in arte aliena a ſtudiis & profeſſione ſua. Nam hoc & ipſe videtur innuere, continuo ad Aſtrologos allegans curioſos rerum talium. Re vera nihil in eo ſupra naturalem uſum fuit. Hactenus Epilogiſmus hujus Eclipſis; ex qua manifeſte demonſtratur, quod dudum oſtendere ſatagebamus; longe poſt annum Chriſti 202. Severi 10. fuiſſe ſcriptum librum Tertulliani ad Scapulam, cum in eo referatur Solis deliquium commiſſum anno Chriſti 210. qui fuit 18. & ultimus Severi; & ita referatur, ut aliquot ante annis patratum appareat. Locus hic eſt proferendæ, quam alicubi reperi notatam, conjecturæ illuſtriſſimi Holſtenii de tempore ſcripti libri ad Scapulam. Cum enim retuliſſet Scaligerum ſub Elagabalo ſcriptum autumare; ipſe ait ſe putare, ſub Macrino ſcriptum: nam a Macrino vexatos clericos teſtari Sulpicium Severum. Ut ut ſe ſe res hæc habuit, de negotio quod in manibus habemus, jure noſtro colligere videmur ex hactenus dictis; ſatis nos veriſimiliter exiſtimare, Martyrium cujus Acta primigenia nunc damus, anno Chriſti 203. Coſſ. Lucio Septimio Geta Cæſare, & Lucio Septimio Plautiano, contigiſſe. Quod Geta Cæſar eo anno Conſul eſſet, cauſa videtur fuiſſe cur ejus Natalis gladiatoriis ludis & arenæ ſpectaculis honeſtaretur: unde ex hac ipſa Conſulatus Getæ nota confirmatur noſtra chronologia: cui ſubſcribit etiam Baronius, eiſdem Conſulibus, & eodem Severi anno paſſas SS. Martyres Perpetuam & Felicitatem fuſe tradens, num. 21. & ſeq. anni 205. Ita ille numerat ſolita ſibi additione duorum annorum, quam deinde cum communi calculo exæquat detracto biennio ex Probi Auguſti principatu, prout jampridem docti omnes Chronologi obſervarunt, Scaliger, Dekerius, Petavius, Bucherius, Bollandus, Henſchenius, Philippus Labbe & alii. Quare omni genere argumentorum, nempe auctoritatibus gravium Scriptorum, rationibus ex re ipſa ductis, denique characteribus cæleſtibus, ad omnem certitudinem firmata remanet quam propoſuimus ſententia de tempore Triumphi ſanctarum Tuburbitanarum Martyrum Perpetuæ & Felicitatis, anno Chriſti 203. Nonis Martii, gloriæ immortalis palmam adeptarum.



INDEX CAPITUM PASSIONIS SANCTARUM MARTYRUM

PERPETUÆ ET FELICITATIS.

APOLLONII

FRAGMENTA

Ex libro adversus Cataphrygas.

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* V. *cap.* XVIII.

I.

Ἀλλὰ τίς ἐστιν οὗτος ὁ πρόσφατος διδάσκαλος; τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ ἡ διδασκαλία δείκνυσιν. οὗτός ἐστιν ὁ διδάξας λύσεις γάμων· [1] ὁ νηστείας νομοθετήσας· ὁ Πέπουζαν, καὶ Τύμιον Ἱερουσαλὴμ ὀνομάσας (πόλεις δέ εἰσιν αὗται μικραὶ τῆς Φρυγίας) τοὺς πανταχόθεν ἐκεῖ συναγαγεῖν ἐθέλων· ὁ πρακτῆρας χρημάτων καταστήσας· ὁ ἐπ' ὀνόματι προσφορῶν, τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος· ὁ σαλάρια χορηγῶν τοῖς κηρύττουσιν αὐτοῦ τὸν λόγον, ἵνα διὰ τῆς γαστριμαργίας ἡ διδασκαλία τοῦ λόγου κρατύνηται.

Sed quisnam est novus ille doctor? opera ejus, & doctrina satis aperte produnt. Hic est qui nuptiarum diffidia docuit, qui jejuniorum leges imposuit, qui Pepuzam & Tymium Phrygiæ oppidula, Hierusalem nominavit, ut cunctos undique homines eo convocaret: qui pecuniarum exactores constituit; qui sordidam munerum captationem oblationum nomine callide obvelavit: qui doctrinam suam prædicantibus salaria præbet, ut per fœdam ventris ingluviem doctrina ejus convalescat.

II.

Δείκνυμεν οὖν αὐτὰς πρώτας τὰς προφήτιδας ταύτας, ἀφ' οὗ τοῦ πνεύματος ἐπληρώθησαν τοὺς ἄνδρας καταλιπούσας· πῶς οὖν ἐψεύδοντο [2] Πρίσκαν παρθένον ἀποκαλοῦντες. [3] δοκεῖ σοι πᾶσα γραφὴ κωλύειν προφήτην λαμβάνειν δῶρα καὶ χρήματα; ὅταν οὖν ἴδω τὴν προφῆτιν εἰληφυῖαν καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτας, πῶς αὐτὴν μὴ παραιτήσομαι;

Ostendimus igitur has principes prophetissas simul ac spiritu impletæ sunt, viros suos dimisisse. Quantopere ergo mentiebantur, qui Priscam virginem vocabant. Non tibi videtur scriptura universa prohibere, ne propheta munera & pecunias accipiat? Cum igitur videam, prophetissam aurum & argentum vestesque pretiosas accepisse, quomodo eam non repudiabo?

III.

Ἔτι δὲ καὶ Θεμίσων ὁ [4] τὴν ἀξιόπιστον πλεονεξίαν ἠμφιεσμένος, ὁ μὴ βαστάσας [5] τῆς ὁμολογίας τὸ σημεῖον, ἀλλὰ πλήθει χρημάτων ἀποθέμενος τὰ δεσμά· δέον ἐπὶ τούτῳ ταπεινοφρονεῖν, ὡς μάρτυς καυχώμενος, ἐτόλμησε μιμούμενος τὸν Ἀπόστολον, καθολικήν τινα συνταξάμενος ἐπιστολὴν, κατηχεῖν μὲν τοὺς ἄμεινον αὐτοῦ πεπιστευκότας· συναγωνίζεσθαι δὲ

Præterea Themison speciosa avaritia obvelatus, qui confessionis signum non pertulit, sed magna pecuniæ vi erogata vincula abjecit: cum ob eam caussam modestius deinceps ac submissius agere deberet, tamquam martyr sese offerens, ausus est exemplo Apostoli conscripta epistola Catholica, eos quidem qui fideliores ipso exstiterant, institue-

1. Ὁ *νηστείας νομοθετήσας.*] Tres quotannis quadragesimas, ac præterea duas Xerophagiarum hebdomadas Montanus instituerat. Ac de Xerophagiis quidem testatur Tertullianus in libro de Jejuniis. De tribus vero quadragesimis testis est Hieronymus, tum in epistola ad Marcellam, tum in Commentariis ad caput 1. Aggæi ita scribens: *Et omnem laborem manuum, accipiamus jejunia eorum & observationes varias, & χαμευνίας*, id est *humidormitiones: qui tribus quadragesimis per annum jejunantes, & ξηροφαγίας humiliantes animam suam, & vel maxime de Tatiani radice crescentes, super hujusmodi laboribus audiunt: Tanta passi estis sine causa.* Idem in caput 9. Matthæi: *Hujus occasione testimonii, Montanus, Prisca & Maximilla etiam post Pentecostem faciunt Quadragesimam.* Sunt, qui existiment duas Xerophagiarum hebdomadas, quarum meminit Tertullianus, nihil aliud fuisse, quam duas quadragesimas, quas præter illam primam, ac solemnem Catholicorum quadragesimam jejunabant Montanistæ. Cui sententiæ facile accedo. Nam Tertullianus eo loco propria dumtaxat Montanistarum jejunia recenset. Sic enim loquitur: *Quantula enim est apud nos interdictio ciborum? Duas in anno hebdomadas Xerophagiarum, nec totas, exceptis scilicet Sabbatis & Dominicis, offerimus Deo.* De Paschali autem jejunio nihil dixit, eo quod hoc jejunium non proprium erat Montanistarum, sed commune omnium Christianorum. Ceterum notandum est, hoc loco Apollonium tamquam gravissimum facinus objicere Montano, quod jejunia sub lege ac sub præcepti forma constituisset: non quod jejunare crimen sit; aut quasi quibusdam in Ecclesia non liceat, semperque licuerit indicere jejunia. Nam & Joannes Apostolus triduanum Ephesiis jejunium indixit, priusquam ad scribendum Evangelium se conferret. Et Episcopi Catholicæ plebi mandare jejunia solebant ex aliqua sollicitudinis ecclesiasticæ causa, ut docet Tertull. in lib. cit. cap. 13. Verum Montano id facere nullatenus licebat, homini hæretico, & ab Ecclesiæ corpore segregato, nec ullum sacerdotium gerenti. Merito igitur eum reprehendit Apollonius, quod ex arbitrio suo, non ex Apostolica traditione constituisset jejunia. Nam Catholicorum quidem jejunia ex Apostolorum traditione manant: de solemnibus ac publicis jejuniis loquor, quæ certis diebus in Ecclesia quotannis observabantur. Hæreticorum autem jejunia, ex inani præsumtione, & sanctitatis simulatione procedunt. Cujusmodi fuere jejunia, quæ Montanus sectatoribus suis tamquam Paracletus indixit.


2. Πρισκίλλαν *παρθένον.*] In codice Med. Maz. & Fuk. & apud Nicephorum legitur Πρίσκαν, quam scripturam confirmat etiam Rufinus. Sed & Tertullianus, & Firmilianus, aliique Priscam nominant.

3. Δοκεῖ *σοι.*] Nicephorus in lib. 4. cap. 26. negativam addit particulam, οὐ δοκεῖ σοι, &c. Atque ita Savilius ad marginem sui libri emendavit.

4. Τὴν *ἀξιόπιστον πλεονεξίαν.*] Musculus vertit, *indubitata avaritia circumdatus.* Christophorsonus vero, *totus revera avaritiæ pallio involutus.* Langus autem interpretatus est, *inexplebilis avaritiæ sordibus obvolutus*: quasi ἄπληστον πλεονεξίαν legeretur. Ego vero non dubito, quin hic locus ita intelligendus sit, ut verti: quod satis declarat vox ἠμφιεσμένος, qua velamentum & simulatio designatur. Etenim Montanistæ illi avaritiam suam religionis prætextu, & specioso oblationum vocabulo obvelabant, ut supra dixit Apollonius, *ὁ ἐπ' ὀνόματι προσφορῶν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος.*

5. Τῆς *ὁμολογίας τὸ σημεῖον.*] Christophorsonus quidem crucem intelligi putavit, eo quod in Evangelio crux portari frequenter dicitur. Sed procul dubio vincula ipsa intelligit Apollonius, quæ Themison pro Christo portare nequiverat. Quod enim confessionis signum heic vocat Apollonius, sequente linea nominat τὰ δεσμά.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 211.



τοῖς τῆς κενοφωνίας λόγοις· βλασφημῆσαι δὲ εἰς τὸν Κύριον καὶ τοὺς Ἀποστόλους, καὶ τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν.

A re; novæ autem doctrinæ patrocinari; ac postremo in Dominum, in Apostolos & in sacrosanctam Ecclesiam impie loqui.

I V.

Ἵνα δὲ μὴ περὶ πλειόνων λέγωμεν, ἡ προφῆτις ἡμῖν εἰπάτω τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μάρτυρα, ᾧ συνεστιᾶται· [1] ᾧ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί· οὗ τὰς ληστείας καὶ τὰ ἄλλα τολμήματα ἐφ' οἷς κεκόλασται, οὐχ ἡμᾶς δεῖ λέγειν, ἀλλὰ ὁ [2] ὀπισθόδομος ἔχει. τίς οὖν τίνι χαρίζεται τὰ ἁμαρτήματα; πότερον ὁ προφήτης τὰς ληστείας τῷ μάρτυρι, ἢ ὁ μάρτυς τῷ προφήτῃ τὰς πλεονεξίας; εἰρηκότος γὰρ τοῦ Κυρίου, μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μήτε ἄργυρον μήτε δύο χιτῶνας, οὗτοι πᾶν τοὐναντίον, πεπλημμελήκασι περὶ τὰς τούτων τῶν ἀπηγορευμένων κτήσεις· δείξομεν γὰρ τοὺς λεγομένους παρ' αὐτοῖς προφήτας καὶ μάρτυρας, μὴ μόνον παρὰ πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παρὰ πτωχῶν καὶ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν κερματιζομένους. καὶ εἰ πεποίθησιν ἔχουσιν ἐν τούτῳ, στήτωσαν καὶ [3] διοριζάσθωσαν ἐπὶ τούτοις· ἵνα ἐὰν ἐλεγχθῶσι, κἂν τοῦ λοιποῦ παύσωνται πλημμελοῦντες. δεῖ γὰρ τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τοῦ προφήτου· ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. ἵνα δὲ τοῖς βουλομένοις τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον ᾖ γνώριμα· κέκριται ὑπὸ Αἰμιλίου Φροντίνου ἀνθυπάτου ἐν Ἐφέσῳ, οὐ διὰ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ δι' ἃς ἐτόλμησε ληστείας, [4] ὢν ἤδη παραβάτης· εἶτα ἐπιψευσάμενος τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου, ἀπολέλυται πλανήσας τοὺς ἐκεῖ πιστούς· καὶ ἡ ἰδία παροικία αὐτὸν, ὅθεν ἦν, οὐκ ἐδέξατο, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ληστήν· καὶ οἱ θέλοντες μαθεῖν τὰ κατ' αὐτὸν, ἔχουσι τὸ τῆς Ἀσίας δημόσιον ἀρχεῖον· ὃν ὁ προφήτης συνόντα πολλοῖς ἔτεσιν ἀγνοεῖ. τοῦτον ἐλέγχοντες ἡμεῖς, δι' αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐξελέγχομεν τοῦ προφήτου. τὸ ὅμοιον ἐπὶ πολλῶν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι. καὶ εἰ θαῤῥοῦσιν, ὑπομεινάτωσαν τὸν ἔλεγχον.

Sed ne de pluribus loquamur, respondeat nobis prophetissa de Alexandro, qui se martyrem prædicat, quocum ipsa convivatur; qui adoratur etiam ipse a multis: cujus latrocinia & reliqua facinora, pro quibus pœnas dedit, nihil opus est nos dicere, præsertim cum in tabulario contineantur. Uter igitur illorum alteri peccata condonat? an prophetes martyri latrocinia? an martyr B prophetæ avaritiam? Cum enim Dominus præceperit; [a] *nolite possidere aurum, neque argentum, neque duas tunicas*; isti contra in rerum vetitarum possessione graviter deliquerunt. Qui enim ab ipsis prophetæ & martyres dicuntur, eos non solum a divitibus, sed etiam a mendicis, pupillis & viduis pecunias corrogare demonstrabimus. Quod si hac in parte confidunt innocentiæ suæ, sistant se, & de his nobiscum disceptent: ut, si quidem convicti fuerint, saltem in posterum delinquere desinant. Actus enim prophetæ, tamquam fructus examinandi sunt. [b] Ex fructibus quippe arbor cognoscitur. Quod vero ad Alexandrum pertinet, ut veritas omnibus nosse cupientibus innotescat, C judicatus est Ephesi ab Æmilio Frontino Asiæ Proconsule, non ob nomen Christi, sed ob ea quæ perpetraverat latrocinia, cum jam desertor fidei esset. Deinde vero ementitus nomen Christi, dimissus est, cum urbis illius fideles fefellisset. Ecclesia vero ejus loci unde erat oriundus, ipsum non recepit, eo quod latrocinia exerceret. Si qui vero totum illius negotium scire desiderant, præsto est publicum Asiæ tabularium. Et tamen propheta illum ignorare se fingit, quocum plures annos simul vixit. Hunc nos convincendo, per ipsum etiam prophetæ convincimus falsitatem. Idem in aliis compluribus possumus ostendere. Quod si fiduciam sui habent, subeant examen.

V.

Ἐὰν ἀρνῶνται δῶρα τοὺς προφήτας αὐτῶν εἰληφέναι· τοῦτο ὁμολογησάτωσαν, ὅτι ἐὰν ἐλεγχθῶσιν εἰληφότες, οὔκ εἰσι προφῆται· καὶ μυρίας ἀποδείξεις τούτων παραστήσομεν. ἀναγκαῖον δέ ἐστι πάντας καρποὺς δοκιμάζεσθαι προφήτου. προφήτης, εἰπέ μοι, [5] βάπτεται; προφήτης στιβίζεται; προφήτης φιλοκοσμεῖ; προφήτης τάβλαις καὶ κύβοις παίζει; προφήτης δανείζει; ταῦτα ὁμολογησάτωσαν πότερον ἔξεστιν ἢ μή· ἐγὼ δὲ, ὅτι γέγονε παρ' αὐτοῖς, δείξω.

D Si negant, prophetas suos munera accepisse, hoc igitur fateantur, non esse illos prophetas, si munera accepisse convicti sint: ac tum demum sexcenta ejus rei documenta ac testimonia proferemus. Necesse porro est, ut omnes prophetæ fructus atque actus probentur. Dic mihi tingit ne capillos propheta? an stibio oculos linit? an studet ornari? propheta ne tabula ludit & tesseris? an pecuniam locat fœnori? ingenue fateantur ac respondeant, utrum hæc agere liceat, an secus. Ego vero hæc apud ipsos acta esse, convincam.

a Matth. x. 9. 10. b Luc. vi. 44.

1. Ὧ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί.] Scribendum videtur καὶ αὐτῶν, id est, Montanistarum.

2. Ὀπισθόδομος.] Athenis dicebatur ὀπισθόδομος, ædes quædam post templum Minervæ Poliadis, in qua pecuniæ publicæ recondebantur, ut ex Demosthene docet Harpocration. Sed & in omnibus templis erat ὀπισθόδομος. Varro in lib. 4. de lingua Latina: *Ideo in ædibus sacris ante cellam, ubi sedes Dei est, Græci dicunt πρόδομον: quod post, ὀπισθόδομον.* Eadem habet Pollux in lib. 1. Heic vero ὀπισθόδομος pro tabulario sumitur, seu pro loco in quo tabulæ publicæ asservabantur; non pro ærario, ut sumitur apud Athenienses. Infra δημόσιον ἀρχεῖον vocat Apollonius.

3. Διοριζάσθωσαν ἐπὶ τούτοις.] Musculus vertit, *& super ea nobiscum disceptent, ea lege ut, &c.*

4. Ὢν ἤδη παραβάτης.] Hunc locum optime Rufinus exposuit hoc modo: *Judicatus est apud Æmilium Frontinum Proconsulem Ephesi, non propter nomen Christi, sed propter quædam latrocinia. Nam a Christi nomine jam apostata exsti-* E *terat. Sed posthæc ut fideles quidam fratres, qui per illud tempus apud judicem aliquid poterant, pro ipso intercederent, simulavit se propter nomen Domini laborare, & per hoc dimittitur.* At Christophorsoni versio primum in eo peccat, quod παραβάτην *maleficum* vertit: deinde in eo, quod ἐκρίθη, vertit *condemnatus est*.

5. Βάπτεται.] Hieronymus in Catalogo hunc locum ita vertit: *Dic mihi, crinem fucat propheta? stibio oculos linit? propheta vestibus & gemmis ornatur? propheta tabula ludit & tesseris? propheta fœnus accipit?* Longe profecto elegantius, quam Rufinus. Græci βάπτειν τὴν τρίχα dicunt, quod Latini crines tingere, seu rutilare. Id enim præcipue studebant matronæ, ut rutilum haberent crinem. Quam in rem cinere lixivio utebantur, ut docet Varro. Sammonicus Serenus de capillo tingendo ita præcipit:


Ad rutilam speciem nigros flavescere crines
Unguento cineris, prædixit Tullius auctor.

Vide Hesychium in ξανθίζειν.

S. ALEXANDRI,

primum Cappadocum, deinde Hierosolymitani episcopi & martyris,

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
212.



FRAGMENTA EPISTOLARUM.

I.

Epistola ad Antiochenses.

Apud Eusebium Hist. eccl. *lib.* vi. *cap.* xi.

A Ἀλέξανδρος [1] δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ μακαρίᾳ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἐν Κυρίῳ χαίρειν. ἐλαφρά μοι καὶ κοῦφα τὰ δεσμὰ ὁ Κύριος ἐποίησε [2] κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἱρκτῆς, πυθομένῳ τῆς ἁγίας ὑμῶν τῶν Ἀντιοχέων ἐκκλησίας κατὰ τὴν θείαν πρόνοιαν Ἀσκληπιάδην τὸν ἐπιτηδειότατον [3] κατ' ἀξίαν τὴν πίστιν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγκεχειρισμένον. Ταῦτα δὲ ὑμῖν κύριοί μου ἀδελφοὶ τὰ γράμματα ἀπέστειλα [4] διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου· ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ δοκίμου· ὃν ἴστε καὶ ὑμεῖς καὶ ἐπιγνώσεσθε· ὃς καὶ ἐνθάδε παρὼν κατὰ τὴν πρόνοιαν καὶ ἐπισκοπὴν τοῦ δεσπότου, ἐστήριξέ τε καὶ ηὔξησε τὴν τοῦ Κυρίου ἐκκλησίαν.

Alexander servus Dei, & vinctus Jesu Christi, beatissimæ Antiochensium ecclesiæ in Domino salutem. Expedita mihi ac levia vincula Deus effecit custodiæ meæ tempore, postquam comperi, Asclepiadem virum fidei merito maxime idoneum, sanctissimæ ecclesiæ vestræ episcopatum divina providentia suscepisse. Porro has litteras, domini fratres, per beatum presbyterum Clementem ad vos misi, virum virtute præditum & probatum: quem vos & nostis jam, & amplius cognoscetis. Qui quidem Dei nutu ac providentia, dum heic apud nos præsens esset, ecclesiam Christi & confirmavit & magnopere auxit.

II.

Ex epistola ad Antinoitas.

Ibidem.

Ἀσπάζεται ὑμᾶς Νάρκισσος ὁ πρὸ ἐμοῦ διέπων τὸν τόπον τῆς ἐπισκοπῆς τὸν ἐνθάδε, καὶ νῦν [5] συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν, ἑκατὸν δεκαὲξ ἔτη ἠνυκώς, παρακαλῶν ὑμᾶς [6] ὁμοίως ἐμοὶ φρονῆσαι. B

Salutat vos Narcissus, qui ante me episcopalem hujus ecclesiæ sedem tenuit, & qui nunc mihi conjunctus est in orationibus, annos natus sexdecim supra centum, hortaturque vos mecum ut idem omnes sentiatis.

III.

Ex epistola ad Origenem.

Ibid. cap. xiv.

Τοῦτο [a] γὰρ καὶ θέλημα Θεοῦ ὡς οἶδας γέγονεν, ἵνα ἡ ἀπὸ προγόνων ἡμῖν φιλία μένῃ ἄσυ-

Hæc enim Dei voluntas fuit, ut nosti, quo amicitia nostra jam inde a majoribus inchoata, fa-

1. *Δοῦλος κυρίου.*] In codice Med. Maz. & Fuk. inscriptio hujus epistolæ aliter legitur, hoc modo: *Ἀλέξανδρος ὁ δοῦλος καὶ δέσμιος Ἰησοῦ Χριστοῦ*: quibus consentit Rufini interpretatio.

2. *Κατὰ τὸν καιρὸν τῆς εἱρκτῆς.*] Hanc epistolam scripsit Alexander fervente adhuc persecutione, cum esset in vinculis, necdum ad episcopatum Hierosolymorum adscitus, ut ex his verbis apparet. Hinc est, quod in inscriptione epistolæ appellat se vinctum Jesu Christi. Ex quo conficitur, male in Chronico Eusebii Asclepiadis ordinationem conferri in annum primum Antonini Caracallæ. Nam Asclepiadis ordinatio contigit eodem tempore, quo Alexander ob Christiani nominis confessionem in carcerem conjectus est. Id autem accidisse principatu Severi, ipse Eusebius testatur in Chronico.

3. *Κατ' ἀξίαν τὴν πίστιν τῆς ἐπισκοπῆς.*] Rectius Nicephorus *κατ' ἀξίαν τῆς πίστεως, τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχειρισμένον*. Quod sive ex libro, sive ex conjectura Nicephorus ediderit, omnino probum videtur.

4. *Διὰ Κλήμεντος τοῦ μακαρίου πρεσβυτέρου.*] De Clemente Alexandrino heic loqui Alexandrum, putavit Hieronymus in Catalogo. Certe Clemens Alexandrinus usque ad Severi tempora vitam produxit, & in his regionibus pe- C regrinatus est, ut ipsemet testatur in lib. 1. Stromatei. Sed & Alexandri Episcopi familiaris fuit; cui etiam librum dicavit de Ecclesiastica regula, seu adversus Judæos, ut scribit Eusebius Hist. eccl. lib. vi. cap. 13. Paullo post nostri codices Maz. Med. & Fuk. scriptum habent, *τὴν τοῦ κυρίου ἐκκλησίαν*, sicut legit etiam Hieronymus.

5. *Συνεξεταζόμενός μοι διὰ τῶν εὐχῶν.*] Pessime hunc locum verterunt Rufinus & Christophorsonus. Recte autem Hieronymus, licet non ad verbum, interpretatur hoc modo: *Salutat vos Narcissus, qui ante me heic tenuit episcopalem locum, & nunc mecum eumdem orationibus regit.* Hoc enim sibi vult Alexander, Narcissum in orationibus dumtaxat, non in reliquo episcopali munere, sibi collegam fuisse. Quocirca addit, eumdem Narcissum annos centum, ac sexdecim natum esse. Ex quibus apparet, Alexandrum non tam adjutorem, quam episcopum in locum Narcissi, utpote jam decrepiti, factum fuisse; Narcissum vero D nudum nomen Episcopi atque honorem retinuisse.

6. *Ὁμοίως ἐμοὶ φρονῆσαι.*] In codice Med. ac Maz. & Fuk. & apud Nicephorum scribitur, *ὁμοίως ἐμοὶ ὁμοφρονῆσαι*, rectius procul dubio, ut ex Rufini & Hieronymi interpretatione convincitur.

a *Τοῦτο γὰρ κ. τ. λ.*] Fragmentum istud Origenianis intexuit nuperus Origenis cl. editor tom. I. pag. 6.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 212.

λος · μᾶλλον δὲ θερμοτέρα ἢ καὶ βεβαιοτέρα. πατέρας γὰρ ἴσμεν τοὺς μακαρίους ἐκείνους τοὺς προοδεύσαντας, πρὸς οὓς μετ' ὀλίγον ἐσόμεθα· Πάνταινον [a] τὸν μακάριον ὡς ἀληθῶς καὶ κύριον· καὶ τὸν ἱερὸν [b] Κλήμεντα, κύριόν μου γενόμενον καὶ ὠφελήσαντά με· καὶ εἴ τις ἕτερος τοιοῦτος· δι' ὧν σε ἐγνώρισα τὸν κατὰ πάντα ἄριστον καὶ κύριόν μου, καὶ ἀδελφόν.

A cra atque inviolata maneret, immo ferventior ac firmior redderetur. Patres quippe agnoscimus beatos illos qui viam nobis præiverunt, & quos brevi secuturi sumus; Pantænum scilicet vere beatum ac dominum meum: & sanctum Clementem dominum item meum, qui me plurimum adjuvit: & si quis alius fuit hujusmodi. Per quos tu mihi innotuisti, domine ac frater longe omnium præstantissime.

I V.

Ex epistola ad Demetrium *episcopum Alexandrinum.*

Ibid. cap. XIX.

B [1] Προτέθηκε δὲ τοῖς γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέποτε ἠκούσθη, οὐδὲ νῦν γεγένηται, τὸ, παρόντων ἐπισκόπων λαϊκοὺς ὁμιλεῖν·. [2] οὐκ οἶδ' ὅπως προφανῶς οὐκ ἀληθῆ λέγων. ὅπου γοῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων· ὥσπερ ἐν Λαράνδοις Εὔελπις ὑπὸ Νέωνος· καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσου· καὶ [3] ἐν Συνάδοις Θεόδωρος ὑπὸ Ἀττικοῦ τῶν μακαρίων ἀδελφῶν. εἰκὸς δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γίνεσθαι, ἡμᾶς δὲ μὴ εἰδέναι.

Quod vero in litteris tuis adjecisti, numquam antea visum nec adhuc factum fuisse, ut præsentibus episcopis laici concionarentur; in eo nescio quomodo a veritate longissime aberrasti. Nam sicubi reperiuntur qui fratribus prodesse possint, eos sancti episcopi ultro adhortantur, ut ad populum conciones habeant. Sic Evelpis Larandis rogatus est a Neone; Paullinus Iconii a Celso; Theodorus apud Synnada ab Attico, fratribus nostris beatissimis. Idque etiam alibi fieri credibile est, quamvis nos ignoremus.

1. Προσέθηκε δέ.] Alloquebantur Demetrium in tertia persona, idque honoris caussa. Subaudiendum est igitur ἡ σὴ ἁγιότης, *sanctitas tua*. Quæ voces sine dubio præcesserant, ut constaret apertius, si totam epistolam haberemus.


2. Οὐκ οἶδ' ὅπως.] Hæc epistola ad Demetrium scripta est ab Alexandro Hierosolymorum Episcopo, viro disertissimo: unde singulari numero loquitur, οὐκ οἶδα, quamvis non tantum suo, sed & Cæsariensis Episcopi nomine litteras scribat.

3 Ἐν Συνάδοις.] Scribendum est Συννάδοις. Certe Rufinus vertit *apud Synnadam*. Urbs est Phrygiæ notissima, sic dicta ἀπὸ τοῦ Συνναίων, id est Συνοικεῖν, eo quod multi ex Macedonia illuc ad incolendum confluxerint. Unde primo quidem dicta est Συνναία, postea vero corrupto vocabulo Σύνναδα a finitimis vocata est. C Stephanus in lib. de Urbibus: τὸ μὲν πρῶτον Συναία (scribe Συνναία) ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα κληθῆναι. Ex his apparet, Σύνναδα cum duplice ν scribi debere. Quod quidem confirmant etiam nummi veteres. Exstat apud Joannem Tristanum nummus Caracallæ cum hac inscriptione, CΥΝΝΑΔΕΩΝ, ΔΩΡΙΕΩΝ, ΙΩΝΩΝ. Quæ quidem inscriptio docet, Synnadenses fuisse Dorionas, id est Dorienses, Jonibus permistos. Erant enim origine Macedones, ac proinde Dorienses; verum in medio Joniæ siti.

a Πάνταινον.] Pantæni meminit Clemens Alexandrinus *Stromat.* lib. I. pag. 274. & in *eclogis Theodoti* pag. 808. Plura Eusebius *Hist. eccl.* lib. V. capp. X. & XI. Hieronymus *de Vir. illustr.* cap. XXXVI. & Photius cod. CXVIII. S. Maximus in *Ambiguis* cap. 19. edit. Galei, illum vocat καθηγητὴν τοῦ Στρωματέως μεγάλου Κλήμεντος: licet Clementis discipulum Pantænum fuisse tradat Philippus Sidetes in fragmento a Dodvvello ad dissertationes Irenaicas vulgato pag. 488. Syncellus item pag. 355. post commemoratum Clementem Alexandrinum, Πανταῖνος φιλόσοφος ἀπὸ Στωϊκῶν ἐν τῷ θείῳ λόγῳ διέπρεπεν.

b Κλήμεντα.] De Clemente Alex. ex antiquioribus agunt Eusebius *Hist. Eccl.* lib. III. cap. XXXIII. lib. V. capp. XI. & XXVIII. & lib. VI. capp. VI. & XIII. Hieronymus *de Vir. illustr.* cap. XXXVIII. Epiphanius *Hær.* XXXII. cap. VI. & Photius cod. CXI.





CAII ROMANI
PRESBYTERI
FRAGMENTA

Ex Dialogo *ſive* Diſputatione adverſus Proclum, *Sectæ Cataphrygarum patronum.*

I.

Apud Eusebium Hiſt. eccl. *lib.* II. *cap.* xxv.

Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια [a] τῶν Ἀποςόλων ἔχω δεῖξαι. ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν [1] ἐπὶ τὸν Βατικανὸν, ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠςίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν ἐκκλησίαν.

A Ego vero Apoſtolorum tropæa poſſum oſtendere. Nam ſive in Vaticanum, ſive ad Oſtienſem viam pergere libet, occurrent tibi tropæa eorum, qui eccleſiam illam fundaverunt.

II.

Ibid. lib. III. *cap.* xxviii.

Ἀλλὰ καὶ Κήρινθος ὁ δι' ἀποκαλύψεων ὡς ὑπὸ Ἀποστόλου μεγάλου γεγραμμένων, τερατολογίας ἡμῖν ὡς δι' ἀγγέλων αὐτῷ δεδειγμένας ψευδόμενος, ἐπεισάγει λέγων, μετὰ τὴν ἀνάςασιν ἐπίγειον εἶναι τὸ βασίλειον τοῦ Χριςοῦ· καὶ πάλιν ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ τὴν σάρκα πολιτευομένην δουλεύειν. καὶ ἐχθρὸς ὑπάρχων ταῖς γραφαῖς τοῦ Θεοῦ, ἀριθμὸν χιλιονταετίας ἐν γάμῳ ἑορτῆς, [2] θέλων πλανᾷν, λέγει γίνεσθαι.

Sed & Cerinthus per revelationes quaſdam a ſe tamquam a magno quodam Apoſtolo conſcriptas, portenta quædam quaſi ab Angelis ſibi oſtenſa commentus nobis introducit, affirmans poſt reſurrectionem regnum Chriſti in terris futurum, ac rurſus homines B Hieroſolymis degentes cupiditatibus & voluptati corporis obnoxios fore. Additque hoſtis ille divinarum ſcripturarum, mille annorum ſpatium in nuptialibus feſtis tranſactum iri, quo facilius imperitos homines decipiat.

III.

Ibid. cap. xxxi.

Μετὰ τοῦτο [b] δὲ προφήτιδες τέσσαρες αἱ Φιλίππου γεγένηνται ἐν Ἱεραπόλει τῇ κατὰ τὴν Ἀσίαν· ὁ τάφος αὐτῶν ἐςιν ἐκεῖ, καὶ ὁ τοῦ πατρὸς αὐτῶν.

Quatuor poſthæc Philippi filiæ prophetides fuerunt Hierapoli Aſiæ civitate, ubi etiam earum & patris Philippi ſepulcrum viſitur.

1. Ἐπὶ τὸν Βατικανόν.] Mirum eſt in omnibus noſtris codicibus uno conſenſu haberi Βατικανὸν: nec aliter legitur in Chronico Georgii Syncelli. In ſequentibus verbis ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠςίαν, omnes noſtri codices Ὀςίαν habent. Verum in hoc diſſentiunt, quod Mazarinus quidem & Medicæus codex cum leni ſpiritu habent Ὠςίαν: Regius autem & Fuketianus aſperum adhibent ſpiritum. Porro Vaticanus quidem ad B. Petrum referri debet, qui ſepultus eſt in Vaticano. Oſtienſis autem via Paullum denotat, qui ſepultus eſt in via Oſtienſe. C

2. Θέλων πλανᾷν.] Sic in editione Rob. Stephani, neſcio quo caſu, excuſum eſt: quem typographorum errorem ſecuti ſunt poſtea Genevenſes. Nos vero ex manuſcriptis codicibus, & ex Nicephori libro veram hujus loci ſcripturam reſtituimus θέλων πλανᾷν.

a Τὰ τρόπαια τῶν Ἀποσ.] Hieronymus in epiſtola ad Marcellum: *Eſt quidem ibi ſancta Eccleſia; ſunt tropæa Apoſtolorum & Martyrum.* Vales. in *Addend.*

b Μετὰ τοῦτο.] Hic locus excerptus quidem eſt ex Caii diſputatione; ſed ſunt Procli verba, a Cajo litteris conſignata. Sic enim Euſebius l. c. „ Præterea in dialogo „ Caii, Proclus adverſus quem inſtituta eſt diſputatio, „ de Philippi ejuſque filiarum exitu, ſic ait: *Quatuor* „ *poſthæc*, cet.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
214.

CAII ROMANI

PRESBYTERI

ut videtur

Fragmenta ex parvo Labyrintho,

sive ex libro adversus Artemonis hæresim.

I.

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* V. *cap.* XXVIII.

ΦΑσὶ γὰρ [1] τοὺς μὲν προτέρους ἅπαντας, καὶ αὐτοὺς τοὺς Ἀποστόλους παρειληφέναι τε καὶ δεδιδαχέναι ταῦτα, ἃ νῦν οὗτοι λέγουσι· καὶ τετηρῆσθαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ κηρύγματος μέχρι τῶν Βίκτορος χρόνων, ὃς ἦν τρισκαιδέκατος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοπος· ἀπὸ δὲ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ζεφυρίνου, παρακεχαράχθαι τὴν ἀλήθειαν. ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θεῖαι γραφαί· καὶ ἀδελφῶν δέ τινων ἐστὶ γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βίκτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔγραψαν· λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου καὶ Τατιανοῦ καὶ Κλήμεντος καὶ ἑτέρων πλειόνων, ἐν οἷς ἅπασι [a] θεολογεῖται ὁ Χριστός. τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε καὶ Μελίτωνος καὶ τῶν λοιπῶν τίς ἀγνοεῖ βιβλία, Θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριστόν; [2] ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. πῶς οὖν ἐκ τοσούτων ἐτῶν καταγγελλομένου τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος, ἐνδέχεται τοὺς μέχρι Βίκτορος οὕτως ὡς οὗτοι λέγουσι κεκηρυχέναι; πῶς δὲ οὐκ αἰδοῦνται ταῦτα Βίκτορος καταψεύδεσθαι· ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι Βίκτωρ τὸν σκυτέα Θεόδοτον τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα ταύτης τῆς ἀρνησιθέου ἀποστασίας, ἀπεκήρυξε τῆς κοινωνίας, πρῶτον εἰπόντα ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χριστόν; εἰ γὰρ Βίκτωρ κατ' αὐτοὺς οὕτως ἐφρόνει, ὡς ἡ τούτων διδάσκει βλασφημία, πῶς ἂν ἀπέβαλλε Θεόδοτον τὸν τῆς αἱρέσεως ταύτης εὑρετήν;

A Affirmant enim, priscos quidem omnes, & ipsos Apostolos, ea quæ ab ipsis nunc dicuntur, & accepisse & docuisse: ac prædicationis quidem veritatem esse custoditam usque ad Victoris tempora, qui tertius decimus a Petro Romanæ urbis episcopus fuit: a Zephyrini autem temporibus qui Victori successit, adulteratam fuisse veritatem. Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur, nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ, deinde fratrum quorumdam scripta, Victoris ætate antiquiora, quæ illi adversus Gentes & contra sui temporis hæreticos pro veritatis defensione scripserunt: Justinum intelligo, & Miltiadem & Tatianum, ac Clementem, aliosque quamplurimos: in quorum omnium libris Christi divinitas adstruitur. Nam B Irenæi quidem & Melitonis & reliquorum scripta quis est qui ignoret, in quibus Christum Deum simul atque hominem prædicarunt? Psalmi quoque & cantica fratrum jam pridem a fidelibus conscripta, Christum Verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo. Cum igitur tot ab hinc annis ecclesiastica doctrina prædicata sit, quei fieri potest, ut omnes usque ad Victoris tempora eam quam isti dicunt doctrinam promulgaverint? Quomodo eos non pudet hujusmodi calumniam adversus Victorem concinnare, cum certo sciant, Theodotum coriarium, qui defectionis illius Deum abnegantis parens & auctor fuit, primusque Christum nudum esse hominem asseruit, per Victorem a communione ecclesiæ ejectum fuisse? Nam C si, ut ajunt, Victor eadem sentiebat quæ illorum docet impietas, cur Theodotum opinionis illius auctorem ab ecclesia removit?

II.

Ibidem.

Ὑπομνήσω γοῦν πολλοὺς τῶν ἀδελφῶν πρᾶγμα ἐφ' ἡμῶν γενόμενον· ὃ νομίζω ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγεγόνει, τυχὸν ἂν κἀκείνους ἐνουθέτησε. [3] Νατάλιος

Facinus nostra ætate gestum, multis fratrum nostrorum in memoriam revocabo: quod quidem si Sodomis admissum fuisset, ipsos, ut arbitror, incolas

1. Φασὶ γὰρ κ. τ. λ.] Nicephorus in lib. 4. cap. 21. hunc librum auctoris ignoti inscriptum esse, dicit: *μικρὸν λαβύρινθον*. Photius autem in bibliotheca cap. 48. Cajum hujus libri auctorem facit, *τοῦτον τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην ἐκκλησίας, συντάξαι δὲ καὶ ἕτερον λόγον ἰδίως κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως*, &c. Hic est ipse liber, cujus fragmenta heic profert Eusebius, quem tamen a Labyrintho Photius aperte distinguit. Sed Nicephori sententiam confirmat Theodoritus in lib. 2. hæreticarum fabularum capite 5. ubi agens de Theodoto coriario, eamque de Natale episcopo referens historiam quam heic narrat Eusebius, ex libro qui *parvus labyrinthus* dicitur, illam esse depromtam testatur.

2. *Ψαλμοὶ δὲ καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι.*] Scribendum est *ἀπ' ἀρχῆς*, ut habet codex Med. Fuk. Savil. & Nicephorus. Porro ex his verbis apparet, morem fuisse antiquissimum in Ecclesia, hymnos & psalmos in honorem Christi componere. Certe Plinius in epi- D stola ad Trajanum auctor est, Christianos in unum convenientes Christo hymnos canere consuevisse. De his psalmis & hymnis intelligendus videtur Hippolytus in oratione de consummatione mundi sub finem: *τὸ στόμα ἡμῶν πρὸς δοξολογίαν καὶ αἶνον καὶ ψαλμοὺς καὶ ᾠδὰς πνευματικὰς ηὐτρέπισας λαλεῖν*. Hujusmodi hymnus in honorem Jesu Christi a Clemente Alexandrino compositus exstat ad finem ejus librorum, qui *pædagogi* inscribuntur.


3. *Νατάλιος ἦν τις.*] Nescio, an hic sit Cæcilius Natalis, qui disputatione Octavii Januarii coram Minucio Felice Romæ habita, ad Christi fidem conversus est, ut scribitur in dialogo Minucii Felicis (cap. XVI.) Nomen certe convenit, & tempus atque professio.

a *Θεολογεῖται.*] De vi ac notione verbi *θεολογεῖν*, Justino M. primitus usurpati, vide sis nostræ hujus Bibliothecæ tom. I. pagg. 512. *6.* & *726.* Aliorum veterum Patrum complura loca in eamdem sententiam profert Svicerus in *Thes. eccl.* tom. I. pag. 1355. §. II.

ἦν τις ὁμολογητὴς οὐ πάλαι, ἀλλ' ἐπὶ [a] τῶν ἡμετέρων γενόμενος καιρῶν. οὗτος ἠπατήθη ποτὲ ὑπὸ Ἀσκληπιοδότου καὶ ἑτέρου Θεοδότου τινὸς τραπεζίτου· ἦσαν δὲ οὗτοι ἄμφω Θεοδότου τοῦ σκυτέως μαθηταὶ, τοῦ πρώτου ἐπὶ ταύτῃ τῇ φρονήσει, μᾶλλον δὲ ἀφροσύνῃ, ἀφορισθέντος τῆς κοινωνίας ὑπὸ Βίκτορος ὡς ἔφην τοῦ τότε ἐπισκόπου. ἀνεπείσθη δὲ ὁ Νατάλιος ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ σαλαρίῳ [1] ἐπίσκοπος [b] κληρωθῆναι ταύτης τῆς αἱρέσεως, ὥστε λαμβάνειν παρ' αὐτῶν μηνιαῖα δηνάρια ἑκατὸν πεντήκοντα. γενόμενος οὖν σὺν αὐτοῖς, δι' ὁραμάτων [c] πολλάκις ἐνουθετεῖτο ὑπὸ τοῦ Κυρίου· ὁ γὰρ εὔσπλαγχνος [d] Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, οὐκ ἐβούλετο ἔξω ἐκκλησίας γενόμενον, ἀπολέσθαι [e] μάρτυρα τῶν ἰδίων παθῶν. ἐπεὶ δὲ ῥαθυμότερον τοῖς ὁράμασι προσεῖχε, δελεαζόμενος τῇ τε παρ' αὐτοῖς πρωτοκαθεδρίᾳ, καὶ τῇ πλείστους ἀπολλυούσῃ αἰσχροκερδείᾳ, τελευταῖον ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων ἐμαστιγώθη, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς οὐ σμικρῶς αἰκισθείς· ὥστε ἕωθεν ἀναστῆναι, καὶ ἐνδυσάμενον σάκκον, καὶ σποδὸν καταπασσάμενον, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιόμενον ὑπὸ τοὺς πόδας οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν· συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν εὔσπλαγχνον ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ· πολλῇ τε τῇ δεήσει χρησάμενον, δείξαντά τε τοὺς [f] μώλωπας ὧν εἰλήφει πληγῶν, [g] μόλις κοινωνηθῆναι.

A ad pœnitentiam provocare potuiſſet. Erat quidam Natalis nomine, confeſſor, qui non ita pridem, ſed noſtra ætate vixit. Hic forte in fraudem inductus eſt ab Aſclepiodoto, & altero quodam Theodoto argentario. Ambo autem iſti diſcipuli erant Theodoti illius coriarii, qui primus ob hanc doctrinam, ſeu potius inſaniam a Victore, ut dixi, tunc temporis epiſcopo ab eccleſiæ communione remotus eſt. Hi perſuaſerunt Natali, ut accepto ſalario hæreſis illius epiſcopus crearetur, ea ſcilicet conditione, ut menſtruos centum quinquaginta denarios ab illis acciperet. Sociatus igitur illorum partibus, ſæpe a Domino reprehendebatur in viſis. Clementiſſimus enim Deus ac Dominus noſter Jeſus Chriſtus, eum qui paſſionum
B ſuarum teſtis exſtiterat, perire extra eccleſiam nolebat. Sed cum viſis illis obtemperare negligeret Natalis, utpote honore primæ apud illos ſedis, & turpis lucri cupiditate (quæ multis mortalibus exitio eſt) ineſcatus, tandem a ſanctis Angelis per totam noctem flagris cæſus & graviſſime verberatus eſt: adeo ut primo diluculo conſurgens, ſaccum induerit, & cinere conſperſus confeſtim cum lacrymis ad pedes Zephyrini epiſcopi ſeſe abjecerit, non ſolum clericorum, verum etiam laicorum veſtigiis advolutus; & Chriſti miſericordis eccleſiam ipſam quoque miſericordem fletibus ſuis commoverit, atque concuſſerit: multiſque precibus uſus, oſtenſis etiam vibicibus plagarum quas pertulerat, vix tan-
C dem ad communionem admiſſus eſt.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
214.



1. Ἐπίσκοπος κληθῆναι.] Ita ſcriptum præfert codex Regius, cui conſentit Rufini interpretatio. Sed quatuor reliqui codices, Maz. Med. Fuk. & Savil. ſcriptum habent, κληρωθῆναι.

a Ἐπὶ τῶν ἡμετέρων καιρῶν.] Ad litteram Græcam, *noſtris temporibus:* qua locutione ſe non rem præteritam ex aliorum memoria narrare, ſed recentem, quam ipſe oculis perſpectam habere potuerit, & quam proxime dixerat ἐφ' ἡμῶν γενόμενον teſtari noſter auctor ſignificat. COUTANT. *Epiſtt. Rom. Pontiff.* pag. 109. ubi hujuſmodi Caji fragmentum in medium profert.

b Κληρωθῆναι.] Non diſplicet quod apud Rufinum, *nominaretur;* ex quo & liquet eum Græce legiſſe κληθῆναι. Neque vero obſcurum eſt, Natali vanum epiſcopi ſine re nomen indultum fuiſſe, quum non eſſet inter illos hære-
D ticos epiſcopus qui ei ordinationem conferre poſſet. Hinc non alicujus urbis, ſed *hæreſis illius* epiſcopus nuncupatus eſt. Quocirca & infra dicitur *prima cathedra* inſignitus, non quia epiſcopis aliquibus, ſed quia toti hæreſi præſideret. COUTANT.

c Δι' ὁραμάτων —— ἐνουθετεῖτο. Rufinus vertit, *admonebatur in ſomniis*. Valeſius vero, *corripiebatur in ſomnis:* & infra, *ſed quum nocturnas ejuſmodi viſiones negligeret:* quo in loco Rufinus non addidit *nocturnas*. In utroque loco placuit litteræ Græcæ adhærere, in qua nihil eſt, unde ſomnianti ne an vigilanti hæc viſa oſtenſa ſint, conjectemus. Immo Petrus Gillius in Lexico obſervat τὸ ὅραμα, quo conſtanter utitur noſter auctor, de viſis vigilantium proprie dici. ID. —— De hujuſmodi viſis, ex probatiſſimis Eccleſiæ monumentis antiquioribus complura profert exempla Dodvvellus *Diſſert.* IV. *Cyprian.* pag. 37. ſeqq.


d Θεὸς —— I. X.] Nemo dixerit *Dei* nomen (a Cajo qui Artemonis hæreſim refutat) heic improprie Chriſto
E attribui: ſiquidem illum ab Artemone Deum negari non patitur, quem a majoribus, contra hæretici hujus mendacia, Deum aſſertum eſſe, Juſtini, Miltiadis, Tatiani, Clementis, Irenæi & Melitonis ſcriptis evincit. COUTANT.

e Μάρτυρα τῶν ἰδίων παθῶν.] Apud Rufinum: *martyrem ſuum qui ſibi in multis paſſionibus exſtiterat*. ID.

f Μώλωπας ὧν εἰλήφει πληγῶν.] Valeſius poſt Rufinum addidit, *pro Chriſti confeſſione*. Et heic hærendum Græco duximus: maxime quum flagellorum quibus Natalis a ſanctis angelis cæſus eſt, proxima mentio, plagas pro Chriſti deſertione potius, quam *pro Chriſti confeſſione* acceptas, heic intelligi poſtulet. ID.

g Μόλις κοινωνηθῆναι.] Hujuſmodi indulgentia non ſolum iis qui a catholica fide abſceſſerant & ad eam poſtmodum redierant, ſed & mœchis pœnitentibus impertita, Tertulliano valde diſplicuit. Eam ob cauſſam in lib. *de pudicit.* n. 13. epiſcopum cujus nomen reticet, ſic ſugillat: *Et tu quidem pœnitentiam mœchi ad exorandam fraternitatem in eccleſiam inducens, conciliatum & concineratum,*
D *cum dedecore & horrore compoſitum, proſternis in medium ante viduas, ante presbyteros, omnium lacinias invadentem, omnium veſtigia lambentem, omnium genua detinentem; inque eum hominis exitum, quantis potes miſericordiæ illecebris, bonus paſtor & benedictus papa concionaris, & in parabola ovis capras tuas quæris, tua ovis ne rurſus de grege exſiliat.* Quæ verba heic deſcribere viſum eſt non tantum ob conſenſionem illorum cum iis quæ (a Cajo) proxime relata ſunt, aut ut ea quæ tunc temporis circa pœnitentes vigeret diſciplina, exemplo altero firmaretur: ſed & maxime quia nonnulli, nominatimque Paſchaſius Queſnellus *Diſſert.* I. *de vita & geſtis Leonis* cap. XII. n. 6. Papam illum de quo hæc Tertullianus eloquitur, Zephyrinum interpretantur. De ipſo quoque Baronius ad annum 216. n. 4. dictum intelligit illud ejuſdem lib. I. cap. 1. *Audio etiam edictum eſſe propoſitum, & quidem peremtorium: pontifex ſcilicet maximus, quod eſt epiſcopus epiſcoporum, edicit: Ego & mœchiæ & fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto.* Ne-
E que ambiguum eſt, quin ſi denotetur Zephyrinus his cap. 1. verbis, idem quoque ſuperioribus cap. 13. carpatur. Non deſunt tamen qui utrumque locum ad epiſcopum Carthaginienſem referant; adeo ut is per exaggerationem Tertulliano non inſolentem, *pontifex maximus* dictus ſit & *epiſcopus epiſcoporum*. Verum ſive is, ſive quivis alius intelligatur, tum hujus edicto, tum Zephyrini, immo & Dei Natalem lapſum ad pœnitentiam non una ratione provocantis auctoritate, prædamnata eſt Novatiani duritia, qua lapſis etiam pœnitentibus veniam negari voluit. ID.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 214.



III.

Ibidem.

Γραφὰς μὲν θείας ἀφόβως ῥεραδιουργήκασι· πίστεως δὲ ἀρχαίας κανόνα ἠθετήκασι· Χριστὸν δὲ ἠγνοήκασιν· οὐ τί αἱ θεῖαι λέγουσι γραφαὶ, ζητοῦντες, ἀλλ' ὁποῖον σχῆμα συλλογισμοῦ εἰς τὴν τῆς ἀθεότητος εὑρεθῇ σύστασιν, φιλοπόνως ἀσκοῦντες· κἄν αὐτοῖς προτείνῃ τις ῥητὸν γραφῆς θεϊκῆς, ἐξετάζουσι [1] πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον δύναται ποιῆσαι σχῆμα συλλογισμοῦ· καταλιπόντες δὲ τὰς ἁγίας τοῦ Θεοῦ γραφὰς, Γεωμετρίαν ἐπιτηδεύουσιν· ὡς ἂν ἐκ τῆς γῆς ὄντες καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλοῦντες, καὶ [2] τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον ἀγνοοῦντες. Εὐκλείδης γοῦν παρά τισιν αὐτῶν φιλοπόνως γεωμετρεῖται· Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Θεόφραστος θαυμάζονται· [3] Γαληνὸς γὰρ ἴσως ὑπό τινων καὶ προσκυνεῖται. οἱ δὲ ταῖς τῶν ἀπίστων τέχναις εἰς τὴν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν γνώμην ἀποχρώμενοι, καὶ τῇ τῶν ἀθέων πανουργίᾳ τὴν ἁπλῆν τῶν θείων γραφῶν πίστιν καπηλεύοντες· ὅτι μὴ δὲ ἐγγὺς πίστεως ὑπάρχουσι, τί δεῖ καὶ λέγειν; διατοῦτο ταῖς θείαις γραφαῖς ἀφόβως ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰς διωρθωκέναι. καὶ ὅτι τοῦτο μὴ καταψευδόμενος αὐτῶν λέγω, ὁ βουλόμενος δύναται μαθεῖν· εἰ γάρ τις θελήσει συγκομίσας αὐτῶν ἑκάστου τὰ ἀντίγραφα ἐξετάζειν πρὸς ἄλληλα, κατὰ πολὺ ἂν εὕροι διαφωνοῦντα· ἀσύμφωνα γοῦν ἔσται [4] τὰ Ἀσκληπιάδου τοῖς Θεοδότου. πολλῶν δέ ἐστιν εὐπορῆσαι, διὰ τὸ φιλοτίμως ἐγγεγράφθαι τοὺς μαθητὰς αὐτῶν τὰ ὑφ' ἑκάστου αὐτῶν ὡς αὐτοὶ καλοῦσι κατωρθωμένα, τουτέστιν ἠφανισμένα. πάλιν δὲ τούτοις τὰ Ἑρμοφίλου οὐ συνᾴδει. τὰ γὰρ Ἀπολλωνίου οὐδὲ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἐστιν σύμφωνα. ἔνεστι γὰρ συγκρῖναι τὰ πρότερον [5] ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα, τοῖς ὕστερον πάλιν ἐπιδιαστραφεῖσι, καὶ εὑρεῖν κατὰ πολὺ ἀπάδοντα. ὅσης δὲ τόλμης ἐστὶ τοῦτο τὸ ἁμάρ-

Sacras quidem scripturas audacter adulteraverunt; primitivæ autem fidei regulam rejecerunt; Christum ipsum denique ignoraverunt: non inquirentes, quid sacræ doceant Scripturæ, sed cujusmodi syllogismorum figura ad confirmandam impietatem suam reperiatur, assidue meditantes. Quod si quis aliquem divinæ Scripturæ locum eis objiciat, examinant, utrum connexum, an disjunctum syllogismi genus ex eo confici possit. Relictisque atque abjectis sacris Dei Scripturis, Geometriæ student; quippe qui terrestres sint & loquantur terrena, & illum qui de cælo advenit ignorent. Euclidis igitur Geometria apud nonnullos eorum studiose excolitur: Aristoteles vero & Theophrastus summa admiratione suscipiuntur: Galenus autem a quibusdam etiam adoratur. Proinde istos qui infidelium artibus ac disciplinis ad stabiliendam hæresis suæ opinionem abutuntur, & subtili impiorum hominum versutia simplicissimam divinarum Scripturarum adulterant fidem, remotissimos esse a fide quid attinet dicere? Hinc est, quod divinis Scripturis audacter manus intulerunt, eas a se emendatas esse dicentes. Atque id a me non falso eis objici, quisquis voluerit, facile cognoscet. Nam si quis exemplaria illorum undique conquisita simul inter se contulerit, inveniet profecto, illa inter se plurimum dissentire. Certe Asclepiodoti exemplaria non conveniunt cum illis quæ sunt Theodoti. Multa porro hujusmodi exemplaria nancisci licet, propterea quod discipuli illorum studiose perscripserunt ea quæ a magistris suis ut ipsi dicunt emendata, hoc est corrupta fuerant. Jam Hermophili exemplaria cum illis quæ dixi, minime consentiunt. Ea vero quæ dicuntur Apollonidis, ne secum quidem ipsa concordant. Nam illa quæ prius ediderat, cum illis quæ postea invertit

1. Πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον.] Quid sit συνημμένον, & quid διεζευγμένον, docent Dialectici. Pronuntiata quæ Stoici ἀξιώματα vocant, alia sunt simplicia, ut illud: *dies est*; alia non simplicia. Ex his quæ non sunt simplicia, alia sunt συνημμένα, id est *connexa*, quæ constant ex duobus diversis pronuntiatis; ut illud, *si dies est, lux est*. Alia διεζευγμένα, seu *disjuncta*; ut illud, *aut dies est, aut nox est*. Vide Diogenem Laertium in Zenone. Sextus Empiricus τὸ συνημμένον definit, τὸ συνεστὼς ἐξ ἀξιώματος διαφορουμένου, ἢ ἐξ ἀξιωμάτων διαφερόντων, διὰ τοῦ εἰ ἢ εἴπερ συνδέσμου. Et exemplum connexi quod sit ex pronuntiato διαφορουμένῳ hoc affert: *si dies est, dies est*. Ex quo corrigendus est Diogenes Laertius in Zenone hoc modo, ἐξ ἀξιώματος μετὰ διαφορουμένου, οἷον, εἰ ἡμέρα ἐστὶν, ἡμέρα ἐστίν. Porro tam apud Sextum, quam apud Laertium mallem scribere διφορουμένου, quemadmodum legitur apud Alexandrum Aphrodisiensem in priora Analytica. Nam διφορούμενον, idem est quod δὶς λαμβανόμενον. Et hæc quidem de harum vocum interpretatione dicta sufficiant. Quod vero spectat ad hujus loci interpunctionem, scripti codices inter se dissentiunt. Nam Regius quidem codex quem secutus est Robertus Stephanus, post vocem διεζευγμένον, virgulam habet appositam; ut scias, voces illas συνημμένον καὶ διεζευγμένον, referendas esse ad τὸ ῥητὸν quod præcessit: non autem ad σχῆμα συλλογισμοῦ quod proxime sequitur. Sed reliqui codices, Maz. & Med. cum Fuk. & Saviliano, post vocem διεζευγμένον, nullam adhibent distinctionem, sed tantum post vocem συνημμένον. Quam distinctionem secutus Rufinus, & reliqui interpretes, connexum ac disjunctum, duo syllogismorum genera esse existimarunt. Mihi prior distinctio magis placet.

2. Τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον.] Christophorsonus vertit: *Christum qui de cælo venturus est, penitus ignorant*. Quam interpretationem equidem non damno. Sic enim loqui solent sancti Patres de supremo adventu Christi, quo mundum judicaturus est; non quasi de futuro, sed tamquam de præsenti: ἔρχεται κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. Ita Hegesippus in martyrio sancti Jacobi, & alii passim ab Eusebio citati. Possunt tamen hæc verba etiam de primo Christi adventu intelligi, quomodo accepit Rufinus.

3. Γαληνὸς γὰρ ἴσως ὑπό τινων καὶ προσκυνεῖται.] Galenus enim de figuris syllogismorum & de tota philosophia libros conscripserat, ut ex librorum ejus indice cognoscimus. Est autem illustre hoc testimonium de Galeno, quippe quod auctoris sit antiquissimi, & Galeni temporibus pæne æqualis. Nec vero ex hoc tantum scriptore, verum etiam ex aliis quampluribus idem colligere licet, qui Galenum Aristoteli ac Theophrasto, ipsique adeo Platoni æquare non dubitarunt. Certe Alexander Aphrodisiensis in librum octavum Topicorum non procul ab initio, satis indicat, ita omnes de Galeno existimasse. Postquam enim docuit, problematum alia ἔνδοξα esse, alia ἄδοξα; & ἔνδοξα quidem in duplici esse differentia: alia enim esse ἁπλῶς, alia ὡρισμένως: hæc subjunxit: ὡρισμένως δ' ἔνδοξα, τὰ τῷδέ τινι τῶν ἐνδόξων ἑπόμενα. οἷον, Πλάτωνι, ἢ Ἀριστοτέλει, ἢ Γαληνῷ.


4. Τὰ Ἀσκληπιάδου.] Apud Nicephorum scribitur Ἀσκληπιοδότου, quomodo etiam legit Rufinus. Paullo post, ubi legitur τὰ γὰρ Ἀπολλωνίου, restituendum est Ἀπολλωνίδου ex Theodorito in libro 2. hæreticarum fabularum cap. 5. & ex Nicephoro ac Rufino.

5 Ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα.] Christophorsonus legit ὑπ' αὐτοῦ: quomodo etiam Savilius ad oram sui codicis emendavit. Nostri tamen codices nihil mutant; & vulgata lectio confirmatur tum ex sequentibus, tum ex Theodorito. Nam Theodoritus in libro 2. hæreticarum fabularum cap. 5. hujus loci sensum ita expressit: καὶ οὐδὲ τοῦτο συμφώνως αὐτοὺς δεδρακέναι λέγει. ἀλλὰ ἄλλως μὲν τὸν Θεόδοτον, ἑτέρως δὲ τὸν Ἀσκληπιάδην, καὶ Ἑρμόφιλον ἄλλως, καὶ τὸν Ἀπολλωνίδην ἑτέρως· καὶ τούτων δὲ ἕκαστον ἐπιδιορθώσεις τῶν οἰκείων ποιήσασθαι. Ex quibus apparet, Theodoritum heic legisse in plurali numero, τὰ πρότερον ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα. Ipsa tamen orationis consequentia poscere videtur, ut ὑπ' αὐτοῦ potius scribatur. De solo enim Apollonide id affirmat Cajus, seu quis alius auctor fuit *parvi labyrinthi*: illum scilicet duas editiones composuisse sacrorum librorum, quarum posterior multum a priore differret.

τημα, εἰκὸς μὴ δὲ ἐκείνους ἀγνοεῖν. ἢ γὰρ οὐ πιστεύουσιν ἁγίῳ πνεύματι λελέχθαι τὰς θείας γραφὰς, καί εἰσιν ἄπιστοι· ἢ ἑαυτοὺς ἡγοῦνται σοφωτέρους τοῦ ἁγίου πνεύματος ὑπάρχειν· καὶ τί ἕτερον ἢ δαιμονῶσιν; οὐδὲ γὰρ ἀρνήσασθαι δύνανται ἑαυτῶν εἶναι τὸ τόλμημα, ὁπόταν καὶ τῇ αὐτῶν χειρὶ ᾖ γεγραμμένα· [1] καὶ παρ' ὧν κατηχήθησαν μὴ τοιαύτας παρέλαβον τὰς γραφάς· καὶ δεῖξαι ἀντίγραφα, ὅθεν αὐτὰ μετεγράψαντο, μὴ ἔχωσιν. ἔνιοι δὲ αὐτῶν οὐδὲ παραχαράσσειν ἠξίωσαν αὐτὰς, ἀλλ' ἁπλῶς ἀρνησάμενοι τόν τε νόμον καὶ τοὺς προφήτας, [2] ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας προφάσει χάριτος, εἰς ἔσχατον ἀπωλείας ὄλεθρον κατωλίσθησαν.

A atque luxavit, conferre quilibet poteſt, atque inter ſe diſſonantia deprehendere. Quantæ porro audaciæ ſit ejuſmodi facinus, ne ipſos quidem ignorare credibile eſt. Aut enim ſacras Scripturas a ſancto Spiritu dictatas eſſe non credunt, ac proinde infideles ſunt: aut ſemetipſos Spiritu ſancto ſapientiores eſſe exiſtimant, ac proinde quid aliud ſunt, quam dæmoniaci? Neque enim negare poſſunt, hoc facinus a ſe admiſſum eſſe, cum ipſorum manu deſcripta ſint exemplaria; neque ab illis a quibus in Chriſtiana fide inſtituti ſunt, ejuſmodi codices acceperint: nec oſtendere poſſint exemplaria, ex quibus ſua illa deſcripſerunt. Quidam autem ex ipſis ne adulterare quidem Scripturas dignati ſunt: ſed legem ac prophe-
B tas abſolute repudiantes, per illegitimam & impiam doctrinam, ſub obtentu gratiæ in altiſſimum exitii gurgitem delapſi ſunt.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 214.



1. Καὶ παρ' ὧν κατηχήθησαν.] Tota hæc pericope uſque ad verba illa μὴ ἔχωσι, deeſt in codice Regio, nec admodum neceſſaria mihi videtur: habetur tamen in vetuſtiſſimo codice Maz. Med. ac Fuk. & in interpretatione Rufini.

2. Ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας.] Subaudiendum videtur ἕνεκα, vel διὰ τῆς ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας.] Ita fere Langus, & Muſculus hunc locum interpretati ſunt, melius profecto, quam Chriſtophorſonus. Male etiam Rufinus vertit: *& obtentu impiæ hujus aſſertionis*, quaſi Græca ſic conſtruenda ſint, ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας προφάσει. Atqui προφάσει χάριτος dixit Euſebius. Quippe hæretici illi, obtentu gratiæ quæ per Evangelium donata eſt, legem ac prophetas repudiabant. Unde eorum doctrina merito ἄνομος & ἄθεος dicitur: ἄνομος, eo quod legem rejicerent: ἄθεος, eo quod prophetas unius ac veri Dei nuntios repudiarent.



CAII ROMANI

PRESBYTERI,

ut videtur,

FRAGMENTUM ACEPHALUM

De Canone sacrarum Scripturarum [1],

Apud L. A. MURATORIUM *V. C.* Antiqq. Ital. med. æv. *tom.* III. *col.* 854.

I. .... quibus tamen interfuit, & ita posuit. A Tertio *Evangelii* Librum *secundo Lucam*. Lucas iste medicus post ascensum Christi, cum eo Paulus quasi ut juris studiosum secundum adsumsisset, numeni suo ex opinione concriset. Dominum tamen nec ipse vidit in carne; & idem prout assequi potuit, ita & a nativitate Johannis incipet dicere. Quarti *Evangeliorum Johannis* ex Discipulis. Cohortantibus condiscipulis & Episcopis suis dixit: *Conjejunate mihi hodie triduo, & quid cuique fuerit revelatum, alterutrum nobis enarremus*. Eadem nocte revelatum Andreæ ex Apostolis, ut recognoscentibus cunctis, Johannis suo nomine cuncta describeret. Et ideo licet varia singulis Evangeliorum Libris principia doceantur, B nihil tamen differt credentium fidei, cum uno ac principali spiritu declarata sint in omnibus omnia de Nativitate, de Passione, de Resurrectione, de conversatione cum Discipulis suis, & de gemino ejus Adventu. Primo in humilitate despectus, quod ro..... Secundum potestate regali præclarum, quod futurum est. Quid ergo mirum, si Johannes tam constanter singula etiam in Epistolis suis proferat dicens in semetipso: *Quæ vidimus oculis nostris, & auribus audivimus, & manus nostræ palpaverunt, hæc scripsimus*. Sic enim non solum visorem, sed auditorem, sed & scriptorem omnium mirabilium Domini per ordinem profitetur.

II. *Acta* autem omnium *Apostolorum* sub uno Libro scripta sunt *Lucas* optime *Theophile* comprehendit, quia sub præsentia ejus singula gerebantur, sicut & semote passionem Petri evidenter declarat, sed profectionem Pauli ab Urbe ad Spaniam proficiscentis.

III. *Epistola* autem *Pauli*, quæ, a quo loco, vel qua ex causa directe sint, voluntatibus intelligere, ipse declarant. Primum omnium Corinthiis schisma hæresis interdicens, deinde Callactis circumcisionem. Romanis autem ordine Scripturarum, sed & principium earum esse Christum intimans, prolixius scripsit, de quibus singulis necesse est a nobis disputari; cum ipse beatus Apostolus Paulus sequens prædecessoris sui Johannis ordinem, nonnisi nominatim septem Ecclesiis scribat ordine tali. *Ad Corinthios* prima, *ad Ephesios* secunda, *ad Philippenses* tertia, *ad Colossenses* quarta, *ad Galatas* quinta, *ad Tessalonicenses* sexta, *ad Romanos* septima. Verum Corinthiis & Tessalonicensibus licet pro correbtione iteretur, una tamen per omnem orbem terræ Ecclesia diffusa esse denoscitur. Et Johannes enim in Apocalypsi licet septem Ecclesiis scribat, tamen omnibus dicit. Verum *ad Philemonem* una, & *ad Titum* una, & *ad Timotheum* duas pro affectu & dilectione; in honore tamen Ecclesiæ catholicæ, in ordinatione ecclesiasticæ disciplinæ sanctificatæ sunt. Fertur etiam *ad Laudecenses*, alia *ad Alexandrinos* Pauli nomine fictæ ad hæresem Marcionis; & alia plura quæ in catholicam Ecclesiam recipi non potest. Fel enim cum melle misceri non congruit.

IV. *Epistola* sane *Judæ*, & superscripti *Johannis duas* in Catholica habentur. Et *Sapientia* ab amicis *Salomonis* in honorem ipsius scripta. *Apocalypsis* etiam *Johannis*, & *Petri*, tantum recipimus, C quam quidam ex nostris legi in Ecclesia nolunt. *Pastorem* vero NUPERRIME TEMPORIBUS NOSTRIS in Urbe Roma *Herma* conscripsit, sedente Cathedra Urbis Romæ Ecclesiæ Pio Episcopo fratre ejus. Et ideo legi eum quidem oportet; se publicare vero in Ecclesia populo, neque inter Prophetas completum numero, neque inter Apostolos in finem temporum potest. *Arsinoi* autem seu *Valentini*, vel *Mitiadis* nihil in totum recipimus; qui etiam novum *Psalmorum Librum* Marcioni conscripserunt, una cum Basilide Assianum Catafrygum constitutorem [2].

1. Fragmentum istud proferimus e vetustissimo codice Ambrosiano decerptum, atque illud Eruditorum omnium examini subjicimus, nullum demendo ex erroribus, quibus librariorum imperitia scripturam saturavit atque fœdavit; quamquam nihil ii obstent, quominus pretium rei intelligamus. MURATOR. l. c.

2. Vidistin', quot vulnera frustulo huic antiquitatis inflixerit librariorum incuria atque ignorantia? ID.

AUCTOR ANONYMUS

RECOGNITIONUM

CLEMENTINARUM

EX INTERPRETATIONE

RUFINI TORANI

AQUILEJENSIS PRESBYTERI

CUM NOTIS

JOANNIS BAPT. COTELERII.

VETERUM TESTIMONIA DE RECOGNITIONIBUS CLEMENTINIS.

I.

ORIGENES, *Tomo* III. *Commentariorum in Genesim*; *in* Philocaliæ *cap.* XXII.

KAὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος, Πέτρου ἀποστόλου μαθητὴς, συνῳδὰ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι πρὸς τὸν πατέρα ἐν Λαοδικείᾳ εἰπὼν ἐν ταῖς περιόδοις, ἀναγκαιότατόν τι ἐπὶ τέλει τῶν τοιούτων λόγων φησὶ, περὶ τῶν τῆς γενέσεως δοκούντων [1] ἐμβεβηκέναι, λόγῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ· Καὶ ὁ πατήρ.

A

ET vero Clemens Romanus, Petri Apostoli discipulus, his consentanea de præsenti quæstione, ad patrem, Laodiceæ in Periodis seu Circuitionibus locutus; ad finem hujusmodi sermonum, aliquid maxime necessarium profert, de iis quæ per genituram videntur evenisse; Oratione decima quarta: *Et pater*: &c. RECOGNIT. *lib.* X. *cap.* X.

IDEM, *ad Matthæi* XXVI. 6. *&c.*

Tale aliquid dicit & Petrus ad Clementem; quoniam opera bona quæ fiunt ab infidelibus, in hoc sæculo eis prosunt; non & in illo, ad consequendam vitam æternam. Et convenienter: quia nec illi propter Deum faciunt, sed propter

B

ipsam naturam humanam. Qui autem propter Deum faciunt, id est, fideles; non solum in hoc sæculo proficit eis, sed & in illo; magis autem in illo. RECOGN. *lib.* VII. *cap.* XXXVIII.

II.

EUSEBIUS, Histor. eccl. *lib.* III. *cap.* III.

Librum vero qui Actus Petri dicitur, & Evangelium ejus nomine inscriptum, ejusdem quoque Prædicationis & Revelationis libros, pro Catholicis scriptis numquam esse habitos constat: quandoquidem nec vetustiorum quisquam, nec recentiorum Ecclesiæ Scriptorum, desumto ex iis libris testimonio usus fuit. C

Τὸ μὲν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ πράξεων, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον εὐαγγέλιον, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην ἀποκάλυψιν, οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα· ὅτι μήτε ἀρχαίων, μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς, ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις. C

Ex versione RUFINI.

Ille vero libellus qui dicitur Actus Petri, & quod nomine ejus Evangelium nuncupatur; sed & qui dicitur ejus Prædicatio vel Revelatio; in Scripturis prorsus Canonicis non habentur. Sed ne aliquis quidem Scriptorum veterum, uti eorum testimoniis invenitur. *Lege* NICEPHORUM, *lib.* II. *cap.* XLVI.

De his Actibus Petri, in quibus contenti videntur libri Recognitionum, *item de aliis ejusdem nominis, consuli debent*, HIERONYMUS, *infra*; ISIDORUS PELUSIOTA, *lib.* II. *epist.* XCIX. PHILASTRIUS, *De Hæresibus*, *cap.* XL. INNOCENTIUS *Papa*, *Epist.* III. *cap.* VII. GELASIUS, *in Concilio Romano*; PHOTIUS, *cum infra*, *tum cod.* CXIV. *&* SIGEBERTUS, *de Viris illustribus*, *cap.* I.

Idem EUSEBIUS, *lib.* III. *cap.* XXXVIII.

Quidam porro alia etiam opera prolixa & copiosa sub ejus nomine heri ac nudiustertius in lucem protulerunt: puta Petri & Apionis disputationes; quorum apud antiquos nulla omnino exstat mentio. Neque enim sincera rectæ fidei ab Apostolis traditæ nota in illis expressa reperitur. *Lege* MAXIMI *Prologum in Opera Dionysii*.

Ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ, χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται. οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα.

Ex interpr. RUFINI.

Sed & alia ejus opuscula non minima a nonnullis haberi perhibentur; velut Petri & Apionis disputatio; quæ in usu a veteribus habita minime reperimus: quia nec pura in eis & incorrupta Apostolicæ fidei regula mansisse deprehenditur. *Lege* NICEPH. *lib.* III. *cap.* XVIII.

De Disputatione Petri & Apionis, *quæ videtur fuisse vel pars vel appendix Clementis Recognitionum & Actuum Petri, vide infra in* HIERONYMO, PHOTIO *&* HONORIO AUGUSTODUNENSI.

III.

S. ATHANASIUS, *in Synopsi sacræ Scripturæ*.

Τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα.

Iterum libri novi Testamenti quibus contradi-

1. Εμβεβηκέναι.] Forte ἐκβεβηκέναι.

περίοδοι Πέτρȣ · &c. ἐξ ὧν μεταφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα, ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα, &c.

A citur, sunt: Circuitus Petri, &c. Ex quibus veriora & a Deo inspirata, electa sunt ac translata. Hæc sunt quæ leguntur, &c.

I V.

S. Epiphanius, *Hæresi* xxx. *Ebionæorum*, *num.* xv.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις· νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες· ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων· ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς περιόδοις νενοθευμένα. αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ηλίαν καὶ Δαβὶδ καὶ Σαμψὼν καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. ἐν ταῖς οὖν περιόδοις τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν, καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους· ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου ἁγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι. ἐμψύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσιν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς Εβίων καὶ Εβιωνῖται παντελῶς ἀπέχονται τούτων.

Utuntur autem & aliis quibusdam libris, nempe iis qui vocantur Circuitus Petri, a Clemente conscripti: atque ea quidem quæ in illis continentur corruperunt, pauca autem vera reliquerunt: quemadmodum eos ipse Clemens omnibus B modis redarguit, per Epistolas circulares quæ ab eo scriptæ, in sanctis Ecclesiis leguntur. Quia alium habet characterem fides illius ac oratio, ab iis quæ sub nomine ejus isti in Circuitibus suppofuerunt. Ille enim Virginitatem docet; at isti repudiant. Ille Eliam, Davidem, Sampsonem omnesque Prophetas commendat; quos isti detestantur. Itaque in Circuitibus omnia ad suum institutum accommodarunt, ac de Petro multa mendacia confinxerunt: quasi is quotidie castimoniæ caussa laverit, sicut & isti faciunt. Eumdem etiam ajunt abstinuisse ab animatis & carnibus, ut ipsi solent, & ab omni alio cibo qui carne constet; quandoquidem & ipse Ebion, & Ebio- C nitæ omnino ab iis abstinent. *Lege* Recognit. *lib.* iv. *cap.* III. *lib.* v. *cap.* xxxvi. *lib.* vii. *cap.* vi. & *lib.* viii. *capp.* I. & II.

V.

S. Hieronymus, de Vir. Illustr. *cap.* I.

Ex antiqua Versione.

Τὰ δὲ συγγράμματα, τοῦτ' ἔστι πρῶτον, ὃ ἐπιγέγραπται, πράξεις αὐτοῦ· δεύτερον, εὐαγγέλιον· τρίτον, κήρυγμα· τέταρτον, ἀποκάλυψις· πέμπτον, κρίσις· ὡς ἀπόκρυφα ὄντα ἀποδοκιμάζεται.

Libri autem, e quibus unus Actorum ejus (*Petri*) inscribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypseos, quintus Judicii, inter apocryphas scripturas [1] reputantur. *Lege* Freculfum, *tom.* II. *lib.* I. *cap.* xx. & Honorium August. *cap.* I.

Idem *ibid. cap.* xv.

Καὶ διάλογος Πέτρου καὶ Απίωνος μακρῷ λόγῳ συνταγεῖσα, ἥν τινα Εὐσέβιος εὐθύνει, ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τεύχει.

D Et Disputatio Petri & Apionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio Historiæ ecclesiasticæ volumine coarguit. *Lege* Freculfum, *tom.* II. *lib.* II. *cap.* x.

Idem *lib.* I. *adversus Jovinianum*, *cap.* xiv.

Possumus autem de Petro dicere, quod habuerit socrum eo tempore quo credidit, & uxorem jam non habuerit: quamquam legatur in περιόδοις, & uxor ejus, & filia. Sed nunc nobis de Canone omne certamen est. *In* Recognitionibus, *uxor Petri memoratur lib.* vii. *capp.* xxv. xxxvi. & *lib.* ix. *cap.* xxxviii. *filia vero, nusquam.*

Idem *lib.* I. *Commentariorum in Epistolam ad Galatas*, I. 18.

Non ut oculos, genas vultumque ejus (*Petri*, *Paullus*) aspiceret: utrum macilentus, an pinguis, adunco naso esset, an recto: & utrum E frontem vestiret coma; an, ut Clemens in Periodis ejus refert, calvitiem haberet in capite. *Hæc nunc in* Recognitionibus *non invenitur.*

V I.

Rufinus, *De adulteratione librorum Origenis.*

Clemens, Apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post Apostolos, & Episcopus & Martyr præfuit, libros edidit qui Græce appellantur ἀναγνωρισμὸς, id est Recognitio: in quibus, cum ex persona Petri Apostoli doctrina quasi vere Apostolica in quamplurimis exponatur; in aliqui-

1. *Reputantur.*] Al. *repudiantur.*

bus ita Eunomii dogma [1] scribitur, ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur, Filium Dei creatum ex nullis exstantibus asseverans. Tum deinde etiam illud adulterii inseritur genus, ut naturam diaboli, ceterorumque dæmonum non propositi voluntatisque malitia, sed excepta ac separata creaturæ produxerit qualitas; qui utique in ceteris omnem rationabilem creaturam docuerat liberi arbitrii facultate donatam. Sunt etiam alia nonnulla libris ejus inserta, quæ Ecclesiastica regula omnino non recipit. Quid, quæso, de his sentiendum est? quod Apostolicus vir, immo pæne Apostolus, non ea scribit quæ Apostoli di- A cunt; cui Paullus Apostolus testimonium dedit, dicens: [a] *Cum Clemente & adjutoribus meis ceteris, quorum nomina sunt in libro vitæ*; & scribat hoc quod libris vitæ contrarium est? An id potius credendum est, quod supra diximus; quod perversi homines, ad assertionem dogmatum suorum, sub virorum sanctorum nomine, tamquam facilius credenda inseruerunt ea quæ illi nec sensisse, nec scripsisse credendi sunt. *Lege* Hieronymum, *Apologiæ adversus Rufinum lib.* II. *cap.* iv. *& Præfationem* Rufini *ad hos Recognitionum libros. Lege etiam* Recognit. *lib.* III. *cap.* viii.

Idem, *in Peroratione translationis suæ Explanationum Origenis in Epistolam ad Romanos. Ex noviss. Origenis opp. edit. tom.* iv. *pag. 689.*

Post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgetur; Clementis, scilicet, Romani Episcopi, Apostolorum comitis ac successoris, de Recognitione libri, ut in La- B tinum vertantur. In quo opere bene novi, quod laborem labor multiplicat, si sortem suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis; dabo titulo nomen meum, Auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Rufini Clemens scribetur.

VII.

S. Paulinus Nolanus *Epistola* xlvi. *ad Rufinum, num.* 2.

Sane quod admonere dignaris affectu illo quo nos sicut te diligis, ut studium in Græcas litteras attentius sumam, libenter accipio; sed implere non valeo: nisi forte desideria mea adjuvat Dominus, ut diutius consortio tuo perfruar. Nam quo modo profectum capere potero sermonis ignoti, si desit a quo ignorata condiscam? C Credo enim in translatione sancti Clementis, præter alias ingenii mei defectiones, hanc te potissimum imperitiæ meæ penuriam considerasse, quod aliqua in quibus intelligere vel exprimere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel (ut verius dicam) opinata transtulerim. Quo magis egeo misericordia Dei, ut pleniorem mihi tui copiam tribuat; quia pro divitiis erit pauperi, ut micas a divitis mensa cadentes, avido famelici cordis ore colligere. *Hunc locum Herbertus Rosvveydus de* Recognitionibus *explicat.*

VIII.

Auctor Operis imperfecti *in Matthæum, Hom.* xxvii. *ad Matth.* x. 41. *Inter opp.* S. Joan. Chrysost. *tom.* vi. *pag.* cxv. *edit. BB.*

Sed audi mysterium, quod Petrus apud Clementem exposuit. Si fidelis fecerit opus bonum; & heic ei prodest, liberans eum a malis; & in illo sæculo, ad percipiendum regnum cæleste: magis autem ibi, quam heic. Si autem infidelis fecerit opus bonum; heic ei prodest opus ipsius: & heic ei reddit Deus bona pro opere suo. In il- D lo autem sæculo nihil ei prodest opus ipsius: nec enim collocatur inter ceteros fideles propter opus suum: & juste; quia naturali bono motus, fecit bonum, non propter Deum: ideo in corpus suum recipit mercedem operis sui, non in anima sua. Recognit. *lib.* vii. *cap.* xxxviii.

Ad Matthæi xxiv. 15.

Fuit enim exercitus alienigenarum & Romani Imperatoris stans circa Hierusalem, quæ usque tunc fuerat sancta. Hoc & Petrus apud Clementem exponit. *Lege* Recognit. *lib.* I. *capp.* xxxix. xlv. Clementina, *Hom.* III. *num.* xv. Lactantium Divin. Instit. *lib.* iv. *cap.* xxi.

Ad ejusdem Capitis versum 16.

Sicut autem Petrus apud Clementem exponit, Antichristo etiam plenorum signorum faciendorum est danda potestas. Recognit. *lib.* III. *cap.* lx.

Ad versum 24.

Signa magna. Non inutilia, neque vana, quæ ministri diaboli facere solent; sed magna, id est utilia & plena, quæ sancti facere solebant. Nam in tempore quidem Apostolorum, & postmodum, ministri quidem Christi, utilia & plena signa faciebant ex parte dextra; qualia sunt, cæcos illuminare, & alia hujusmodi facere: ministri autem E diaboli, inutilia faciebant & vana, ex parte sinistra; quæ admirationem quidem videntibus excitarent, ad utilitatem autem nullius proficerent. Et erat inter ministros Christi, & ministros diaboli, ex hoc judicare; qui inutilia, & qui utilia facerent signa. In fine autem temporis concedenda est potestas diabolo (sicut in Historia Cle-

[a] Philipp. iv. 3.

[1]. *Scribitur.*] Al. *inseritur.*

mentis Petrus exponit) ut faciant signa utilia, & ex ea parte qua prius facere consueverant sancti; ut jam ministros Christi non per hoc cogno- A scamus, quia utilia faciunt signa, sed quia omnia non hæc faciunt signa. RECOGNIT. *lib.* III. *capp.* LIX. LX.

Ad versum 42.

Unde & sapienter Petrus dicit apud Clementem, quo modo debet quis incessanter quæ Dei sunt cogitare & loqui; quoniam si mens fuerit in his occupata, Malus non invenit locum ad mentem. RECOGNIT. *lib.* III. *cap.* XXXI.

I X.

GENNADIUS, *libro de Viris illustribus*, *cap.* XVII.

Rufinus, Aquilejensis ecclesiæ Presbyter, non minima pars fuit Doctorum Ecclesiæ; & in transferendo de Græco in Latinum, elegans ingenium habuit. Denique maxima parte Græcorum bibliothecam Latinis exhibuit: Basilii, scilicet, Cæsariensis Cappadociæ Episcopi, Grego- B rii Nazianzeni eloquentissimi hominis, Clementis Romani Recognitionum libros; &c. Horum omnium quæcumque præmissis Prologis a Latinis leguntur, a Rufino interpretata sunt: quæ sunt sine Prologo, ab alio translata sunt qui Prologum facere noluit, &c. *Lege* HONORIUM AUGUSTODUN.

X.

Concilium Romanum, *sub* GELASIO.

Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri [1] decem, apocryphum.

X I.

CHRONICUM *dictum* ALEXANDRINUM, *editionis Raderi*, *pag.* 50.

Ὅθεν καὶ Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἀφηγεῖται [2] Κλημίῳ, λέγων· [3] Ἐν τινι δικαίῳ μετὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ, Νῶε, σὺν τοῖς ἐξ αὐτοῦ (f. καὶ ταῖς αὐτῶν) ἐν λάρνακι διασώζεσθαι προανήγγειλεν· ἵνα πάντων τῶν ἀκαίρων ὀλοθρευθέντων, ὁ κόσμος καθαρισθῇ, [4] ἐν αὐτῇ τῇ λάρνακι διασωθεὶς εἰς δευτέραν περιουσίαν, [5] καθαρῶς ἀποθῇ. ὅμως καὶ τούτων γενομένων, [6] οἱ ἄνθρωποι ἤρξαντο ἀσεβεῖν.

C Unde & Petrus Apostolus exponit Clementi, dicens: Uni viro justo Noe, cum filiis suis, cumque illorum uxoribus, ut in arca servarentur prænuntiavit: quo cunctis pravis importunisque hominibus peremtis, purificationem mundus acciperet; & is qui ad secundam humani generis vitam fuerat reservatus, purus mundusque efficeretur. Sed his omnibus gestis, rursus homines ad impietatem vertuntur. *Leg.* RECOGNIT. *lib.* IV. *capp.* XII. XV. CLEMENTINA, *Hom.* VIII. *num.* XVII.

Ibid. pag. 62. *de Mesraimo seu Zoroastre.*

Τοῦτον ᾐνίξατο Πέτρος, εἰπών, ὅτι μετὰ τὸν κατακλυσμόν, πάλιν οἱ ἄνθρωποι ἀσεβεῖν ἤρξαντο.

Hunc innuit Petrus, cum dicit, quod post diluvium, rursus homines impie agere cœperunt. RECOGN. *lib.* IV. *cap.* XIII.

Ibid. pag. 64.

Λέγει δὲ περὶ τούτου Πέτρος ὁ ἀπόστολος εἰς τὰ Κλημέντια, πῶς ἦρξεν εἰς Βαβυλῶνα ἐν Αἰγύπτῳ κληρωθείς. φησὶ γὰρ Πέτρος· Οὗτος ὁ Νεβρὼδ μετοικήσας ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ἀσσυρίους εἰς Νίνον πόλιν, ἣν ἔκτισεν Ἀσσούρ, καὶ κτίσας τὴν πόλιν, ἥτις ἦν Βαβυλῶνος, πρὸς τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐκάλεσεν. αὐτὸν Νίνον τὸν Νεβρὼδ οἱ Ἀσσύριοι προσηγόρευσαν. οὗτος διδάσκει Ἀσσυρίους σέβειν τὸ πῦρ. ἔνθεν καὶ πρῶτον αὐτὸν βασιλέα μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐποίησαν οἱ Ἀσσύριοι τοῦτον, ὃν μετωνόμασαν Νίνον. ταῦτα Πέτρος περὶ τούτου.

D Dicit autem de hoc (*Nembrodo*) Petrus Apostolus in Clementinis, quo modo Babylone imperarit, cum Ægyptum sortitus esset. Ait enim Petrus; Hic Nembrodus ex Ægypto ad Assyrios demigravit, & Niniven habitavit quam Assur condidit; atque ædificata urbe quæ erat Babylon, de nomine civitatis appellavit. Nembrodum Assyrii Ninum vocaverunt. Hic Assyrios docuit ignem colere. Unde post diluvium hunc ipsum primum Assyrii crearunt regem, quem Ninum transnominarunt. Ista Petrus de illo. *Lege* RECOGNIT. *lib.* I. *cap.* XXX. *lib.* IV. *cap.* XXIX. CLEMENTINA, *Homil.* IX. *num.* IV. &c.

1. *Decem.*] Al. *octo*, vel *novem*. Male.
2. Κλημίῳ.] Forte Κλήμεντι.
3. Ἐν.] Leg. ἑνί τινι.
4. Ἐν αὐτῇ.] Præpone καί.
5. Καθαρῶς.] Forte καθαρός.
6. Οἱ ἄνθρ.] Forte præmittendum πάλιν.

X I I.

ALDHELMUS, *de laudibus Virginitatis, cap.* XII.

Clemens [1], cæleſtis clavicularii primus ſucceſſor, & ſecundus Romanæ Eccleſiæ diſpenſator, (quamquam nonnulli Linum & Cletum in Pontificatus regimine, nequidquam ſine cauſſa præferant) quod cælibatus caſtimoniam, etiam antequam ſalutifero lavacro baptiſmi merſus, ab originali piaculo purgaretur, medullitus dilexerit, ipſe propriis litterarum apicibus propalam teſtatur, dicens: *Ego Clemens in urbe Roma natus, a prima ætate pudicitiæ ſtudium geſſi.* Ergo ſi quod præſtantiſſimum eſſe conſtat in cunctis virtutum gradibus, & mortalium naturæ difficillimum, nondum regeneratus, ſibi uſurpans tantopere taxaverat, quanto magis credere fas eſt eum poſt accepta fidei rudimenta, ſpreto Gentilium ritu, dum per provincias Petrum ſequeretur, divini verbi ſemina ferentem, & propagines Evangelicæ vitis credentium ſcrobibus paſtinantem, atque Simonicæ lethiferas necromantiæ labruſcas radicitus exſtirpantem; plenius ac perfectius ſervaviſſe: qui deinceps Itinerarium Petri, decem voluminibus digeſtum, luce clarius elimavit, Rufino in Latinum ex Græcorum bibliothecis vertente. *Leg.* RECOGN. *lib.* I. *cap.* I. *Adeundum ejuſdem Carmen* de laude Virginum, *eo loco in quo de Clemente agit.*

X I I I.

BEDA, *in Hexaemeron: ſive ut alii falſo inſcribunt*, JUNILIUS, *in priora Geneſeos: ad Gen.* I. *6. 7. 8.*

De his ſane quæ hactenus expoſita ſunt, id etiam de creatione diei primi & ſecundi in Hiſtoria ſancti Clementis ita [2] refertur dixiſſe Apoſtolum Petrum; *In principio, cum feciſſet* &c. *inferior vero præberet hominibus.* Hæc noſtro operi paucis inſerere libuit, ut quantum hoc Patrum ſenſui concordet, lector agnoſcat. RECOGN. *lib.* I. *cap.* XXVII.

Idem BEDA, *in Actorum* V. 34.

Hic Gamaliel, ut Clemens indicat, Apoſtolorum erat in fide ſocius, ſed eorum conſilio permanens apud Judæos, ut eorum in tali turbine poſſet ſedare furorem.

IDEM *in* Retractatione in Acta, *ad eumdem locum.*

De hoc Gamaliele & in libro ſancti Clementis legimus, quia diſcipulus Apoſtolorum occulte fuerit; ſed eorum conſilio inter Judæos, ad mitigandum eorum furorem, ubi neceſſitas ingruerit, ſit manere præceptus. Sed hoc ita eſſe veraciter geſtum, certiſſime hodie per revelationem reliquiarum beatiſſimi protomartyris Stephani cunctis late Chriſti eccleſiis innotuit, quæ per eumdem virum divina diſpoſitione facta eſt. Apparuit namque in viſione ſancto Dei famulo & presbytero Luciano, ut idem Lucianus presbyter poſtmodum omnibus eccleſiis ſcripſit; & ubi ſanctus Stephanus eſſet tumulatus, ſimul & Nicodemus, qui Dominum cum Joſeph ſepelivit, necnon & ipſe Gamaliel cum filio ſuo Abiban, ſuaviſſima oſtenſione perdocuit. RECOGNIT. *lib.* I. *cap.* LXVI. *&c.*

IDEM *lib.* de ratione temporum, *cap.* III.

Denique ſanctus Clemens Apoſtolorum diſcipulus, & Romanæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Epiſcopus, in ſexto Hiſtoriarum ſuarum libro ita ſcribit; *In principio fecit Deus &c.* RECOGN. *lib.* VI.

X I V.

NICEPHORUS *CP. in fine Chronographiæ.*

Καὶ ὅσα τῆς νέας εἰσὶν ἀπόκρυφα· [3] περίοδος Πέτρου, στίχοι, [4] βψ'.

Ex verſione Anaſtaſii Bibliothecarii.

Et quæ novi (Teſtamenti) ſunt apocrypha: Itinerarium Petri verſus MMDCC. &c.

X V.

AGOBARDUS, *libro de Judaicis ſuperſtitionibus, cap.* XVI. *edit. Baluz. tom.* I. *pag.* 85.

Sed & in libris Clementis, Eccleſiæ Romanæ Pontificis, inveniuntur aliqua a ſupra memorato Apoſtolo (*Petro*) de hujus rei obſervatione dicta, quæ in his inſerere non incongruum exiſtimavimus. Nam licet iidem libri judicentur apocryphi; pleraque tamen ex his teſtimonia inveniuntur a Doctoribus uſurpata. Introducit ergo Clemens, cum necdum eſſet baptiſmi gratia purificatus, & ob hoc a menſa Petri cum ceteris ſimilibus ſequeſtratus, eumdem Apoſtolum loquen-

1. Hoc Aldhelmi teſtimonium quod mendis ſcatet in editis, Grabius in *Spicil.* PP. tom. 1. pag. 280. egregie reſtituit ex mſ. cod. biblioth. Bodl. quem proinde ſecuti ſumus.

2. *Refertur.*] Al. [illegible].
3. Περίοδος.] Al. [illegible].
4. Βψ'.] Al. [illegible].

tem sibi his verbis; *Non pro superbia, o Clemens, convivium non ago cum his qui nondum purificati sunt: sed vereor, ne forte mihi quidem noceam, ipsis autem nihil prosim*. Et paullo post: *Nemo ergo vestrum contristetur*, ait, *a convivio nostro separatus. Parvo enim tempore sequestratur, qui cito voluerit baptizari: multo autem, qui tardius. Et ideo in vobis est, quando velitis, ad nostram convenire mensam; & non in no-* A *bis, quibus permissum non est sumere cum aliquo cibum, nisi prius fuerit baptizatus*. Hæc de scriptis Clementis necessario a nobis prolata sint; volentibus evidenter ostendere, ab Apostolis traditam hujus rei antiquissimam observationem. Vera enim & ista ducenda sunt; & eo maxime, quo ab Apostolicis Actibus in nullo videntur discrepare. *Leg.* RECOGNIT. *lib.* II. *capp.* LXXI. LXXII.

FRECULFUS, *tom.* II. *lib.* II. *cap.* X. Chronicorum.

Idem namque beatissimus Clemens suis refert scriptis, qualiter ad fidem perveniret Christi, & discipulus Petri ac individuus comes [1] hæret. Ait enim inter cetera: *Dum esset mihi comes optima, immortalitatis cupido &c.* RECOGNIT. *lib.* I. *capp.* II. VI. VII. XII. *cet.*

X V I I.

PHOTIUS, *Bibliothecæ codd.* CXII. CXIII.

Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεύχη βιβλίων B δύο· ὧν τὰ μὲν &c. τὸ δὲ τὴν προσφώνησιν, ὡς ἐν ἐπιστολῆς εἴδει, πρὸς Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον ποιεῖται. ἐν ᾧ αἵ τε λεγόμεναι τοῦ ἀποστόλου Πέτρου πράξεις, καὶ αἱ πρὸς Σίμωνα τὸν μάγον διαλέξεις, καὶ ἔτι ὁ ἀναγνωρισμὸς Κλήμεντος, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν. διὸ καὶ ἔν τισι τῶν βιβλίων ἡ ἐπιγραφὴ, Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου ἀναγνωρισμὸς ἐπιγράφεται. ἔν τισι δὲ, ὡς ἔφημεν, ἐπιστολὴ προτάττεται, ὡς πρὸς τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον. καὶ αὕτη δὲ, οὐχ ἡ αὐτὴ, οὐδὲ ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ προσώπου προενηνεγμένη· ἀλλ᾽ ἐπὶ μέν τινων βιβλίων, ὡς ἀπὸ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου πρὸς Ἰάκωβον ἐπεσταλμένη· ἐφ᾽ ἑτέρων δὲ, ὡς ἀπὸ Κλήμεντος πρὸς Ἰάκωβον· ἄλλη C καὶ ἄλλη, καθὼς προείπομεν. καὶ ἡ μὲν δηλοῖ, Πέτρον τὰς οἰκείας συγγράψαι πράξεις, καὶ πρὸς Ἰάκωβον αἰτησάμενον ταύτας ἀποστεῖλαι· ἡ δὲ διαλαμβάνει, ὡς Κλήμης ταύτας κατὰ πρόσταγμα Πέτρου συγγράψειε, κἀκείνου πρὸς τὴν ἀγήρω μεταστάντος, ἀποστείλοι Κλήμης πρὸς Ἰάκωβον. ἔστιν οὖν εἰκασμῷ διαλαβεῖν, ὡς δύο μὲν εἴησαν τῶν Πέτρου πράξεων ἐκδόσεις γεγενημέναι· τῷ δὲ χρόνῳ τῆς ἑτέρας διαῤῥυείσης, ἐπεκράτησεν ἡ τοῦ Κλήμεντος. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς βιβλίοις, ἃ εἴδομεν, καί τοι οὐκ ὀλίγων ὄντων, μετὰ τὰς διαφόρους ἐκείνας ἐπιστολὰς καὶ ἐπιγραφὰς, τὴν αὐτὴν εὕρομεν ἀπαραλλάκτως πραγματείαν, ἀρχομένην· Ἐγὼ Κλήμης· καὶ τὰ ἑξῆς ἐνταττόμενα. μυρίων [2] δὲ ἀτοπημάτων ἡ πραγματεία γέμει αὕτη, καὶ τῆς εἰς τὸν υἱὸν βλασφημίας κατὰ τὴν Ἀρείου δόξαν ἐστὶν D ἀνάπλεως. Paucis deinde circa Constitutiones Apostolicas interjectis, subdit: Ἡ μέντοιγε τῶν τοῦ Πέτρου πράξεων βίβλος, τῷ τε λαμπρῷ καὶ τῇ σεμνότητι, καὶ ἔτι τῷ καθαρῷ καὶ συντόνῳ, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ τοῦ λόγου, καὶ πολυμαθείᾳ, τοσοῦτο ἔχει πρὸς τὰς διαταγὰς τὸ παραλλάττον, ὡς μηδὲ συγκρίσει τῇ κατὰ τοὺς λόγους πρὸς ἀλλήλας παραβάλλεσθαι τὰς βίβλους. Et infra: ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται· ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ᾽ ὀνόματι αὐτοῦ Πέτρου καὶ Ἀπίωνος πολύστιχος διάλογος.

Lecta sunt Clementis Romani duo volumina librorum: quorum aliud &c. alterum vero, dedicationem & allocutionem, velut in forma Epistolæ, habet ad Jacobum fratrem Domini. In hoc continentur Acta quæ dicuntur Petri Apostoli, & cum Simone mago disputationes; ad hæc Recognitio Clementis, ejusque patris ac aliorum fratrum. Quare in quibusdam codicibus inscriptio præfigitur; *Clementis Romani Recognitio*. In nonnullis autem, ut diximus, Epistola præponitur, tamquam ad Jacobum fratrem Domini. Atque hæc quidem, non eadem, neque veluti ab eodem homine profecta: sed in quibusdam quidem libris, quasi a Petro Apostolo ad Jacobum missa; in aliis autem, ut a Clemente ad Jacobum; alia atque alia, quemadmodum jam diximus. Et illa quidem declarat, Petrum propria gesta conscripsisse, ac Jacobo postulanti ea misisse; hæc vero refert, Clementem eadem gesta jussu Petri scripsisse; ac postquam ille ad vitam immortalem commigrasset, transmisisse ad Jacobum. Itaque conjectura deprehendere licet, Actuum Petri duas editiones factas fuisse; sed cum temporis longinquitate altera periisset, illam Clementis superasse. In omnibus enim codicibus quos vidimus, iisque certe non paucis, post diversas illas Epistolas atque inscriptiones, idem omnino sine variatione opus invenimus, incipiens sic: *Ego Clemens*; & quæ ordine deinceps sequuntur. Refertum autem est hoc Opus innumeris absurde dictis; plenumque blasphemiæ in Filium, juxta Arii opinionem. *Et infra*: Ceterum liber Actorum Petri, splendore & majestate, ad hæc puritate & vehementia, aliisque orationis dotibus atque multiplici doctrina, tantum Constitutiones superat, nulla ut hos inter libros comparatio, ad litteras quod attinet, institui debeat. *Et paullo post*: At quæ secunda (*Epistola*) ad eosdem (*Corinthios*) dicitur, rejicitur ut notha: quemadmodum & longa illa disputatio, beati Petri & Apionis nomen præferens.

X V I I I.

HINCMARUS, de divortio Lotharii & Tetbergæ, *cap.* IX.

Et in Petri Itinerario, de Clementis patre legitur; quod ut a fidelibus interficeretur, a Simone mago quem deseruerat, unguento perunctus, ejusdem Simonis imaginem omnium oculis refere-

1. *Heret.*] Forte *hereret*.
2. Μυρίων ἀτοπημάτων γέμει.] Ἀλλ᾽ ἐπανορθωκὼς ταύτην ὁ μεταφράστης, πλοῦτον καὶ ταυτόσημα τῇ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ ἀνέθετο. Sic ad marginem cod. Maximi Margunii. HORSCH.

bat; solus Petrus eum qui erat intuebatur: & orans, discipulos ad eorum oculos revocavit; & deluso phantasmate, intuentium obtutibus speciem propriam reddidit. RECOGNIT. *lib.* X. *cap.* LIII. seq. *&c.*

X I X.

HUMBERTUS, *Episcopus Sylvæ Candidæ, in Responsione ad Nicetæ librum.*

Nam Clementis liber, id est, Itinerarium Petri Apostoli, & Canones Apostolorum numerantur inter apocrypha. *Vide* DECRETI *primam partem, dist. 16. cap. 3.*

X X.

GEORGIUS CEDRENUS, *in* Compendio Historiarum, *edit. Basil. p.* 170.

Καὶ μέν τοι καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησαν πολλά· οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν Συρίᾳ πρότερον· ἅ τινα Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος καὶ πάνσοφος μαθητὴς Πέτρου καὶ συνέκδημος διηγήσατο· ἀφ' ὧν ὀλίγα συντάξομεν ἐνταῦθα. Quibus interpositis, subjungit, p. 173. Ταῦτα μέντοι καὶ ἕτερα τοιαῦτα γεγράφηκεν, ὡς [1] ἔφη, Κλήμης λεχθῆναι καὶ πραχθῆναι ἐν Συρίᾳ. Lege ANASTASIUM, Quæst. XX. NICEPHORUM, Histor. eccl. lib. II. cap. XXVII. PSEUDO-ABDIAM, lib. I.

Alia quoque miracula (*Petrus & Simon magus*) ediderunt: neque id Romæ modo, sed ante etiam in Syria; quæ Clemens Romanus, sapientissimus Petri discipulus atque comes, recitavit: ex quibus pauca heic ponemus. *Quibus prolatis addit*: Hæc igitur & alia similia Clemens, quemadmodum dixi, scripsit dicta atque facta fuisse in Syria. *Lege* RECOGNIT. *lib.* II. *cap.* XXXVII. &c. *lib.* III. *cap.* XLVII. *lib.* X. *cap.* LIII. CLEMENT. *Hom.* III. *n.* XXXVIII. &c.

X X I.


HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, *lib.* de Luminaribus Ecclesiæ, *cap.* XV.

Clemens scripsit Epistolam ad Corinthiorum Ecclesiam, valde utilem; & Itinerarium Petri, & Disputationem Petri & Apionis; & multa alia, quæ inter apocrypha numerantur. *Adi vitam Clementis, in Pontificali libro.*

1. Εφη.] Leg. ἔφην.



Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
216.



RUFINI TORANI
AQUILEJENSIS PRESBYTERI
IN S. CLEMENTIS RECOGNITIONUM LIBROS
Præfatio, ad Gaudentium Episcopum.

Tibi quidem, [1] Gaudenti, nostrorum decus insigne Doctorum, tantus ingenii vigor, immo tanta Spiritus gratia est; ut si quid a te etiam quotidiani eloquii more dicitur, si quid in Ecclesia declamatur, id in libris haberi & ad instructionem tradi posteris debeat. Nos tamen, quos & ingenii tenuitas minus promtos, & senecta jam tardos reddit ac segnes, opus quod olim venerandæ memoriæ [2] virgo Sylvia injunxerat, [3] ut Clementem nostræ linguæ redderemus, & tu deinceps jure hereditario poscebas, licet multas post moras, [4] tandem aliquando restituimus prædam; quam, ut opinor, non parvam, Græcorum bibliothecis ereptam, nostrorum usibus & utilitatibus convectamus; ut quos propriis non possumus, peregrinis nutriamus alimoniis. Nam & solent suaviora videri peregrina, interdum vero & utiliora. Denique peregrinum est pæne omne quod medelam corporibus confert, quod morbis occurrit, quod venena depellit. Judæa balsami lacrymam, Creta comam dictamni mittit, Arabia aromatum flores, & spicarum nardi India segetem metit: quæ ad nos, etiamsi aliquantulo quam proprius ager attulit, fractiora perveniunt; odoris tamen gratiam, vimque medendi integram servant. Suscipe igitur, anime mi, redeuntem ad te Clementem nostrum: suscipe jam Romanum. Nec mireris, si forte tibi in eo minus solito floridus eloquentiæ vultus appareat. Nihil interest, dummodo sensus idem sapiat. Peregrinas ergo merces multo in patriam sudore transvehimus. Et nescio quam gratus me civium vultus accipiat, magna sibi gratia spolia deferentem, & occultos sapientiæ thesauros nostræ linguæ clave referantem. Sed votis tuis faveat Deus, ut nullus nobis sinister oculus, nec cujusquam lividus occurrat aspectus: ne extremo prodigii genere, cum nihil invideant illi quibus aufertur, livescant tamen isti quibus confertur. Æquum est sane, tibi, qui hæc [5] etiam Græce legeris, (ne forte in aliquibus minus a nobis servatum translationis ordinem putes) interpretationis nostræ indicare consilium. Puto quod non

A te lateat, Clementis hujus in Græco, ejusdem operis ἀναγνώσεων, hoc est, Recognitionum, duas editiones haberi, & duo corpora esse librorum, in aliquantis quidem [6] diversa, in multis tamen ejusdem narrationis. Denique pars ultima hujus operis, in qua de transformatione Simonis refertur, in uno corpore habetur, in alio penitus non habetur. Sunt autem & quædam in utroque corpore, [7] de ingenito Deo genitoque disserta, & de aliis nonnullis; quæ, ut nihil amplius dicam, excesserunt intelligentiam nostram. Hæc ergo ego, tamquam quæ supra vires meas essent, aliis reservare malui, quam minus plena proferre. In ceteris autem, quantum potuimus, operam dedimus, non solum a sententiis, sed ne a sermoB nibus quidem satis, elocutionibusque discedere. Quæ res quamvis minus ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium. Epistolam sane, in qua idem Clemens ad Jacobum fratrem Domini scribens, [8] de obitu nuntiat Petri, & quod se reliquerit successorem cathedræ & doctrinæ suæ; in qua etiam de omni ordine Ecclesiastico continetur; ideo nunc huic Operi non præmisi, quia & tempore posterior est, & olim a me interpretata atque edita. Sed quod in ea nonnullis fortasse videbitur inconsequens, si heic explanetur, non puto absurdum videri. Quidam enim requirunt, quo modo cum [9] Linus & Cletus in urbe Roma ante Clementem C hunc fuerint Episcopi, ipse Clemens ad Jacobum scribens, sibi dicat a Petro docendi cathedram traditam. Cujus rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus & Cletus fuerunt quidem ante Clementem Episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro: videlicet, ut illi Episcopatus curam gererent, ipse vero Apostolatus impleret officium. Sicut invenitur etiam apud Cæsaream fecisse; ubi cum ipse esset præsens, Zachæum tamen a se ordinatum habebat Episcopum. Et hoc modo utrumque verum videbitur; ut & illi ante Clementem numerentur Episcopi, & Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem. Sed jam videamus, scribens Jacobo fratri Domini, Operis sui Clemens D ipse quod sumat narrationis initium.

1. *Gaudenti.*] Omnes codices manu exarati, quot videre mihi contigit, sex scilicet, habent, *Papa Gaudenti*. Intellige Gaudentium Novariensem, seu potius Brixiensem.

2. *Virgo Sylvia.*] Etiam MSS. Candeler. & Carmelit. *Virgo nomine Silvia*. Apud Palladium Historiæ Lausiacæ cap. 141. Σαλβία, minus bene: recte *Silvia* in Heraclidis Paradiso cap. 42. & Epistola 11. S. Paulini. Alia a Silvana vidua, de qua Scriptores vitæ S. Chrysostomi.

3. *Ut Clementem nostræ linguæ redderemus.*] Romanum linguæ Romanorum. Inferius; *Suscipe igitur, anime mi*, (MS. Candel. *magnanime*. Carmel. *mi Domine*. Pet. *mi amice*) *redeuntem ad te Clementem nostrum: suscipe jam Romanum*. Gravi siquidem errore Anastasius Bibliothecarius, Epistola ad Joannem Diaconum Romanum, nec intellecto Rufino, scribit: *Quin immo sicut & ipsum quoque Clementem, quem Rufinus nostræ linguæ redditum, restitutum & redeuntem ad Gaudentium scribens innuit: & quod Latine scriptus fuerit, & amissus, rursusque receptus, signanter ostendit*; cum Rufinus contra non obscure significet id quod res est, Recognitiones primitus Græce scriptas fuisse. Mox pone cum libris veteribus, *restituimus: prædamque ut opinor*. Postea Carmel. *magna sibi gratiæ spolia deferentem*. Candel. *magna sibi Græciæ*. Pet. *magnæ*.

4. MSS. Petri Candelerii, Carmelitarum Discalceator. & Petri Petiti Typographi, *tamen*.

5. MS. Pet. *jam*.


6. MS. Cand. & P. *diversæ*.

7. *De ingenito Deo, genitoque* &c.] In sublimissima hac quæstione; quemadmodum appellatur a Claudiano Mamerto; & in aliis quibusdam depravatas fuisse Clementinas Recognitiones per Hæreticos, Ebionitas, Arianos & Eunomianos, discimus ab Epiphanio, Rufino, Photio. Vide infra lib. 3. cap. 2. &c.

8. *De obitu nuntiat Petri.*] Ita omnes Codices. Epistolam Clementis ad Jacobum præponi solitam libris Recognitionum, aperte dicit Photius. Atque eadem in Codice Carmeliticæ bibliothecæ inferitur inter Rufini Præfationem ac ipsas Recognitiones. Infra ad eam Epistolam.

9. *Linus & Cletus*] seu potius *Anacletus*, ut habent quoque Cand. Carm. & Pet. Fuisse hos duos, urbis Romæ E Episcopos, sub Petro Apostolo existimant cum Rufino Beda, Rabanus, Haymo, qui de vitis Romanorum Pontificum scripserunt, Auctor Chronici Episcoporum Motensium aliique. Lege Epiphanium Hæresi 27. 6. & quæ notavimus ad caput 46. libri 7. Constit. Apost. item Marianum Scotum, ac Epistolam Joanni III. tributam.

Sæcul. II.
circa
Ann. Chr.
216.



RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS AD JACOBUM FRATREM DOMINI, LIBRI DECEM,

A Rufino Torano, Aquilejense, Presbytero, e Græco in Latinum versi.

LIBER PRIMUS.

EGo Clemens in urbe Roma natus, ex prima ætate [1] pudicitiæ studium gessi; dum me animi intentio velut vinculis quibusdam sollicitudinis & mœroris innexum teneret. Inerat enim mihi cogitatio, (incertum sane unde initium sumserit:) crebro enim ad memoriam meam conditionem mortalitatis adducens, simulque discutiens; Utrumne sit mihi aliqua vita post mortem, an nihil omnino postea sim futurus; si non fuerim ante quam nascerer: vel si nulla prorsus vitæ hujus erit post obitum recordatio; & ita immensitas temporis cuncta oblivioni ac silentio dabit; ut non solum simus, sed neque quod fuerimus, habeatur in memoria. Sed & illud versabatur in pectore, quando factus sit mundus: aut si omnino factus sit: vel antequam fieret, quid erat: an vero semper fuerit. Nam certum videbatur, quod si esset factus, esset profecto solvendus: & si solvatur, quid iterum erit? Nisi forte oblivio cuncta & silentium teget: aut forte aliquid erit, quod nunc sentire mortalium non potest mens.

II. Hæc & his similia, nescio unde, indesinenter animo revolvens, nimietate mœroris incredibiliter tabescebam: & quod est gravius, si quando respueram hujuscemodi curas, vel ut minus utiles cogitabam, validiores in me fluctus sollicitudinum consurgebant. Inerat enim mihi comes optima, quæ me quiescere non fineret, immortalitatis cupido. Ut enim post rerum exitus docuit, & gratia Dei omnipotentis ostendit; hæc me animi intentio ad inquisitionem veritatis, & agnitionem veræ lucis adduxit. Ex quo factum est, ut lugerem postmodum eos quos prius ignorans, beatos credebam.


III. Igitur cum a prima ætate in hujuscemodi animorum intentione versarer, cupiens aliquid discere, philosophorum frequentabam scholas; ubi nihil aliud, quam dogmatum adsertiones & impugnationes, videbam agi sine fine certamina, arte syllogismorum conclusionumque agitari versutias. Et si quando quidem obtinebat hic sermo, quod immortalis esset anima, gratulabar: si quando vero arguebatur, quasi mortalis, cum tristitia discedebam: neutrum tamen in corde meo firmitudinem veritatis tenebat: sed hoc tantum intelligebam, quod sententiæ ac definitiones rerum, non pro natura sui ac veritate caussarum, sed pro ingeniis defendentium, falsæ imaginarentur, aut veræ: eoque magis in profundo pectoris cruciabar, quod neque aliquid ex his quæ dicebantur, tamquam firmum tenere poteram, neque abjicere desiderium requirendi; sed quanto magis negligere conabar ac spernere, tanto ardentius, ut supra dixi, velut cum quadam voluptate latenter irrepens hujusmodi cogitatio, mentem atque animum possidebat.

IV. Coangustatus igitur inventione rerum, ajebam apud memet ipsum: Quid inaniter laboramus, cum manifestus sit terminus rerum? Si enim post mortem non ero, nunc superfluo crucior: si vero erit mihi vita post obitum, servemus illi vitæ sui temporis motus; ne forte his quæ nunc patior, aliqua me ibi tristiora excipiant, nisi pie ac sobrie vixero; & secundum nonnullorum sententias philosophorum, nigri Phlegethontis fluvio, vel Tartaro, ut Sisyphus & Tityus, sed & Ixion ac Tantalus, æternis Inferno suppliciis tradar. Et rursus mihi ipsi respondebam: Sed hæc fabulæ sunt: aut si ita est, in rebus dubiis præstat pie vivere. Sed iterum reputabam mecum; quo modo possem sub incerto justitiæ præmio, a peccati me libidine continere? maxime cum etiam, quæ sit ipsa justitia quæ Deo placeat, apud me habeatur incertum: & neque si immortalis sit anima; ac sit ea, quæ aliquid sperare possit, agnoscam, neque quid certi futurum sit noverim: nec tamen quiescere ab hujuscemodi cogitationibus possum.

V. Quid igitur agam? Hoc faciam: Ægyptum petam, atque ibi Hierophantis vel Prophetis qui adytis præsunt, amicus efficiar; & pecunia ab eis invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de Infernis, per eam quam Necromantiam vocant, tamquam de aliquo negotio consulere cupienti. Mihi vero hæc erit consultatio; si immortalis est anima. Probatio autem animæ, quod immortalis sit, non ex eo quod loquitur, erit mihi certa, vel ex eo quod audio, sed ex eo quod video; ut oculis meis cernens eam, certissimam de reliquo immortalitatis ejus sententiam teneam. Neque enim ultra poterit veritatem visus, verborum fallacia & auditio incerta turbare. Verumtamen hanc ipsam deliberationem meam retuli ad quemdam familiarem meum philosophum, qui mihi consilium dedit, ne hoc facere auderem. Sive enim, inquit, evocanti ma-

1. *Pudicitiæ studium gessi.*] Et Ignatii Interpolator Epist. ad Philadelphenos n. 4. Clementem cum virginibus collocat. Quod tum prosa, tum carmine Adhelmus celebravit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



go non obediat anima; tu post hæc, tamquam nihil esse putans post mortem, desperabilius vives; quippe qui & illicita tentaveris. Si vero & aliquid ibi videre tibi visus fueris, quæ tibi religio, aut quæ pietas ex illicitis tradetur & impiis? Exosum namque Divinitati hujuscemodi negotium ferunt; & adversari Deum his, qui animas post absolutionem corporum vexant. Ego vero his auditis, pigrior quidem sum redditus ad hoc quod parabam; nec tamen usquequaque aut desiderium ponere poteram, aut molestiam cogitationis abjicere.

VI. Et ne longa utar narratione, cum his ego cogitationis meæ æstibus agitarer, fama quædam sensim in imperio Tiberii Cæsaris, initio ex Orientis partibus sumto, pervenit ad nos; & per singula convalescens, velut a Deo bonus quidam nuntius missus, universum replebat orbem; nec patiebatur divinam voluntatem silentio [1] tegi. Diffundebatur ergo per singula loca, adnuntians, quod esset quidam in Judæa, qui [2] sumto a tempore veris exordio, regnum Dei evangelizaret Judæis; idque percepturos diceret eos, qui mandatorum suorum & doctrinæ instituta servassent. Ut autem sermo ejus fide dignus, ac Divinitatis plenus esse crederetur, virtutes multas, & signa ac prodigia mira efficere jussione sola dicebatur: ita ut, tamquam a Deo potestatem habens, surdos faceret audire & cæcos videre, claudos erigere, atque omnem infirmitatem cunctosque dæmones ex hominibus effugaret; sed & oblatos sibi mortuos suscitaret; leprosos quoque eminus videns, curaret; & nihil omnino esset, quod ei impossibile videretur. Hæc & horum similia processu temporis, crebris jam non rumoribus, sed manifestis quodammodo adventantium ex illis partibus nuntiis, firmabantur: & ipsa jam, per dies singulos, rei veritas patescebat.

VII. Denique in Urbe per loca conventus fieri & de hoc sermone tractari, atque in admiratione res haberi cœpit; quisnam is esset, qui apparuerit, vel quid nuntii a Deo hominibus detulisset: donec sub eodem anno vir quidam adstans in Urbis loco celeberrimo, proclamaret ad populum, dicens: Audite me, o cives Romani; Filius Dei in partibus adest Judææ, promittens omnibus volentibus audire se, vitam æternam: [3] si quis tamen secundum voluntatem ejus, a quo missus est, Dei Patris, actus suos direxerit. Propter quod convertimini a malis ad bona, & a temporalibus ad æterna. Agnoscite unum esse Deum cæli terræque rectorem, in cujus justis aspectibus, vos injusti mundum ejus habitatis. Sed si convertimini, & secundum voluntatem ejus agitis, ad futurum sæculum venientes & æterni effecti, inæstimabilibus ejus bonis ac præmiis perfruemini. Erat autem vir iste qui hæc loquebatur ad populum, ex Orientis partibus [4] natione Hebræus, nomine Barnabas, qui se etiam [5] unum ex ejus Discipulis esse diceret, missumque ad hoc, ut hæc volentibus indicaret. Quibus ego auditis, cum reliqua multitudine sequi eum cœpi & audire quæ diceret. Intelligebam sane quod nihil Dialecticæ artis esset in homine, sed simpliciter & absque ullo dicendi fuco, quæ audisset a Filio Dei vel vidisset, exponeret. Adsertiones enim suas non argumentorum virtute muniebat; sed verborum & mirabilium quæ adnuntiabat, testes multos, ex ipso etiam circumstante populo, producebat.

VIII. Verum quoniam ad ea quæ sincere dicebantur, libenter annuere populus & amplecti sermonem simplicem cœpit; hi qui sibi eruditi videbantur vel philosophi, ridere hominem ac spernere cœpere, syllogismorum in eum tendiculas velut validissima arma proferre. At ille interritus, velut deliramenta argutias eorum ducens, ne responsione quidem dignos judicabat, sed ea quæ proposuerat exsequebatur intrepidus. Denique cum loquenti ei, quidam proposuisset; [6] cur ita factus esset culex, ut cum sit animal exiguum & sex habeat pedes, insuper ei additæ sint & alæ; elephantus vero cum sit immane animal, neque alas habeat, quatuor tantum pedes habeat. Ad hæc ille ne respiciens quidem, sermonem suum quem importuna propositio interruperat, continuata intentione peragebat; hac sola admonitione per singulas quasque interruptiones addita: Nos ejus qui misit nos, verba factaque mirabilia adnuntiare vobis in mandatis habemus, fidemque eorum quæ dicimus, non ex argumentis arte quæsitis, sed ex vobis ipsis productis testibus confirmare. Agnosco enim plurimos adstare in medio vestrum, ex his quos una nobiscum memini audisse quæ audivimus, & vidisse quæ vidimus. Sit autem in vestra potestate, vel recipere quæ adnuntiamus vel spernere. Nos enim quod vobis expedire novimus, tacere non possumus: quia nobis, si taceamus, damnum est; vobis vero, quæ dicimus si non recipiatis, pernicies. Sed & stultis propositionibus vestris respondere perfacile possim, si veritatis discendæ caussa quæreretis; de culicis, dico, atque elephantis differentia: sed nunc de creaturis dicere vobis aliquid, absurdum est; cum a vobis ipse omnium creator & conditor ignoretur.

IX. Hæc autem cum dixisset, velut ex uno consensu, indisciplinato ore omnes simul risum

1. *Tegi.*] In Freculfo, *tegere*, quod respondet Græco, στέγειν.

2. *Sumto a tempore veris exordio.*] Martyrologium Hieronymi dictum: *Kalend. Maii. Initium prædicationis Domini nostri Jesu Christi.* Wandalbertus:

Maias prima sacrat Christi doctrina Kalendas.

3. *Si quis tamen* &c.] Freculfus; *Si qui tamen*, & *direxerint*, quemadmodum in Græco. Simili modo postea *ac præmiis* abest a Freculfo & a Græcis. Notanda quoque varia lectio *docendi* pro *dicendi*: & utraque conferenda cum Græcis Epitomes ac Clementinorum.

4. *Natione Hebræus.*] Barnabam Cyprium faciunt Interpretes ad Act. IV. 36. necnon Epiphanius Hæresi 30. c. 25. Hieronymus in Catalogo, & Alexander Monachus in Encomio S. Barnabæ.

5. *Unum ex ejus discipulis.*] Ita apud Clementem Alexandrinum, Eusebium & Epiphanium. Sic quoque in Chronico vocato Alexandrino, Dorothei Synopsi, & Laudatione Alexandri. Sed Beda negat, infirmo nixus fundamento. *Mirum*, inquit Retractatione in Acta Apostolorum, ad cap. 4. *quo modo hunc Barnabam, qui postea cum Paullo gentium est ordinatus Apostolus, ac post longum ejus contubernium denuo Cyprum unde ortus fuerat, prædicaturus rediit, Eusebius in Historia Ecclesiastica de numero esse LXX. discipulorum Domini salvatoris arbitratur, cum manifeste scribat B. Lucas eum post ascensionem Domini ad discipulatum Apostolorum venisse: nisi forte putandum est, eum prius ita discipulatum Christi secutum, ut necdum renuntiaverit omnibus quæ possidebat, quod utrum Evangelicæ doctrinæ convenerit, cuivis facillime patet.*

6. *Cur ita factus esset culex.*] Hieronymus I. adversus Pelagianos 7. *Elephanti tantæ molis, & gryphes in sua gravitate caussentur, cur quaternis pedibus incedant, cum muscæ culicesque, & cetera hujusmodi animantia sub pennulis senos pedes habeant; & aliqui vermiculi sint, qui tantis pedibus scateant, ut innumerabiles simul motus nulla acies comprehendat.* Et III. contra Rufinum 8. *Ergo nisi tibi rationem reddidero, quare formica, parvum animal & punctum, ut ita dicam, corporis, sex pedes habeat; cum elephantus, tanta moles, quatuor pedibus incedat.*



dedere, incutere ei verecundiam, ac ſilentium imponere cupientes, barbarumque & minus ſanæ mentis eum declamantes. Ego vero cum hæc ita fieri cernerem, zelo quodam, neſcio unde, repletus, ac religioſo furore ſuccenſus, ſilere non potui, ſed cum omni libertate proclamans: Rectiſſime, inquam, Deus omnipotens abſcondit a vobis voluntatem ſuam, quos agnitione ſui prævidit indignos; ſicut ex his quæ nunc agitis, ſanum ſapientibus palam eſt. Nam cum videatis prædicatores voluntatis Dei advenisse, quia nullam ſermo eorum Grammaticæ artis ſcientiam profitetur, ſed ſimplicibus & impolitis ſermonibus perferunt ad vos divina mandata; ita ut omnes qui audiunt, ſequi poſſint & intelligere quæ dicuntur: ridetis ſalutis veſtræ miniſtros & nuntios; ignorantes, quia veſtra, qui vobis periti & eloquentes videmini, condemnatio eſt, quod apud agreſtes & barbaros habetur veritatis agnitio; quæ, cum ad vos advenerit, nec quaſi hoſpita ſuſcipitur; quæ, niſi intemperantia veſtra & libido obſiſteret, civis eſſe & vernacula debuiſſet: ut ex his arguamini, quod non veritatis amici & philoſophi, ſed jactantiæ ſectatores & vaniloqui eſtis; ſed veritatem non in ſimplicibus verbis, ſed in verſutis & callidis creditis habitare, & innumerabilia verborum profertis, unius verbi nequaquam pretio penſitanda. Quid ergo putatis futurum de vobis, vos o omnis turba Græcorum, ſi erit judicium Dei, ſicut iſte dicit? Sed nunc, omittentes ridere in perniciem veſtri virum hunc, reſpondeat mihi qui vult ex vobis: quoniam quidem ſolo latratu veſtro obturbatis etiam eorum aures qui ſalvi eſſe volunt; & mentes quæ ad fidem paratæ ſunt, ad infidelitatis lapſum veſtris obturbationibus declinatis: Quæ vobis erit umquam venia, qui Divinitatis nuntium, promittentem vobis agnitionem Dei, ridetis & injuriis afficitis? quem utique etiam ſi nihil veritatis adferret, pro ipſo tamen benignitatis erga vos propoſito, gratum acceptumque habere deberetis.

X. Hæc & his ſimilia cum proſequerer, plurimus adſtantis populi fremitus concitabatur; dum alii velut erga hoſpitem miſeratione moverentur, meumque ſermonem conſequenter habitum probarent; alii petulantes & ſtolidi, in me quoque pariter, ut in Barnabam, effrenati animi iracundiam concitarent. Sed cum ad veſperum jam declinaret dies, apprehenſa Barnabæ dextera, obluctantem licet eum, ad meam tamen adduxi domum; atque ibi manere feci, ne quis forte ex indocili vulgo injiceret ei manus. Aliquantulis igitur diebus una poſiti, differente eo paucis, ſermonem veritatis libenter audiebam: urgebat tamen profectionem ſuam, dicens ſe diem feſtum Religionis ſuæ qui immineret, omnimodis apud Judæam celebraturum, ibique de reliquo cum ſuis civibus ac fratribus permanſurum; evidenter indicans, injuriæ ſe horrore perculſum.

XI. Denique cum ego dicerem: Tu mihi tantum ejus viri, quem apparuiſſe dicis, expone doctrinam; & ego meis ſermonibus tua dicta componens, omnipotentis Dei regnum juſtitiamque prædicabo; & poſt hæc, ſi volueris, etiam navigabo tecum: valde enim cupio videre Ju- A dæam, vobiſcum fortaſſis perpetuo permanſurus. Ad hæc ille: Tu, inquit, ſi quidem videre vis patriam noſtram, & diſcere quæ deſideras, jam nunc mecum pariter naviga: ſi vero te aliquid tenet, ſigna tibi habitationis noſtræ derelinquam, ut cum venire volueris, invenire nos facile poſſis: ego enim craſtino ingrediar iter. Quem ubi immobilem vidi, deſcendi cum ipſo uſque ad portum; ac diligenter ab eo ſigna quæ dixerat, habitationis accepi, dicens ei; quia niſi aliquantulum pecuniæ neceſſario mihi eſſet a debitoribus repoſcendum, nihil omnino differrem; velociter tamen inſequar iter tuum. Cum hæc dixiſſem, commendato eo attentius his qui navi præerant, B regreſſus ſum triſtis. Habebat enim me recordatio conſuetudinis boni hoſpitis, & optimi amici.

XII. Diebus autem paucis remoratus, & his quæ debebantur, ex parte aliqua profligatis, (plurima enim feſtinandi ſtudio neglexi, ne a propoſito impedirer) enavigavi continuo in Judæam; & poſt dies quindecim, Cæſaream Stratonis quæ eſt Palæſtinæ urbs maxima, adpulſus ſum. Cumque navi egreſſus, hoſpitium quærerem, rumore populi comperi, quod Petrus quidam, illius qui in Judæa apparuit, & ſigna multa ac prodigia divinitus geſta inter homines oſtendit, diſcipulus probatiſſimus, craſtino, cum Si- C mone quodam Samaritano [1] ex caſtello Gethonum, habiturus eſſet verborum quæſtionumque certamen. Quibus ego auditis, rogabam demonſtrari mihi ejus hoſpitium: quod cum reperiſſem, atque ante fores conſtitiſſem, ingerebam janitori, quiſnam eſſem, atque unde adventarem: & ecce Barnabas procedens, ſtatim ut me vidit, in complexus meos corruit, gaudio lacrymans; atque apprehenſum me manu, introducebat ad Petrum. Quem cum mihi eminus oſtendiſſet: Hic eſt, inquit, Petrus, quem tibi maximum eſſe in Dei ſapientia dicebam, cuique de te rurſus ſine ceſſatione locutus ſum. Ingredere igitur tamquam bene ei cognitus. Omnia enim quæ in te ſunt bo- D na, veriſſime comperit, & religioſum propoſitum diligenter agnovit; ex quo & ſummo deſiderio agitur videndi te. Unde magnum ei hodie munus meis te manibus offero; ſimulque oblato me ait: Hic eſt Clemens, Petre.

XIII. At benigniſſimus Petrus, audito nomine, adcurrens protinus inhæſit oſculis meis: & poſt hæc cum ſedere feciſſet me, ait: Bene feciſti prædicatorem veritatis hoſpitio recipere Barnabam, nihil veritus populi inſanientis furorem: beatus eris. Sicut enim tu legatum veritatis omni honore dignum duxiſti; ita te quoque peregrinantem & hoſpitem, veritas ipſa ſuſcipiet, & ci- E vem propriæ urbis adſcribet; & tunc tibi erit gaudium magnum, quod exiguam nunc impartiens gratiam, æternorum bonorum heres ſcriberis. Nunc ergo, ne labores exponere mihi animum tuum: cuncta enim de te & de moribus tuis Barnabas fideli ſermone perdocuit, quotidie pæne & indeſinenter bonorum tuorum memoriam repetens. Et ut tibi breviter, tamquam unanimi jam amico, quod in re eſt definiam; ſi nihil eſt quod te impediat, iter age nobiſcum, & audi ſermonem veritatis quem habituri ſumus per loca ſingula, uſquequo ad ipſam nobis perveniendum ſit

1. *Ex caſtello Gethonum.*] De nomine hujus vici Græco diximus ad Conſtitutiones. Latinæ autem expreſſionis varietates videbis heic, & infra capite 7. libri 2. Quibus adde aliam Freculfi tom. 2. lib. 1. cap. 20. *De vico*, inquit, *qui dicitur Gittho*. Corrupte apud Philaſtrium, in Simone; *De villa quæ eſt Citheus vocitata*. Porro ſcribere præſtat per *i* vel *e*, quam per *y*; & per *r*, quam per *n*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



urbem Romam: & nunc tu si quid desideras, dicito.

XIV. Cumque ei exposuissem, quid ab initio propositi gesserim, & quo modo per inanes effusus sim quæstiones, & illa omnia quæ tibi, Domine mi Jacobe, in principiis indicavi; uti ne eadem repetam, libenter promisi, cum ipso me iter acturum: Hoc est enim, ajo, quod cupidissime expetebam. Verumtamen prius mihi cupio rationem veritatis exponi; ut sciam, si mortalis, an immortalis est anima; & si immortalis, utrum pro his quæ heic agit, ducatur ad judicium. Sed & quæ sit justitia quæ Deo placeat, scire desidero. Tum præterea, si factus est mundus, vel quare factus est: aut si solvendus, & an in melius renovandus: aut si omnino post hæc non erit mundus: & ne per singula progrediar, hæc atque horum similia ut se habeant, dici mihi velim. Respondit ad hæc Petrus: Breviter, inquit, tibi, o Clemens, rerum scientiam tradam, & ausculta jam nunc.

XV. Voluntas & consilium Dei latuit homines multis ex caussis. Primo quidem pro institutione mala, pro sodalitatibus pessimis, pro consuetudine nequam, pro colloquiis non bonis, pro præsumtionibus minus rectis; pro his, inquam, omnibus, primum error, inde contemtus, [1] tum infidelitas & malitia, avaritia quoque & vana jactantia, aliaque his similia mala, velut fumus quidam immensus, universam mundi hujus domum replevit; & habitantibus intrinsecus, intuendi conditorem suum, aspectum liberum non dedit, neque quæ ei essent placita pervidendi. Quid igitur his qui sunt intrinsecus convenit? nisi ut ex intimis præcordiis clamore prolato, auxilium invocent ejus, quem solum domus fumo repleta non claudit; & accedens aperiat januam domus, quo possit fumus quidem qui intrinsecus habetur, excludi; lux vero solis quæ extrinsecus resplendet, induci?

XVI. Hunc ergo qui ad auxilium domus, caligine ignorantiæ & vitiorum fumo repletæ, perquiritur, illum esse dicemus, [2] qui appellatur verus Propheta; qui solus illuminare animas hominum potest, ita ut oculis suis viam salutis evidenter inspiciant. Aliter enim impossibile est, de rebus divinis æternisque cognoscere, nisi quis ab isto vero Propheta didicerit: quia, sicut ipse paullo ante memorabas, fides rerum caussarumque sententiæ, pro ingeniis magis defendentium ponderantur: unde & eadem caussa, nunc justa, nunc injusta putatur; & quod modo verum videbatur, alterius adsertione falsum videtur. Ista de caussa, religionis ac pietatis fides, veri Prophetæ præsentiam postulavit; ut ipse nobis diceret de singulis, prout se ipsa veritas habet; & doceret, quo modo oporteat de singulis credi. Et ideo ante omnia fidem Prophetæ, omni cum examinatione oportet probari: quem cum cognoveris esse Prophetam, de reliquo cuncta ei credas, oportet; nec ultra discutere eum per singula quæ docuerit, sed habere firma & sancta quæ dicit, quæque quamvis fide suscipi videantur, ante habita tamen probatione creduntur. Cum enim semel ex initio Prophetæ veritas examinata constiterit, reliqua demum fide audienda sunt & tenenda, qua eum doctorem esse jam constitit. Et sicut certum est, cuncta secundum veritatis regulam teneri oportere quæ ad divinam scientiam spectant, ita indubitatum est, a nullo alio, nisi ab ipso solo sciri posse quod verum est.


XVII. Et his dictis, tam mihi aperte & tam lucide, quis iste esset Propheta, & quo modo inveniretur, exposuit; ut ego mihi ante oculos habere, & manu contrectare viderer probationes, quas de Prophetica veritate protulerat, ingentique stupore deficerem, quo modo ea quæ omnes quærunt, ante oculos posita nullus videt. Unde jubente eo, ea quæ ad me locutus est, in ordinem redigens, librum de vero Propheta conscripsi, eumque de Cæsarea, ad te, ipso jubente, transmisi. Dicebat enim mandatum se accepisse abs te, ut per singulos annos, si qua essent a se dicta gestaque, ad te descripta transmitteret. Interea initio sermonis sui, quem primo die habuit ad me de vero Propheta & de aliis plurimis, cum me instruxisset plenissime, addidit etiam hæc: Vide, inquit, de reliquo, & interesto tractatibus meis, quos, si quando necessitas attulerit, habebo cum his qui contradicunt: adversus quos disputans, etiam si forte inferior visus fuero, non verebor, ne forte tu de his quæ tibi a me sunt tradita, in dubium venias: quia etiam si ego visus fuero superari, non tamen idcirco ea quæ nobis verus Propheta tradidit, infirma videbuntur. Spero tamen, quod nec in disputationibus superemur; si modo rationabiles sint auditores & amici veritatis, qui discernere valeant vim speciemque verborum; & agnoscere, qui sermo ex arte sophistica veniat, non veritatem continens, sed imaginem veritatis; & qui sit, qui simpliciter ac sine fuco prolatus, omnem vim non in specie & ornatu, sed in veritate & ratione possideat.

XVIII. Ad hæc ego: Omnipotenti, inquam, Deo gratias ago, quia ut optavi & desideravi, instructus sum. Verumtamen de me in tantum esse debes securus, quod de his quæ didici abs te, in dubium venire non possim; ut si tu ipse velis aliquando fidem meam a vero Propheta transferre, omnino non possis: quia pleno spiritu hausi, quæ tradidisti. Et ne putes magnum tibi me aliquid polliceri, quod ab hac fide negem me posse transferri; certum est apud me, quia quicumque hominum hanc de vero Propheta ac-

1. *Tum infidelitas & malitia.*] Rufinus legebat, πονηρία, non πορνεία.

2. *Qui appellatur verus Propheta.*] Locutio usurpata quidem ab Ambrosio in Psalm. CXVIII. 63. & ab Auctore Commentariorum in Lamentationes Jeremiæ apud Hieronymum ad II. 9. merito. Verum suspecta in his libris, in epistola ad Jacobum, in Clementinis, ut &, *Propheta*, atque *Propheta veritatis*; quia teste Epiphanio Hæresi 30. Ebionæi Periodorum Petri Clementinarum interpolatores, Christum Prophetam, & Prophetam veritatis appellare solebant; quasi merum hominem; juxta argumentationem Theodoti, in eodem Epiphanio Hæresi 54. num. 3. Hebræique in Nilo lib. 1. Epist. 127. & opinionem Essenorum apud Philastrium. Unde Auctor Græcæ Epitomes ista omisit, Catholica vero substituit. Atque ex istis castigabis errorem, seu potius ignorantiam hac in parte, Davidis Blondelli, viri alias doctissimi, in Prolegomenis ad Pseudo-Isidorum cap. 11. p. 56. Denique huc facere videtur locus corruptus Isidori lib. 8. Originum cap. 5. *Ebionitæ Christum per Prophetam solum verum justum putant effectum*, nisi doceret Historia Ecclesiastica a Rufino versa, legi debere, *Christum per profectum solum, virum justum putant effectum*, quo modo etiam quidam veteres libri MSS. Apocrypha Epistola Lentuli, in Orthodoxographis; *qui dicitur a gentibus Propheta veritatis*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



ceperit rationem, dubitare ultra de veritate nullatenus poterit. Et ideo confido de hoc divino dogmate cælitus definito, in quo omnis ars malitiæ superatur. Adversus Prophetiam etenim neque ars ulla stare sufficit, neque sophismatum syllogismorumque versutiæ: sed omnis qui audierit de vero Propheta, necesse est ut statim desiderium capiat ipsius veritatis; nec ultra sub occasione veri quærendi, diversos patietur errores. Propter quod, Domine mi o Petre, nolo sis ultra solicitus, tamquam de eo qui nesciat, quid acceperit & quantum sibi commissum sit muneris; certus esto, quod scienti & intelligenti gratiam contulisti. Nec facile possum decipi, pro eo quod quæ diu desiderabam, cito videor adeptus. Potest enim fieri ut alius desiderans cito adipiscatur, alius nec tarde ad desiderata perveniat.

XIX. Et Petrus, his a me auditis: Gratias ago, inquit, Deo meo, & pro salute tua & pro requie mea: valde enim delector, quia intellexisse te video, quanta sit virtutis Propheticæ magnitudo; & quia, ut ais, nec si ego ipse cupiam, quod absit, potero te transvertere in aliam fidem; & ex hoc jam incipe esse nobiscum, & crastino die interesto disputationibus nostris: erit enim mihi certamen contra Simonem magum. Cumque hæc dixisset, [1] secessit, ut cibum caperet cum suis; me autem seorsim vesci jussit: & post cibum cum laudem dixisset Deo, & gratias egisset, etiam hujus ipsius facti mihi reddidit rationem, & addidit, dicens: Det tibi Dominus exæquari nobiscum in omnibus, ut percepto baptismate possis ad eamdem nobiscum convenire mensam: & his dictis, quiescere me jussit: jam enim somnum natura corporis, & ratio temporis invitabat.

XX. Postera vero die, matutinus ad nos ingrediebatur Zacchæus; & cum salutasset, ait ad Petrum: Differt Simon certaminis diem in undecimam mensis præsentis, quæ est post septem dies. Tunc enim magis vacuum sibi disceptandi tempus adfirmat. Sed & mihi videtur comperendinatio ejus etiam nobis esse necessaria; ut plures conveniant, qui disputationis nostræ vel auditores vel judices fiant. Verumtamen si probabile tibi videtur, inter moras ea quæ in controversiam venire posse opinamur, inter nosmet ipsos prius discutiamus; ut unusquisque nostrum, cum quæ proponenda sint, & quæ respondenda, cognoverit, apud semet ipsum pertractet, si recte se habeant, aut si invenire poterit aliquid adversarius quod objiciat, aut quod objecta frustretur. Si vero ex omni latere, quæ a nobis dicenda sunt, claruerint esse munita, ita demum confidenter quæstionis ineatur exordium. Et quidem mea hæc est sententia, quod ante omnia requiri oporteat, quid sit omnium primum, quidve immaculatum, quod etiam caussam esse omnium quæ sunt, docendum est: deinde cuncta quæ sunt, si facta sunt, & a quo, vel per quem, vel propter quem; utrum ab uno, an ex duobus, an a multis accepere substantiam; & utrum ex nullis substantibus, an ex aliquibus sumta sint & adornata: tum si aliqua Virtus est in altissimis, aut in inferis: si est, quid melius est omnibus, aut cunctis inferius: si sint aliqui motus; aut nulli: si hæc quæ videntur, erant semper & erunt: si extitere nullo operante, & nullo solvente dilabentur. Si, inquam, ex his initium acceperit disputatio, puto quod ea quæ quærentur, diligenti examinatione discussa, facile clarescant. Cum autem hæc claruerint, eorum quæ sequuntur, in promtu reperietur agnitio. Ego quid senserim protuli: quid etiam tibi videtur, indicare non pigeat.

XXI. Ad hæc Petrus: Dic, inquit, interim Simoni, faciat ut libet; certus, quod divina providentia largiente, semper nos inveniet paratos. Et Zacchæus quidem quæ audierat, egressus est Simoni nuntiare. Petrus vero respiciens ad nos, & intelligens contristatum me esse, pro dilatione certaminis, ait: Qui credit summi Dei providentia dispensari mundum, non debet, o amice Clemens, de singulis quæ quoquo modo accidunt, aspernanter accipere; certus quod justitia Dei, etiam ea quæ superflua videntur, aut contraria in unoquoque negotio, opportuno exitu competentique dispensat; præcipue tamen erga eos, qui eum familiarius colunt: & ideo qui de his, ut dixi, certus est, si quid eveniat contra sententiam, novit pro eo mœrorem de animis expellere; meliore sententia manifestum habens, quod dispensatione boni Dei, etiam quod contrarium putatur, vertatur in melius. Propter quod, o Clemens, etiam nunc non te contristet magi Simonis ista dilatio. Credo enim quod per Dei providentiam gestum sit, ad utilitatem tuam; ut possim tibi rationem fidei nostræ, in hac septem dierum comperendinatione, absque aliquo strepitu, ordinemque consequenter exponere, secundum traditionem veri Prophetæ, qui solus scit, quæ facta sunt, ut facta sint; & quæ fiunt, ut fiant; quæque erunt, ut erunt: quæ tamen manifeste quidem dicta, non tamen manifeste scripta sunt; in tantum, ut cum leguntur, intelligi sine expositore non possint, propter peccatum quod coadolevit hominibus, sicut superius diximus. Idcirco igitur explanabuntur tibi per me omnia; ut in his quæ scripta sunt, dilucide quæ sit sententia legislatoris agnoscas.

XXII. Cumque hæc dixisset, exponere mihi singula de his quæ in quæstione esse videbantur Legis capitulis cœpit, ab initio creaturæ usque ad id temporis, quo ad eum Cæsaream devolutus sum. Hæc mihi dicens, dilatio Simonis contulit, ut per ordinem cuncta cognoscerem. Alias, inquit, secundum ea quæ opportunitas sermonis adtulerit, de singulis quibusque, quæ nunc compendiosius diximus, latius differemus; ut, secundum ea quæ pollicitus sum tibi, plenius de omnibus perfectiusque cognoscas. Quia ergo hodierna adhuc nobis superest dies, ex his quæ dilata sunt, volo tibi rursus ea quæ dicta sunt breviter iterare, ut

1. *Secessit, ut cibum caperet cum suis, &c.*] Passim hic. Apud Athanasium Liber de virginitate p. 1052. *ἐὰν δὲ τύχῃ κατηχούμενον ἐν τραπέζῃ, μὴ συνευχέσθω μετὰ τῶν πιστῶν, οὐδὲ μὴ καθίσεις φαγεῖν τὸν ἄρτον σου μετ' αὐτοῦ.* Capitularium lib. 6. cap. 92. *Non liceat baptizatis cum Catechumenis manducare, nec os[illegible] [illegible] quanto magis cum exco[illegible]* [illegible]? Episcopos tamen cum Constantino Imperatore nondum baptizato epulatos fuisse testis est fide dignus Eusebius, quamvis ei nolit credere Nicephorus Callistus. Sed & Christiani multi non adeo a Paganis refugiebant. Unde Nonnam matrem suam laudat Gregorius Nazianzenus, quod cibum cum Idolorum cultoribus communem numquam habuerit, nec Gentilis feminæ manibus dextram injecerit, aut labra labris miscuerit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

magis tibi ad memoriam revocentur. Et exin cœpit hoc modo mentibus meis innovare quæ dixerat, Meministi, o amice Clemens, quæ mihi fuerit de æterno sæculo ac finem nesciente, narratio? Tunc ego: Nihil, inquam, o Petre, aliquando retinebo; si hoc omittere aut oblivisci potuero.

XXIII. Et Petrus libenter hac mea responsione suscepta: Gratulor tibi, inquit; quod ita responderis, & non quod hæc ipsa facile dicas, sed te meminisse protuleris: quæ enim summa sunt, silentio honorari volunt. Ad fidem tamen eorum quæ de ineffabilibus meministi, dic quæ retines ex his, quæ in loco secundo a nobis dicta sunt, B quæ proferri facile queunt; ut pervidens tenacitatem memoriæ tuæ, de quibus volo, promtius tibi indicem & libenter aperiam. Tunc ego ubi adverti eum auditorum memoria gaudere: Non solum, inquam, definitionis tuæ memor sum, sed & præfinitionis illius, quæ ante definitionem posita est; & omnium pæne quæ exposuisti, sensum integrum servo, etiamsi verba non omnia: quia tamquam vernacula animæ meæ, & ingenita effecta sunt, quæ dixisti. Nimium enim sitienti mihi dulcissimum poculum porrexisti. Et ne putes, quod rerum immemor, verbis te occupem, jam nunc quæ dicta sunt in memoriam revocabo: in quo me plurimum juvat ordo disputationis tuæ. C Etenim quia consequenter directa sunt & librate ordinata, quæ dicis; idcirco & facile ad memoriam, ordinis sui lineis revocantur. Multum namque ad recordandum prodest ordo dictorum: cum enim recolere singula per consequentiam cœperis; ubi aliquid deest, statim sensus inquirit; & cum invenerit, servat; aut certe, si investigare nequierit, a magistro requirere non pigebit. Sed ne moram faciam in reddendo ea quæ poscis a me, retexam breviter quæ de veritatis definitione tradidisti.

XXIV. Erat semper, & est, & erit illud, a quo prima voluntas genita sempiternitate constat, D [1] & ex prima voluntate iterum voluntas. Post hæc mundus; ex mundo tempus; ex hoc hominum multitudo; ex multitudine electio amicorum; ex quorum unanimitate pacificum construitur Dei regnum. Reliqua vero quæ hæc consequi deberent, alias te mihi dicturum esse promiseras. Post hæc, cum de creatura mundi exposuisses; definitionem Dei, quam in conspectu omnium primorum Angelorum de sua voluntate promisit, quamque æternam legem cunctis statuit, intimasti: & quod [2] duo regna posuit, A præsentis dico temporis, & futuri; & tempora utrique constituit; statuitque exspectari judicii diem quam ipse definivit, in qua habenda sit rerum animarumque discretio: ut impii quidem pro peccatis suis igni tradantur æterno; hi vero qui secundum voluntatem conditoris Dei vixerint, pro bonis operibus benedictione suscepta, clarissima luce fulgentes, introducti ad æternam sedem, & in incorruptione durantes, ineffabilium bonorum munera æterna percipiant.

XXV. Hæc me prosequente, gaudio perfusus Petrus, tamquam super filio tripudians, ne forte in reliquorum memoria titubans, erubescerem; propter eos qui aderant: Sufficit, inquit, o Clemens: evidentius enim hæc, quam a me ipso exposita fuerant, edidisti. Et ego ajo: Narrandi ordinem, & lucidius ea quæ res expetit, proferendi, eruditio nobis contulit liberalis: qua si utamur in antiquitatis erroribus; in perniciem vitæ, verborum decore ac suavitate decidimus: si vero ad adserendam veritatem, eruditionem sermonis & gratiam conferamus, puto ex hoc non parum utilitatis adquiri. Verumtamen, mi Domine Petre, quanta me arbitraris gratulatione sublatum, cum in ceteris omnibus, tum præcipue in illius doctrinæ sententia, qua ais: Unus est Deus, cujus opus mundus est, quique, quia justus est omnimodis, unicuique pro actibus suis reddet. Et post hæc addidisti, dicens: Pro cujus dogmatis adsertione innumera verborum millia movebantur; sed in his quibus veri Prophetæ concessa est scientia, omnis ista verborum silva succisa est. Et propter hoc, cum mihi tradideris de vero Propheta sermonem, omni me adsertionum firmitate roborasti. Inde denique ego cum advertissem, in hoc summam totius religionis pietatisque consistere, illico respondi: Optime prosecutus es, Petre: propter quod de reliquo jam tamquam scienti, quæ sint fundamenta fidei & pietatis; veri Prophetæ traditiones incunctanter expone; cui soli credendum esse, evidenter probatum est: illam vero expositionem quæ adsertionibus & argumentis indigeat, infidelibus serva, quibus nondum committere Propheticæ gratiæ indubitabilem judicaveris fidem. Et cum hæc dixissem: Tu utrumque, inquam, pollicitus es; te hanc mihi simplicem expositionem ac totius erroris expertem, & illam quæ per singulas quasque quæstiones explicatur, quæ & a te movebantur, in tempore traditurum. Et post hæc exposuisti per ordinem, a princi-

1. *Et ex prima voluntate iterum voluntas.*] De Filio Clemens Alexandrinus Pædag. 3. cap. ult. ἀγαθοῦ πατρὸς ἀγαθὸν βούλημα. Strom. 5. p. 547. θέλημα παντοκρατορικόν. Tertullianus de Oratione cap. 4. *Ipse erat voluntas & potestas Patris.* In Origene de Principiis, & alibi: *Natus ex Patre, velut voluntas ex mente procedens.* Apud Athanasium Orat. 3. & 4. contra Arianos p. 402. 514. βουλὴ καὶ θέλημα τοῦ πατρός. Similiaque legas Victorini Afri lib. 1. adversus Arium, Faustini Diaconi ad Flaccillam, Cyrilli Alexandrini contra Anthropomorphitas cap. 14. & aliorum, de quibus Hieronymus initio Commentariorum in Epistolam ad Ephesios, & Augustinus XV. de Trinitate 20. necnon duarum Synodorum Toletanarum, decimæquintæ ac decimæsextæ. Prioris locus in binis levibus mendis cubat, *Diximus: Voluntas genuit voluntatem, sicut & sapientia sapientiam. Quod vir ille incuriosa lectionis transcursione præteriens, existimavit hæc ipsa nomina, id est* (lege *in* aut potius *juxta*, errandi occasio fuit brevians scriptura) *relativum, aut secundum comparationem humanæ mentis nos posuisse,* &c. *Nos autem non secundum hanc comparationem humanæ mentis, nec secundum relativum, sed secundum essentiam diximus; Voluntas ex voluntate, sicut & sapientia ex sapientia. Hoc enim ex* (dubio procul *est*) *Deo esse quod velle; hoc velle, quod sapere,* & reliqua. Quod ad Spiritum sanctum spectat, commodum in Bibliotheca Regia Cod. MS. E 1026. istud fragmentum Nostro adscriptum inveni. — Illud rejecimus infra in subjectam Recognitionibus Appendicem Monumentorum num. I.

2. *Duo regna.*] Quod hæc similiaque complura in istis Apocryphis Ebionismum redoleant, auctorem damus Epiphanium Hæreseos illius capite 16. δύο δέ τινας, ὡς ἔφην, συνιστῶσιν ἐκ θεοῦ τεταγμένους· ἕνα μὲν τὸν Χριστόν, ἕνα δὲ τὸν διάβολον. καὶ τὸν μὲν Χριστὸν λέγουσι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἰληφέναι τὸν κλῆρον· τὸν δὲ διάβολον, τοῦτον πεπιστεῦσθαι τὸν αἰῶνα· ἐκ προσταγῆς δῆθεν τοῦ παντοκράτορος, κατὰ αἴτησιν ἑκατέρων αὐτῶν. *Duos, ut jam dixi, a Deo constitutos asserunt; Christum, & Diabolum. Quorum illi futuri, huic præsentis sæculi potestas est commissa: idque adeo omnipotentis illius mandato, ad cujusque postulationem esse factum.* Quo ex loco lux oritur alteri capitis 3. quem Interpres indiligenter in Latinum convertit; πάντων τε κυριεύοντα, καὶ Χριστὸν λέγεσθαι, τὸν ἐκεῖσε δὲ αἰῶνα κεκληρῶσθαι. Hoc est; *Atque omnium rerum dominatum tenere, & appellari Christum: in sortem vero accepisse sæculum quod illic erit.*

pio mundi usque ad præsens tempus consequentiam rerum: & si placet, possum memoriter universa retexere.

XXVI. Ad hæc Petrus: Magnifice, inquit, delector, o Clemens, quod tam tuto cordi verba committam: memorem namque esse eorum quæ dicuntur, indicium est, in promtu habere operum fidem. Cum vero malus dæmon salutis verba furatur & de memoria rapit; etiam si velit, salvari non poterit. Perdit enim viam, qua pervenitur ad vitam: propter quod eo magis repetamus quæ dicta sunt, & confirmemus ea in corde tuo: id est, quo modo, vel a quo factus sit mundus; ut tendamus ad amicitiam Conditoris. B Amicitia autem efficitur bene vivendo, & voluntati ejus obediendo; quæ voluntas omnium viventium lex est. Breviter ergo tibi hæc eadem, firmioris caussa memoriæ, retexemus.

XXVII. In principio, cum fecisset Deus cælum & terram, tamquam domum unam, ipsa quæ ex corporibus mundi reddita est umbra, his quæ intrinsecus clausa fuerant, tenebras ex se dedit. Sed cum voluntas Dei introduxisset lucem, [1] tenebræ illæ quæ ex umbra corporum factæ fuerant, continuo devoratæ sunt: tunc deinde lux in diem, tenebræ deputantur in noctem. Jam vero aqua quæ erat intra mundum, in medio primi illius C cæli terræque spatio, quasi gelu concreta & crystallo solidata, distenditur; & hujusmodi firmamento velut intercluduntur media cæli ac terræ spatia; idque firmamentum, cælum conditor appellavit, antiquioris illius vocabulo nuncupatum; & ita totius mundi machinam, cum una domus esset, in duas dividit regiones. Divisionis autem hæc fuit caussa, ut superna regio Angelis habitaculum, inferior vero præberet hominibus. Post hæc quod reliquum fuit in inferioribus aquarum, jussu voluntatis æternæ, locus maris & chaos effectum recipit; eisque ad demersa & concava defluentibus, arida quidem apparuit terra; congre- A gationes autem aquarum, effecta sunt maria. Et post hæc terra quæ apparuerat, herbarum & virgultorum diversa genera produxit; fontes quoque & fluvios, non solum in planis, sed & in montibus protulit; & sic cuncta præparata sunt; ut hominibus qui habitarent in ea, esset facultas his omnibus pro arbitrio uti, id est, sive ad bona velint, sive etiam ad mala.

XXVIII. Post hæc stellis adornat cælum istud visibile. Solem quoque & lunam ponit in eo; ut alterius lumine dies, & nox uteretur alterius: simulque ut essent indicio rerum præteritarum, præsentium & futurarum. Pro signis enim temporum facta sunt ac dierum; quæ videntur quidem ab omnibus, intelliguntur autem ab eruditis & intelligentibus solis. Cumque post hæc de terra & aquis produci jussisset animantia, Paradisum fecit, quem & deliciarum locum nominavit. Post hæc autem omnia, hominem fecit, propter quem cuncta præparaverat; [2] cujus interna species est antiquior, & ob cujus caussam omnia quæ sunt, facta sunt, ministerio ejus concessa, & habitationis ejus usibus data.

XXIX. Igitur consummatis omnibus quæ in cælo & in terris sunt, atque in aquis; multiplicato etiam hominum genere; octava generatione, [3] homines justi [a] qui Angelorum vixerant vitam, illecti pulcritudine mulierum, ad promiscuos & illicitos concubitus declinaverunt: & inde jam indiscrete & contra ordinem cuncta agentes, statum rerum humanarum, & divinitus traditum vitæ ordinem permutarunt; ita ut omnes homines, vel persuasione, vel vi peccare in creatorem suum cogerent Deum. Ex nona generatione nascuntur Gigantes, illi qui a sæculo nominantur: non [4] δρακοντόποδες, ut Græcorum fabulæ ferunt; sed immensis corporibus editi, quorum adhuc, ad indicium, in nonnullis locis ossa immensæ magnitudinis ostenduntur. Sed adversum hos justa Dei providentia diluvium mundo introduxit; ut orbis

a Gen. VI. 2.

1. *Tenebræ illæ, quæ ex umbra corporum factæ fuerant.*] Consulendi veteres Hexaemeri Interpretes, cum Cæsario Quæst. 61. & 114. Cedreno aliisque. Cedreni verba corrupta videntur. *τὸ γὰρ σκότος ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἐφαπλώσεως, καὶ τὰ ὑπὸ τούτου σκεπόμενα γέγονεν.* Quid si legamus, *κατὰ* loco *καὶ*, hoc sensu: *Tenebræ enim, cæli extensione super ea quæ ab illo tegebantur exstiterunt?*

2. *Cujus interna species est antiquior.*] Codex Carmel. qui notis marginalibus in textum relatis abundat, post *est* ostendit *de anima*, quoniam heic asseritur anima corpore antiquior, juxta unam e quatuor sententiis Patrum. Alii namque docuerunt creatam fuisse animam ante corpus, alii post, alii simul cum eo; ceteri nihil voluerunt affirmare. Extra quas opiniones, collocari debent errores Pythagoricorum, Platonicorum, Gnosticorum & Origenianorum circa animarum *προΰπαρξιν*. Emenda obiter S. Gregorii Nysseni locum hunc Serm. de anima tom. 2. p. 102. *εἰ δέ τις μετὰ τὴν διάπλασιν τοῦ σώματος ἐμβεβλῆσθαι * τὴν ψυχὴν, ἤτοι μετὰ τὸ σῶμα γεγενῆσθαι αὐτὴν, διαμαρτάνει τῆς ἀληθείας.* & lege cum Nemesio de natura hominis cap. 2. quod caput cum sequenti ex eo Sermone penitus desumtum est; *εἰ δέ τις ἐκ τοῦ μετὰ τὴν διάπλασιν τοῦ σώματος ἐμβεβλῆσθαι τὴν ψυχὴν, ἡγοῖτο μετὰ τὸ σῶμα* &c.

3. *Homines justi qui Angelorum vixerant vitam.*] *Διὸ καὶ ἄγγελοι θεοῦ καὶ υἱοὶ θεοῦ οἱ αὐτοὶ, ὡς ἀγγελοπρεπῆ τινα θεοπρεπῆ βίον βιοῦντες, ἐκαλοῦντο,* ait Nicephorus Philosophus cap. 1. de hac quæstione, pagina ultima Regii MS. 698. Contra in Testamentis duodecim filiorum Jacob, Latine exstantibus, sed Græce ineditis, Testam. 1. [illegible] (γυναῖκας) τοὺς ἐγρηγόρους [illegible] συνεχῶς ἐρῶντες αὐτάς, [illegible] συνέλαβον τῇ διανοίᾳ τὴν [illegible] ἀνθρώπους· καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ [illegible] κἀκεῖναι ἐπιθυμοῦσαι [illegible] D τῶν, ἔτεκον γίγαντας· ἐφαίνοντο γὰρ αὐτοῖς (f. αὐταῖς) οἱ ἐγρήγοροι ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάνοντες. Reliqua celebris controversiæ, eaque plurima, dabunt Interpretes ad Genes. VI. 1. &c. qui locus ita conversus legitur, in Excerptis Chronologicis ex Eusebio, Africano & aliis: *Et factum est, cum homines multiplicarentur super terram, & filias procreassent: videntes autem Angeli Dei filias hominum, quod essent pulcræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt. Et dixit Dominus Deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, quia caro sunt: eruntque dies eorum annorum centum viginti. Gigantes autem erant super terram in diebus illis, & ultra. Cumque introissent Angeli Dei ad filias hominum, illæ quæ genuerunt, illæ fuerunt Gigantes a sæculo homines nominati.* Sed rescribendum est, *illæque genuerunt. Illi fuerunt Gigantes.*

4. *Non δρακοντόποδες.*] Candel. *Non Dracontopedæ*. Latine Anguipedes. Rectius Noster, quam in Historia Gigantum sacra profanis miscente. E *οὓς καὶ δρακοντόποδάς τινες προσηγόρευσαν· ἢ ὡς τεθηριωμένους ταῖς γνώμαις, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν λογιζομένους· ἢ ὥς τινες ἱστοροῦσιν, ὅτι πόλεμον ἔχοντες μετά τινων οἰκούντων ἐν ὑψηλοῖς, αὐτοὶ χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ κοιλίαις ὡς δράκοντες ἀνέρποντες κατ' αὐτῶν, ὑφ' ὧν καὶ πολλοὶ πολλάκις ἄνωθεν ἀνῃροῦντο βαλλόμενοι, δρακοντόποδες ἐκέκληντο.* Verba sunt Georgii Cedreni: componenda cum his Macrobii Saturnaliorum lib. 1. cap. 20. *Horum pedes in draconum [illegible] [illegible]bant, quod significat nihil eos rectum, nihil [illegible] cogitasse, totius vitæ eorum gressu atque processu in inferna mergente*, & cum istis Servii ad Æneid. III. *Varro dicit, in diluvio aliquos ad montes confugisse cum utensilibus: qui lacessiti postea bello ab his qui de aliis veniebant montibus, facile ex locis superioribus vicerunt. Unde fictum est, ut dii superiores dicerentur: inferiores vero terrigenæ. Et qui [illegible] [illegible] pro pedibus [illegible] [illegible].*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

quidem terrarum ab eorum contagione dilueretur; omnis vero locus ab impiorum nece verteretur in pelagus. Unus tamen tunc inventus est justus, nomine Noe, qui in arca cum tribus filiis eorumque uxoribus liberatus, post aquarum decursus, cum his animalibus quæ secum clauserat & seminibus, mundi habitator effectus est.

XXX. Duodecima generatione, cum [a] Deus benedixisset homines, & multiplicari cœpissent, acceperunt præceptum, [1] ne sanguinem degustarent; propter hoc enim etiam diluvium factum est. Tertiadecima generatione, cum ex tribus filiis Noe, unus qui erat medius, patri fecisset injuriam, posteritati suæ ex maledicto conditionem servitutis induxit; cujus interim [2] senior frater habitationis sortem, eam quæ est in medio terræ, suscepit, in qua est regio Judææ; junior vero Orientis plagam sortitus est; ipse autem Occidentis accepit. Quartadecima vero generatione, ex maledicta progenie quidam, propter artem magicam, primus aram statuit dæmonibus, honorem sanguinis litans. Quintadecima generatione, primo omnium homines Idolum statuentes, adoraverunt: & usque ad illud tempus divinitus humano generi data Hebræorum lingua, tenuit monarchiam. Sextadecima generatione, moverunt se ab Oriente filii hominum, & venientes ad terras patrum A suorum, unusquisque sortis suæ locum, proprii vocabuli appellatione signavit. Septimadecima generatione, apud Babyloniam Nemroth primus regnavit, [3] urbemque construxit, [4] & inde migravit ad Persas, eosque ignem colere docuit.

XXXI. Octavadecima generatione, muratæ urbes factæ sunt, & [5] exercitus instituti, armaque; & judices, legesque sancitæ, [6] templa constructa, & principes gentium tamquam dii adorati sunt. Nonadecima generatione, [7] posteri illius qui post diluvium maledictus est; proprios terminos excedentes, quos in Occidentalibus partibus sorte susceperant, eos qui medium terræ fuerant sortiti B locum, in terras Orientis expellunt, & usque ad Persidem fugant, ipsique in expulsorum locis iniqua sorte succedunt. [8] Vicesima generatione, [b] ob incesti crimen, primus morte propria filius ante patrem defunctus est.

XXXII. Vicesima prima generatione, exstitit vir quidam sapiens, ex genere eorum qui fuerunt expulsi, ex semine primogeniti filiorum Noe, nomine Abraham, a quo nostrum Hebræorum ducitur genus. Hic cum universus iterum mundus diversis erroribus esset oppressus, & pro immanitate scelerum maturum ei pararetur excidium, non jam per aquam, sed per ignem; cumque jam pla-

a Gen. IX. *b* Gen. XI. 28.

1. *Ne sanguinem degustarent: propter hoc enim etiam diluvium factum est.*] Alcimus Avitus Poematum libro 4. de diluvio mundi, vers. 23.

Sanguine potus erat, cæsorum viscera passim
Indomitis laceras præbebant faucibus escas.
Insuper & quadrupes, propria qui morte necatur,
Sævior aut certe quem vincens bestia cepit,
Pastus erat, quem nulla fides, lex nulla vetabat.

2. *Senior frater* &c.] Contra Severus: *Sed filiis Noe ita divisus orbis fuit, ut Sem intra Orientem, Japheth Occidentem, Cham mediis contineretur*; adstipulante Philastrio huic sententiæ.

3. *Urbemque construxit.*] Puta Babylonem: cujus conditorem Nemrodum faciunt multi apud Orosium lib. 2. cap. 6. item Severus sacræ Historiæ lib. 1. Augustinus XVI. de civitate Dei 4. Auctor Chronici Alexandrini p. 84. Gregorius Turonensis, Isidorus Hispalensis, Cedrenus, alii. Atque ea de re accipio locum difficilem ac forte corruptum, supra in Testimoniis Veterum ad Recognitiones relatum ex Chronico laudato: *ὗτος ὁ Νεβρὼδ μετοικήσας ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ἀσσυρίους, καὶ οἰκήσας εἰς Νίνον πόλιν, ἣν ἔκτισεν Ἀσσοὺρ, καὶ κτίσας τὴν πόλιν, ἥτις ἦν Βαβυλῶνος, πρὸς τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐκάλεσεν.* Hoc est, nisi etiam nunc male interpretor: *Hic Nebrodus, cum ex Ægypto ad Assyrios demigrasset, & in urbe Nino quam Assur condiderat habitavisset, atque civitatem ædificasset quæ erat Babylonis, ad hoc civitati nomen dedit.* *πρὸς τὸ* loco *πρὸς τοῦτο*. Ex nomine Babylonis regionis, fecit nomen Babylonis urbis. Propter τὸν Νεβρὼδ, opinor, quia in LXX. *γίγας* dicitur, Hyle seu Materia a Manichæis vocabatur ἡ Νεβρὼδ. In Anathematismis Manichaicis infra edendis; *ἀναθεματίζω τὸν ληρώδη Μάνεντος μῦθον, ἐν ᾧ φησὶ μὴ ὅμοιον ἡμῖν διαπεπλάσθαι ὑπὸ τοῦ θεοῦ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστι τὸν Ἀδὰμ, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ τοῦ τῆς πορνείας ἄρχοντος, καὶ τῆς Νεβρὼδ, ἣν εἶναι τὴν ὕλην φησὶ, γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν· καὶ τὸν μὲν θηριόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ ἄψυχον καὶ τὴν μὲν Εὔαν ὑπὸ τῆς ἀῤῥενικῆς λεγομένης παρθένου μεταλαβεῖν ζωῆς, τὸν Ἀδὰμ δὲ ὑπὸ τῆς Εὔας ἀπαλλαγῆναι τῆς θηριωδίας.* Quo ex loco, quemadmodum & per Theodoritum Hæret. Fabul. lib. 1. cap. ult. mecum velim corrigas anathema Euchologii Goariani pag. 886. *ἀναθεματίζω καὶ ὅσαπερ Ἰτεύλης, καὶ Σκότος, καὶ ὁ καλούμενος Σακλαχαίτης Νεβρὼδ περὶ διαφόρων οὐρανῶν καὶ ἰδέαν μυθολογοῦσιν.* Lego siquidem: *ὅσα περί τε ὕλης καὶ σκότους καὶ τοῦ καλουμένου Σακλᾶ καὶ τῆς Νεβρὼδ, περὶ διαφόρων* &c. Sed & τοῦ Νεβρὼδ Theodoriti, mutandum videtur in τῆς Νεβρὼδ. Totus Euchologii tractatulus p. 885. 886. hunc ad modum a *βιβλιογράφοις* Codicum Regiorum 1026., 1027. concinnatus fuit. *Ἀνάθεμα Μάνεντι ἤτοι Μανιχαίῳ, τῷ καὶ Κουβρίκῳ, καὶ τοῖς δόγμασι* &c. *προεῖπον παρ' αὐτοῦ* &c. C *βιβλίοις, ἃ καὶ ἐκάλεσεν οὕτως·* &c. *καὶ τὴν τῶν ἐπιστολῶν ὁμάδα* &c. *τῶν γιγάντων πραγματείαν* &c. *Ζαράδην καὶ Βοδδᾶν*, & *Βουδδᾶν* &c. *Ἀδδαν τὸν καὶ Ἀδείμαντον* &c. *ἀνοσίου καὶ βεβήλου* &c. *Ζαρουᾶν* &c. *Οὐαλεντῖνον* &c. *ἢ φύσει τὰ κακά.* &c. *ὅσα περί τε ὕλης καὶ σκότους, καὶ τοῦ καλουμένου Σάκλα, καὶ τῆς Νεβρὼδ, καὶ περὶ διαφόρων οὐρανῶν, καὶ αἰώνων μυθολογοῦσιν* &c.

4. *Et inde migravit ad Persas, eosque ignem colere docuit.*] Victor Massiliensis 3. in Genesim;

Inque nefanda prior descendit crimina Nimroth,
Impietatis apex, Cham servo e semine natus,
Mole & mente gigas, Babylonia regna gubernans.
Persarum hic animos capiens, venator iniquus,
A veris Domini sacris traduxit ad ignem.

Rufinum exscribit Isidorus in Chronico & in Originibus: item Ado ac Monachus Altissiodorensis in Chronicis suis. *πυρσολατρεία* Persarum, & pueris notissima est.

5. *Exercitus instituti, armaque.*] Videantur Severus lib. 1. D p. 27. edit. Lugduno-Batavæ, Orosius lib. 1. cap. 4. Augustinus IV. de civit. Dei 6. Isidorus Hispalensis in Chronico, Georgius Cedrenus edit. Basil. p. 21. cum aliis. Qui omnes non multum dissident sententiis.

6. *Templa constructa, & principes gentium tamquam dii adorati sunt.*] Rufini verba in Chronica sua retulerunt Beda & Isidorus. In re autem ipsa, non magna est inter auctores controversia.

7. *Posteri illius qui post diluvium maledictus est.*] Hanc veterem traditionem firmant Eusebius, Epiphanius, Augustinus, Cassianus.

8. *Vicesima generatione, ob incesti crimen, primus morte propria filius ante patrem defunctus est.*] Vigesima generatione Aran ante patrem, primus, vel secundus a Lamecho, vel tertius post Lamechum & Phalegum, aut Lamechum & Arphaxadum, vel quintus si illis annumerentur Abel ex Scriptura, & filius Nemrodi ex Victore seu Victorino Massiliensi lib. 3. in Genesim, mortem aut natu- E ralem oppetiit ob patris idololatriam, aut violentam, combustus vel a Chaldæis, pietatis ergo, quod ignem nollet adorare, vel ab Abrahamo fratre nolente, propter impietatem, cum Idola patris ex igne quem Abrahamus accenderat vellet eripere. Genes. XI. 28. Hebræi, Epiphanius lib. 1. tom. 1. p. 8. Hieronymus in Traditionibus Hebraicis & in Locis Hebraicis, Eustathius in Hexaemeron, Procopius Gazæus ad Gen. cap. 11. Nicephorus CP. in Chronographia, Georgius Syncellus, Georgius Cedrenus, cum aliis; necnon Auctor Orationis, *Τίνι ὁμοιοῦται ἀνθρώπινος βίος*, quam Fredericus Morellus e codice Reg. 2010. typis mandavit tamquam Theophili Alexandrini, cum sit Christophori Alexandrini, quemadmodum edoctus sum ex Leonis Allatii Notis ad Eustathium. De incesto, nihil memini me legere.

ga, initio a Sodomis sumto, immineret & universo orbi terrarum; pro amicitiis, quibus erat ei familiaritas cum Deo cui bene placuerat, universum mundum ne pariter periret, eripuit. Ab initio tamen, ceteris omnibus errantibus, ipse, [1] cum arte esset Astrologus, ex ratione & ordine stellarum agnoscere potuit Conditorem; ejusque providentia intellexit cuncta moderari. Unde & Angelus [a], adsistens ei per visionem, plenius eum de his quæ sentire cœpit, edocuit. Sed & quid generi ejus ac posteritati deberetur, ostendit; & non tam eis danda hæc loca, quam reddenda promisit.

XXXIII. Igitur Abraham, cum rerum caussas desideraret agnoscere, idque secum intenta mente pervolveret: apparuit ei verus Propheta, qui solus omnium corda & propositum novit; & omnia ei quæ desiderabat aperuit; Divinitatis scientiam docuit; mundi originem, finemque pariter indicavit; animæ immortalitatem ac vivendi instituta, quibus Deo placeretur ostendit; resurrecturos quoque mortuos, ac judicium futurum, bonorum remunerationem, malorum pœnas, justo cuncta moderando judicio declaravit; omnibusque rite ac sufficienter edoctis, ad sedes rursus invisibiles secessit. Verum cum adhuc Abraham in ignorantia versaretur, sicut tibi & antea jam diximus, nati sunt ei filii duo, quorum unus Ismael, alius [2] Heliesdros appellati sunt. Ex alio barbaræ gentes, ex alio Persarum populi descendunt. E quibus nonnulli Brachmanorum vitam, & vicina instituta sectati sunt. Alii apud Arabiam consederunt: ex quorum posteris nonnulli etiam in Ægyptum dispersi sunt. Inde denique & Indorum quidam & Ægyptiorum circumcidi didicere ac purioris observantiæ esse quam ceteri, licet processu temporis quamplurimi eorum ad impietatem verterent argumentum & indicium castitatis.

XXXIV. Verumtamen cum hos duos filios tempore quo adhuc in ignorantia rerum vixerat, suscepisset, Dei agnitione percepta, petit ab eo qui erat justus, ut ex Sara quæ ei erat conjux legitima, cum esset sterilis, habere progeniem mereretur: & accepit: quem & Isaac nominavit; ex quo natus est Jacob: de Jacob autem duodecim Patriarchæ; & ex ipsis duodecim, [3] septuagintaduo. Hi fame exorta, in Ægyptum veniunt cum omni domo sua; & [4] intra annos quadringentos benedictione & promissione Dei multiplicati, adfligebantur ab Ægyptiis. Cumque affligerentur, [b] apparuit verus Propheta Moysi; & Ægyptios quidem resistentes, ne Hebræorum populus exiret

A ab eis, & rediret ad patriam terram, decem plagis cælestibus affecit; populum vero Dei eduxit ex Ægypto. Sed qui superfuerant ex Ægyptiis, conspirati cum animositate regis sui, insecuti sunt Hebræos: quos cum reperissent super littus maris, & interimere omnes ac delere cogitarent, Moyses oratione ad Deum fusa, mare in duas partes divisit; ita ut aqua dextera lævaque quasi gelu concreta teneretur; & populus quidem Dei transiret velut iter aridum, insequentes vero eos Ægyptii temere ingressi necarentur. [5] Ubi enim ultimus ex Hebræorum populo ascendit, Ægyptiorum quoque ultimus descendit in mare: & continuo aquæ maris quæ ut gelu constrictæ tenebantur, præcepto ejus qui constrinxerat relaxatæ, pœna de impiorum populo recepta, naturæ suæ libertatem sumserunt.

B

XXXV. Post hæc Moyses, Dei omnia providentis præcepto, Hebræorum populum eduxit in desertum, & iter brevissimum quod fert de Ægypto ad Judæam, relinquens, [6] per longos eremi plebem ducit anfractus, ut quadraginta annorum exercitiis, mala quæ eis ex Ægyptiorum moribus usu longi temporis inoleverant, innovatione mutatæ consuetudinis aboleret. Interea venitur ad montem Sina, & inde Lex eis, vocibus & visionibus cælestibus traditur, decem conscripta præceptis; quorum primum & maximum fuit, ut ipsum solum colerent Deum, nec ullam sibi aliam speciem vel formam statuerent ad colendum. Sed cum Moyses ascendisset ad montem, ibique diebus quadraginta moraretur; populus qui decem plagis percussam viderat Ægyptum, & disruptum mare ac pedibus ingressum, manna quoque sibi pro pane cælitus datum, & [c] ex sequenti petra poculum ministratum; [7] quæ species cibi per virtutem Dei, in quem quisque desiderasset verteretur saporem; cumque sub plaga cæli ardentiore positi, ne æstibus coquerentur, nube obumbrabantur in die, nocte vero columna ignis illuminabantur, ne ad eremi vastitatem horror quoque accederet tenebrarum: Cum, inquam, moraretur Moyses, [8] ipsi secundum speciem Apidis quem coli in Ægypto viderant, aureum caput vituli facientes, adoraverunt: & post tot ac tanta quæ viderant mirabilia, veteris consuetudinis sordes elimare a se atque abstergere nequiverunt: & ob hoc brevi spatio iter, quod ex Ægypto ducit ad Judæam relinquens, immenso eremi ambitu egit eos Moyses, si forte posset, ut superius memoravimus, vetustæ consuetudinis mala novellæ institutionis permutatione discutere.

C

D

a Gen. xv. & xxii. *b* Exod. III. *c* I. Cor. x. 4.

1. *Cum arte esset Astrologus.*] Consentanea Berosus, Eupolemus, Artapanus, Philo, Josephus, Eusebius, Eustathius, Cæsarius, Ambrosius & alii plerique.

2. *Heliesdros.*] Exemplar Candelerianum, *Eliesdros*. Carmeliticum, *Helimesdros*. Petiti, *Helibesdrus*. Puto esse idem nomen ac Ἐλιέζερος *Eliezerus*. Damascus Eliezer. Genes. XV. 2. per quem locum evertitur fabula hæc, a Pseudo-Clemente ex Apocrypho vetustiori, ut videtur, desumta. Lege lib. 2. cap. 1. Clementina Homil. 2. n. 1. & Epitomes caput 20.

3. *Septuaginta duo.*] Numerus iste non constat. Constaret 62. quia 62. cum duodecim Patriarchis & Jacobo faciunt 75. quot ponuntur a LXX. Genes. XLVI. 27. & [illegible] Act. VII. 14.

4. [illegible] *quadringentos.*] Geneseos XV. 13. ubi con- [illegible]

5. *Ubi enim ultimus &c*


6. *Per longos eremi &c.*] Ita lego in Sermone S. Galli Confessoris, cap. 5. *Om*[illegible] *gentes* [illegible] *pelagi commean-*

E *tium, extremo suorum barathrum ingresso,* (non *ingressi*) *novissimoque plebis Dei ad naturale littus transgresso, ita sunt* [illegible] *ut nullus remanseret qui* [illegible] *domi* [illegible] *esset.* Et cap. 6. *Sic eos per* [illegible] *tum quadraginta annos ad terram promissionis circumduxit, donec desuescerent Idololatri*[illegible] *: de qua erant educti, & quam ubicumque* [illegible] *erant inventuri.*

7. *Quæ species cibi &c.*] Respicit ad locum libri Sapientiæ, cap. 16. vers. 20 21.

8. *Ipsi secundum speciem Apidis quem coli in Ægypto viderant, aureum caput vi*[illegible] *adoraverunt.*] Scribit tamen hunc in modum Joannes Damascenus III. contra Iconomachos; οὐ γὰρ ἐποίησαν Διὸς εἴδωλον, οὐ τόδε, ὃ τόδε, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν ἔδωκαν τὸν χρυσὸν ἐπὶ τὸ ποιῆσαι εἴδωλον ὅπερ ἂν τύχῃ, καὶ ἀνῆλθεν ἐκτύπωμα βουκράνου. Id est. *Non* [illegible], *aut hujus* [illegible], *sed absque certo consilio* [illegible] *quodcumque sors obtulisset, atque ita* [illegible] *effigies.*

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



XXXVI. Cum interim, fidelis & prudens dis- A pensator Moyses, pervidens, populo ex Ægyptiorum consortio altius inolevisse vitium Idolis immolandi, nec posse de eis radicem mali hujus excidi, immolare quidem eis concessit; sed Deo soli hoc fieri permisit, ut mediam quodammodo partem vitii altius inoliti resecaret; aliam vero mediam, per aliud & aliud tempus reservaret emendandam; per illum scilicet, de quo ipse dixit [a]: [1] *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester; quem sicut me ipsum audite, secundum omnia quæ dixerit vobis. Quicumque non audierit Prophetam illum, exterminabitur anima ejus de populo suo.*

XXXVII. Ad hæc autem, etiam [b] locum statuit, in quo solo liceret eis immolare Deo. Hoc autem totum eo prospectu gerebat, ut cum tempus opportunum venisset, & didicissent per Prophetam, quia [c] Deus misericordiam vult & non sacrificium, viderent eum qui eos doceret, locum Dei electum esse, Sapientiam ejus; in quo conveniret offerri hostias Deo: hunc autem locum qui ad tempus videbatur electus, incursionibus hostium & excidiis sæpe vexatum, & ad ultimum quoque audirent [d] penitus excidendum: cujus rei fidem etiam ante adventum veri Prophetæ, qui esset hostias cum loco pariter repudiaturus, sæpe ab hostibus populatus est & igne incensus; atque C in captivitatem populus abductus, in exteras nationes; & exinde cum ad misericordiam Dei confugeret, revocatus est: ut per hæc doceretur, quia sacrificia offerens expellitur, & in manus hostium traditur; misericordiam vero faciens & justitiam, sine sacrificiis de captivitate liberatur, & in terram patriam restituitur. Sed hoc intelligere paucos admodum accidit. Plures enim etiamsi sentire hæc & advertere poterant, vulgi tamen irrationali opinione tenebantur. Paucorum namque est recta cum libertate sententia.

XXXVIII. Igitur [e] Moyses his administratis, Ausen quemdam nomine, præponens populo, qui D eos revocaret ad patriam terram, ipse ad montem quemdam præcepto Dei viventis ascendens, illic defunctus est: cujus tamen talis fuit mors, ut usque in hodiernum diem sepulturam ejus nullus invenerit. Ut ergo populus patrium contigit solum per providentiam Dei, primo statim ingressu iniquarum gentium habitatores fugantur; & ipsi hereditatem paternam judice sorte suscipiunt. Tum deinde per aliquantum temporis Judicibus, non Regibus gubernati, statu tranquilliore durarunt. Ubi vero [f] tyrannos sibi magis quæsivere quam reges, tunc etiam in loco qui eis orationis caussa fuerat prædestinatus, templum pro ambitione regia construxere: & sic per ordinem regibus impiis sibi invicem succedentibus, ad majores impietates etiam populus declinavit.

XXXIX. Ut autem tempus adesse cœpit, quo id quod deesset Moysis institutis, ut diximus impleretur, & Propheta quem præcinuerat appareret, qui eos primo per misericordiam Dei moneret cessare a sacrificiis: & ne forte putarent, cessantibus hostiis, remissionem sibi non fieri pecca- B torum, baptisma eis per aquam statuit; in quo ab omnibus peccatis, invocato ejus nomine solverentur; & de reliquo perfectam vitam sequentes, in immortalitate durarent; non pecudum sanguine sed Sapientiæ Dei purificatione purgati. Denique etiam [2] hoc ponitur evidens magni mysterii hujus indicium, ut omnis qui credens Prophetæ huic qui a Moyse prædictus est, baptizaretur in nomine ipsius, ab excidio belli quod incredulæ genti imminet ac loco ipsi, servaretur illæsus: non credentes vero, extorres loco & regno fiant; ut vel inviti intelligant & obediant voluntati Dei.

XL. His igitur præordinatis, adest qui exspectabatur, indicia sui quibus fieret manifestus, signa & prodigia deferens. Sed ne sic quidem populus credidit, qui ad hæc credenda tot sæculis eruditus est: & non solum non credidit, sed addidit infidelitati blasphemiam; [g] voracem hominem & ventri servientem, ac dæmone agi eum qui ob salutem suam venerat, dicens: in tantum nequitia, malorum ministeriis valet: quod nisi Sapientia Dei adfuisset his qui diligunt veritatem, omnes pæne simul impius error involverat. Nos ergo primos [h] elegit duodecim sibi credentes, quos Apostolos nominavit. Postmodum [i] alios [3] septuaginta duos probatissimos discipulos; ut vel hoc modo recognita imagine Moysis [k], crederet multitudo, quia hic est quem prædixit Moyses [l], venturum Prophetam.

XLI. Sed fortassis dicat aliquis, quia imitari numerum cuicumque possibile est: at quid de signis & virtutibus dicet, quæ iste faciebat? Etenim Moyses virtutes & sanitates fecerat in Ægypto. Is quoque quem ipse prædixit, sicut se ipsum surrecturum Prophetam; cum omnem lan-

a Deut. XVIII. 15. Act. III. 22. *b* Deut. XII. 5. — II. Paral. VII. 12. *c* Matth. IX. 13. XII. 7. *d* Matth. XXIV. 2. Luc. XIX. 44. *e* Deut. XXXI. XXXII. XXXIV. *f* I. Reg. VIII. *g* Matth. IX. 19. Joan. VII. 20. *h* Matth. X. *i* Luc. X. *k* Num. XI. 16. *l* Deut. XVIII. 15.

1. *Prophetam vobis suscitabit* &c.] Recte membranæ Regiæ & P. Petiti, quas præ oculis habeo: *Deus vester sicut me: ipsum audite secundum omnia* &c. In Chronico Raderiano seu Alexandrino p. 180. προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὡς ἐμέ. αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν εἴπῃ πρὸς ὑμᾶς. ἔσται δὲ πᾶσα ψυχὴ, ἥτις οὐκ ἀκούει τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Versiones etiam Syriaca & Arabica agnoscunt, *de populo suo*.

2. *Hoc ponitur evidens magni mysterii hujus indicium*, &c.] Si cui ista sunt obscura, legat Eusebium Hist. lib. 3. cap. 5. Epiphanium Hæresi 29. num. 7. Hær. 30. num. 2. libro de mens. & pond. cap. 15. Theodoritum ad Zachariæ XIV. 2. Nicephorum, Cedrenum, Freculfum &c. Ab iis lucem petat.

3. *Septuaginta duos*.] Varia lectio Luc. X. 1. 17. apud Græcos & Latinos, ἑβδομήκοντα & ἑβδομήκοντα δύο, LXX. & LXXII. *Verum quoniam*, inquit Origenes Homil. 27. in Numeros, *non solum illos duodecim elegit Dominus & Salvator noster, sed & alios septuaginta duos; idcirco non solum* E *duodecim fontes, sed & septuaginta duæ arbores scribuntur esse palmarum*. Et Homil. 7. in Exodum: *Ibi etiam arbores reperientur 70. palmarum. Non enim soli 12. Apostoli fidem Christi prædicaverunt, sed & alii 70. missi ad prædicandum verbum Dei referuntur, per quos palmas victoriæ Christi mundus agnosceret*. Sic apud S. Augustinum tom. 3. Auctor Operis de mirabilibus sacræ Scripturæ lib. 1. cap. 9. confert cum LXXII. Discipulis linguas LXXII. ortas a LXXII. viris ad ædificationem turris Babylonicæ congregatis, & LXXII. Seniores per Moysem electos: cum a Tertulliano IV. adversus Marcionem 24. Eusebio Demonstr. Evangel. lib. 3. cap. 2. Eusebio ac Theophane in Catena Græcorum Patrum ad Lucam, Gregorio Nysseno de vita Mosis p. 213. Hieronymo Epist. 127. num. 6. aliisque recentioribus, in figuram LXX. Discipulorum ponantur LXX. Seniores Israelitici, LXX. palmæ ad *Elim*, & LXX. nationes a LXX. posteris Noe ducentes originem. Porro numerus 72. per numerum 70. exprimi potest, ut dictum fuit ad Hermæ I. 3. non autem 70. per 72.

guorem & omnem infirmitatem curaret in plebe, virtutes faceret innumeras, vitam evangelizaret æternam; ab impiis actus est in crucem: quod tamen factum, virtute ejus conversum est in bonum. Denique cum pateretur, omnis ei compassus est mundus: nam [a] & sol obscuratus est, montesque disrupti; & sepulcra patefacta sunt: velum templi scissum est, velut lamentans excidium loco imminens. Et tamen cum omnis mundus commotus sit, ipsi etiam nunc ad inquisitionem tantarum rerum nullatenus commoventur.

XLII. Verum quoniam necessarium erat, ut in locum eorum qui increduli permanebant, vocarentur Gentes, ut repleretur ille numerus qui demonstratus fuerat Abrahæ [b], mittitur in universum mundum salutaris regni Dei prædicatio. Perturbantur ob hoc mundani spiritus, qui libertatem quærentibus semper obsistunt, & ad destruendam Dei ædificationem, errorum machinas quærunt; quibus hi qui ad salutis & libertatis gloriam tendunt, obsistentes, & agones adversum eos non minimos desudantes, fortiores effecti, ad salutis coronam veniant, non sine palma victoriæ. Interim cum passus esset, & [c] ab hora sexta usque ad nonam mundum tenebræ pressissent; sole reducto, ac rebus in ordinem restitutis, etiam homines nequam, ad se atque ad mores suos, metu cessante regressi sunt. Nam quidam eorum, cum omni custodia servantes locum; quem non potuere resurgentem tenere, magum dicebant; alii finxerunt [d] furatum.

XLIII. Verumtamen veritas ubique vincebat. Ad indicium enim, quod hæc divina virtute agerentur, nos qui fueramus paucissimi, processu dierum, adstipulante Deo, multo plures quam illi efficiebamur: ita ut aliquando pertimescerent Sacerdotes, ne forte per Dei providentiam, ad confusionem ipsorum, in fidem nostram universus populus conveniret: frequenter mittentes ad nos, rogabant, ut eis de Jesu dissereremus; si ipse esset Propheta quem Moyses prædixit; [e] qui est Christus æternus. De hoc enim solo nobis qui credidimus in Jesum, adversum non credentes Judæos, videtur esse differentia. Verum cum frequenter super hoc rogarent, nos autem opportunum tempus requireremus; septimana jam una ex passione Domini complebatur annorum; ecclesia Domini in Hierusalem constituta, copiosissime multiplicata crescebat, per Jacobum qui a Domino

A ordinatus est in episcopum rectissimis dispensationibus gubernata.

XLIV. Cum autem nos duodecim Apostoli ad diem Paschæ, cum ingenti multitudine convenissemus, ingressi ecclesiam fratrum, unusquisque nostrum, Jacobo interrogante, quæ a nobis per loca singula gesta sint, audiente populo, breviter exponimus. In quibus Caiphas pontifex, missis ad nos sacerdotibus, rogat venire ad se; ut aut ratione doceamus eum, quia Jesus æternus est Christus; aut ipse nos doceat, quia non est; quo in utramlibet fidem universus populus conveniret: & hoc facere nos frequenter exorat. Nos vero sæpe

B distulimus, tempus semper opportunius requirentes. Et ego Clemens respondi ad hoc: Puto hoc ipsum quod quæritur, utrum ipse sit Christus, multum prosit [1] ad fidei rationem: alioqui numquam pontifex pro hoc tam frequenter rogaret, ut de Christo vel disceret vel doceret. Et Petrus: Recte respondisti, o Clemens. Sicut enim sine oculis cernere nemo potest, nec sine auribus capere auditum, vel absque naribus odoratum, neque sine lingua gustum sumere, aut absque manibus aliquid contrectare; ita impossibile est, absque vero Propheta, quæ Deo placeat noscere. Et ego respondi: Quod ipse sit verus Propheta Christus, te docente jam didici; sed quid sit hoc ipsum Chri-

C stus, aut cur ita appelletur, velim discere; uti ne vaga mihi sit & incerta res tantæ notitiæ.

XLV. Tunc Petrus docere me hoc modo cœpit: Deus cum fecisset mundum, tamquam universitatis Dominus, [2] singulis quibusque creaturis principes statuit; ipsis quoque arboribus, montibusque, ac fontibus, & fluminibus, & universis, ut diximus, quæ fecerat. Multum enim est ire per singula. Statuit ergo Angelis Angelum principem, & spiritibus spiritum, sideribus sidus, dæmonibus dæmonem, avibus avem, bestiis bestiam, serpentem serpentibus, piscem piscibus, hominibus hominem, qui est Christus Jesus. Chri-

D stus autem dicitur eximio quodam religionis ritu: nam sicut regum sunt quædam communia nomina, ita ut apud Persas Arsaces, apud Romanos Cæsar, apud Ægyptios Pharao; ita apud Judæos Christus, communi nomine rex appellatur. Caussa autem hujus appellationis hæc est: quoniam quidem cum esset Filius Dei, & initium omnium, homo factus est: hunc primum Pater [3] oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat sumtum: ex

a Matth. XXVII. 45. 51. 52. *b* Gen. XV. Act. XIII. *c* Matth. XXVII. 45. *d* Matth. XXVIII. 13. *e* Joan. XII. 34.

1. *Fidei factionem*] Codicum Sorbonici, Thuani & Candeleriani, est πιστοποίησιν, a verbo πιστοποιεῖν & πιστοποιεῖσθαι, quo utuntur Ignatii Interpolator Epist. ad Ephesios n. 18. Auctor Constitutionum Apostol. lib. 5. cap. 6. & Cyrillus Hierosolymitanus, tum in fine præfationis ad Catecheses, tum in principio Catechesis 14.

2. *Singulis quibusque creaturis principes statuit*, &c.] Fabulæ. λόγοι. Cave gerras Ebioniticas.

3. *Oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat sumtum*, &c.] Huc valde pertinent duo loci insignes in nugis. Alter Origenis tomo 6. contra Celsum p. 302. ex Celso: *ἑξῆς δὲ τοῖς περὶ τοῦ διαγράμματος, μεθ' ἐκ παραχωσμάτων περὶ τῆς καλουμένης παρὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς σφραγῖδος, ἑαυτῷ τινὰ ἐκτίθεται ἀλλόκοτα καὶ ἀμοιβαίας φωνάς, ὡς τοῦ μὲν τὴν σφραγῖδα περιτιθέντος καλουμένου πατρός, τοῦ δὲ σφραγιζομένου λεγομένου νέου καὶ υἱοῦ, καὶ ἀποκρινομένου, κέχρισμαι χρίσματι λευκῷ ἐκ ξύλου ζωῆς. ὅπερ οὐδ' ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἀκηκόαμεν γίγνεσθαι*. &c. Alter Apocryphi libri qui Nicodemi nomen gerit: *Cum autem hæc audisset protoplastus Adam pater, quia in Jordane baptizatus est Jesus, exclamavit ad filium suum Seth: Enarra filiis tuis Patriarchis & Prophetis omnia quæcumque audisti a Michaele Archangelo, quando te transmisi ad portas paradisi, ut deprecareris Deum, & ungeret caput meum cum essem infirmus. Tunc Seth appropinquans sanctis Patriarchis & Prophetis, dixit: Ego Seth cum*

E *essem orans Dominum ad portas paradisi, ecce Angelus Domini Michael apparuit mihi dicens; Ego missus sum ad te a Domino, ego sum constitutus super corpus humanum. Tibi dico Seth, noli in lacrymis Deum orare & deprecari propter oleum misericordiæ ligni, ut perungas patrem tuum Adam pro dolore capitis ejus, quia nullo modo poteris ex eo accipere, nisi in novissimis diebus & temporibus, nisi quando completi fuerint quinque millia & quingenti anni: tunc veniet super terram amantissimus Dei filius Christus resuscitare corpus humanum Adæ, & conresuscitare corpora mortuorum: & ipse veniens in Jordanis aqua baptizabitur. Et cum egressus fuerit de aqua Jordanis, tunc de oleo misericordiæ suæ unget ex eo omnes credentes in se, & erit oleum misericordiæ suæ in generationem eorum qui nascituri sunt ex aqua & Spiritu sancto in vitam æternam. Tunc descendens in terras amantissimus Dei filius Christus Jesus, introducet patrem nostrum Adam in paradisum ad arborem misericordiæ*. Catholice Theodorus Abucara Opusculo 33. A. *Διατί λέγεται Χριστὸς ὁ Χριστός;* B. *ὅτι ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς πνεύματι ἁγίῳ.* A. *τίς ἦν ὁ χρι-*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

illo ergo unguento Christus appellatur. Inde denique etiam ipse secundum prædestinationem Patris, pios quosque, cum ad regnum ejus pervenerint, velut qui asperam superaverint viam, pro laborum refectione, simili oleo perunget; ut & ipsorum lux luceat, & Spiritu sancto repleti, immortalitate donentur. Virgulti vero hujus ex quo sumtum est istud unguentum, universam naturam tibi sufficienter exposuisse me memini.

XLVI. Sed & nunc per brevissimam speciem de omnibus te in memoriam revocabo. In præsenti vita primus pontifex Aaron [a], chrismatis compositione perunctus, quod ad imaginem illius de quo supra diximus, spiritalis unguenti factum est; princeps populi fuit, & tamquam rex primitias & tributum per capita accepit a populo, & judicandi plebem sorte suscepta, de mundis immundisque judicabat. Sed & si quis alius ex ipso unguento perunctus est, tamquam virtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta fiebat aut pontifex. Quod si temporalis hæc gratia ab hominibus composita, tantum potuit; intellige jam tu, quantum sit illud unguentum, quod a Deo de virgulto vitæ prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti sæculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius?

XLVII. Et ego ad hæc respondi: Memini, Petre, dixisse te de primo homine, quia Propheta fuit; quod autem unctus fuerit, non dixisti. Si ergo sine unguento propheta nullus est, quo modo primus homo, cum non esset unctus, fuit propheta? Tum subridens Petrus: Si primus, inquit, homo prophetavit, certum est quod & unctus sit. Licet enim unctionem illius siluerit ille, qui Legem in paginis condidit; nobis tamen intelligenda hæc evidenter reliquit. Sicut enim, si unctum eum dixisset, non dubitaretur & prophetam eum fuisse, etiam si scriptum non esset in Lege: ita cum certum sit eum prophetam fuisse, similiter certum est & quod unctus sit, quia sine unguento prophetare non poterat. Verum hoc magis dicere te oportuit: chrisma arte myropolica compositum est ab Aaron; quo modo primus homo perungi potuit unguento ante, compositionis artibus nondum repertis? Et ego respondi: Non me traducas, Petre; non enim de unguento composito & temporali oleo loquor, sed de illo simplici & æterno quod a Deo factum esse docuisti; ad cujus similitudinem istud compositum esse ab hominibus dicis.

XLVIII. Et Petrus ad hæc, ut videbatur, indignans: Quid putas, Clemens, quia omnes omnia ante tempus scire possumus? Sed nunc uti ne a proposito sermone recedamus, alias tibi, cum profectus tuus manifestus fuerit, de his apertius exponemus. Tunc autem unguento composito perunctus pontifex, vel propheta, Dei altare succendens, in omni mundo clarus habebatur. Sed post Aaron qui pontifex fuit, alius ex aquis adsumitur; non Moysen dico, sed illum qui in aquis baptismi, [b] Filius a Deo appellatus est. Jesus namque est, qui ignem illum quem accendebat pontifex pro peccatis, restinxit per baptismi gratiam: ex quo enim hic apparuit, cessavit chrisma, per quod pontificatus præbebatur, vel prophetia, vel regnum.

XLIX. Hunc igitur ante futurum prædixit Moyses, qui legem Dei hominibus tradidit: sed & alius ante ipsum, sicut tibi & ante jam tradidi. Ipse ergo indicavit eum venturum: primo quidem adventu humilem; secundo vero gloriosum. Et primum quidem jam impletum est; cum venit & docuit, & judex omnium judicatus est ac peremtus. Secundo vero adventu, judicaturus adveniet: & impios quidem condemnabit, pios vero in consortium regni societatemque suscipiet. Fides vero secundi adventus constat ex primo. Prophetæ enim de primo locuti sunt, & præcipue Jacob & Moyses: nonnulla tamen de secundo. Sed magnificentia prophetiæ in hoc maxime comprobatur, quod nihil secundum consequentiam rerum; de futuris dixerunt: alioqui æstimasse potius, sapientes viri, quod rerum consequentia dictaverat, viderentur.

L. Quod antem dico, tale est: Christum suscipi a Judæis ad quos venerat, & credi ei qui exspectabatur ad salutem populi, secundum traditiones patrum, consequens erat: Gentes vero alienas ab eo fore, quibus neque promissum quidquam de eo, neque adnuntiatum fuerat, immo quibus ne nomine quidem ipso aliquando innotuerat: & tamen prophetæ, contra ordinem & consequentiam rerum dixere [c] eum exspectationem Gentium, & non Judæorum futurum. Ita denique & gestum est. Cum enim venisset; ab his qui eum exspectare videbantur, ex traditione majorum; omnino agnitus non est: hi vero qui nihil de ipso penitus audierant; & venisse credunt, & venturum sperant: & ita in omnibus prophetia fidelis apparuit, quæ dixit ipsum esse exspectationem Gentium. Erraverunt ergo Judæi, de primo Domini adventu; & inter nos atque ipsos de hoc est solum dissidium. Nam quod venturus sit Christus, norunt etiam ipsi, & exspectant: quod autem jam venerit in humilitate, hic qui dicitur Jesus, ignorant. Et in hoc maxime ejus confirmatur adventus, quod ei non omnes credunt.

LI. Hunc ergo Deus destinavit in fine mundi; quia impossibile erat mortalium mala purgari per alium, integra dumtaxat permanente humani generis creatura; hoc est salva arbitrii libertate. Hoc igitur statu incolumi reservato, invitare venit ad regnum justos quosque, & eos qui placere studuerunt ei: & quibus bona ineffabilia præparavit, & Hierusalem civitatem cælestem, quæ super splendorem solis fulgebit in habitatione sanctorum. Injustos vero & impios, & qui pro nihilo habuerunt Deum, commissamque sibi vitam diversa ad flagitia contulerunt, ac tempus operis justi, exercitium fecere malitiæ; competentibus, ipsisque dignis ultionibus tradet. Cetera vero quæ

a Exod. XXIX. Levit. VIII. b Matth. III. 17. c Gen. XLIX. 10.

σθείς; ὁ θεὸς λόγος, ἢ ὁ ἄνθρωπος; B. μὴ γένοιτο λέγειν ἡμᾶς, ὅτι ὁ θεὸς λόγος ἐχρίσθη, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος. A. ἄνθρωπος ὢν ἐστὶν ὁ Χριστός. εἰ γὰρ ὁ χρισθεὶς αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἄνθρωπος δὲ ὁ χρισθεὶς, καὶ ἕτερος δέ ἐστιν ὁ θεὸς λόγος παρὰ τὸν ἄνθρωπον καθ' ὑμᾶς· ὁ ἄνθρωπος ἄρα ἐστὶν ἀναμέρος ὁ Χριστός. τί ἂν ἑαυτοὺς καὶ ἄλλους ἀπατῶντες λέγετε, ὅτι ὁ Χριστὸς θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος; Atque hæc desiderantur in Græcis editionis Gretserianæ, addique debent e chartis codicum Regiorum 2180. 572. in quibus (id quoque dicere liceat) paullo ante laudata verba scriptum habetur, εἰπέ μοι ὤν, ὁ Χριστὸς &c. non ut in lib. impr. εἰπέ μοι, ὁ ὢν Χριστός.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

ibi gerentur, proferri & eloqui, neque Angelis neque hominibus fas est: sed hoc tantum scire nos sufficit, quod bonis æternam bonorum possessionem conferet Deus.

LII. His ab eo dictis, ego respondi: Si Christi regno fruentur hi, quos justos invenerit ejus adventus: ergo qui ante adventum ejus defuncti sunt, regno penitus carebunt? Tum Petrus: Cogis me, inquit, o Clemens, aliqua de ineffabilibus publicare. Verumtamen quoadusque proferri licet, facere non pigebit. Christus, qui ab initio & semper erat, per singulas quasque generationes piis, latenter licet, semper tamen aderat; his præcipue, a quibus exspectabatur, quibusque frequenter apparuit: sed non erat tempus, ut tunc resolutis corporibus, fieret resurrectio; sed hæc magis remuneratio videbatur a Deo ut qui inveniretur justus, diutius permaneret in corpore: aut certe, sicut de quodam justo evidenter refertur in litteris Legis [a], quod transtulerit eum Deus: simili exemplo etiam cum ceteris gestum est qui ejus voluntati placuerunt, ut ad paradisum translati, serventur ad regnum. Eorum vero qui non ad integrum potuere explere normam justitiæ, sed aliquas in sua carne malitiæ reliquias habuere, corpora quidem resolvuntur, animæ vero servantur in bonis lætisque regionibus; ut in resurrectione mortuorum, cum sua receperint, ipsa jam resolutione purgata; pro his quæ bene gesserant, æterna hereditate potiantur. Et ideo beati sunt omnes, qui regnum Christi fuerint adepti; quia non solum Inferni pœnas effugient, sed & incorruptibles permanebunt, & primi Deum Patrem videbunt, atque inter primos apud Deum, honoris ordinem consequentur.

LIII. Propter quod non minima de Christo quæstio habetur; & infideles quique ex Judæis immensa adversum nos insania commoventur, verentes ne forte ipse sit in quem peccaverunt: & eo magis metus increscit, quod sciunt, statim ut eum cruci adfixere, universum ei compassum esse mundum, corpusque ejus diligenti a se custodia conservatum, nusquam comparuisse; atque ad fidem nominis ejus innumeras multitudines convenire. Unde & compulsi sunt una cum pontifice Caipha, sæpius mittere ad nos, ut de nominis ejus veritate quæreretur. Cumque crebro deposcerent, ut de Jesu aut discerent aut docerent, si ipse esset Christus; visum nobis est ascendere ad templum, & coram omni populo protestari de eo, simul & arguere Judæos de multis quæ ab eis absurde gerebantur. In multas etenim jam partes populus scindebatur, initio sumto a Joanne Baptista.

LIV. Cum enim jam immineret ortus Christi ad sacrificia quidem reprimenda, baptismi vero gratiam largiendam; Inimicus, ex his quæ prædicta fuerant adesse tempus intelligens, [1] diversa schismata operabatur in populo, ut si forte prius peccatum potuisset aboleri, secunda corrigi culpa non posset. Erat ergo primum schisma eorum qui dicebantur Sadducæi, initio Joannis jam pæne temporibus sumto. Hique, [2] ut ceteris justiores, segregare se cœpere a populi cœtu, & [b] mortuorum resurrectionem negare; idque argumento infidelitatis adserere; dicentes, non esse dignum, ut quasi sub mercede proposita colatur Deus. Auctor vero sententiæ hujus primus Dositheus, secundus Simon fuit. Aliud Samaræum schisma est: ipsi enim resurrectionem mortuorum negantes, adserunt, non in Hierosolymis, sed in monte Garizin adorandum esse Deum. Qui tamen unum verum Prophetam ex Moysis vaticinationibus recte exspectantes, pravitate Dosithei impediti sunt, ne hunc quem exspectabant, crederent esse Jesum. Scribæ quoque & Pharisæi in aliud schisma deducuntur: sed hi baptizati a Joanne, & velut [c] clavem regni cælorum, verbum veritatis tenentes, ex Moysis traditione susceptum; occultarunt ab auribus populi. Sed & [3] ex discipulis Joannis, qui videbantur esse magni, segregarunt se a populo, & magistrum suum veluti Christum prædicarunt. Hæc autem omnia præparata sunt schismata, ut & fides Christi per hæc impediretur, & baptisma.

LV. Verumtamen, ut dicere cœperamus, cum frequenter nos pontifex per sacerdotes rogasset, ut de Jesu sermo nobis haberetur ad alterutrum; ubi opportunum visum est, & omni ecclesiæ placuit, ascendimus ad templum: & stantes in gradibus, una cum fidelibus fratribus nostris; facto populi summo silentio, prior pontifex cœpit adhortari populum, ut patienter & cum quiete audiant, simulque eorum quæ dicenda sunt, testes & judices fiant. Tum deinde, cum multis laudibus efferret sacrificiorum ritum, qui ad remissionem peccatorum humano generi divinitus esset indultus, caussabatur Jesu nostri baptisma, velut contra hæc nuper inductum. Sed propositionibus occurrens Matthæus, evidenter ostendit, quod si quis Jesu baptisma non fuerit consecutus, is non solum cælorum regno fraudabitur, verum & in resurrectione mortuorum non absque periculo erit, etiam si bonæ vitæ, & rectæ mentis prærogativa muniatur. Hæc & his similia prosecutus, siluit Matthæus.

LVI. Sed Sadducæorum pars, quæ negaret resurrectionem mortuorum, indignata est: ita ut quidam ex ipsis de medio populi exclamaret, dicens, multum errare eos, qui putant mortuos aliquando resurgere. Contra hunc Andreas, meus frater, respondens, docuit errorem non esse, sed

a Gen. v. 24. b Matth. XXII. 23. c Luc. XI. 52.

1. *Diversa schismata operabatur in populo.*] Profero in re vulgata aliquid non omni ex parte vulgatum: Formulam Græcam renuntiandi Judaicæ religioni, Hebræorumque ritibus & sectis; ampliorem illa quæ habetur Euchologii p. 344. Eam complectitur Codex Regius 1818. — Exstat vero infra in Append. Monum. his Recognit. libris subjecta, num. II.

2. *Ut ceteris justiores.*] Allusio ad nomen. Hieronymus sub finem libri 3. Commentariorum in Matthæum [illegible] *ducæi autem qui interpretantur justi, & ipsi vendicaban:* [illegible] *quod non erant.* Theophylactus ad Matth. III. 7. de Sadducæis; ἐπικαλοῦνται δὲ, δίκαιοι. Σεδὲκ γὰρ ἡ δικαιο[illegible]. δικαίους γὰρ ἑαυτοὺς ὠνόμαζον. ἢ ἀπὸ αἱρεσιάρχου Σαδὼκ, ὀνομάζονται. Unde, ac ex similibus Epiphanii, corrigere debemus Suidam. Σαδδουκαῖος ἀπὸ τόπου. Scripserat, ἀπὸ τρόπου. *a moribus.* Remotior est emendatio Drusii III. de sectis Judæorum 4. ἀπὸ Δοσιθέου.

3. *Ex discipulis Joannis,* &c.] Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Arium, Sabellium & Photinum cap. 20. *Et quia* [illegible] *auctores exstiterant, doctrinæ obviantes Apostolicæ,* [illegible] *sectatores suos discipulos nominabant, nec erat ulla nomin*[illegible] *inter veros* [illegible] *discipulos, sive qui Christi, sive qui Dosithei,* [illegible] *cujusdam, sive etiam Joannis sectatores,* [illegible] *Christo* (ita membranæ Regiæ n. 358. & editio [illegible]) [illegible] *fatebantur; noluerunt ut uno* [illegible] *nomine* [illegible].

certissimam fidem, quod mortui resurgant, secundum ea quæ docuit is, quem Moyses prædixit venturum Prophetam: aut si non videtur eis ipse esse quem prædixit Moyses, de hoc, inquit, primo requiratur; ut cum evidenter ipse fuerit probatus, nihil de reliquo super his quæ docuit ambigatur. Hæc autem, & his similia plura protestatus, siluit Andreas.

LVII. Samaræus vero quidam, contraria populo & Deo loquens, & neque mortuos adserens resurrecturos, neque eum qui est in Hierusalem, cultum Dei tenendum, sed montem Garizin venerandum; addidit etiam contra nos hæc, quod Jesus noster non esset ipse, quem Moyses Prophetam venturum esse prædixerit. Adversum hunc, & alium qui cum ipso hæc eadem prosequebatur, Zebedæi filii, Jacobus & Joannes, vehementer obnisi sunt: & quamvis haberent mandatum, [a] ne ingrederentur civitates eorum, neque verbum eis prædicationis inferrent; tamen ne sermo eorum, si confutatus non esset, aliorum læderet fidem, ita prudenter & fortiter responderunt, ut perpetuum eis silentium darent. Nam Jacobus de resurrectione mortuorum, cum totius populi favore, peroravit: Joannes vero ostendit, quia si cessarent ab errore montis Garizin, consequenter agnoscerent ipsum esse Jesum, qui, secundum prophetam Moysen, exspectatur esse venturus: quoniam quidem signa & prodigia, ut fecit Moyses, ita fecit etiam Jesus; & dubium non est, quin similitudo signorum ipsum esse testetur, quem, sicut se, dixit esse venturum. Hæc & alia plura his similia protestati, siluere.

LVIII. Et ecce quidam de Scribis, de medio populi adclamans, ait: Jesus vester signa & prodigia quæ fecit, ut magus, non ut propheta fecit. Huic Philippus vehementer occurrit, ostendens, quia hac ratione accusaret etiam Moysen. Cum enim Moyses signa & prodigia in Ægypto fecerit; similiter autem & Jesus in Judæa; dubitari non possit, quin quod de Jesu diceretur, hoc etiam de Moyse dici videretur. Hæc & his similia plura protestatus, siluit Philippus.

LIX. Pharisæus autem quidam audiens hæc, insimulabat Philippum, quod Moysen æqualem diceret Jesu. Cui Bartholomæus respondens, constanter edocuit; quia non dicimus Jesum solum æqualem Moysi, sed majorem: quia Moyses quidem propheta fuit, quod fuit & Jesus; quod autem fuit Jesus, Moyses non fuit, Christus: & ideo major ille sine dubio, qui & propheta & Christus est, quam ille qui solum propheta est. Hæc & his similia plura prosecutus, siluit. Post hunc Jacobus Alphæi, sermonem fecit ad populum, quo ostenderet, non ideo credendum esse Jesu, quia de eo prophetæ prædixerint; sed ideo magis credendum esse prophetis, quod vere prophetæ sint, quia eis Christus testimonium reddat. Nam præsentia & adventus Christi, illos vere prophetas fuisse designat. Decebat enim non ab inferioribus majori, sed a majore inferioribus, fidei testimonium dari. Hæc & multa his similia prosecutus, etiam Jacobus siluit. Post hunc [b] Lebbæus populum cœpit vehementer arguere, quod non crederent Jesu, qui eis tantum profuerit, docendo quæ Dei sunt, solando afflictos, medendo infirmis, pauperes consolando; sed pro his omnibus bonis, odia mortemque reddiderint. Hæc & his similia plura cum esset populo protestatus, siluit.

LX. Et ecce unus ex discipulis Joannis adfirmabat, Christum Joannem fuisse; & non Jesum: in tantum, inquit, ut [c] & ipse Jesus omnibus hominibus & prophetis majorem esse pronuntiaverit Joannem. Si ergo, inquit, major est omnibus, sine dubio & Moyse & ipso Jesu major habendus est. Quod si omnium major est, ipse est Christus. Ad hæc Cananæus Simon respondens, adseruit Joannem majorem quidem fuisse omnibus prophetis, & omnibus qui sunt filii mulierum; non tamen majorem esse filio hominis: & ideo Jesus quidem, & Christus est; Joannes vero, solum propheta; & [1] tantum interest inter ipsum & Jesum, quantum inter præcursorem, & eum cui præcurritur; & quantum inter eum qui legem dat, & eum qui legem servat. Hæc autem & his similia prosecutus, siluit etiam Cananæus. Post quem [2] Barnabas qui & Matthias, qui in locum Judæ subrogatus est Apostolus, monere populum cœpit, ne odio haberent Jesum, neque blasphemarent eum. Multo enim esse rectius, etiam ignoranti vel dubitanti de Jesu, amare eum quam odisse. Caritati enim Deus præmium posuit, odiis pœnam. Hoc ipsum enim, inquit, quod Judaicum corpus adsumsit, & inter Judæos natus est, quo modo non omnibus vobis incentiva sui amoris incussit? Hæc & his similia cum perorasset, dicendi finem fecit.

a Matth. x. 5. *b* Matth. x. 3. in Græco. *c* Matth. xi. 9. 11.

1. *Tantum interest inter ipsum & Jesum.*] Refert Christophorus Sandius in Tractatu de veteribus Scriptoribus Ecclesiasticis, subjungi in MS. Bodleiano, *quantum inter stellas & solem*. Quæ absunt a libris editis, & a nostris Codicibus: recte.

2. *Barnabas, qui & Matthias.*] Cod. R. & P. *Barsabas*, in Carm. *Barsabbas*, in Sorb. autem, *Barnabas* cum *sa* supra *na*. Certe vicinitas nominum Barnabæ & Barsabæ, fraudi sæpe fuit indiligentioribus librorum exscriptoribus. Immo arbitrantur apud Bedam nonnulli, Paulli collegam de quo Act. IV. 36. esse eum qui cum Matthia ad Apostolatus sortem est statutus, Act. I. 23. confundentes Barnabam cum Barsaba; eo magis, opinor, quod uterque diceretur Joses seu Joseph: illamque sententiam rejicit quoque S. Chrysostomus. At Matthiæ datum fuisse nomen Barnabæ aut Barsabæ, hoc dumtaxat in loco, si bene memini, refertur: quemadmodum de Thoma dicto etiam Juda, unicum forte exstat impressum testimonium, apud Eusebium Hist. Eccl. lib. 1. cap. ult. Cui addo hæc ex Apostoli Thomæ Periodis *ἀνεκδότοις*. Cod. Reg. 2394. *ἔλαχεν Ἰνδία Ἰούδᾳ Θωμᾷ τῷ καὶ Διδύμῳ*. & paullo post, *Ἰούδαν ὀνόματι*. moxque, *Ἰούδαν τὸν καὶ Θωμᾶν*. De Jacobo autem & Thaddæo complectitur hæc velut S. Epiphanii Codex Regius 1026. *Ἰάκωβος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, ἀδελφὸς τοῦ κυρίου γενόμενος τὸ κατὰ σάρκα. ὃς καὶ πρῶτος ἐν Ἱεροσολύμοις κατεστάθη ἐπίσκοπος ὑπὸ τῶν ἀποστόλων. προφάσεως δὲ γενομένης ζητημάτων τοῖς Ἰουδαίοις, λίθοις ὑπ' αὐτῶν βληθεὶς ἐκοιμήθη ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη πλησίον τοῦ ναοῦ τῶν ἱερέων ἐνδόξως. Θαδδαῖος δὲ, ὁ καὶ Λεββαῖος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας Ἰακώβου* &c. Et de Juda Jacobo in Manuelis Comneni Novella de feriis, quam edidit integram Carolus Labbæus, quæque ex parte legitur in Jure Orientali, in Jure Græco-Romano, post Synopsim Basilicorum, ac in Balsamonis Scholiis ad Photiani Nomocanonis titulum 7. *διὰ τὸν ἀπόστολον Ἰούδαν τὸν καὶ Θαδδαῖον, καὶ Λεβαῖον* aut *Λεββαῖον, καὶ Ἰάκωβον*, quamquam *Ἰακώβου* forsan scribi debeat, *Judam Jacobi*. Denique de Thaddæo Barsaba, Chronici Alexandr. p. 504. *Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεβαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Βαρσαβᾶς*. Quid si scriptum a subdititio Clemente, *ὁ Βαρσαβᾶ*, *ille Barsabæ*; eodem sensu quo de Justo Act. I. 23. in Chrysostomo, *ὁ μετὰ Ματθίου*, *qui cum Matthia*: Rufinus vero legerit aut legendum putaverit, *ὁ Βαρσαβᾶς*, *Barsabas*?

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



LXI. Tunc Caiphas doctrinam Jeſu culpare tentabat, dicens eum res vanas locutum : [a] beatos enim pauperes dixit ; & terrenas fore remunerationes promiſit , ac ſummam muneris in terrena hereditate conſtituit , cibiſque ac potu eos qui juſtitiam ſervarint , promiſit eſſe ſaturandos ; & his ſimilia multa docuiſſe deprehenditur . Cui Thomas reſpondens , arguit eum fruſtra cauſſantem ; oſtendens , quia prophetæ magis , quibus etiam ipſe credit , iſta docuerint ; nec tamen quo modo erunt hæc , aut quo modo percipientur , oſtenderint ; Jeſus vero qualiter accipi hæc debeant , demonſtraverit . Et cum hæc atque his ſimilia plura dixiſſet , ſiluit etiam Thomas .

LXII. Poſt hæc rurſum Caiphas me intuens ; & nunc ut monens , nunc vero ut culpans , dicebat , ceſſare me debere de reliquo a prædicatione Chriſti Jeſu , ne in perniciem mei hoc agerem , neve ipſe errore deceptus , alios quoque meo errore deciperem . Tum præterea arguebat me temeritatis , quod cum eſſem ipſe imperitus , piſcator & ruſticus , officium ſubire doctoris auderem . Hæc & alia plura his ſimilia dicenti , ego quoque in hæc verba reſpondi : Mihi quidem minus eſſe periculi , ſi , ut ipſe ait , iſte non ſit Chriſtus , quia doctorem legis receperim ; ipſi vero ingens eſſe diſcrimen , ſi hic ipſe ſit Chriſtus , ſicut & certe eſt . Ego enim credo huic , qui apparuit : ipſe autem , cui alii fidem ſervare ſe credit , qui nullus apparuit ? Si vero & idiota , ut ais , & imperitus ac piſcator & ruſticus , ſuper presbyteros ſapientes intelligam : hoc tibi , inquam , magis metum debet incutere . Nam ſi ex eruditione aliqua diſputans , obtinerem vos ſapientes & eruditos ; videretur utique , doctrinam hoc mihi longi temporis , & non divinæ virtutis gratiam contuliſſe : nunc autem , cum , ut dixi , nos imperiti vos ſapientes convincimus & ſuperamus ; cui ſenſum habenti non palam eſt , quia hoc non humanæ argutiæ opus eſt , ſed divinæ voluntatis & muneris ?

LXIII. Hæc igitur & alia hujuſmodi proſequentes , conſequenter proteſtati ſumus ac docuimus , nos imperiti & piſcatores , Sacerdotes quidem , de uno ſolo Deo cæli ; Sadducæos , de reſurrectione mortuorum ; Samaritas , de conſecratione Hieruſalem , non tamen ingreſſi civitatem ipſorum , ſed publice diſputantes : Scribas vero & Phariſæos de regno cælorum : Diſcipulos Joannis , ne ſcandalum paterentur in Joanne ; omnem vero populum , quia Jeſus eſt Chriſtus æternus . Ad ultimum autem monui eos , ut prius quam progrederemur ad Gentes , prædicare eis agnitionem Dei Patris , ipſi reconciliarentur Deo , ſuſcipientes Filium ejus : aliter enim nullo modo eos oſtendi poſſe ſalvari , niſi per ſancti Spiritus gratiam , trinæ invocationis dilui baptiſmate properarent , & Euchariſtiam Chriſti Domini ſumerent , cui ſoli , de his quæ docuit credere deberent , ut ſic æternam ſalutem conſequi mererentur ; aliter vero impoſſibile prorſus eſſe reconciliari eos Deo , etiam ſi mille ei aras & altaria mille ſuccendant .

LXIV. Nos enim , inquam , pro certo comperimus , quod ſuper ſacrificiis quæ offertis , multo magis exaſperatus Deus , ſacrificiorum tempore et-

A iam nunc expleto : & quia vos non vultis agnoſcere , emenſum eſſe jam tempus hoſtias offerendi ; ob hoc [1] deſtruetur & templum , & [b] abominatio deſolationis ſtatuetur in loco ſancto ; & tunc Gentibus Evangelium prædicabitur ad teſtimonium veſtri , ut ex illorum fide veſtra infidelitas judicetur . Omnis etenim mundus diverſis temporibus diverſas malitiæ ægritudines patitur , vel per omnes generaliter , vel per ſingulos quoſque ſpecialiter : & ideo indiget medico , qui eum viſitet ad ſalutem . Nos ergo proteſtamur vobis , & quod unumquemque veſtrum latuit nuntiamus . Veſtrum eſt deliberare , quid expediat vobis .

B LXV. His a me dictis , ingemuit omnis multitudo ſacerdotum , quod eis de templi ſubverſione prædixerim . Quod cum vidiſſet Gamaliel princeps populi , (qui latenter frater noſter erat in fide , [2] ſed conſilio noſtro inter eos erat) quia valde fremerent , & ingenti adverſum nos furore moverentur , adſurgens , ait : [c] Quieſcite paulliſper , o viri Iſraelitæ : non enim advertitis tentationem , quæ imminet vobis : propter quod deſinite ab hominibus iſtis : & ſi quidem humani conſilii eſt quod agunt , cito ceſſabit ; ſi autem a Deo eſt , cur ſine cauſſa peccatis , nec proficitis quidquam ? Dei enim voluntatem quis poteſt ſuperare ? Nunc ergo , quoniam quidem in veſperam jam vertitur dies , in craſtino , hoc ipſo in loco audientibus vo- C bis , ego ipſe cum iſtis diſputabo , ut omnem errorem palam arguam , dilucideque confutem . Et his dictis , repreſſus eſt eorum aliquatenus furor ; ea præcipue ſpe , quod die craſtino erroris nos publice arguendos ſperarent : & ſic cum pace populum dimiſit .

LXVI. Nos vero cum veniſſemus ad Jacobum noſtrum , omnia quæ dicta geſtaque fuerant , exponentes , apud eum cibo ſumto manſimus ; omnipotenti Deo per totam noctem ſupplicantes , ut futuræ diſputationis ſermo indubitatam fidei noſtræ oſtenderet veritatem . Igitur poſtera die Ja- D cobus epiſcopus nobiſcum ſimul , & cum omni eccleſia aſcendit ad templum ; ubi ingentem reperimus multitudinem , a medio noctis exſpectantem nos . Stetimus ergo in locis , quibus & prius ; ut eminentius ſtantes ab univerſo populo cerneremur . Cumque eſſet ſummum ſilentium factum , Gamaliel , qui , ut ſupra diximus , noſtræ fidei erat , diſpenſatione vero manebat inter ipſos , ut ſi quando iniquum aliquid adverſum nos aut impium molirentur , vel ipſos conſilio reprimeret prudenter aptato , vel nos commoneret , ut aut curare aut declinare poſſemus : is ergo tamquam adverſum nos agens , prior omnium epiſcopum Jacobum intuens , hoc modo allocutus eſt .


E LXVII. Si ego Gamaliel neque eruditionis meæ , neque ſenectutis opprobrium duco , diſcere aliquid a parvulis & ab imperitis ; ſi quid forte eſt utilitatis aut ſalutis acquirere : (Qui enim rationabiliter vivit , ſcit quia nihil eſt anima pretioſius) quo modo non omnibus hoc amabile eſt cunctiſque exoptatum , ut quæ ignorat diſcat , quæ didicerit doceat ? Certiſſimum namque eſt , quod neque amicitia , neque propinquitas generis , neque

[a] Matth. v. Luc. x. [b] Deut. ix. 2-. Matth. xxiv. 15. [c] Act. v. 35-39.

1. *Deſtruetur & templum.*] Similes prædictiones complectebatur alius liber Apocryphus , ſcriptus de prædicatione Petri & Paulli in urbe Roma . Auctor Lactantius lib. 4. cap. 21.

2. *Sed conſilio noſtro inter eos erat.*] Vulpinum hoc conſilium , Apoſtolis indignum eſt . Decepit tamen Bedam Pſeudo-Clemens Rufini . At non ego credulus illis .

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



regni sublimitas homini debet esse pretiosior veritate. Et vos ergo, fratres, si quid amplius nostis populo Dei qui adest, itemque fratribus vestris proferre non pigeat, omni populo libenter & tota cum quiete, quæ dicitis audiente. Quo modo enim non hoc faciat populus, cum me ipsum videat secum pariter velle a vobis discere, si quid forte amplius vobis revelavit Deus? Si vero vos in aliquo indigetis, similiter etiam vos a nobis non pigeat doceri; ut erga utramque partem, si quid deest adimpleat Deus. Quod si aliquis vos forte nunc solicitat metus, propter nonnullos nostrorum qui præjudicatis adversum vos animis utuntur; & insidias eorum verentes, non audetis aperte dicere id quod sentitis; apertius ego, ut vos etiam hujus occasione timoris absolvam, juro vobis [per] omnipotentem Deum & viventem in sæcula, quia nullum permittam injicere vobis manus. Habentes ergo hujus juramenti mei omnem hunc populum testem & idoneum pignus, sacramenti nostri fœdus tenentes, absque ulla cunctatione unusquisque vestrum, quod didicit proferat; & nos, fratres, intente & cum silentio audiamus.

LXVIII. Hæc dicens Gamaliel, non valde placebat Caiphæ; & ut videbatur suspectum habens eum, ipse magis inserere se subtiliter disputationibus cœpit: subridens enim ad ea quæ Gamaliel dixerat, [1] Jacobum episcoporum principem, sacerdotum princeps orabat, ut de Christo non aliunde sermo, quam de Scripturis fieret: ut sciamus, inquit, utrum Jesus, ipse sit Christus, an non. Tunc Jacobus: Primo, inquit, requiramus, ex quibus Scripturis potissimum disputationem habere oporteat. At ille vix aliquando ratione ipsa superatus, respondit: ex Lege habendam, & post hoc etiam Prophetarum addidit mentionem.

LXIX. Cui Jacobus noster cœpit ostendere, quia & Prophetæ quæ dicunt, ex Lege sumserint, & Legi consona sint locuti. Sed & de libris Regnorum disseruit aliqua, quo modo, & quando, & a quo scripti sint, & quo modo eis uti oporteat. Cumque & de Lege plenissime disputasset, ac singula quæ de Christo sunt, purissima expositione protulisset in lucem, ostendit abundantissimis probationibus, quia Jesus est Christus, & in ipso universa quæ de humili ejus adventu fuerant prædi-
A cta complentur. Duos enim ejus prædictos esse docuit adventus: unum humilitatis, quem adimplevit; alium gloriæ, qui speratur implendus, cum veniet dare regnum credentibus in se, & servantibus omnia quæ præcepit. Cumque de his omnibus evidenter populum docuisset, addebat etiam hoc: quia nisi quis baptizatus fuerit in aqua sub appellatione trinæ beatitudinis, sicut docuit verus Propheta; neque remissionem acciperet peccatorum, neque introiret in regna cælorum: & hanc esse Dei ingeniti præfinitionem confirmavit. Quibus etiam hæc addidit: Nolite putare duos ingenitos dicere Deos; aut [2] unum divisum esse in duos; vel [3] sicut impii dicunt, eumdem masculum &
B feminam sui effectum: sed Filium Dei unigenitum dicimus, non ex alio initio, sed ex ipso ineffabiliter natum. [4] Similiter etiam de Paracleto dicimus. Sed & de baptismate cum aliquanta dixisset, per septem continuos dies persuasit omni populo & pontifici, ut confestim ad percipiendum baptismum festinarent.

LXX. [5] Cumque in eo jam res esset, ut venirent & baptizarentur; homo quidam inimicus, tunc cum paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit & dicere: Quid facitis, o viri Israelitæ? cur vobis tam facile subripitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infelicissimis, &
C a Simone mago deceptis? Cumque hæc diceret, & ad hæc adderet ac superaretur ab episcopo Jacobo, conturbare populum & seditiones suscitare cœpit, uti ne ea quæ dicebantur plebs posset audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant multo labore ordinata convellere, simulque incusare sacerdotes, & opprobriis atque increpationibus cœpit accendere, & velut furibundus singulos quosque ad cædem concitare, dicens: Quid agitis? Quid cessatis? O segnes & desides: cur non manibus nostris invadimus & discerpimus omnes hos? Et cum hæc dixisset, primus rapto ex ara torre robusto, cædis fecit exordium. Tunc deinde & ceteri videntes eum, simili effe-
D rebantur insania: fit omnium clamor, cædentium pariter & cæsorum; sanguis plurimus funditur, fuga permista habetur: cum interim ille inimicus homo Jacobum aggressus, de summis gradibus præcipitem dedit; quem cum mortuum credidisset, ultra mulctare neglexit.


1. *Jacobum episcoporum principem.*] Candelerianus etiam Codex, *Jacobum episcopum*. Petri Petiti, *Jacobum nostrum principem*. Infra cap. penult. *Jacobus archiepiscopus*. In Concilio Ephesino parte 1. c 30. Ἰακώβου ἀποστόλου καὶ ἀρχιεπισκόπου. Apud Pl…um Biblioth. Cod. 275. Hesychius Presbyter Hierosolymitanus, τὸν τῶν ἱερέων ἡγεμόνα, τῶν ἀποστόλων τὸν ἔξαρχον, τὴν ἐν κεφαλαῖς κορυφήν. In Scholio Regii Codicis 705. quod posui initio Notarum in Barnabam, πρῶτος ἐπίσκοπος. Unde a Nicephoro CP. Catalogus Patriarcharum Hierosolymitanorum texitur ante Catalogos reliquorum Patriarcharum. Rufinus Historiæ ecclesiasticæ Eusebii a se versæ l. 2. c. 1. *Apostolorum episcopum*. Denique Nicolaus Methonensis de Eucharistia; ὁ θεῖος Ἰάκωβος ὁ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως ἀδελφὸς καὶ διάδοχος. Hæc in laudem Jacobi. Sedis vero Hierosolymiticæ illustre præconium suppeditat Epistola Justini Imperatoris ad Hormisdam Papam, quæ subsequitur ejusdem Pontificis septuagesimam quartam, hisce verbis; *Ad colligendas & adunandas ubique venerabiles Ecclesias, & Hierosolymitanam præcipue: cui tamen* (l. *tantum* ex vet. edit.) *omnes favorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere*. Vide sis principium Epistolæ Clementis ad Jacobum, & Epitomes.

2. *Aut unum divisu. esse in duos.*] Gregorius Nazianzenus Orat. 25. p. 441. φεύξονται Οὐαλεντίνου τὴν τοῦ ἑνὸς εἰς δύο κατατομήν, οὐκ ἄλλον τοῦ ἀγαθοῦ τὸν δημιουργὸν πιστεύοντες: quem locum perturbate excuderunt; ἄλλον correctionem & ἄλλου vitium scripturæ, simul in textum admittentes.

3. *Vel sicut impii dicunt, eumdem masculum & feminam sui effectum.*] Adversus Gnosticæ Hæresis consectaneos, hac etiam in parte sequaces Philosophorum fabularumque Ethnicarum.

4. *Similiter etiam de Paracleto dicimus.*] Si Paracletum natum vult dicere, ἀρχαϊκῶς & improprie loquitur. *Tum deinde honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum sanctum. In hoc non jam manifeste discernitur,*
E *utrum natus sit an innatus*. Verba sunt Origenis, in procemio librorum de principiis. Dionysius de divinis nominibus cap. 2. πάλιν, ὅτι μὲν ἔστι πηγαία θεότης ὁ πατήρ, ὁ δὲ Ἰησοῦς καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὶ θεόφυτοι. Sic Nonnus Paraphrasi in Joannem cap. 14. vers. 63. παράκλητον, Χριστῷ σύγγονον appellat, & quemadmodum cap. 2. vers. 64. scripserat, αὐτογόνῳ υἱεῖ, ita cap. 3. vers. 35. canit, πνεύματος αὐτογόνοιο. In Methodii Symposio Orat. 10. sub finem, τὰς δύο ἀρχεγόνους δυνάμεις.

5. *Cumque in eo jam res esset.*] MS. Carmel. *esset Saulus*; ubi *Saulus* nota est marginalis, sumta aut e re ipsa, aut ex Abdia supposititio. Conferri autem debet totus locus cum his verbis cap. 43. *Septimana jam una ex passione Domini complebatur annorum*: ut ex comparatione intelligatur opinio Nostri, quæ etiam aliorum quorumdam exstitit, de conversione Paulli facta post annum a Christi morte septimum.



LXXI. Nostri vero sublatum eum colligebant: erant enim & numero plures quam illi, & virtute majores: sed propter reverentiam Dei, ipsi magis interimi se a paucioribus, quam interimere alios patiebantur. Cum autem vespera adfuisset, templum quidem sacerdotes claudunt; nos vero ad domum Jacobi regressi, & pernoctantes ibi in oratione, ante lucem descendimus Hiericho ad quinque millia viri. Post triduum autem, venit ad nos e fratribus quidam a Gamaliele, de quo supra diximus, occultos nobis nuntios deferens, quod [a] inimicus ille homo legationem suscepisset a Caipha pontifice, ut omnes qui crederent in Jesum persequeretur, & Damascum pergeret cum epistolis ejus, ut etiam inibi auxilio usus infidelium, fidelibus inferret exitium; idcirco autem præcipue Damascum festinaret, quod & illuc confugisse crederet Petrum. Et post dies fere triginta digressus est per Hiericho, Damascum tendens; cum per idem temporis progressi essemus nos ad sepulcra duorum fratrum quorumdam, quæ sponte sua per annos singulos [1] dealbabantur: quo miraculo, multorum adversum nos repressus est furor, videntium haberi nostros in memoria apud Deum.

LXXII. Positis itaque nobis in Hiericho, ibique orationibus & jejuniis operam dantibus; Jacobus episcopus accersitum me, inde huc Cæsaream mittit, dicens; quia Zacchæus de Cæsarea scripserit sibi, Simonem quemdam Samaræum magum plurimos nostrorum subvertere, adserentem [2] se esse quemdam Stantem, hoc est alio nomine, Christum; & [3] Virtutem summam excelsi Dei, quæ sit supra conditorem mundi; simulque mirabilia plurima ostendens, alios dubitare, alios declinare fecerit ad se: cunctaque diligenter comperta ab his qui prius vel socii ejus, vel discipuli fuerant, & post hoc ad Zacchæum conversi sunt, indicavit. Multi sunt ergo, inquit Jacobus, o Petre, quorum salutis caussa proficisci te oportet, & arguere Magum, ac sermonem veritatis docere: sed nihil moreris, neque te contristet, quod solus proficisceris, sciens comitem tibi & adjutorem Deum per Jesum, & cito per ejus gratiam multos tibi socios & unanimes fore. Dato sane operam, ut per singulos annos præcipua quæque ex dictis gestisque tuis scripta mittas ad me, & maxime per septimanas annorum. Et his di-

A ctis, dimissus ab eo, sex diebus perveni Cæsaream.

LXXIII. Ingredienti autem mihi occurrit Zacchæus dilectissimus frater noster, & inhærens amplexibus meis, perduxit ad hoc in quo ipse commanebat, hospitium, requirens a me de singulis quibusque fratribus, præcipue tamen de honorabili fratre nostro Jacobo. Cumque audisset a me, quod uno adhuc claudicaret pede: percontanti continuo caussam, omnia hæc quæ nunc tibi exposuimus, ei enarravi, quo modo evocati essemus a sacerdotibus & pontifice Caipha ad templum: & Jacobus archiepiscopus stans in summis gradibus, per septem continuos dies universo populo
B de Scripturis dominicis adsignaverit, quod Jesus esset Christus: quove modo omnibus jam adquiescentibus, ut ab eo baptizarentur in nomine Jesu, inimicus homo effecerit illa omnia quæ supra diximus; ut ne eadem iterum dicamus.

LXXIV. Quibus cognitis Zacchæus, rursus mihi quæ a Simone agerentur, exponit: & inter hæc, nescio unde cognito adventu meo, ipse mandat ad me Simon: Audiente, inquit, populo die crastina disputemus. Cui ego: Fiat, inquam, ut libet. Et hæc pollicitatio mea universæ innotuit civitati; ita ut etiam tu qui ipsa die adveneras, disceres me die postera cum Simo-
C ne habiturum esse certamen; & requisita mansione nostra secundum indicia quæ a Barnaba acceperas, venires ad nos: ego vero ingressu tuo ita gratulatus sum, ut nescio unde motus, festinaverit animus meus exponere tibi cuncta velociter: præcipue tamen, quod est in fide maximum, de vero Propheta; quod unum ad totius doctrinæ fundamentum sufficere posse non ambigo: tum etiam scriptæ Legis per singula quæque capitula, quorum ratio poscebat, secretiorem tibi intelligentiam patefeci; non occultans a te nec traditionum bona. Quæ vero supersunt, incipiens a die crastina, ex his quæ in quæstionibus cum Simone movebuntur, per dies singulos audies;
D usquequo, Deo favente, perveniatur ad ipsam, quo iter nostrum dirigendum credimus, urbem Romam. Cumque ad hæc ab eo dicta, omnem gratiam me ei debere profiterer; facturumque omnia me, quæ præciperet, & promtissime pollicerer; cibo sumto, quiescere nos jussit, sibique ipse quietem dedit.

a Act. IX. 1. XXII. 5.

1. *Dealbabantur.*] Matth. XXIII. 27. *Similes estis sepulcris dealbatis.* Optatus Milevitanus lib. 3. *In loco Octavensi occisi sunt plurimi, detruncati sunt multi: quorum corpora usque in hodiernum, per dealbatas aras aut mensas poterunt numerari.*

2. *Se esse quemdam Stantem.*] Lib. 2. cap. 7. 11. lib. 3. cap. 47. Clement. Hom. 2. cap. 22. 24. Hom. 18. cap. 7. 12. 14. Epitom. num. 25. Intelligitur hinc quare Dositheus & Simon Stantis nomen sibi assumerent. De primo Origenes tom. 14. in Joannem p. 219. 220. *οὕτως ἀπὸ Σαμαρέων Δοσίθεός τις ἀναστὰς ἔφασκεν ἑαυτὸν εἶναι τὸν προφητευμένον Χριστόν· ἀφ' οὗ δεῦρο μέχρι εἰσὶν οἱ Δοσιθεανοί, φέροντες καὶ βίβλους τοῦ Δοσιθέου, καὶ μύθους τινὰς περὶ αὐτοῦ διηγούμενοι, ὡς μὴ γευσαμένου θανάτου, ἀλλ' ἐν τῷ βίῳ που τυγχάνοντος. Sic Dositheus quidam exstitit ex Samaritanis, qui se ipsum diceret Christum prophetatum: a quo usque nunc Dositheani sunt, libros Dosithei circumferentes, & fabulas quasdam enarrantes de eo, perinde quasi mortem non gustarit, sed alicubi in hac vita degat.* De altero Clemens
E Alexandrinus Varii Operis lib. 2. p. 383. *οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Σίμωνα, τῷ Ἑστῶτι, ὃν σέβουσιν, ἐξομοιοῦσθαι τρόπον βούλονται. Simonis autem sectatores, Stanti quem colunt, volunt assimilari mori us.* Qui Stromatei locus difficultatem peperit duobus Societatis Jesu insignibus Theologis, Dionysio Petavio ad Epiphanium in Hæresi Simonianorum, & Francisco Vigero in Euseb. Præparat. Evangel. lib. 11. cap. 18.

3. *Virtutem summam excelsi Dei.*] Miseris modis deformati sunt versus Auctoris ψευδωνύμου & ἀνωνύμου, post Tertulliani Opera, lib. 1. adversus Marcionem;

Infandos omni magicæ dementia plenos
Persuasit, sese Virtutem [illegible] summam;
F[illegible]ere cum [illegible], nefas peragrare, volare.

Sine dubio scribi debet.

I[illegible] Si[illegible] M[illegible]æ dementia pleno
Persuasit, se se Virtutem dicere summam:
[illegible], cum [illegible], nefas, peragrare, volare.

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS.

LIBER SECUNDUS.

I. CUM autem dies quæ ad disceptandum cum A Simone statuta fuerat, illucesceret; Petrus primis gallorum cantibus surgens, excitavit etiam nos: eramus enim in eodem conclavi cubitantes, simul omnes tredecim; in quibus primus post Petrum Zacchæus; deinde Sophonias, Josephus, & Michæas, Eliesdros, & Phinees, Lazarus, & Helisæus; post hos ego Clemens, & Nicodemus; deinde Niceta & Aquila, qui fuerant prius discipuli Simonis, & docente Zacchæo conversi sunt ad fidem Christi. Mulierum sane nulla prorsus aderat. [1] Cumque adhuc vespertinum lumen duraret, omnes resedimus: & Petrus videns vigilare nos, ac sibi intendere; salutatis nobis, continuo dat sermonis exordium. Mirari me equi- B dem fateor, fratres, humanæ naturæ vim, quam ad omnia aptam habilemque esse video. Hoc autem dicere in memoriam venit, ex his quæ rebus ipsis expertus sum; ut cum transierit medium noctis, ego sponte jam suscitor, & ultra somnus nequaquam venit ad me: quod mihi accidit ex eo, quia in consuetudine habui, verba Domini mei quæ ab ipso audieram, revocare ad memoriam; & pro ipsorum desiderio, suscitari animis meis & cogitationibus imperavi; ut evigilans ad ea, & singula quæque recolens ac retexens, possim memoriter retinere. Ex hoc ergo, dum omni cum dulcedine sermones Domini versare in meo corde desidero, consuetudo obtinuit C vigilandi, etiam si nihil sit quod cogitare velim. Ita ergo ineffabili quadam ratione, introducta alia consuetudine, vetus consuetudo mutatur: & id re vera, si non supra modum cogas, sed quantum recipit mensura naturæ. Neque enim penitus somno carere possibile est; alioqui nec facta nox fuisset ad quietem.

II. Et ego cum audissem: Optime, inquam, dixisti Petre, quia consuetudo consuetudine commutatur. Nam & ego cum navigarem, primo turbabar, & intra me mihi omnia vertebantur, ita ut suggillari viderer, nec ferre possem [2] brumam & molestiam maris: post paucos autem dies, D ubi consuetudo facta est, tolerabiliter ferre cœpi; ita ut mane statim una cum nautis cibum sumere delectarer, cum prius ante horam septimam capiendi cibi consuetudo non esset. Nunc ergo, ex ista sola consuetudine, circa illud tempus quo comedere cum nautis solebam, esuries admonet me: quod tamen rursus depellendum spero cum alia fuerit consuetudo suscepta. Credo ergo etiam tibi vigiliarum consuetudinem, ut perhibes, institutam: & opportune hoc nobis exponere voluisti, ut & nos aliquantulum somni a nobis abjicere atque effugare non pigeat; ut possimus doctrinæ viventis instituta suscipere. Ubi enim decocti fuerint cibi, & mens acceperit nocturna silentia, opportunissime quæ docentur insident.

III. Et Petrus libenter accipiens, quod intellexerim præfationis ejus causam, ad utilitatem nostram prolatam; collaudans me, adhortandi & incitandi sine dubio gratia, consequentem cœpit expedire sermonem: Opportunum mihi nunc & necessarium videtur, de his quæ imminent, aliqua discutere; id est, de Simone. Scire enim velim, quibus sit moribus, & quibus sit actibus: quod mihi, si quis scit, indicare non cesset; refert enim ista prænoscere. Nam si in mandatis habemus [a], ut venientes ad civitatem, discamus prius, qui in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus: quanto magis convenit noscere, quis qualisve sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Soliciti enim, & valde solliciti esse debemus, [b] ne margaritas nostras mittamus ante porcos.

IV. Sed & alias ob caussas utile est, viri hujus habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est & inculpabilis; hoc est, si sobrius, si misericors, si justus, si mitis & humanus est; quæ utique bona esse nullus ambigit: tunc consequens videbitur, ut ei qui obtinet bona virtutum, etiam quod deest, fidei & scientiæ conferatur; & in quibus maculari videtur ejus vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his quæ palam sunt, peccatis involutus permanet & inquinatus; non me oportet ei aliquid de secretioribus & remotis divinæ scientiæ proloqui; sed magis protestari, & convenire eum, ut peccare desinat, & actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se, & provocaverit nos dicere, quæ eum minus recte agentem, non oportet audire; prudenter eum debemus eludere: nam nihil omnino respondere, auditorum caussa, utile non videtur; ne forte existiment, nos responsionis penuria declinare certamen; & fides eorum lædatur, non intelligentium propositum nostrum.

V. Cumque hæc Petrus dixisset ad nos, Niceta rogat permitti sibi dicere aliquid; atque indulgente Petro: Cum venia, inquit, obsecro te, domine mi Petre, audias me valde solicitum tui, & verentem, ne forte in certamine quod tibi est cum Simone, superari videaris. Solet

a Matth. x. Luc. x. *b* Matth. VII. 6.

1. *Cumque adhuc vespertinum lumen duraret.*] MS. Candeler. *clareret*. Ut Clementinorum Homil. 3. n. 1. εὕρομεν τὸν μὲν λύχνον ἔτι φαίνοντα. De more lucernam non exstinguendi, sed sinendi donec ultro consumeretur, videndus Plutarchus in Quæstionibus Romanis p. 281. F. Monachos etiam solitos ad lumen dormire, discimus ex eorum Regulis.

2. *Brumam*.] Candel. & Carmel. quoque, *bromum*, quod est, βρόμον, *fremitum*.

enim frequenter accidere, ut qui veritatem defendit, non semper obtineat: dum aut in aliquo præventi sunt auditores, aut non grandem curam melioris sententiæ gerunt. Super hæc autem omnia, & ipse Simon vehementissimus est orator; in arte Dialectica, & syllogismorum tendiculis enutritus: quod autem est omnibus gravius, & in arte magica valde exercitatus: & ideo metuo, ne forte tam valide ex omni parte munitus, apud eos qui ignorant eum, falsa allegans, putetur vera defendere. Neque enim vel nos ipsi eum potuissemus effugere, & converti ad Dominum, nisi, dum adjutores ejus & errorum socii sumus, agnovissemus, quod deceptor esset ac magus.

VI. Cumque hæc Niceta dixisset; Aquila quoque rogans sibi dicendi facultatem dari, hoc modo etiam ipse prosecutus est: Suscipe, quæso, mei erga te amoris curam, optime Petre; & ego enim valde solicitus sum pro te. Nec reprehendas nos in hoc: quia curam gerere alicujus, ex affectu venit; negligere autem, non minus est quam odisse. Testem vero invoco Deum, quia, non ut segniorem te in certamine sciens, metuo pro te; quippe qui nec umquam tibi præsto fuerim disputanti; sed qui illius impietates bene noverim, existimationem tuam cogito, simul & animos auditorum, & ipsius ante omnia veritatis statum. Vehemens enim est hic magus ad omnia quæcumque voluerit, & supra modum scelestus: in omnibus enim eum diligenter agnovimus; utpote qui a puero malorum ejus auditores fuerimus & ministri; & nisi nos Dei amor abrupisset ab eo, in eisdem cum ipso etiam nunc versaremur malis: sed ingenitus quidam nobis erga Deum affectus, scelera quidem ejus exosa, cultum vero Dei amabilem fecit. Unde & arbitror opus fuisse divinæ providentiæ, ut nos primo familiares ejus effecti, notitiam caperemus, quo modo, vel quali arte, prodigia quæ facere videtur, efficiat. Quis enim est, qui non obstupescat super his quæ facit, mirabilibus; & non putet eum de cælis Deum ad salutem hominum descendisse? Ego de me ipso fateor, nisi interius eum scissem & interfuissem actibus ejus, subripi mihi facile potuisset: unde non fuit magnum nos ab ejus consortio separari, scientes eum magicis artibus & commentis scelerum niti. Quod si vis etiam ipse de eo cuncta cognoscere, quis ipse sit, qualisve & unde, vel qualiter patrentur quæ gerit; ausculta.

VII. Simon hic, patre Antonio, matre Rachel natus est, gente Samaræus, ex vico Gytthorum; arte magus, Græcis tamen litteris liberalibus adprime eruditus; gloriæ ac jactantiæ supra omne genus hominum cupidus, ita ut excelsam Virtu-

A tem quæ supra creatorem Deum sit, credi se velit, & Christum putari, atque Stantem nominari. Hac autem appellatione utitur, quasi qui neget posse se aliquando dissolvi; adserens carnem suam ita divinitatis suæ virtute compactam, ut possit in æternum durare. Hinc ergo Stans appellatur, tamquam qui non possit ulla corruptione decidere.

VIII. Interfecto etenim, sicut scis & ipse, [1] Baptista Joanne, cum Dositheus hæreseos suæ inisset exordium, [2] cum aliis triginta principalibus discipulis, & una muliere quæ Luna vocitata est; unde & illi triginta quasi secundum lunæ
B cursum in numero dierum positi videbantur: Simon hic malæ, ut diximus, gloriæ cupidus, accedit ad Dositheum; & simulatis amicitiis, exorat, ut si quando aliquis ex illis triginta obisset, in locum defuncti se continuo subrogaret: quia neque statutum numerum excedere apud eos fas erat, neque ignotum aliquem inserere, aut nondum probatum: unde & ceteri studentes digni loco ac numero fieri, secundum sectæ suæ instituta placere per omnia gestiunt; quo possit unusquisque ex his qui illum numerum sequuntur, cum forte aliquis, ut diximus, decesserit, dignus videri qui in locum defuncti substitui debeat. Igitur Dositheus plurimis ab hoc exoratus,
C ubi locus intra numerum factus est, introduxit Simonem.


IX. Sed hic non multo post incidit in amorem mulieris illius quam Lunam vocant; nobisque utpote familiaribus suis omnia concredebat, quod magus esset, & quod amaret Lunam, quodque gloriæ cupidus, noluit ea inglorius frui; sed exspectare patienter, donec honeste ea uti liceret; si tamen etiam nos conspiraremus ei ad omnia quæ velit: sed & mercedem ministerii hujus daturum se nobis pollicebatur, summis ut honoribus affici, & dii esse ab hominibus crederemur; tantum ut mihi, inquit, Simoni deferatis prima-
D tum, qui possum magica arte multa signa & prodigia ostendere, per quæ possit vel gloriæ, vel sectæ nostræ ratio constare. [3] Possum enim facere, ut volentibus me comprehendere, non appaream; & rursus volens videri, palam sim: si fugere velim, montes perforem, & saxa quasi lutum pertransseam: si me de monte excelso præcipitem, tamquam subvectus ad terras illæsus deferar: vinctus memet ipsum solvam; eos vero qui vincula injecerint, vinctos reddam: in carcere colligatus, claustra sponte patefieri faciam: statuas animatas reddam; ita ut putentur ab his qui vident, homines esse: novas arbores subito oriri faciam, & repentina virgulta producam: in ignem
E memet ipsum injiciens, non ardeam. Vultum meum commuto, ut non agnoscar: sed & duas

1. *Baptista Joanne.*] In Clementinis Homil. 2. n. 23. & Epitomes cap. 26. Ἰωάννης Ἡμεροβαπτιστής. Quemadmodum Justino Martyri Dialogi p. 307. Βαπτισταὶ dicuntur, qui ceteris Ἡμεροβαπτισταί.

2. *Cum aliis triginta principalibus discipulis.*] Ad id forte respiciebat Origenes, cum tom. 6. in Celsum p. 291. scriberet; οἱ δὲ Δοσιθεανοὶ οὐδὲ πρότερον ἤκμασαν. νῦν δὲ παντελῶς ἐπιλελοίπασιν, ὥστε τὸν ὅλον αὐτῶν ἀριθμὸν οὐκ εἶναι ἐν τοῖς τριάκοντα. Hoc est me περὶ τόδε interpretante: *Dositheeni vero nec superiori tempore floruerunt: nunc sane omnino defecerunt, adeo ut totus illorum numerus referatur non esse in triginta.* Et tom. 1. p. 45. νυνὶ δὲ τοὺς πάντας ἐν τῇ οἰκουμένῃ οὐκ ἔστι Σιμωνιανοὺς εὑρεῖν τὸν [illegible] εἶμαι τριάκοντα. *Nunc autem omnes Simonianos in* [illegible] *reperire non licet numero, opinor, triginta.*

3. *Possum enim facere, & seq.*] Legendus quem Abdiam vocant; notandæque in illo variæ lectiones, corrigendæ falsæ. Notabilem quoque varietatem exhibet liber Carmel. *Aurum plumbum ostendam*, ubi ceteri *Aurum plurimum ostendam*, οὐκ ἀληθῆ θαύματα ποιοῦσιν οἱ ἀπὸ τῶν [illegible] φαντασίας ἔχοντες. δεικνύουσι γὰρ χρυσὸν οὐκ ἀληθῶς ὄντα χρυσόν. Cum quibus Theodoriti ad II. Thessal. II. 9. adjunge ista gemina apud Athanasium in Quæstionibus ad Antiochum Respons. 124. [illegible] καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Ἀντίχριστος [illegible]. In Opere imperfecto in Matthæum ad cap. 7. vers. 16. seu ut dividunt, Homil. [illegible] *per aerem, sicut* [illegible] *ambulare*, [illegible] *qualia Simon* [illegible].

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



facies habere me possum hominibus ostendere. Ovis aut capra efficiar: pueris parvis barbam producam: in aerem volando invehar: aurum plurimum ostendam: reges faciam, eosque dejiciam. Adorabor ut Deus; publice divinis donabor honoribus, [1] ita ut simulacrum mihi statuentes, tamquam Deum colant & adorent. Et quid opus est multa dicere? Quidquid voluero, facere potero. Multa etenim jam mihi experimenti caussa consummata sunt. Denique aliquando, inquit, cum mater mea Rachel juberet me exire ad agrum, ut meterem; ego falcem videns positam, præcipi ei ut iret & meteret; & messuit decuplo amplius ceteris. Multa jam nova virgulta produxi de terra, & convalescere ea feci, & sub momento temporis apparere feci; & montem proximum, ego secundo perforavi.

X. Sed hæc cum diceret de virgultis productis, & monte perforato; stupescebam pro eo, quod etiam nos circumvenire velit, quibus se commendare & concredere videbatur: sciebamus enim quod a proavis hæc fuissent, quæ a se nuper facta perhibebat. Hæc ergo nos ab eo flagitia audientes, & horum deteriora, sequebamur tamen & ipsi ejus scelera, & alios ab eo decipi patiebamur; multa etiam mentientes pro eo: & hoc, priusquam aliquid faceret eorum quæ promiserat; ita ut nullis adhuc gestis, a nonnullis tamen putaretur Deus.

XI. Interim in initio, cum adhuc inter triginta Dosithei discipulos haberetur, cœpit ipsi Dositheo derogare, tamquam qui non integre nec perfecte doceret; idque eum non invidia facere, sed inscientia. Verum Dositheus, ubi sibi derogari sensit a Simone, verens ne opinio sua obscuraretur apud homines, qui eum putabant ipsum esse Stantem, furore commotus, cum ad scholam solito convenissent, virga correpta verberare Simonem cœpit; & repente per corpus ejus, quasi per fumum, visa est virga transire; super quo obstupefactus Dositheus, ait ad eum: Dic mihi, si tu es Stans, ut adorem te. Cumque Simon respondisset; Ego sum: Dositheus, videns se non esse Stantem, cecidit, & adoravit eum; & Simoni quidem cedit principatu suo, ipsique obedire omnem triginta virorum ordinem jubet; semet

A ipsum vero in locum Simonis statuit; & [2] non multo post defunctus est.

XII. Igitur post obitum Dosithei, Simon accepit Lunam; cum qua usque ad præsens circuit, ut videtis, decipiens turbas; & adserens semet ipsum quidem Virtutem esse quamdam, quæ sit supra conditorem Deum; Lunam vero quæ secum est, esse de superioribus cælis deductam, eamdemque cunctorum genitricem adserit esse sapientiam: pro qua, inquit, Græci & Barbari confligentes, [3] imaginem quidem ejus aliqua ex parte videre potuerunt; ipsam vero, ut est, penitus ignorarunt: quippe quæ apud illum primum o-

B mnium, & solum habitaret Deum. Et hæc atque alia his similia cum verborum pompa proferens, decepit multos. Sed & hoc indicare debeo, quod ipse ego vidisse me memini; cum esset aliquando Luna illa ejus in turri quadam, multitudo ingens ad eam convenerat pervidendam; & undique circa turrim stabat: at illa per omnes fenestras turris illius, omni populo procumbere ac prospicere videbatur. Et multa alia mirabilia fecit, & facit; ita ut stupentes pro his homines, putent eum ipsum esse summum Deum.

XIII. Nam mihi aliquando & Nicetæ rogantibus, ut exponeret quo modo hæc possint arte

C magica effici, & quæ esset hujus rei natura: Simon tamquam familiaribus suis, explanare ita cœpit: [4] Pueri, inquit, incorrupti, & violenter necati animam adjuramentis ineffabilibus evocatam adsistere mihi feci; & per ipsam fit omne quod jubeo. Et ego: Estne, inquam, possibile animæ hæc facere? Ille respondit: Hoc vos scire volo, quia secundum locum post Deum obtinet anima hominis, cum exuta fuerit a corporis sui tenebris. Statim denique & præscientiam habet; propter quod evocatur ad necromantiam. Et ego respondi: [5] Cur ergo interfectorum animæ non ulciscuntur interfectores suos? At ille: Non meministi, inquit, quod dixi, quia cum exierit de

D corpore, etiam præscientiam habet? Memini inquam. Ob hoc, inquit, cum excedit e corpore, statim prænoscit futurum esse judicium, & unumquemque pro his quæ heic egerit, malis, pœnas daturum: & ideo nolunt ulcisci interfectores suos; quia & ipsæ pro suis malis quæ heic com-

1. *Ita ut simulacrum mihi statuentes.*] Recte a S. Irenæo lib. 1. cap. 20. publica statua Simonis Magi Romæ posita, secernitur ab imagine privata Simonis specie Jovis, quam Simoniani cum imagine Selenes seu Helenæ facta ad figuram Minervæ adorabant. Id monui, quia B. Augustinus in libro de Hæresibus videtur minus distincte loqui, dicens de Simone; *Jovem se credi volebat, Minervam vero meretricem quamdam Selenen; quam sibi sociam scelerum fecerat: imaginesque & suam & ejusdem meretricis discipulis suis præbebat adorandas, quas & Romæ tamquam deorum simulacra auctoritate publica constituerat.*

2. *Et non multo post defunctus est,*] Mortem Dosithei describit post Epiphanium Hæresi 13. Nicetas Choniates lib. 1. Thesauri c. 35. Paullo aliter in Notis Abrahami Ecchellensis Maronitæ ad Catalogum Hebedjesu, p. 164.


3. *Imaginem quidem ejus &c.*] Haud dubium quin Simon commentum hoc de Luna seu Selene, dicta etiam Helena, hauserit ab Ethnicis; cum Platonis insignia verba exstent, lib. 9. de Republica; τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον, ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς. *De Helenæ imagine Stesichorus ait Trojanos veri ignoratione decertasse.* Item Sexti Empirici adversus Mathematicos lib. 7. p. 184. 185. Ἑλένης εἴδωλον, περὶ οὗ δεκαέτης συνέστη πόλεμος. *Helenæ simulacrum, pro quo conflatum fuit bellum decem annorum.* Ceterum quando Celsus apud Origenem Simonianis vult impositum fuisse nomen Helenianorum ab Helena, vel præceptore Heleno, in Heleno non jocatur, opinor, sed errat.

E

4. *Pueri incorrupti & violenter necati animam.*] Justinus Martyr Apologetico 2. pag. 65. αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις. Παῖδας ἀφθόρους, in Socrate, lib. 3. cap. 13. Horatius Epod. V. *puer, impube corpus.* Apud Eusebium Hist. lib. 7. cap. 10. σπλάγχνα νεογενῆ, lib. 8. cap. 13. & de vita Constantini I. 36. νεογενῶν σπλάγχνα βρεφῶν. Chrysostomus Tom. 5. Concione 2. de Lazaro, νέων ἁπαλῶν σώματα κατασφάττειν, quem & vide Homilia κη. in Matthæum. Augustinus lib. 18. de civitate Dei cap. 53. *Puer anniculus occisus, & dilaniatus, & ritu nefario sepultus est.* Alii innumeri. Quis enim non memoravit quam vocant Psychagogiam, Psychomantiam, Necyomantiam, Necromantiam, seu juxta Barbarorum filios, Nigromantiam, peritiam ciendi animas ab inferis, Manes sepulcris eliciendi? Nec præteriri debet de Simonianis locus Tertulliani cap. penult. lib. de Anima; *Ecce hodie ejusdem Simonis hæreticos tanta præsumtio artis extollit, ut etiam prophetarum animas ab inferis movere se spondeant. Et credo quia mendacio possunt.* Quod autem doctissimus Gronovius Observator. in Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 4. legit in Adhelmi loco supra relato cum Testimoniis Veterum; *atque Simoniæ lethiferas necromantiæ labruscas radicitus exstirpantem*, pro *lethiferas necnon Romaniæ labruscas*; vereor ut sit necessarium: cum Romania exponi possit Romana religio seu Ethnica, quemadmodum Simonia hæresis Simonis.

5. *Cur ergo interfectorum animæ non ulciscuntur interfectores suos?*] Idem argumentum urget Tatianus Oratione contra Græcos p. 156.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 215.



miserant, perferunt cruciatus; & illos sciunt in judicio graviora manere supplicia. Super hæc autem omnia, nec permittitur eis exire aut facere quidquam, ab Angelis qui eis præsunt. Et ego respondi: Si non permittitur eis ab Angelis huc venire, aut facere quod volunt; quo modo mago evocanti obtemperat anima? Ipsis, inquit, animabus venire volentibus non indulgent: cum vero hi qui præsunt Angeli, adjurati fuerint per majorem suum; excusationem habent nostræ, qui eos adjuramus, violentiæ; ut permittant exire animas quas evocamus: non enim illi peccant qui vim patiuntur, sed nos qui inferimus necessitatem. Ad hæc Niceta, ultra non ferens, præpropere respondit; quod & ego quidem facturus eram, sed prius eum expiscari de singulis cupiebam: sed, ut dixi, Niceta præveniens: Et tu, inquit, non times diem judicii, qui vim Angelis facis, & animas evocas, & homines decipis, & honorem tibi divinum ab hominibus mercaris? Et quo modo nobis persuades, quod neque judicium erit, ut nonnulli Judæorum fatentur; neque animæ immortales sint, quod videtur pluribus; cum ipse oculis tuis videas eas, & commonitionem divini judicii capias ex ipsis?

XIV. His ab eo dictis, impalluit Simon; & tamen post paullulum recolligens se, ita respondit: Ne putetis, inquit, quod generis vestri homo sim, ego neque magus sum, neque amator Lunæ, neque Antonii filius. [1] Ante enim quam mater mea Rachel conveniret cum eo, adhuc virgo concepit me; cum esset in potestate mea, vel parvum esse, vel magnum, & hominem inter homines apparere. Tentandi ergo gratia vos primos assumsi amicos, ut in cælestibus & ineffabilibus locis meis primos vos collocem, cum probavero. Humana ergo de me ipso mentitus sum, ut vos manifestius comprobarem, si integrum erga me servatis affectum. Ego vero hæc audiens; ipsum quidem miserum judicans; impudentiam tamen ejus admirans, & pro eo ipse erubescens, simul & veritus ne quid in nos moliretur mali, innuo Nicetæ, paullisper una mecum simulare; & ajo ad eum: Non nobis indigneris hominibus corruptibilibus, incorruptibilis Deus; sed suscipe magis affectum nostrum, & animum volentem scire, qui sit Deus: nondum enim sciebamus, quis esses; & nec advertebamus, quia tu es quem quærebamus.

XV. Hæc & his similia vultu pro re aptato prosequentibus nobis, vanissimus credidit nos deceptos, & eo magis elatus addidit etiam hæc: Propitius vobis jam sum, pro affectu quem erga me Deum geritis: me enim diligentes, nesciebatis; & me quærentes, ignorabatis. Sed nolo dubitetis, quia hoc est vere Deum esse, cum potest quis parvus effici, vel magnus, si voluerit: nam quoquo modo apparere hominibus poteram. Nunc ergo incipiam vobis aperire quod verum est. Ego virtute mea quodam tempore [2] aerem vertens in aquam, & aquam rursum in sanguinem, carnem-

A que solidans, novum hominem puerum formavi; & opus conditore Deo multo nobilius protuli. Ille enim creavit hominem e terra: ego autem, quod est difficilius, ex aere: quemque rursus resolvens, aeri reddidi: speciem tamen ejus, imaginemque depictam in interiore cubiculo collocavi, ut esset indicium ac memoria operis mei. Hæc autem intelligebamus eum dicere, pro puero illo, cujus vi necati anima, ad ea quæ volebat ministeria utebatur.

XVI. Petrus ergo hæc audiens, cum lacrymis ait: Miror admodum immensam Dei patientiam; & e contrario in nonnullis humanæ temeritatis B audaciam. Quæ enim ratio inveniri ultra poterit, quæ Simoni suadeat, quod Deus judicet iniquos; cum ipse sibi persuadet, quod animarum obedientia ad scelerum suorum utatur ministerium? re autem vera a dæmonibus illuditur: tamen cum per hæc ipsa certus sit, quod immortales sunt animæ, & judicantur pro his quæ gesserint: & qui se putet re ipsa videre ea quæ nos fide credimus, quamvis, ut dixi, illudatur a dæmonibus, tamen arbitratur se ipsam animæ videre substantiam. Quando hic, inquam, fatebitur, vel male se agere, in tanto malo positus, vel judicandum se pro his quæ gerit, qui sciens, Dei judicium contemnit, & inimicum se exhibet C Deo, & audet tam nefanda committere? Unde certum est, fratres mei, nonnullos veritati ac religioni Dei non ideo adversari, quod eis nequaquam ratio fidei constare videatur; sed quia aut nimietate quadam peccatorum involuti, aut malis suis præventi, & tumore cordis elati sunt; ita ut nec ea quidem credant, quæ oculis suis se videre arbitrantur.

XVII. Verum quoniam ingenita erga conditorem Deum sufficere ad salutem videbatur affectio, his qui diligerent eum; studet Inimicus hanc affectionem in hominibus pervertere, & inimicos eos efficere atque ingratos conditori suo. Testor D autem cælum ac terram, quod si quantum cupit Inimicus desævire, permitteretur etiam a Deo, olim omnes homines deperissent; sed misericordiæ caussa, non sinit Deus. Quod si affectum suum homines converterent ad Deum, omnes sine dubio salvarentur, etiam si pro aliquibus delictis ob justitiam corripi viderentur. Sed nunc plurimi hominum inimici effecti sunt Dei, quorum Malignus corda penetravit; & affectum quem eis conditor Deus inseruerat, ut erga se haberent, in semet ipsum deflexit. Aliorum vero qui aliquantulum vigilare videbantur; in phantasia gloriæ & splendoris apparens, & magna quædam atque ingentia repromittens; evagari nihilominus a Deo vero mentem atque animum fecit: E quæ tamen perpetrare, ei justa quadam permittitur ratione.

XVIII. Ad hæc Aquila respondit: Quid ergo delinquunt homines, si [a] Malignus transformans se in splendorem lucis, majora repromittit homini-

[a] II. Cor. xi. 14.

1. *Ante enim quam mater mea Rachel conveniret cum eo.*] Abutitur impius Simon loco Scripturæ Matth. I. 18. quia se esse Christum credi voluit quod & de se ipsis dixerunt quidam post illum Hæresiarchæ. Pari modo apud Socratem lib. 1. cap. 22. Terebinthus, seu Buddas natum se ex virgine affirmat: propter veterem, ni fallor, Buddam (Clementi Alexandrino Buttam, Strom. 1. p. 305.) de quo post alios Ratramnus libro de nativitate Christi cap. 3. Spicilegii Acheriani Tomo 1. *An certe Bragmanorum sequemur opinionem, ut quemadmodum illi sectæ suæ auctorem Bubdam (l. Buddam) per virginis latus narrant exortum, ita nos Christum fuisse prædicemus?*

2. *Aerem vertens in aquam.*] Clement. Homil. 2. c. 26. Hoc quoque e media philosophia Simon. Vide sis Diogenem Laertium lib. 7. in Zenone, Clem. Alex. Strom. V. p. 509. Theodoritum Hæret. fabul. l. 1. c. 1.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

bus, quam ipse conditor Deus? Et Petrus: Puto, inquit, hoc injustius nihil esse: & quatenus injustum sit, audi. Si filius tuus qui a te omni diligentia eruditus est & nutritus, atque ad virilem perductus ætatem, ingratus tibi sit; & relinquens te, ad alium quem forte ditiorem viderit, eat; & honorem quem tibi debebat, illi exhibeat; ac spe majori lucri, naturam neget & jura paterna desugiat: rectum tibi videtur, an impium? Et Aquila respondit: Omnibus palam est, quod impium sit. Et Petrus: Si ergo in hominibus hoc impium dicis; quanto magis in Deo, qui supra omnes homines honore ab hominibus dignus est? cujus non solum beneficiis fruimur, verum & ope ac virtute esse cœpimus, cum non essemus; cuique si placeamus, merebimur ab eo, ut etiam æterni in bonis simus. Ut ergo infideles a fidelibus, & pii discernantur ab impiis: permissum est Maligno uti his artibus, quibus singulorum erga verum parentem probentur affectus. Quod si vere esset aliquis Deus alienus; tamen ab eo qui nos creaverat, quique nobis pater & conditor fuerat, rectumne erat, relicto proprio transire ad alienum? Et Aquila: Absit, inquit. Tum Petrus: Quo modo ergo dicemus Malignum esse caussam peccati nostri, cum hoc permissu Dei fiat, ut per ipsum probentur, & in die judicii arguantur hi qui majoribus pollicitationibus invitati, veri patris & conditoris sui reliquerint pietatem; hi vero qui fidem & caritatem proprii patris, etiam cum paupertate, si acciderit, & cum tribulatione servaverint, donis cælestibus in regno ejus, & immortalibus muneribus perfruantur? Sed hæc alias diligentius exponemus. Quid autem Simon egerit post hæc, scire cupio.

XIX. Et Niceta respondit: Ubi intellexisse eum sensimus, quod deprehensus esset a nobis, colloquti inter nos de sceleribus ejus, reliquimus eum; & ad Zacchæum venimus, hæc ipsa ei quæ tibi nunc protulimus, indicantes. At ille benignissime nos suscipiens, & de fide Domini nostri Jesu Christi edocens, fidelium numero sociavit. Cumque hæc Niceta dixisset, Zacchæus qui paullo ante egressus fuerat, ingrediebatur, dicens: Tempus est, ut procedas ad disputandum, Petre: turba enim multa, in atrio domus congregata, te opperitur: quorum in medio, [1] multis fultus ad scelus asseclis, consistit Simon. Tum Petrus, ut hæc audivit, orationis gratia secedere me jubens; nondum enim eram dilutus a peccatis quæ in ignorantia commiseram, ait ad reliquos: Oremus, fratres, ut Deus per Christum suum, pro ineffabili misericordia sua adjuvet me exeuntem pro salute hominum, qui ab ipso creati sunt. Et hæc cum dixisset, oratione facta, processit ad atrium domus, in quo erat multitudo plurima populi congregata: quos ubi omnes summo silentio ad se intentos vidit, & magum Simonem in medio eorum, velut signiferum, stantem; hoc modo cœpit.

XX. Pax vobis sit omnibus, qui parati estis dare dexteras veritati: quicumque enim obediunt ei, videntur quidem aliquid gratiæ referre Deo; porro autem ipsi ab eo donum summi muneris consequuntur, justitiæ ejus semitis incedentes. Propter quod primum est omnium, [a] justitiam Dei, regnumque ejus inquirere: justitiam quidem, ut recte agere doceamur; regnum vero, ut quæ sit merces posita laboris & patientiæ noverimus: in quo est bonis quidem, æternorum bonorum remuneratio; his autem qui contra voluntatem Dei egerint, pro uniuscujusque gestis, pœnarum digna restitutio. Heic ergo, hoc est, in præsenti vita positos, oportet vos agnoscere voluntatem Dei, ubi & agendi locus est. [2] Nam si quis velit antequam actus suos emendet, de his requirere quæ non potest invenire; stulta & inefficax erit hujuscemodi inquisitio. Tempus enim breve est; & judicium Dei gestorum caussa agetur, non quæstionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, ut æternam vitam consequi mereamur.

XXI. Nam si exiguum hoc vitæ tempus per inanes occupemus & inutiles quæstiones; inanes sine dubio & vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum; ubi judicium, ut dixi, operum nostrorum fiet. Unaquæque etenim res suum tempus habet & locum. Operum hic locus, hoc tempus est: meritorum sæculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes, primo quæ sit Dei justitia requiramus; ut tamquam iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo possimus ad regnum Dei, tamquam ad urbem maximam pervenire. Deus [b] enim his qui recte sentiunt, per ipsa opera mundi quæ fecit, manifestus est, ipsius creaturæ suæ utens testimonio: & ideo, cum de Deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc ejus justitia requiramus & regno. Quod si aliquid nobis de secretis & reconditis inquirendum suggerit mens nostra, antequam de operibus justitiæ requiramus, rationem reddere nobismet ipsis debemus; quia si

a Matth. VI. 33. b Rom. I. 20.

1. *Multis fultus ad scelus asseclis.*] Recte abest a MSS. *ad scelus*, quod ex *ad seculis* formatum esse ostendunt Codices Regius & Carmeliticus, dum pro *asseclis* scriptum habent, ille *a seculis*, hic *asseculis*. Consulatur Pseudo-Abdias.

2. *Nam si quis velit* &c.] Ex his observavi desumtam fuisse Epistolam Nili ad Asclepium Grammaticum, Possinianæ editionis 323. Allatianæ 24. lib. 3. Ἐὰν πρὸ τῶν ἀγαθῶν πράξεων ζητῶμεν ζητήματά τινα ἀνωφελῆ καὶ ἀνεύρετα, ὡς ἐνδεεῖς φρενῶν πλανώμεθα καὶ ἐνεδρευόμεθα. ὅ, τε γὰρ ἑκάστου χρόνος βραχὺς, καὶ τὸ κρίνεσθαι ἡμῖν ἐστὶ περὶ ἔργων, οὐ περὶ γνώσεως ἀποῤῥήτων. διὸ μὴ καταλείψωμεν ζητεῖν, τί χρὴ ποιήσαντας ζωῆς αἰωνίου τυχεῖν. εἰ γὰρ ἀπασχοληθέντες τὸν βραχὺν χρόνον εἰς δυσεύρετα καὶ ἀνωφελῆ ζητήματα τὰς ἡμέρας τοῦ παρόντος βίου καταδαπανήσωμεν, ἐνεδρευθέντες ἀπερχόμεθα ἔνθεν κεναῖς χερσί. Et infra: ἕκαστον γὰρ ἴδιον ἔχει καιρὸν, τὸ πράττειν τὰ δίκαια ἐνταῦθα, τὸ δὲ ἀπολαβεῖν τὴν μισθαποδοσίαν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. ἵνα οὖν μὴ ἐνεδρευθῶμεν, μᾶλλον τὴν δικαιοσύνην ἰχνεύσωμέν τε καὶ πράξωμεν, ὅπως καθάπερ τινὲς κάλλιστοι ὁδοιπόροι, τὸ ἐφόδιον τῶν ἀγαθῶν βαστάσαντες πράξεων, ὥσπερ εἴς τινα πόλιν τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν εἰσέλθωμεν. ὁ γάρ τοι θεὸς τοῖς εὐγνωμονοῦσι, διὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον κόσμον, πρόδηλός ἐστιν ὑπὸ πάσης κτίσεως αὐτοῦ μαρτυρούμενος. Pari modo Epistolam ad Xenonem acceptam fuisse a Basilio edocti sumus per Emericum Bigotium eximiæ eruditionis hominem. Sed & (ut pauca de multis dicam) Nili Epistola 32. lib. 1. est sententia Gregorii Nazianzeni Orat. 21. p. 382. A. At 234. Epist. ejusdem libri expressa est ex Irenæo lib. 1. cap. 1. p. 19. 21. apud Epiphanium Hær. 31. n. 16. 17. Epistolam vero 247. ad verbum leges in eodem Irenæi capite p. 33. B. Epiphan. n. 24. Jam libri 3. Epistola 6. formata fuit ex Basilii loco quem in hisce Notis protuli. Atque Epistola ad Chionium verba habet Basilii ejusdem 13. Homilia exhortatoria ad Baptismum, in fine. Nili certe non paucæ Epistolæ, Excerpta magis sunt, quam Epistolæ; forsan non sine fraude, aut saltem errore Græculorum. Conferas etiam velim illam 190. lib. 2. cum §. ult. Epistolæ 8. Dionysii Pseudo-Areopagitæ, de Carpo.

bene agentes salutem consequi meruerimus, tamquam casti & mundi euntes ad Deum, Spiritu sancto replebimur, & omnia quæ sunt secreta & occulta, sine ulla quæstionum cavillatione noscemus; quæ nunc, etiam si totum quis vitæ suæ tempus in inquirendo consumat, non solum non poterit invenire, sed & majoribus se erroribus inferet; quia non per viam prius justitiæ incedens, ad portum vitæ pervenire contendit.

XXII. Et propterea suadeo, primo justitiam ejus esse requirendam: ut per hanc iter agentes, & in via positis veritatis, verum Prophetam invenire possimus; non velocitate pedum, sed operum bonitate currentes; ut ipso duce usi, nullum viæ hujus patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes, ingredi meruerimus illam, quo pervenire cupimus, civitatem; omnia jam de quibus quæritur, oculis videbimus, tamquam heredes omnium facti. Intelligite itaque Viam esse hunc vitæ nostræ cursum: Viatores, eos qui bona opera gerunt: Portam, verum Prophetam de quo dicimus: Urbem, regnum esse, in quo residet omnipotens Pater, quem [a] soli videre possunt hi qui mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur hujus itineris labor; quia in fine ejus requies erit: nam & ipse verus Propheta ab initio mundi, per sæculum currens, festinat ad requiem. Adest enim nobis omnibus diebus; & si quando necesse est, apparet & corrigit nos ut obtemperantes sibi, ad vitam perducat æternam. Mea ergo ista sententia est, sicut & vero Prophetæ visum est, ut primo de justitia requiratur; ab his maxime, qui Deum se nosse profitentur. Si ergo habet aliquis, quod esse rectius putet, dicat: & cum dixerit, audiat, sed cum patientia & quiete. Propter hoc enim ab initio, [1] salutationis specie, pacem cunctis precatus sum.

XXIII. Ad hæc Simon respondit: Nos pace tua opus non habemus: si enim pax sit & concordia, ad inveniendam veritatem nihil proficere poterimus: habent enim inter se pacem & latrones & scortatores; & omnis nequitia cum semet ipsa concordat: & nos ergo, si ob hoc convenimus, ut pacis caussa omnibus quæ dicuntur præbeamus adsensum, nihil auditoribus conferemus; sed e contrario illusis eis, nos amici discedemus. Propter quod noli invocare pacem, sed magis pugnam, matrem ejus; & si potes, expugna errores. Nec requiras amicitiam injustis adsentationibus paratam: hoc enim te ante omnia scire volo, quia duobus inter se dimicantibus, tunc erit pax, cum alter ceciderit superatus: & ideo pugna ut potes, nec requiras pacem sine bello; quod impossibile est; aut si potest fieri, ostende.

XXIV. Ad hæc Petrus: Attentius audite, o viri, quæ dicimus. Ponamus mundum hunc campum esse aliquem magnum; & ex duabus civitatibus quarum reges sibi invicem sint contrarii, missos esse singulos ad dimicandum duces; & illum quidem boni regis ducem, consilium dare, ut uterque exercitus absque sanguinis profusione, melioris in regis jura concedat, quo sine periculo omnes salvi fiant; illum vero contrarium dicere: Non,
A sed pugnetur; ut non qui dignus est, sed qui fortior, ipse cum his qui evaserint, regnet. Quæso vos, quid magis eligeretis? Non dubito, quin, ut cum incolumitate omnium, regi meliori manus darentur. Et ego nunc non, ut Simon ait, pacis caussa adsensum volo commodari his quæ male dicuntur; sed ut cum quiete & ordine veritas requiratur.


XXV. Nonnulli enim in disputationum certamine, ubi errorem suum senserint confutari, caussa perfugii conturbare continuo incipiunt & movere lites; ne palam fiat omnibus, quod superantur: & propterea ego frequenter exoro, ut cum
B omni patientia & quiete indago disputationis habeatur; ut si forte aliquid minus recte dictum videatur, repetere id & apertius liceat explanare: solet enim interdum aliter dici quid, & aliter audiri; dum aut minus lucide profertur, aut minus vigilanter advertitur: & ob hoc patienter cupio haberi sermonem, ut neque subripiat alter alteri; neque sermonem dicentis, intempestivus sermo contradicentis interrumpat: neque reprehendendi studium geramus; sed liceat, ut dixi, minus plane dicta repetere, ut examinatione justissima clarescat veritatis agnitio. Scire enim debemus, quia si a veritate vincatur, non ipse vincitur, sed ignorantia quæ in ipso est,
C quæ est dæmon pessimus; quam qui potuerit effugare, salutis accipit palmam. Propositum namque nobis est prodesse auditoribus; non ut male vincamus, sed ut pro agnitione veritatis bene vivamus. Si enim veritatis inquirendæ studio sermo moveatur, etiam si quid minus plene pro humana fragilitate dicemus, Deus pro ineffabili sua bonitate, ea quæ desunt, latenter auditorum sensibus adimplebit. Justus est enim; & secundum uniuscujusque propositum, aliis quidem in promtu facit esse quod quæritur, aliis vero obscurum reddit, etiam quod palam positum est. Quia ergo via Dei, via pacis est; cum pace quæ Dei sunt, requiramus. Ad hæc si quis habet quod pro-
D sequatur, locus est; si vero nullus est qui respondere velit, ego dicere incipiam, & quæ mihi ab alio possunt objici, ipse in medium prolata dissolvam.

XXVI. Cum ergo Petrus cœpisset continuare sermonem, Simon interrupta oratione ejus: Cur, inquit, festinas ipse tibi dicere, quæ tibi videntur? Intelligo versutias tuas: vis enim tibi ea ipse proponere, quorum absolutio bene tibi meditata est; ut ignorantibus turbis, videaris recte aliquid dicere: sed apud me non tibi erit horum locus. Nunc ergo, quoniam ut vir fortis polliceris, te omni volenti proponere responsurum,
E mihi interim primo respondeto. Et Petrus: Paratus, inquit, sum; tantum ut cum pace sit sermo. Tunc Simon: Non vides, inquit, imperitissime, quod contraria agis Magistro tuo, pacem deposcens; quod utique non convenit ei, qui expugnaturum se promittit ignorantiam? Aut si tu recte pacem ab auditoribus poscis, non recte Magister tuus dixit: [b] *Quia non veni pacem mittere in terram, sed gladium*. Aut enim tu bene dicis, & ille non bene: aut si Magister tuus bene,

[a] Matth. v. 8. [b] Matth. x. 34.

1. *Salutationis specie, pacem cunctis precatus sum.*] Ad Matth. X. 12. Hieronymus; *Occulte salutationem Hebræi ac Syri sermonis expressit. Quod enim Græce dicitur* χαῖρε, *& Latine ave; hoc Hebraico Syroque sermone appellatur* שלום לך *Salom lach, sive* שלום עמך, *id est, pax tecum.* Quo loci in Codice Regio 230. litteris solummodo Latinis exaratum habetur, *Chere & appellam Salomlach sive Salamalach.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



tu pessime, qui non intellexisti contraria te proferre ei, cujus te discipulum profiteris.

XXVII. Ad hæc Petrus: Neque qui misit me, male fecit, gladium mittere in terram: neque ego contraria ei ago, auditorum pacem requirens: sed tu & imperite & temere reprehendis ea quæ non intelligis. Etenim quia pacem non venit mittere in terram Magister, audisti: quod autem dixerit: [a] *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*, non audisti. Propter quod non ego Magistro diversa sentio, pacem persuadens, quam ille servantibus, beatitudinem posuit. Et Simon ait: Pro magistro respondere cupiens, o Petre, multo eum gravius accusasti; si cum ipse non venerit pacem facere, hanc aliis servare præceperit. Et quo modo alius ille ejus sermo constabit quem dixit; quia [b] *sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus?*

XXVIII. Petrus ad hæc: Magister, inquit, noster, qui erat verus Propheta, & sui in omnibus memor, neque sibi contraria locutus est, neque nobis ab his quæ ipse gerebat, diversa mandavit. Quod enim ait: [c] *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium: & ex hoc videbitis separari patrem a filio, filium a patre; virum ab uxore, & uxorem a viro; & matrem a filia, filiam a matre; fratrem a fratre, socrum a nuru, amicum ab amico:* hæc omnia continent doctrinam pacis: & quo modo, audi. Initio prædicationis suæ, utpote qui velit omnes invitare & adducere ad salutem, ac patientiam laborum tentationumque habendam suaderet; pauperes beatificabat, eosque pro penuriæ tolerantia adepturos esse pollicebatur regna cælorum; ut sub tanta spe æquanimiter paupertatis pondus, spreta cupiditate, portarent. Est enim unum & maximum ex perniciosissimis peccatis, cupiditas. Sed & esurientes & sitientes, æternis bonis justitiæ saturandos esse promisit; ut egestatem tolerabiliter ferentes, nihil pro hac injusti operis molirentur. Mundos quoque corde, similiter beatos dicebat, & per hoc Deum visuros, ut unusquisque adipisci tantum cupiens bonum, semet ipsum a pessimis & pollutis cogitationibus contineret.

XXIX. Sic ergo Magister noster discipulos ad patientiam virtutis invitans, bonum pacis, etiam cum labore patientiæ suadebat esse servandum. E contrario vero eos qui in divitiis ac luxuria versabantur, lugebat, qui nihil pauperibus largiebantur, arguens eos rationem reddituros; quia proximos suos quos diligere sicut se ipsos debuerant, ne in egestate quidem positos miserati sunt. Hæc autem dicens, alios quidem obedire fecit; alios vero reddidit inimicos. Credentibus ergo & obedientibus, pacem habere inter se invicem jubet, & ipsis dicit: *Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur*. His autem, qui non solum non credidere, verum & adversarii doctrinæ ejus facti sunt; bellum verbi & confutationis indixit: *quia ex hoc videbitis separari filium a patre, & virum ab uxore, & filiam a matre, & fratrem a fratre, & nurum a socru; & inimici hominis domestici ejus*. In unaquaque enim domo, cum inter credentem & non credentem cœperit esse diversitas, necessario pugna fit: incredulis quidem contra fidem dimicantibus; fidelibus vero in illis errorem veterem, & peccatorum vitia confutantibus.

XXX. Similiter quoque etiam [d] erga Scribas & Pharisæos ultimo doctrinæ suæ tempore bellum gerit, arguens eos super actibus non bonis, & non recta doctrina, & quod clavem scientiæ, quam a Moyse traditam susceperant, occultarent, per quam possit janua regni cælestis aperiri. Sed & nos ad prædicandum mittens Dominus noster præcepit nobis, ut [e] in quamcumque civitatem vel domum introierimus, dicamus; *Pax huic domui: & si quidem*, inquit, *fuerit ibi filius pacis, veniet super eum pax vestra; si vero non fuerit, pax vestra ad vos revertetur*: exeuntes autem de domo, vel de civitate illa, ut etiam pulverem qui adhæserit pedibus nostris, excutiamus super eos. Tolerabilius autem erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati vel domui. Quod utique ita demum præcepit fieri, si prius in civitate vel domo, veritatis sermo prædicetur, ex quo, vel recipientes veritatis fidem, filii pacis & filii Dei fiant; vel non recipientes arguantur, quasi inimici pacis & Dei.

XXXI. Ita ergo & nos, Magistri instituta servantes, pacem primo proponimus auditoribus, ut absque ulla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba non suscipit, neque acquiescit veritati: scimus adversum eum pugnam verbi movere, & arguere acrius, confutando ignorantiam, & redarguendo peccata. Necessario igitur pacem proponimus; ut si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum: ab eo autem qui se alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Non ergo, ut putas, consensu malorum pacem proponimus: nam utique continuo tibi dexteram dedissemus: sed ut per quietem & patientiam differentibus nobis, qui sit sermo verus, facilius ab auditoribus dignoscatur. Si autem diffideas & discordes a temet ipso, quo modo stabis? Necesse est ut cadat, qui in semet ipso dividitur. [f] *Omne enim regnum in semet ipsum divisum, non stabit*. Ad hæc si quid videtur, dicito.

XXXII. Et Simon: Stultitiam tuam demiror. Sic nobis Magistri tui verba proponis, quasi certum de eo habeatur, quod Propheta sit; quem ego perfacile demonstrare possum, multa sibi contraria locutum. Denique ex his quæ ipse protulisti, arguam te. Ais enim dixisse eum: *Omne regnum, vel omnis civitas divisa in semet ipsa, non stabit*. Et alibi iterum ais eum dixisse, quia ipse miserit gladium, ut separaret eos qui in domo sunt; ita ut dividatur filius a patre, & filia a matre, & frater a fratre; ut [g] si fuerint in una domo quinque, dividantur tres adversum duos, & duo adversum tres. Si ergo omne quod dividitur, cadit; iste qui divisiones facit, cadendi præstitit caussas: & si talis est, utique malus est. Ad hæc responde si potes.

XXXIII. Et Petrus: Non temere deroges, o Simon, his quæ non intelligis. Primo ergo respondeam pro eo quod ais, me Magistri mei verba proponere, atque ex ipsis ea de quibus dubitatur, absolvere. Dominus noster mittens nos

a Matth. v. 9. *b* Matth. x. 25. *c* Matth. x. 34-36. Luc. xii. 53. *d* Matth. xxiii. Luc. xi. *e* Matth. x. 12-14. Luc. x. 5. 6. *f* Matth. xii. 25. *g* Luc. xii. 52.

Apostolos [a] ad prædicandum, præcepit nobis, ut doceamus omnes gentes, de his quæ mandata sunt nobis. Neque ergo dicere ea, ut ab ipso dicta sunt, possumus. Non enim dicere, sed docere ea in mandatis habemus; & ex ipsis ostendere, quo modo unumquodque eorum veritate subnixum sit. Neque rursus proprium nobis aliquid dicere permissum est. Sumus enim missi; & necessario, qui missus est, illud quod jussus est, nuntiat, & voluntatem mittentis exponit. Nam si aliud dicam, quam præcepit mihi ille qui me misit, falsus ero Apostolus; qui non illud dico quod jussus sum dicere, sed quod mihi videtur: quod qui facit, utique se meliorem vult ostendere, quam est ille a quo missus est: & est sine dubio prævaricator. Si vero ea quæ jussus est, prosequatur, eorumque adsertiones manifestissimas proferat; Apostoli opus exsequi videbitur: quod ego nunc implere contendens, non tibi placeo. Non ergo reprehendas, quod ejus qui me misit, proferam verba: sed si est in illis aliquid, quod non sit integre dictum; inde me ut arguas licet: quod tamen nullo modo fieri potest. Aut si non putas eum Prophetam esse, hoc primo requiratur.

XXXIV. Et Simon: Non opus habeo hoc discere abs te: sed quo modo sibi ista conveniant. Si enim inconsonans ostendetur, simul etiam Propheta non esse docebitur. Tum Petrus: Sed si prius, inquit, ostendero eum Prophetam; hoc quod videtur esse inconsonans, non erit: neque enim ex consonantia quis Propheta esse probatur; quia hoc multis possibile est facere: quod si consonantiam Propheram non facit, multo magis nec inconsonantia. Quia ergo multa sunt, quæ videntur quidem inconsona esse nonnullis, habent, tamen profundiore ratione in semet ipsis consonantiam; sicut & aliqua quæ videntur habere consonantiam, discussa diligentius, inveniuntur inconsona: hac de caussa aliam non puto rectiorem esse viam ad horum discrimen, nisi ut prius cognoscamus, si is qui locutus est ea quæ videntur inconsona, Propheta sit. Si enim invenitur Propheta esse, omnia illa quæ videntur sibi esse contraria, constat habere consonantiam, sed non intelligi. De his ergo probamenta rectius requirentur. Nos enim Apostoli, illius qui nos misit, verba exponere missi sumus & adfirmare sententias: proprium vero dicere aliquid, non habemus in mandatis; sed verborum illius, ut dixi, aperire veritatem.

XXXV. Et Simon ait: Doce ergo nos, quo modo conveniat, ut is qui divisiones facit, quæ divisiones cadere faciant eos qui dividuntur; vel bonus videatur, vel ad hominum salutem venisse. Et Petrus: Audi, quo modo Magister noster omne regnum, & omnem domum divisam adversum semet ipsam, dixit stare non posse. Hoc autem cum ipse fecit, vide quo modo ad salutem cedat. In errore positum mundi regnum, vel unamquamque in eo domum, verbo veritatis dividit, procul dubio, ut cadat error & veritas regnet. Quod si alicui accidat domui, ut error introductus per aliquem, dividat veritatem; cum error obtinuerit, certum est veritatem stare non posse. Et Simon: Sed incertum est, utrum Magister vester errorem dividat, an veritatem. Et Petrus: Istud alterius quæstionis est. Sed si constat apud te, quia omne quod divisum fuerit, cadit: superest ut ostendam, si tantum cum pace audire vis, quod Jesus noster errorem diviserit ac resolverit, docendo veritatem.


XXXVI. Tum Simon: Omitte, inquit, sermonem pacis frequenter iterare: quid vero sit quod sentis aut credis, breviter expone. Et Petrus ait: Quid times crebro audire de pace? An ignoras quia perfectio Legis pax est? Ex peccatis enim bella nascuntur & certamina: ubi autem peccatum non fit, pax est animæ: ubi vero pax est, in disputationibus veritas, in operibus justitia invenitur. Et Simon: Videris mihi non posse profiteri quod sentis. Et Petrus: Dicam, ex arbitrio tamen, non tuis versutiis coactus. Cupio enim, quod salutare & utile est, omnibus adduci in notitiam; & ideo proferre quam brevissime non morabor. Unus est Deus, idem qui conditor mundi, justus judex, & unicuique pro actibus suis quandoque restituens. Jam vero pro adsertione horum, scio innumera posse verborum millia commoveri.

XXXVII. Et Simon ait: Miror quidem velocitatem ingenii tui; non tamen amplector errorem fidei tuæ: prudenter enim prævidisti, quod tibi contradici posset e turba: ideo etiam ipse professus es, quod pro adsertione horum, innumera verborum millia movebuntur: nulli enim concordat professio fidei tuæ. Denique, quod unus sit Deus, cujus sit opus mundus; hoc primum quis recipiat? puto quia neque Paganorum quisquam, quamvis ille sit idiota: Philosophorum autem omnino nullus: sed ne Judæorum quidem imperitissimus quisquam & miserrimus; neque ego ipse, qui eorum Legem bene novi. Et Petrus: Omitte, inquit, opiniones absentium: tibi quid videtur, præsens præsenti dicito. Tum Simon: Possum, inquit, exponere quod vere sentio: sed pigriorem me facit illa consideratio; quia si dixero, quod neque sit tibi consonum, neque vulgo huic imperito rectum videtur; tu quidem quasi obstupefactus, aures continuo occludens, velut ne blasphemia polluantur, verteris in fugam, quia quod respondeas non invenies; populus autem irrationabilis, adsentatus tibi, te quidem amplectetur, quasi ea docentem quæ in usu eis sunt; me vero exsecrabuntur, veluti nova quædam atque inaudita profitentem, meumque errorem alienis mentibus inferentem.

XXXVIII. Tum Petrus: Numquid non tu, in quo nos accusabas, ipse ambagibus uteris, nihil habens quod adferas veritatis? Aut si habes, incipe absque circuitionibus, si tantum confidis: & si quidem non placuerint alicui auditorum quæ dicis, abscedet; qui vero permanserint, cogentur adsertionibus tuis, probare quod verum est. Incipe igitur quod tibi rectum videtur exponere. Et Simon ait: Ego dico multos esse Deos; unum tamen esse incomprehensibilem atque omnibus incognitum, horumque omnium deorum Deum. Tum Petrus: Hunc, inquit, quem dicis esse incomprehensibilem & incognitum omnibus Deum, ex Scripturis Judæorum quæ in auctoritate habentur, probare potes; an ex aliis aliquibus, quas omnes ignoramus; an ex Græcis auctoribus; an ex tuis scriptis propriis? Certe ex quibuscumque vis, dicito; ita tamen ut ostendas eas prius esse propheticas: ita enim fiet, ut earum indubitata habeatur auctoritas.

[a] Matth. XXVIII. 19. 20.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



XXXIX. Et Simon ait: Ex Lege Judæorum solas adsertiones adhibebo. In omnibus enim qui religionis curam gerunt, manifestum est totius esse auctoritatis hanc Legem: unumquemque tamen secundum proprium sensum intelligentiam Legis hujus accipere. Ita enim ab eo qui mundum condidit scripta est, ut in ipsa rerum fides habeatur. Unde sive quis vera, sive etiam falsa proferre velit, absque hac Lege nulla recipitur adsertio. Quia igitur scientia mea plenissime cum Lege concordat, recte multos esse pronuntiavi deos; quorum unus est eminentior & incomprehensibilis; ipse qui est Deus deorum. Quod autem multi sint dii, ipsa me edocuit Lex. Primo quidem ubi ex persona serpentis dicitur ad Evam, B primam mulierem: [a] *Quacumque die manducaveritis de ligno sciendi bonum & malum, eritis sicut dii*: hoc est, sicut hi qui hominem fecere. Postea enim quam gustavere de ligno, ipse Deus testatur dicens ad reliquos deos: [b] *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis*. Sic ergo constat multos esse deos, qui hominem fecerint; quia & initio ita dicit Deus ad ceteros deos: [c] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. Sed & quod ait [d]: [1] *Ejiciamus eum*. Et iterum: [e] *Venite descendentes confundamus linguas eorum*. Omnia hæc multos esse indicant deos. Sed & illud scriptum est: [f] *Deos non maledices, & principem populi tui non maledices*. Et rursum quod C scriptum est: [g] *Dominus solus ducebat eos, & non erat cum illis deus alienus*; multos esse ostendit deos. Sunt & alia plurima, quæ proferri possunt ex Lege testimonia, non solum obscuriora, sed & manifesta, quibus multis esse doceantur dii; ex quibus unus, ut Judæorum populo Deus esset, forte electus est. Ego autem non hunc adfero; sed illum qui etiam hujus Deus est, quem ne ipsi quidem Judæi norunt: neque enim ipsorum est Deus, sed eorum qui agnoverint eum.

XL. His auditis Petrus: Nihil, inquit, verearis, Simon: ecce enim neque aures claudimus, neque fugimus; sed ad ea quæ falso prosecutus D es, veritatis sermonibus respondemus: illud primo adserentes, quia unus est Deus, hic ipse Judæorum; qui est solus Deus, cæli creator ac terræ; qui & omnium, etiam quos dicis deorum, Deus est. Si ergo ostendero nullum esse hoc superiorem, sed ipsum esse super omnia, fateberis errorem tuum esse super omnia. Et Simon: Quid enim, inquit; etiam si ego nolim fateri: qui adsistunt auditores, nonne arguent me, nolentem quæ vera sunt profiteri?

XLI. Ausculta ergo, ait Petrus, ut scias primo, quod etiamsi multi sunt dii, ut dicis: Judæorum Deo subditi sunt, cui neque æqualis quisquam, neque major esse potest. Scriptum est enim, quod ita dicat ad Judæos Moyses Propheta: [h] *Dominus Deus vester, hic est Deus deorum, & Dominus dominorum, Deus magnus*: ita, etiam si multi sunt qui dicuntur dii, unus est tamen major omnium, Judæorum Deus, qui & deorum Deus dictus est. Neque enim quicumque dictus fuerit deus, continuo Deus est. Denique & Moyses [i] deus dicitur Pharaonis; & certum est, eum hominem fuisse: & [k] judices dii appellati sunt; & constat, eos fuisse mortales. Simulacra quoque Gentium, dii appellantur; & omnes scimus, quia non sunt; sed impiis quasi pro pœna hoc datum est, ut quia verum Deum cognoscere noluerunt, quæcumque eis forma & imago occurrisset, haberetur ab eis deus; quoniam unius, ut dixi, qui est omnium Deus, agnitionem suscipere recusarunt: ideo ergo conceditur eis illos habere deos, qui præstare supplicantibus nihil possunt. Quid enim aut exanima simulacra conferre hominibus queant, aut animantia; cum potestas omnium apud unum sit?

XLII. Tribus igitur modis Deus quis dicitur; vel quia vere est; vel quia ei qui vere est, ministrat; & ob honorem mittentis, ut plena sit ejus auctoritas, hoc dicitur iste qui missus est, quod est ille qui misit: ut sæpe factum est de Angelis; qui tamen cum apparuerint homini, si sit prudens & eruditus vir, interrogat ejus qui apparuit nomen, ut simul & honorem missi, & auctoritatem mittentis agnoscat. [2] Est enim uniuscujusque gentis Angelus, cui credita est gentis

a Gen. III. 5. *b* Gen. III. 22. *c* Gen. I. 26. *d* Gen. III. 22. *e* Gen. XI. 7. *f* Exod. XXII. 28.
g Deut. XXXII. 12. *h* Deut. X. 17. *i* Exod. VII. 1. *k* Exod. XXII. 28.

1. *Ejiciamus eum.*] Clementin. III. 39. Epitom. 37. Cedren. p. 171. l. 20. Facile mihi persuaserim, additum id fuisse loco Genes. III. 22. ob pendentem sententiam: *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternum.* Simile quippe additamentum complectitur Versio Arabica: *Oportet ut exeat ex horto.*

2. *Est enim uniuscujusque gentis Angelus.*] Ad hæc & sequentia observare oportet non pauca. I. quod Angeli ἐθνάρχαι heic dicantur Angeli boni, & lib. 8. cap. 51. 56. Angeli mali, id esse ex doctrina Origenis & Hieronymi, E qui gentibus utrosque Angelos præponunt. Certe textum LXX. Deuteron. XXXII. 8. ὅτε διεμέριζεν ὁ ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων θεοῦ. *Quando dividebat Altissimus gentes, quando disseminavit filios Adæ; constituit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei*; ad quem in hoc capite respicitur, Maximus enarrans caput 9. cælestis Hierarchiæ, cum aliis pluribus explicat de sanctis Angelis; Auctor vero Operis imperfecti in Matthæum ad cap. 24. vers. 9. seu Homilia 48. de malignis; nec multum diverse Rufinus Expositione in Symbolum Apostolorum. II. de LXX. seu LXXII. nationibus, (de quibus Horus Apollo lib. 1. cap. 14.) totidemque Angelis præfectis, & linguis, veteres Christianos & Judæos consentire: Pacianum tamen Epistola 2. adversus Novatianos, ponere linguas CXX. nisi sit rescribendum parva mutatione, LXX. Euphoro autem, vel Ephoro aliisque multis Historicis apud Clementem Alexandrinum Strom. I. p. 338. gentes & linguas esse LXXV. III. unum illum in Archangelis maximum, cui data sit dispensatio populi Dei, videri esse Michaelem; ex Danielis X. 13. 21. XII. 1. ac ex Dionysio de cælesti Hierarchia cap. 9. ὦ Μιχαὴλ πρωτάγγελε, inquit Michael Syncellus Laudatione in cælestes Virtutes. Et in Oratione Nicetæ de laudibus Michaelis & Gabrielis, vocantur illi, τῆς ἀρχαγγελικῆς τάξεως ταξιάρχαι, καὶ πάσης ἀγγέλων δημαγωγοὶ χοροστασίας. IV. verba citata e Deuteronomio, leviter depravata legi in Victorino ad Apocalypsim, Theodorito Hæret. Fabul. lib. 5. cap. 7. & Maximo ubi supra. V. denique observari meretur fragmentum Regii Codicis 1648. de linguis & gentibus 72. & conferri cum Eusebio, Epiphanio, Chronico Alexandrino, Georgio Syncello, &c. Subjicio illud, levibus vitiis purgatum.

Κωνσταντῖνος ὁ χαρτοφύλαξ ἐν τῷ ἐγκωμίῳ τῶν ἁγίων πάντων τὰς οβʹ. γλώσσας ὠνόμασεν οὕτω.

Ἕλληνες ἅμα καὶ Βάρβαροι, Μακεδόνες καὶ Θετταλοὶ, Παίωνες καὶ Ἰλλυρικοὶ, Ἀθηναῖοι καὶ Ἀργεῖοι καὶ Λάκωνες, καὶ οἱ τὸν Εὔξεινον πόντον περικαθήμενοι Θρᾶκές τε καὶ Βυζάντιοι, καὶ οἱ πρὸς τῷ Βοσπόρῳ Κιμμέριοι, Βιθυνοί τε καὶ Καππαδόκαι, Φρύγες καὶ Κᾶρες καὶ Λύκιοι, Γαλάται καὶ Ἴσαυροι, Λυδοὶ καὶ Πισίδαι καὶ Πάμφυλοι, Λυκάονές τε καὶ Κίλικες, Σκύθαι καὶ Πέρσαι καὶ Βάκτριοι, Κόλχοι καὶ Ἀσσύριοι, Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, Ὀσροηνοί τε καὶ Βλέμμυες, Ἰνδοὶ καὶ Αἰθίοπες, Ἰσμαηλῖται καὶ Αἰγύπτιοι, Σύροι καὶ Παλαιστινοὶ, Κύπριοι καὶ Κρῆτες καὶ Ῥόδιοι, Αἰολεῖς καὶ Ἴωνες, Γότθοι καὶ Ἀβασγοί τε καὶ Χάλυβες, Φοίνικές τε καὶ Ἄραβες, Ῥωμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι, Κυρηναῖοί τε καὶ

ipsius dispensatio a Deo: qui tamen cum apparuerit, quamvis putetur & dicatur ab his quibus præest, Deus; tamen interrogatus, non sibi dabit ipse tale testimonium. Deus enim excelsus, qui solus potestatem omnium tenet, in septuaginta & duas partes divisit totius terræ nationes, eisque principes Angelos statuit: uni vero qui in Archangelis erat maximus, sorte data est dispensatio eorum, qui præ ceteris omnibus excelsi Dei cultum atque scientiam receperunt. Sed & sancti homines, ut diximus, impiorum efficiuntur dii, tamquam qui potestatem acceperint in eos vitæ ac necis: ut de Moyse, & judicibus supra memoravimus. Propter quod scriptum est de eis: [a] *Deos non maledices, & principem populi tui non maledices*. Principes ergo singularum gentium, dii appellantur. Principum autem Deus, Christus est, qui est omnium judex. Vere ergo neque Angeli, neque homines, neque ulla creatura, dii esse possunt: quippe qui sub potestate sunt positi, tamquam creati & mobiles: Angeli quidem, ut qui non fuere, & sint; homines autem, ut mortales; omnis vero creatura, ut quæ solvi possit, sed revera si voluerit ille qui fecit. Et ideo ille solus verus est Deus, qui non solum ipse vivit, sed & aliis vitam præstat, quam & auferre potest cum vult.

XLIII. Propterea ergo clamat Scriptura ex persona Dei Judæorum, & dicit: [b] *Videte, videte, quoniam ego sum Deus; & non est alius præter me. Ego occidam, & vivere faciam; percutiam, & ego sanabo; & non est qui eripiat de manibus meis*. Vides ergo quo modo ineffabili quadam virtute, Scriptura occurrens futuris erroribus eorum qui alium Deum, præter eum qui est Judæorum, vel in cælis esse, vel in terris, adfirmarent, pronuntiat dicens: [c] [1] *Dominus Deus tuus, Deus unus est, in cælo sursum, & in terra deorsum; & præter ipsum alius non est*. Quo modo ergo ausus es dicere alium esse Deum, præter eum qui Judæorum est Deus? Et iterum dicit Scriptura: [d] *Ecce Domini Dei tui cælum, & cælum cæli, terra, & omnia quæ in eis sunt. Verumtamen patres tuos elegi, ut diligerem eos, & vos post ipsos*. Ita ex omni parte ab Scriptura munitur ista sententia; quia ipse qui mundum creavit, verus & solus est Deus.

XLIV. Quod & si sint alii, ut diximus, qui dicuntur dii; sub potestate sunt Judæorum Dei; quia ita dixit Scriptura Judæis: [e] *Dominus Deus noster, hic est Deus deorum, & Dominus dominorum*. Hunc etiam solum colendum monet Scriptura, dicens: [f] *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*: &; [g] *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est*. Denique & sancti Spiritu Dei repleti, & guttis misericordiæ ejus irrorati exclamabant, dicentes: [h] *Quis similis tibi in diis, Domine, quis similis tibi?* Et iterum: [i] *Quis Deus præter Dominum? & quis*

A *Deus præter Dominum nostrum?* Itaque Moyses, ubi proficere populum vidit, paullatim eos ad intelligentiam Monarchiæ, & fidem Dei unius initiavit; ut in consequentibus dicit: [k] *Nomina deorum aliorum non commemorabis*; recordatus sine dubio, quali pœna damnatus sit serpens, qui primus nominaverat deos. Terram denique comedere condemnatur, & tali cibo dignum videbatur os, quod primum omnium, appellationem deorum introduxit in mundum. Quod & si tu multos deos vis introducere, vide ne exitum serpentis similem sortiaris.

XLV. Certus autem esto, quod nos hujus ausi
B socios non habebis; nec decipi nos patiemur abs te. Neque enim proderit nobis ad excusationem in judicio, si dicamus, quod tu deceperis nos; quia [l] nec primam mulierem excusare potuit, male credidisse serpenti; sed morte, quia male crediderit, condemnata est. Hac ergo de caussa & Moyses unius Dei fidem populo commendans, ait: [2] *Observa tibi ipsi, ne seducaris a Domino Deo tuo*. Vide quia eodem verbo utitur, quo & prima mulier in excusatione utebatur, seductam se dicens: sed nihil profuit. Super omnia autem, si verus aliquis surgeret propheta, qui signa & prodigia faceret; suadere autem velit, ut coleremus deos alios, præter Judæorum
C Deum; numquam ei credere possemus. Sic enim nos docuit Lex divina, secretum sermonem purius ex traditione commendans. Ait ergo: [m] *Si surrexerit in te propheta, aut somnians somnium; & dederit signa vel prodigia; & evenerint signa illa, vel prodigia; & dixerit ad te; eamus & colamus deos alienos, quos nescitis: non audietis verba prophetæ illius, neque somnium somniatoris illius; quia tentans tentavit vos, ut videat si diligitis Dominum Deum vestrum*.

XLVI. Propterea ergo & Dominus noster, signa & prodigia faciens, Deum prædicabat Judæorum: & ideo recte prædicationi ejus credi-
D tur. Tu autem, etiam si vere propheta esses; & signa faceres ac prodigia, sicut promittis; & alios adnuntiares deos, præter eum qui verus est; manifestum esset, te ad tentationem populo Dei suscitatum: & ideo credi tibi omnino non potest. Unus est enim verus, qui est Judæorum Deus. Et ob hoc Dominus noster Jesus Christus docebat [n], quærendum esse, non Deum quem bene noverant; sed regnum & justitiam ejus, quam Scribæ & Pharisæi, [o] suscepta scientiæ clave, non concluserant, sed excluserant. Nam si ignorassent verum Deum; numquam utique hujus rei scientiam relinquens, quæ erat omnium caput, culparet eos de parvis & minimis; id
E est, quod dilatarent fimbrias suas, & primos accubitus in conviviis vindicarent; & quod in quadriviis stantes orarent; & alia his similia: quæ utique ex comparatione magni hujus capitis, ignorantiæ Dei, exigua videntur & parva.


a Exod. xxii. 28. b Deut. xxxii. 39. c Deut. iv. 39. d Deut. x. 14. 15. e Deut. x. 17. f Matth. iv. 10. g Deut. vi. 4. h Psalm. xxxiv. 10. lxxxv. 8. i Psalm. xvii. 32. k Jos. xxiii. 7. in lxx. l Gen. III. m Deut. xiii. 1-3. n Matth. vi. 33. o Luc. xi. 52.

Λίβυες, Λάχες καὶ Γέται καὶ Σαυρομάται, Κίλτοι τε καὶ Βάνδυλοι, Ἴβηρες, Κροάτοι καὶ Μωαβῖται καὶ Αμμανῖται, Χαναναῖοι καὶ Χετταῖοι καὶ Αμοῤῥαῖοι καὶ Φερεζαῖοι, Εὐαῖοι καὶ Γεργεσαῖοι καὶ Ἰεβουσαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες νήσους Βρεττανικὰς καὶ τὰ Γάδειρα. Οσας Μωϋσῆς ἔξω. (forte ἔξωθεν.) Leg. Conc. VII. Nicænum, 2. Act. 5. post med.

1. *Dominus Deus tuus, Deus unus est*.] Sic in Vulgata Marc. XII. 29. concordantibus Hieronymo, Augustino, &c. Aliter ab Irenæo: aliter ab aliis. Videatur Fronto Ducæus ad Homiliam Chrysostomi de Phoca Martyre.

2. *Observa tibi ipsi, ne seducaris a Domino Deo tuo*.] Lege Deut. VI. 12. VIII. 11. XI. 16. & XIII. 5.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



XLVII. Et Simon ad hæc ait: Ex verbis Magistri tui convincam te, quia etiam ipse ignotum quemdam omnibus introducit Deum. Cum enim & Adam creatorem suum scierit Deum, mundique conditorem: & Enoch, quippe qui ab eo translatus est: & Noe, utpote ab eo jussus arcam construere: cumque & Abraham, & Isaac, & Jacob, & Moyses, & omnes patres, omnisque populus, atque omnes gentes noverint conditorem mundi, & fateantur Deum: Jesus vester, qui longe posterior patribus apparuit, dicit: [a] *Nemo novit Filium, nisi Pater; neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare*. Ita ergo & Jesus vester alium esse Deum incomprehensibilem omnibus & incognitum fatetur.

XLVIII. Tum Petrus: Contraria, inquit, tibimet ipsi te proferre non sentis. Si enim & Jesus noster scit istum, quem dicis, incognitum Deum; ergo jam non a te solo est cognitus. Immo si Jesus noster eum novit; Moyses quoque qui & Jesum venturum esse prophetavit, sine dubio nec ipse ignoravit eum: propheta enim erat; & qui de Filio prophetavit, sine dubio cognoverat Patrem. Si enim in voluntate est Filii, revelare Patrem cui voluerit; Filius qui ab initio & semper cum Patre fuit, per singulas quasque generationes, sicut revelavit Moysi Patrem, ita & aliis prophetis: quod si est; nulli patrum fuisse eum incognitum constat. Tibi vero qui Filium non credis, quo modo potuit revelari Pater; qui nulli notus est, nisi cui voluerit Filius revelare? Revelat autem Filius Patrem his, [b] qui ita honorificant Filium, sicut honorificant Patrem.

XLIX. Tum Simon: Memento, inquit, quia Filium dixisti habere Deum; quod est injuriæ: quo modo enim habere filium potest, nisi similia hominibus aut animalibus patiatur? Sed de his non est nunc tempus arguere profundam stultitiam tuam: festino enim de immensitate summæ lucis exponere; & jam nunc audi. Puto esse aliquam Virtutem immensæ & ineffabilis lucis; cujus magnitudo incomprehensibilis habeatur; quam Virtutem, etiam mundi conditor ignoret, & legislator Moyses, & Magister vester Jesus.

L. Tunc Petrus: Non tibi videtur amentiæ res esse, adserere velle quempiam, quod sit alius Deus, quam Deus omnium, & dicere; Puto esse Virtutem quamdam; & prius quam ipsi certum sit quod loquitur, hoc velle aliis confirmare? Est ne aliquis ita præceps, qui verbis tuis credat; in quibus te ipsum videat dubitantem? & admittat esse aliquam Virtutem incognitam creatori Deo, & Moysi, & Prophetis, & Legi, & Jesu etiam Magistro nostro; quæ Virtus ita bona sit, ut nulli velit innotescere, nisi uni tantum; & hoc tibi tali? Tum deinde si nova est ista Virtus; quo modo nobis non dat novum aliquem sensum, præter hos quos gerimus quinque; ut ex ipso ab eo nobis largito novo sensu, ipsam quæ nova est, capere & intelligere possimus? Aut si non potest largiri; quo modo tibi largita est? Aut si tibi revelavit; cur non & nobis? Si vero a temet ipso intellexisti, quæ ne prophetæ quidem sentire aut intelligere potuerunt; dic, age,

A nobis nunc; quid unusquisque nostrum cogitat. Si enim tantus est in te spiritus, ut ea quæ super cælos sunt, incognita omnibus, & omnibus incomprehensibilia cognoscas; multo facilius cogitationes humanas, quæ in terris habentur, agnoscis. Quod si cogitationes nostras, qui heic stamus, non potes scire; quo modo ea quæ nullis esse cognita adfirmas, scire te dicis?

LI. Crede autem mihi, quia numquam scires quid est lux, nisi ab ipsa luce accepisses & visum & intellectum videndi: sic & in ceteris. Hinc accepta intelligentia, majus aliquid & sublimius somnii instar excogitas; occasione tamen ex istis

B quinque sensibus sumta, quorum largitori ingratus es. Certus autem esto, quod donec non invenis novum aliquem sensum, qui extra hos quinque sit quibus omnes utimur, novum adserere non poteris Deum. Et Simon: Cum quinque sensibus constent omnia quæ sunt; nihil novum addere Virtus illa, cunctis eminentior, potest. Et Petrus ait: Falsum est. Est enim & alius sextus sensus, id est, prænoscendi: isti enim quinque sensus, scientiæ capaces sunt; sextus autem præscientiæ est, quem habuere prophetæ. Tu ergo quo modo potes Deum omnibus incognitum nosse, qui nec propheticum sensum qui est præscientiæ, meruisti? Tum Simon cœpit dicere: Hanc, quam di-

C co, Virtutem incomprehensibilem & eminentiorem cunctis, etiam ipso qui mundum condidit Deo; neque Angelorum quisquam, neque dæmonum novit, neque Judæorum, neque ulla omnino quæ a conditore Deo substitit creatura. Quo modo enim poterat, quam creator ipse non noverat, Lex me ipsius creatoris edocere; cum nec ipsa sciret quod doceret?

LII. Et Petrus: Miror, inquit, quo modo tu ex Lege plus potueris discere, quam docere vel scire Lex poterat? & quo modo horum quæ adserere vis, probationes dicas te ex Lege proferre; cum neque Legem adferas nosse ea quæ di-

D cis, neque eum qui Legem dedit, id est, mundi creatorem. Sed & hoc miror, quo modo tu, qui solus hæc nosti, heic modo cum omnibus stes, brevis atrii hujus ambitu circumdatus. Et Simon, videns cum omni populo ridentem Petrum: Rides, inquit, Petre, cum sermo de tantis rebus, & tam eminentibus habeatur? Tum Petrus: Noli, inquit, indignari Simon: nihil enim præter promissionem nostram gerimus; neque aures nostras claudimus, ut dicebas; neque statim ut audivimus a te ineffabilia proferri, in fugam versi sumus; sed ne loco quidem moti. Neque enim verisimilia saltem aliqua proferuntur abs te, quæ nos possint aliquatenus deterrere: aut certe aperi nobis intelligentiam dicti hujus; quo modo tu

E ex Lege didiceris Deum, quem Lex ipsa nescit, & quem ipse qui Legem posuit, ignoret. Et Simon: Si, inquit, ridendo cessasti, evidentibus adsertionibus comprobabo. Et Petrus ait: Quin desinam, ut possim discere a te, quo modo tu a Lege didiceris, quæ Lex nescit, & quæ ipse Deus Legis ignoret.

LIII. Et Simon; Audi, inquit: manifestum est omnibus, & ineffabili quadam ratione compertum, unum esse Deum, qui sit omnium melior; a quo omne quod est, sumsit exordium; unde & necessario subjecta sunt ei omnia quæ

a Matth. xi. 27. b Joan. v. 23.

post ipsum sunt, velut principi omnium & eminentiori. Ego ergo, cum cognovissem Deum hunc qui creaverat mundum, secundum quod Lex docet, in multis esse infirmum: longe autem abhorret infirmitas a perfecto Deo: & hunc viderem non esse perfectum; necessario alium esse intellexi, qui esset perfectus. Hic enim, ut dixi; secundum quod scriptura Legis docet; in multis infirmus esse deprehenditur. Primo, quod homo quem plasmavit, non potuit permanere talis, qualem ipse voluerat: & quia nec bonus est, qui primo homini posuit legem, ut ab omnibus quidem lignis paradisi ederet, de ligno autem scientiæ non contingeret; sed si gustasset, moreretur. Cur enim vetaret eum vesci, ut sciret quid esset bonum, vel quid malum; ut sciens, mala quidem vitaret, bona vero eligeret? Sed neque ipse hoc concessit: & quia ille præter mandatum gustavit, & agnovit quid esset bonum, ac didicit honoris gratia verenda contegere: indecorum enim sensit, revelatis pudendis, stare ante creatorem suum: ille eum, qui honorem Deo deferre didicerat, morte condemnat; & serpenti, qui hæc ostenderat, maledicit. Sed utique si lædendus ex hoc erat homo; cur omnino lædendi caussam in paradiso posuit? Si vero bonum erat, quod in paradiso posuit; non est boni, prohibere a bono.

LIV. Sic ergo, cum is qui hominem fecit & mundum, secundum ea quæ Lex refert, imperfectus sit; alium sine dubio dat intelligi, qui perfectus sit. Necesse est enim esse aliquem omnium præstantiorem, propter quem & omnis creatura ordinem suum servat. Unde & ego sciens, quia omnimodo necesse est aliquem benigniorem & potentiorem eo, qui Legem dedit imperfecto Deo; ex comparatione imperfecti, perfectum quid sit intelligens; ex ipsa Scriptura Deum illum, de quo scriptum non erat, intellexi. Et hoc modo potui, o Petre, ex Lege discere, quod nesciebat Lex. Quod & si Lex non dedisset indicia, quibus colligeretur imperfectus esse Deus qui condidit mundum; mihi possibile erat, etiam ex his quæ in hoc mundo geruntur malis, nec emendantur, colligere; vel quia impossibilis est creator ejus, qui male gesta non corrigit, si non potest; vel si non vult auferre mala, ipse malus sit: si vero neque potest, neque vult; nec potens, nec bonus sit: & ex his necesse est colligi, quod alius sit Deus, omnium præstantior & potentior. Ad hæc si quid habes dicere, non moreris.


LV. Petrus respondit: Solent ista, o Simon, absurda adversum Deum meditari, hi qui Legem non magistris tradentibus legunt; sed semet ipsos doctores habent, & putant se intelligere posse Legem, quam sibi non exposuit ille, qui a magistro didicerit. Verumtamen nunc, ut & nos secundum tuum sensum scripturam Legis sequi videamur; quia & impossibilem, & non bonum dicis ostendi conditorem mundi; quo modo non vidisti, quod iisdem ipsis reprehensionibus succumbit, & subjacet etiam ista Virtus tua, quam dicis esse eminentiorem omnium? Eodem namque modo de ipsa dici potest; quia omnia quæ heic male geruntur, aut impossibilis est, quæ non corrigit; aut si potest, & non vult, mala est: si vero neque potest, neque vult; & impossibilis, & imperfecta est. Unde non solum simili culpæ Virtus ista tua nova, sed & deterio- A ri invenitur obnoxia; si super hæc omnia, etiam cum non sit, esse credatur. Nam is qui mundum creavit, hoc ipsum quod subsistit, ex opere ejus quo mundum condidit, palam est; sicut etiam ipse confiteris: ista vero Virtus, quam te solum scire dicis, nullum de se indicium præbet, per quod hoc ipsum saltem quod est & subsistit, possimus advertere.

LVI. Quale est ergo, ut derelinquamus Deum, in cujus mundo vivimus, & omnibus ad vitam necessariis fruimur; & sequamur nescio quem, cujus non solum nihil consequimur boni; sed ne hoc ipsum quidem, quod sit, scire possumus; B scilicet, quia nec est: sive enim eum lucem appelles, & luce ista quam cernimus clariorem; nomen ipsum a mundi conditore mutuaris: sive substantiam dixeris super omnia; intelligentiam hinc profers cum sermonis augmento: sive mentem, sive bonitatem, sive vitam, sive aliud quid memoraveris; hinc vocabula mutuaris. Cum ergo nihil novi de illa Virtute quam dicis, non solum ad intelligendum, verum ne ad nominandum quidem habeas; quo modo introducis novum Deum, cujus ne appellationem quidem invenis novam? Virtus enim non solum creator mundi dicitur; sed & ministri gloriæ ejus, omnisque militia cælestis. Non tibi ergo melius videtur C esse, ut sequamur factorem nostrum Deum, tamquam patrem erudientem nos & imbuentem, sicut ipse novit? Quod & si sit aliquis, ut tu dicis, benignior omnium Deus; certum est, quia non irascetur nobis: si vero irascitur, malus est. Noster autem Deus, si irascitur & vindicet; non est malus, sed justus: proprios enim filios corripit & emendat. Ille vero qui nihil nobiscum habet negotii, si vindicare velit in nos, quo modo bonus erit? supplicia sumens de nobis, quod non derelicto patre nostro, ipsum secuti sumus, inanibus suspicionibus tracti: quo modo ergo iste talis bonus a te adseritur, qui nec justus intelligi potest?

D LVII. Tum Simon: Tantumne erras Petre, ut nescias, quia animæ nostræ a bono Deo sunt, illo omnium præstantiore; sed captivæ deductæ sunt in hunc mundum? Et Petrus: Ergo non est omnibus incognitus, sicut paullo ante dicebas: & tamen quo modo indulsit bonus Deus captivitatem fieri animarum suarum, si erat super omnes potentior Virtus? Et Simon: Ipse misit creatorem Deum, ut conderet mundum: sed ille mundo condito, semet ipsum pronuntiavit Deum. Et Petrus: Ergo non ignoratur ab eo qui condidit mundum, ut superius dixeras: sed neque animæ ignorant eum, siquidem ab ipso abductæ sunt. Cui ergo jam erit incognitus, si E & mundi creator novit eum, utpote ab ipso missus, secundum ea quæ tu dicis; & omnes animæ, tamquam ab ipso huc violenter abstractæ? Tum deinde dicas velim; qui mittebat conditor mundi, non sciebat eum qui mittebatur, fidem non servaturum? Si nesciebat, præscius non erat: si vero præscit & passus est, facti hujus ipse reus est, qui non vetuit: quod si non potuit, omnipotens non est: si vero quasi bonum id sciens, non prohibuit; invenitur ille esse melior qui præsumsit facere id, quod ille qui mittebat, ignoravit bonum.

LVIII. Et Simon: Volentes, inquit, ad se venire suscipit, & ipsis benefacit. Et Petrus:

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



Nec hoc novum est; hoc enim facit & hic, quem A mundi creatorem fateris. Et Simon: Sed [1] bonus Deus, tantum si agnoscatur, salutem præstat; mundi autem conditor exigit etiam Legem impleri. Et Petrus: Ergo & adulteros, & homicidas salvat, si cognoverint eum: bonos autem & sobrios, vel misericordes; si nullum de eo indicium capientes, ignoraverint eum, non salvat. Magnum bonum prædicas; qui non tam malos salvet, quam qui bonis nullam misericordiam præstet. Et Simon: Magnus sane labor est agnoscere eum homini in carne posito. Omnibus enim tenebris tetrius; & omni luto gravius est corpus hoc, quo circumdatur anima. Et Petrus: Ergo bonus iste Deus quæ difficilia sunt, quærit. Qui B autem vere Deus est, faciliora expetit. Dimittat itaque nos quasi bonus, apud patrem & creatorem nostrum; & quando discesserimus e corpore, & istas quas dicis, tenebras reliquerimus, tunc eum facilius agnoscemus: & tunc magis anima conditorem suum esse intelliget Deum, & apud ipsum permanebit, nec ultra diversis cogitationibus fatigabitur; neque volet ad aliam confugere Virtutem, quæ nulli cognita est, nisi Simoni soli; quæ tantæ bonitatis est, ut nisi quis prius impius exstiterit in parentem suum, ad ipsam venire non possit. Nescio quo modo hæc Virtus vel bona, vel justa appellanda sit; cui placere non potest, nisi quis impie se C gesserit in eum a quo factus est.

LIX. Et Simon: Non est impium, utilitatis gratia & lucri majoris, confugere ad eum qui opulentioris est gloriæ. Et Petrus: Si, ut tu ais, non est impium confugere ad alienum; multo magis pium est permanere apud proprium patrem, etiam si pauper sit. Aut si non putas esse impium, ut relicto patre nostro confugiamus ad alium quasi meliorem; neque indignari credis pro hoc creatorem nostrum: multo magis bonus Deus non indignabitur, quod cum essemus ab eo alieni, non confugimus ad eum, sed permansimus apud creatorem nostrum: & puto quod ex D hoc magis collaudabit nos, quia fidem servamus creatori nostro Deo; considerans quia si sui ipsius fuissemus, numquam relinquentes ipsum; seduci illecebris potuissemus alienis. Nam si quis opulentioribus illectus pollicitationibus, relicto proprio parente, confugiat ad alienum; potest fieri, ut iterum relicto eo, ad alium pergat qui majora promiserit; eo magis quod ipsius proprius non erat filius, quippe qui etiam eum qui ei natura pater erat, relinquere potuit. [2] Et Simon: Quid si ab illo sint animæ, & ignorant eum, & ille est vere pater ipsarum?

LX. Et Petrus: Satis, inquit, ostendis eum E invalidum. Nam si potentior, ut ais, omnibus est; numquam [a] potentiori invalidior spolia detraxisse credendus est: aut si potuit vi ab eo animas deducere in hunc mundum creator Deus; quo modo eas corpore emissas, & captivitatis vinculis resolutas, bonus Deus vocabit ad pœnam, quæ per ipsius vel desidiam, vel infirmitatem, abstrahi ad hunc locum, & involvi corpore quasi tenebris ignorantiæ potuerunt? Videris mihi ignorare quid sit pater & Deus: verum & animæ unde sint; vel quando, & quo modo factæ, possem dicere; sed hæc nunc tibi aperire fas non est, in tanto errore posito de scientia Dei. Tum Simon: Erit, inquit, tempus cum pœnitebit te, quod dicentem me de ineffabili Virtute, non intellexeris. Et Petrus ait: Da ergo nobis, ut sæpe jam dixi, tamquam novus Deus, ut qui ab illo descenderis, sensum aliquem novum per quem, novum quem dicis Deum possimus agnoscere: isti enim quinque sensus quos nobis dedit creator Deus, creatori suo fidem servant, nec alium quemquam esse sentiunt Deum, hoc eis ipsa sui præstante natura.

LXI. Ad hæc Simon: Adhibe, inquit, animum ad ea quæ dicturus sum; & facito eum invisibilibus semitis incedentem, pervenire ad ea quæ tibi demonstravero. Ausculta ergo nunc: Numquamne in cogitationibus positus, extendisti mentem tuam in regiones vel insulas porro positas; & ita in eis fixus animo mansisti, ut ne præsentes quidem videre, aut temet ipsum scire, ubi sederes, præ suavitate eorum quæ habebantur in oculis posses? Et Petrus ait: Verum est, Simon: hoc mihi frequenter accidit. Et Simon: Ita & nunc sensum tuum extende in cælum, & iterum super cælum; & vide quia debet esse aliquis locus qui sit ultra mundum, vel extra mundum, in quo neque cælum sit, neque terra, ne umbra horum etiam ibi tenebras operetur. Et ob hoc, cum neque corpora aliqua in eo sint, neque ex corporibus tenebræ; necessario sit lumen immensum: & lumen considera cujusmodi esse possit, cui tenebræ nullæ succedunt. Nam si universum hunc mundum solis hujus replet lux: quantum æstimas esse illud incorporeum lumen & infinitum? tantum sine dubio, ut istud solis lumen, ad illud, tenebræ & non lux esse videatur.

LXII. Hæc cum diceret Simon, Petrus respondit: De utroque ergo patienter ausculta; id est, & de exemplo extendendi sensus, & de immensitate lucis. Scio me ipsum, o Simon, aliquando in cogitatione positum, extendisse sensum meum in regiones, ut ais, & insulas procul positas, easque mente, non minus quam oculis, perspexisse. Cum essem Capernaum in captura piscium positus, & sederem supra saxum, hamum setæ innexum, & decipiendis piscibus aptatum, habens in manu; ita ut hærentem ei non senserim piscem, dum mens mea per desiderabilem mihi Hierusalem distenta, percurreret; ad quam sane, oblationum gratia & orationum, vigilans frequenter adscenderam. Verum & Cæsaream hanc mirari ab aliis audiens & desiderare solebam; & eam in qua nondum fueram, videre mihi videbar; & cogitabam de ea, quæ conveniret de civitate magna cogitari, portas, muros, lavacra, plateas, angiportus, fora, & horum consequentia; secundum ea scilicet, quæ in aliis urbibus videram: & in tantum intentione hujuscemodi intuitus delectabar; ut vere, sicut ipse dixisti, nec præsentem atque adstantem viderem, nec ipse ubi sederem nossem. Et Simon: Modo, inquit, recte dicis.

LXIII. Et Petrus: Denique cum piscem maxi-

a Luç. XI. 22.

1. *Bonus Deus tantum si agnoscatur, salutem præstat.*] Eadem docet Simon, apud Irenæum lib. 1. cap. 20.

2. *Et Simon.*] Additur in Codice Carmelit. scholium: *Creator mundi corpora condidit, in quibus animas quæ sunt Dei magni violenter inclusit: & ideo animæ non ad alienum, sed ad patrem suum dum redierint, ad istum redire non possunt.*

mum qui hamo inhæserat, mente occupatus, habere minime sentirem; & id quidem, cum hami lineam de manibus meis violenter abriperet: stupentem me videns frater meus Andreas qui mecum sedebat, ac pæne casurum; latus fodiens cubito, velut dormientem excitat, dicens: Non vides, Petre, quam magnum piscem ceperis? Numquidnam mente excidisti, quod sic attonitus stupes? quid est, quod pateris? dic mihi. Et ego indignatus ei paullulum, quod me a dulcedine eorum quæ intuebar, abstraxerit; respondi, nihil me mali pati, sed animo desiderabilem mihi intueri Hierusalem, simulque Cæsaream; & corpore quidem cum ipso esse, mente vero illuc penitus auferri. At ille, nescio unde inspiratus, reconditum & secretum veritatis protulit verbum.

LXIV. Desine, inquit, Petre: quid est quod agis? hi enim qui dæmone incipiunt repleri, vel moveri mente; hujuscemodi initia habent: per phantasias primo ad jucunda quæque & delectabilia transferuntur; deinde ad ea quæ non sunt, vanis & inanibus motibus effunduntur. Hoc autem accidit ex languore quodam animæ, quod ea quidem quæ sunt, non videt; desiderat vero adducere ad conspectus suos ea quæ non sunt. Sed & illis ita accidit, qui phrenesin patiuntur, & videntur sibi multas imagines videre; pro eo quod nimietate frigoris vel caloris anima ipsorum convulsa & emota locis suis, errorem patitur ministerii naturalis. Sed & hi, qui laborant siti; cum in soporem venerint, flumina & fontes videre sibi videntur, ac bibere: hoc autem patiuntur, ariditate intemperati corporis laborantes. Propter quod certum est, hæc vitio quodam, vel animæ, vel corporis fieri.

LXV. Denique, ut accipias rei fidem, de Hierusalem quam sæpe videram, dicebam fratri meo, quæ loca, quosve conventus, visus mihi fuissem videre. Sed & de Cæsarea, quam numquam videram, nihilominus contendebam, quod esset talis, qualem mente & cogitatione conceperam. Cum autem venissem huc, nihil omnino simile respiciens eorum quæ per phantasias videram, reprehendi memet ipsum, & notavi valde, quia ex aliis quæ videram, portas ei, & muros, aliasque ædes, re vera similitudinem ex aliis capiens, dederam. Neque enim quis potest novum aliquid, & cujus forma nulla umquam exstiterit, cogitare. Nam & si velit aliquis tauros, cum quinis capitibus, ex sua cogitatione formare: ex istis quos vidit cum singulis capitibus, illos quinis capitibus fingit. Et tu ergo nunc, si vere aliquid tibi videris tua cogitatione perspicere, & supra cælos intueri, non dubium quin ex his ea consideres, quæ in terris positus vides. Aut si putas facilem menti tuæ accessum esse super cælos, & considerare te posse quæ illic sunt, atque immensæ illius lucis scientiam capere: puto ei qui illa potest comprehendere, facilius esse ut sensum suum qui illuc novit ascendere, in alicujus nostrum qui adsistimus, cor & pectus injiciat, & dicat, quas in eo cogitationes gerat. Si ergo potes alicujus nostrum, qui tamen non sit erga favorem tuum occupatus, enuntiare cogitationes cordis, poterimus tibi fortasse crede-

A re, quod & ea quæ super cælos sunt, scire potueris, licet illa multo sint celsiora.

LXVI. Ad hæc Simon: Qui vero, inquit, multas nenias texuisti, audi jam nunc. Impossibile est, omne quod ad cogitationem hominis venerit, non etiam re ipsa ac veritate subsistere: quæ enim non subsistunt, nec speciem habent; quæ autem speciem non habent, nec cogitationi possunt occurrere. Ac Petrus: Si omne, inquit, quod ad cogitationem venire potest, subsistit; istum quem dicis extra mundum esse immensitatis locum, si eum quis in corde suo lumen esse cogitet, alius vero tenebras; quo modo poterit B unus atque idem locus, secundum eos qui diversa de eo cogitarunt, & lumen esse, & tenebræ? Et Simon: Omitte nunc ista quæ ego dixi; tu quid esse putes super cælos, dicito.


LXVII. Et Petrus: Si de vero, inquit, fonte luminis crederes, possem te docere, quid & quo modo esset quod immensum est, & non phantasiam vanam; sed & consequentem & necessariam rationem redderem veritatis; nec adsertionibus sophisticis, sed Legis & naturæ testimoniis uterer, ut scires quia immensitatis fidem præcipue continet Lex. Quod si immensitatis ratio non latet Legem, nihil profecto aliud eam latere pot- C est: & ideo falsum est, quod putasti, esse aliquid quod ignoret Lex. Multo autem amplius nihil latebit eum, qui Legem dedit. Nec tamen possum tibi aliquid de immensitate, & his quæ sine fine sunt, loqui, nisi prius de his qui certo fine terminantur, cælis, rationem vel receperis nostram, vel ipse protuleris tuam. Quod si de his quæ certis finibus concluduntur, intelligere non potes; multo magis de his quæ sine fine sunt, neque scire aliquid poteris neque discere.

LXVIII. Ad hæc Simon: Melius, ait, mihi videtur simpliciter credere, quia Deus est, & D quia solum istud quod videmus, sit cælum in universo mundo. Et Petrus: Non ita, inquit; sed unum quidem confiteri convenit Deum, qui vere est; [1] cælos autem esse, qui ab eo facti sunt, sicut & Lex dicit; quorum unum cælum sit superius, quo continetur etiam visibile firmamentum: illud esse perpetuum & æternum, cum his qui habitant ibi; istud autem visibile, in consummatione sæculi resolvendum esse, & transire; ut illud cælum, quod est antiquius & excelsius, post judicium sanctis & dignis appareat. Ad hæc Simon respondit: Hæc ita esse, ut tu dicis, credentibus possent videri: ei autem qui horum exspectat rationes, impossibile est ex Lege E proferri; & præcipue de immensitate lucis.

LXIX. Et Petrus: Noli, inquit, putare nos quod hæc fide sola recipienda esse dicamus, sed & ratione adserenda. Neque enim tutum est, nudæ hæc fidei, absque ratione committere; cum utique veritas ratione non careat. Et ideo qui hæc ratione munita susceperit, perdere eam numquam potest: qui vero absque adsertionibus ea suscipit, simplicis sermonis adsensu; neque servare ea tuto potest, neque si vera sint, certus est:

1. *Cælos autem esse.*] De cælo & cælis multa sancti Patres, atque contraria: sed ea, ut & majorem Recognitionum partem, quod ad humanas disciplinas potius spectent, quam ad Theologiam, Notis illustratum non imus.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



quia qui facile credit, facile & recedit; qui autem rationem quæsivit eorum quæ credidit & accepit, quasi vinculis quibusdam rationis ipsius colligatus, numquam ab his quæ credidit, divelli aut separari potest. Et ideo quanto quis propensior fuerit in expetenda ratione, tanto erit firmior in conservanda fide.


LXX. Ad hæc Simon: Magnum est, inquit, quod repromittis, ut immensæ lucis æternitas ex Lege possit ostendi. Cumque Petrus dixisset: Quando volueris; Simon ait: Quoniam hora jam multa est, crastino, adstanti mihi & renitenti si probare potueris, factum esse hunc mundum, & animas esse immortales, habebis me adjutorem prædicationis tuæ. Et cum hæc dixisset, egressus est: secuta autem est eum, ex omni populo qui cum ipso venerat, pars tertia, qui erant quasi mille viri; ceteri vero flexis genibus prostrabant se Petro; super quos ille invocato Dei nomine, alios dæmonia habentes curavit, alios etiam languentes sanavit; & ita lætantem populum dimisit, mandans eis ut in crastinum diem maturius convenirent. Petrus vero cum recessissent turbæ, sterni jussit humi sub aere atrii nudo, ubi fuerat disputatum; & recubuit una cum illis undecim: ego vero cum aliis quibusdam, qui & ipsi initia audiendi verbi Dei acceperant, & erant carissimi, recumbens sumebam cibum.

LXXI. Sed benignissimus Petrus, considerans, ne forte tristitiam mihi inferret ista sequestratio, ait ad me: Non pro superbia, o Clemens, convivium non ago cum his qui nondum purificati sunt; sed vereor ne forte mihi quidem noceam, ipsis autem nihil prosim. Hoc enim pro certo scire te volo, quia omnis qui Idola coluit aliquando, & eos quos Pagani nominant deos adoravit, vel de immolatis eorum degustavit, spiritu immundo non caret: [a] conviva enim factus est dæmonum, & participium sumsit ejus dæmonis, cujus in mente sua speciem vel timore vel amore formavit: & per hæc mundus non est a spiritu immundo: & ideo purificatione indiget baptismi, ut exeat ab eo spiritus immundus, qui interiores animæ ipsius insedit affectus; & quod est deterius, nec, quod intrinsecus lateat, indicatur, uti ne publicatus fugetur.

LXXII. Amant enim isti spiritus immundi inhærere corporibus hominum; ut ipsorum ministerio cupiditates suas expleant; & ad ea quæ ipsi desiderant, inclinantes animæ motus, suis eos parere libidinibus cogant, ut efficiantur ex integro vasa dæmonum. Ex quibus unus est Simon hic; qui tali quodam morbo comprehensus, nec sanari jam potest, quia voluntate & proposito ægrotat. Nec contra voluntatem ejus habitat in eo dæmon: & ideo si eum quis fugare velit & expellere ab eo; cum sit inseparabilis, &, ut ita dicam, anima jam ejus effectus; videbitur magis necare eum, & homicidii crimen incurrere. Nemo ergo vestrum contristetur, a convivio nostro separatus; tempore enim aliquo observare debet unusquisque, sane quanto ipse voluerit. Parvo enim tempore sequestratur, qui cito voluerit baptizari: multo autem, qui tardius. Unusquisque ergo in sua habet potestate, breve aut longum pœnitentiæ suæ tempus exigere: & ideo in vobis est, quando velitis, ad nostram convenire mensam; & non in nobis, quibus permissum non est, sumere cum aliquo cibum, nisi prius fuerit baptizatus. Vos ergo magis non prohibetis a vestro convivio, si ad purificandum moras habeatis, & tardius baptizemini. His dictis, cum benedixisset, cibum sumsit. Et post hæc, cum gratias egisset Deo, ingressus quievit: similiter autem & nos omnes: erat enim jam nox.

a I. Cor. x. 20.





RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS.

LIBER TERTIUS.

I. INTEREA Petrus gallorum cantibus surgens, & excitare nos volens, invenit vigilantes, vespertino adhuc lumine perdurante: cumque ex more salutavisset, & resedissemus omnes, ita exorsus est: Nihil est difficilius, fratres mei, quam de veritate apud permisti populi multitudinem disputare. Quod enim est, omnibus, ut est, dici non licet, propter eos qui maligne & insidiose audiunt: fallere vero non expedit, propter eos qui sincere audire desiderant veritatem. Quid ergo faciet, cui ad indiscretum populum sermo est? occultet quod verum est? Et quo modo instruet eos qui digni sunt? Sed si meram proferat veritatem his, qui salutem consequi non desiderant; illi a quo missus est, injuriam facit; a quo & mandatum accepit, ne [a] mittat verborum ejus margaritas ante porcos & canes; qui adversum eas, argumentis ac sophismatibus reluctantes, ipsas quidem cœno intelligentiæ carnalis involvant; latratibus autem suis & responsionibus sordidis, rumpant & fatigent prædicatores verbi Dei. Propter quod & ego in plurimis circuitu quodam verbi utens, tentare nitebar, ne principalem de summa divinitate intelligentiam, minus dignis auribus publicarem: [[1] Et post hæc incipiens, de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, breviter nobis & evidenter exposuit; ut omnes audientes miraremur, quo modo homines derelicta veritate, conversi sunt ad vanitatem.]

II. [2] Hæc Petro dicente, Aquila ait: Recte dixisti: propterea nobis dicito, quæ veritatis sunt propria. Et Petrus: De quibus vultis, interrogate me. Et Aquila ait: De principio & principiis verbum disputa; & de eo quod reprehendit Simon, quasi inconveniens, Filium Dei dici Christum, ne similia plantationibus & ceteris inanimatis pati videatur Deus. Petrus autem videns omnes hoc ipsum volentes audire, omnem rationem ita exposuit.

III. [3] Principii nomen in multis & diversis nuncupatur rebus, sensibilibus scilicet & intelligibilibus. Sed ne ante experimentum sensibilium, ad intelligibilia declinare videamur, decet primo a visibilibus incipere, ut de proximo sumentes exemplum, iterum ad intelligibilium veniamus comprehensionem. Quo modo sol, verbi gratia, in principium [b] vel principatum diei constitutus est; luna vero e contrario, noctis: hæc autem ut principatum gerant constituta sunt, a quo etiam ut essent, in principio acceperunt. Qui autem hæc composuit, cælum & terram prius condidit: præter hæc autem, terrestria & inaquosa & volatilia animalia composuit; arbores quoque & herbas; & post hæc hominem; non ut essent hæc tantum principium sumens, sed etiam ut viverent secundum mandatum Dei. Ita ergo multa quidem possunt esse principia: ei autem qui est, principia non sunt. Unum est enim principium, & unum sine principio principium: quæ autem post hæc sunt, abusive dicuntur (si quidem dicuntur) principia. Præveniens autem exposui caussam hujus exempli, a sensibus scilicet, ad intelligibilia; ut hac via usi, firmam & certam de intelligibilium traditione possideamus tuitionem. Sine principio ergo dicimus Deum, ineffabili providentia demonstrante: qui non a se ipso factus est, nec a se ipso genitus: est enim sine principio & ingenitus: Ingeniti autem appellatio, non quid sit, nobis intelligere dat, sed quod non est factus: Autopatora vero & Autogeneton, hoc est, ipsum sibi patrem, ipsumque sibi filium, qui vocaverunt illud quod ingenitum, contumeliam facere conati sunt; dubiis deservientes rationibus. Indigere enim nativitate illud quod erat prius quam nasceretur, parvulorum more intelligentes putarunt; & illud quod fuerat, pro eo quod fuerit ponentes, quasi per se ipsum factum dicere, insania insanierunt; & plantationibus comparare illud quod est ingenitum, ut dæmoniosi, ausi sunt. Hæc autem omnia in impietate constituta, consequentem habent ignorantiam. Non enim intellexerunt, hoc ipsum dicentes & fuisse & non fuisse. Quatenus enim genuit, fuit: quatenus vero natum est, non fuit. Non fuisse ergo eum constat, quatenus natum est; fuisse autem eum constat, quatenus genuit. Hæc autem utraque dicere simul eumdem sustinuisse, non permittit pietatis professio.

IV. Deinde etiam communes cogitationes solicitatæ a se repellunt tantam blasphemiam, dignum honorem Ingenito deferentes. Quidnam igitur quis interrogatus dicat eorum qui impie appellaverunt? nisi quia fuit prius quam esset, ipse sibi pater, qui esse habuit, ante quam sibi ut esset præstitisset. Autopator & Autogenes, hoc est, ipse si-


a Matth. VII. 6. *b* Gen. I. 16. seqq.

1. *Et post hæc incipiens* &c.] Hæc periodus exstat in libris editis & in mss. Reg. at in Sorb. & Th. transfertur ad finem cap. XI. ubi eam vide.

2. *Hæc Petro dicente.*] Codex Candelerianus hoc caput & sequentia novem continet, quemadmodum Sorbonicus & Thuanus: Carmeliticus autem & ille Petri Petiti Regio similes sunt, librisque impressis. Nec dubium, quin ad illa pertineant quæ Rufinus abstulit, de ingenito Deo genitoque disserta, de Filio creato, de aliis nonnullis, periculosa, obscura, intrusa, Eunomiana; quæque Veteres Ebionitica censuerunt, Ariana, & addititia. Nescio quis igitur quod a Rufino prætermissum fuerat, sibi sumsit ut interpretaretur. Vide Clementina Hom. 16. cap. 16. Ista vero usque ad cap. XII. desunt in impressis: desumta autem sunt ex codd. Sorb. & Th.

3. *Principii nomen* &c.] In marg. ms. Th. hæc leguntur: *Caute legi oportet hanc scripturam; quia nescientibus, facile error subrepere potest. Usque ad simile signum legere noli.* Vid. infra notam ejusdem cod. ad cap. XII.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



bi pater, & ipſe ſibi filius, qua ratione dicatur; & cum quidem non fuiſſet, quod eſſet, ante exſtans intelligentiæ ſignum? Audes autem factum dicere a ſemet ipſo illud quod ineffectum eſt? Putaverunt autem hujuſmodi, cum diſciplina ſe hoc dicere; ſicut ebrii, qui umbras pro foveis exiſtimant. Propter quod ante omnia oportet nos immortalium ſcrutationem facientes, incipere a Dominicis traditionibus, ubi mortalium conditionem ab immortalibus ſeparans, docuit nos pericula & tentationes uſque ad ipſam mortem ſuſtinere, propter ſpem bonorum regni, dicens: [a] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animas autem non poſſunt occidere; timete autem eum qui poteſt & corpus & animam perdere in gehennam*. Et vere ſi non commoritur corpori anima, non utique dividitur, nec aliud aliquid patitur de his quæ patitur corpus: verbi gratia, influxionem vel defluxionem, tenuitatem aut craſſitudinem, ſanitatem vel infirmitatem, abſciſſionem aut conjunctionem. Sed & in ipſa hominum procreatione nihil committit anima ſecundum defluxionem; ſed in omni quidem motu ſtat, videlicet, ſubſtantia immutabilis; diverſo autem motu ad aliud & aliud corpus incitat pati. Fluit ergo, & patitur ſubſtantialiter corpus, ſicuti experimento cognoſcitur, poſt illam natorum coagulationem exinanitione uteri facta, propter crementum infantis impellentis & impulſi, velut in luctamine. Verbo Conditoris. Quod enim coagulatum eſt, feſtinat egredi; quod autem coagulavit, cupit exponere. Cauſſa vero hæc transfert ipſas paſſiones ad ſucceſſionem ejuſdem rei: facta autem paſſione, commune periculum ſæpius quam ſpeciale contingit.

V. Sed & omne quod ſervit muliebribus deſideriis, promovetur & præmeditatur naturaliter ſecundum uniuſcujuſque ætatem. Verbi cauſſa, aliter puer, aliter vero adoleſcens, aliter autem vir. Nam infans quidem in virtutem habet horum operationem, nondum autem in virtute habet etiam animæ motus: adoleſcens vero [1] paratus quidem ad deſtinum, nondum vero digeſtionis habet uſum: vir autem conſpirans poſſidet perfectionis propoſitum. Et non ex illis ſolis dicendum eſt, animam immortalem, corpus vero fluens; ſed etiam ex his quæ ad eam conſtant in communem perſonam mandatis, quæ ait Dominus: [b] *Dictum eſt antiquis: Non mœchaberis; ego autem dico, nec in aſpectum deſiderio ſervies*; nimis caute loquens. Si enim corpus naturaliter obligatum eſt femineis commiſtionibus, magis autem ſervire coactum his quæ accepit, ut eſſet, & [2] in ſchemate haberet quod & principale eſt carnalis procreationis; quo modo quis ſuſpicetur corpori eſſe dictum: *Non mœchaberis; ego autem dico; nec deſiderio ſervies*; & non potius ei quæ libera eſt ſubſtantia, talium paſſionum poteſtatem habens, laxare vel refrenare ſecundum operationem corpus, heic melioris rei mandatum inſinuatur? Sic enim & futura ſperantes, non iraſcimur; & furorem cohibemus, & mulieres deſpicimus; ſpe futurorum, ſenſum ſublevantes, ut dixi; non omne quod ſumus, ſervile habentes femineis operationibus; ſed aliud quidem ſerviens naturæ, quod eſt corpus, ſicut oſtendimus; aliud vero liberum, mentem, quod eſt motus animæ immortalis.

VI. His igitur ita ſe habentibus, veſtigium optimum ad intelligibilium comprehenſionem invenimus, cum Deo dicente. Incedamus ergo per eum ſine periculo, utentes animæ immortali gubernaculo, ultra non ſinentes irruere paſſionem carnalem illi immortali & intelligibili ſubſtantiæ; honorem tantum unicuique intelligibilium ſequeſtrantes, quantum ei is quem eſſe vel præeſſe conſtat Deo permittit. Eſt enim primum, quod eſt ingenitum, cui & prophetæ teſtimonium perhibent: [c] *Ego Deus primus, & ego poſt hæc, & præter me Deus non eſt*: hoc vero ſubauditur eſſe ſine initio, & ingenitum.


VII. Clemens vero & ceteri interrogaverunt; quid eſt hoc Ingenitum, audire volentes. Et Petrus animadvertens, ait: Non modicum periculum eſt de Deo, quod ſine principio eſt, loqui vel audire: vos vero pro deſiderio eorum quæ dicta ſunt, immenſitatem irruere periclitamini; & me hoc pati, ut video, captatis, qui putatis poſſe mihi de illo quod ineffabile eſt ſubripere. Moneo autem vos, fratres & conſervi, non quid ſit quærere; ſed quia eſt, tantummodo audire deſiderare. Et de hoc plus aliquid dicere non oportet. Eſt Ingenitum non ſola appellatione: honorandum eſt enim & ſine initio: hoc autem ſine initio & Ingenitum eſt Deus, quod a ſola opinione eorum quæ facta ſunt adnuntiatur, a ſe ipſo autem comprehenditur. Non enim inveniet aliquid ſui primo fuiſſe, & aliquid poſtea factum conſpicere ſui; eo quod ſine principio eum eſſe conſtet: hæc autem eorum quæ facta ſunt viſitatio; propter quod illud quod eſt ineffabile, ad inquiſitionem ſui, quod fuerit ante prævidere quam fuerit, ſpatium non habet: non enim ſecundatur ab eo qui eſt ipſius eſſentiæ curioſitas. Novit igitur ſe ipſum, qui non interrogat ſe de ſe ipſo. Sed hæc quidem etiam plus quam oportet diximus: amat enim illud quod eſt Ingenitum, ſilentio honorari tantummodo. Sine principio ergo hanc ſubſtantiam, ſecundum quod ſentire potuimus, abſque periculo, ſuſcepiſtis.

VIII. Qui ergo eſſe non inchoavit, prædictus Deus, genuit primogenitum omnis creaturæ, ſicuti Deum decuit; non ſe immutans, non ſe convertens, non ſe dividens, non defluens, non extendens aliquid. Mementote enim quia hæc corporum ſunt paſſiones, quas etiam animæ tribuere ſubterfugimus, timore ne forte immortalitas ei his attributis auferatur. [3] Genuit ergo Deus; quod & facturam vocare didicimus: hoc ipſum ergo vocare & genituram, & facturam, & reliqua horum vocabulorum, illud quod ſine ſchemate conſtat genitoris ſpecimen, ponere permittit. Quibus enim eſt differentia ſchematum, in ipſis neceſſe eſt obſervanda genitura & factura.

a Matth. x. 28. b Matth. v. 27. c Iſa. xliv. 6.

1. *Paratus quidem ad deſtinum.*] Legendum videtur, *ad deſtinatum*.
2. *In ſchemate.*] Id eſt, in ſexu. Vide Conſtit. VI. 11. Infra cap. 8.
3. *Genuit ergo Deus, quod & facturam vocare didicimus, &c.*] Sic Ariani γέννημα, ποίημα, κτίσμα confundebant, eaque nomina tribuebant Filio, quem & ſubſtantiam genitam ſolebant appellare. Atque obſervatum fuit a viris doctis, non abſtinuiſſe ante Arium quoſdam antiquos Patres tribus poſtremis locutionibus, & conſimilibus aliis. De ſubſtantia genita diximus ad Ignatium.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



Manendo ergo genuit Deus, non passus divisionem aliquam. Non enim honorabilius est Deo, & hoc Ingenito, illud quod est, eo quod non est, velut genitum. Volens enim, non tardam habuit virtutem ad quod voluit, nec excessit virtus voluntatem; sed secundum mensuram, qualem voluit, talem & genuit. Si enim manendo, non patiendo, necessitati crassitudinis corpora servientia, umbras exstare faciunt; quanto magis ingenitæ Virtuti subsequentem demus Unigenitum voluntate procedentem. Sicuti autem rursum præintelliguntur umbris corpora; ita & plus præintelligitur & ingenita substantia genitæ, etiam si ex eo quod erat, ut esset accepit. Idcirco igitur vere & genitura, & factura, & creatura competenter appellatur, quia substantia non est Ingenitum. Memor sum sane, Simonem accusasse nos blasphemiæ, eo quod diceremus Filium Dei, Christum; tamquam hominibus & plantationibus Deum æquantes: vos vero ex desiderio discere festinate.

IX. Omnibus autem libenter adnuentibus, ait Petrus: Manifesta est hujus incredulitatis via, o Aquila & ceteri. Qui enim pro certo nescierit, opinionem autem usque ad auditum susceperit, credere timet, cum facile possit excusationem ipsius incredulitatis a se abjicere, præ gaudio ejus quod promittitur; assumtus publicare illam quam habuit de eo quod quæritur incredulitatem, cupiditate discendi non dubitat. Sed in secundo de hac re sermonem; ne quando abstrahens vos [1] incertam fidei spem excipiatur pro fide in inquisitionem. Ubique autem præferatur nobis Deus, & de ipso cogitatus. Ultro inviolabilis exstans Deus ingenitus, operationemque voluntate, virginaliter custodivit. Quod autem non est Ingenitum, ultro virgo esse non potest. Factum est enim, tamquam sub tactum genitoris & factoris adductum. Intelligatur autem qualiter Deum decuit Unigenitum generare, & primogenitum omnis creaturæ; sed non quasi ex aliquo: hæc enim animantium & inanimantium est servitus. Sed nec in operationem veniens, ipse sui aliquid genuit: non enim maneret inviolabilis & impassibilis, operatus in se ipso: impietatis autem plena sunt, hæc de Ingenito suspicari: periclitantur enim filii impiorum, pie se putantes intelligere, magnam blasphemiam Ingenito ingerendo, Masculofeminam eum existimantes. Memor sum sane ejus qui commonuit nos, fratres.

X. Manendo ergo [2] genuit Deus voluntate præcedente, sicut prædictum est. Propterea Unigenitus vere appellatur; ex Ingenito enim habet quod est: & Filius vere appellatur; ab innato enim natus est. Sed tamen voluntate controversiam noxiam mansuete paullatim relaxantes, eorum qui audent dicere infectum a facto appellatione sola distare; & illud quod genite distinctum est, adversus innatum, esse substantiam ingenitum affirmare. Quod si ita dicitur; quod quidem dicitur, non est; quod autem est, non dicitur. Est enim infectum substantia: si autem dicitur factum, degestatur, quod non est appellatum; maxime autem ultro rationabili exstante Deo, & ultro sine principio; quo modo non sit impossibile; magis autem impium est, & id quod ultro est rationabile, ultroque ingenitum, non sibi ipsi magis vellet esse conjunctum, quam dualitatis subire ordinem; honorabiliorem existimans nativitatem, innatæ perseverantiæ. Unum enim non est, neque ipsum sibi præcipit dicens: [a] *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Sed neque contendit adversus se ipsum; ut aliquid, videlicet, ejus permaneret ingenitum, aliquid vero nativitati subjiceretur: scire quoque atque præscire ingenite aliquid sui nasciturum, aliquid vero generaturum; omnino, videlicet, honorabiliorem se sibimet ipsi non ignorans esse futurum; aliquid quidem præcipientem, aliquid vero præceptum accipientem: illud verbi gratia, quod dictum est: *Sede a dextris meis*; vel etiam illud quod ad missionem pertinet; aut quod ipse semet ipsum præferens collaudaverit, dicens: [b] *Et vidit Deus, quia bona*, postquam ab Unigenito sex diebus effecta sunt quæ facta esse constat, immutabilem videns suam voluntatem in consummationibus Unigeniti divinæ operationis.

XI. Si autem ingenitus non est factus pater, aut sui ipsius factor, sicut ostendimus; quo modo utique faceret aut generaret ex se ipso aliquid, quod nativitatem & facturam usque ad appellationem non recepit? Non enim quod est, per hæc habet. Ista autem de Deo dicere impium est. Manifesta enim est his qui vel modicum quidpiam videre possunt, illa Ingeniti, impassibilis, innata substantia. Si vero & post nativitatem substantia numquam ad dissensionem surrexit, & hoc numero distans: nec enim est Autopator, hoc est, sibi ipsi pater: quo modo non magis innascibili consensu permanere diligeret, quod ingenitum quidem erat substantia, genitura vero in dualitatem dinumerata? Hujus namque inconvenientiæ mater quidem est ignorantia de Deo, cooperatrix vero & soror negligentia de Spiritu sancto. Spiritus autem sanctus pignus ad conservationem eorum quæ a Domino data sunt nobis, (quem non post multos dies assumtionis ejus accepimus) habet quod est, ab Unigenito, plenissima declaratio virtutis ejus: sicut Unigenitus & omnium primogenitus, imago est immutabilis ingenitæ Virtutis: imago, scilicet, unica, immaculata manens, visionem Ingeniti, cum sit visibilis, præstat intelligibilibus & sensibilibus: quo modo si quis solem, verbi gratia, ostendere volens, aut aliud aliquid, his qui non possunt per se ipsos eum videre, sit autem illis necessitas videre solem, temperans obtutibus ipsam necessitatem, per speculum quidem solem ostendere festinat, & non solem afferens injicit speculo; ita & Unigenitus ipse quidem Ingenitus non est: Ingenitum vero totam in se demonstrat virtutem, cum sit talis ac tantus deitate: ab his vero qui non diligenter inquisierunt, Ingenitus suspicabatur; apud quos vero præcedit [3] ipsa inquisitio timorem Dei, non solum dicere aliquid tale recusant, sed etiam cogitare cavent. Cum ergo unus sit Ingenitus, & unus Genitus, Spiritus sanctus Filius dici non potest, nec Pri-

a Psal. cix. 1. b Gen. I. 31.

1. *Incertam fidei spem.*] Forte, *incerta fidei spes*. Et mox, *operationem quæ*.

2. *Genuit Deus voluntate præcedente.*] Dicere debuit, voluntate comitante, aut concomitante, ut loquuntur Theologi. Pari modo paullo post, recte scripsisset, *Unus enim non est, neque ipse sibi præcipit*, pro, *Unum enim non est, neque ipsum sibi præcipit*.

3. *Ipsa inquis.*] Forte, *ipsam inquisitionem timor Dei*. Sic mſ. Cand.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

mogenitus: [1] factus est enim per factum: subconnumeratur autem Patri & Filio, tamquam primum secundi per factum virtutis, signaculum. Etenim ipse Patris ferens æquipondera voluntate, innatæ perseverantiæ in imagine operationem, post Ingenitum consequenter bene connumeratus est. Multa autem & alia de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, breviter nobis & evidenter exposuit; ut omnes audientes miraremur, quo modo homines derelicta veritate, conversi sunt ad vanitatem.

XII. [2] Sed cum illuxisset dies, ingressus est quidam, dicens: Multitudo plurima exspectat in atrio; in quorum medio stat Simon, persuasionibus pessimis prævenire aures populi cupiens. Et Petrus statim egressus, stetit in loco in quo pridie disputaverat: omnisque ad ipsum populus conversus, cum gaudio intendebat in eum. Simon vero, ubi sensit gavisum esse populum de conspectu Petri, & erga affectum ejus moveri, obstupefactus ait: Miror hominum stultitiam, qui me magum dicunt, & Petrum diligunt: cum utique olim habentes notitiam mei, me magis diligere deberent: & ideo ex hoc indicio, qui habent sensum, possunt intelligere, quia magis Petrus magus videri potest; cum mihi, cui ex consuetudine debitus propemodum est, non defertur affectus: illi autem, cui nullo usu debetur, abundanter expenditur.

XIII. Et cum multa hujuscemodi Simon diceret, Petrus, salutato ex more populo, ita respondit: Sufficit unicuique, o Simon, ad confutandum, conscientia sua: quod si hoc miraris, quod noti non solum te non diligunt, sed & oderunt; tui caussam disce a me. Cum sis seductor, veritatem te prædicare profiteris: ob hoc plures, desiderium gerentes discendæ veritatis, amicos habuisti. Sed hi, ubi contraria in te quam profitebaris, viderunt; qui amatores erant, ut dixi, veritatis, non solum non diligere te, sed & odisse cœperunt. Non autem statim ab eis desertus es; quia vel pollicebaris adhuc, te eis ostendere posse quod verum est. Donec ergo nondum aderat qui posset ostendere, patiebantur te: ubi vero spes eis doctrinæ melioris adrisit; te contemnentes; quod melius intelligunt, nosse desiderant. Et tu quidem nefariis artibus agens, ab exordio latere te posse credidisti; sed non lates: urgeris enim, & contra spem publicaris; quia non solum ignorasti veritatem, sed nec audire voluisti ab his qui eam sciebant. Si enim audire voluisses, innotuisset utique tibi ille sermo ejus, qui ait; quia [a] *nihil est occultum, quod non agnoscatur: neque opertum, quod non reveletur.*

XIV. Hæc & his similia dicente Petro, Simon respondit: Nolo me verbis occupes Petre: repeto abs te, quæ hesterno promiseras: dicebas enim ostendere te posse, quia Lex doceat de immensitate lucis æternæ; & quod duo tantum sint cæli, & ipsi creati; sed superius esse lucis illius sedem, in qua solus in æternum residet ineffabilis pater; ad illius vero cæli similitudinem, factum esse etiam istud visibile cælum, quod & transiturum confirmabas. Unum ergo dixisti esse patrem omnium; quia non possunt duo esse immensi; alioqui neuter eorum immensus erit; quia in eo quo alter subsistit, alteri finem subsistendi facit. Si ergo hæc non tantum polliceris, sed & ostendere potes ex Lege; omittens plura loqui, hinc incipe. Et Petrus: Si propter te, inquit, qui ad contradicendum tantummodo venis, rogarer de his dicere; numquam a me unum saltem posses audire sermonem: sed quoniam necesse est agricolam, qui vult bonam terram seminare, nonnulla semina perdere, aut in petrosis, aut in his quæ ab hominibus conculcanda sunt, vel in dumosis ac repletis sentibus, locis; sicut & Magister noster exposuit [b], diversitatem propositi, uniuscujusque animæ per hæc indicans; non morabor.

XV. Tum Simon: Videris mihi, inquit, irasci: quod si est, non necesse est inire conflictum. Et Petrus: Video te sentire quod arguendus sis, & vis urbane subterfugere certamen: nam quid vidisti me iratum fecisse in te hominem tantum populum decipere cupientem; & cum nihil habeas quod dicas, modestiam simulantem? qui & auctoritate tua jubes, ut quo modo ipse vis, & non quo modo ordo postulat, controversia moveatur. Et Simon: Imperabo mihi ipsi sapientia uti ad imperitiam tuam; ut ostendam te quidem velle populum seducere, me autem docere quæ vera sunt. Sed nunc omitto de immensa luce discutere: quod interrogo te, hoc mihi responde: Cum Deus fecerit universa, ut tu dicis; unde est malum? Et Petrus: Hoc modo interrogare non est adversantis, sed interrogantis. Si ergo vis discere, confitere; & prius te doceam, quo modo debeas discere; & cum disceris audire, tunc jam te incipiam consequenter docere. Si vero non vis discere, tamquam sciens omnia, ego prius expono fidem quam prædico: expone & tu, quod tibi verum videtur: & cum manifesta fuerit utriusque professio, judicetur ab auditoribus, cujus nostrum sermo sit veritate subnixus. Et Simon ad hæc respondit: Risus mihi est: ecce qui promittit quod me doceat. Verumtamen patiar te, & imperitiam tuam atque arrogantiam feram. Confiteor, discere volo; videam quo modo me poteris docere.

XVI. Et Petrus: Si, inquit, vere vis discere, disce hoc primum, quam imperite interrogaveris; ais enim: Cum Deus universa creaverit, unde est malum? Ante enim quam hoc rogares, tres interrogandi species præcedebant. Primo, si est malum. Secundo, quid sit malum. Tertio, cui sit, & unde. Ad hæc Simon: O imperitissime, inquit, & ineruditissime; estne hominum quisquam qui non confiteatur, quia sit in hac vita malum? Unde & ego putans te vel communem omnium habere sensum, interrogavi, unde sit malum; non ut discere volens, qui omnia sciam; abs te præcipue, qui nihil noveris; sed ut te ostendam ignarum esse omnium: & ne putes quia iratus sum, quod ita tecum austerius loquor; miseratio me habet horum qui adsunt, quos tu decipere conaris. Et Petrus ait: Multum malus es, si tantas injurias non iratus facis:

a Matth. x. 26. b Luc. VIII. 5.

1. *Factus est enim per factum.*] Forsan Græce habebatur; *γέγονε γὰρ διὰ τοῦ γεννητοῦ*, quod melius verti potuisset; *Exstitit enim per eum qui ortus est.*

2. *Sed cum* &c.] In marg. mss. Th. *Ab isto loco secure legere potes.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

sed [1] impossibile est fumum consurgere, ubi ignis non est. Verumtamen dicam; ne te verbis videar occupare, quo minus ad ea quæ abs te inconvenienter sunt dicta respondeam. Ais omnes fateri, quia sit malum: quod utique falsum est: nam primo omnium, quia subsistat malum, universa Hebræorum negat gens.

XVII. Et Simon interrupto sermone: Recte, inquit, faciunt qui dicunt non esse malum? Et Petrus: Non de hoc nunc proposuimus dicere; sed, quia non omnes dicunt esse malum. Secundum autem erat, interrogare te, quid est malum, substantia, an accidens, an actus? sed & alia multa hujusmodi. Et post hæc, erga quid, vel quo B modo sit, aut cui sit malum; utrum Deo, an Angelis, an hominibus; piis, an impiis; omnibus, an aliquibus; an sibi ipsi, an nulli. Et tunc interrogares, unde sit; utrumne a Deo, an ex nihilo; semperne fuerit, an ex tempore cœperit; utile sit, an inutile; & alia multa, quæ hujuscemodi propositio exigit. Ad hæc Simon respondit: Ignosce mihi, erravi de prima interrogatione; sed puta me nunc primum interrogare. Est malum, an non?

XVIII. Et Petrus ait: Quo modo interrogas; quasi discere volens, an docere, an quæstionis movendæ gratia? Si quidem quasi discere volens, C habeo quod te prius doceam, ut per consequentiam & ordinem doctrinæ veniens, ex te ipso intelligas, quid sit malum. Si vero ut docens proponis, non indigeo abs te doceri; habeo enim Magistrum a quo omnia didici. Quod si quæstionis movendæ, & disputandi gratia, uterque nostrum prius quod sibi videtur exponat, & ita certamen habeatur. [2] Neque enim verum est, ut interroges, quasi discere volens, & contradicas, ut docens; ut post responsionem meam, in tuo judicio sit, dicere, si bene, an male dixerim. Propter quod non potes in loco contradicentis stans, judex esse eorum quæ dicimus: & ideo, ut dixi, si certamen habendum est, uterque no- D strum quod sentit exponat; & nobis in conflictu positis, religiosi auditores hi, justi judices erunt.

XIX. Et Simon: Non tibi videtur absurdum, ut imperitus populus de nostris dictis habeat judicium? Et Petrus: Non ita est: quod enim uni fortasse minus liquet, investigari a plurimis poterit; nam sæpe etiam fama vulgi, prophetiæ speciem tenet. Super hæc autem omnia, præsens hic omnis populus, amore Dei constrictus, heic adstat, verique cognoscendi gratia: & ideo omnes isti, quasi unus habendus est, pro uno eodemque erga amorem veritatis affectu: sicut e contrario duo inter se si dissentiant, multi sunt E & diversi. Si autem vis indicium capere; quo modo omnis hic populus qui adstat, quasi unus sit homo; ex silentio ejus ipso & quiete considera; quo modo cum omni patientia, ut vides, etiam antequam discant, veritati Dei honorem deferunt: nondum enim majorem cultum, quem ei deferre debeant, didicerunt. Propter quod spero de clementia Dei, quod religiosum propositum mentis eorum amplectetur erga se; & veri- A tatem prædicanti, victoriæ palmam dabit; ut manifestum eis faciat veritatis præconem.

XX. Tum Simon: De quo, inquit, vis haberi certamen? dic, ut & ego definiam, quod mihi videtur, & ita quæstio incipiat. Et Petrus respondit: Si quidem ut mihi videtur, facere vis, ego secundum Magistri mei præceptum fieri volo, qui primo omnium Hebrææ genti; quam sciebat habere cognitionem Dei, & quod ipse esset qui fecerit mundum; præcipit, non ut eum quæreret quem sciebat, sed voluntatem ejus justitiamque perquireret: sciens, quia in hominum arbitrio positum est, ut hoc quærentes inveniant; & faciant atque observent ea de quibus judicandi sunt. Et ideo jussit nos quærere, non unde sit malum, ut tu paullo ante requirebas, sed justitiam boni Dei, regnumque ejus; [a] *& omnia*, inquit, *hæc adjicientur vobis*. Et Simon: Quoniam, inquit, Hebræis ista mandantur, velut recte scientibus Deum, & opinantibus quod unusquisque in suo arbitrio habeat agere ea, de quibus judicandus est; mihi autem ab illis discrepat sententia; unde vis ut incipiam?

XXI. Tum Petrus: Ego, inquit, suadeo, primo quærendum esse, si in potestate nostra est, scire unde judicandi simus. Et Simon: Non ita, inquit, sed de Deo; unde & omnes qui præsto sunt, audire cupiunt. Et Petrus: Constat ergo apud te, quia est aliquid in arbitrii potestate facere? hoc tantum si est; & requiramus, ut dicis, de Deo. Simon ad hæc respondit, Nequaquam. Et Petrus: Si ergo nihil est in nostra potestate, superfluum est nos quærere aliquid de Deo; cum in potestate non sit quærentibus invenire. Unde bene dixeram, hoc primo quærendum esse, si est aliquid in arbitrii potestate. Tum Simon: Non possum, inquit, ne hoc ipsum quidem intelligere, quod dicis, Si est aliquid in arbitrii potestate. At Petrus, videns quod ad partem se contentiosiorem declinat, superari metuens, ut quasi in incertum confundat omnia, respondet: Quo modo scis, quia non est in hominis potestate scire aliquid; cum hoc ipse scias?


XXII. Et Simon: Nescio, inquit, si vel hoc ipsum sciam: unusquisque enim, sicut ei fato decernitur, vel sapit aliquid, vel intelligit, vel patitur. Tum Petrus: Videte, inquit, fratres, in quæ absurda deciderit Simon: qui ante meum adventum docebat, quod homines in potestate haberent, & sapere, & facere quæ vellent; nunc in angustum redactus necessitate verborum, negat esse in hominis potestate, aut sciendi aliquid, aut agendi; & tamen audet se doctorem profiteri. Sed dic, quo modo ergo Deus judicat secundum veritatem unumquemque pro actibus suis, si agere aliquid in potestate non habuit? Hoc si teneatur, convulsa sunt omnia: frustra erit studium sectandi meliora: sed & judices sæculi frustra legibus præsunt, & puniunt eos qui male agunt; non enim in sua potestate habuerunt, ut non peccarent. Vana erunt & jura populorum, quæ malis actibus pœnas statuunt: miseri erunt & hi qui servant cum labore justitiam; beati vero illi, qui

a Matth. VI. 33.

1. *Sed impossibile est* &c.] Nilus Monachus Epist. 164. editionis Possinianæ, Allatianæ vero lib. 3. Epist. 234. μὴ ἀφθέντος (vel ἀναφθέντος) πυρὸς, ἐκ ἂν ἱδρύη (al. φανείη) καπνός.

2. *Neque enim verum est.*] Ἀληθές ἐστι pro δίκαιόν ἐστι, oratio Attica. *Verum est* pro *justum est*, *æquum est*, oratio Romana. Docent, adductisque exemplis firmant Grammatici, veteres ac recentiores.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



in deliciis positi, cum luxuria & scelere viventes, tyrannidem tenent. Secundum hæc ergo, nec justitia erit, nec bonitas, nec ulla virtus; &, ut vis, nec Deus. Sed hæc, o Simon, cur dixeris scio: volens profecto effugere quæstiones, ne possis manifestius confutari: & ideo ais non esse in potestate hominis sentire aliquid, aut invenire. Si enim vere hoc ita sensisses, non utique etiam ante adventum meum, apud populum te profitereris doctorem. Ego igitur dico, sui esse arbitrii hominem. Et Simon: Quid est sui arbitrii? dic nobis. Petrus ad hæc: Si nihil potest disci, cur & audire vis? Et Simon: Nihil habes ad hoc quod respondeas?

XXIII. Tum Petrus: Dicam, non a te compulsus, sed ab auditoribus rogatus. [1] Arbitrii potestas est sensus animæ, habens virtutem, qua possit ad quos velit actus inclinari. Tum Simon collaudans Petrum, super his quæ dixerat: Vere, inquit, magnifice & incomparabiliter exposuisti; bene enim dicenti tibi debeo testimonium dare: hoc tamen quod te interrogo nunc, si exposueris mihi, in ceteris omnibus obtemperabo tibi: quod ego volo discere; hoc est, si quod Deus vult esse, est; & si quod non vult esse, non est? de hoc responde mihi. Et Petrus: Si ignoras quod absurde & incompetenter interroges, ignoscens tibi ipse exponam: si autem scis quod inconsequenter interrogas, non recte facis. Tum Simon: Juro, inquit, ipsam, quæcumque illa est, summam Divinitatem, quæ habet judicium & vindictam in eos qui peccant; quia ignoro quid incompetenter dixerim, & quid in verbis meis habeatur absurdum, in his dumtaxat quæ proposui.

XXIV. Ad hæc Petrus: Quoniam, inquit, te ignorare confessus es, disce. Interrogatio tua, duobus sibi invicem contrariis unam sententiam postulavit. Etenim omnis motus in duas partes dividitur, ut quædam necessitate, quædam voluntate moveantur: & ea quidem quæ necessitas movet, semper in motu sunt; quæ vero voluntas, non semper: ut verbi gratia dicam; solis motus necessitate ducitur, ut statutum compleat cursum; omnisque status cæli, & ministeria necessariis motibus constant: homo vero actuum suorum motus voluntarios gerit. Et ideo alia sunt, quæ ob hoc creata sunt, ut in ministeriis sui necessitate deserviant, nec facere aliud quidpiam possint, nisi quod eis statutum est: cum autem expleverint ministerium, creator omnium qui ita constituit ea, prout voluerit, conservat ea. Alia vero sunt, ubi potestas est voluntatis, & in quibus agendi quæ velint, liberum habetur arbitrium. Hæc, ut dixi, non semper in eo ordine quo creata sunt, permanent; sed prout voluntas duxerit, & animi judicium declinaverit, sive bonis, sive malis studebunt: & ideo bene agentibus munera posuit, male agentibus pœnas.

XXV. Ais ergo tu: Si Deus vult aliquid esse, & est; & si non vult, non est? scilicet, ut si responderem, quia quod vult, & est; quod autem non vult, non est; diceres, ergo ipse vult esse mala, quæ in hoc mundo geruntur; quia omne quod vult, hoc & est; quod autem non vult, non est: si vero respondissem, non esse hoc, ut quod vult Deus, sit; & quod non vult, non sit; tum retorto sermone diceres, ergo impossibilis est Deus, si quod vult, non potest; & exsisteres petulantior, ut qui nihil rectum dixeris, vicisse te crederes. Et ideo ignoras, o Simon, & valde ignoras, quo modo in singulis quibusque voluntas sit Dei: quædam enim voluit, ut diximus, ita esse, ut aliud esse non possent, quam id quod ab ipso instituta sunt; & his neque præmia, neque supplicia statuit. Et vero quæ ita esse voluit, ut in sua potestate habeant, agere quod velint; his, pro actibus ac voluntatibus suis statuit, ut aut remunerationes mereantur, aut pœnas. Cum ergo in duas, ut edocui, partes dividantur cuncta quæ moventur, secundum eam quam supra diximus distinctionem, omne quod vult Deus, est; quod autem non vult, non est.

XXVI. Et Simon ad hæc: Nonne poterat nos omnes facere tales, ut essemus boni, & aliud esse non possemus? Petrus respondit: Et hoc absurde interrogas. Si enim nos inconvertibilis naturæ fecisset, & immobiles a bono; non essemus vere boni, quia aliud esse non possemus: & non erat nostri propositi, quod eramus boni; nec nostrum erat quod agebamus, sed necessitatis naturæ. Quo modo ergo hoc bonum dicetur, quod ex proposito non agitur? [2] Ob hoc autem & prolixioribus indiguit mundus iste temporibus; donec animarum, quæ prædestinatæ sunt, ad expletionem ejus, numerus impleretur: & tunc istud quidem visibile cælum revolveretur, ut liber; illud vero quod est superius, appareret: & animæ beatorum corporibus suis redditæ, inducerentur in lucem; impiorum vero animæ, pro immundis actibus suis spiritu flammeo circumdatæ, in profundum ignis inexstinguibilis mergerentur, per sæculum expensuræ supplicia. Hæc autem ita esse, verus nobis Propheta testatus est: de quo si vis agnoscere, quia Propheta sit; innumeris adsertionibus edocebo. Ex his enim quæ ab eo dicta sunt, & nunc singula quæ dixit implentur; etiam ea quæ futura dixit, creduntur implenda: fides enim futuris, ex his quæ jam gesta sunt, datur.


XXVII. At Simon, cui compertum erat, Petrum de Prophetiæ titulo dilucide adsignare rationem, ex quo quæstio omnis absolvitur: sermonem de hoc fieri declinavit. Et respondens ait: Ad ea quæ volo, responde mihi, & dic: Si visibile istud, ut ais, cælum resolvetur, cur ex initio factum est? Respondit Petrus; propter hominum præsentem hanc factum est vitam; ut esset interjectio quædam & divisio; ne quis forte indignus, habitationem cælestium & Dei ipsius sedem videret; quæ his solis qui mundi corde sunt [a], videnda præparantur. Nunc autem, id est agonis

a Matth. v. 8.

1. *Arbitrii potestas est sensus animæ, habens virtutem, qua possit ad quos velit actus inclinari.*] Gregorius Nyssenus; αὐτεξουσιότης ἐστὶ ψυχῆς λογικῆς θέλησις, ἑτοίμως κινουμένη εἰς ὅπερ ἂν θέλῃ; atque ex Græco Diadochus, de perfectione spirituali.

2. *Ob hoc autem &c.*] Collectanea sacra S. Damasceni, quæ in multis diversa ab excusis, & auctiora servantur apud Patres Societatis Jesu, capite περὶ ἀμοιβῆς καὶ ἀνταποδόσεως ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως &c. Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης ἐκ τοῦ α. λόγου τῶν περιόδων. Διὰ τοῦτο μακροῦ ἐδέησε χρόνου ὁ κόσμος, μέχρις ἂν ὁ τῷ θεῷ προορισθεὶς τῶν ἀγαθῶν ψυχῶν ἀριθμὸς ἀναπλήρωσιν λάβῃ. καὶ τότε αἱ τῶν ἀγαθῶν ψυχαὶ, ὡς φῶς τὰ σώματα ἀμφιέσονται· αἱ δὲ τῶν ἀσεβῶν, διὰ τῶν ἀκαθάρτων πράξεων πυρίνῳ πνεύματι ἀνακεχυμέναι, εἰς τὸν βυθὸν τοῦ ἀσβέστου πυρὸς ἐνεχθεῖσαι, εἰς αἰῶνα κλυδωνισθήσονται. Vide superius lib. 1. cap. 24.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



tempore, invisibilia esse placuit, ea quæ vincen- A tibus ad præmium destinata sunt. Et Simon ait: Si conditor bonus est, & mundus bonus; quo modo bonus bona dissolvet aliquando? Si autem quasi malum resolvit & destruit; quo modo non videbitur malus, qui malum fecit?

XXVIII. Petrus ad hæc: Quoniam, inquit, spopondimus tibi, ne blasphemantem te fugiamus; ipse enim reddes pro his quæ loqueris rationem; patienter ferimus. Audi ergo nunc: Cælum istud quod visibile est, & pertransit; si quidem propter semet ipsum factum esset, haberet fortasse quod dicis aliquid rationis, quia resolvi minime deberet: si vero propter aliud quid factum est, & B non propter se; necessario solvetur, ut illud pro quo factum videtur, appareat. Sicut verbi gratia dixerim; testa ovorum, quamvis pulcre facta & diligenter formata videatur, necesse est tamen eam frangi & resolvi, ut inde pullus procedat, & illud pro quo totius ovi forma expressa videtur, appareat. Ita ergo & hujus mundi necesse est transire statum, ut status ille sublimior regni cælestis effulgeat.

XXIX. Et Simon: Non mihi videtur, quia resolvi possit cælum, quod a Deo factum est. Ab æterno enim æterna fiunt; a corruptibili temporalia & caduca. Et Petrus: Non ita est; C sed a mortalibus quidem omnimodis corruptibilia fiunt, & temporalia: ab æterno vero, non semper corruptibilia, neque semper incorruptibilia; sed prout voluerit creator Deus, ita & erunt illa quæ creat. Neque enim sub lege est virtus Dei, sed lex creaturis suis voluntas ejus est. Respondit & Simon: Revoco te, inquit, ad primam quæstionem: dixisti Deum nunc quidem nulli esse visibilem; cum vero resolutum fuerit cælum istud, & supernus ille status regni cælestis obfulserit, tunc eos [a] qui mundi sunt corde, etiam Deum visuros: quæ sententia contraria est Legi: ibi enim scriptum est, Deum dixisse: [b] *Nemo videbit faciem meam, & vivet.*

XXX. Et Petrus respondit: His qui Legem, D non ex traditione Moysi legunt, contrarius videtur sermo meus: sed audi quo modo non sit contrarius. Deus videtur mente, non corpore; spiritu, non carne. Unde & Angeli qui sunt spiritus, vident Deum: & homines ergo, donec homines sunt, Deum videre non possunt; [c] ex resurrectione autem mortuorum, cum facti fuerint sicut Angeli, videre poterunt Deum. Et hoc modo non est sermo meus Legi contrarius: neque illud quod Magister meus dixit: [d] *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Futurum enim tempus ostendit, in quo ex homini- E bus Angeli fient, qui in spiritu mentis Deum videbunt. Post hæc autem verba multaque alia his similia, cum juramentis pluribus adfirmare Simon cœpit, dicens: De hoc mihi solo rationem redde, si immortalis est anima, & obsequar in omnibus voluntati tuæ; sed crastino, inquit; nam hodie jam tardum est. Ubi ergo cœpit dicere Petrus, Simon egressus est, & cum ipso perpauci ex sodalibus ejus, & hoc præ verecundia. Ceteri vero omnes ad Petrum conversi, genibus positis prosternebant se ante eum: ex quibus aliquanti diversis languoribus adstricti, aut dæmonibus incursati, oratione Petri sanabantur, & discedebant gaudentes, quasi veri Dei doctrinam, simul & misericordiam consecuti. Cum ergo abscessissent turbæ, & soli familiares ejus remansissemus cum eo; stratis humi redditis accubuimus, solitum unusquisque recognoscens locum: sumtoque cibo, cum gratias egissemus Deo, quievimus.


XXXI. Sequenti vero die, Petrus ex more ante lucem surgens, jam nos invenit vigilantes, & paratos ad audiendum. Atque ita is exorsus est: Deprecor vos, fratres & conservi mei, ut si quis forte vestrum non potest vigilare, non sibi extorqueat, erubescens præsentiam meam; quia difficilis est subita permutatio: longo autem tempore, si paullatim adsuefiat, labor non erit quod ex usu venit. Non enim omnes ejusdem institutionis fuimus; licet processu temporis, in unam temperari consuetudinem poterimus: ajunt enim, quod secundum naturæ locum obtineat consuetudo. Testem autem Deum invoco, quod non indignor, si quis forte non potest vigilare; sed hoc magis, si cum totam quis noctem dormiat, per diem non replet id quod omisit in nocte. Necessarium namque est, doctrinæ studiis intente & indesinenter operam dare; ut mens nostra Dei solius memoria repleatur: quia mentem quam repleverit memoria Dei, Maligno in ea non dabitur locus.

XXXII. Cum hæc diceret ad nos Petrus, unusquisque nostrum solicite satisfaciebat ei, quod olim brevi somno satiati, vigilaremus; sed vereremur excitare eum; quia nec deceret discipulos magistro imperare: quod tamen pæne, o Petre, ausi fueramus præsumere, dum cor nostrum, nimio verborum tuorum desiderio tripudians, somnum penitus fugaret ab oculis: sed iterum affectus erga te noster obstitit, & violenter te a nobis non tulit excitari. Tum Petrus: Quoniam igitur audiendi, inquit, desiderio libenter vos adseritis vigilare, volo vobis ea tantum quæ hesterno sparsim dicta sunt, repetens, diligentius & cum suo ordine explicare. Quod & per singulas quasque disputationes diurnas facere dispono: ut per noctem, ubi secretum loci & temporis datur, si quid forte, utpote in certamine, minus plene dictum est, id integro ordine & linea directæ explanationis aperiam. Et post hæc cœpit nobis ostendere, quo modo hesterno haberi debuerit disputatio, & propter contentionem vel imperitiam contradicentis haberi non potuit: & ideo sola professione usus sit, atque ea quæ ab adversario dicebantur, tantum destruxerit; sua vero neque omnia, neque manifeste exposuerit: & singula nobis repetens, integro ordine & plena ratione disseruit.

XXXIII. Cum vero jam albesceret dies, egressus ad turbas post orationem, solito ad disputandum constitit loco: & videns Simonem in mediis turbis stantem, ex more prius salutato populo, ait: Dolori mihi esse fateor, de nonnullis hominibus, qui cum ita ad nos veniunt, ut discant aliquid, ubi eos docere cœperimus, ipsi rursus magistros se esse profitentur: & interrogant quidem ut ignorantes, contradicunt autem ut scientes. Sed fortasse dicet aliquis, quia qui interrogat, ob hoc quidem ut discat, interrogat: ubi vero id quod audierit, non ei recte

a Matth. v. 8. b Exod. xxxiii. 20. c Matth. xxii. 30. d Matth. v. 8.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



dictum videtur, necesse est ut respondeat: & A hæc ei videtur esse contradictio, quæ non est contradictio, sed rei interrogatio.

XXXIV. Audi ergo ad hæc: Totius doctrinæ disciplina, certum habet ordinem: & sunt quædam quæ primo tradenda sunt, alia vero quæ secundo in loco, & alia tertio; & sic singula quæque per ordinem: quæ utique si per consequentiam tradantur, manifesta fiunt; extra ordinem vero si proferantur, etiam contra rationem dicta videbuntur. Et ideo in primis ordo servandus est: si tamen hoc proposito quæramus, ut possimus quod quærimus invenire. Etenim qui rectum initium viæ acceperit, etiam secundum locum consequenter advertet; & ex secundo tertium facilius inveniet: & quanto ultra processerit, tanto magis ei via agnitionis apertior fiet: usquequo ad ipsam quo tendit & desiderat urbem perveniat veritatis. Qui vero imperitus est, & quærendi viam nescit, sicut peregrinus viator, ignorans & errans, si cive & indigena nolit uti duce, sine dubio cum aberraverit a via veritatis, extra vitæ januas remanebit; & ita noctis atræ tenebris involutus, per semitas perditionis incedet. Quia ergo si per ordinem, quæ quærenda sunt inquirantur, inveniri facillime possunt; ordinem vero requirendi imperitus ignorat; rectum est ut scienti cedat ignarus, & primo quærendi ordinem discat; ut ita demum interrogandi, & respondendi inveniat disciplinam.

XXXV. Et Simon ad hæc: Non ergo omnium est veritas, sed eorum tantummodo qui artem noverint disputandi: quod utique absurdum est, cum æqualiter sit Deus omnium, non omnes æqualiter posse voluntatem ejus agnoscere. Et Petrus: Æquales, inquit, omnes ab eo facti sunt, & æqualiter cunctis dedit capaces esse veritatis. Verum quod nullus eorum qui nati sunt, eruditus natus sit; sed posterior sit nativitate eruditio; nulli dubium est. Cum igitur nativitas hominum in eo teneat æquitatem, ut omnes similiter percipiendæ disciplinæ capaces sint; non est in natura, sed in eruditione diversitas. Aut quis nescit, quod ea quæ unusquisque didicit, priusquam disceret, ignorabat? Et Simon: Vere, inquit, dicis. Tum Petrus: Si ergo in his artibus quæ usus communis habet, primo discitur, deinde docetur: quanto magis oportet eos qui eruditores se profitentur animarum, primo discere, & ita docere; ne cum sint ipsi imperiti, ridiculum videatur, si aliis se præstituros scientiam repromittant? Tum Simon: In artibus, inquit, his quæ usus communis habet, verum est, quod unusquisque, nisi didicerit, nesciat: in verbo vero scientiæ, statim ut audierit quis, didicit.

XXXVI. Et Petrus: Si quidem per ordinem, & consequenter audiat, potest scire quod verum est: sed qui emendatioris vitæ regulam conversationisque castioris suscipere recusat; quæ utique sequela est scientiæ veritatis; scire se, quod scit, non vult fateri. Sicut etiam nonnullos videmus, qui artibus quas a puero didicerant, derelictis, ad alios se actus conferunt; & ut excusatio sit eis desidiæ suæ, culpare incipiunt artem velut infructuosam. Et Simon: Deberent omnes audientes credere verum esse, quod audiunt. Tum Petrus: Qui audierint per ordinem sermonem veritatis, contradicere omnino non possunt; sed sciunt verum esse quod dicitur; si tamen libenter etiam vitæ instituta suscipiant. Hos vero, quos audientes ad bona opera conferre se piget, male agendi libido acquiescere his quæ recta judicant, non sinit. Unde ostenditur, positum esse in auditorum potestate, eligere utrum malint. Quod si omnes qui audiunt, obedirent; naturæ magis esset necessitas, quæ una omnes ageret via. Sicut enim suaderi quis non potest, ut fiat brevior, aut longior; quia non sinit vis naturæ: ita & ad veritatem, si omnes verbo converterentur, aut omnes non converte- B rentur; naturæ esset vis, quæ cogebat verbo omnes converti, aut nullum omnino converti.

XXXVII. Et Simon: Doce ergo nos, quid primo oportet discere eum, qui veritatem scire desiderat? Et Petrus: Ante omnia, inquit, quæri oportet, quid sit homini quærenti invenire possibile? Necesse est enim judicium Dei in hoc stare, si potuit homo bonum facere, & non fecit: & ideo quærendum est hominibus, si habeant in potestate sua, quærentes invenire quid est bonum; & cum invenerint, facere; hoc enim est pro quo judicandi sunt. Amplius autem his solum scire fas est Prophetam; & merito: quid enim opus est hominibus scire, quo modo factus C sit mundus? Hæc enim discenda necessario viderentur, si simile ineundum nobis esset artificium. Nunc autem sufficit nobis ad cultum Dei, ut sciamus, quia ipse fecit mundum: quo modo non nobis imminet, tamquam simile aliquid facturis, artis ipsius scientiam discere. Sed neque pro hoc judicandi sumus, cum non didicerimus quo modo factus sit mundus; sed pro hoc tantum, si ignoremus conditorem ejus. Sciemus autem conditorem mundi justum & bonum Deum, si eum semitis justitiæ requiramus. Nam si hoc tantum sciamus de eo, quod bonus est; hujusmodi scientia non sufficit ad salutem. In præsenti enim tempore, bonitate ejus & beneficiis per- D fruuntur, non solum digni, sed etiam indigni. Si vero non tantum bonum, sed etiam justum eum credamus; & secundum hoc quod de Deo credimus, in omni vita nostra justitiam teneamus; etiam bonitate ejus in æternum fruemur. Denique Hebræis, qui de Deo ita opinabantur, quod solum bonus esset, dicebat Magister noster, [a] ut & justitiam ejus quærerent: hoc est, ut scirent eum præsenti quidem tempore bonum esse, ut omnes in bonitate ejus vivant; justum vero eum futurum in die judicii, ut dignis præmia æterna restituat, a quibus excludet indignos.

E XXXVIII. Et Simon: Quo modo potest unum atque idem, & bonum esse, & justum? Petrus ait: Quia sine justitia, bonum quodammodo videbitur: boni est enim, [b] solem suum & pluviam, ex æquo justis & injustis præbere; sed hoc videretur injustum, si bonos malosque æquali semper sorte censeret; & nisi frugum caussa hoc faceret, quibus perfrui æqualiter omnes qui in hoc mundo nati sunt, conveniret. Sed sicut data a Deo pluvia, ex æquo & fruges nutrit, & lolium; messis autem tempore, [c] frumenta quidem congregantur in horreum, paleæ vero vel lolium igni consumuntur: ita in die judicii,

a Matth. VI. 33. b Matth. V. 45. c Matth. III. 12.

cum justi introducentur in regnum Dei, injusti A autem abjicientur foras; tunc etiam justitia Dei ostendetur. Nam si æqualis permaneret perpetuo malis & bonis; jam hoc non solum bonum non esset, sed & injustum atque iniquum videretur, ut justi & injusti uno apud eum haberentur ordine meritorum.

XXXIX. Et Simon: Unum est de quo mihi velim satisfieri, an immortalis est anima; non enim possum onus subire justitiæ, nisi prius de immortalitate animæ sciam; quæ utique si immortalis non est, nec prædicationis tuæ poterit stare professio. Tum Petrus: Quæramus, inquit, prius, si justus est Deus; quod si claruerit, integer pro- B fecto religionis ordo constabit. Et Simon: Videris mihi tu, qui te jactas disputandi ordinem nosse, nunc contra ordinem respondisse: me enim rogante ut ostendas, si immortalis est anima; tu ais: Primo nos quærere oportet, si justus est Deus. Et Petrus ait: Valde consequenter, & recte se habet. Simon: Velim discere.

XL. Petrus: Audi, inquit; nonnulli hominum blasphemantes Deum, & omnem vitam suam, injustitiæ voluptate ducentes, in lectulis suis perfuncti sunt, consecuti finem vitæ inter suos, & honorabilem sepulturam: alii vero C Deum colentes, & cum omni justitia & sobrietate vitam suam in parsimonia conservantes, pro justitiæ observantia, in desertis interiere, ita ut ne sepultura quidem haberentur digni. Ubi est ergo justitia Dei, si anima immortalis non est; quæ vel si impie egerit, pœnas in futuro, vel si pie & juste, præmia consequatur? Et Simon ait: Hoc utique est, quod nos incredulos facit, quia multi bene agentes, male pereunt; & rursum, multi impie agentes, longi temporis cum beatitudine vitam finiunt.

XLI. Et Petrus: Hoc ipsum, inquit, quod te ad incredulitatem trahit, nobis certam fidem fa- D cit, quia judicium erit. Etenim cum certum sit, Deum justum esse; necessarium & consequens est, aliud esse sæculum, in quo unusquisque pro meritis recipiens, justitiam Dei probet. Quod si nunc omnes homines pro meritis suis reciperent, vere nos fallere videbamur, dicentes futurum esse judicium: & ideo hoc ipsum, quod in præsenti vita non redditur unicuique pro actibus suis, fidem indubitabilem facit, scientibus Deum esse justum, quia judicium erit. Et Simon: Cur ergo mihi non persuadetur? Petrus ait: Quia verum Prophetam non audisti, dicentem; [a] *Quærite primo justitiam ejus, & hæc omnia adponentur vobis.* Et Simon: Indulge, inquit, mihi nolenti primo E justitiam quærere, antequam sciam si immortalis sit anima. Et Petrus: Et tu mihi hoc unum indulge, quia non possum facere aliter quam me Propheta veritatis edocuit. Tum Simon: Certum est, inquit, non posse te adserere, quod immortalis sit anima: & ob hoc cavillaris, sciens quia si mortalis probetur, radicitus convellatur religionis istius quam conaris adserere, tota professio: & ideo laudo quidem prudentiam tuam; non tamen probo persuasionem: multis enim persuades suscipere religionem, & libidinis subire continentiam sub spe futurorum bonorum: quibus evenit, ut neque præsentibus perfruanrur, & decipiantur futuris. Simul enim ut mortui fuerint, etiam anima pariter exstinguetur.

XLII. Petrus vero hæc audiens, dentibus frendens, frontemque adterens manu, & profundo dolore suspirans, ait: Astutia serpentis antiqui ad hominum decipiendas animas armatus adsistis; & ideo, ut serpens sapientior ceteris bestiis, ab initio doctorem te esse professus es: & rursus, ut serpens, multos introducere deos volebas; super quo confutatus, nullum omnino nunc esse adseris Deum. Nam per occasionem nescio cujus ignoti Dei, conditorem mundi Deum negasti: sed eum vel malum esse, vel multos habere sibi æquales; vel omnino, ut diximus, non esse Deum confirmabas. Post hæc cum etiam in hoc superatus fuisses, animam nunc adseveras esse mortalem; uti ne futurorum spe recte justeque vivatur. Nam utique si desperantur futura; quidni, si abscindatur misericordia, luxuriæ indulgeatur & voluptatibus? ex quibus omnem consurgere injustitiam constat. Et cum tantæ impietatis doctrinam, miseræ huic introducas mortalium vitæ, te ipsum pium, me impium vocas, quasi qui homines non sinam sub spe futurorum bonorum, arma corripere, & impugnare se invicem, diripere ac subvertere universa, & moliri omnia quæ libido dictaverit. Et quis erit iste vitæ status qui a te introducitur, ut pugnent homines, & impugnentur, ut irascantur, & perturbentur, & semper in metu vivant? Necesse est enim eos qui aliis inferunt mala, etiam ipsos sperare similia. Videsne te ducem perturbationis, & non pacis; iniquitatis, & non æquitatis exsistere? Verum ego, non quasi qui ostendere non possim immortalem esse animam, simulavi iracundiam; sed misereor animas hominum, quas tu decipere conaris. Dicam ergo, sed non quasi te cogente: scio enim quo modo dicam; & solus eris, qui de hoc non tam persuasione indigeas, quam commonitione: eos autem, hoc qui vere ignorant, docebo ut convenit.

XLIII. Tum Simon: Si irasceris, inquit, non interrogabo, nec audire volo. Et Petrus: fugiendi habes licentiam, & sine occasione cujusquam. Omnes enim audierunt te nihil recte dicentem, nec potuisse aliquid confirmare; sed ob hoc tantum interrogasse, ut contradiceres; quod quivis facere potest. Quid enim difficile est post evidentes adsertiones respondere; nihil dixisti? Ut autem scias, quia possum tibi uno sermone ostendere, quod immortalis est anima; interrogo te verbum, quod omnes norunt: responde mihi, & uno sermone immortalem esse comprobabo. Tum Simon, qui jam occasionem sibi visus fuerat invenisse ex iracundia Petri, ut discederet, restitit, pro eo quod mirum ei aliquid promittebatur, & ait: Interroga me, ut tibi respondeam quod omnes norunt, & audiam uno, ut pollicitus es, sermone, quo modo anima immortalis sit.

XLIV. Et Petrus: Dicam ita, ut præ ceteris omnibus tibi magis probetur. Responde ergo mihi: Quid est quod incredulum magis suadere potest, visus, an auditus? Et Simon: Visus. Tum Petrus: Quo modo ergo a me vis discere verbo, quod tibi re ipsa probatur & visu? Et Simon: Nescio, inquit, quo modo dicas. Et Petrus:

[a] Matth. VI. 33.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

Si nescis, perge nunc in domum tuam; & ingressus interius cubiculum, videbis imaginem positam, continentem pueri violenter necati effigiem, purpura coopertam; ipsum interroga, & docebit te, vel responsione, vel visu. Quid enim opus est audire ab eo si immortalis sit anima, cum adstare eam videas præsentem? Si enim non esset, nec videri utique poterat. Quod si nescis quam dico imaginem; hinc e vestigio cum aliis decem viris, ex his qui præsentes sunt, eamus ad domum tuam.

XLV. At Simon hæc audiens, & conscientia percussus, colore mutato, exsanguis effectus est; extimuit enim ne forte, si negaret, perscrutaretur domus ejus; aut ne indignans Petrus, manifestius eum proderet; & omnibus, quis esset, innotesceret: ita respondit: Obsecro te, Petre, per illum bonum Deum qui in te est, ut vincas malitiam quæ in me est; suscipe me ad pœnitentiam, & habebis me adjutorem prædicationis tuæ. Nunc enim vere rebus ipsis didici, quia Dei veri propheta es; & ideo secreta hominum solus atque arcana cognoscis. Et Petrus ait: Videtis, fratres, Simonem pœnitentiam quærentem: paullo post videbitis eum rursus ad infidelitatem suam reverti. Putans enim me prophetam esse, pro eo quod publicavi mala ejus, quæ in secretis habebat & in occultis, pœnitentiam se acturum promisit; me enim mentiri fas non est; neque ut infidelis hic salvetur, aut non salvetur, ego fallere debeo. Testor enim cælum & terram, quia non prophetice dixi, quæ dixi; vel quæ, quantum possibile erat, turbis audientibus indicavi; sed a quibusdam qui tunc ei socii fuerant in operibus suis, nunc autem conversi sunt ad fidem nostram, quid ei in secreto gestum sit, didici: cognita ergo, non præcognita locutus sum.

XLVI. Simon vero ut hæc audivit, maledictis his & conviciis adgreditur Petrum, dicens: O nefandissime omnium, & dolosissime, cui victoriam fortuna, non veritas dedit. Verum ego non pro penuria scientiæ pœnitentiam petii; sed ut tu, putans me per pœnitentiam discipulum tuum fore, omnia secreta professionis tuæ concrederes mihi; ut ita demum te cunctis agnitis, confutarem. Sed ut callidus, intellexisti quam ob caussam pœnitudinem simulassem; & acquievisti, tamquam meum non intelligens dolum; ut prius me apud populum exponeres, quasi imperitum: tum deinde prævidens, quod ego ita populo expositus, necesse habeo indignari, & confiteri, me non vere pœnitudinem gerere, prævenisti, ut diceres, me ad infidelitatem meam post pœnitentiam regressurum; ut omni ex parte vicisse videreris, & si permanerem in pœnitentia quam professus fueram, & si non permanerem: ut tu sapiens crederetis, qui ista prævideris; ego autem deceptus viderer, quia tuum non prævidi dolum: tu vero meum prævidens, calliditate usus, circumscripsisti me. Sed ut dixi, fortunæ est, non veritatis ista victoria: scito tamen cur ego ista non præviderim; quia adstans locutus sum tibi per bonitatem meam, & patienter egi tecum. Nunc autem tibi ostendam divinitatis meæ potentiam, ut repente procidas, & adores me.

XLVII. Ego sum prima Virtus, qui semper & sine initio sum: ingressus autem uterum Rachel, natus sum ut homo ex ea, quo ab hominibus videri possem: ego per aerem volavi; igni commistus unum corpus effectus sum; statuas moveri feci; animavi exanima; lapides panes feci; de monte in montem volavi, transmeavi; manibus Angelorum sustentatus, ad terras descendi. Hæc non solum feci, sed & nunc facere possum; ut rebus ipsis probem omnibus, quia ego sum Filius Dei, stans in æternum; [1] & credentes mihi, similiter stare in perpetuum faciam. Tua autem verba vana sunt omnia, nec ullum potes opus ostendere veritatis; sicut & ille qui misit te Magus, qui nec se ipsum potuit liberare de crucis pœna.


XLVIII. His dictis a Simone, Petrus respondit: Ne agas aliena; tu enim quod sis magus, ex ipsis quæ gessisti, confessus es, & manifestatus: noster autem Magister, qui est filius Dei & hominis, manifeste bonus est. Quod autem vere sit Filius Dei; quibus oportuit dictum est, & dicetur. Tu autem si non vis confiteri, quod magus es; cum omni hac turba pergamus ad domum tuam, & tunc apparebit quis sit magus. Hæc autem Petro dicente, Simon blasphemiis & maledictis agere cœpit; ut seditione facta, perturbatis omnibus, argui non posset; & Petrus, quasi blasphemiæ caussa secedens, victus videretur. Sed perstitit, & arguere eum vehementius cœpit.

XLIX. Tunc populus indignatus, Simonem atrio ejectum, extra januam domus pepulit; eumque depulsum, unus secutus est solus. Facto autem silentio, Petrus alloqui populum hoc modo cœpit: Patienter, fratres, malos ferre debetis; scientes, quia Deus, cum possit eos excidere, patitur tamen durare usque ad præstitutam diem, in qua de omnibus judicium fiet: quo modo ergo nos non patiemur, quos patitur Deus? Cur autem non forti animo illatas ab eis toleramus injurias; cum suas ille, qui potest omnia, non ulciscatur? ut & ipsius bonitas, & malorum noscatur impietas. Verum si non invenisset Simonem Malignus ministrum sibi, invenisset alium sine dubio. [a] Necesse est enim sæculo huic venire scandala; væ tamen illi per quem veniunt. Et ideo magis deflendus est Simon, quod vas electionis factus est Maligno: quod utique non fuisset, nisi potestatem in eum pro peccatis prioribus accepisset. Nam inde quid dicam, quod [b] & Jesu nostro crediderat, & quod immortales esse animas, sibi ipse persuasit? Quamvis in eo ludatur a dæmonibus, tamen persuasit sibi, quod pueri violenter necati habeat animam ministrantem sibi ad quæcumque voluerit: in quo vere, ut dixi, a dæmonibus illuditur; & ideo ego secundum ea quæ ipsi videbantur, locutus sum ad eum: nam & a Judæis didicit, quia sit judicium, & ultio proferenda adversum eos, qui contra veram fidem veniunt, nec pœnitudinem gerunt: sed isti sunt quibus Malignus, tamquam perfectis in sceleribus, apparet, ut decipiat eos, ne aliquando ad pœnitentiam convertantur.

L. Vos ergo, qui ad Dominum convertimini per pœnitentiam, curvate ei genua. Hæc cum

a Matth. XVIII. 7. *b* Act. VIII. 13.

1. *Et credentes mihi, similiter stare in perpetuum faciam.*] Hinc Menander Simonis discipulus, eos qui baptismum suum acceperant, dicebat immortales permansuros.



dixisset, omnis multitudo genua flexit Deo. Et Petrus respiciens ad cælum, cum lacrymis orabat super eos, ut Deus pro sua bonitate suscipere eos dignaretur, confugientes ad se. Et postquam oravit, & præcepit ut postera die maturius convenirent, [1] multitudinem missam fecit. Tum deinde secundum consuetudinem, cibo sumto quievimus.

LI. Igitur Petrus solita noctis hora consurgens, invenit nos vigilantes; & cum ex more salutans consedisset, primus Niceta ait: Si permittis, mi Domine Petre, habeo quod rogem. Et Petrus: Permitto, inquit, non solum tibi, sed & omnibus; & non solum modo, sed & semper; ut unusquisque quod eum movet, & partem quam dolet in animo, fateatur, ut possit consequi medicinam. Quæ enim silentio conteguntur, nec innotescunt nobis, velut multi temporis vitia, difficile curantur: & ideo quoniam tacentibus non facile potest medela opportuni & necessarii sermonis adhiberi, proferre debet unusquisque, in quo animus per ignorantiam languet: tacenti vero dare remedium, solius est Dei: possumus autem & nos, sed circuitu multi temporis. Necesse est enim ut sermo doctrinæ ab initio per ordinem currens, & singulis quibusque quæstionibus obvians, cuncta aperiat, & cuncta dissolvat, & perveniat etiam ad hoc quod unusquisque in animo suo requirit: sed hoc, ut dixi, per multum tempus fieri potest. Nunc autem quod desideras roga.

LII. Et Niceta ait: Uberes tibi gratias ago, o clementissime Petre: verum hoc est quod discere cupio: Cur Simon qui adversatur, facere tanta hæc & talia potuit? Non enim mentitus est aliquid ex his, quæ se fecisse professus est. Ad hæc beatus Petrus ita respondit: Deus qui unus & verus est, [2] primo germini suo amicos bonos & fideles instituit præparare: sciens autem, quia boni esse non possunt, nisi habeant in potestate sensum quo fiant boni, ut ex suo proposito hoc sint quod volunt; alioqui non possunt esse vere boni, si non proposito, sed necessitate tenerentur in bono; potestatem dedit unicuique arbitrii sui, ut hoc esse possit, quod vult. Et rursum prævidens, quia ista potestas arbitrii, alios quidem faceret eligere bona, alios vero mala; & per hoc in duos ordines necessario propagandum esset hominum genus; unicuique ordini concessit & locum & regem, quem vellet eligere: bonus enim rex bonis gaudet; & malignus malis. Et quamvis hæc tibi, o Clemens, in hoc tractatu quem de præfinitione & fine dissserueram, plenius exposuerim: tamen & nunc requirenti Nicetæ manifestare me convenit, quæ sit ratio, quod Simon qui contra Deum sentit, tanta facere mirabilia potuit.

LIII. Igitur primo omnium, malus esse judicatur apud Deum is, qui requirere non vult quod sibi expedit. Quo modo enim talis iste alium diliget, qui semet ipsum non diligit? Aut cui non iste inimicus erit, qui sibi ipsi amicus esse non potuit? Ut ergo distinguerentur, qui bona & qui eligunt mala; Deus quod utile est occultavit hominibus, id est, possessionem regni cælorum, eamque velut thesaurum secretum reposuit & abscondit, ut ad eam non facile quis possit virtute & scientia pervenire propria: famam tamen ejus, diversis nominibus & opinionibus, per generationes singulas ad omnium perduxit auditum: ut si qui forte essent amatores boni, audientes quod sibi esset utile & salutare, requirerent & invenirent; requirerent autem non a semet ipsis, sed ab eo qui occultavit; darique sibi accedendi aditum & viam scientiæ precarentur, quæ illis solis panditur qui eam super omnia mundi hujus diligerent bona, nec alio quis pacto vel intelligere eam possit, etiamsi prudentissimus videretur: hi vero qui neglexissent, quod sibi utile & salutare esset, inquirere; tamquam se ipsos odio habentes, & semet ipsis inimici, fraudarentur ejus bonis, velut qui diligerent mala.

LIV. Oportet ergo bonos diligere eam super omnia; id est, super divitias, gloriam, requiem, parentes, propinquos, amicos, & omne quod in hoc mundo est. Qui vero perfecte diligit possessionem hanc regni cælorum, abjiciet sine dubio omnem malæ consuetudinis usum, negligentiam, desidiam, malitiam, iram, cunctaque his similia. Nam si quid horum prætuleris ei; tamquam qui plus dilexeris propriæ libidinis vitia quam Deum, ad possessionem regni cælestis pervenire non poteris: quia & vere stultum est, aliquid plus amare quam Deum. Sive enim parentes sunt, moriuntur; sive propinqui, non permanent; sive amici, mutantur: solus est autem Deus æternus, & indemutabilis parens. Qui ergo non vult inquirere quod sibi utile est, malus est; in tantum, ut malitia sua ipsum impietatis principem superet: ille enim bonitate Dei abutitur ad propositum malitiæ suæ, & sibi placet; hic autem salutis suæ bona negligit, ut perditione sui Malo placeat.


LV. Propter hos ergo, qui salutis suæ neglectu placent Malo, & eos qui studio utilitatis suæ placere cupiunt Bono; paria quædam ad tentationem præsenti huic sæculo statuta sunt decem, secundum numerum decem plagarum, quæ illatæ sunt Ægypto. Cum enim [a] Moyses secundum præceptum Dei peteret a Pharaone, ut emitteret populum; & ad testimonium cælestis imperii signa ostenderet, projecta in terram virga, conversa est in serpentem. Cumque ob hæc Pharao non vellet adquiescere, utpote habens arbitrii libertatem: rursum Magi similia signa facere visi sunt; permittente Deo, ut propositum regis probaretur ex arbitrii libertate, si magis crederet signis Moysi qui a Deo missus est, quam his quæ Magi videbantur potius facere, quam faciebant: quos ipso utique nomine intelligere debuerat, non esse operarios veritatis; quod non a Deo missi, sed Ma-

a Exod. VII. VIII.

1. *Multitudinem missam fecit.*] Risum tenere non potui, cum pro his, in impostore Pseudo-Abdia legi, *Sacrificium fecit*, quasi scriptum esset dumtaxat, *Missam fecit*.

2. *Primo germini suo.*] Ita Lib. Reg. & P. In Justino Martyre Apolog. 2. p. 66. *λόγον, ὅ ἐςι πρῶτον γέννημα τῶ Θεῶ*. In Athenagora Legatione pro Christianis p. 10. *πρῶτον γέννημα εἶναι τῷ πατρί*. At reliqui quatuor Codices, *primogenito suo*, id est, vel *πρωτοτόκῳ*, Coloss. I. 15. vel *πρωτογόνῳ*, apud Justinum ubi supra; vel *πρωτογενεῖ*, juxta Gregorium Thaumaturgum Panegyrico ad Origenem p. 53. Methodius de castitate Orat. 3. non multo post initium; *τὸ πρωτόγονον τῶ Θεῶ, καὶ πρῶτον βλάςημα καὶ μονογενὲς, τὴν σοφίαν*. Et Orat. 10 extrema; *τὰς δύο ἀρχιγόνους δυνάμεις*. Alius Methodius de Cruce apud Gretserum; *ὁ πρωτόγονος τῶ Θεῶ*. Clemens Alex. Strom. VI. p. 644.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



gi appellabantur; ficut & ratio indicat. Denique usque ad aliquem locum, visi sunt habere certamen; & post hæc [a] confessi de se, cessere meliori. Inducitur [b] ergo plaga ultima, interitus primitivorum; & tunc Moyses jubetur populum consperssione sanguinis consecrare; atque ita magna cum prece, oblatis etiam muneribus, cum populo rogatur abscedere.

LVI. Simili ergo modo, etiam nunc per me, video geri. Sicut enim tunc Moyse hortante Regem ut crederet Deo, obsistebant Magi quasi ostentatione similium signorum, & a salute incredulos prohibebant: ita & nunc cum ego exierim docere omnes gentes ut credant vero Deo, Simon magus resistit, eadem agens adversum me, quæ & illi tunc egerunt adversum Moysen; ut si qui sunt ex gentibus, qui non recto judicio utuntur, appareant; salventur autem qui signorum rectum discrimen habuerint. Hæc dicente Petro, Niceta respondit: Obsecro te, ut si quid ad memoriam venit, permittas mihi proferre. Tum Petrus delectatus super studio discipulorum: Dic, inquit, quod vis.

LVII. Et Niceta ait: Quid peccavere Ægyptii, si non crediderunt Moysi; cum & Magi similia signa fecerint, etiamsi viderentur potius fieri, quam veritate fierent? Nam & si ego fuissem tunc; ex eo quod Magi similia faciebant, nonne aut Moysen magum credidissem; aut Magos quæ ostendebant, divinitus facere putassem? quia non mihi verisimile videretur; licet per phantasiam, eadem tamen effici a Magis posse, quæ ille qui a Deo missus est, perpetrabat. Et nunc ergo quid peccant hi qui Simoni credunt, cum videant eum tanta facere mirabilia? Aut non est mirabile per aerem volare? igni admistum, unum corpus effici? facere statuas ingredi? canes æreos latrare? & alia his similia; quæ utique discretionem nescientibus, satis mira sunt? Sed & de lapidibus visus est panes facere. Quod si peccat, qui signa facientibus credit; quo modo non peccasse videbitur & is, qui Domino nostro pro signis & virtutibus credidit?

LVIII. Et Petrus ait: Libenter accipio quod de veritate ad amussim requiris, & impedimenta fidei in anima tua latere non pateris. Unde & medelam consequi facile potes. Meministi, quod pejus omnium esse dixi, cum quis negligit quod sibi expedit dicere? Et Niceta respondit: Memini. Petrus: Et rursum, quod Deus occultavit veritatem suam, ut eam his qui se fideliter sectantur, aperiat? Et Niceta: Ne hoc quidem oblitus sum. Tum Petrus: Quid ergo putas, quia in terram defossam absconderit Deus veritatem, & montes ei superposuerit, ut ab his qui in profundum fodere valent, tantummodo inveniri possit? Non ita est: sed sicut montes & terram cæli

A ambitu circumdedit; ita & veritatem, caritatis suæ velamine contexit; ut ille ad eam solus pervenire possit, qui prius januam dilectionis divinæ pulsaverit.

LIX. Etenim quod prius dicere cœperam, paria quædam huic mundo destinasse Deum: ille qui primus ex paribus venit, a Malo est; qui secundus a Bono. In quo unicuique hominum justi occasio judicii datur, sive simplex ille sit, sive prudens. Nam si simplex est, & crediderit illi qui primus venit; signis enim & prodigiis motus: necesse est eadem ratione, ut etiam illi qui secundo venerit, credat; signis enim & prodigiis B suadebitur & nunc, sicut prius. Cum vero crediderit huic secundo, discet ab eo quod primo illi qui a Malo venit, credere non debeat: & ita prioris error, secundi emendatione corrigitur. Si vero quia primo credidit, secundum recipere noluerit; merito ut injustus condemnabitur: injustum enim est, ut cum primo propter signa crediderit, secundo eadem aut etiam potiora ferenti signa, non credat. Si vero non credidit primo; consequens est, ut vel in secundo moveatur ad credendum. Neque enim in tantum animo stertit, ut ingeminatis mirabilibus non valeat suscitari. Si vero prudens est; discretionem potest capere signorum. Et si quidem primo cre-C didit, augmentis virtutum movebitur ad secundum; & ex comparatione, quæ sint potiora deprehendet; quamvis manifesta habeantur indicia apud eruditos quosque, sicut per ordinis consequentiam demonstravimus. Si vero tamquam sanus quis, & qui medico non indigeat, non est commotus ad primum, rei ipsius perseverantia suscitabitur ad secundum; [1] distinctionemque signorum & mirabilium faciet, in hunc modum: Ille qui a malo est, signa quæ facit, nulli prosunt; illa vero quæ facit bonus, hominibus prosunt.


LX. Nam dic quæso, quæ utilitas est ostende-D re statuas ambulantes? latrare æreos aut lapideos canes? salire montes? volare per aerem? & alia his similia, quæ dicitis fecisse Simonem? Quæ autem a Bono sunt, ad hominum salutem deferuntur, ut sunt illa quæ fecit Dominus noster, qui fecit cæcos videre, fecit surdos audire, debiles & claudos erexit, languores & dæmones effugavit, mortuos fecit resurgere, & alia his similia, quæ etiam per me fieri videtis. Ista ergo signa quæ ad salutem hominum prosunt, & aliquid boni hominibus conferunt, Malignus facere non potest; [2] nisi in fine mundi tantum. Tunc enim admiscere ei conceditur aliqua etiam de dextris signis, id est, ut vel dæmones fuget, vel ægritu-E dines sanet; & propter hoc, tamquam qui excesserit terminos suos, & in semet ipsum divisus sit, ac semet ipsum impugnaverit, destruetur. Et propterea Dominus prædixit; in novissimis tempori-

a Exod. VIII. 19. b Exod. XII.

1. *Distinctionemque signorum & mirabilium faciet, in hunc modum.*] Quem modum hinc hausit Auctor Operis imperfecti in Matthæum ad VII. 16. & XXIV. 24. seu Homil. 19. & 49. Idemque profertur ab Origene II. in Celsum pag. 94. & a Procopio Gazæo ad Num. XXIV. 8. Nec aliud sonant ista Theodori Studitæ Catechesi 119. *πολλοὶ προφῆται ἐξεληλύθασιν εἰς τὸν κόσμον· ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλοὶ αἱρετικοί τε καὶ τὰς θείας ἐντολὰς διαχρωόμενοι, πάλαι τε καὶ νῦν παρεχωρήθησαν, καθ' ἃς οἶδε τρόπους ἡ πρόνοια, σημεῖά τε καὶ τέρατα ἀπεργάζεσθαι· ὥστε οὐ δεῖ τούτοις συναρπάζεσθαι, ἐκ δὲ τοῦ παραδεδομένου ἡμῖν ὑπὸ τοῦ κυρίου χαρακτῆρος δοκιμάζειν τοὺς γνησιεύοντας μαθητάς. τίς δὲ ὁ χαρακτήρ; ἐν τούτῳ φησὶ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.*

2. *Nisi in fine mundi tantùm.*] Signa quæ ab Anti-Christo fient, verane an fallacia futura sint, dubitat Chrysostomus ad II. Thessal. II. 9. & Augustinus lib. 20. de civitate Dei cap. 19. Quidam vera putant: plures imaginaria. A nostro alia insistitur via: quam sequitur Auctor Operis imperfecti in Matthæum ad VII. 16. XXIV. 16. 24. Homil. 19. & 49.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
216.



bus tentationem futuram talem, in qua decipiantur, si fieri potest, etiam electi: confusis, scilicet, indiciis signorum, perturbari necesse est etiam eos qui in discernendis spiritibus, ac distinguendis virtutibus videntur eruditi.

LXI. Decem ergo, quæ diximus, paria, huic mundo destinata sunt ab initio sæculi. Cain & Abel unum fuit par. Secundum vero Gigantum & Noe. Tertium Pharaonis & Abraham. Quartum Philistinorum & Isaac. Quintum Esau & Jacob. Sextum Magorum & legislatoris Moysis. Septimum tentatoris & filii hominis. Octavum Simonis & meum, Petri. Nonum omnium gentium, & illius qui mittetur seminare verbum inter gentes. Decimum Antichristi & Christi. De quibus paribus, alias vobis per singula latius exponemus. Et cum hæc diceret Petrus, Aquila ait: Vere assidua doctrina opus est, ut de singulis possit quis scire rationem.

LXII. At Petrus: Quis est, qui assiduus sit erga doctrinam, & studiose singula quæque perquirat? nisi qui animam suam diligit ad salutem, & omnibus renuntiat hujus mundi negotiis, ut soli verbo Dei vacet; quem solum prudentem judicat verus Propheta, [a] vendentem omnia quæ sua sunt, & ementem unam veram margaritam; & intelligentem quæ sit differentia temporalibus ad æterna, parvis ad magna, hominibus ad Deum. Intelligit enim quæ sit æterna spes apud verum & bonum Deum. Quis autem est qui diligit Deum, nisi qui sapientiam ejus cognovit? quo modo autem quis agnoscere poterit sapientiam Dei, nisi assiduus sit ad audiendum verbum ejus? ex quo accidit, ut amorem ejus concipiat, & digno eum honore veneretur, hymnis & orationibus ad eum fusis & in his libentissime requiescens; summumque deputans detrimentum, si quando aliquid aliud vel ad momentum temporis loquatur aut agat: quia revera nec potest anima quæ Dei amore repleta est, aliud aliquid intueri, nisi quod ad Deum pertinet; nec satiari potest præ amore ejus, ea quæ ipsi scit esse placita, meditando. Hi vero qui affectum ejus minime concepere, nec illuminatam caritatem ejus gerunt mente; velut in tenebris positi, lucem videre non possunt. Et ideo etiam prius quam incipiant requirere de Deo; quasi labore oppressi, statim deficiunt; ac tædio repleti, continuo a propria consuetudine rapiuntur ad ea verba quibus delectantur. Nam de Deo audire aliquid, talibus tædiosum est & molestum, pro eo, ut dixi, quia mens eorum nullam dulcedinem divinæ caritatis accepit.

LXIII. Hæc Petro dicente, dies exortus est; & ecce veniens quidam ex discipulis Simonis clamabat, dicens: Obsecro te Petre; suscipe me miserum, a mago Simone deceptum; cui ego velut cælesti Deo intendebam, pro his quæ ab eo fieri mirabilibus videbam. Auditis tamen sermonibus tuis, cœpit jam mihi homo videri, & quidem malus. Verumtamen cum hinc exiret, ego eum subsecutus sum solus: nondum enim ad liquidum impietates ejus agnoveram. Cum autem vidisset me subsequentem, beatum me dicens, perduxit ad domum suam: circa medium vero noctis ait ad me: Omnium te hominum faciam meliorem, si volueris usque ad finem perseverare mecum: cui cum promisissem, exigit a me juramentum A perseverantiæ; eoque accepto, imposuit super humeros meos polluta quædam & exsecrabilia secreta sua, ut portarem; & sequi me jussit. Ubi vero ventum est ad mare, navigium quod forte aderat, ingressus, id a cervicibus meis quod portare me jusserat, sumsit: & paullo post egressus, nihil extulit; certum quod in mare id jecerat. Rogabat autem me, ut cum ipso proficiscerer, dicens se Romam petere; ibi enim in tantum placiturum, ut Deus putetur, & divinis publice donetur honoribus. Tunc, inquit, te omnibus divitiis repletum, si huc redire placuerit, & pluribus fultum ministeriis, remittam. Hæc ego audiens, & nihil in eo, secundum hanc professionem, videns; sed magum & deceptorem esse intelligens, respondi: Quæso te, ignosce mihi, quia pedes doleo; & propterea exire a Cæsarea non valeo: præterea est mihi uxor, sunt parvuli liberi, quos relinquere omnino non possum. At ille hæc audiens, & ignaviæ me incusans, profectus est contra Doram, dicens: Cum audieris quanta mihi gloria erit in urbe Roma, pœnitebit te. Et post hæc ipse quidem, ut ajebat, Romam petiit; ego autem confestim redii huc, orans ut me suscipias ad pœnitentiam, quia ab eo deceptus sum.

LXIV. Cum hæc dixisset is qui a Simone regressus est, jussit eum Petrus in atrio residere. Procedens autem ipse, & turbas plurimas videns, multo plures quam superioribus diebus, stetit in loco solito; & ostendens eum qui a Simone venerat, sermonem facere hoc modo cœpit: Iste, fratres, quem ostendo vobis, paullo ante venit ad me, de Simonis mihi malis artibus nuntians; quo modo ipsam sceleris sui officinam projecerit in profundum; non quasi pœnitentia ductus, sed metuens ne deprehensus, publicis legibus subjaceret. Rogabat autem hunc, ut dicit, munera immensa pollicens, secum manere. Quem cum suadere minime potuisset, tamquam ignavum increpans, dereliquit; ipse vero Romam petens. Cumque hæc Petrus indicasset turbis, ipse qui regressus a Simone fuerat, publice stans, singula quæque cœpit populo exponere, de sceleribus Simonis. Et cum graviter ferrent, de his quæ audiebant per artes magicas gesta a Simone, ait Petrus:

LXV. Nolite fratres, graviter ferre de his quæ transacta sunt; sed observate de futuris: quæ enim transierunt, jam finita sunt; quæ vero imminent, periculosa sunt his qui incurrerint: [b] scandala enim numquam deerunt huic mundo, donec permittitur Inimico agere pro voluntate sua, ut prudentes quique, & intelligentes astutias ejus, suscitatos sibi ab eo superent agones; hi vero qui negligunt discere quæ ad salutem pertinent animæ suæ, justis ab eo deceptionibus capiantur. Quia ergo, ut ipsi audistis, Simon egressus est, aures Gentilium qui ad salutem vocati sunt, prævenire; necesse est & me vestigia ejus insequi, ut si quid forte ab illo dissipatum fuerit, corrigatur a nobis. Sed quoniam justum est de vobis majorem solicitudinem geri, qui jam intra muros vitæ continemini: (quia quod acquisitum est, si pereat, damnum infert; quod autem nondum, si quidem inveniri potuerit, lucrum est; si minus, hoc solum damni est, quod lucrum factum non est) ut ergo & vos magis ac magis in veritate firmemini; & Gentes quæ ad salutem vocantur, non

a Matth. XIII. 46. b Matth. XVIII. 7. Luc. XVII. 1.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



usquequaque possint nequitia Simonis præveniri ; A cogitavi Zacchæum vobis ordinare pastorem ; ego vero ipse tres vobiscum permanere menses, & ita proficisci ad Gentes ; ne amplius morantibus nobis, & sceleribus Simonis usquequaque grassantibus, insanabiles fiant.

LXVI. Hæc illo dicente, universus populus flevit, audiens quod profecturus esset. At Petrus compassus eis, etiam ipse lacrymas fudit ; & in cælum respiciens, ait : Tibi Deus qui cælum terramque fecisti, & omnia quæ in eis sunt, precem supplicem fundimus, ut confugientes ad te in tribulatione sua soleris : propter affectum enim quem habent erga te, diligunt me qui veritatem tuam adnuntiavi eis : propter quod miserationis tuæ dextera custodi eos : non enim Zacchæus, nec alius quisquam hominum, custos esse eis idoneus potest. Hæc autem & his similia cum dixisset Petrus, manibus superpositis Zacchæo, oravit ut inculpabiliter episcopatus sui servaret officium. Post hæc duodecim Presbyteros ordinavit, & Diacones quatuor ; & ait : Zacchæum hunc vobis ordinavi Episcopum, sciens eum timorem Dei habere, & eruditum esse in Scripturis : quem quasi Christi locum servantem, honorare debetis, obedientes ei ad salutem vestram ; & scientes, quod sive honor, sive injuria quæ ei defertur, ad Christum redundat, & a Christo ad Deum. Audite ergo eum adtentius, & ab ipso suscipite doctrinam fidei : monita autem vitæ a Presbyteris ; a Diaconibus vero ordinem disciplinæ. Viduarum religiosam curam gerite : pupillos enixius juvate : pauperibus misericordiam facite : juvenes pudicitiam docete : & ut breviter totum dicam, alterutrum vos in quibus res poposcerit, sustentate. Deum colite, qui creavit cælum & terram : Christo credite : invicem diligite : misericordes estote ad omnes, non verbo solo ; sed & opere & rebus implete caritatem.

LXVII. Et cum hæc atque his similia præcepisset, pronuntiavit ad populum, dicens : Quoniam tres menses statui facere vobiscum, si quis vestrum desiderat, baptizetur ; ut exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus heres bonorum cælestium, ex gestis propriis fiat. Accedat ergo qui vult ad Zacchæum, [1] & ipsi det nomen suum, atque ab eo mysteria audiat regni cælorum ; jejuniis frequentibus operam impendat ; ac semet ipsum in omnibus probet ; ut tribus his mensibus consummatis, in die festo possit baptizari. Baptizabitur autem unusquisque vestrum in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato ; ut ita demum per hæc consecratus, [2] possit percipere de Sanctis.

LXVIII. Et cum multa dixisset de ratione baptismi, dimissis turbis, ad solitam se recepit mansionem : ibique adstantibus sibi duodecim, id est, Zacchæo & Sophonia, Josepho & Michæa, Eleazaro & Phinees, Lazaro & Helisæo, me Clemente & Nicodemo, Niceta & Aquila, hoc modo prolocutus est : Consideremus, fratres, quod justum est : debemus enim auxilium aliquod ferre Gentibus, quæ ad salutem vocatæ sunt. Ipsi audistis quod Simon præcedere volens iter nostrum, profectus est ; quem oportuerat & e vestigio insequi, ut sicubi aliquos subvertere tentaret, continuo confutaretur a nobis. Sed quoniam injustum mihi videtur, ut derelictis his qui jam conversi sunt ad Deum, eorum qui adhuc longe sunt, curam præferamus ; rectum puto, tribus mensibus permanere me cum his qui in hac civitate conversi sunt ad fidem, & firmiores eos efficere ; nec tamen illos qui adhuc longe B sunt, penitus negligere, ne forte si diu venenis pessimæ doctrinæ inficiantur, difficilius revocentur. Et ideo volo, si tamen etiam vobis justum videtur, ut pro Zacchæo quem heic ordinavimus Episcopum, subjiciatur in numero, Beniamin filius Saba ; & pro Clemente quem decrevi mecum semper esse, quia ex Gentibus veniens audiendi verbi Dei grande desiderium gerit, Ananias filius Safra : pro Niceta vero & Aquila qui nuper conversi sunt ad fidem Christi, Rubelus Zacchæi frater & Zacharias structor. Istis ergo quatuor pro his quatuor substitutis, expleri volo duodecim numerum ; ut me in ipsis semper secum esse sentiat Simon.

C LXIX. Sequestratis igitur me Clemente, & Niceta, & Aquila, ad illos duodecim ait : Volo vos post diem crastinum proficisci ad Gentes, & vestigia Simonis insequi ; ut omnia quæ agit, manifesta mihi faciatis : sed & propositum singulorum diligenter requirite ; & me adfuturum sine mora eis adnuntiate ; & ne multa vobis dicam, per omnia instruite Gentiles, exspectare adventum meum. Cumque hæc atque his similia dixisset : Etiam vos, inquit, fratres, si quid vobis ad hæc videtur, dicite : ne forte non sit rectum, quod mihi soli placet. Tum omnes una voce collaudantes eum : Rogamus magis, ajebant, ut D pro arbitrio tuo cuncta disponas, & quod tibi ipsi videtur, jubeas : hoc enim putamus esse opus integrum pietatis, si quæ tu jusseris, impleamus.

LXX. Igitur statuto die, cum stetissent ante Petrum : Ne arbitreris, ajunt, Petre, parvum nobis indici mœrorem, quod fraudamur, non audientes te per menses tres ; sed quoniam hoc expedit agere quod tu jubes, obediemus promtissime : semper ergo vultum tuum in nostro corde retinentes, sicut jussisti, alacres proficiscimur. At ille, oratione pro eis ad Dominum fusa, emisit eos. Et cum profecti fuissent illi duodecim qui præmissi sunt, Petrus ingressus, ex E more in loco disputationis stetit. Convenerat autem populi multitudo, copiosior numerus quam solebat ; & omnes cum lacrymis intuebantur eum, pro eo quod pridie ab eo audissent, profecturum se Simonis gratia. Sed & ipse lacrymantes eos videns, similia patiebatur ; licet conaretur occul-

1. *Et ipsi det nomen suum.*] Qui Christiani fieri volebant, dabant suum nomen ad Baptismum, quod scriberetur a Clero : posteaque ὀνομαστογραφέντες & Subscripti dicebantur. Celebrem ritum docent cum multis Siricius Papa Epist. 1. cap. 2. & Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 3. atque in προκατηχήσει. Ea Procatechesis, ut id obiter moneam, velut Homilia S. Basilii de Baptismo, περὶ φωτίσματος, exstat, sed multa cum diversitate, in antiquis membranis Bibliothecæ Regiæ Cod. 1260. & 2403. ad cujus posterioris Codicis marginem sic notavit Criticus Græcus ; σαφῶς ἡμῖν δείκνυσι ὁ χαρακτὴρ τοῦ προκειμένου λόγου, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ ἁγίου Βασιλείου. In Concilio Constantinopolitano sub Mena ; Στέφανος διάκονος, ὁ καὶ τὰς προσηγορίας τῶν εἰς τὸ θεῖον βάπτισμα προσιόντων ἐγγράφειν τεταγμένος.

2. *Possit percipere de Sanctis.*] Hoc est, corpus & sanguinem Christi. Id vero magna ignorantia non intelligens consarcinator tertiæ Decretalis Clementis, sic Rufini verba interpolavit ; *possit percipere locum cum Sanctis.*

tare & inhibere lacrymas: prodebatur tamen ex A tremore vocis & interruptione sermonis, quod simili angeretur affectu.

LXXI. Verumtamen manu confricans frontem; Æquo animo, inquit, estote fratres, & misericordes animas vestras consilii ratione solamini; referentes omnia ad Deum, cujus solius implenda & omnibus præferenda voluntas est. Nam si verbi gratia ponamus, quod pro affectu quem erga vos gerimus, contra voluntatem ejus agentes, resideamus vobiscum; numquid non potest missa in me morte, profectionem mihi a vobis inducere longiorem? Et ideo melius est, ut hanc breviorem cum voluntate ipsius impleamus; utpore B quibus definitum est, in omnibus obedire Deo: unde & vos debetis simili obedientia parere ei; quippe qui etiam me, non alia ex caussa, nisi pro ipsius amore diligatis. Ut ergo amici Dei, voluntati ejus obtemperate. Sed & vos ipsi probate quod justum est. Numquid non impium videbatur, si cum vos Simon deciperet, ego non venissem ad vos, detentus a fratribus qui erant in Hierusalem; & quidem cum haberetis apud vos Zacchæum, virum bonum & in sermone expeditum? Ita ergo & nunc impium judicate, si cum exierit Simon ad Gentes impugnandas, quibus nullus omnino defensor est, ego non subsequar, detentus a vobis. Propter quod observemus, ne forte affectu injusto, voluntatem Maligni faciamus.

C

LXXII. Interim tribus, ut dixi, mensibus permanebo apud vos: estote assidui ad audiendum verbum: & consummatis his, si qui possunt & volunt sequi nos, permittitur eis, salva pietate. Quod autem dico, salva pietate, hoc est; ne quem discessu suo contristet qui contristari non debet; vel parentes relinquens, quos non oportet, vel uxorem fidelem, vel si quæ sunt hujusmodi personæ, quibus propter Deum deferri solatium convenit. Interea per dies singulos disputans & docens, propositum tempus in doctrinæ D labore complevit. Et cum advenisset dies festus, super decem millia baptizati sunt.

LXXIII. In illis autem diebus, Epistola mittitur a fratribus qui præcesserant, in qua Simonis scelera continebantur; quo modo per civitates deciperet turbas, & Petrum per singulas laceraret, ut cum forte advenisset, nullus ei accommodaret auditum. Adserebat enim eum magum esse, & sine Deo, injuriosum, callidum, imperitum, & impossibilia profitentem. Mortuos enim resurrecturos adserit; quod est, inquit, impossibile. Si qui vero eum confutare velit, occultis ab eo insidiis perimitur per satellites ejus: propter quod, E inquit, & ego cum eum superassem, & triumphassem, insidias ejus veritus, fugi; ne forte maleficiis me perimeret, aut mortem meam per insidias [1] elocaret. Indicabant autem maxime eum apud Tripolim demorari.

LXXIV. Igitur Petrus Epistolam recitari populo jubet; & post lectionem allocutus eos, de omnibus plenissime instruxit; præcipue tamen ut obedirent Zacchæo, quem eis ordinavit Episcopum: sed & Presbyteros & Diaconos populo; & ipsis nihilominus populum commendavit: simulque denuntians, quod apud Tripolim hiematurus esset: Commendo vos, inquit, gratiæ Dei, crastino cum voluntate Domini profecturus. Per totos autem tres menses quos apud Cæsaream doctrinæ caussa exegimus, quæcumque apud populum disserebat per diem, hæc nobis secreto lucubrantibus secum, plenius & perfectius explanabat, tamquam fidelioribus ac sibi liquido probatis. Simul & imperat mihi, quia intellexit me studiosius quæ audirem memoriæ commendare, libris singula quæque quæ memoratu digna videbantur, comprehendere, & mittere ad te, mi Domine Jacobe; sicut & feci, parens ejus præceptis.

LXXV. [2] Primus ergo liber ex his quos prius misi ad te, continet de verbo Prophetæ, & de proprietate intelligentiæ Legis, secundum id quod Moysis traditio docet. Secundus, de principio continet, utrum unum sit principium, an multa; & quod non ignoret Hebræorum Lex, quid sit immensitas. Tertius, de Deo, & his quæ ab eo instituta sunt. Quartus, quod cum multi dicantur dii, unus sit verus Deus, secundum testimonia Scripturarum. Quintus, quod duo sint cæli; quorum unum sit istud visibile firmamentum, quod & transibit; aliud vero, æternum & invisibile. Sextus, de bono & malo, & quod bono cuncta subjiciantur a Patre: malum autem quare, & quo modo, & unde sit; & quod cooperetur quidem bono, sed non proposito bono; & quæ sint signa boni, quæ vero mali; & quæ sit differentia dualitatis & conjugationis. Septimus, quæ sint quæ prosecuti sunt duodecim Apostoli apud populum in templo. Octavus, de verbis Domini quæ sibi videntur esse contraria, sed non sunt; & quæ sit horum absolutio. Nonus, quia Lex quæ a Deo posita est, justa sit & perfecta, & quæ sola possit facere pacem. Decimus, de nativitate hominum carnalium, & de generatione quæ est per baptismum; & quæ sit in homine carnalis seminis successio, & quæ animæ ejus ratio; & quo modo in ipsa est libertas arbitrii; quæ quoniam non est ingenita, sed facta est, immobilis a bono esse non poterat. De his ergo singulis quæ apud Cæsaream disserta sunt a Petro; jubente, ut dixi, ipso, decem conscripta ad te transmisi volumina. Nos autem die postera, ut statutum fuerat, cum aliquantis qui Petrum sequi decreverant fidelibus viris, Cæsarea proficiscimur.

1. *Elocaret*] Forte, *evocaret*.

2. *Primus ergo liber ex his quos prius misi ad te*, &c.] Igitur decem illi libri antea ad Jacobum missi (si umquam in rerum natura exstitere) distingui debent ab istis decem Recognitionum libris, qui nunc ad eumdem Jacobum post eos scribuntur. Et tamen hoc loco in margine Codicis RR. PP. Carmelitarum legitur; *Distinctiones librorum decem præsentis Operis*. Eumdemque errorem secutus videtur tum scriptor MS. Sorbonici, toti namque Operi ea lemmata præponit; tum MS. Thuani exarator, qui similiter illa præfixit, ac præterea ex isto capite 75. libri tertii sustulit.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
216.

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS.

LIBER QUARTUS.

I. PROFECTI Cæsarea ut Tripolim pergeremus, apud Doram breve oppidum, primam fecimus mansionem; quia nec longe aberat; & omnes pæne qui per sermonem Petri crediderant, divelli ab eo satis ægre habebant: sed pariter incedentes, dum iterum videre, iterum complecti juvat, iterum conferre sermonem, ad diversorium pervenimus. Sequenti vero die venimus Ptolemaidem, ubi decem dies demorati, cum aliquanti verbum Dei recepissent; nonnullis eorum qui adtentiores videbantur, & diutius detinere nos doctrinæ gratia cupiebant, Tripolim, si hoc velint, ut sequerentur indicavimus. Similiter & apud Tyrum ac Sidonem & Berytum fecimus; & his qui plenius desiderabant audire sermonem, apud Tripolim nobis hiemandum denuntiavimus. Igitur cum ex singulis civitatibus studiosi quique comitarentur Petrum, electorum multitudo plurima ingredimur Tripolim. Continuo autem ante portas civitatis, fratres qui præmissi fuerant occurrunt, & suscipientes nos abducunt per hospitia quæ præparaverant. Commotio autem & concursus plurimus fiebat in civitate, desiderantium videre Petrum.

II. Et cum venissemus ad domum Maronis, in qua Petro fuerat præparatum; conversus ad turbas, post diem crastinum sermonem se ad eos promisit facturum. Igitur qui præmissi fuerant fratres, omnibus qui nobiscum venerant hospitia dividunt. Petrus vero Maronis domum ingressus, cum rogaretur cibum sumere, nequaquam se facturum respondit, nisi prius scisset, si omnes qui eum fuerant comitati, hospitiis requiescerent. Comperit autem a fratribus qui præmissi sunt, quia a civibus pro desiderio quod erga Petrum conceperant, non solum hospitiis, sed & omni humanitate suscepti sint; in tantum, ut & contristarentur aliquanti, quibus defuere quos susciperent: ita enim omnes paratos fuisse, ut si multo plures venissent, adhuc tamen suscipiendos magis, quam suscipientes fuisse defuturos.

III. Super his Petrus valde delectatus, collaudavit, & benedixit eos, ac secum manere jussit. [1] Ipse vero cum lavisset in mari, cibo sumto, quievit in vespera. Et ex more, pullorum cantibus surgens, vespertino adhuc lumine perdurante, cunctos invenit vigilantes. Eramus autem omnes cum eo sedecim, Petrus & ego Clemens, Niceta & Aquila, & illi qui præcesserant duodecim. Salutans itaque, ut solebat, Petrus, ait: Hodie, quia aliis occupati non sumus, nobis simus. Et ego quidem vobis, quæ apud Cæsaream post digressum vestrum gesta sunt, enarrabo: vos autem mihi quæ heic a Simone perpetrata sunt, indicate. Et cum de his ab alterutro sermo cederetur, illucescente die, ingressi quidam de familiaribus, nuntiant Petro, quod Simon, ubi eum didicisset ingressum, per noctem profectus esset, Syriam tendens. Turbæ autem diem hanc, inquiunt, quam interposuisti eis, desiderio tui longissimum sibi esse tempus opinantur: denique non ferentes stant ante januam, inter se invicem de his quæ audire cupiunt, conferentes; & te ante præfinitum tempus omnimodis se visuros sperant; quantoque magis dies clarescit, multitudines colliguntur, & audituros se sermonem tuum, nescio unde præsumentes, certissime confidunt. Nunc ergo quod tibi videtur, jube ut dicamus eis: absurdum namque est tantam multitudinem convenisse, & discedere cum mœstitia, quippe si responsa eis nulla reddantur. Non enim cogitabunt, quod ipsi statutum non exspectaverint diem, sed quod a te magis videantur esse contemti.

IV. Tum Petrus admirans ait: Videtis, fratres, quo modo unusquisque sermo Domini prophetice dictus, impletur. Memini enim dixisse eum: [a] *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut ejiciat operarios in messem suam.* Ecce ergo nunc, quæ in mysterio prædicta sunt, adimplentur. Sed & quod dixit: [b] *Multi venient ab oriente, & occidente, a septemtrione, & meridie, & recumbent in finibus Abraham, & Isaac, & Jacob:* etiam hoc pariter, ut videtis, expletur. Propter quod deprecor vos conservos & adjutores meos, ut discatis adtentius prædicandi ordinem & absolutionum vias; ut possitis salvare animas hominum, quæ occulta Dei virtute, quem debeant diligere, prius etiam quam doceantur, agnoscunt. Videtis enim eos, quasi bonos servos, desiderare eum quem sibi sperant adventum sui Domini nuntiare; ut possint voluntatem ejus, cum didicerint, implere. Desiderium ergo audiendi verbi Dei, & voluntatem ejus quærendi, ex Deo habent: & hoc est initium doni Dei quod Gentibus datur; ut possint per hoc doctrinam recipere veritatis.

V. Sic enim & Hebræorum populo ex initio

a Matth. IX. 37. *b* Matth. VIII. 11. Luc. XIII. 29.

1. *Ipse vero cum lavisset in mari.*] Vide omnino S. Epiphanium Hæresi 30. num. 2. 15. 21. & ab eo monitus, Ebionitica hæc & similia quæ non raro occurrunt in Recognitionibus, Epitome & Clementinis, caute legito. Alias lavare manus, faciem, os, pedes, totum corpus, certis diebus, aut singulis, aut sæpius in die, ac definitis horis, idque post somnum, post concubitum, ante & post cibum, ante preces, ante reconciliationem in pœnitentia, ante sumtionem Eucharistiæ: hæc, inquam, omnia, ad consuetudines ritusque gentium & Ecclesiarum pertinentia, quemadmodum notum est satis, pietatem non lædunt, immo adjuvare possunt, si ad bonum finem dirigantur, nec superstitiose ac veluti ad salutem necessaria usurpentur.

datum est, ut diligerent Moysen, & crederent verbo ejus. Quod ergo fuit proprii muneris a Deo erga Hebræorum gentem; hoc nunc videmus dari etiam his qui ex Gentibus convocantur ad fidem. Operum vero ratio, potestati & arbitrio uniuscujusque permittitur: & hoc ipsorum est proprium, hoc a patre cælesti donatum est. Sed salus in eo est, ut voluntatem ejus, cujus amorem & desiderium Deo largiente conceperis, facias: ne dicatur ad te ille sermo ejus, quem dixit: [1] *Quid autem dicitis mihi*, [a] *Domine Domine*, *& non facitis quæ dico?* Est ergo proprii muneris a Deo concessi Hebræis, ut Moysi credant: Gentibus autem, ut Jesum diligant. Hoc enim indicabat & Magister, ubi ait: [b] *Confiteor tibi*, [2] *Pater*, *Domine cæli & terræ*, *quia occultasti hæc a sapientibus & prudentibus*, *& revelasti ea parvulis*. Per quod utique declaratur, quia Hebræorum populus qui ex Lege eruditus est, ignoravit eum: populus autem Gentium agnovit Jesum, & veneratur; propter quod & salvabitur, non solum agnoscens eum, sed & voluntatem ejus faciens. Debet autem is qui ex Gentibus est, & ex Deo habet ut diligat Jesum; proprii habere propositi, ut credat & Moysi. Et rursus Hebræus qui ex Deo habet ut credat Moysi, habere debet, & ex proposito suo, ut credat in Jesum. Ut unusquisque eorum habens in se aliud divini muneris, aliud propriæ industriæ, sit ex utroque perfectus. De tali enim dicebat Dominus noster [c] viro divite, qui profert de thesauris suis nova & vetera.

VI. Sed de his satis dictum: urget enim tempus; & populi religiosa devotio invitat nos, ad ipsos facere sermonem. Et cum hæc dixisset, requirebat ubi opportunus esset locus ad disputandum. Et Maro ait: Est mihi ædes amplissima, quæ plus quam quingentos recipiat viros: est & hortus intra domum; aut si in publico aliquo placet loco, hoc magis omnes desiderant: nemo enim est, qui non cupiat vel faciem tuam videre tantum. Et Petrus: Ostende mihi, inquit, ædem vel hortum. Et cum vidisset ædem, ingrediebatur, ut & hortum perspiceret: & subito omnis multitudo, quasi ab aliquo evocata, cum festinatione ingressa est domum; atque inde ad hortum prorupit, ubi jam stabat Petrus, considerans quis esset aptus ad disputandum locus.

VII. Ut autem vidit turbas velut ingentis fluvii inundasse lenem meatum, adscendens supra basim quamdam quæ forte juxta horti parietem stabat; primo, religionis more, populum salutavit. Quidam autem ex his qui aderant, & multo tempore a dæmonibus fuerant fatigati, in terram proruunt; obsecrantibus spiritibus immundis, ut vel uno die indulgeretur eis in obsessis corporibus permanere: quos Petrus increpans, statim jussit abscedere; & sine mora discesserunt. Post hos alii longis afflicti languoribus, rogabant Petrum, ut reciperent sanitatem: pro quibus se supplicaturum Domino pollicetur, cum prius ser-

A mo doctrinæ fuisset expletus. Sed statim ut promisit, languoribus resoluti sunt; & jussit eos seorsim residere, cum his qui a dæmonibus fuerant curati, quasi post laboris fatigationem. Interea dum hæc aguntur, plurima multitudo convenit; quos non solum desiderium Petri, sed & sanitatum quæ perpetratæ fuerant, fama pertraxerat. At Petrus manu quiescere populum docens, & turbas in tranquillitate componens, hoc modo fecit exordium.

VIII. Incipienti de vero Dei cultu facere sermonem, necessarium mihi videtur, eos qui nondum de hoc aliquid scientiæ consecuti sunt, pri-
B mo omnium docere, per omnia inculpabilem ponendam esse divinam providentiam, per quam mundus regitur & gubernatur. Hunc autem nobis exordii titulum dedit præsentis operis ratio, & eorum quos Dei virtus sanavit occasio; ut ostendamus quod recta ratione quamplurimi a diversis dæmonibus obtinentur, ut per hoc appareat justitia Dei. Invenietur enim omnium pæne malorum mater esse ignorantia. Sed jam veniamus ad caussam.

IX. Deus cum fecisset hominem ad imaginem & similitudinem suam, operi suo spiramen quoddam, & odorem suæ divinitatis inseruit: ut per
C hoc participes facti mortales Unigeniti ejus, per ipsum etiam amici Dei & filii adoptionis exsisterent: unde & qua via id possint adipisci, ipse eos, ut Propheta verus, edocuit; sciens quibus actibus hominum delectaretur pater. Unus itaque apud homines tunc Dei cultus erat, mens pura & spiritus incorruptus. Et ob hoc, omnis creatura humano generi fœdus inviolabile conservabat. Ob reverentiam namque creatoris, nulla ægritudo in eos, nullum vitium corporis, nulla ciborum dominata corruptio est: ex quo fiebat, ut mille annorum ætas in fragilitatem non incideret senectutis.

D X. Sed ubi vita laboris expers, bonorum perseverantiam non putavit divina largitione, sed rerum sorte concessam; & sine ullo sudore, divinæ amœnitatis deliciis perfrui, naturæ debitum, & non Dei bonitatis munus accepit; in contrarias per hæc homines & impias cogitationes, otio docente, perveniunt; putantes deorum sibi vitam, nullis laboribus, nullisque meritis natam. Hinc proficiunt in deterius: ut neque providentia Dei mundum regi crederent, neque virtutibus esse aliquem locum; quandoquidem semet ipsos scirent, nullis prius bonis operibus adsignatis, otii ac deliciarum summam tenere, & amicos Dei absque ullis laboribus haberi.


E XI. Justissimo itaque Dei judicio, in hujusmodi cogitationum vanitate languentibus labores & afflictiones pro remedio conferuntur. Ubi ergo adfuit labor ac tribulatio, deliciarum & amœnitatis exclusi sunt loco: terra autem cœpit nihil eis sine labore producere: & tunc conversa in

a Luc. VI. 46. b Matth. XI. 25. c Matth. XIII. 52.

1. *Quid autem dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis quæ dico?*] Lucæ VI. 46. τί δέ με καλεῖτε, κύριε, κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω; *Quid autem vocatis me Domine, Domine; & non facitis quæ dico?* seu ex alia versione apud Cæsarium Arelatensem Homil. 4. 9. & 12. earum quas curæ viri clarissimi Stephani Baluzii debemus; *Quid prodest quod dicitis mihi, Domine, Domine, & non facitis quæ vel ea quæ dico?* S. Augustinus Serm. 38. de Sanctis *Illud valde timendum est, quod iterum Dominus dicit: Quid prodest quod dicitis: Domine, Domine, & non facitis quæ dico vobis?*

2. *Pater, Domine cæli & terræ.*] Candeler. MS. *Domine pater*, quo modo citatur ab Hilario, Hieronymo, aliis.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



hominibus cogitatio, creatoris sui requirere commonetur auxilium, & orationibus ac votis præsidia invitare divina. Et ita factum est, ut cultum Dei quem pro bonis neglexerant, recuperarent pro malis; & cogitationes in Deum quas perverterat indulgentia, emendaret afflictio. Sic ergo divina providentia hoc esse utilius hominibus videns, vias benignitatis & abundantiæ, tamquam quæ læderent, subtrahit ab hominibus, & vexationis iter ac tribulationis inducit.

XII. Sed ut ostenderet, quia hæc pro ingratis agerentur; unum quemdam ex illis qui primitus cœperant esse mortales, quod eum gratiæ suæ non immemorem videt, [1] & quia speravit invocare nomen Domini, ad immortales transtulit: ceteris, qui in tantum ingrati exstitere, ut nec laboribus & tribulationibus emendari & corrigi possent, gravissima morte damnatis. Invenit tamen & inter ipsos unum quemdam cum domo sua justum, quem reservaret, præcepto ei dato ut fabricaret arcam, & in ea, cum diluvio cuncta necarentur, ipse cum his quibus præceptum fuerat, posset evadere: quo impiis inundatione aquarum peremtis, purificationem mundus acciperet; & is qui ad prosperitatem generis fuerat reservatus, per aquam mundus effectus, mundum denuo repararet.

XIII. Sed his omnibus gestis, rursus homines ad impietatem vertuntur: & propter hoc a Deo ponitur Lex, quæ vivendi modum doceret: sed processu temporis Dei quidem cultus & justitia ab infidelibus & impiis corrumpitur; sicut paullo post apertius ostendemus: perversæ autem & erraticæ religiones introducuntur; quibus se plurima pars hominum per occasionem feriarum, & sollemnitatum dederunt: potus instaurantes, & convivia; tibiasque ac fistulas & citharas, ac diversa genera musicorum sectantes; & semet ipsos per omnia temulentiæ ac luxuriæ propinantes. Hinc omnis error accepit originem: hinc lucos & aras; hinc coronas & victimas reperere; & post ebrietatem, quasi lymphaticis motibus agi: ex hoc jam potestas dæmoniis data, ingrediendi hujuscemodi mentes; ut choros ducere insanos, & Baccho furere viderentur: hinc fremere dentibus, & mugire de profundis visceribus inventum: hinc terribilis vultus, & ferus in hominibus aspectus; ut is quem temulentia subverterat ac dæmon instigaverat, Numine repletus a deceptis & errantibus crederetur.

XIV. Unde cum tam multæ in hunc mundum falsæ & erraticæ religiones essent introductæ; missi sumus nos, deferentes vobis, tamquam boni negotiatores, a patribus traditum & conservatum veri Dei cultum; cujus quasi semina quædam vobis hæc verba respergimus; & in vestro judicio ponimus quod rectum videtur eligere. Si enim recipiatis quæ nostra sunt; non solum ipsi incursiones dæmonis effugere, sed & ex aliis eas effugare poteritis; simul & æternorum bonorum præmia consequemini. Qui autem contemserint recipere quæ dicuntur a nobis; in præsenti quidem vita diversis dæmonibus & ægritudinum vitiis subjacebunt; post excessum autem corporis, etiam animæ eorum cruciabuntur in perpetuum. Deus enim non solum bonus, sed & justus est: nam si semper bonus sit, & numquam justus, ut reddat unicuique pro gestis suis; bonum invenietur injustum: injustum namque est, si ita apud eum habeatur impius, sicut & pius.

XV. Igitur dæmones, sicut paullo ante diximus, cum occasionibus acceptis, ingerere se potuerunt per malos & turpes actus corporibus hominum; si multo tempore permaneant in eis per negligentiam ipsorum, quia animæ suæ quod est utile, non requirunt: necessario cogunt eos habitantium in se dæmonum de reliquo facere voluntates. Quod autem est omnium deterius; in consummatione sæculi, cum dæmon ille igni tradetur æterno, necessario & anima quæ ei paruit, cum ipso æternis ignibus cruciabitur, una cum corpore suo quod polluit.

XVI. Dæmones autem habere desiderium immergendi se corporibus hominum, hæc caussa est. Spiritus sunt, habentes propositum conversum ad malitiam: per cibos ergo & potus immoderatos, ac libidinem, perurgent homines ad peccatum: eos tamen qui peccandi propositum gerunt; qui dum videntur necessaria naturæ velle complere, non tenentes modum per nimietatem, ingrediendi in semet ipsos dæmonibus faciunt locum. Donec autem naturæ mensura servatur, & modus legitimus custoditur, Dei clementia ingrediendi in homines non eis tribuit facultatem. Ubi vero aut mens ad impietatem declinaverit, aut corpus immoderatis cibis ac potibus adimplebitur; tamquam voluntate & proposito eorum qui se ita negligunt, invitati; quasi adversum eos qui a Deo positam legem solverint, accipiunt facultatem.

XVII. Videtis ergo quantum valeat agnitio Dei, & divinæ religionis observantia; quæ non solum defendit credentes ab incursionibus dæmonii, verum & imperare eos facit his qui ceteris dominantur. Et ideo necessarium vobis est qui estis ex Gentibus, confugere ad Deum, & observare vos ab omni immunditia; ut expulsis dæmonibus, Dei habitatio fiat in vobis. Simul & orationibus commendate vos Deo; & interpellate eum adversum impudentiam dæmonum: [a] credentes enim, quæcumque petieritis, accipietis. Sed & ipsi dæmones, quanto viderint fidem crescere in homine, tanto ab eo refugiunt; in ea solum parte residentes, in qua adhuc aliquid infidelitatis resederit: ab his vero qui plena fide credunt, absque ulla remoratione discedunt. Anima enim, cum venerit ad fidem Dei, cælestis aquæ virtutem consequitur; per quam dæmonem tamquam scintillam ignis exstinguat.

XVIII. Est ergo fidei mensura; quæ si integra sit, ex integro de anima dæmonem fugat; si vero minus aliquid habeat, resided adhuc aliquid de portione dæmonis in portione infidelitatis: & est plurimus labor, ut intelligat anima, quando, aut qualiter; si plene, aut minus plene, ex se fugatus sit dæmon. Si enim in aliqua parte resederit, cum tempus inveniet, cogitationes subjicit cordibus hominum; & illi nescientes unde hæc

[a] Matth. XXI. 22.

1. *Et quia speravit invocare nomen Domini.*] Vel confundit Henochum cum Enoso; seu potius illi applicat quod de hoc dictum fuerat Genes. IV. 26. juxta LXX. Interpretes.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
216.



veniant, suggestionibus dæmonum, quasi animæ suæ sensibus credunt: suggerunt ergo aliis, occasione corporeæ necessitatis delicias sequi; aliorum iracundiam excusant per abundantiam fellis; aliorum insaniam nigri fellis vehementia colorant; sed & stultitiam quorumdam pro multitudine phlegmatis extenuant. Quod & si ita esset, tamen hæc singula molesta corpori esse non possent, nisi ex ciborum potuumque nimietate; qui cum justo amplius sumuntur, abundantia eorum quam decoquere naturalis non sufficit calor, crudescit in venenum quoddam; idque visceribus venisque omnibus sentinæ in modum redundans, motus corporis insanos reddit & turpes. Propter quod in omnibus est obtinenda parsimonia; ut neque dæmonibus locus detur, neque anima ab eis obsessa, una cum ipsis tradatur æternis ignibus crucianda.

XIX. Est & alius error dæmonum, quem subjiciunt sensibus hominum; ut putent se ab his qui dicuntur dii, perpeti quæ patiuntur; quo per hæc, sacrificia offerentes & munera, quasi repropitiantes eos, cultum falsæ religionis adfirment; nos vero refugiant, qui pro salute eorum satagimus, ut ab errore liberentur: sed hoc, ut dixi, faciunt, ignorantes quod dæmones ista sibi suggerant, ne salventur. Est ergo in potestate uniuscujusque, quia liberi arbitrii factus est homo; utrum nobis velit audire ad vitam, an dæmonibus ad interitum. Aliis etiam dæmones in visu per diversas imagines apparentes, interdum minas intendunt, interdum sanitates incommoditatibus pollicentur; ut his quos decipiunt, deorum nihilominus de se inserant opinionem, & quod sint dæmones ignoretur. Sed nos non latent, scientes mysterium creaturæ, & quam ob caussam dæmonibus hæc agere in præsenti sæculo permittatur; ut vel transformari eis liceat in quas volunt imagines, vel suggerere pravas cogitationes, vel inserere se per cibos & potum sibi consecratum mentibus vel corporibus eorum qui ex eo sumserint, vel ad idoli alicujus venerationem somnia vana confingere.

XX. Et tamen quis ita sine sensu invenitur, cui persuaderi debeat ut idolum colat; sive illud ex auro, sive ex quolibet metallo factum sit? Cui non palam est, id esse illud metallum, quod artifex voluit? Quo modo ergo inesse ibi divinitas putanda est, quod, si noluisset artifex, omnino non esset? aut quo modo inde futura sibi adnuntiari sperant, ubi nec præsentium aliquis intellectus est? Quamvis etiamsi aliquid divinarent, non continuo dii haberi possint: quia aliud est divinatio, aliud divinitas. Nam & Pythones divinare videntur; & non continuo dii sunt: denique [1] a Christianis hominibus effugantur: & quo modo deus est, qui fugatur ab homine? Sed dices fortasse: Quid quod sanitates efficiunt, & quo modo quis curetur ostendunt? Hac ratione colendi sunt etiam medici, ut dii: multos enim sanant; & quanto quis peritior fuerit, tanto plures sanabit.

XXI. Unde constat istos, cum sint dæmoniaci

A spiritus, & multo citius scire aliqua, & multo perfectius: non enim ad discendum tarditate corporis degravantur. Et ideo quæ medici longo tempore, & labore plurimo adsequuntur; hæc illi, tamquam spiritus, absque mora ulla & absque difficultate cognoscunt. Non ergo mirum est, si plus aliquid quam homines sciunt: sed hoc intuendum est, quod ea quæ sciunt, non ad salutem, sed ad deceptionem proferunt animarum; ut per hæc eas cultum falsæ religionis edoceant. Sed Deus, ne tantæ deceptionis error lateret, & errantibus ipse caussa videretur exsistere, qui tantum eis licere permisit, ut per divinationes, per curationes, per somnia decipere homines possint,
B clementiæ suæ remedium providit hominibus; & distinctionem falsi verique scire cupientibus, in propatulo posuit. [2] Est ergo ista distinctio: Quod a vero Deo dicitur, sive per Prophetas, sive per visiones diversas, semper verum est: quod autem a dæmonibus prædicitur, non semper verum est. Est ergo evidentis indicii, non a vero Deo dici ea, in quibus aliquando mendacium est: in veritate enim numquam mendacium est; in his autem qui mentiuntur, potest aliquando & veritatis aliquid admisceri, per quod mendacia condiantur.

XXII. Quod si dicat aliquis: Quid enim opus
C erat hoc ipsum ut eis permitteretur, vel aliquando verum dicere; & per hoc tantum errorem mortalibus introduci? Audi ad hæc: Si eis numquam fuisset indultum, veri aliquid dicere, omnino nec prædicerent aliquid: non prædicentes autem, nec quod essent dæmones, cognoscerentur. Quod si ignorarentur esse dæmones in hoc mundo; agonis nostri & certaminis nos caussa latuisset, & pateremur palam, quæ gererentur in occulto: quippe si agendi tantum adversum nos, & nihil loquendi facultas eis concessa videretur. Nunc autem ubi aliquando vera, aliquando falsa dicuntur; debemus agnoscere, ut superius dixi, dæmonum, & non Dei esse responsa, apud quem
D mendacium numquam est.

XXIII. Quod si curiosius quis progrediens dicat: Quid enim opus erat, hujusmodi mala a Deo fieri, quibus ad subvertendas mentes humanas tanta esset intentio? Hæc proponenti respondebimus; requirendum esse primo omnium, si est aliquid in substantia malum. Et quamvis sufficeret dicere ad eum, quia non est conveniens, ut creatura judicet creatorem; sed illius est judicare opus alienum, qui aut similis artificii, aut similis potentiæ est; tamen ne circuitionibus utamur, absolute dicimus in substantia nihil esse mali. Quod si ita est, substantiarum conditor frustra culpatur.

E XXIV. Sed occurres mihi, & dices: Etiamsi ex arbitrii libertate in hoc ventum est; numquid ignorabat ille qui creabat eos, quod in malum declinaturi essent quos creabat? Oportuit ergo nec creari eos, quos deviaturos ab itinere justitiæ prævidebat. Audiant ad hæc, qui ita proponunt, quod hujuscemodi adsertionibus illud volunt ostendere; cur non malitia eorum qui nondum erant, bonitatem vicerit creatoris. Si enim volens im-

1. *A Christianis hominibus effugantur.*] Lege Actorum XVI. 16. & seq. ibique Interpretes.
2. *Est ergo ista distinctio, &c.*] Hinc Auctor Operis imperfecti in Matthæum, [illegible] a Ioanne Chrysostomo, Hom. 19. ad cap. VII. vers. 22. [illegible] *quoniam diabolus interdum verum dicit,* [illegible] *autem Spiritus* [illegible]. *Concessum est autem* [illegible] *ut mendacium suam rara veritate commendaret. Si autem numquam* [illegible] *poterat sufficere,* vel [illegible]. Vide supra in tom. I. Hermæ Mandatum x.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

plere numerum & menſuram creationis ſuæ, ex- A timuiſſet eorum qui futuri erant malitiam; & quaſi qui aliam nullam invenire viam remedii ac medicinæ potuiſſet, niſi hoc ſolum, ut retraheret ſe a propoſito creandi, ne ſibi adſcriberetur malitia eorum qui futuri erant; quid aliud per hæc doceretur, niſi indigna paſſio & indecora fragilitas conditoris? quia ita pertimuerit eorum actus qui nondum erant, ut a propoſita conditione ceſſaret.

XXV. Sed his procul amotis, illud animo contemplemur; quia Deus univerſitatis conditor, conditionis ſuæ futuras differentias prævidens, unicuique creaturæ ſecundum proprios motus quos ex B arbitrii libertate proferebat, proſpexit; & prævidit diverſos ordines, atque officia differentia: & cum unius eſſent ſubſtantiæ omnes ſecundum creaturæ rationem, eſſet tamen diverſitas in ordinibus & officiis ſecundum proprios animorum motus, ex arbitrii libertate proferendos. Prævidebat ergo futuras in creaturis culpas; & juſtitiæ ejus ratio poſcebat, ut emendationis cauſſa culpas pœna ſequeretur. Oportuit ergo eſſe & pœnarum miniſtros, quos tantum libertas arbitrii in hunc ordinem traheret: præter hæc autem & debuerunt habere quos vincerent, hi qui agones ſuſceperant cæleſtium præmiorum. Sic ergo nec ea quæ putantur mala, vacant ab utilitate; dum victi, C his a quibus vincuntur, licet inviti, præmia æterna conquirunt. Sed de his iſta ſufficiant; proceſſu enim temporis, etiam ſecretiora pandentur.

XXVI. Nunc ergo, quoniam nondum intelligitis quanta vos ignorantiæ caligo circumſtet, interim vobis volo exponere, unde colendi idola exordium mundo huic datum ſit. Idola autem dico, exanima ſimulacra quæ colitis; ſive lignea, ſive fictilia, ſive lapidea, vel ærea, vel ex quibuſcumque aliis ſumta ſunt metallis: horum ergo initium tale eſt. Angeli quidam, relicto proprii ordinis curſu, hominum favere vitiis cœpere, & libidini eorum quodammodo indignum præbere miniſterium; quo illorum opera, ſuis magis voluptatibus morem gererent: quique, ne ſponte inclinati viderentur ad indigna miniſteria, [1] docuerunt homines, quod dæmones artibus quibuſdam obedire mortalibus, id eſt, magicis invocationibus poſſent; ac velut ex fornace quadam & officina malitiæ totum mundum, ſubtracto pietatis lumine, impietatis fumo repleverunt.

XXVII. Pro his & aliis nonnullis cauſſis diluvium mundo introductum eſt, ſicut jam in aliis dictum eſt, & dicemus: & omnes qui erant ſuper terras, deleti ſunt, excepta Noe familia, qui cum tribus filiis eorumque uxoribus ſuperfuit: ex quibus unus Cham nomine, cuidam ex filiis ſuis qui Meſraim appellabatur; [2] a quo Ægyptiorum & Babyloniorum & Perſarum ducitur genus; male compertam magicæ artis tradidit diſciplinam. Hunc gentes quæ tunc erant, [3] Zoroaſtrem appellaverunt; admirantes primum magicæ artis auctores; [4] cujus nomine etiam libri ſuper hoc plurimi habentur. [5] Hic ergo aſtris

1. *Docuerunt homines*, &c.] Ab Angelis deſertoribus inventam fuiſſe ante diluvium Magiam, cum aliis pariter vetitis ac ſupervacaneis artibus, dixerunt Patres poſt librum Henochi; quemadmodum colligere eſt ex fragmento illius Operis, & ex hoc Clementis Alexandrini teſtimonio in Hypotypoſibus p. 808. *ἤδη δὲ καὶ Ενὼχ φησὶν, τὺς παραβάντας ἀγγέλυς διδάξαι τὺς ἀνθρώπυς ἀςρονομίαν, καὶ μαντικὴν, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας*. Addiderunt nonnulli, quod Cham ſceleſtas artes, ne diluvio perirent, laminis & lapidibus inſculpſerit. Vide ſis Caſſianum Collat. 8. cap. 21. ibique Notas. Intelligeſque eam ob rem a Gilda in Con- D ciliis Anglicanis Chamum appellari, *Magicæ artis Scribam*.

2. *A quo Ægyptiorum & Babyloniorum & Perſarum ducitur genus*.] Οὗτος Μεσραεὶμ ὁ Αἰγύπτιος μετέπειτα ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη οἰκήσας, οἰκήτωρ γίνεται Βάκτρων, τὴν ἑσωτέραν Περσίδος λέγει Ασια, τῶν μεγάλων Ινδῶν. In Chronico Raderiano ſeu Alexandrino p. 62.

3. *Zoroaſtrem*.] Sic etiam Meſraimum & Zoroaſtrem pro eodem homine habet Auctor Chronici Alexandrini appellati, citata mox pag. Aſt ei qui compoſuit Hiſtoriam Scholaſticam in Geneſ. cap. 39. Zoroaſtres eſt Cham: Gregorio Turonenſi lib. 1. Hiſtor. cap. 5. eſt Chus: ſcriptori Clementinorum IX. 4. Nemrod. Ab aliis autem apud Epiphanium initio Panarii p. 7. indeque apud Procopium Gazæum ad Geneſ. XI. Zoroaſter putatur eſſe Aſſur. Ab aliis alius. ὁ δὲ αὐτὸς, ait de Platone Clemens Alexandrinus Strom. 5. p. 598. 599. ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς πολιτείας, Ηρὸς τῦ Αρμενίυ, τὸ γένος Παμφύλυ, μέμνηται, ὅς ἐςι Ζοροάςρης. αὐτὸς γ᾽ ὖν ὁ Ζοροάςρης γράφει· Τάδε συνέγραψε Ζοροάςρης ὁ Αρμενίυ, τὸ γένος Πάμφυλος. Quem locum ideo E protuli, ut ex eo ac ex conſimili Plutarchi Sympoſ. X. 4. prout a viris doctis emendatus fuit, probabilior lectio reddatur, cum Origeni lib. 2. contra Celſum pag. 72. tum Æneæ Gazæo in Theophraſto ante finem; τὸν Αρμενίυ, pro vulgata τὸν Αρμένιον. Nam quid cogit dicere Platonem ab iis non fuiſſe intellectum: ſicut videtur Apuleius in Apologia male accepiſſe verba ejuſdem Philoſophi Alcibiade 1. μαγείαν τὴν Ζωροάςρυ τῦ Ωρομάζυ. Hoc eſt, *Magiam Zoroaſtris, filii Oromazis:* quia dicit, *a Zoroaſtre & Oromaze*. Cogitent quoque harum litterarum periti de verbis Arnobii lib. 1. *Age nunc veniat quæſo per igneam Zonam Magus interiore ab orbe Zoroaſtres, Hermippo ut aſſentiamur auctori, Bactrianus: & ille conveniat, cujus Cteſias res geſtas Hiſtoriarum exponit in primo, Armenius Zoſtriani* (male corrigunt, *Oſtanis*, cum Zoſtriani mentionem faciat Porphyrius in vita Plotini) *nepos, & familiaris Pamphylus Cyri*, num legi debeat; *Zoſtriani nepos & familiaris, Pamphylus Er.* Sed & conſtat multos vixiſſe Zoroaſtres, & confuſam fuiſſe illorum hiſtoriam. Nec ſolum in homine Mago Magiæque inventore variatum, verum & in nomine illius. Dicitur quippe etiam Zoroaſtres; Oxyartes Diodori Siculi; Zaras vel Nazaratus Alexandri Polyhiſtoris apud Cyrillum Alexandrinum IV. contra Julianum p. 133. Clementem Alex. Stromateo 1. p. 304. (cum cujus verbis operæ pretium fuerit conferre locum Gregorii Barhebtæi de Zoroaſtre, citatum in Notis Abrahami Ecchellenſis ad Catalogum Hebedjeſu, p. 267. 268.) D Zabratus Malchi ſive Porphyrii in vita Pythagoræ p. 9. Zaratas Plutarchi περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας ſtatim ab initio, & Auctoris φιλοσοφυμένων quæ Origeni adſcribuntur; Zares Suidæ in voce Πυθαγόρας Σάμιος. Et (ut omittam fictum ex iſtis a fictitio Abdia Zaroem magum) Zoroadus & Zarades memoratus in Agathia lib. 2. Hiſt. & apud Theodoritum Serm. 9. De legibus Zarades dictus, Zaſrades vero forſan corrupte apud Photium Cod. 81. ex Theodoro Mopſueſteno: ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα, ὃ Ζασράδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τῦ Ζαρυὰμ, ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, &c. Unde ſuſpicor debere corrigi finem Epiſtolæ 325. S. Baſilii, de Maguſæis; Ζαρνύαν τινὰ ἑαυτοῖς ἀρχηγὸν τῦ γένυς ἐπιφημίζυσι, ſcribendumque, Ζαρυάμ, vel Ζαρύαν. Ad Zaradem redeo, qui fuit etiam per Manichæos celebratus, & appellatur a Victorino Afro adverſus illos pugnante, Zoradis; a Petro Siculo Hiſtoriæ p. 30. Zaranes, Ζαράνης, ſed lege Ζαράδης, ut habetur in Euchologio Goariano p. 885. & in Anathematiſmis, quos E ſcriptos Manichæi quando reſiliebant ab hæreſi, offerre Eccleſiæ tenebantur. Illos Anathematiſmos ut ad cognitionem totius Manichaicæ hiſtoriæ admodum utiles, tecum e Regia Librorum ſuppellectile, MS. 1818. communico. — Habes infra hoc monumentum in Appendice his Recognitionum libris ſubjecta, num. III.

4. *Cujus nomine etiam libri ſuper hoc plurimi habentur*.] Verum Pſeudepigraphi, ut & omnes alii qui Zoroaſtri tributi reperiuntur tum in Antiquorum ſcriptis, tum in MSS. codicibus. Confer locum Clementis Alex. lib. 1. Strom. p. 304. de Apocryphis Zoroaſtris Magi circumlatis in Gnoſtica Hæreſi Prodici, cum loco Porphyrii in vita Plotini de libro adulterino Zoroaſtris nomine inſcripto apud Gnoſticos. Addo ex recenti lectione, in Dictionario Latino-Perſico p. 6. mentionem fieri Exegeſeos Libri Zind dicti, quo religionis magicæ ſeu colendi ignis præcepta tradidit Zoroaſtres.

5. *Hic ergo aſtris multum ac frequenter intentus* &c.] De Zoroaſtreo igne varii varia. Dio Chryſoſtomus Orat. 36.

multum ac frequenter intentus, & volens apud A homines videri deus; velut scintillas quasdam ex stellis producere, & hominibus ostentare cœpit; quo rudes atque ignari, in stuporem miraculi traherentur: cupiensque augere de se hujusmodi opinionem, sæpius ista moliebatur; usquequo ab ipso dæmone quem importunius frequentabat, igni succensus concremaretur.

XXVIII. Sed stulti homines qui tunc erant, cum debuissent utique opinionem quam de eo conceperant, abjicere, quippe quam pœnali morte ejus viderant confutatam; in majus eum extollunt. Exstructo enim sepulcro ad honorem ejus, tamquam amicum Dei ac fulminis ad cæ- B lum vehiculo sublevatum, adorare ausi sunt, & quasi vivens astrum colere. Hinc enim & nomen post mortem ejus, * Zoroaster, hoc est, vivum sidus appellatum est, ab his qui post unam generationem Græcæ linguæ loquela fuerant repleti. Hoc denique exemplo, etiam nunc multi eos qui fulmine obierint, sepulcris honoratos, [1] tamquam amicos Dei colunt. Hic ergo, cum quartadecima generatione cœpisset, quintadecima defunctus est; in qua turris ædificata est, & linguæ hominum multipliciter divisæ sunt.

XXIX. Inter quos primus, magica nihilominus arte quasi corusco ad eum delato, rex appellatur C quidam Nemroth, quem & ipsum [2] Græci Ninum vocaverunt; ex cujus nomine Ninive civitas vocabulum sumsit. Sic ergo diversæ & erraticæ superstitiones ab arte magica initium sumsere. Etenim quoniam difficile erat humanum genus ab amore Dei abstrahi, & ad surda atque exanima simulacra deduci; idcirco excelsioribus usi sunt magi molitionibus, ut astrorum signis ac motibus, tamquam cælitus & voluntate Dei delatis, ad suadendos cultus erraticos verterentur. Et ejus quem supra diximus, indignatione dæmonis cui nimis molestus fuerat, conflagrasse, [3] busti cineres, tamquam fulminei ignis reliquias colligentes hi qui erant pri- D mitus decepti, deferunt ad Persas; ut ab eis tamquam divinus e cælo lapsus ignis, perpetuis conservaretur excubiis, atque ut cælestis deus coleretur.

XXX. [4] Simili exemplo etiam per cetera loca reliqui homines his, quos vel in artibus aliquibus, vel in virtute fuerant admirati, vel certe in amore plurimo habuerant, templa construere, imagines collocare, mysteria & cærimonias ac [5] sacrificia instituere, & per omnia deorum de his famam posteris tradere gestierunt: eo præcipue quod, ut supra diximus, phantasiis aliquibus magicæ artis fulti videbantur; ut invocatione dæmonum agi ab his aliquid ad deceptionem hominum, moverique videretur. His adjiciunt & solemnitates quasdam, ac temulenta convivia; quibus & homines libentius indulgerent, & dæmones crapulis tamquam vehiculis illati, ipsis eorum visceribus miscerentur; in quibus collocati, ad omnem voluntatem suam actus hominum cogitationesque deflecterent. Hujusmodi igitur ex initio erroribus introductis; eisque libidine & temulentia qua carnales homines maxime delectantur, adjutis; religio Dei quæ per continentiam sobrietatemque constabat, rarescere inter homines, atque aboleri propemodum cœpit.

XXXI. Nam cum ex initio homines, utpote justum & omnia contuentem Deum colentes, neque peccare auderent, neque injuriam facere proximis suis; certi quod uniuscujusque actus & motus aspiceret Deus: ubi religionis cultus ad simulacra exanima conversus est; tamquam de quibus certi essent, quod neque viderent, neque audirent, neque moverentur in aliquo; licenter peccare, & in omne facinus progredi cœpere: quippe qui nihil pati vererentur ab his, quos colebant ut deos. Hinc bellorum rabies exarsit; hinc prædæ, rapinæ, captivitates, & libertas in servitutem redacta; prout quisque potuit, libidini & cupiditati suæ satisfecit; quamvis satisfacere cupiditati nulla vis possit. Sicut enim ignis quanto magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur & invalescit: ita & cupiditatis rabies, per ea quæ adipiscitur, auctior & vehementior efficitur.

XXXII. Propter quod incipite jam meliore intellectu vobismet ipsis resistere, in his quæ non recte cupitis; si quo forte modo reparare in vobis ac restituere possitis illam, quæ ex initio mortalibus a Deo tradita est, religionis puritatem & innocentiam vitæ; ut per eam vobis etiam spes bonorum immortalium reparetur: & agatis gra-

Nicolaus Damascenus in Collectaneis Constantini Porphyrogenetæ, Ammianus Marcellinus lib. 23. Auctor Clementinorum Hom. IX. cap. 3. seq. Arnobius lib. 1. Qui Chronicum a Radero editum composuit p. 88. Gregorius Turonensis Historiarum lib. 1. cap. 5. Suidas in Zoroastre, Cedrenus p. 13. & Glycas p. 129.

1. *Tamquam amicos Dei colunt.*] In Clementinis, *ὡς θεοφιλεῖς*. Artemidorus lib. 2. cap. 8. de fulminatis; *λαμπρὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῖς περιτίθεται, ὡς ὑπὸ Διὸς τετιμημένοις. Splendida autem vestimenta eis circumdantur, velut honore a Jove affectis*; & multis interpositis; *οὐδεὶς κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν· ὅθεν γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται. Nullus fulmine ictus infamis & ignominiosus exsistit: unde etiam velut deus colitur*. Festus: *Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant.*

2. *Græci Ninum vocaverunt; ex cujus nomine Ninive civitas vocabulum sumsit.*] Si jungatur iste locus cum illo Clementinorum in Chronici Alexandrini p. 64. dicetur, Assyrios, ac postea Græcos, Nemrodum nomine Nini appellasse; ex eo autem nomine dictam fuisse urbem Niniven, quam Assur condidit.


3. *Busti cineres, tamquam fulminei ignis reliquias* &c.] De superstitione Persarum erga Zoroastris reliquias & ignem e cælo lapsum, præter Recognitiones & Clementina, Chronicum Alexandr. p. 88. 94. Suidas in Zoroastre, E Cedrenus p. 13. 18. Glycas p. 129. 140. Tzetzes Histor. Chil. 3. cap. 66. & Ammianus Marcellinus Rerum gestarum lib. 23. edit. Vales. p. 253.

4. *Simili exemplo* &c.] Victorinus Massiliensis lib. 3. Commentariorum in Genesim, a Nemrodo filium unicum amissum, statua, aris & divinis honoribus donatum fuisse canit.

5. *Sacrificia instituere.*] Ridicule in Cedreno, ubi de Cecrope, ediderunt, *οὗτος πρῶτος βοῦν ἐθαύμασε*, pro *ἐθυσίασε*, vel quemadmodum apud Eusebium, *ἔθυσε*.

* *Zoroaster, hoc est, vivum sidus.*] Gregorius Turonensis pari modo interpretatur, *viventem stellam*. Apud Laertium autem in Prooemio, Dinon Historiarum lib. 5. *ἀστροθύτην, astrorum sacrificulum*. In Clementinis IX. 5. *Ζωροάστρην, [illegible] τοῦ ἀστέρος κατ' αὐτοῦ ζῶσαν ἐνεχθῆναι ῥοήν*. Mitto recentiores, qui more majorum in hujusmodi nominum explicationibus, re omnino incerta, mirum quantum sibi indulgeant. Consulere potes Scaligerum ad Eusebii Chronologica, ubi de Zoroastre; Croium in quædam loca Origenis, Irenæi, Tertulliani & Epiphanii, p. 31. illiusque antagonistam Petavium Appendicis ad Synesianas Notas cap. 4. Salmasium de lingua Hellenistica p. 368. & Bochartum Geographiæ sacræ parte 1. lib. 4. cap. 2. Cot. Vid. & *Thomam Hyde* in Hist. Vet. Persar. Clem.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



tias largitori omnium Patri, per eum quem posuit regem pacis, & thesaurum ineffabilium bonorum: ut in præsenti quidem tempore diluantur peccata vestra per aquam fontis, aut fluminis, aut etiam maris, invocato super vos trino beatitudinis nomine: ut per hoc non solum fugentur, si intra vos habitant, spiritus maligni; verum etiam, cum destiteritis a peccatis, & tota fide totaque mentis puritate Deo credideritis, etiam ex aliis vos malignos spiritus & dæmones effugetis; atque a passionibus & languoribus alios liberare possitis. Ipsi enim dæmones sciunt & agnoscunt eos, qui se tradiderint Deo: & interdum sola eorum præsentia propelluntur; sicut paullo ante vidistis, quo modo cum vocem tantum salutationis fecissemus ad vos, continuo dæmones propter honorem religionis nostræ, exclamare cœperunt, & ne parum quidem temporis potuerunt ferre præsentiam nostram.

XXXIII. Numquid nos alterius sumus naturæ superioris alicujus; & propterea nos dæmones timent? Unius ejusdem vobiscum naturæ sumus; sed religione differimus. Quod & si vos esse vultis, non invidemus: quin potius & hortamur; certosque esse vos volumus, quod cum fuerit in vobis eadem quæ in nobis est fides & religio ac vitæ innocentia; remunerante Deo fidem vestram, erit par vobis atque eadem etiam contra dæmones potestas & virtus. Sicut enim is qui acceperit sub se milites, etiamsi ipse inferior, & illi superiores sint viribus; tamen [a] dicit huic: vade; & vadit: & alii, veni; & venit: & alii, fac hoc; & facit: hoc autem potest non propria virtute, sed Cæsaris metu: ita & fidelis quisque dæmonibus imperat, etiamsi videantur illi multo esse hominibus fortiores; non propter suam virtutem, sed propter Dei; qui eos subjecit potestati. Nam & quod diximus, ut Cæsar apud omnes milites, & in omnibus castris, atque in omni regno timeatur; cum sit unus, & fortassis exiguus viribus; non nisi potestate Dei agitur, qui timorem dat omnibus, ut uni obtemperent.

XXXIV. Hoc sane scire vos volumus, quod dæmon, nisi quis voluntatibus ejus se sponte subdiderit, potestatem adversum hominem non habet. Unde & ipse qui est princeps malitiæ, ad hunc quem diximus a Deo destinatum regem pacis accessit, tentans; & polliceri ei cœpit omnem gloriam mundi: quod cum aliis obtulisset decipiendi caussa, adoratum se noverat. Impius & immemor sui; quod est proprium & speciale malitiæ; adorandum se ab eo præsumebat, a quo se noverat destruendum. Dominus ergo noster, unius Dei cultum confirmans, respondit ei: [b] *Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies*: qua responsione deterritus, & metuens ne unius & veri Dei repararetur vera religio; festinat continuo emittere in hunc mundum pseudoprophetas, & pseudoapostolos falsosque doctores; qui sub nomine quidem Christi loquerentur, dæmonis autem facerent voluntatem.


XXXV. Propter quod observate cautius, ut nulli doctorum credatis, nisi qui Jacobi fratris Domini ex Hierusalem detulerit testimonium, vel ejus quicumque post ipsum fuerit. Nisi enim quis illuc ascenderit, & ibi fuerit probatus quod sit doctor idoneus & fidelis ad prædicandum Christi verbum: nisi, inquam, inde detulerit testimonium; recipiendus omnino non est: sed neque Propheta, neque Apostolus in hoc tempore speretur a vobis aliquis alius præter nos. Unus enim est verus Propheta, cujus nos, duodecim Apostoli, verba prædicamus: [c] Ipse enim est annus Dei acceptus, nos Apostolos habens duodecim menses. Qua autem caussa vel mundus ipse factus sit, vel diversitates quæ sunt in eo acciderint; & cur ad reparationem ejus veniens Dominus noster, elegerit nos duodecim Apostolos, & miserit; alias latius explanabitur. Interim nos jussit exire ad prædicandum, [d] & invitare vos ad cœnam regis cælestis, quam præparavit pater in nuptiis filii sui; & ut demus vobis indumenta nuptialia, quod est gratia baptismi: quam qui fuerit consecutus, tamquam vestimentum mundum cum quo ei ingrediendum est ad cœnam regis, observare debet, ne peccato aliqua ex parte maculetur; & ob hoc tamquam indignus & reprobus abjiciatur.

XXXVI. Caussæ autem quibus maculetur istud indumentum, hæ sunt: si quis recedat a patre & conditore omnium Deo, alium recipiens doctorem præter Christum, qui est solus fidelis ac verus Propheta, quippe nos duodecim Apostolos misit ad prædicandum verbum: & si quis de substantia divinitatis quæ cuncta præcellit, aliter quam dignum est sentiat: hæc sunt quæ usque ad mortem, baptismi polluunt indumentum. Quæ vero in actibus polluunt, ista sunt; homicidia, adulteria, odia, avaritia, cupiditas mala. Quæ autem animam simul & corpus polluunt, ista sunt; participare dæmonum mensæ, hoc est, immolata degustare, vel sanguinem, vel morticinum, quod est suffocatum; & si quid aliud est quod dæmonibus oblatum est. Hic ergo vobis sit primus gradus ex tribus, [e] qui gradus triginta ex se gignit mandata: secundus vero, qui sexaginta: tertius, qui centum: sicut alias vobis de his plenius exponemus.

XXXVII. Et hæc cum dixisset, ac præcepisset ut die postera ad eumdem locum maturius convenirent, turbas dimisit; quibus recedere nolentibus, ait Petrus: Donate mihi hanc gratiam, propter hesterni itineris labores; & nunc discedentes, die crastina maturius convenite: & ita cum lætitia discessere. At Petrus, paullulum me secedere præcipiens, orationis caussa, jubet post hæc in loco horti quem umbra contegebat, accubitum sterni: & unusquisque ex more recognoscens proprii ordinis locum, cibum sumsimus. Tum deinde quia supererat adhuc aliquantulum diei, de mirabilibus Domini collocutus nobiscum, vespere facto ingressus in cubiculum, quievit.

a Matth. VIII. 9. b Matth. IV. 10. c Luc. IV. 19. d Matth. XXII. e Matth. XIII. 23.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS.

LIBER QUINTUS.

I. Sequenti autem die, paullo citius quam solebat consurgens Petrus, invenit nos dormientes: quod ubi sensit, quasi ipse adhuc dormire volens, silentium sibi fieri jussit, ut nobis quiescendi facultatem daret. Ubi autem refecti somno exsurreximus, invenimus eum oratione facta, intra cubiculum opperientem nos. Et cum jam esset crepusculum, salutans ex more, breviter allocutus est: & continuo ad consuetum locum docendi gratia procedit: ubi cum vidisset ad audiendum plurimos convenisse, primo religionis ritu pace eis invocata, dicere hoc modo cœpit.

II. Deus creator omnium, ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominationem terræ, marisque & aeris ipsius dedit; sicut & verus nobis Propheta narravit, & ipsa rerum ratio docet: solus enim est rationabilis; & consequens est, ut ratio irrationabilibus dominetur. Hic ergo ab initio, cum adhuc justus esset, cunctis vitiis & omni fragilitate superior erat: ubi autem peccavit, sicut hesterno die docuimus, & factus est servus peccati; simul & fragilitati efficitur obnoxius. Quod idcirco scriptum est, ut sciant homines, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse [1] impassibiles: & non solum impassibiles, verum & parva in Deum fide, aliorum passiones curantes. Ita enim verus Propheta nobis promisit, dicens: [a] *Amen* C *dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit.* Hujus vocis etiam vos ipsi documenta accepistis: hesterno enim die vidistis quo modo adstantibus nobis, dæmones cum passionibus quas hominibus invexerant, transierunt & fugati sunt.

III. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant; caussa sine dubio vel patiendi, vel curandi noscenda est: quæ non alia esse, quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus vero fidei demonstratur. Infidelitas enim, dum non credit futurum judicium Dei, peccandi licentiam præbet; peccatum vero hominem D passionibus obnoxium facit: fides autem, futurum esse Dei judicium credens, continet homines a peccato; non peccantes vero non solum liberi sunt a dæmonibus & passionibus, verum & aliorum dæmones & passiones fugare possunt.

IV. Ex his ergo omnibus colligitur, quod ori- A go totius mali ab ignorantia descendat, & ipsa sit malorum omnium mater; quæ incuria quidem & ignavia gignitur, negligentia vero alitur & augetur, atque in sensibus hominum radicatur: quam si quis forte doceat effugandam, velut antiquis & hereditariis sedibus moleste & indignanter avellitur. Et ideo paullulum laborandum nobis est, ut indagantes ignorantiæ præsumtiones, scientiæ ratione resecemus; in his præcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præventi sunt; per quas, quasi sub specie alicujus scientiæ, ignorantia in eis vehementius radicata est: nihil enim gravius, quam si id quod ignorat quis, scire se credat, & defendat verum esse quod falsum B est: quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet; & agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen & ipse putet, & dici a ceteris velit. Ita sunt ergo & hi qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicujus scientiæ tenent, & mala quasi bona gerunt, atque ad perniciem quasi ad salutem festinant.


V. Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis; ut possimus quasi lumine nobis inde succenso, errorum tenebras depellere: grande enim malum est, ut diximus, ignorantia; sed quia substantiam non habet, facile ab his qui studiosi sunt, effugatur. Non enim aliud est quidem ignorantia, nisi non agnovisse quod expedit: ubi autem agnoveris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet agnitio; quam nemo alius potest adsignare, nisi verus Propheta. Hæc enim porta est vitæ, volentibus ingredi; & iter operum bonorum, pergentibus ad civitatem salutis.

VI. Si quis sane audiens sermonem veri Prophetæ, velit recipere aut nolit, & amplecti onus ejus, id est, mandata vitæ; habet in sua potestate: liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset, ut audientes eum, jam non haberent in potestate aliud facere quam audierant, vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet: & hoc naturæ vis erat, quæ unum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum est animo in quam velit partem declinare judicium suum, & quam probaverit eligere viam; constat evidenter inesse hominibus arbitrii libertatem.

[a] Matth. xvii. 20.

1. *Impassibiles.*] Ἀπάθεια & ἀναμαρτησία, si stricte sumantur, sunt *imperturbabilitas & impeccabilitas, imperturbatio & impeccantia*. Verum laxius interdum usurpantur a sanctis Patribus, pro eo statu in quo positus vir sanctus, per gratiam Dei minus crebris minoribusque tentationibus obnoxius est, nec gravioribus peccatis succumbit. Ἀπάθεια, inquit Maximus de caritate Centuria 1. cap. 36. ἐστὶν εἰρηνικὴ κατάστασις ψυχῆς, καθ' ἣν δυσκίνητος γίνεται ψυχὴ πρὸς κακίαν. *Est ἀπάθεια, pacatus animæ status, secundum quem difficulter movetur anima erga malitiam.* Δυσκίνητος, non ἀκίνητος. Reddi autem debet vox ἀπαθεῖς Clementi Alexandrino Strom. 7. p. 750. ubi ἀπειθεῖς ediderunt, εὐπειθεῖς correxerunt ac verterunt. καὶ ἔσονται μὲν τῶν προτέρων οἱ δεύτεροι ἀμείνους, οὗτοι δὲ ἀπαθεῖς, ἂν μὴ ἀμνησίκακοι τέλεον γενόμενοι, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν προσεύχωνται καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν. Porro Auctor Recognitionum *impassibiles* eos appellat, qui propter innocentiam vitæ nec incursantur a dæmonibus, nec morbis affliguntur.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



VII. Igitur priusquam audiat quis quod ei expedit, certum est quia ignorat; & ignorans, vult & desiderat quod non expedit agere; propter quod pro hoc non judicatur. Cum vero audierit caussas erroris sui, & rationem veritatis acceperit; tunc si permanserit in his erroribus quibus dudum fuerit præventus, recte jam vocabitur ad judicium, pœnas daturus, cur vitæ ejus spatium quod ad bene vivendum accepit, in ludibriis consumsit errorum. Qui vero audiens hæc, libenter accipit, & gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam; requirit intentius, & discere non desinit, usquequo cognoscat, si est vere aliud sæculum, in quo bonis præmia præparata sunt: & cum certus de hoc fuerit, gratias agens Deo, quod sibi veritatis lumen ostenderit, de cetero dirigit actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam; per omnia demirans & stupens ceterorum hominum errores, & quod ante oculos positam veritatem nemo videat. Ipse tamen gaudens super divitiis sapientiæ quas invenit, insatiabiliter eis perfrui cupit, & exercitio bonorum operum delectatur; festinans ad sæculum futurum mundo corde & pura conscientia pervenire, ubi etiam videre Deum regem omnium possit.

VIII. His autem omnibus carere nos & fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines quantum boni habeat scientia, ignorantiæ malum de se non patiuntur excludi: nesciunt enim quanta sit in horum permutatione diversitas. Propter quod consilium do unicuique discentium, libenter præbere aurem verbo Dei, & cum amore veritatis audire quæ dicimus; ut mens optimo semine suscepto, per bonos actus, lætos adferat fructus. Nam si me docente ea quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuit; & animo pravis opinionibus occupato, obsistere nititur: non ex nobis, sed ex semet ipso habebit pereundi caussam. Debet enim justo judicio examinare quæ dicimus, & intelligere quia verba loquimur veritatis: ut cognitis his quæ sunt, ut sunt, & in bonis actibus dirigens viam suam, regni cælorum possit particeps inveniri; subjiciens sibi carnis desideria, & dominus eorum factus; ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium jucunda possessio.

IX. Nam qui permanet in malo, & servus est Mali; non potest effici portio Boni, donec permanet in malo: quia ab initio, ut ante diximus, duo regna statuit Deus; & potestatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad obediendum ipse subjecerit. Et quia definitum est apud Deum, non posse unum hominem utriusque regni esse servum; omni studio date operam, in boni regis fœdus ac jura concurrere. Propter hoc denique verus Propheta, cum esset præsens nobiscum, & quosdam ex divitibus negligentes erga Dei cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem: [a] *Nemo potest*, inquit, *duobus dominis servire: non potestis Deo servire & mammonæ*: Mammona patria eorum voce divitias vocans.

X. Hic ergo est verus Propheta, qui in Judæa nobis apparuit ut audistis: qui stans publice sola jussione faciebat cæcos videre, surdos audire; fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat, & mortuis vitam. Cumque nihil ei esset impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat, quod nulli est possibile nisi soli Deo. Hic adnuntiavit regnum Dei; cui nos de omnibus quæ dicebat, tamquam vero Prophetæ credidimus; firmitatem fidei nostræ, non solum ex verbis ejus, sed & ex operibus adsumentes; quia & dicta Legis quæ ante multas generationes de præsentia ejus exposuerant, in ipso consignabantur; & imagines gestorum Moysis, & ante ipsum patriarchæ Jacob, ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus ejus, hoc est, ipsum in quo venerat, prædictum ab eis constat: & super omnia, quod esset a Gentibus exspectandus, sacris litteris comprehensum est: quæ in eo pariter universa completa sunt.


XI. Quod autem Judæorum Propheta prædixit, [b] eum a Gentibus exspectandum, supra modum in eo fidem veri confirmat. Si enim dixisset a Judæis exspectandum; non aliquid eximium prophetasse videretur, quod a contribuli populo & a propria gente speraretur is, cujus adventus ad salutem mundi fuerat repromissus: videretur enim magis consequentiæ ratio esse, ut hoc fieret, quam magnificentia prophetalis. Nunc autem cum Prophetæ dicunt, omnem illam spem quæ de salute mundi repromittitur, & novitatem regni quæ instituenda per Christum est, atque omnia quæ de eo indicantur, ad Gentes esse transferenda; jam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis eventu magnificentia prophetica confirmatur. Judæi namque ex initio adsfore aliquando hunc virum per quem cuncta repararentur, verissima traditione susceperant: & quotidie meditantes ac prospicientes, quando ejus fieret adventus; ubi adesse eum viderunt, & signa ac prodigia, sicut de eo scriptum fuerat, adimplentem; invidia excæcati, agnoscere nequiverunt præsentem, in cujus spe lætabantur absentis: intelleximus tamen pauci nos, qui ab eo electi sumus.

XII. Hoc autem providentia Dei factum est; ut agnitio boni hujus etiam Gentibus traderetur: & hi qui numquam de eo audierant nec a Prophetis didicerant, agnoscerent eum; illi vero qui quotidianis meditationibus agnoverant, ignorarent. Ecce enim per vos nunc qui præsentes estis, & desideratis audire doctrinam fidei ejus, & agnoscere quis, & quo modo, & qualis sit ejus adventus, prophetica veritas adimpletur. Hoc est enim quod prædixerunt Prophetæ [c], quia a vobis quærendus esset, qui de eo numquam audistis. Et ideo videntes in vobis ipsis prophetica dicta compleri; huic uni recte creditis, hunc recte exspectatis, de hoc recte inquiritis; ut non solum exspectetis eum, sed & hereditatem regni ejus credentes consequamini: secundum quod ipse dixit [d], quia unusquisque illius fit servus, cui se ipse subjecerit.

XIII. Propterea ergo evigilate; & Dominum Deumque nostrum vobis adscribite; Dominum, qui & cæli ac terræ Dominus est; & ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate: sicut ipse verus Propheta docet, dicens: [e] *Estote misericordes, sicut & pater vester cælestis misericors est; qui oriri facit solem suum super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Hunc ergo imi-

a Matth. VI. 24. b Gen. XLIX. 10. c Isa. LXV. 1. d Joan. VIII. 34. e Luc. VI. 36.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



tamini, & hunc timete; sicut mandatum datur hominibus: [a] *Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli servies*. Expedit enim vobis huic uni Domino servire; ut per ipsum cognoscentes unum Deum, a multis quos inutiliter timebatis, liberemini. Qui enim creatorem omnium non timet Deum, sed eos timet quos ipse manibus suis fecit; quid nisi vano & inutili semet ipsum obnoxium facit timori? vilioremque se & abjectiorem reddit, quam sunt illa ipsa quorum timorem mente concepit? Quin potius per bonitatem ejus qui vos invitat, redite ad priorem nobilitatem vestram; & ex bonis actibus, quod ipsius creatoris vestri imaginem portetis, ostendite; ut ex contemplatione similitudinis ipsius, etiam filii ejus esse credamini.

XIV. Incipite ergo a sensibus vestris abjicere vanas idolorum species, atque inutiles & inanes timores; ut simul etiam conditionem possitis iniquæ servitutis effugere. Domini etenim vestri effecti sunt illi, qui ne servi quidem utiles vobis esse potuissent. Quo modo enim simulacra exanima, vel ad servitutem vobis viderentur idonea; cum neque audiant, neque videant, neque aliquid sentiant? nisi quod ipsa saltem materia ex qua facta sunt, sive auri, sive argenti, vel etiam æris aut ligni, cum possit vobis ad usus necessarios prodesse; vos ex ea formando deos, otiosam per omnia eam atque inutilem reddidistis. Nos ergo adnuntiamus vobis verum Dei cultum: simulque monemus & hortamur cultores, ut per bonos actus imitentur eum quem colunt; & ad imaginem ac similitudinem ejus, ut superius diximus, redire festinent.

XV. Velim autem dicerent mihi hi qui idola colunt, si optant similes fieri his quos colunt. Vultne aliquis vestrum sic videre, quo modo illi vident? & sic audire, quo modo illi audiunt? sic habere sensum, quo modo illi habent? Absit hoc ab unoquoque audientium: [1] hoc enim maledictum potius & convicium credendum est homini; qui imaginem Dei in se gerit, etiamsi similitudinem perdidit. Quales ergo dii habendi sunt isti, quos imitari exsecrabile sit cultoribus suis? quorum similitudinem habere contumelia est? Quid ergo? [2] Solvite simulacra inutilia, & facite vasa utilia: solvite otiosam pigramque materiam, & facite humano usui apta ministeria. Sed non sinunt, inquit, leges humanæ. Bene, quia humanæ leges, & non ipsorum virtus. Quo modo ergo dii sunt, qui humanis legibus, & non suis viribus defenduntur? Sicque & a furibus, canum vigiliis & claustrorum munitionibus conservantur: & hoc si fuerint argentea, vel aurea, vel etiam ærea: nam lapidea, & fictilia, ipsa sui vilitate muniuntur: nemo enim lapideum, aut fictilem deum furatur. Unde miserabiliores videntur hi, quibus pretiosius metallum pericula viciniora conquirit. Qui ergo furari possunt; qui ab hominibus custodiri; qui conflari, & appendi, & malleis cædi; isti hominibus sensum habentibus dii debent videri?

XVI. O in quantam miseriam mortalium decidit intelligentia! Nam si mortuos timere summæ stultitiæ ducitur; quid judicemus de his, qui deterius aliquid, quam sunt mortui, timent? Ista enim simulacra nec in mortuorum numero habenda sunt; quia numquam vixerunt. Præferenda sunt eis etiam sepulcra mortuorum; quoniam licet nunc mortui sunt, habuerunt tamen aliquando vitam: isti autem quos colitis, nec eam quidem, quæ est in omnibus deterrima, ranarum ac bubonum vitam aliquando gesserunt. Sed quid opus est de his plura memorare, cum sufficiat dicere ei qui adorat ea: Non vides, quia quem adoras, non videt? non audis, quia quem adoras, non audit? & non intelligis, quia quem adoras, non intelligit? opus enim mortalis manus est; & necessario sensu caret. Tu ergo adoras insensibilem; cum unusquisque habens sensum, nec ea quidem credat adoranda, quæ a Deo facta sunt & [3] habent sensum; id est, solem, & lunam, vel stellas, omniaque quæ in cælo sunt & super terram. Justum enim putant, non ea quæ pro mundi ministerio facta sunt; sed ipsorum, & mundi totius creatorem debere venerari: gaudent enim etiam hæc, cum ille adoratur & colitur; nec libenter accipiunt, ut honor creatoris creaturæ deferatur. Exceptus enim est Dei solius cultus, qui solus increatus est; omnia autem cetera, factura ejus sunt. Sicut ergo proprium est ejus, qui solus non est factus, Deum esse: ita omne quod factum est, Deus vere non est.

XVII. Ante omnia ergo intelligere debetis deceptionem serpentis antiqui, & callidas ejus suggestiones; qui quasi per prudentiam decipit vos, & velut ratione quadam serpit per sensus vestros; atque ab ipso vertice incipiens, per interiores dilabitur medullas; lucrum magnum computans deceptionem vestram. Interserit ergo sensibus vestris opiniones quorumcumque deorum; tantum ut vos ab unius Dei revocet fide; sciens peccatum vestrum, suum esse solatium. Ille enim pro nequitia sua, ab initio terram edere condemnatus est; propter eum, quem de terra adsumtum, iterum resolvi fecit in terram; usque ad tempus quo animæ vestræ per ignem traductæ reparentur, sicut alias de hoc plenius edocebimus. Ex ipso ergo sunt omnes errores & ambiguitates, quibus ab unius Dei fide & credulitate conturbamini.

a Matth. IV. 10.

1. *H[illegible] [illegible]dictum potius & convicium credendum est.*] Qui [illegible] appellari Eusebius Emisenus Homilia quod idola coli non debeant: *Dic mihi, cum lignum [illegible] ac lapidem, si [illegible], Talis sis qualis deus tuus, numquid non [illegible] [illegible] putares? Et [illegible] comparari! Et [illegible] gravissimum putares esse [illegible]?*

2. *Solvite simulacra inutilia, & facite vasa utilia.*] Huic germanus est locus Commodiani Instructione 20.

E[illegible]
Sol[illegible]

3. *Et habent sensum.*] Astra animata esse pauci Patrum existimaverunt, [illegible] Philosophos. Item plerique Hebræorum. Contra. Constitutionum scriptor lib. 8. cap. [illegible]. & [illegible]. [illegible] hoc loco loca Clementinorum X. [illegible]. III. 35. A[illegible] mecum insignia hæc, Spicilegii 2. pa[illegible]. *[illegible] libellos sex sancti Hil[illegible] [illegible] [illegible]* [illegible]. Sunt verba Liciniani episcopi, ad Gregorium Papam.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

XVIII. Et primo omnium subjicit cogitationibus hominum, ut ne audiant verba veritatis, per quæ malorum ignorantiam fugent. Et hoc facit quasi occasione alterius scientiæ: adseverans eis illam opinionem, qua utuntur plurimi; ut putent se reos futuros non esse, si in ignorantia fuerint; nec reddituros esse rationem pro his quæ non audierint; & ideo a verbo declinare eos suadet auditum. Sed accipite contra hæc: ipsa per semet ipsam ignorantia, validissimum venenum est, quod sufficiat animam, nulla extrinsecus quæsita adjectione, perimere. Et ideo nemo est, qui ignorans, per hoc quod ignorat, evadat; sed certum est quod intereat. Naturaliter enim peccatorum vis interimit peccatorem. Sed quoniam judicium rationabile erit; tam ignorantiæ, quam uniuscujusque peccati caussa & origo requiretur. Is ergo qui scire noluit, quo modo possit venire ad vitam; sed maluit ignorare, ne per hoc reus fieri videretur: ex hoc ipso jam, quasi qui scierit & habuerit scientiam, judicatur. Agnovit enim quid esset, quod nolebat audire: & nihil ei conferet ad excusationem, serpentis artificio quæsita calliditas; cum eo enim erit ei ratio, quem non latet cor. Ut autem scias, quia ignorantia per semet ipsam generat interitum; anima cum discesserit a corpore, si talis exeat quæ ignoret eum a quo creata est, a quo in hoc mundo omnia quæ usibus suis erant necessaria consecuta est; tamquam ingrata & infidelis, a regni ejus luce projicitur.

XIX. Subjicit iterum nequissimus serpens aliam [illegible] opinionem, quam plures [illegible] proferre solent: Unum esse & nos dicimus Deum, qui est omnium Dominus: sed & isti, inquiunt, dii sunt. Sicut enim unus est Cæsar, & habet sub se multos judices; verbi gratia, præfectos, consules, tribunos, & ceteras potestates: simili arbitramur modo, cum unus sit major omnium Deus, etiam istos ad similitudinem earum, quas diximus, potestatum ordinatos esse in hoc mundo deos; illi quidem majori subjectos, nos tamen & quæ in hoc mundo sunt, dispensantes. Audite ergo ad hæc, quo modo in his ipsis quæ ad deceptionem proponitis, veritatis rationibus confutemini. Dicitis quia locum Cæsaris teneat Deus; judicum vero ejus & potestatum speciem servent hi qui dicuntur dii: servate ergo, ut proposuistis, exemplum Cæsaris; & scitote, quia sicut nulli ex judicibus vel administratoribus Cæsaris, id est, præfectis, vel consulibus, vel ducibus, vel tribunis, fas est Cæsaris nomen imponi; alioquin & ille qui susceperit, & illi qui detulerint, pariter interibunt: ita & de hoc debetis advertere; quod si quis nomen Dei alicui quam præter ipsum imposuerit, & ille receperit; unum eumdemque sortientur interitum; multo deteriore sorte quam ministri Cæsaris. Hic enim qui deliquit in Cæsarem, interitum suscipiet temporalem: qui vero in unum, qui solus & verus est Deus, delinquit, in sæculum luet pœnas; & merito, ut qui nomen quod est unicum, injuriosa conditione violaverit.

XX. [1] Quamvis hoc ipsum, Deus, non nomen sit Dei; sed hominibus interim vocabulum istud quasi pro nomine ejus concessum est: quod tamen, ut dixi, cum contumeliose tractatur, ad veri ejus nominis refertur injuriam. Denique [2] veteres Ægyptiorum, qui de cælesti cursu & astrorum natura rationem sibi visi sunt reperisse; obsidente sensus eorum dæmone, omnibus nihilominus contumeliis nomen incommunicabile subjecerunt. Nam alii eorum, bovem qui Apis dicitur, colendum tradidere; alii hircum, alii [3] gattas, nonnulli ibin; quidam serpentem: piscem quoque, & [4] cæpas & cloacas, crepitus ventris, pro numinibus habendos esse docuerunt; & alia innumerabilia, quæ pudet etiam nominare.

XXI. Hæc dicente Petro, riserunt omnes qui audiebant. Et Petrus: Ridetis, inquit, vos aliorum dedecora; quia longa consuetudine propria non videtis. Nam Ægyptiorum quidem stultitiam merito ridetis; qui muta animalia, ipsi cum sint rationabiles, colunt. Audite tamen quo modo & illi vos irrideant: ajunt enim: Nos viventia colimus animalia, licet moritura: vos vero quæ numquam omnino vixere, hæc colitis & adoratis. Addunt præterea etiam illud; figuras esse & allegorias Virtutum quarumdam, quibus adjutricibus regatur hominum genus: sed pudoris perfugio hæc & nonnulla his similia connectentes, errorem suum velare nituntur. Sed non est nunc tempus Ægyptiis respondere; & derelicta cura præsentium, absentium medicari languores. Certum namque indicium est, vos ab hujusmodi ægritudine haberi alienos; qui eam non doluistis ut propriam, sed risistis ut alienam.

XXII. Sed redeamus ad vos, quibus placet haberi Deum, ut Cæsarem; deos autem, ut ministros & procuratores Cæsaris: sequimini me attentius; & modo vobis ostendam latebras serpentis, in argumenti hujus curvis anfractibus collocatas. Certum apud omnes esse debet & indubitatum, Deo, quia a nullo factus est, sed ipse fecit universa, nihil ex facturis suis posse coæquari: neque enim ita quis irrationalis inveniri potest, qui putet quod conferri possit factura factori. Si ergo humana mens non solum ratione, sed & na-

1. *Quamvis hoc ipsum, Deus, non nomen sit Dei.*] Deum Deique naturam nomine carere doctrina est Patrum, & opinio Philosophorum. Testimonia omittimus, ubique obvia.

2. *Veteres Ægyptiorum, qui de cælesti cursu & astrorum natura rationem sibi visi sunt reperisse.*] Sideralis scientiæ inventionem Ægyptiis multi, alii aliis assignant: uti fere variatur in rerum repertoribus: quorum enumerationes exhibent Codices Regii 919. 1769. 2216. duas. — Eas habes infra in Append. Monum. n. IV.

3. *Alii gattas seu cattas.*] Fuit cultus felis, generalis Ægyptiorum omnium religio, teste Strabone lib. 17. Fuit & peculiaris quorumdam: ut Bubastitarum. Βύβαστος enim ex Stephano, vox Ægyptiaca, αἴλουρον significat: & in urbe Bubasto sive Bubasti, sepeliebantur feles, inquit Herodotus in Euterpe: nec non erat Dianæ templum, quæ & Bubastis nomen accepit, estque Luna. Fabulantur autem Dianam in Gigantomachia se in cattum transformasse, uti discere est ab Hygino. Leges etiam apud Plutarchum libro de Iside & Osiride, convenientias physicas felem inter & Lunam.

4. *Cæpas, & cloacas, ac crepitus* vel *strepitus ventris.*] De cæpe, superstitio est longe notissima: quæ (ut discimus ex Hieronymo II. adversus Jovinianum 6. & ad Esaiæ caput 46. Luciano in Jove Tragœdo, ac Sexto Empirico Pyrrhonianarum Hypotyposeon lib. 3. cap. 24.) proprie ad Pelusiotas pertinebat. De cloacis vero; ὀχετοὺς appellat Scriptor Clementinorum; nihil nunc succurrit, quod ad Ægyptios spectet. Nam Cloacina dea, & deus Stercutus, aut Sterculus, Stercutius, Sterculius, sive Sterces, Romanorum sunt numina. Denique circa ultimum notarunt Critici loca Festi in *Prohibere comitia*, Theophili Antiocheni lib. 1. ad Autolycum, Minucii Felicis in Octavio, Origenis tom. 5. contra Celsum, Lactantii V. 20. Hieronymi ad Esaiæ caput 46. & Cæsarii Dialogo 1. Respons. ad Interrog. 19. Quibus addentur nunc Clementina, lib. 10. cap. 16.

turali quodam motu, recte hanc opinionem tenet; illud dici Deum cui conferri aut exæquari nihil potest, sed quod cunctis emineat & cuncta repellat: quo modo nomen illud quod super omnia esse creditur, recte his creditur dari, quos ad ministerium & procurationem humanæ vitæ putatis esse dispositos? Sed & illud addemus: Mundus hic sine dubio factus est, & est corruptibilis; sicut etiam postmodum latius ostendemus: interim & factum eum, & corruptibilem constat. Si ergo mundus, Deus dici non potest; & recte non potest, quia corruptibilis est: quo modo partes mundi, Dei nomen accipient? quod enim totus non potest esse mundus, multo magis non erit pars ejus. Igitur si redeamus ad exemplum Cæsaris, videte quam longe erretis. Cæsari, ejusdem licet naturæ hominem cujus ipse est, conferri tamen neminem licet: Deo, qui hoc ipso quod a nullo factus, sed ipse fecit omnia, cuncta supereminet, conferri debere aliquem creditis? Sed Cæsaris quidem nomen nulli alii audetis imponere, quia reum suum statim punit: Dei vero audetis, quia reum suum punire propter pœnitentiam differt.

XXIII. Per alios item serpens ille proferre verba hujuscemodi solet: Nos ad honorem invisibilis Dei, imagines visibiles adoramus: quod certissime falsum est. Si enim vere velitis Dei imaginem colere; homini benefacientes, veram in eo Dei imaginem coleretis. [1] In omni enim homine est imago Dei: non in omnibus vero similitudo; sed ubi benigna anima est & mens pura. Si ergo vere vultis honorare imaginem Dei, nos vobis quod verum est aperimus; ut homini qui ad imaginem Dei factus est, benefaciatis; honorem & reverentiam deferatis; esurienti cibum, sitienti poculum, nudo indumentum, ægro ministerium, peregrino hospitium, & in carcere posito necessaria ministretis: & hoc est quod vere Deo delatum reputabitur. Hæc autem in tantum ad honorem Dei imaginis cedunt; ut qui ista non fecerit, contumeliam imagini divinæ intulisse credatur. Quis ergo iste honor Dei est; per lapideas & ligneas formas discurrere, & inanes atque exanimes figuras tamquam numina venerari; & hominem in quo vere imago Dei est, spernere? Immo potius certi estote, quod qui homicidium facit aut adulterium, & quidquid in hominum pœnam vel injuriam geritur; in his omnibus Dei imago violatur. Magna enim impietas in Deum est, lædere hominem: omne ergo quod ipse pati non vis, cum facis alii, imaginem Dei iniquis moribus fœdas. Intelligite ergo quia latentis intrinsecus serpentis est ista suggestio, quæ persuadet pios vos videri posse, cum insensibilia colitis; & non videri impios, cum sensibiles & rationabiles læditis.

XXIV. Sed ad hæc alio nobis serpens ore re- A spondet & dicit: Si nolebat hæc esse Deus, utique non erant. Nondum vobis dico, quo modo ad uniuscujusque mentis probationem, in hoc mundo permittuntur esse multa contraria: sed illud est quod nunc interim convenit dici; si secundum vos omne quod adorandum erat, esse non debuit, nihil pæne futurum erat in hoc mundo. Quid enim est quod reliquistis, quod non adoratis? solem, lunam, stellas, aquam, terram, montes, arbores, lapides, homines; nihil horum est quod non adorastis. Oportuit ergo, juxta vocem vestram, nihil horum fieri a Deo, ne haberetis quod possetis adorare: sed ne homines quidem ipsos esse oportuit, qui adorarent. Vere hoc est B quod desiderat ille qui intra vos latet serpens; nulli vestrum parcit, nullum vult effugere de interitu: sed non ita erit. Audite enim, quia non delinquit illud quod adoratur, sed ille qui adorat. Justum namque est apud Deum judicium; & aliter injuriam patientem judicat, aliter inferentem.


XXV. Sed dicis: Oportebat ergo eos qui adorant quod non licet adorari, statim perimi a Deo, ne & alius hoc faceret. Sed [a] nonne es tu prudentior Deo, ut ei consilia suggeras? Scit ille quid faciat. Omnibus etenim in ignorantia positis patientiam præstat, quia misericors & pius C est; & prævidet, quia ex impiis multi efficiuntur pii; & ex ipsis qui impura figmenta & pollutas imagines venerantur, nonnulli conversi ad Deum, & revocantes se a peccatis, & agentes bona opera, perveniunt ad salutem. Sed debuimus, inquit, omnino nec ad cogitationem istam venire, ut hæc faceremus. Ignoratis quid est libertas arbitrii; & latet vos, quia ille vere bonus est, qui suo proposito bonus est: qui autem necessitate retinetur in bono, bonus non potest dici; quia non est suum quod est. Quia ergo in unoquoque libertas est in electione bonorum vel malorum, ipse sibi vel præmia vel interitum quærit. Immo, inquit, quidquid cogitamus, Deus D nobis adducit ad mentem. Quid agitis o homines? blasphematis: si enim omne quod cogitamus, ipse nobis adducit ad mentem; ipse ergo nobis cogitationes adulterii suggerit, & avaritiæ, & blasphemiæ, omnisque luxuriæ. Desinite, quæso, ab hujusmodi blasphemiis, & quis sit Deo dignus honor intelligite. Nec dicatis, ut solent quidam vestrum, quia Deus mortalium honore non indiget. Ille quidem vere nullius indiget; sed vos debetis agnoscere, quia vobis prodest honor quem Deo defertis. Quid enim tam exsecrabile, quam si gratiam referre nesciat homo proprio conditori?

E XXVI. Sed melius, inquit, facimus nos; qui & ipsi, & omnibus cum ipso gratias agimus. In hoc subversionem salutis vestræ non intelligitis. Tale est enim hoc, quale si quis æger ad mede-

[a] Rom. xi. 34.

1. *In omni enim homine est imago Dei, non in omnibus vero similitudo, sed ubi benigna anima est & mens pura.*] Clementin. X. 7. Juxta sententiam B. Maximi Centuria 3. de caritate n. 25. κατ' εἰκόνα μὲν, [illegible] φύσις λογικὴ ἐστι τοῦ Θεοῦ. καθ' ὁμοίωσιν δὲ, μόνοι ἀγαθοὶ καὶ σοφοί. A non paucis tamen imago & similitudo Dei in homine, idem esse putantur. Emenda obiter Isidorum Hispalensem, libro de ordine creaturarum cap. ult. Tom. 1. Spicilegii Acheriani p. 306. *Si enim de semetipso eam* (animam) *Deus fecisset, nequaquam passibilis & mutabilis & misera esset. Item si ex creaturis corporalibus illam creasset, & corporale [illegible] in sua natura haberet: aut* inquam (male *numquam*) *calorem* [illegible] *aut flatum ex aerea, aut humorem ex* [illegible] *soliditatem ex terrena* [illegible] *caret, incorpoream* [illegible] *Angelis* [illegible] *Hæc autem. Dei* [illegible] *similitudinem in* [illegible] *imaginis Dei simili*[illegible] *cens; Signatum super nos* [illegible]

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



lam sui, medicum pariter & venenarios invitet: A cum illi nocere quidem possint, curare non possint; verus autem medicus, venenis illorum recuset sua medicamenta miscere; ne aut pernicies bono, aut sanitas nocentibus adscribatur. Dicis: Ergo indignatur, aut invidet Deus, si cum ipse benefaciat, aliis gratiæ referantur? Etiamsi non indignetur, non vult tamen erroris auctor exsistere; ut sui operis beneficio, inani idolo fides detur. Quid certe tam impium, tam ingratum, quam a Deo beneficium consequi, & reddere lignis ac lapidibus gratiam? Propter quod expergiscimini, & intelligite salutem vestram: Deus enim nullius indiget, neque aliquid requirit, neque in aliquo læditur; sed nos sumus qui aut juvamur, aut lædimur, in eo quo grati aut ingrati sumus. Nam Deo quid confertur ex laudibus nostris? aut quid aufertur ex blasphemiis? nisi quod Deus animam sibi gratias agentem, proximam sibi & familiarem facit; ingratam vero, malus possidet dæmon.

XXVII. Sed & illud scire vos volo, quod adversum hujusmodi animas, non ipse Deus per se ultionem profert; sed universa creatura ejus insurgit, & pœnas de impiis sumit: & quamvis in præsenti sæculo Dei bonitas æqualiter piis & impiis, mundi lucem ac terræ ministeria largiatur; tamen non absque dolore sui, lucem sol impiis C præbet, ceteraque elementa exhibent servitutem. Denique interdum etiam contra bonitatem conditoris, fatigata sceleribus impiorum vincuntur elementa: & inde est quod aut terræ fructus corrumpitur, aut aeris temperies temeratur, aut supra modum ardor solis incenditur, vel imbrium ac frigorum vis immensa diffunditur. Inde lues & fames, & mortis facies diversa percurrit: festinat enim creatura in impios movere vindictam. Dei tamen bonitas reprimit eam, & ab indignatione impiorum refrenat; ac suæ misericordiæ obedire cogit, magis quam peccatis hominum & sceleribus inflammari. Exspectat enim patientia Dei, dum in hoc corpore sunt, hominum con- D versionem.

XXVIII. Quod si qui ad exitum vitæ in impietate perstiterint, tum jam discedens anima quæ immortalis est, pro impietatis suæ perseverantia luet pœnas. Immortales namque sunt etiam impiorum animæ, [1] quas ipsi fortasse velint pariter cum corporibus suis finiri: sed non ita est; perferunt enim ignis æterni sine fine supplicia, & ad perniciem sui naturam non habent moriendi. Sed fortasse dicetis mihi: Terres nos, Petre. Et quo modo vobis dicemus quæ in re sunt? numquid tacentes adnuntiare possumus veritatem? Quæ sunt, aliter quam sunt, proferre nescimus. Quod E si taceamus, caussam vobis perniciosæ ignorantiæ nos dabimus; & satisfaciemus latenti intra vos, & obsidenti sensus vestros serpenti; qui hæc vobis callide suggerit, ut semper vos inimicos faciat Deo. Sed nos ad hoc missi sumus, ut prodamus vobis latebras ejus: & absolventes inimicitias, reconciliemus vos Deo; ut ad ipsum convertamini, & placeatis ei in operibus bonis. Inimicitiæ namque sunt homini ad Deum, irrationabilis & impius sensus, pravumque propositum; maxime cum videtur sibi scire aliquid & est in ignorantia. Ubi autem abjectis his, eadem vobis placere cœperint quæ Deo placent, & eadem displicere vobis; atque ea cœperitis velle quæ vult Deus; tunc vere amici ejus dicemini.

XXIX. Sed fortassis aliqui ex vobis dicent: Nihil curæ est Deo de rebus humanis; & cujus ne ad notitiam quidem possumus pervenire, quo modo ad amicitias perveniemus? Quod Deus curam gerat humanarum rerum, ipsius mundi gubernatio testis est; cui sol quotidie deservit; cui imbres ministrant; cui fontes, flumina ventique, B & omnia famulantur elementa; quæ quanto notiora hominibus videntur, tanto curam Dei esse erga homines indicant. Nisi enim potestate Excelsi, numquam potiora inferioribus ministrarent: & per hoc non solum curam Deus erga homines, sed & grandem quemdam habere docetur affectum; quorum ministerio tam præclara mancipavit elementa. Quod autem etiam ad amicitias Dei perveniant homines, exemplo nobis sunt hi [a] quorum precibus tantum indulsit, ut clauderet imbribus cælum, cum vellent; & rursum, cum peterent, relaxaret: & multa alia voluntatem suam facientibus præstitit, quæ non nisi amicissimis præstarentur. Sed dices: Quid enim læditur Deus, si & ista colantur a nobis? Si quis vestrum honorem patri debitum, a quo plurima beneficia consecutus est, alii deferat; & alienum atque extraneum, quasi patrem colat; non tibi videtur impius exsistere in patrem, & exheredatione dignissimus?

XXX. [2] Alii dicunt: Impium est, si non colamus ea quæ nobis tradita sunt a patribus nostris, & religionem prævaricamur a majoribus datam. Hac ratione, si cujus pater latro fuit, aut si cujus leno; a patribus sibi traditam consuetudinem mutare non debet, nec ad meliorem viam a paternis erroribus revocari: & impium ducitur, si quis non cum parentibus peccet, aut cum ipsis impius perseveret. Alii dicunt: Non debemus molesti esse Deo; & ipsum semper aut miseriarum querelis, aut petitionum nostrarum necessitatibus onerare. Quam stulta & absque omni sale responsio! Molestum Deo putas, si ei pro beneficiis suis gratias agas; cui molestum non putas, si pro ipsius muneribus, lignis & lapidibus gratias referas? Et quo modo, cum forte imber longa serenitate suspenditur, omnes ad cælum oculos tendimus, & ab omnipotente Deo pluviarum munera flagitamus; omnesque cum parvulis, ad Deum fusis precibus, miserationes ipsius exoramus? Sed revera ingratæ animæ cum impetraverint, cito obliviscuntur: collectis enim messibus aut vindemiis, continuo ad surda & muta simulacra primitias frugum deferunt; & pro his quæ Deus concessit, in templis aut lucis vota persolvunt; & ibi sacrificia dæmoniis offerunt; atque accepta gratia, permutant gratiæ largitorem.


XXXI. Sed quidam dicunt: Hæc lætitiæ gratia, & ad relevandos animos instituta; & ad hoc

a III. Reg. XVII. XVIII. Jac. V. 17. 18.

1. *Quas ipsi fortasse velint pariter cum corporibus suis finiri.*] Eleganter, ut solet, Minucius Felix; *Nec ignoro plerosque conscientia meritorum, nihil se esse post mortem magis optare quam credere. Malunt enim exstingui penitus, quam ad supplicia reparari.* Ad quem locum doctus Interpres apponit consimilem Hieroclis in Carmina Pythagorica.

2. *Alii dicunt: Impium est* &c.] Clementin. XI. 13. Videnda omnino Epistola S. Nili 32. libri 2.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



inventa, ut humana mens aliquantulum curis & mœroribus relaxetur. Videte quo modo ipsi accusatores estis eorum quæ geritis. Si hæc levandi mœroris & lætitiæ capiendæ caussa reperta sunt, quo modo in lucis & silvis invocationes dæmonum fiunt? quo modo insani rotatus hominum, sectionesque membrorum, & abscissiones verendorum? quo modo in his furor rabidus concipitur? quo modo invitatur insania? quo modo mulieres sparsis crinibus furibundæ jactantur? unde stridor & fremitus dentium? unde mugitus cordis & viscerum; & omnia illa quæ vel simulata, vel etiam ministerio dæmonum compaginata; ad terrorem stultorum & ignorantium hominum proferuntur? Hæc levandi animi gratia fiunt, an potius opprimendi? Nondum sentitis, neque intelligitis, latentis intra vos serpentis hæc esse consilia? qui vos per irrationabiles errorum suggestiones, a ratione veritatis abducit; ut vos libidinis & concupiscentiæ, ac totius dedecoris servos teneat ac ministros.

XXXII. Sed ego clara vos omnes prædicationis voce contestor; quod e contrario religio Dei, ad sobrietatem vos revocat & pudicitiam: a luxuria ac furore jubet esse continentes; & per patientiam ac mansuetudinem, resecare lapsus iracundiæ; propriis esse contentos; & virtute parsimoniæ, ne egestate quidem compulsos, aliena diripere: sed in omnibus servare justitiam; ab idolorum vos immolatione penitus removere: per hæc enim invitatis dæmones ad vosmet ipsos, & introeundi eis aditum sponte præbetis; & ex hoc jam vel furoris caussas, vel illiciti amoris accipitis.

XXXIII. Hinc omnis impietatis origo descendit; hinc homicidia, adulteria, furta; & seminarium malorum omnium flagitiorumque concipitur, dum profanis libaminibus & odoribus indulgetis, ac locum dominandi in vos, & jus quodammodo obtinendi malignis spiritibus datis. Ingressi enim sensus vestros, quid nisi quæ libidinis, quæ injustitiæ, quæ crudelitatis sunt operentur; & ad omnia vos, quibus ipsi delectantur, subigant obedire? permittente revera hoc Deo pati vos ab eis, justo quodam judicio; ut ex ipso dedecore actuum sensuumque vestrorum, intelligatis quam indignum sit, dæmonibus & non Deo esse subjectos. Hinc & ad indecoros & fœdos actus per amicitias dæmonum pervenitur. Hinc usque ad ipsius vitæ perniciem, vel per flammam libidinis acceditur, vel per iracundiæ rabiem aut nimietatem tristitiæ pervenitur; ut sæpe notum est, etiam manus sibi intulisse nonnullos: quod, ut diximus, justa quadam Dei sententia fieri ab his non prohibetur; ut & quibus se subdiderint intelligant, & quem deseruerint recognoscant.

XXXIV. Sed dicet aliquis: Passiones istæ interdum accidunt etiam his qui Deum colunt. Non est verum: etenim nos illum Dei dicimus esse cultorem, qui voluntatem Dei facit, & Legis præcepta custodit. Apud Deum enim, [a] non ille qui apud homines Judæus dicitur, Judæus est; neque qui Gentilis vocatur, ille Gentilis est: sed qui Deo credens Legem impleverit, ac voluntatem ejus fecerit; etiamsi non sit circumcisus. Verus Dei cultor est is, qui non solum

A ipse a passionibus liber est; verum & alios ab eis liberos reddit: etiamsi sint ita graves, ut montibus coæquentur; per fidem qua credit Deo, transfert eas: sed [b] & montes vere cum arboribus suis, si necesse sit, per fidem transfert. Qui autem videtur quidem colere Deum; sed neque fide plena, neque operibus mandatorum munitur, sed est peccator; pro peccatis locum dedit in semet ipso passionibus, quæ ad pœnam peccantium constitutæ sunt a Deo; ut ab eis per illata supplicia, exigant debita peccatorum, & purgatiores eos ad judicium illud omnium generale perducant; si tamen castigationem eorum non deserat fides. Nam infidelium castigatio in præsenti vita, indicium
B est, quo alieni exsistere incipiunt a futuris bonis: Deum vero colentium castigatio, cum pro peccatis quæ acciderint eis infertur, commissi ab eis exigit debitum: ut prævenientes judicium, in præsenti sæculo peccati debitum solvant; & liberentur vel ex parte media ab æternis, quæ illic præparatæ sunt, pœnis.

XXXV. Sed hæc ita esse non recipit, qui non credit futurum esse judicium Dei; & ob hoc præsentis sæculi voluptatibus obligatus, ab æternis excluditur bonis. Et ideo nos non negligimus prædicare vobis, quæ saluti vestræ scimus esse necessaria; & qui sit verus Dei cultus ostendere; ut
C credentes Deo, per opera bona possitis una nobiscum futuri sæculi heredes exsistere. Quod si nondum apud vos certum est, vera esse quæ dicimus; interim pro hoc primo non debetis ægre accipere & infesti esse, quia quæ putamus bona, hæc vobis adnuntiamus; & quod nobis salutare esse credimus, hoc etiam vobis conferre non invidemus; omni, ut dixi, studio laborantes, quo coheredes vos bonorum quæ ipsi nobis eventura credimus, habeamus. Utrum autem pro certo vera sint quæ adnuntiamus vobis, non aliter scire poteritis, nisi ut obedientes his quæ mandantur, ipso rerum exitu & beatitudinis certissimo fine doceamini.


D

XXXVI. Et ideo etiamsi latens intrinsecus serpens, sensus vestros mille depravandi artibus occupet, & impedimenta mille subjiciat quibus a salutari doctrina vestrum declinet auditum; eo magis obsistere ei debetis, & spretis ejus suggestionibus, ad audiendum a nobis verbum suscipiendamque doctrinam frequentius convenire: quia nemo potest discere aliquid, qui non docetur. Cumque hæc dixisset, jussit sibi eos qui languoribus vel dæmonibus urgebantur, offerri; & imposuit eis manus cum oratione: atque ita turbas dimisit, admonens ut ad audiendum verbum, diebus quibus inibi demoraturus esset, frequenta-
E rent. Ideo ubi turbæ abscessere, Petrus aquis quæ in horto fluebant, corpus diluens, una cum ceteris volentibus, humi sterni jussit sub arbore quadam cujus umbra erat plurima, & recumbere nos secundum ordinem apud Cæsaream statutum, præcepit. Atque ita cibo sumto, Hebræorum ritu gratias agens Deo; quia adhuc aliquantulum diei supererat, jubet nos de quibus velimus percontari. Cumque essemus omnes cum eo viginti, unicuique de quo quærere voluit explanavit; quorum singula quæque, libellis comprehensa, tibi ante jam misi. Vespere autem jam facto, ingressi hospitium cum ipso, suis quique locis requievimus.

a Rom. II. 28. Apoc. II. 9. III. 9.

b Matth. XVII. 19. Luc. XVII. 6.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



put est; per quem tali ordine, quo supra diximus, pervenitur ad Patrem: cum autem perveneris ad Patrem; agnosces hanc esse voluntatem ejus, ut [1] per aquas quæ primæ creatæ sunt, denuo renascaris. Qui enim regeneratus fuerit per aquam; bonis operibus adimpletis, heres efficitur ejus a quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod paratis animis accedite, quasi filii ad patrem; ut peccata vestra diluantur, & caussa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum, permanetis in incredulitate; vobis jam perditionis vestræ caussa, & non ignorantiæ reputabitur. Nec putes quod etiamsi omnem pietatem colas, omnemque justitiam; baptismum vero non accipias; spem possis habere apud Deum: immo potius majore pœna dignus erit, qui bona opera non bene operatur: confertur enim meritum homini ex bonis gestis; sed si ita gerantur, sicut Deus jubet: Deus autem jussit omnem colentem se, baptismo consignari: quod si tu reniteris, & tuæ voluntati magis quam Dei obtemperas; contrarius sine dubio & inimicus es voluntati ejus.

IX. Sed dices fortasse: Quid confert aquæ baptismus ad Dei cultum? Primo quidem, quia quod Deo placuit impletur: secundo, quia regenerato ex aquis & Deo renato, fragilitas prioris nativitatis quæ tibi per hominem facta est, amputatur; & ita demum pervenire poteris ad salutem: aliter vero impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus Propheta testatus est, dicens: [a] *Amen dico vobis; nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua, non introibit in regna cælorum*. Et ideo accelerate: est enim in aquis istis misericordiæ vis quædam; quæ ex initio ferebatur super eas, & agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, & eripit eos de suppliciis futuris; quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas; solæ sunt enim quæ possint vim futuri ignis exstinguere: ad quas qui moratur accedere, constat in eo infidelitatis adhuc idolum permanere; & ab ipso prohiberi ad aquas, quæ salutem conferunt, properare. Sive enim justus sis, sive injustus; baptismus tibi per omnia necessarius est: justo quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, & regeneretur Deo; injusto vero, ut peccatorum quæ gessit in ignorantia, remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est sine mora renasci Deo; quia incertus est uniuscujusque exitus vitæ.

X. Cum autem regeneratus fueris per aquam, ex operibus bonis ostende in te similitudinem ejus, qui te genuit patris. Agnovisti enim Deum, honora patrem: honor autem ejus est, ut ita vivas, sicut ipse vult: vult autem ita vivere; ut homicidium, adulterium nescias; odium, avaritiam fugias; iram, superbiam, jactantiam respuas; & exsecreris invidiam; ceteraque his similia penitus

A a te ducas aliena. Est sane propria quædam nostræ religionis observantia; quæ non tam imponitur hominibus, quam proprie ab unoquoque Deum colente, caussa puritatis expetitur. Castimoniæ dico caussa: cujus species multæ sunt; sed primo ut observet unusquisque, ne menstruatæ mulieri misceatur: hoc enim exsecrabile ducit Lex Dei. Quod etsi Lex de his non admonuisset, nos ut canthari libenter volveremur in stercore? Debemus amplius aliquid habere animalibus; utpote rationabiles homines, & cælestium sensuum capaces; quibus summi studii esse debet, ab omni inquinamento cordis, conscientiam custodire.

B XI. Bonum est autem & puritati conveniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico; non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc in quo caro diluitur. Sic enim & Magister noster quosdam Pharisæorum & Scribarum, qui videbantur esse ceteris meliores & a vulgo separati, increpabat; dicens eos hypocritas, quia ea solum quæ hominibus videbantur, purificabant; corda vero quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant & sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes dicebat: [b] *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ; quia mundatis calicis & paropsidis quod deforis est, intus autem plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, emunda prius quod intus est, & quod deforis est erit mundum.* C Vere enim si mens mundetur luce scientiæ; cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam ejus qui deforis est hominis, ipsa necessario curam gerit, id est carnis suæ, ut & ipsa purificetur. Ubi autem ista quæ deforis est purificatio carnis negligitur, certum est ibi neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, ut is quidem qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio & extrinsecus: non semper autem is qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est; videlicet cum agit hæc, ut hominibus placeat.

D XII. Sed & illa species castimoniæ observanda est; ut ne passim & libidinis solius caussa feminis coeatur, sed posteritatis reparandæ gratia. Quæ observantia cum in nonnullis etiam pecudibus inveniatur; pudoris est si non ab hominibus rationabilibus & Deum colentibus observetur. In tantum autem castimonia, verum Dei cultum tenentibus, per has quas supra diximus, aliasque horum similes species, conservanda est; ut etiam apud eos qui a diabolo adhuc in erroribus detinentur, adtentius observetur: est enim apud illos nonnulla observantia castimoniæ. Quid ergo? quod errantes custodiebatis, hoc non observabitis emendati?

E XIII. Sed fortasse dicet aliquis vestrum: Oportet ergo nos omnia, quæ fecimus dum coleremus idola, custodire? Non omnia; sed quæcumque bene fiebant, hæc etiam nunc convenit observari:

a Joan. III. 5. *b* Matth. XXIII. 25.

1. *Per aquas quæ primæ creatæ sunt.*] Et paullo ante, *Omnia gignuntur ex aquis*. Clement. XI. 24. τὰ πάντα τὸ ὕδωρ ποιεῖ· & πρωτογόνῳ ὕδατι. Equidem Ebionitæ Recognitionum corruptores, ab Epiphanio p. 53. aquam pro Deo coluisse dicuntur. De Sampsæis vero seu Elcesæis, quæ eadem Hæresis est, idem Pater scribit p. 461. τετίμηνται δὲ καὶ τὸ ὕδωρ· καὶ τοῦτο ὡς θεὸν ἡγοῦνται, σχεδὸν φάσκοντες εἶναι τὴν ζωὴν ἐκ τούτου. Hinc Hydrotheitæ, aquam minime factam putantes: quam creavit Deus in principio una cum cælo & terra, & ut loquuntur Optatus lib. 6. atque Ambrosius in Lucæ caput 22. ante mundi natalem, hoc est, ante mundum ordine dispositum: phrasi Tertullianea, ante mundi suggestum. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 3. ἐξ ὑδάτων οὐρανοί· ἐξ ὑδάτων ἡ γῆ. καὶ πρὸ πάσης τῶν γεννητῶν τῆς ἑξαημέρου κατασκευῆς, πνεῦμα τοῦ θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. ἀρχὴ τοῦ κόσμου τὸ ὕδωρ. Lege Augustinum lib. 1. de Genesi ad litteram cap. 13.

quia si quid recte fit ab his qui in errore sunt, certum est id a veritate sumtum. Quia & si quid in vera religione non recte fit, non est dubium quin ab errore mutuatum sit: bonum namque, etiamsi ab errantibus gestum fuerit, bonum est; & malum, etiamsi ab his qui veritatem sequuntur gestum fuerit, malum est. Aut numquid ita desipiemus, ut si videamus eum qui idola colit, esse sobrium; nos qui Deum colimus, sobrii esse recusemus; ne eadem facere, quæ ille qui colit idola, videamur? Non ita est: sed sit nobis studium, [a] ut si illi qui errant, homicidium non faciant; nos, ne irascamur quidem: & si illi adulterium non admittunt; nos, ne concupiscamus quidem alienam mulierem: si illi amant proximos suos; nos, diligamus etiam inimicos nostros: si illi mutuo dant his, qui habent unde reddant; nos, etiam his demus a quibus recipere non speramus. Et per omnia nos qui æterni sæculi hereditatem speramus, debemus præcellere eos qui præsens tantum sæculum norunt: scientes, quia si opera illorum nostris operibus collata in die judicii, similia inveniantur ac paria; confusio nobis erit, quod æquales invenimur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam spem futuri sæculi habuerunt.

XIV. Et vere digna confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his, quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, æquales eis inveniri operibus bonis; quid erit nobis, si inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quo modo de his nos ipse verus Propheta docuerit: ad eos enim qui negligunt audire verba sapientiæ, ita ait: [b] *Regina Austri surget in judicio cum generatione hac, & condemnabit eam; quia venit a finibus terræ, audire sapientiam Salomonis; & ecce plusquam Salomon heic, & non audiunt.* Ad eos vero qui de malis actibus gerere pœnitentiam detrectabant, ita ait: [c] *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, & condemnabunt eam; quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ; & ecce plus quam Jona heic.* Vides ergo, quo modo eos qui erudiebantur ex Lege, adductis ad exemplum illis qui ex Gentili ignorantia veniebant, & ostendens eos nec illis æquales esse qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione condemnat? Ex quibus omnibus sermo quem proposuimus adprobatur; ut castimonia, quæ aliquatenus etiam ab his qui in errore sunt positi custoditur, multo purius & adtentius per singulas quasque, sicut supra ostendimus, species a nobis qui veritatem sequimur, teneatur; eo magis, quo apud nos observantiæ ejus præmia æterna posita sunt.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 215.



XV. Hæc & his similia cum dixisset, turbas dimisit; & ex more cum familiaribus suis cibo sumto, quievit. Hoc autem modo per tres continuos menses, cum verbum Dei doceret, & plurimos converteret ad fidem; ad ultimum jejunare me jussit, & post jejunium, in fontibus qui contigui habentur mari, perennis aquæ mihi baptismum dedit. Cumque pro regenerationis gratia divinitus mihi collata, feriati cum fratribus & laicis læti egissemus; Petrus eos qui ad præcedendum fuerant ordinati, proficisci Antiochiam jubet; atque ibi tres alios exspectare menses: quibus profectis, ipse eos qui fidem Domini plene receperant, deducens ad fontes quos mari contiguos supra diximus, baptizavit, & Eucharistiam frangens cum eis, Maronem qui eum hospitio receperat, perfectum jam in omnibus, constituit eis Episcopum; & duodecim cum eo Presbyteros, simulque Diaconos ordinat. Instituit etiam ordinem Viduarum; atque omnia ecclesiæ ministeria disponit; universosque admonet, Maroni episcopo, in omnibus quæ praeciperet, obedire. Et ita cunctis competenter dispositis; cum trium mensium tempus fuisset expletum, vale dicentes his qui erant apud Tripolim, Antiochiam proficiscimur.

a Matth. v. 21. 22. 28. Luc. vi. 27. seqq. b Matth. xii. 42. Luc. xi. 31. c Matth. xii. 41. Luc. xi. 32.



Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS.

LIBER SEPTIMUS.

EGressi tandem etiam Tripolim Phœnices urbem, primam in Ortosiade, haud procul a Tripoli, facimus mansionem: ubi sequenti quoque die remorati; quia omnes pæne qui Domino crediderant, dum divelli a Petro nequeunt, illo usque secuti sunt: inde Antaradum venimus. Sed quod multi nos comitarentur, ait Petrus ad Nicetam simul atque Aquilam: Quoniam quidem plurimæ fratrum turbæ nobiscum sunt, & ingredientes singulas quasque urbes, non parum invidiæ contrahimus; videtur mihi providendum, ut neque ipsis ingratum sit, si prohibeantur sequi, neque nobis pompæ alicujus excitet Malignus invidiam. Censeo itaque te Nicetam, atque Aquilam præcedere nos cum ipsis: ita ut etiam vos in duas partes divisam multitudinem ducatis; ut sparsim magis quam sub una congregatione iter agentes, singulas quasque introeamus Gentium civitates.

II. Scio autem, quia triste vobis videtur, quod videmini a me, duorum saltem dierum spatio, separari: credite mihi, quia qua mensura diligitis me; decuplo amplior mihi quoque erga vos affectus est: sed si pro affect quem ad invicem gerimus, non faciamus quæ convenientia & honesta sunt; irrationabilis hujusmodi amor videbitur. Et ideo nequaquam titulo caritatis imminuto, quæ utilia videntur ac necessaria procuremus; maxime cum nullus dies possit intercedere, quo non disputationibus meis interesse possitis. Per singulas enim quasque nobiliores provinciarum civitates, proposui, sicut etiam vos scitis, ternos docendi gratia reddere menses. Nunc ergo Laodiciam quæ est urbs proxima, præcedite me; & ego post biduum aut triduum, quantum ad propositum meum spectat, insequar vos. Opperimini autem me ad proximum portæ civitatis stabulum: & inde iterum similiter, cum dies ibi aliquot transegerimus, præcedetis me ad ulteriores civitates: & hoc vos facere per singulas cupio, declinandæ quantum in nobis est, invidiæ gratia, & ut fratres qui nobiscum sunt, vestri providentia, per singulas civitates parata invenientes hospitia, minus vagari videantur.

III. Hæc dicente Petro, necessario acquiescunt, dicentes: Non valde nos contristat hoc agere quod a te jubemur; quia omnia & bene agere, & bene consulere, per Christi providentiam electus es: sed & una die, aut si multum biduo, quamvis grande sit, in hoc omni spatio non videre dominum nostrum Petrum, tamen tolerabile est. Consideramus enim quid patiantur illi duodecim A fratres nostri qui præcedunt nos, & mensem pæne integrum ex tribus mensibus, quibus per unamquamque urbem resides, tanto bono auditus tui visionisque fraudantur. Ut ergo jubes, quia recte omnia jubes, agere non morabimur. Et his dictis, præcessere; acceptis mandatis, ut extra urbem alloquerentur fratres qui secum iter agebant, ne constipati & quasi cum tumultu, sed sparsim & [a] in binos divisi, ingrediantur civitates.

IV. [1] Verum ubi illi profecti sunt, ego Clemens valde gavisus sum, quod me secum esse fecit; & aio ad eum: Deo gratias ago, quod me B non præmisisti cum aliis; nam tristitia interissem. Tum Petrus: Et quid fiet, inquit, si necessitas exegerit mitti te aliquo doctrinæ gratia? separatus a me pro utilitate, morieris? nec tibimet ipsi imperabis ferre patienter quæ necessitas imposuerit? Aut ignoras, quia amici semper simul sunt; & licet corporibus separentur, memoria tamen junguntur? sicut e contrario nonnulli corporibus una positi, animis dividuntur.

V. Et ego respondi: Non putes, mi Domine, hæc me irrationabiliter pati; sed certa & caussa & ratio est, hujus erga te affectus mei. Te enim solum pro omnibus meis affectibus habeo; pro paC tre, pro matre, pro fratribus: super hæc autem omnia est, quod mihi salutis caussa, & agnoscendæ veritatis tu solus existis. Sed & illud non mihi in postremo habetur loco, quod juvenilis ætas quæ in me est, concupiscentiarum insidiis subjacet; & vereor esse sine te, cujus solam præsentiam omnis luxuria, quamvis ratione careat, erubescit. Licet confidam de misericordia Dei; quod etiam sensus meus, ex his quæ per doctrinam tuam concepit, aliud jam aliquid ad cogitationem recipere non possit. Præterea memini te apud Cæsaream dixisse; ut si quis vult me salva pietate comitari, comitetur. Salva autem pietate dicebas; ut neminem contristaret, cui secundum Deum deberet adhærere: verbi gratia, ne uxoD rem fidelem relinqueret, vel parentes, vel alias hujuscemodi personas; a quibus ego valde liber sum, & ideo aptus ad sequendum te: atque utinam mihi concedas, ut tibi etiam servi ministerium exhibeam.

VI. Tum Petrus ad hæc ridens, ait: Et quid putas Clemens, quod non te ipsa necessitas mihi faciat servum? Nam quis mihi poterit alius sternere sindones, & stragula pulcra componere? Quis servare annulos, & [2] indumenta quæ assidue mu-

a Luc. x. 1.

1. *Verum* &c.] Præponuntur in Codice PP. Carmelitarum hæc intrusa; *In oct.* (pro *sept.*) *sancti Clementis. Ego Clemens dum essem cum beatissimo Petro Apostolo, quodam die dixi ad eum: Gratias ago Deo, quod me non permittas separari a te; nam tristitia interissem.*

2. *Indumenta, quæ assidue mutare debeam.*] ὑποδύμασι forte aut ἐνδύμασι, non ὑποδήμασι, ὑποδήσεις. Clementin. XII. 6. Epit. 74.

tare debeam, præparabit? Quis etiam cocis imperabit; & diversa atque electa pulmenta providebit, quæ arte scitissima & variâ præparentur; & omnia illa, quæ hominibus molliter institutis, immo potius cupiditati eorum, velut immanissimæ cuidam bestiæ, injustis quæsita sumtibus, convectantur? Sed fortasse quamvis mecum positus videaris, non agnoveris vitam meam: [1] panis mihi solus cum olivis, & raro etiam cum oleribus in usu est: indumentum autem hoc est mihi quod vides, tunica cum pallio: & hæc habens, aliud nihil requiro; hoc mihi sufficit; quia mens mea non ad hæc præsentia, sed ad illa quæ æterna sunt aspicit; & ideo nihil me rerum præsentium visibiliumque delectat. Unde tuum quidem erga me bonum animum amplector & miror; ac te magis laudo, quo modo cum sis vir ex consuetudine multæ abundantiæ veniens, tam cito transferre & aptare te potueris ad hanc vitam nostram, quæ solis necessariis utitur. Nos enim a puero, id est, ego & frater germanus meus Andreas, non solum orphani, sed & valde pauperes crevimus; & necessitate, operarii esse consuevimus: unde & nunc facile vexationes itinerum ferimus. Sed potius, si mihi acquiescere & permitteres, ego magis, homo operarius, facilius tibi possem servi implere ministerium.

VII. At ego hæc audiens, contremui; & lacrymæ mihi continuo proruperunt, quod talem mihi sermonem dixerit vir tantus, quo omnis mundus habetur inferior. Tum ille lacrymantem me videns, caussam percontatur. Cui ego respondi: Quid tantum in te peccavi, ut me tali sermone onerares? Et Petrus: Si malum est, inquit, quod dixi, ut serviam tibi; tu prior peccasti, hoc mihi dicendo. Et ego: Non est, inquam, simile: me enim decet hoc tibi facere; tu autem qui Dei summi præco ad salvandas animas hominum missus es, grave est ut hoc mihi dicas. Et Petrus: Acquiescerem tibi, inquit, nisi Dominus noster qui ad salutem totius mundi venit, & qui erat omni creatura nobilior, servire passus esset; ut nos suaderet, non erubescere fratribus nostris servorum exhibere ministerium. Tum ego: Si puto, quod possim te vincere, valde stultus sum: verumtamen ago gratias providentiæ Dei, quod parentum loco habere te merui.

VIII. Tum Petrus: Nemo enim, inquit, vere ex genere tibi superest? Respondi: Sunt quidem multi potentes viri [2] ex Cæsaris prosapia venientes: nam patri, utpote propinquo suo & una educato, nobilis adæque familiæ Cæsar ipse junxit uxorem; ex qua duos geminos ante me filios suscepit, [3] non valde, ut ajebat pater, sibi invicem similes; ego enim eos non adeo sciebam. Sed ne matris quidem valde memor sum; sed quasi per somnium, ita tenuiter vultus ejus speciem recolo. Mater ergo mea Matthidia, pater [4] Faustinianus vocitatus est: fratrum autem meorum alter Faustinus, alter Faustus dicebatur. Interea, cum ego quinque vixdum essem annorum; mater, sicut a patre didici, somnium vidit, quo moneretur, nisi cum duobus filiis suis geminis confestim urbem fuisset egressa, & abfuisset annis decem, ipsam pariter cum liberis interitu exitiabili perituram.

IX. Tum pater, qui tenere diligeret filios; adjunctis servis & ancillis, ac sumtibus sufficienter præbitis, navi impositos cum matre filios, Athenas mittit erudiendos; me sibi solum filium ad solatium retinens; & in hoc quidem [5] gratias agens, quia non etiam me imperavit somnium pariter cum matre discedere. Anno autem completo, pater misit ad eos Athenas, homines & sumtus; scire simul cupiens quid agant: nec tamen redeunt qui missi sunt. Tertio rursus anno, mœstissimus pater mittit alios cum pecuniis; qui quarto anno regressi, nuntiant neque matrem se, neque fratres vidisse; sed neque Athenas eos omnino pervenisse; neque usquam alicujus saltem qui cum ipsis fuerant, vestigium repertum.

X. Pater hæc audiens, & multa tristitia obstupefactus, nesciens quo tenderet, aut ubi quære-

1. *Panis mihi solus cum olivis, & raro etiam cum oleribus in usu est.*] Ob consimilem pariterque apocryphum locum nescio quem, Petro victus e lupinis tribuitur per Gregorium Nazianzenum, Carmine 18. *τὸν ἐκ θέρμων μόνων τρυφῶντα* Πέτρον, & Oratione 16. Πέτρος *ἀσσαρίου θέρμοις τρεφόμενος*. Ubi cur Nicetas *ἀσσάριον*, nummulum, emendis lupinis vilis pretii mercimonio idoneum, metiatur decem nummis, quot *ἀργυρίου* leguntur assignata *νομίσματα*, id vero clam me est. Πέτρος, inquit, *ὁ ἐκ θέρμων μόνων τρυφῶν ἀσσαρίου ἐωνημένων*, (Al. *ἑνὸς ὠνημένων*) *ἤγουν δεκανούμμου* (vel *δεκανούμμου*) *τοῦτο δὲ ἔκ τινος τῶν μὴ ἐκκλησιαζομένων βίβλων ἀνείληπται*. Habet tamen forsan adstipulatores nonnullos, in Catena, Matth. X. 29. dum *ἀσσάριον* Decalogum allegorice interpretantur. A Gregorio dissentire videtur Epiphanius Hæresi 30. cap. 15. ac existimare abstinentiam Petri ab animatis & carne, figmentum esse Ebionitarum, qui Periodos Petri depravarint. Atque hanc sententiam aliquantum fortassis adjuvant quæ heic habentur lib. 8. cap. 48. lib. 9. cap. 6. & 20. Potuit nihilominus Apostolorum princeps carnibus animantium non vesci, instar Matthæi in Clemente Alexandrino Pædagogi 2. cap. 1. & instar Jacobi Justi apud Eusebium Histor. II. 23. Epiphanium Hæres. 78. num. 13. Hieronymum in Catalogo, ex Hegesippo. Est quippe præter Ebioniticam aliorumque hæreticorum, necnon Pythagoræ abstinentiam, superbam, superstitiosam, Deo quasi malorum auctori injuriosam, animæ ut in bestiarum corpora devolubili contumeliosam; alia abstinentia, pia, Christiana, humilis, non Deo, aut creaturis, sed concupiscentiæ inimica.


2. *Ex Cæsaris prosapia* &c.] Tiberii, Clementin. IV. 7. Epit. cap. 46. & 143. Hinc, hoc est ex apocryphis & incertis, Clemens Eucherio ad Valerianum scribenti dicitur, *vetusta prosapia Senatorum, atque etiam ex stirpe Cæsarum*. Consentit Anonymus qui de certaminibus, peregrinationibus, vita & morte Petri & Paulli scripsit, citatus a Patricio Junio, in Clementinam Epistolam ad Corinthios, nec non Nicephorus lib. 2. cap. 35. & lib. 3. cap. 18. Sed fabulam produnt nomina Matthidiæ, Fausti, Faustini, Faustiniani, quæ otiosi nugatoris somnium magis resipiunt, quam Cæsaream Romanamque nobilitatem, nisi ego fallor. Fundus fabulæ, Flavius Clemens Consul patruelis Domitiani nemini non notus. Cui si Clemens noster genere fuit conjunctus, cognatus erat Domitiani, non Tiberii. In Bernardo Serm. de Clemente; *Acceperat B. Clemens nobile genus, amplas possessiones*, &c.

3. *Non valde sibi invicem similes.*] Nulla varietas in Codicibus manu exaratis, quod mirum est, cum Græca Clementinorum ac Epitomes contrarium plane habeant; & quidem eo probabilius, quo res est memoratu dignior, magna similitudo gemellorum, quam paullula.

4. *Pater Faustinianus vocitatus est: fratrum autem meorum alter Faustinus, alter Faustus dicebatur.*] Ex similitudine nominum originem sumsit dissimilitudo scripturarum. Siquidem Græce, ut & apud Nicephorum, Φαῦστος, Φαυστῖνος & Φαυστινιανὸς sunt pater cum duobus liberis Niceta & Aquila. Tantum Clementinorum XIII. 11. Faustini nomen Aquilæ datur; itemque in Pseudo-Abdia. At Rufinus Interpres fictitiam gradationem invertit, ab incremento nempe ad decrementum, faciendo Faustinianum, Faustinum, & Faustum ex Fausto, Faustino & Faustiniano. Denique pater Cedreno, atque Monacho Altissiodorensi scriptori Chronologiæ est Faustus, Auctori Libri Pontificalis & falso Abdiæ Faustinus, Nicetam vero idem impostor Faustum appe[llat].

5. *Gratias agens.*] Legebat, *ἀχαριστῶν*, pro *εὐχαριστῶν*.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



ret; una mecum descendit ad portum; & requirere a nautis cœpit, sicubi aliquis eorum vidisset aliquando ante quatuor annos corpus mulieris cum duobus parvulis ejectum. Cum multi multa dicerent, nec aliquid nobis rati elucesceret, tam immensum pelagus perscrutantibus; pro multo tamen affectu pater, quem erga suos gerebat, pascebatur vanis spebus; donec visum est ei, ut me sub procuratoribus ordinatum Romæ relinqueret; annorum cum essem duodecim; & ipse pergeret ad requirendum: flens itaque descendit ad portum, & navem conscendens profectus est. Ex eo usque in hodiernum, neque litteras ejus accepi, neque si vivat aut defunctus sit, novi. Sed magis suspicor, quia & ipse obierit, aut tristitia victus, aut naufragio: anni etenim viginti elapsi sunt, quibus hæc geruntur; & ne nuntius quidem de eo ad me aliquis venit.

XI. Petrus hæc audiens, ex affectu lacrymas fudit; & ad eos qui aderant, familiares ait: Hæc si qui in Dei cultu positus pertulisset, quæ hujus pertulit pater; statim homines religioni adscriberent ærumnarum caussam: quæ cum accidunt miseris Gentilibus, malorum caussam fato adscribunt. Miseros autem dico eos, quia & heic vexantur erroribus, & ab spe futura fraudantur: Dei enim cultores cum hæc patiuntur, ad purgationem peccatorum cedit eis, quod perferunt patienter.

XII. Post hæc dicta, unus ex adstantibus Petrum rogare cœpit, ut die crastina maturius [1] ad insulam proximam quæ sex non amplius stadiis aberat, Aradum nomine, pergeremus; videndi in ea gratia mirum aliquod opus, columnas [2] viteas magnitudinis immensæ: cui Petrus, ut erat clementissimus, acquiescit; sed monuit nos, cum nave descendissemus, non una omnes concurrere ad videndum. Nolo enim, inquit, notari vos a turba. Cum ergo die postera, navi sub momento horæ venissemus ad insulam; continuo ad locum in quo erant columnæ mirabiles, properamus. Erant autem in æde quadam positæ, in qua Phidiæ opera permagnifica habebantur; quibus intento unusquisque nostrum detinebatur aspectu.

XIII. Petrus vero ubi solas columnas miratus est viteas, nequaquam raptus picturæ gratia, egressus vidit pro foribus mulierculam quamdam, stipem ab introeuntibus deposcentem; quam attentius considerans ait: Dic mulier, quod tibi membrum corporis deest, quod huic te injuriæ subjecisti, ut stipem petas; & non potius manibus tuis, quas a Deo accepisti operans, cibum quæras? At illa suspirans ait: Utinam mihi quidem essent manus, quæ moveri possent, nunc autem species tantum servata est manuum; nam ipsæ sunt emor-

A tuæ, & meis morsibus debiles & sine sensu redditæ. Et Petrus: Quæ, inquit, fuit caussa, ut hoc tibi tantum mali ipsa conferres? Ignavia, inquit, nec aliud quidquam: si enim fuisset in me aliquid virtutis, potui vel præcipitio uti, vel profundo maris injicere memet ipsam, & finem dare doloribus meis.

XIV. Tum Petrus: Ecquid putas, ait, mulier, quod qui semet ipsos perimunt, a suppliciis liberantur? nisi quia majoribus subjaceant pœnis animæ eorum, qui sibi ipsis intulerint manus. At illa: Utinam, inquit, istud mihi certum fieret, quia vivunt animæ in inferno; libenter amplecterer etiam pœnas ferre mortis illatæ, tantum ut dulces mihi natos horam saltem unam viderem. Et Petrus: Quid tantum istud est, quod te tam gravi afficit tristitia, scire velim. Si enim doceres me caussam, possem tibi & ego evidenter ostendere, o mulier, quod in inferno vivant animæ; & pro præcipitio vel profundo, possem tibi dare medicamentum aliquod, ut sine cruciatu valeas vitam finire.

B

XV. Tunc mulier promissione hac gratanter accepta, cœpit dicere: Genus quidem mihi & patria quæ sit, nec credi facile, nec dici necessarium puto, sed caussam tantum sufficit doloris exponere, cur morsibus meis, meas ipsa debiles reddiderim manus. Ego generosis orta parentibus, & potentis adæque viri sortita matrimonium, duos suscepi geminos liberos, & post hos unum alium. Sed frater viri mei, illicito in me amore vehementer exarsit: mihi autem cum super omnia cara esset pudicitia; & neque tanto sceleri acquiescere, neque viro vellem flagitium fratris aperire; cogitavi quatenus & ego impolluta evaderem, & fratrem inimicum & hostem non facerem fratri; ne genus omne quod erat nobilis familiæ, in opprobrium darem: Patria ergo & urbe, cum duobus meis geminis discedere statui, donec incestus amor conquiesceret, quem forte præsentiæ meæ palparet & inflammaret aspectus: alius sane filius quatenus patri maneret ad solatium, cogitavi.

C


D

XVI. Sed ut hæc ita fieri possent, somnium finxi; quasi adsistente mihi per visum quodam numine, & dicente, & confestim cum geminis meis urbe discederem, & tamdiu abessem, donec redire me ipse præciperet; quod si non facerem, cum liberis omnibus me pariter perituram. Et ita factum est. Statim enim ut somnium viro enarravi, extimuit; & sociatis mihi duobus filiis, servis quoque & ancillis, pecunia etiam abundanti data, navigare Athenas jubet; ubi simul & erudire liberos possem: mansura, inquit, ibi usque-
E quo visum fuerit ei qui præcepit exire, ut redeas

1. *Insulam proximam, quæ sex non amplius stadiis aberat, Aradum nomine.*] In Clementinis ac Epitome abesse dicitur stadiis triginta non totis: quod propius accedit ad distantiam a Strabone notatam, viginti stadiorum. Quid si Rufinus loci ambitum, qui juxta illum Geographum & Plinium septem est stadiorum, pro distantia acceperit? Jam Aradi & Antaradi voces librariorum vitio confusas habes non solum in his Operibus Clementi suppositis, sed & alibi, ut apud Plinium lib. 5. cap. 20. & in Concilio Chalcedonensi, ubi reperies Paullum modo Aradi, modo Antaradi Episcopum; cum ibidem Alexander Antaradi Antistes memoretur. Tolle vero, suasore me, duo menda: alterum ex Anselmo Monacho in Descriptione terræ sanctæ, Tom. 6. Antiquæ Lectionis Henrici Canisii; *De Arathas* (immo *Marathos*. Geographias vide,) *usque in Antheradum* (in marg. *Anteradum sive Antaradum*) *sunt octo leucæ, ubi B. Petrus prædicavit, dum iret Antiochiam.* Aliud ex Athanasio Epistola ad solitariam vitam agentes p. 812. Κυμάτιος ὁ ἐν Ταράδῳ, ubi corrigi malo, ἐν Αράδῳ, quam ἐν Ανταράδῳ, quia in Apologia de fuga sua, non multo post initium sanctus Doctor Antaradi Episcopum facit Carterium.

2. *Columnas viteas magnitudinis immensæ.*] Sic legendum etiam in Abdia, ex Græcis, & ex Nicephoro lib. 2. cap. 35. *Vites jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Jovis simulacrum in urbe Populgnia ex una conspicimus, tot ævis incorruptum: item Massiliæ pateram. Metaponti templum Junonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur vite una Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt.* Verba Plinii lib. 14. cap. 1. qui & legatur lib. 16. cap. 40. Vide mox infra cap. XXVI. sub fin.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



ad nos. Interea navigans, una cum meis natis, ventorum violentia ad hos infelix nocturno naufragio depulsa sum locos; & cum omnes interissent, adreptam me crudelem, supra saxum quoddam vehementior fluctus ejecit: ubi cum sederem, ea sola spe qua meos possem forte natos invenire, in profundum me non præcipitavi, tunc cum adhuc perturbata anima & doloribus ebria, facere hoc & audebat & poterat.

XVII. Verum ubi dies exortus est, & ego cum clamore & ululatu, infelicium natorum circumspicerem sicubi vel ejecta possim videre cadavera; miseratione commoti quidam ex his qui me viderant, primo per pelagus, tum etiam circa littora requirunt, si quem forte de meis infantibus invenirent. Sed ubi nusquam ullus inventus est, miserantes me mulieres loci, consolari cœperunt; enarrantes singulæ suas quæque miserias, ut ex similitudine calamitatum, solatium caperem: quod me magis contristabat: non enim tale mihi erat ingenium, ut aliorum mala, mea esse solatia ducerem. Et cum me multæ hospitio cuperent recipere, una quædam paupercula heic habitans, extorsit mihi tugurio ejus succedere; dicens, fuisse sibi virum nautam, eumque in mari adolescentem defunctum; sibique ex eo die, cum multi eam accipere in conjugium cuperent, amore viri, viduitatem fuisse cariorem. Erunt ergo, inquit, nobis communia, quæcumque manibus nostris operantes, quærere poterimus.

XVIII. Et ne longa ac minus utili narratione utar; libenter habitavi cum ea, propter affectum fidei quam servaverat viro. Sed non multo post, mihi infelici, laceratæ dudum morsibus, resolutæ sunt manus; & illa quæ me susceperat, incurrit paralysin, & domi in lecto jacet: illarum autem mulierum quæ prius miserabantur, refrixit affectus: nos ambæ debiles; ego, ut vides, sedeo stipem petens; & si quid forte quæsiero, fit unus duarum infelicium cibus. Ecce jam quæ mea sunt, sufficienter audisti: tu nunc, quid moraris implere quod promiseras; & dare medicamentum, quo possit absque cruciatu, ut ais, utraque nostrum miserabilis vitæ sortem finire?

XIX. Hæc dicente muliere, multa Petrus cogitatione distractus, velut attonitus stabat; & ego Clemens superveniens: Dudum, inquam, per omnia discurrens, quærebam te; & nunc, quid facimus? At ille præcepit mihi ut ad naviculam præcederem: ibi me, inquit, opperire: & quia contradici ei non poterat, quod jussit implevi. Ipse vero, ut mihi cuncta posterius enarravit, suspicione quadam pulsatus, requirebat a muliere genus & patriam, simul & nomina filiorum: quæ si mihi, inquit, dixeris, dabo continuo medicamentum. At illa, quasi vim sustinens; quia neque fateri hæc volebat, & medicamenti cupida erat; finxit alia ex aliis; & ait, se quidem esse Ephesiam, virum autem Siculum: sed & filiorum nomina similiter immutavit. Tum Petrus, putans eam verum respondisse, ait: Heu mulier; putabam, inquit, grande aliquod gaudium hodierna nobis die oriturum: suspicabar enim te esse quamdam mulierem, de qua similia quædam nuper ad fidem didici. At illa adjurabat eum, dicens: Rogo te, ut indices mihi quæ ista sit; ut sciam, si est ulla inter mulieres me infelicior.


XX. Tum Petrus, fallere nesciens, & miseratione commotus, cœpit dicere: Est quidam adolescens inter eos, qui me sequuntur religionis & sectæ gratia, Romanus civis; qui mihi enarravit, quod patrem habuerit, & duos geminos fratres; ex quibus nullus ei superest. Mater, inquit, mea, sicut a patre didici, somnium vidit, ut Romana urbe ad tempus excederet cum duobus geminis natis, ne forte exitiali interitu deperirent: quæ cum discessisset, nusquam terrarum ultra comparuit. Pater vero suus, post hæc ad inquisitionem uxoris ac filiorum profectus, nec ipse invenitur.

XXI. Hæc cum dixisset Petrus, mulier stupore percussa corruit. Tum Petrus continere eam & consolari cœpit, ac requirere quid esset caussæ, aut quid pateretur. At illa vix aliquando spiritum revocans; ac semet ipsam ad gaudii quod sperabat, magnitudinem reparans; simulque adfricans vultum: Hic, inquit, est quem dicis adolescens? At Petrus, ubi rem intellexit: Dic, inquit, mihi tu prior; nam videre eum non poteris. Tum illa: Ego, inquit, sum adolescentis mater. Et Petrus: Quod ei nomen est? At illa: Clemens, ait. Petrus: Ipse est; & ipse erat, qui paullo ante mecum loquebatur, & quem jussi ad navem præcedere. Tum illa, procidens ad pedes Petri, rogare cœpit, ut festinaret ad navem. Et Petrus: Si mihi, inquit, servas fidem ut facias quod dico. At illa: Omnia, inquit, facio; tantum mihi, inquit, ostende unicum meum natum: puto enim me per ipsum, & geminos meos videre. Et Petrus: Cum videris, inquit, eum, modo interim dissimula paullulum, usquequo egrediamur ab insula. Ita, inquit, faciam.

XXII. Et tenens manum ejus Petrus, adducebat eam ad navem. Quem ego videns manum dantem mulieri, ridere cœpi: accedens tamen, honoris ejus gratia, pro ipso cœpi velle subjicere manum meam, & sustentare mulierem: simul autem, ut manum ejus contigi; ululatu ingenti reddito, in amplexus meos irruit, & maternis me consectari osculis cœpit. At ego ignorans omne negotium, quasi insanientem mulierem repellebam; simul &, cum verecundia licet, indignabar tamen quodammodo adversum Petrum.

XXIII. At ille: Desine, inquit; quid agis, o fili Clemens? noli repellere tuam matrem. Ego vero, ubi hæc audivi, continuo lacrymis suffusus, concidi supra jacentem matrem, & osculari eam cœpi. Simul enim ut audivi, paullatim vultum ejus revocabam ad memoriam, & notior mihi intuenti tanto magis fiebat. Multitudo interim conveniebat plurima; audiens quod mulier quæ ad stipem petendam sedebat, recognita esset a filio suo, viro quodam bono. Et cum vellemus confestim enavigare ex insula, mater ait ad me: Fili dulcissime, rectum, ut valedicam mulierculæ quæ me suscepit; est enim egens, & paralytica, jacens in lectulo. Quibus auditis Petrus, & omnes qui aderant, admirati sunt bonitatem ac prudentiam feminæ: & continuo jussit Petrus abire quosdam, & deferre mulierem in lectulo, ubi jacebat. Cumque fuisset allata, & in medio turbæ adstantis posita; in conspectu omnium, Petrus ait: Si veritatis ego sum præco, ad confirmandam fidem horum omnium qui adsistunt; ut sciant, & credant, quia unus est Deus, qui cælum fecit ac terram; in nomine Jesu Christi filii ejus, surgat hæc mulier. Et statim, ut hæc di-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



xiſſet, ſurrexit ſana, & procidit ad pedes Petri; atque amicam ſuam ac familiarem oſculis petens, percontabatur ab ea, quid iſtud eſſet negotii. At illa breviter omnem ei ordinem agnitionis expoſuit, ita ut etiam turbæ adſtantes mirarentur.

XXIV. [1] Tum Petrus, de fide Dei ac religionis inſtitutis, quod ad ſe pertinebat, in quantum tempus patiebatur, locutus ad turbas; addit etiam hoc, ut ſi quis vellet de his diligentius noſcere, Antiochiam veniret; ubi tribus, inquit, menſibus ſtatuimus reſidere; ut quæ ad ſalutem pertinent, diſcat. Si enim, inquit, negotiandi cauſſa, aut militandi, patriam relinquunt homines, ac parentes; & longas peregrinationes ſubire non metuunt: pro vita æterna, tribus ſaltem menſibus peregrinari, cur oneroſum videatur ac difficile? Cumque hæc & alia his ſimilia dixiſſet; ego mulieri quæ ſuſceperat matrem, & ſanitatem receperat per Petrum, mille drachmas donavi; & præſentibus cunctis, commendavi eam cuidam viro bono, primario illius oppidi; qui & libenter ſe facturum quod imperabamus ſpopondit. Sed & aliis quibuſdam aliquantulum pecuniæ diſtribui; & illis mulieribus, quæ aliquando ſolatæ dicebantur in miſeriis matrem meam, quibus & gratias retuli. Et poſt hæc, una cum matre, enavigabamus Antaradum.

XXV. Cumque veniſſemus ad hoſpitium, mater requirere cœpit a me, quonam deveniſſet pater. Cui ego: Ad te, inquam, requirendam profectus, ultra non rediit. At illa audiens, ſuſpiravit tantum: grande enim pro me gaudium habens, reliquos ſolabatur mœrores. Die autem poſtera ſedens una [2] cum uxore Petri, iter agebat nobiſcum; & [3] venimus Balaneas; ubi triduo remorati, inde [4] acceſſimus Palton; & poſt hoc [5] Gabala; & ſic Laodiciam pervenimus; ubi ante portas occurrunt nobis Niceta & Aquila, & oſculantes nos abducunt in hoſpitium. Petrus autem videns amplam civitatem & ſplendidam: Dignum eſt, inquit, remorari nos in hac diebus decem, aut etiam amplius. Tum Niceta cum Aquila requirebant a me, quæ eſſet mulier hæc ignota. Et ego reſpondi: Mater mea eſt, quam mihi redonavit Deus per Dominum meum Petrum.

XXVI. Hæc cum ego dixiſſem, cuncta eis Petrus per ordinem cœpit exponere, & ait: Cum veniſſemus Aradum, & ego vos præcedere juſſiſſem; profectis vobis, eadem die Clemens, cum incidiſſet ſermonis occaſio, genus ſuum mihi expoſuit ac familiam; & quod parentibus eſſet orbatus, duoſque habuiſſet priores ſe geminos fratres: & ſicut mihi, inquit, pater enarravit, ſomnium vidit aliquando mater, quo juſſa eſt cum

A geminis ſuis ex urbe Roma proficiſci, ne ſubito & pariter interirem. Cumque ſomnium patri indicaſſet, ille qui tenero filios diligeret affectu; ne quid forte mali paterentur, uxorem pariter ac filios, navi cum omnibus neceſſariis impoſitos, emittit Athenas erudiendos. Poſt hæc miſit ſemel & iterum qui requirerent; nuſquam ullius ne veſtigium quidem reperit. Ipſe ad ultimum pater ad inquirendum proficiſcitur; & uſque ad præſens, ne ipſe quidem uſquam eſt. Hæc cum mihi Clemens enarraſſet; acceſſit ad nos quidam, rogans ut ad inſulam Aradum quæ vicina erat, accederemus; videndi gratia columnas viteas miræ magnitudinis: acquievi: ventum eſt ad locum:

B ceteri omnes interiora ædis ingreſſi; mihi animus, neſcio ob quam cauſſam, ingrediundi ultra non dedit.

XXVII. Sed dum illos foris opperior; mulierem hanc conſiderare cœpi, qua parte membrorum eſſet debilis; ut non labore manuum victum quæreret, ſed mendicitatis pudorem ſubiret: requiro ergo ab ea cauſſas. Illa, nobili ſe ortam genere, & nobili nihilominus viro in matrimonio fuiſſe junctam fatetur: cujus frater, inquit, in me illicito amore inflammatus, fraternum torum polluere cupiebat. Quod ego abhorrens, & rurſum de tanto ſcelere viro indicare non audens;

C ne bellum fratribus, & opprobrium generi indicerem; magis ex patria diſcedere judicavi cum duobus geminis filiis meis, juniore puero ad ſolatium patri relicto. Et ut hæc, inquit, honeſta ſpecie fierent, cogitavi ſomnium fingere, & dicere viro; adſtitiſſe mihi numen quoddam per viſum, & dixiſſe, ut cum duobus geminis meis confeſtim ex urbe proficiſcerer, uſquequo ab ipſo audirem, quando redire deberem. Quibus auditis, credidiſſe ajebat virum, & Athenas ſe geminis cum liberis emiſiſſe, inibi erudiendis: ſed tempeſtate gravi ad hanc inſulam fuiſſe depulſos; ubi confracta navi, ſe fluctu excuſſam ſupra ſaxum quoddam, & ob hoc ſolum mortem diſtuliſſe;

D donec, inquit, infelicium natorum meorum ſaltem emortua membra complecterer, ac ſepulturæ mandarem. Sed cum dies fuiſſet exortus, & turbæ conveniſſent; miſeratione moti, projecerunt mihi indumentum. At ego infelix, fletibus multis rogabam ut requirerent, ſicubi infelicium natorum poſſent invenire corpuſcula. Ego autem omne corpus meum dentibus lanians, planctibus & ululatibus nihil aliud clamabam, niſi: Ubi mihi infelici Fauſtus eſt, ubi Fauſtinus?

XXVIII. Et cum hæc diceret Petrus: Niceta & Aquila ſubito adſurgunt, & ſtupefacti perturbari cœperunt, dicentes: Dominator Domine &

E Deus omnium, verane hæc ſunt; an ſomnium eſt,

1. *Tum Petrus.*] Ante hæc miraculum ſanatæ Matthidiæ videtur excidiſſe e codicibus: quod habes Clementin. XII. 23. Epit. 91. quodque lectum forſitan fuit a Pſeudo-Abdia. Ait enim lib. 1. *Tunc apprehenſis Petrus manibus ejus ſanavit eas.*

2. *Cum uxore Petri.*] Teſtatur Hieronymus contra Jovinianum ſcribens, legi in Periodis & uxorem Petri & filiam. Ea igitur Circuituum pars, in qua de Petri filia (Petronillam vocant) ſermo erat, nunc deſideratur. Uxorem autem memorant præterea Clemens Alexandrinus Strom. 7. p. 736. ubi martyrium illius refert verbis quæ citantur ab Euſebio Hiſtoriæ III. 30. Origenes ad Matth. XIX. 27. Epiphanius Hæreſi 30. n. 22. Hieronymus Epiſt. 34. atque Hincmarus Epiſtola ad Rodulfum & Frotarium ſect. 8. Appellatur in Martyrologiis Perpetua, in Chronico Symeonis Metaphraſtæ, loco ad Conſtitut. III. 6. allato, Joanna; quod etiam nomen matri Petri tribuit Indiculus poſitus ad Conſtit. II. 63.

3. *Venimus Balaneas.*] Balaneæ aut Balanææ, notiſſimum oppidum eſt: cujus Epiſcopus Euphration laudatur a S. Athanaſio Apologia de fuga ſua, paullo poſt initium, & Epiſtola ad Solitarios p. 812. quamquam poſtremo in loco perperam ediderunt, *ὁ ἐν Καλαναῖς*. Lege *ὁ ἐν Βαλανίαις*.

4. *Inde acceſſimus Palton.*] Palti quoque Epiſcopum celebrat magnus Eccleſiæ Magiſter locis citatis, necnon Epiſtola ad Antiochenſes. Sed apud Theodoritum Hiſtoriæ lib. 2. cap. 12. in verbis Athanaſii, & Epiſcopus & civitas non ſuo nomine appellantur.

5. *Gabala.*] Hinc, & per ſuperiora, nullo negotio corrigetur Sophronius de Petro & Paullo, Tomo 7. *Bibliothecæ* Patrum Pariſienſis, & apud Surium ad 29. Junii num. 5.

quod agitur? Tum Petrus: Nisi, inquit, nos insani sumus, hæc vera sunt. At illi paullulum remorati, & confricantes faciem, ajunt: Nos sumus Faustinus & Faustus. Sed & ab initio, cum narrare cœpisti, statim in suspicionem incidimus, ne forte ad nos pertinerent, quæ dicebantur: rursus tamen considerantes, multa similia accidere in vita hominum, reticuimus; licet cor nostrum spe aliqua pulsaretur: aspiciebamus ergo ad finem sermonis; ut si ad integrum de nobis esse constaret, tum fateremur. Et cum hæc dixissent, lacrymantes ingrediebantur ad matrem: cum reperissent quiescentem, & complecti vellent, prohibuit Petrus, dicens: Sinite me prius præparare animos matris, & ita vos offerre ei; ne forte multo & subito gaudio mente excidat, & sensus ejus turbetur; maxime quia nunc etiam somno occupata stupet.

XXIX. Igitur ubi mater exsurrexit e somno, alloqui eam Petrus cœpit, dicens: Scire te volo, mulier, religionis nostræ observantiam. Nos unum colimus Deum, qui fecit mundum: hujus & legem servamus, qua mandat in primis, ipsum colendum, & nomen ejus venerandum; parentes honorandos; pudicitiam, justitiamque servandam. Sed & illud observamus, mensam cum Gentilibus non habere communem; nisi cum crediderint, & recepta veritate baptizati fuerint, ac trina quadam beati nominis invocatione consecrati; & tunc cum eis cibum sumimus. Alioquin etiam si pater aut mater sint, aut uxor, aut filii, aut fratres; non possumus cum eis mensam habere communem. Quia ergo religionis caussa præcipua hoc facimus; non tibi injuriosum videatur, quod non potest filius tuus una tecum sumere cibum, usquequo eadem tibi sit quæ illi sententia fidei.

XXX. Quibus illa auditis: Et quid, inquit, vetat hodie me baptizari? quæ etiam priusquam te viderem, illos quos dicunt deos, penitus aversata sum, quod mihi frequenter & pæne quotidie sacrificanti sibi, præstare potuerunt nihil. Nam de pudicitia quid dicam? cum me neque tunc deliciæ deceperint, neque nunc egestas peccare compulerit. Satis autem puto innotuisse tibi, quantus mihi exinde fuerit amor pudicitiæ; quæ ut evaderem illiciti amoris insidias, somnium finxi, ut cum duobus meis geminis peregrinarer; & hunc solum filium meum Clementem ad solatium patri reliqui. Si enim mihi duo vix sufficiebant, quanto magis contristasset patrem, si nullum penitus habuisset? Erat enim, miser, grandi affectu erga filios; ita ut vix ei somnii auctoritas extorqueret, Faustinum & Faustum Clementis hujus fratres mihi concedere, & ipse solo contentus esset Clemente.

XXXI. Hæc illa cum diceret; ultra non ferentes fratres mei, irruunt in complexus matris, cum multis lacrymis, & osculantur eam. At illa: Quid vult, inquit, hoc esse? Tum Petrus: Nolo turberis mulier, constans esto: isti sunt Faustinus & Faustus filii tui, quos in profundo periisse dicebas: quo modo autem vivant, & quo modo in illa horribili nocte de profundo evaserint; & quemadmodum alius ipsorum Niceta & alius Aquila dicatur; ipsi tibi exponere poterunt, & una tecum etiam nos audiemus. Ubi hæc Petrus dixit, mater nimio gaudio intercepta corruit: & tandem aliquando reparata, atque in semet ipsam regressa, ait: Obsecro vos, dulcissimi filii, dicite mihi, quæ acciderint vobis, post illam feralem & crudelissimam noctem.


XXXII. Tum Niceta cœpit dicere: In illa nocte, o mater, cum navis fuisset resoluta, & nos innitentes fragmento cuidam tabularum, per pelagus jactaremur; viri quidam, quibus per profundum latrocinari artificium est, repertos imposuerunt nos naviculæ suæ; & remis undarum vortices superantes, diversis itineribus Cæsaream Stratonis perduxerunt: ibique adfligentes nos fame, verberibus, metu; uti ne quod esset in vero, proderemus; immutatis etiam nostris nominibus, vendiderunt nos cuidam viduæ, honestæ admodum feminæ, Justæ nomine: quæ cum emisset, habuit loco filiorum, ita ut etiam Græcis nos litteris & liberalibus adtentissime erudiret. Ubi vero adolevimus, etiam philosophorum studiis operam dedimus; quo possemus religionis divinæ dogmata philosophicis disputationibus adserentes, confutare Gentiles.

XXXIII. Simoni autem cuidam mago, qui nobiscum una educatus est, pro amicitiis puerili consuetudine adhæsimus; ita ut pæne ab eo decipi possemus. Fertur enim in religione nostra sermo de Propheta quodam; cujus ab omnibus qui religioni huic deserviunt, speraretur adventus, per quem immortalis & beata vita credentibus danda promittitur. Hunc ergo nos putabamus Simonem. Sed hæc tibi, mater, opportunius exponentur. Nos interim, cum pæne jam deciperemur a Simone, quidam collega domini mei Petri, Zacchæus nomine, monuit ne falleremur a Mago; sed obtulit nos advenienti Petro, ut ab ipso quæ erant sana & perfecta doceremur: quod & tibi optamus evenire; sicut & nobis concessit Deus; ut possimus etiam cibum & mensam habere communem. Hinc ergo fuit, mater, quod nos a piratis raptos, tu in mari defunctos esse credidisti.

XXXIV. Cum hæc dixisset Niceta; mater nostra procidit ad pedes Petri, rogans & obsecrans, ut & se ipsam, & hospitam suam evocaret sine mora ac baptizaret; uti ne una, inquit, die damnum patiar consortii & societatis natorum meorum. Similiter autem & nos filii ejus rogabamus Petrum. At ille: Quid putatis, inquit, quia ego immisericors sum solus, & nolo vos matris convivio sociari? Sed necesse est eam vel una die jejunare prius, & ita baptizari: & hoc, quia sermonem ab ea quemdam audivi, per quem mihi fides ejus claruit, & qui indicium dedit credulitatis ejus: alioqui multis eam diebus oportebat ante instrui & doceri.

XXXV. Et ego: Quæso te, inquam, domine mi Petre, dic quis est iste sermo, quem dicis dedisse tibi indicium fidei ejus. Et Petrus: Ille sermo est, quo rogavit, ut & hospita sua, cujus beneficiis vicem reddere desiderat, simul baptizetur cum ipsa. Non autem rogaret, ut illi quam diligit præstaretur hæc gratia, nisi credidisset quod magnum aliquod in baptismate munus esset. Unde & ego reprehendo plurimos, qui cum ipsi baptizentur & credant, nihil tamen dignum fide agunt cum his quos diligunt, id est uxoribus, vel filiis, vel amicis, quos non ad hoc hortantur, quod ipsi adsecuti sunt; si quidem vere crediderint, quod æterna vita per hoc donatur. Denique si eos ægrotare videant, aut periculo alicui

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



carnaliter ſubjacere, dolent & lugent, quia in hoc certi ſunt eis imminere perniciem. Ita ergo, ſi & de hoc certi eſſent, quod qui Deum non colunt, manet eos pœna ignis æterni, quando ceſſarent, monentes & cohortantes? Aut ſi obſiſterent; quo modo non lugerent eos & plangerent, certi æterna eis imminere ſupplicia? Nunc ergo illam quidem mulierem evocabimus poſtmodum, & videbimus ſi amat fidem religionis noſtræ; & prout conſequens fuerit, agemus. Hæc autem quoniam fideliter ſenſit de baptiſmo, jejunet vel una die ante baptiſmum.


XXXVI. At illa cum juramento ſatisfaciebat, præſente uxore Domini mei Petri, quia ex quo recognoverit filium, præ multo gaudio cibum capere omnino nequiverit; niſi heſterna die calicem aquæ ſolum biberit. Teſtabatur autem & uxor Petri, dicens ita eſſe. Et Aquila ait: Quid ergo obſtat, cur non baptizetur? Tum Petrus ſubridens: Sed non eſt, inquit, hoc jejunium baptiſmi, quod non propter baptiſmum jejunatum eſt. Et Niceta: Sed forte, inquit, volens Deus matrem noſtram nec una die, agnitis nobis, ſeparari a conſortio menſæ noſtræ, præordinavit hoc, ut ante jejunaret. Sicut enim pudicitiam ſervavit in ignorantia, ut proficeret ei ad baptiſmi gratiam; ita jejunavit antequam ſciret jejunii rationem, ut proficeret ei ad baptiſmum, & ſtatim ab initio agnitionis noſtræ nobiſcum pariter menſæ conſortio frueretur.

XXXVII. Tum Petrus: Non nos, inquit, vincat Malignus, occaſione accepta per affectum matris: ſed magis [1] vos & ego vobiſcum hodie jejunemus cum ipſa; & craſtino baptizabitur: neque enim juſtum eſt, ad gratiam perſonæ alicujus & amicitiæ, reſolvi & extenuari præcepta veritatis. Non ergo pigeat nos magis laborare cum illa: quia omne mandatum præterire, peccatum eſt. Doceamus autem ſenſus noſtros corporales, qui extrinſecus ſunt, ſervire interioribus ſenſibus: & non interiores ſenſus qui quæ Dei ſunt ſapiunt, cogamus ſequi exteriores qui quæ carnis ſunt ſapiunt. Propter hoc enim & Dominus mandatum dedit, dicens: [a] *Quicumque viderit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Et his addidit: *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & abjice abs te: expedit enim tibi, ut unum membrorum tuorum pereat, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis.* Non dixit, *ſcandalizavit te*; A ut poſteaquam peccaveris, tunc abjicias cauſſam peccati: ſed, *ſi ſcandalizat te*; hoc eſt, ut antequam pecces, cauſſam peccati provocantis te & irritantis abſcindas. Ne quis autem veſtrum putet, fratres, quod membrorum amputationem mandaverit Dominus: propoſitum in hoc vult reſecari, non membra, & cauſſas quæ ad peccandum illiciunt: quo cogitatio noſtra, aſpectus vehiculo ſubvecta, ad amorem Dei ſenſibus corporeis inviſa contendat; nec carnalibus oculis, velut laſcivientibus equis, & extra mandatorum viam currum declinare cupientibus, relaxet frena, & habenas indulgeat; ſed revocet aſpectum corporis ad arbitrium mentis; & oculos noſtros quos Deus B operis ſui inſpectores eſſe voluit & teſtes, non patiatur fieri lenones mali deſiderii. Et ideo cedant legi Dei, tam corporei ſenſus, quam interna cogitatio; & illius voluntati miniſtrent, cujus ſe opera eſſe intelligunt.

XXXVIII. Igitur ut ordo myſterii poſcebat & ratio, die poſtera baptizatur in mari; & regreſſa ad hoſpitium, omnibus conſequenter myſteriis religionis imbuitur. Aderamus autem & nos filii ſui, Niceta & Aquila, & ego Clemens. Et poſt hæc ſimul cum ea prandimus, & ſimul glorificavimus Deum: referentes gratias ſtudiis & doctrinæ Petri; qui nobis oſtendit per occaſionem ma- C tris, quo modo pudicitiæ bonum non pereat apud Deum: ſicut e contrario impudicitia, inquit, etiamſi non ſtatim, tamen licet tarde, non effugit pœnam. In tantum autem pudicitia, inquit, Deo placita eſt; ut etiam his qui in errore ſunt poſiti, nonnihil gratiæ in præſenti conferat vita. Nam futura beatitudo illis ſolum repoſita eſt, qui per gratiam baptiſmi, pudicitiam juſtitiamque ſervaverint. Denique exemplo eſt huic rei etiam hoc, quod erga matrem veſtram geſtum eſt; cujus ſalus hæc omnis pro mercede pudicitiæ reparata eſt: ad quam cuſtodiendam & conſervandam, non ſufficit ſola continentia; ſed ubi ſenſerit quis inſidias & deceptionem parari, continuo ſicut D ab ignis impetu aut incurſu canis rabidi refugiat: nec confidat quod hujuſmodi inſidias poſſit facile aliquis philoſophando aut palpando cohibere; ſed, ut dixi, effugiendum eſt, & longe abſcedendum; ſicut fecit & veſtra mater, vere & integre bonum diligens pudicitiæ. Propter quod & conſervata vobis eſt ac vos illi; inſuper autem & æternæ vitæ agnitione donata. Cum hæc & multa alia his ſimilia dixiſſet, veſpere facto, requievimus.

[a] Matth. v. 28-30.

1. *Vos & ego vobiſcum hodie jejunemus cum ipſa, & craſtino baptizabitur.*] Sic lib. 10. cap. ult. Petrus patrem Clementis baptizaturus, indicit jejunium omni plebi, quo de ritu in Apologia 2. Juſtini Martyris p. 93.



RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS.

LIBER OCTAVUS.

I. POSTERA autem die, Petrus mane assumtis fratribus meis & me, descendit ad portum, ut in mari lavaremus; & post hoc ad locum quemdam secretiorem secessimus, orationis gratia. Senex autem quidam pauper, & ut apparebat ex habitu, operarius, curiose ex occulto observare nos cœpit, ut videret quid ageremus in secreto positi. Cumque nos orantes vidisset, exspectavit donec exiremus; & salutans nos, ait: Si non ægre accipitis, & quasi curiosum me aut importunum notatis, velim vobiscum conferre sermonem; quia habens miserationem vestri, sub specie veritatis errare vos nollem, & habere metum de his quæ non sunt: aut si putatis esse aliquid veri, tradite etiam mihi. Si ergo patienter accipitis, possum vos paucis edocere, quæ recta sunt: si vero molestum est, pergam, & meos actus agam. Cui Petrus respondit: Dic age, quod tibi videtur bonum; & libenter accipimus, sive id verum, sive etiam falsum sit: amplectendus enim es; quia quod tibi bonum videtur, tamquam pater pro filiis solicitus, commonere voluisti.

II. Tum Senior cœpit dicere: In mari vos lavisse vidi, & post hoc ad secretum secessisse locum: observans ergo de occulto, quid in secreto ageretis, orantes inspexi: miseratus igitur errorem vestrum, opperiri cœpi, usquequo egressos alloquerer, & docerem ne erretis in hujusmodi C observantia; quia neque Deus est, neque cultus hic aliquis est, neque Providentia in mundo; sed fortuitus casus, & Genesis agunt omnia; sicut ego ex me ipso manifestissime comperi, in disciplina Matheseos præ ceteris eruditus. Nolite ergo errare: sive enim oretis, sive non oretis; quod Genesis vestra continet, hoc erit vobis. Et ego Clemens, nescio quid corde pulsabar, multa quasi nota mihi recolens in eo: bene enim ait quidam, quia quod ex aliquo natum est, etiamsi multo tempore absfuerit, numquam tamen scintilla propinquitatis exstinguitur. Cœpi ergo interrogare ab eo; quis, & unde esset, vel quo modo ortus. At ille ad hæc respondere nolens: D Quid, ait, hoc pertinet ad ea quæ dixi vobis? Sed primo, si videtur, sermo de his quæ proposuimus habeatur; & post hæc, si ita res poposcerit, nomen & genus ac patriam, & cetera quæ hæc sequuntur, invicem nobis, ut amici amicis, poterimus aperire. Mirabamur tamen omnes eloquentiam viri & gravitatem morum, tranquillitatemque sermonis.


III. Petrus autem sensim sermocinando incedens, opportunum ad colloquendum prospicit locum. Et cum pervidisset juxta portum recessum quemdam secretum, residere nos fecit; & ita primus ipse incipit; nec contemtum Senis habuit, neque despexit quod vilis ei amictus esset & sordidus. A Ait ergo: Quoniam quidem videris mihi vir eruditus esse & misericors; ex eo quod adisti nos; & quod tibi bonum videbatur, celatum nobis esse noluisti: volumus & nos tibi quæ nobis bona & recta creduntur exponere; quæ si tibi minus vera videbuntur, etiam tu nostrum erga te bonum propositum libenter suscipe, sicut & nos tuum. Et cum hæc diceret Petrus, plurima multitudo convenit. Tum Senex: Fortassis, inquit, contristat vos præsentia multitudinis. Et Petrus: Nequaquam, inquit; nisi hoc solum vereor, ne forte disputantibus nobis, cum palam facta fuerit veritas, tu verecundiam patiaris pro præsentia multitudinis cedere, & acquiescere his quæ vera B dici intellexeris. Ad hæc Senex ait: Ego non ita stultus consenui, ut intelligens quod verum est, abnuam id ad vulgi gratiam.

IV. Cœpit ergo Petrus dicere: Videntur mihi hi qui loquuntur verbum veritatis, & qui illuminant animas hominum, similes esse radiis solis; qui ut processerint, & apparuerint mundo, celari ultra aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videntur ab hominibus, quam videre omnibus præstant. Unde & bene a quodam dictum est ad veritatis præcones: [a] *Vos estis lux mundi*: &, *Non potest civitas abscondi supra montem posita: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio; sed super candelabrum; ut omnibus luceat qui in domo sunt*. Et Senex: Bene valde dixit, quisquis ille est. Sed exponat aliquis vestrum, quod sibi sequendum videtur; ut ad certum prospectum emittamus sermones nostros. Non enim sufficit ad inveniendam veritatem, destruere ea quæ e diverso dicuntur; sed & ipsum proferre in medium, quod possit, qui e diverso est, impugnare. Ut ergo partium sit æqua congressio, rectum mihi videtur, ut prius, quid uterque nostrum defendat, enuntiet: & si placet, ipse primus incipiam. Ego dico, non secundum Dei providentiam gubernari mundum; quia multa in eo injuste & inordinate geri videmus: sed Genesim dico esse, quæ omnia agit & continet.

V. Ad hæc cum Petrus respondere vellet, Niceta præveniens, ait: Indulgeat mihi Dominus meus Petrus ad hæc respondere; & non videatur protervum, quod juvenis cum sene habeat, sed ut filius cum patre colloquar. Et Senex: Non solum tu, inquit, fili, quod tibi videtur ut prosequaris volo; sed & si quis ex sodalibus tuis, si quis etiam de adstantibus videtur scire aliquid, incunctanter proferat, libenter accipimus: collatio enim plurimorum, facilius ea quæ ignorantur inveniet. Tum ergo Niceta respondit: Non me æstimes, pater, temere fecisse, quod inserui me sermonibus Domini mei Petri; sed magis pro ho-

[a] Matth. v. 14. 15.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
216.



nore ejus hoc mihi facere visus sum. Homo enim Dei est, plenus totius scientiæ, quem ne Græca quidem latet eruditio; quia spiritu Dei repletus est, quem nihil latet. Sed quia ipsi de cælestibus loqui convenit; ego de his quæ ad Græcorum loquacitatem pertinent, respondebo. Postea vero quam a nobis Græcorum more fuerit disputatum, atque ad id ventum, ubi exitus nullus appareat; tunc ipse quasi scientia Dei repletus, aperte & dilucide rerum nobis omnium patefaciet veritatem; ut non solum nos, sed & omnes qui præsto sunt auditores, viam veritatis agnoscant. Et ideo nunc ipse quasi arbiter sedeat, ut cum unus aliquis ex nobis cesserit, tunc ipse suscipiens, indubitatam sententiam ferat.

VI. Hæc cum dixisset Niceta, hi qui convenerant, inter semet ipsos colloquebantur: Hicne est ille, quem audiebamus, Petrus; illius qui in Judæa apparuit, & signa ac virtutes plurimas fecit, discipulus probatissimus? Et intendentes in eum, cum timore ac veneratione ingenti stabant; tamquam boni servi honorem domino deferentes. Quod ubi Petrus sensit, ait ad eos: Attentius audiamus, rectum tenentes judicium de his quæ dicentur ab utroque: & post ipsorum conflictum, quod necessarium visum fuerit, addemus & nos. Et cum hæc dixisset Petrus, gavisæ sunt turbæ. Niceta vero dicere hoc modo adgressus est. Definisti, pater, quod non per Dei providentiam mundus regatur; sed omnia Genesi subjaceant, vel quæ ad mores uniuscujusque, vel quæ ad gesta pertinent. Ad quæ statim quidem potui respondere: sed quia justum est servare ordinem, definimus & nos quid teneamus, sicut ipse fieri rogasti. Ego dico, providentia Dei gubernari mundum, in his dumtaxat quæ gubernatione ejus indigent. Unus est enim omnia tenens, qui & mundum fecit, justus Deus, unicuique secundum gesta sua quandoque redditurus. Ecce habes & nostram definitionem: nunc quod vis prosequere, vel mea destruens, vel tua adserens; ut & ego his quæ a te prosequentur, occurram. Aut si me vis priorem dicere, non morabor.

VII. Et Senex respondit: Sive tibi placet, fili, prius dicere, sive hoc magis placet, ut ego dicam, nihil interest; apud eos præcipue, qui bona venia disputant. Dic tamen tu prior, libenter accipio: atque utinam possis etiam quæ a me dicenda sunt prosequi, atque his quæ contraria sunt objicere, & ex utrorumque collatione ostendere veritatem. Niceta respondit: Si vis, inquit, possum etiam tuas partes dicere; & ad hæc respondere. Et Senex: Ostende mihi prius, quo modo potes scire ea quæ nondum locutus sum; & ita tibi credam, quod partes meas prosequi possis. Et Niceta: Secta, inquit, tua, & sententia quam definisti, manifesta est his qui eruditi sunt in hujusmodi disciplinis, certaque est ejus consequentia. Et quia ego non sum ignarus quæ sint definitiones Philosophorum; ex his quæ proposuisti, quid consequatur agnosco: maxime quia præ ceteris Philosophis, Epicuri scholas frequentavi: frater autem meus Aquila, magis Pyrrhonios secutus est; [1] alius autem frater noster, Platonicos & Aristotelicos: itaque cum eruditis tibi auditoribus sermo est. Tum Senex: Bene, inquit, & consequenter docuisti, quo modo ex his quæ propositæ sunt definitionibus, etiam ea quæ consequuntur adverteres. Sed ego amplius aliquid professus sum, quam sentit Epicurus: quia introduxi Genesim, eamque caussam omnium gestorum hominibus posui.

VIII. Cumque hæc Senex dixisset, ego Clemens aio ad eum: Audi, pater, si te frater meus Niceta obtinuerit, quia non sine Dei providentia mundus agitur; in ista parte quæ superest de Genesi, ego tibi potero respondere: est enim mihi notitia hujus scientiæ. Et cum hæc dixissem, frater meus Aquila: Quid necesse est, inquit, ut eum patrem vocemus, cum in mandatis habeamus [a], neminem super terram patrem vocare? Et post hæc respiciens ad Senem: Non injuriose, inquit, accipias, pater, quod fratrem meum culpavi, quia te patrem vocaret: habemus enim tale mandatum, ne aliquem nomine isto vocitemus. Cumque hæc dixisset Aquila, risit omnium adstantium cœtus una cum Sene & Petro. Aquila autem requirente caussam, cur omnes riserint; aio ad eum: Quod tu in quo alios culpas, id ipse facis, qui Senem appellaveris patrem. At ille negabat, dicens: Vere nescio si eum patrem vocavi. Interea Petrus movebatur suspicionibus quibusdam, sicut ipse nobis enarravit postmodum; & respiciens ad Nicetam, Expedi, inquit, quod proposuisti.

IX. Tum Niceta hoc modo exorsus est: Omne quod est, aut simplex est aut compositum. [2] Quod simplex est, caret numero, divisione, colore, differentia, asperitate, lenitate, pondere, levitate, qualitate, quantitate, & ob hoc etiam fine. Quod vero compositum est, aut ex duobus, aut ex tribus, aut etiam ex quatuor compositum est, aut certe ex pluribus: & quæ composita sunt, necessario etiam dividi possunt. Et Senex audiens hæc: Optime, inquit, & doctissime dicis, fili. Et Niceta: Igitur illud quod simplex est, & his omnibus caret quibus solvi quod subsistit potest; sine dubio incomprehensibile & immensum est, neque initium ullum neque finem sciens; & ideo unum & solum est, & sine auctore subsistens. Quod autem compositum est, & numero ac diversitati divisionique subjacet; necessario auctore aliquo compositum est, atque in unam speciem diversitas congregata. Quod ergo immensum est;

a Matth. XXIII. 9.

1. *Alius autem frater noster, Platonicos & Aristotelicos.*] Elogia Clementis in litteris humanis hæc sunt: *Clemens ex Philosopho magnæ doctrinæ vir*; Commentario Epist. ad Philippenses, in cap. 4. T. 8. Hieronymi. *Clemens omni scientia refertus, omniumque liberalium artium peritissimus*; Eucherius Parænesi de contemtu mundi. *Acceperat B. Clemens scientiam quamplurimam, ita ut optimus quidem illius temporis philosophus haberetur*, apud Bernardum Sermone de S. Clemente. Κλήμης ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει. Anastasius Hodegi cap. 1. Et Clementem philosophum Dionysio laudatum de divinis nominibus cap. 5. Maximus & Pachymeres hunc Romanum interpretantur. Verba S. Nili sunt, lib. 2. Epist. 49. p. 140. οὐκ Ἀπολλῶς ὁ Ἀλεξανδρεὺς λόγιος ὁ ποτιστὴς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, οὐ Κλήμης ὁ Ῥωμαίων φιλόσοφος, quæ sic verto: *Non Apollo Alexandrinus vir eloquens, rigator discipulorum Christi; non Clemens, Romanus Philosophus.*

2. *Quod simplex est, &c.*] Ad hæc & sequentia forte respiciens Auctor Disputationis contra Arium Tom. 1. Operum S. Athanasii p. 135. scribit; σὺ δὲ τί φὴς με (f. μοι) ἀΐδιον συντίθεσθαι τὸ θεῖον; οὐκ ἐπακροάσω ποτὲ Κλήμεντος τοῦ παρακολουθήσαντος Πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ, ὃς καθαιρεῖ τὴν τοιαύτην δόξαν; *Tu vero quid ais mihi, æternum illum Deum ex partibus constitui? An non audivisti Clementem Petri Apostoli sectatorem, qui hujusmodi opinionem subruit?* Lege Constitut. Apostol. VI. 11. ac Epitom. 17.

bonitate pater eſt, virtute conditor. Neque ergo condendi virtus in immenſo ceſſare potuit, neque bonitas otiari: ſed ad ſubſtituenda ea quæ ſunt, bonitate; ad componenda & firmanda, virtute provocatur. Subſtituuntur ergo & componuntur quædam, ut diximus, ex duobus, vel ex tribus; quædam vero ex quatuor; alia ex pluribus. Sed quoniam nunc nobis de mundi ratione quæritur, & de ſubſtantia ejus quam ex quatuor elementis eſſe compoſitam conſtat, cui omnes illæ decem differentiæ quas ſupra comprehendimus accidunt; ab his inferioribus incipientes gradibus, ad ſuperiora veniemus. Via enim nobis ad intellectualia & inviſibilia, ab his quæ videmus & contrectamus datur: ſicut continetur in Arithmeticis diſciplinis; ubi cum de divinis quæritur, ab inferioribus ad ſuperiores numeros aſcenditur; cum vero de præſentibus & viſibilibus ratio exponitur, de ſuperioribus ad inferiores numeros ordo dirigitur. Aut non ita eſt?

X. Et Senex ait: Valde bene proſequeris. Et Niceta: De mundi nunc ergo ratione proſequendum eſt: cujus prima quæſtio in duas partes dividitur. Quæritur enim, utrum factus ſit, an non: & ſi quidem non eſt factus, ipſe erit illud Ingenitum, ex quo omnia. Si vero factus eſt, de hoc rurſus quæſtio in duas partes ſcinditur: Utrumnam ex ſe ipſo factus eſt, an ab alio. Et ſi quidem a ſemet ipſo eſt, excluditur ſine dubio Providentia. Si Providentia non recipitur, fruſtra animus ad virtutem provocatur, fruſtra juſtitia cuſtoditur; quippe ſi non eſt, qui juſto pro meritis aliquando reſtituat. Sed ne anima quidem ipſa immortalis videbitur; ſi eam, poſt abſolutionem corporis, nullius providentiæ excipiat diſpenſatio.

XI. * Nam ſi doceatur eſſe Providentia, & per ipſam factus eſſe mundus; alia rurſus quæ diſcutiantur occurrunt: requiretur enim, quo modo ſit Providentia; utrum generaliter erga omnia; an ſpecialiter erga partes; an & generaliter erga partes; an & generaliter erga omnia, & ſpecialiter erga partes. Generalis autem intelligitur hoc modo; quaſi ab initio Deus faciens mundum, ordinem dederit rebus & curſum ſtatuerit; & ultra eorum curam quæ geruntur, habere ceſſaverit. Specialis vero erga partes, hoc modo eſt; ut quorumdam quidem vel hominum, vel locorum providentiam gerat; quorumdam vero non gerat. Generalis autem omnium, & ſpecialis partium ſimul, hoc modo eſt; quaſi & ab initio omnia fecerit Deus, & uſque ad finem per ſingulos quoſque providentiam gerat, & unicuique reddat pro actibus ſuis.

XII. Prima ergo illa propoſitio; quæ dicit, quia ab initio Deus fecerit omnia; & curſu atque ordine rebus impoſito, de reliquo nihil ad ſe revocet; ſecundum Geneſim geri cuncta confirmat. Ad hoc ergo primo reſpondebimus, & his præcipue qui deos colunt, & Geneſim defendunt:

A qui utique cum immolant diis, & exorant eos, ſine dubio contra Geneſim ſe impetraturos aliquid ſperant; & per hoc Geneſim ſolvunt. Cum vero rident qui ad virtutem provocant, & ad continentiam cohortantur; & dicunt, quia nemo poteſt facere aliquid aut pati, niſi quod ei fato decretum eſt; omnem profecto cultum Divinitatis abſcindunt. Quid enim colas eos, a quibus promereri nihil poſſis, quod non patiatur ratio Decreti? Hæc interim adverſus illos dicta ſint. [1] Ego vero mundum dico a Deo factum, & ab ipſo quandoque eſſe ſolvendum; ut ille appareat qui æternus eſt, & ad hoc factus ut ſemper ſit, & dignos ſe, recipiat judicio Dei. Quod autem B ſit alius inviſibilis mundus, qui hunc viſibilem intra ſemet ipſum contineat; poſtea quam de viſibili mundo diſcuſſerimus, tunc & ad illum veniemus.

XIII. Nunc interim, quia factus ſit mundus iſte viſibilis, teſtantur etiam philoſophorum plurimi ſapientes viri. Sed ne videamur quaſi egentes adſertionibus, uti voluiſſe teſtibus; de principiis ejus, ſi videtur, quæramus. Corporeum eſſe mundum hunc viſibilem, eo ipſo quod eſt viſibilis, ſatis conſtat. Omne autem corpus duas recipit differentias: aut enim connexum eſt & ſolidum, aut diviſum & ſeparatum. Et ſi quidem C connexum fuit & ſolidum corpus, ex quo mundus factus eſt; & per diverſas ſpecies parteſque ſecundum differentias ſui, corpus illud partitum eſt & diviſum; neceſſe eſt intelligi, fuiſſe aliquem, qui corpus quod erat connexum & ſolidum dirimeret, atque in partes multas duceret formaſque diverſas. Aut ſi ex diverſis diſperſiſque corporum partibus, omnis mundi hæc moles compoſita eſt & compaginata; neceſſe eſt nihilominus intelligi, fuiſſe aliquem qui in unum diſperſas colligeret, & diverſas rebus ſpecies induceret.

XIV. Equidem plures philoſophorum hoc magis D ſenſiſſe ſcio, quod ex uno corpore, quam illi materiam vocant, diviſiones ac diſcretiones conditor fecerit Deus; quod tamen ex quatuor ſimplicibus, & in unum temperamento quodam divinæ providentiæ admiſtis, conſtaret elementis. [2] Nam illud ſuperfluo a quibuſdam dictum puto, quod ſimplex corpus, id eſt abſque ulla conjunctione, ſit mundi; cum conſtet nec corpus poſſe eſſe quod ſimplex eſt; neque miſceri poſſe, aut propagari, vel ſolvi: quæ omnia utique mundi corporibus videmus accidere. Quo modo enim ſolveretur, ſi eſſet ſimplex, nec haberet intra ſe aliud a quo reſolvi ac dividi poſſet? Quod ſi ex duobus aut tribus, vel etiam ex quatuor conſta- E re corpora videntur; cui non etiam exiguum habenti ſenſum manifeſtum ſit, quod fuerit aliquis qui in unum plura collegerit; & temperamenti moderatione ſervata, ex diverſis partibus ſolidum corpus effecerit? Hunc igitur nos conditorem mundi dicimus Deum, hunc agnoſcimus univerſitatis auctorem.

1. *Ego vero mundum* &c.] De duplici mundo remitto te ad Platonicos & Philonem: ex Noſtris vero ad Clementem Alexandr. Strom. 5. p. 593. 599. Origenem Homil. 3. in Canticum Canticorum, & tom. 19. in Joannem, Euſebium Præparat. Evangel. lib. 11. cap. 23. 24. Auguſtinum I. Retractationum 3. & falſum Ambroſium in I. Corinth. VI. 2.

2. *Nam illud ſuperfluo a quibuſdam dictum puto.*] A Xenophane, Parmenide ac Meliſſo.

* *Nam.*] Legendum ſine dubio *nunc*, aut *jam*, ita ut fuerit in Græcis *νῦν*, quæ non raro eſt particula adverſativa, ut loquuntur Grammatici. Cler.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

XV. Nam Græcorum Philoſophi de principiis mundi quærentes, alius alia inceſſit via. Denique Pythagoras elementa principiorum, numeros eſſe dicit; [1] Calliſtratus qualitates; [2] Alcmæon contrarietates; Anaximandrus immenſitatem; [3] Anaxagoras æqualitates partium: Epicurus atomos; [4] Diodorus amere, hoc eſt, ex his in quibus partes non ſunt; [5] Aſclepiades oncos, quod nos tumores vel elationes poſſumus dicere: [6] Geometræ fines: [7] Democritus ideas: Thales aquam: [8] Heraclitus ignem; Diogenes aerem [9] Parmenides terram: Zenon, Empedocles, Plato, ignem, aquam, aerem, terram: [10] Ariſtoteles etiam quintum introducit elementum, quod acatonomaſton, id eſt, incompellabile, nominavit; ſine dubio illum indicans, qui in unum quatuor elementa conjungens, mundum fecerit. Sive igitur duo, ſive tria, ſive quatuor, aut etiam plura ſint, vel innumera, ex quibus mundus conſtat; omni ex parte, qui plura in unum collegerit, & rurſus collecta in diverſas ſpecies duxerit, oſtenditur Deus: & probatur per hæc, non potuiſſe machinam mundi ſine opifice & proviſore conſtare.

XVI. Sed & hoc ipſo, quod in conjunctione elementorum, deficiente altero aut abundante, cetera reſolvuntur & concidunt; oſtenditur ex nihilo ea accepiſſe principium. Nam verbi gratia, ſi deficiat in aliquo humor, nec aridum ſtabit: humore enim paſcitur aridum; ſicut & frigus calido: in quibus, ut diximus, ſi alterum deficiat, penitus cuncta ſolvuntur; & in hoc originis ſuæ qua ex nihilo facta ſunt, produntur indicia. Quod ſi materia ipſa probatur eſſe facta; quo modo partes ejus & ſpecies ex quibus mundus conſtat, videbuntur infectæ? Sed de materia & qualitatibus, non eſt nunc dicendi locus; hoc ſolum docuiſſe ſufficiat, Deum eſſe omnium conditorem; quia neque ſi ſolidum & connexum fuit corpus ex quo mundus conſtat, dirimi & diſcerni, ſine conditore; neque ſi ex diverſis & diſcretis partibus in unum collectum eſt, congregari & miſceri ſine artifice potuit. Igitur ſi mundi conditor Deus eſſe tam evidenter oſtenditur; qui erit Epicuro locus introducendi atomos, & adſerendi quod ex corpuſculis inſenſibilibus, non ſolum ſenſibilia corpora, ſed & mentes intellectuales ac rationales fiant?

XVII. Sed dices, ut Epicuro viſum eſt, continuationes atomorum indeſinenti curſu venientium, per immenſa & ſine fine tempora miſcentium ſe, atque in unum conglobantium, corpora ſolida efficiuntur. Non venio ad hæc, ut rem fabuloſam & inepte compoſitam dicam: videamus magis, ſi qualecumque iſtud eſt, poteſt ſtare quod dicitur. [11] Aiunt enim corpuſcula ipſa quæ atomos appellant, diverſis eſſe qualitatibus: & alia quidem humida, & ob hoc gravia ac deorſum tendentia; alia vero arida & terrena, atque ob hoc nihilominus gravia; alia autem ignea, & ob hoc ſurſum ſemper nitentia; alia vero frigida, & ob hoc pigra & ſemper media. Quo modo ergo, cum alia ſemper ſurſum tendant, utpote ignea; & alia ſemper deorſum, utpote humida & arida; alia vero media, & non æquali curſu incedant; coire ſimul potuerunt, & unum corpus efficere? Si quis enim de ſuperioribus, verbi gratia, minutiſſimas paleas, & ad eamdem magnitudinem minutiſſimi plumbi particulas deorſum jaciat; numquid poterunt, quamvis æquales ſint magnitudine, leves paleæ partes, plumbi particulas conſequi? Longe enim velocius ad imum graviora perveniunt. Ita ergo & atomi, etiamſi magnitudine æquales ſint, pondere tamen inæquales; numquam poterunt, quæ leves ſunt, conſequi graviores: quod ſi conſequi non poſſunt, ſine dubio nec miſceri, nec corpus efficere.

XVIII. Tum deinde ſi indeſinenter feruntur, &

1. *Calliſtratus qualitates.*] In Sexti Empirici Pyrrhoniis Hypotypoſibus lib. 3. cap. 4. id Stratoni Phyſico tribuitur.

2. *Alcmæon contrarietates.*] Ἀλκμαίων vulgo; qui Theodorito Ἀλκμὰν, eodem vel ſimillimo nomine. Philoſophi hujus ἐναντιότητας explicatas habes apud Ariſtotelem lib. 1. Metaphyſicorum cap. 5.

3. *Anaxagoras æqualitates partium.*] ὁμοιομερείαν, vel ὁμοιομερείας.

4. *Diodorus Amere.*] Forte ſcripſerat Rufinus Græce ἀμερῆ. In Eclogis Phyſicis Stobæi cap. 13. Διόδωρος ἐπίκλην Κρόνος, τὰ ἀμερῆ σώματα, ἄπειρα, τὰ δὲ αὐτὰ λεγόμενα καὶ ἐλάχιστα ἄπειρα μὲν κατ᾽ ἀριθμὸν, ὡρισμένα δὲ κατὰ τὸ μέγεθος. Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, in Opere de natura, apud Euſebium Præparat. Evangel. lib. 14. cap. 23. καὶ τούτων φασὶ τῶν ἀμερῶν ὀνοματοποιὸν Διόδωρον γεγονέναι. Lege Sextum Empiricum Pyrrhoniarum Hypotypoſeon l. 3. c. 4. In Mathematicos lib. 8. p. 367. & Chalcidium in Timæum Platonis.

5. *Aſclepiades oncos* vel ὄγκους.] Pergit Dionyſius Alexandrinus, poſt citata verba, ſic; ὄνομα δέ, φασιν, αὐτοῖς ἄλλο Ἡρακλείδης θέμενος, ἐκάλεσεν ὄγκους, παρ᾽ οὗ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς ἐκληρονόμησε τὸ ὄνομα. Hoc eſt; *Nomine autem, aiunt, alio illis impoſito Heraclides vocavit* ὄγκους, *hoc eſt, moles ſeu maſſas; a quo & Aſclepiades medicus nomen velut hereditate accepit.* Cetera apud Sextum Empiricum.

6. *Geometræ fines.*] οἱ μαθηματικοὶ τὰ πέρατα τῶν σωμάτων. Sextus.

7. *Democritus ideas.*] Primus enim Democritus, teſte S. Irenæo lib. 2. cap. 19. dixit, *multas & varias ab univerſitate figuras expreſſas deſcendiſſe in hunc mundum.* ὁ δὲ Μιλήσιος Λεύκιππος, καὶ ὁ Χῖος Μητρόδωρος, διττὰς, ὡς ἔοικεν, καὶ αὐτοὶ ἀρχὰς ἀπελειπέτην, τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν. προσέθηκε δὲ λαβὼν τούτοιν τοῖν δυοῖν τὰ εἴδωλα, ὁ Ἀβδηρίτης Δημόκριτος. Clemens Alexandrinus Protreptici p. 43. Id eſt, opinor; *Leucippus autem Mileſius, & Chius Metrodorus, duplicia, ut videtur, ipſi quoque reliquere principia, plenum & inane. Adjecit autem, mutuatus, duobus illis imagines Democritus Abderita.* Mitto Ciceronem, & Minucium Felicem, cum aliis.

8. *Heraclitus ignem, Diogenes aerem.*] Ita ſex codices MSS. quibus uſi ſumus. Intellige vero Diogenem Apolloniatem.

9. *Parmenides terram.*] Cum igne: ut materiam cum opifice. Diogenes Laertius, Clemens Alexandrinus, Theodoritus, Cicero.

10. *Ariſtoteles etiam quintum introducit elementum, quod acatonomaſton (ἀκατονόμαστον) id eſt, incompellabile nominavit, &c.*] Cicero Tuſculan. Quæſt. lib. 1. *Ariſtoteles quintum genus adhibet, vacans nomine.* Apud Laertium & Illuſtrium, in Ariſtotele; εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστάναι. Quibus ſimilia in Theodoriti ſermone de materia & mundo, in Juſtino Martyri attributis p. 143. & 197. ex Philoſopho lib. 1. de cælo cap. 2. 3. in Stobæi Eclogis Phyſicis cap. 13. in Attici Platonici Opere adverſus Ariſtotelem apud Euſebium Præp. Evang. XV. 7. 8. in Sexti Hypotypoſibus ubi ſupra, & Opere in Mathematicos p. 433. necnon in Plutarcho lib. 1. de placitis Philoſophorum cap. 3. Atque hæc poſui, cum ut illuſtrarem locum præſentem, ac exponerem ſententiam Ariſtotelis alio per Noſtrum traductam, tum ut ab accuſatione docti Animadverſoris Deſiderii Heraldi defenderem verba Arnobii lib. 2. *Qui quintum elementum principalibus applicat cauſſis, non Ariſtoteli Peripateticorum patri credit?* Lege Philoſtratum III. de vita Apollonii 11. Strabonem lib. 15. paullo poſt medium, de Brachmanibus, & Julianum Imperat. Orat. 5. p. 303. item clariſſimum Huetium in Notis ad Origenem p. 111. Rufinus contra Hieronymum; *Neſciebam te ἀκατονόμαστον dici & incompellabilem nominari.*

11. *Aiunt enim corpuſcula ipſa quæ atomos appellant, diverſis eſſe qualitatibus, &c.*] Non hoc dicebat Epicurus; immo atomis tribuebat ſolummodo figuram, magnitudinem & pondus.

ſemper veniunt, & rebus quarum jam menſura integra conſtat, adduntur; quo modo ſtare univerſitas poteſt, cum tam immenſis ponderibus nova ſemper pondera cumulentur? Sed & illud requiro: Si paullatim coeuntibus corpuſculis, exſtruebatur hic quem videmus ambitus cæli; quo modo non in eo illico, cum conſurgeret, corruit? ſi quidem hians machinæ ipſius ſummitas, nullis ſuffulta repagulis ſtringeretur. Sicut enim qui ædificiorum tholos in circulum inſtruunt; niſi conclusionem medii verticis ſtrinxerint, univerſum pariter ſolvitur: ita & mundi circulus, quem tam decora ſpecie collectum videmus; ſi non ſubito & ſub uno divinæ virtutis rotatu, potentia conditoris effectus eſt; ſed paullatim concurrentibus atomis & inſtruentibus, non ut ratio patebat, ſed ut fortuitus incidiſſet eventus; quo modo non prius quam colligi poſset & concludi, dilapſus eſt & diſsolutus? Ad hæc etiam illud requiro, quod ſit munimen, ſuper quod tam immenſæ molis jacta ſint fundamenta? Et rurſus, illud ipſum quod dixeris munimen, ſuper quid jaceat? Et item illud aliud, ſuper quid? Et eo uſque interrogando progrediar, donec reſponſio ad nihil & inane perveniat.

XIX. Quod ſi dicat aliquis, quia atomi igneæ qualitatis, conjunctæ ſibi corpus unum fecerunt: & quia ignis qualitas non deorſum, ſed ſurſum tendit; impoſitam mundi molem, ad ſuperiora ſemper nitens ignis natura ſubvectat. Ad hæc reſpondebimus: Quo modo potuerunt atomi igneæ qualitatis, quæ ſemper ad ſuperiora contendunt; in inferiora deſcendere, & in profundo ac ſub omnia demerſo inveniri loco? Cum utique graviores quæque, id eſt, terrenæ vel humidæ qualitates præveniant, ut diximus, leviores; unde & cælum, velut ſuperiorum fabricam, igneis atomis quæ & leviores ſunt & ſurſum ſemper fugiunt, adſerunt ſtructam. Neque ergo fundamenta ignis, aut alia ulla habere mundus poteſt; neque atomis gravioribus cum levioribus, id eſt, his quæ deorſum ſemper præcipitantur, & his quæ ſemper ſurſum fugiunt, ſocietas aut compaginatio ulla conveniat. Igitur quod impoſſibile ſit ex atomorum conjunctione, corpora mundi ſolidari, ſufficienter dictum; & quod non potuerint inſenſibilia corpora, etiamſi ulla ratione coire & connecti potuiſsent, formas dare corporibus & menſuras, membra fingere, vel qualitates efficere, vel exprimere quantitates; quæ utique omnia, modulatione ſui, manum teſtantur artificis, & opus rationis oſtendunt; quam rationem ego Verbum & Deum appello.

XX. Sed dicet aliquis, hæc a Natura fieri. Jam in hoc, de nomine controverſia eſt. Cum enim conſtet mentis eſse & rationis opus, hoc quod tu Naturam vocas, ego Deum conditorem voco; conſtat nec potuiſse, nec poſse vel corporum ſpecies tam neceſsariis diſtinctionibus inſtitutas, vel animorum ſenſus, irrationabili opere & quod ſenſu careat effici. Quod ſi idonei tibi teſtes videntur philoſophi, Plato de his teſtatur

A [1] in Timæo; ubi de mundi factura diſcutiens requirit, utrumnam ſemper fuerit, an initium ſumſerit; & pronuntiat, quia factus ſit: Viſibilis enim, inquit, eſt & palpabilis, atque corporeus: omnia autem quæ hujuſmodi ſunt, facta eſse conſtat: quod autem factum eſt, aliquem habet ſine dubio auctorem, a quo factum eſt. Hunc ergo, inquit, factorem parentemque omnium, & invenire difficile eſt; & inventum, vulgo enarrare, impoſſibile. Hæc quidem Plato dicit: ſed & ſi ipſe, aliique Græcorum philoſophi, de factura mundi ſilere voluiſſent; nonne omnibus intellectum habentibus, palam eſſet? Quis enim eſt exigui ſaltem ſenſus homo, qui cum cernat domum,
B omnia quæ ad uſus neceſſaria ſunt habentem; cujus cameram in ſphæræ gyrum videat collectam; eamque vario ſplendore, & diverſis imaginibus depictam; luminaribus præcipuis & maximis adornatam: quis, inquam, eſt, qui hujuſmodi fabricam videns, non ſtatim pronuntiet, a ſapientiſſimo & potentiſſimo artifice eſſe conſtructam? Et ita quis invenietur inſipiens; ut cum cæli opus inſpiciat; ſplendorem ſolis cernat ac lunæ; aſtrorum curſus, & ſpecies, & vias certis rationibus & temporibus videat definitas; non tam a ſapiente hæc artifice & rationabili, quam ab ipſa ſapientia & ratione clamet effecta?

C XXI. Quod & ſi ſecundum alios Græcorum philoſophos audire vis, & mechanicis imbutus es diſciplinis; de excelſis quæ traduntur, non te ſine dubio latent. Ponunt enim ſphæram æqualiter ex omni parte collectam, & ad omnia ſimiliter reſpicientem, atque a centro terræ æquis ſpatiis diſtinctam; ipſaque ſui æqualitate ita ſtabilem, ut eam in nullam partem declinare undique æqualitas collecta permittat: & ita a nullo fulcimento ſubvecta, ſuſtentatur ſphæra. Quod ſi vere hanc habeat ſimilitudinem mundi machina; evidens eſt opus in ea divinum. [2] Si vero, ut aliis viſum eſt, ſuper aquas poſita ſphæra, vel ſuper ipſas fertur, vel in ipſis volvitur; etiam
D ſic magni in ea artificis opus declaratur.

XXII. Sed ne de his quæ non omnibus palam ſunt, incerta videatur adſertio; ad ea veniamus, quæ neminem latent. Quis aſtrorum curſus tanta ratione diſpoſuit, ortuſque eorum & occaſus inſtituit, certiſque & demenſis temporibus unicuique tenere cæli ambitum dedit? Quis ad occaſum aliis ſemper tendere, aliis etiam redire in ortum permiſit? Quis impoſuit modum curſibus ſolis; ut horas, & dies, & menſes, & temporum viciſſitudines diverſis motibus ſignet; & nunc hiemem, inde ver, æſtatem, poſt & autumnum, certa curſus ſui dimenſione diſcernat; & ſemper eiſdem vi-
E cibus, anni orbem inconfuſa varietate conſtringat? Quis, inquam, tanti ordinis moderatricem, non ipſam Dei pronuntiet ſapientiam? Et hæc quidem ſecundum illa nobis dicta ſint, quæ de excelſorum diſciplinis traduntur a Græcis.

XXIII. Quid autem & de his, quæ vel in terris vel in mari videmus? nonne evidenter edo-

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.

1. *In Timæo.*] Accipe integrum Platonis locum, non quidem ut citatur ab Euſebio, Theodorito, aliiſque, ſed quo modo legitur apud ipſum Platonem. *σκεπτέον ἐν δὴ περὶ αὐτοῦ (κόσμου) πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεὶ, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἀρξάμενος. γέγονεν· ὁρατὸς γάρ, ἁπτός τε ἐστι καὶ σῶμα ἔχων· πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά. τὰ δὲ αἰσθητὰ, δόξῃ περιληπτὰ μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη· τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον· καὶ εὑρόντα, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.*

2. *Si vero, ut aliis viſum eſt, ſuper aquas poſita ſphæra, &c.*] Aquas intellige inter firmamentum & cælum empyræum.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

cemur, Dei in his non solum opus esse, sed & providentiam? Nam [1] quod in terra montes excelsi, certis quibusque habentur in locis; ut ex his velut compressus & coangustatus aer, ordinatione Dei cogatur & exprimatur in ventos; ex quibus & fructus germen concipiant, & æstivus ardor temperiem sumat, cum [2] Pleiades ignitæ solis ardoribus incanduerint. Sed dices: Cur & ardor solis, ut temperies requiratur? Et quo modo fruges humanis usibus necessariæ maturescerent? Sed & illud adverte, quod ad axem meridianum, ubi plus est caloris; non multa datur nubium constipatio, nec abundans copia imbrium funditur; ne morbus habitantibus generetur: humidæ enim nubes, si calore rapido coquantur, aerem corruptum & pestiferum reddunt. Sed & terra calidum imbrem suscipiens, non nutrimenta segetibus, sed perniciem præbet: in quo quis dubitat opus esse divinæ providentiæ? Denique Ægyptus, quia Æthiopicis e vicino flagrat ardoribus; ne insanabiles corruptelas aeris, imbrium necessitate susciperet; campi ejus non pluviam nubibus ministratam, sed [3] terrenum quodammodo imbrem Nilo inundante suscipiunt.

XXIV. Quid de fontibus dicemus, & fluviis? qui perenni in mare fluunt meatu: & per divinam providentiam, nec illis abundans deficit cursus; nec mare tantas aquarum recipiens copias, ullum sentit augmentum; sed in eadem mensura, & ea quæ conferunt, & ea quæ ibi conferuntur elementa perdurant. Sed dicis mihi: Salsa aqua naturaliter consumit fluentum dulce, quod ei fuerit infusum. Et in hoc ergo manifestum est Providentiæ opus, ut salsum faceret illud elementum, in quod cursus omnium aquarum, quas ad usum hominibus præstiterat, declinavit; uti ne per tanta sæculi spatia, repletus maris alveus, inundationem perniciosam terris & hominibus redderet. Nec ita quisquam insipiens erit, ut hanc tantam rationem, tantamque providentiam, ab irrationabili natura arbitretur esse dispositam.

XXV. Quid autem de virgultis; quid de animalibus dicam? Nonne per Providentiam factum est, ut cum senecta temporis resolverentur; virgulta quidem vel plantis, vel seminibus quæ ipsa dederint; animalia vero per progeniem repararentur? Et mira quadam dispensatione Providentiæ, nasci turo pecori lac præparatur in uberibus; ac statim ut natum fuerit, nullo docente, scit ubi alimoniæ suæ horrea requirat. Gignuntur autem non solum mares, sed & feminæ; ut ex utroque possit rursus constare posteritas. Sed ne, ut putant homines, viderentur hæc Naturæ quodam ordine, & non dispensatione fieri Conditoris; pauca quædam ad indicium & documentum providentiæ suæ, mutato ordine genus servare jussit in terris; verbi gratia, [4] ut per os conciperet corvus, & per aurem mustela generaret: ut aves nonnullæ, sicut gallinæ, interdum [5] ova vel vento, vel pulvere concepta parerent: alia quædam animalia marem vicibus alternis in feminam verterent, & sexum per annos singulos commutarent; ut lepores, & hyænæ, quas beluas * vocant: alia etiam ex terra orirentur, atque inde sumerent carnem, ut talpæ: alia ex cinere, ut viperæ: alia ex putrefactis carnibus, ut [6] vespæ quidem equinis, apes autem bubulis: alia [7] ex fimo boum, ut scarabæi: alia ex herbis, ut [8] de ocimo scorpius: & rursus herbæ ex animalibus; ut ex cornu cervi vel capræ, apii & asparagi.

XXVI. Et quid opus est plura enumerare, in quibus divina providentia, mutato ordine eo qui a Natura datus putatur, multimodis differentiis nativitatem animalium constare voluit; ex quibus non irrationabilis rerum cursus, sed ipsius dispensatus ratione doceretur? Aut non & in hoc plenissimum demonstratur opus divinæ providentiæ; ubi ex terra & aqua, ad vitam hominum semina

1. *Nam quod in terra montes excelsi*, &c.] Citatur a Beda, libro de natura rerum c. 26. ubi videndæ Glossæ incerti Auctoris.

2. *Pleiades*.] Editio Basileensis, & libri R. & P. *Pliades*. qua de lectione in Etymologico suo doctissimus Vossius, voce *Virgiliæ*.

3. *Terrenum quodammodo imbrem Nilo inundante suscipiunt*.]

Cæloque vacante
Terrestrem pluviam diffusus porrigit amnis.

de Nilo Alcimus Avitus Poematum lib. 1. Apud Græcos vero Philo Judæus I. de vita Mosis p. 634. ἐπεὶ καὶ γῆ πολλάκις ὑετὸν ἤνεγκεν. ὁ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ ποταμὸς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ταῖς ἐπιβάσεσι πλημμυρῶν, ὅταν ἀρδεύῃ τὰς ἀρούρας, τί ἕτερον ἢ ὑετός ἐστι κάτωθεν ἐπινίφων; Libro de profugis p. 476. Νεῖλος μονονοὺκ ἀντίμιμον οὐρανοῦ δύναμιν ἐπιδείκνυσθαι δοκῶν. κάτωθεν ἄνω ὕων. Et lib. 3. de vita Mosis p. 682. θεοπλαστοῦσι τῷ λόγῳ τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, ὡς ἀντίμιμον οὐρανοῦ γεγονότα, καὶ περὶ τῆς χώρας σεμνηγοροῦσιν. Ad quæ respectum dubio procul ab Heliodoro in lib. 9. quando scribit, θεοπλαστοῦσι τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, καὶ κρειττόνων τὸν μέγιστον ἄγουσιν, ἀντίμιμον οὐρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες, οἷα δὴ δίχα νεφώσεων καὶ ὑετῶν αἰθερίων τὴν ἀρουμένην αὐτοῖς ἄρδοντος (al. ἄρδοντα,) καὶ εἰς ἔτος ἀεὶ τεταγμένως (al. τεταγμένον) ἐπομβρίζοντος (al. ἐπομβρίζοντα.) Insignis quoque est locus Gregorii Nazianzeni Orat. 24. in ipso statim exordio; ποταμὸς ἐκ γῆς ὕων καὶ πελαγίζων ὥρια, ita antiquissimus codex Regius 155. cum alii sex ejusdem Bibliothecæ habeant ὥρια. Adi Theodoritum Quæst. 19. in Exodum.

4. *Ut per os conciperet corvus, & per aurem mustela generaret*.] Licet ista lectio confirmari possit per ea, quæ in Aristotele III. de generatione animalium 6. Plinio lib. 10. cap. 12. & Martiali Epigrammatum XIV. 74. de corvo leguntur: quia tamen vox *corvus* abest a sex libris MSS. quos cum editis contuli, videtur scripsisse Rufinus; *Ut per os conciperet, & per aurem mustela generaret*; qua de fabula dixi ad Barnabam. Sed nihil affirmo.

5. *Ova vel vento vel pulvere concepta*.] ἀνεμιαῖα, ἀνεμώδια, ὑπηνέμια, ζεφύρια, οὔρια & οὔρινα, ventosa, subventanea, urina & inania. Ut intelligunt *parvum ovum* in his S. Irenæi verbis lib. 3. cap. 15. *Si autem aliquis quasi parvum ovum deditum, semet ipsum ipsis præbeat imitationi illorum, & redemtionem illorum consecutus est*. Quem ego locum aliter soleo legere: ad hunc modum; *Si autem aliquis quasi pravum ovum editum, semet ipsum ipsis præbeat, initiationi illorum*: κακὸν ᾠόν, juxta adagium κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. *Mali corvi malum ovum*. Epiphanius Hæresi 26. num. 1. de iisdem Hæreticis de quibus Irenæus, ἀπὸ Νικολάου ὡς ἀπὸ οὐρίου ᾠοῦ ὄφεως σκορπίοι ἢ ἐξ ἀσπίδων γεγεννημένοι. *A Nicolao velut subventaneo serpentis ovo scorpii, sive aspidibus prognati*.

6. *Vespæ quidem equinis*.] Sic vulgo. Sed turbant Servius ad Georgicon IV. & I. Æneidos, atque Isidorus Originum lib. 11. & 12. cap. ult.

7. *Ex fimo boum*.] Eadem est sententia Hori Apollinis lib. 1. Hieroglyph. cap. 10. atque Eustathii in Hexaemeron p. 44. Alii scarabæorum seu cantharorum ortum ad asini stercus & cadaver referunt: unde & κάνθαρον ἀπὸ τοῦ κάνθωνος dictum volunt. Conciliari tamen in fimo possunt, ex Aristotele lib. 5. de Historia animalium cap. 19. ubi de μηλολόνθαις & κανθάροις. Omitto Hispalensem Isidorum, qui crabrones cum scarabæis videtur confudisse. Apud S. Augustinum cap. 7. libri primi Retractationum, a multis stercorea hæc origo vocatur in dubium, a multis ignoratur.

8. *De ocimo scorpius*.] Traditur quoque apud Plinium Naturalis Historiæ lib. 20. cap. 12. Mox de asparagis (Codex Regius *asfaragi* ἀσφάραγοι) lege idem magnum Opus lib. 19. cap. 8.

* *Beluas*] Vide sis Cotelerium in not. ad S. Barnabæ Epistolam cap. x. tom. 1. Biblioth. nostræ pag. 127. not. 2.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

jacta reparantur? quæ cum terræ fuerint mandata; voluntate Dei, humorem quem susceperit gleba, velut uberibus suis seminibus immulget: aquis enim inest quædam vis spiritus a Deo dati ex initio; cujus opere, habitus futuri corporis, in ipso statim semine formari incipit, & per culmum spicamque restitui: turgefacto etenim ex humore seminum grano, per angustos quosdam venarum meatus vis illa spiritus, quæ inesse aquis data est; utpote incorporea, transcurrens; ad incrementum semina suscitat, & crescentium species format. Ministerio igitur humidi elementi, cui vitalis ille spiritus insitus semper & ingenitus est, efficitur ut non solum reparetur, sed ut per omnia similis species & forma his quæ jacta fuerint seminibus redeat. Quæ ratio, cui vel brevem sensum habenti, per irrationabilem naturam, & non per divinam sapientiam constare videbitur? Denique etiam hæc ad similitudinem humanæ nativitatis formata sunt: videtur enim terra vulvæ locum tenere, cui semen injectum, per aquæ & spiritus vim, sicut supra diximus, & formatur & alitur.

XXVII. Sed & in hoc admiranda est divina providentia, quod videre nos quidem & agnoscere fecit, quæ fiunt: quo modo autem & qualiter fiant, in secreto posuit & occulto; ut non indignis ad agnitionem subjaceant, sed dignis & fidelibus, cum meruerint, patefiant. Ut autem rebus ipsis & exemplis probemus, nihil omnino ex terrena substantia seminibus dari; sed totum ex elemento aquæ, & spiritu qui inest ei virtute constare; pone mihi, verbi gratia, in cratere aliquo amplissimæ magnitudinis, injici terræ talenta centum; & seminentur in eo diversæ species seminum, vel olerum, vel etiam virgultorum: his præbeatur ad rigandum aqua sufficiens; & per annos plures habeatur ista diligentia: congregentur autem semina quæ collecta fuerint; verbi gratia, frumenti, vel hordei, aliarumque specierum, per singulos annos seorsim; donec uniuscujusque seminis acervus, ad centum talentorum pondus ascendat: tum etiam arbores avulsæ radicitus adpendantur: & his omnibus ex cratere sumtis, si adpendatur terra, centum sua nihilominus talenta salva restituet. Unde ergo dicemus omne illud pondus, omnemque quantitatem seminum diversorum atque arborum surrexisse? Nonne evidenter apparet, quia ex aquis? Terra enim quod suum est, integrum tenet: aqua vero quæ per singula injecta est, nusquam prorsus est; ob potentem divinæ conditionis virtutem, quæ per unam aquæ speciem, tantorum seminum virgultorumque & substantias reparat, & species format; & genus fœnore multiplicato custodit.

XXVIII. Ex quibus omnibus satis abundeque patere puto; artifici sensu, & non irrationabili naturæ opere cuncta effici, & universa constare. Sed veniamus adhuc, si videtur, etiam ad nostram, id est ad hominis substantiam, qui est [1] parvus in alio mundus; & consideremus, quanta sit ratione compositus: & ex hoc præcipue sapientiam Conditoris intelliges: qui cum ex diversis substantiis constet, id est mortali & immortali; per artificem providentiam Conditoris, societatem diversitas non refugit; & quidem longe a se substantiis. Alia namque de terra adsumitur, & a Conditore formatur: alia vero ex immortalibus substantiis datur; nec tamen ei per hujuscemodi conjunctionem, honor immortalitatis infringitur; nec, ut quibusdam videtur, affectus, quibus ad hæc singula moveri possit. Nam corpus quod ex ossibus & carnibus constat, initium sumit ex semine viri; quod e medullis calor eliciens, vulvæ quasi terræ consignat: cui inhærens, ex fonte sanguinis paullatim rigatum, in carnem & ossa producitur; atque in speciem auctoris jacti seminis reformatur.

XXIX. [2] Et vide in hoc Artificis opus: quo modo ossa, velut columnas quasdam, quibus caro sustentetur ac portetur, inservit. Tum deinde æqualis ex utraque parte, id est, dextera ac læva, mensura servitur; & congruat pes pedi, & manus manui, digiti quoque digitis; ut singuli ad singulos tota æqualitate concordent: sed & oculus oculo, & auris auri: quæ non solum consona sibi & concordantia, sed & usibus necessariis apta formantur. Manus quidem, ut operi commodæ sint; pedes, ut gressibus; oculi, ut visibus serviant, superciliorum excubiis custoditi: aures ad audiendum ita formatæ, ut cymbalo similes, suscepti verbi repercussum sonitum altius reddant, & usque ad sensum cordis emittant: lingua autem ad loquendum illisa dentibus, plectri reddat officium: ipsi vero dentes, alii ut incidant & dividant cibos, & interioribus tradant; interiores vero, ut in modum molæ conficiant & comminuant; quo opportunius stomacho traditi, coquantur; unde & molares appellati sunt.

XXX. Sed & nares, commeandi flatus, & reddendi ac recipiendi gratia facta sunt; ut innovatione spiritus, calor naturalis qui ex corde est, vel accendi vel refrigerari, cum res poposcerit queat, pulmonis officio; qui pectori inhærere datus est, ut mollitie sui, palpet & foveat cordis vigorem; in quo videtur vita consistere: vita dico, non anima. Nam quid dicam de substantia sanguinis? quam velut fluvius ex fonte procedens, & uno prius alveo invectus, tum deinde per innumeras venas, quasi per areas derivatus; totam humani corporis terram, vitalibus rigat fluentis, jecoris opere ministratus; quod ad efficaciam digestionis ciborum, atque in sanguinem mutandorum in dextro latere jacet. In sinistro vero, splenis est locus; qui trahere ad se & purgare quodammodo sordes sanguinis possit.

XXXI. Intestinorum quoque ratio quanta est? quæ idcirco longis nexibus in circulorum ordinata sunt modum, ut susceptas digestiones ciborum paullatim egerant; quo neque ad subitum inanes efficiant locos, & his qui superadditi fuerint, non impediantur cibis. Membranæ autem in modum

1. *Parvus in alio mundus.*] Codex Candelerianus, *Alius parvus mundus.* Carmeliticus, *Alius in parvo mundus.* Eodem sensu. *Physici*, inquit Macrobius lib. 2. in Somnium Scipionis cap. 12. *mundum, magnum hominem, & hominem, brevem mundum esse dixerunt.* Quod sic expressum est a Philone Judæo libro, Quis rerum divinarum heres, p. 502. ἐναλλάττοντες, *βραχὺν μὲν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, μέγαν δὲ ἄνθρωπον ἔφασαν τὸν κόσμον εἶναι.* De nomine *microcosmo*, minori mundo, *κόσμῳ συντόμῳ* ubique leges.

2. *Et vide in hoc Artificis opus*, &c.] Totum locum confer cum Responsione ad Interrogationem 140. in Cæsarii Dialogis: nec dubitabis asserere, a Cæsario illo suppilatas fuisse Recognitiones. Minus commode Arnobius lib. 3. *Nam quid in homine pulcrum est, quid quæso admirabile, vel decorum, nisi quod* [illegible] ([illegible] c MS. Regio, cum etiam scribi pot [illegible]) [illegible] *re nescio quis auctor voluit esse commune!*

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.

idcirco facta sunt; ut ex ipsis ea quæ extrinsecus sunt, humorem sensim suscipiant; qui neque subito effusus exinaniret interna, neque densiore cute prohibitus, arida quæ extrinsecus habentur efficeret, & totam hominis fabricam sitis necessitate turbaret.

XXXII. Porro vero feminea positio, & vulvæ sinus ad recipiendum germen, & confovendum vivificandumque commodissimus; quem non ratione & prudentia effecta esse, quæ facta sunt, suadeat? quod in ea solum parte membrorum, a virili specie femina discrepat, qua posteritas sata suscipitur & fovetur: & rursus virilis habitus ea tantummodo membrorum parte immutetur, qua vis serendi & generandi hominis inest. Et in hoc magnum quidem testimonium Providentiæ datur, ex necessaria diversitate membrorum: sed ibi majus, ubi in habitus similitudine, usus diversitas, & officii varietas invenitur. Nam mamillæ viris æque sunt, ac feminis: sed feminarum solæ sunt, quæ lactis munere replentur; ut statim ubi genuerint, apta sibi parvulus inveniat nutrimenta. Quod si tanta ratione videmus in homine membra disposita; ut cum in ceteris omnibus similis habitus videatur, in his tantummodo discrepent, in quibus usus diversitatem requirit; & neque in viro aliquid superfluum aut egens, neque in femina quod desit videamus vel quod abundet; quis ex his omnibus non evidenter agnoscat rationis opus, & sapientiam Conditoris?

XXXIII. His adstipulatur etiam ceterorum animalium rationabilis diversitas; & suo quodque usui ministerioque conveniens. Hæc testatur & arborum varietas, herbarumque diversitas, tam specie variata, quam succis. Hæc adserit & permutatio temporum, in quatuor distincta vicissitudines; & certis horis, diebus, mensibus, annum circulus claudens, & ne unam quidem horam statutæ rationis excedens: hinc denique etiam mundi ipsius ætas, certa & stabili ratione, concepto annorum numero censetur.

XXXIV. Sed dices: Quando mundus factus est, & quare tam tarde? Hoc possis obtendere etiamsi ante factus fuisset: diceres enim, cur non & ante hoc? & ita immensa sæcula transscendens, semper possis requirere, cur non & ante hoc? Sed nobis nunc sermo non de eo est; sed si omnino factus est. Si enim factum constat; necessario potentis & summi artificis opus est: quod si constat; quando eum facere voluerit, sapientis artificis arbitrio judicioque relinquendum est. Nisi videatur tibi omnis hæc sapientia, quæ tam immanem mundi machinam struxit, & singulis quibusque rebus formas & species dedit; quarum habitum non decori solum convenientem, sed & futuris usibus aptissimum & necessarium poneret; hoc eam solum fugerit, quo tam magnificæ conditionis opportunum tempus adsumeret. Est apud illum profecto certa ratio: sunt evidentes caussæ; cur, & quando, & qualiter fecerit mundum: quas hominibus, quibus hæc quæ ante oculos posita sunt, & de ejus providentia contestantur, inquirere & intelligere pigrum fuit; aperiri utique non oportuit: quæ enim in occulto habentur, & intra sapientiæ sensus, velut intra regios thesauros recondita sunt; nemini patent, nisi his qui ab illo didicerint, apud quem signata sunt hæc & reposita. Deus ergo est qui fecit omnia, & ipse a nemine factus est. Qui autem Naturam

A pro Deo nominant, & per naturam facta esse cuncta testantur; latet eos appellationis suæ error. Si enim Naturam irrationabilem putant: stultissimum est, rationabilem facturam ab irrationabili factore progredi. Si vero ratio est, id est, logos, per quam facta constat universa; superfluo nomen immutant, ubi de Conditoris ratione profitentur. Ad hæc si quid habes, pater, prosequere.

XXXV. Hæc cum Niceta dixisset, Senex ita respondit: Tu quidem, fili, prudenter & fortiter prosecutus es, in tantum ut melius dici posse de Providentia non putem: sed quoniam hora

B jam multa est, crastino ad hæc quæ prosecutus es, respondere aliqua volo; de quibus si mihi satisfeceris, gratiæ me fateor debitorem. Et his a Sene dictis, surrexit Petrus. Quidam vero ex adstantibus Laodicensium primus, rogabat Petrum & nos, ut Senis indumenta, quæ habebat sordida & scissa, mutaret: quem Petrus & nos amplexi, & collaudantes pro honesta & optima voluntate sua, dicebamus; quia nec nos ita insipientes sumus & impii, ut cui tam pretiosa verba concredimus, non multo magis etiam hæc quæ ad usus corporeos sunt necessaria præbeamus; quæ eum & libenter suscepturum credimus, tamquam a filiis patrem; sed & tectum nobis & vitam

C communem fore credimus. Hæc cum nos diceremus, & ille primarius civitatis summa vi, & blandimentis plurimis avellere a nobis cuperet Senem; nos vero eo vehementius retineremus; omnis populus acclamavit, ut illud magis fiat, quod ipsi placet Seni: & cum silentium factum fuisset, Senex juramento prævenit, dicens: Hodie apud nullum manebo, neque ab aliquo quidquam suscipiam; uti ne alterius delectio, alterius tristitia fiat: hæc enim postmodum, si visum fuerit, fieri possunt.

XXXVI. Et cum hæc dixisset Senex, Petrus ait ad primarium civitatis: Quoniam nostri præ-

D sentia, bonam voluntatem tuam ostendisti; tristem te oportet abscedere: sed accipiemus abs te gratiam pro gratia; domum tuam nobis ostende, & præpara eam, ut crastino disputatio quæ futura est, ibi habeatur; & si qui volunt adesse ad audiendum, permittantur. Quæ cum audisset primus civitatis, valde gavisus est; sed & omnis populus libenter audivit. Cumque discessissent turbæ, domum suam ostendit: discedere autem & Senex cœpit. Ego tamen uni ex pedissequis meis imperavi, clam subsequi vestigium Senis, & discere ubi maneret. Nos autem cum redissemus ad hospitium, enarravimus omnia fratribus, quæ nobis cum Sene habita sunt; & ita ex more cibo sum-

E to requievimus.

XXXVII. Die autem postera Petrus mature surgens, suscitavit nos; & perreximus pariter ad locum secretum, in quo & pridie orationis caussa fueramus: atque inde post orationem, dum venerimus ad constitutam domum, in itinere monebat nos, dicens: Audite me, conservi dilectissimi: bonum est, ut unusquisqae vestrum, secundum quod potest, prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ; & ideo non vos pigeat secundum sapientiam, quæ vobis per Dei providentiam collata est, differentes, instruere ignaros & docere; ita tamen, ut his quæ a me audistis, & tradita sunt vobis, vestri tantum sermonis eloquentiam societis. Nec aliquid proprium, & quod vobis


non eſt traditum, proloquamini; etiam ſi vobis verisimile videatur: ſed ea, ut dixi, quæ ipſe a vero Propheta ſuſcepta vobis tradidi, proſequamini; etiam ſi minus plenæ adſertionis eſſe videbuntur. Hinc enim ſæpe contingit declinare quoſdam a veritate, dum ſpeciem ſibi verioris & validioris veritatis, propriis cogitationibus reperiſſe ſe credunt.

XXXVIII. His a Petro dictis, libenter annuimus, dicentes ei, nihil nos acturos, niſi quod ipſi videretur. Tum ille: Ut ergo, inquit, ſine periculo exerceamini; me coram diſputate ſinguli, ita ut unus alii ſuccedat, ac ſuas unuſquiſque explicet quæſtiones. Nunc ergo quoniam heſterno die Niceta ſufficienter diſſeruit, hodie ſermonem faciat Aquila, & poſt Aquilam Clemens; inde ego, ſi tamen etiam me res popoſcerit aliquid addere. Interea dum hujuſmodi ſermones cædimus, ad domum ventum eſt; in qua ſuſcipiens nos paterfamilias, introducit ad locum quemdam, in ſimilitudinem theatri collectum, & pulcre exædificatum, in quo turbas plurimas ex tempore noctis opperientes nos reperimus; inter quos & Senex qui pridie nobiſcum diſputaverat. Itaque medium habentes Petrum, ingredimur etiam nos, circumſpicientes ſicubi cerneremus Senem: quem prior Petrus videns in medio turbæ latitantem, evocavit ad ſe, dicens: Clariorem multis animam poſſidens, cur in occulto lates, & verecundia contegeris? accede huc magis, & quæ tibi videntur, exſequere.

XXXIX. Ubi hæc dixit Petrus, ſtatim turbæ locum dare cœperunt Seni. Cumque acceſſiſſet, ita cœpit: Eorum quæ die heſterno proſecutus eſt juvenis, etiamſi verba non memini, ſenſum tamen & ordinem teneo: & ideo neceſſarium puto propter eos qui heſterno non adfuerunt, anacephalæoſin facere eorum quæ dicta ſunt, & breviter cuncta repetere; ut etiam ſi me aliquid effugerit, ab eo qui proſecutus eſt præſente commoneat. Hic ergo fuit heſternæ diſputationis ſenſus: quod omnia quæ videntur, quoniam certa menſura & arte, formaque ac ſpecie conſtant, ſine dubio a ſapiente virtute facta eſſe; ut rationis ipſius providentia mundus regatur, etiamſi nobis ea quæ geruntur in mundo, minus recte geri videantur. Conſequitur autem, ut ſi creator omnium Deus eſt ac mens, ſit etiam juſtus: quod ſi juſtus eſt, neceſſario judicat: ſi judicat, neceſſe eſt, ut homines de ſuis actibus judicentur: & ſi de actibus ſuis unuſquiſque judicatur; erit ergo inter juſtos & peccatores juſtum quandoque diſcrimen. Hæc fuit, ut opinor, totius verbi continentia.

XL. Si ergo oſtendi poteſt, quod mens ac ratio cuncta condiderit, conſequens eſt, & ea quæ ſequuntur, ratione & providentia geri. Si vero Natura imprudens & cæca gignit univerſa; perimitur ſine dubio judicii ratio, nec diſcuſſio peccatorum ac benefactorum remuneratio ſperabitur, ubi judex non eſt. Quia ergo omnia in hoc pendent, & huic capiti adhærent, non indignemini, ſi forte paullo latius diſcuti hæc & pertractari voluero. In hoc enim mihi ad omnia quæ proponuntur, velut prima janua clauditur: & ideo hanc mihi ante omnia aperiri volo. Nunc ergo audite quæ doceo, & reſpondeat mihi ſi quis veſtrum volet: non enim erubeſcam diſcere, ſi audiero quod verum eſt; & recte dicenti acquieſcere. Igitur heſterno a te habitus ſermo, qui adſerebat quod arte & menſura & ratione cuncta conſtarent; non valde me ſuadet, mentem rationemque eſſe quæ fecerit mundum: multa enim habeo, quæ oſtendam competenti menſura ac forma & ſpecie conſtare, nec tamen per mentem condita ac rationem. Tum præterea video multa incondite, inconſequenter, injuſte geri in mundo: & ſine Geneſis curſu nihil fieri poſſe; quod poſt omnia etiam ex me ipſo manifeſtiſſime adprobabo.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.




XLI. Hæc cum Senex diceret, Aquila reſpondit: Quoniam ipſe propoſuiſti, ut ad ea quæ diceres, haberet copiam reſpondendi qui velit; concedit mihi frater meus Niceta, hodie facere ſermonem. Et Senex: Proſequere, ait, fili, ut vis. Et Aquila reſpondit: Promiſiſti quod oſtenderes multa eſſe in mundo, quæ formam ac ſpeciem æquali ratione collectam gerant, quæ tamen conſtet non effici per conditorem Deum. Nunc ergo quod promiſiſti oſtende. Et Senex: [1] Ecce arcum videmus in cælo, circulum tenere omni menſura collectum, & habere ſpeciem veri, quam fortaſſis nec mens condere, nec deſcribere ratio potuiſſet; nec tamen hic ab aliqua mente fit. Ecce in brevi totum propoſui; reſpondi ad hæc.

XLII. Tum Aquila: Non continuo, inquit, ſi quid ex typo & forma exprimitur, id intelligitur a ratione eſſe, ac ſine mente non fieri poſſe: quoniam typus ipſe qui exprimit figuras ac formas, non ſine mente factus eſt. Verbi cauſſa, cera ſi adfigatur ſculpto annulo, imaginem quidem & figuram ſumit ex annulo, qui ſine dubio ſenſu caret: ſed annulus qui exprimit effigiem, manu artificis ſculptus eſt; & mens fuit ac ratio, quæ typum annulo dedit. Ita ergo & arcus exprimitur in aere: ſol enim nubibus rareſcentibus radios ſuos imprimens, & humori nubilo velut ceræ molli adfigens orbis ſui typum, arcus ſpeciem reddit; & efficit hoc ipſa, ut dixi, repercuſſio ſplendoris ſolis in nubibus, atque ex illis fulgorem circuli ejus reddens. Fit autem hoc non ſemper, ſed cum opportunitatem ſui, humectæ nubes rareſcendo præſtiterint. Unde & rurſus cum denſantur nubes & coeunt; arcus forma reſolvitur & exoleſcit: denique numquam ſine ſole & nubibus, arcus apparet; ſicut nec ſine typo & cera vel alia hujuſmodi materia, exprimitur imago. Non ergo mirum eſt, ſi conditor Deus ex initio fecit typos, ex quibus nunc formæ exprimantur ac ſpecies. Simile autem hoc & illi, quod ab initio Deus elementa inſenſibilia creavit, quibus ad reliqua omnia formanda & explicanda uteretur. Sed & qui ſtatuas formant, typum prius luti vel ceræ fingunt; & ex ipſo redditur ſtatuæ effigies: tum deinde & umbra redditur ex ſtatua; quæ umbra per omnia formam ac ſimilitudinem ſtatuæ gerit. Quid ergo dicemus, inſenſibilem ſtatuam formare umbram, tam diligenti, quam ipſa ſtatua eſt, ratione collectam? an illi ſine dubio adſcribetur umbræ collectio, qui & ſtatuam finxit?

1. *Ecce arcum videmus in cælo, &c.*] Græca ſi mavis, & cur non mavelis? dabit idem Cæſarius Interrogatione 113. *ἰδὲ τὴν ἴριν ὁρωμένην ἀκριβῆ περιφέρειαν ἔχουσαν, καὶ πάντοθεν ἴσην, ὅμως ἀληθῶς οὐδὲ νοῦς περιγράψαι δύναται· καὶ ὅμως ὁρῶμεν ὑπ' οὐδενὸς αὐτὴν γινομένην, ἀλλ' αὐτομάτως συνισταμένην.* Ad caput autem ſequens legito Reſponſionem ejuſdem Quæſtionis, & ſequentem Quæſtionem 114.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



XLIII. Si ergo tibi videtur hoc ita se habere, A & sufficit quod de hoc dictum est; ad alia inquirenda veniamus: aut si aliquid adhuc deesse putas, repetamus. Et Senex ait: Volo ut repetas de hoc: sunt enim & alia multa quæ similiter fieri video: nam & fructus arborum simili modo pulcre formati, & in rotundum mire collecti nascuntur; & foliorum species ingenti decore formatur, atque exquisita arte viridis membrana contexitur: tum præterea pulices, mures, lacertas, & his similia: numquid & hæc dicemus a Deo fieri? Unde ex his vilioribus, conjectura capitur meliorum; quod nequaquam mentis arte formentur. Bene, inquit Aquila, de foliorum textura, & de parvis animalibus colligis, quod ex his fi- B des etiam melioribus deroganda sit: sed non te ista decipiant, ut putes quasi duabus solis manibus operantem Deum, non posse universa complere quæ fiunt; sed memento quo modo hesterno tibi frater meus Niceta respondit, & mysterium ante tempus aperuit, vere quasi cum patre loquens; & cur & quo modo fiant hæc, quæ inutilia videntur, exposuit.

XLIV. Et Senex: Cur ista inutilia voluntate illius summæ mentis fiant, velim a te audire. Si, inquit, liquido apud te constat, quod mentis & rationis opus in ipsis est; tum demum tibi etiam cur facta sunt, dicere non pigebit, & quod C juste facta sint edocere. Ad hæc Senex respondit: Non possum, fili, ea quæ videntur ex arte formata, dicere per mentem fieri, propter cetera quæ injuste & inordinate fieri videmus in mundo. Si te, inquit Aquila, ea quæ inordinate fiunt, dicere quod per providentiam Dei facta sint, non sinunt; cur non ea quæ ordinate fiunt, dicere te quod a Deo facta sint, cogunt, & quia irrationabilis natura opus rationabile proferre non possit? Certum est enim, nec omnino negamus, quia in hoc mundo quædam ordinate, quædam inordinate fiant: ea ergo quæ rationabiliter fiunt, crede quod per Providentiam fiant; quæ vero irrationabiliter & inordinate, D quia naturaliter eveniant & fortuito accidant. Miror autem non advertere homines; quia ubi sensus est, possunt res ordinate fieri & inordinate; ubi autem nullus est sensus, neutrum omnino effici: nam ratio ordinem facit; ordinis autem cursus, si contrarium quid acciderit quod ordinem turbet, necessario inordinatum aliquid profert. Et Senex: Hoc ipsum mihi a te ostendi volo.

XLV. Non, inquit, morabor, Aquila. Duo visibilia signa monstrantur in cælo; unum solis, aliud lunæ: hæc sequuntur & aliæ quinque stellæ, diversos & proprios singulæ explicantes cur- E sus. Hæc ergo Deus posuit in cælo, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensetur, & ordo vicissitudinum permutationumque servetur. Horum autem ipsorum ministerio, & si quando pro peccatis hominum plaga & corruptio terris injicitur; perturbatur aer, lues animantibus, corruptio frugibus, pestilens per omnia mortalibus annus inducitur: & ita fit, ut uno eodemque ministerio, & servetur ordo & corrumpatur. Etenim palam est incredulis & imperitis, quod cursus solis utilis & necessarius mundo, per Providentiam datus, semper ordinatus habeatur: lunæ vero, ad comparationem cursus solis, in augmentis & detrimentis suis, apud imperitos, inordinati cursus videntur & incompositi. Nam sol certis distinctionibus & ordinatis movetur: ex ipso enim sunt horæ; ex ipso dies, cum ascenderit; ex ipso etiam nox, cum occiderit; ex ipso menses & anni numerantur; ex ipso vicissitudines temporum fiunt, dum ad superiora conscendens, ver temperat: ubi autem ad summum cæli venerit, æstivos accendit calores: decidens rursus, autumni temperiem reddit: ubi vero ad inferiorem redierit circulum, & glaciali compage cæli, rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit.

XLVI. Sed de his alias latius differemus; interim, cum sit iste minister bonus, ad vicissitudines temporum moderandas; tamen ubi secundum voluntatem Dei, correptio mortalibus datur, incandescit acrius, & urit mundum vehementioribus flammis. Similiter autem & lunæ cursus; atque hæc quæ imperitis videtur inordinata permutatio; incrementis frugum, & pecudum, omniumque animantium commoda est: augmentis enim ejus detrimentisque, mira quadam Providentiæ arte, omne quod gignitur, alitur & crescit: de quibus latius prosequi possemus, & aperire de singulis rationem, nisi nos propositæ quæstionis ordo revocaret. His tamen ipsis eisdemque ministeriis, quibus gignuntur, aluntur, augentur universa; cum fuerit, justa aliqua ex caussa, ordinis instituti mutata temperies; corruptio oritur & intemperantia; ut in homines, sicut supra diximus, castigatio, Dei voluntate procedat.

XLVII. Sed fortasse dices: Quid, quod in ista communi castigatione similia impii patiuntur & pii? Verum est, etiam nos fatemur: sed piis castigatio ad profectum cedit; ut in præsenti vita adflicti, purgatiores veniant ad futuram, in qua perpetua eis requies præparata est: simul autem ut & impii aliquantulum ex ipsorum castigatione proficiant: aut justa in eos feratur judicii futuri sententia; cum in eisdem castigationibus, justi quidem gratias egerint Deo, injusti autem blasphemaverint. Igitur cum in duas partes rerum dividatur opinio, quod alia per ordinem, alia contra ordinem fiant; ex his quidem quæ secundum ordinem fiunt, oportuit credi esse Providentiam; de his vero quæ contra ordinem geruntur, caussas requirere ab his, qui eas per doctrinam propheticam didicere: quibus enim innotescere potuit sermo propheticus; sciunt quando & ob quam caussam ærugo, grando, pestilentia, & horum similia per singulas quasque generationes exorta sint, & ex quibus peccatis hæc ad vindictam data sint, unde humano generi caussa tristitiæ, unde gemitus ac dolores acciderint; unde etiam tremoris languor advenerit, & quod hæc [a] ab initio fuerit vindicta parricidii.

XLVIII. Nam ab origine mundi, nihil horum fuit; sed ex impietate hominum, initium mala ista sumsere; & inde semper crescentibus iniquitatibus, & malorum numerus crevit. Sed idcirco divina providentia judicium erga omnes statuit; quia præsens sæculum non erat tale, in quo unusquisque posset pro meritis dispensari. Non ergo ex his, quæ pro peccatis hominum mundo acciderunt, malis, illa contemplanda sunt, quæ ab initio, cum nullæ malæ caussæ exsisterent, bene & ordinate instituta sunt. Denique ad indicium eorum quæ ab initio fuere, inveniuntur nonnullæ

[a] Gen. IV. 13. in LXX.

gentes alienæ ab hujuſmodi malis. Nam [1] Seres, quia caſte vivunt, expertes habentur horum omnium; quia neque poſt conceptum adiri ultra apud eos feminam fas eſt, neque cum purgatur; carnibus ibi immundis nemo veſcitur; ſacrificia nemo novit; ſecundum juſtitiam omnes ſibi ipſis judices fiunt. Idcirco igitur neque caſtigantur iſtis plagis, quas ſupra diximus; & plurimum temporis in vita durantes, abſque ægritudine finiunt vitam. Nos autem miſeri, velut [a] cum ſerpentibus peſſimis habitantes; cum hominibus dico iniquis; perferimus neceſſario cum ipſis adflictionum plagas in hoc mundo, ſed ſpem gerimus ex conſolatione futurorum bonorum.

XLIX. Si propter iniquitates, inquit Senex, aliorum, cruciantur etiam juſti; oportuit Deum, tamquam proviſorem, jubere hominibus, ut non facerent ea ex quibus neceſſe eſſet cum injuſtis adfligi etiam juſtos; aut facerent emendationem aliquam; aut purificationem mundo adhiberent. Juſſit, inquit Aquila, Deus hæc; & dedit præcepta per Prophetas, quo modo homines vivere deberent: ſed & hæc contemſerunt, immo vero & eos, ſi qui forte obſervare cupiebant, diverſis injuriis adflixerunt; donec etiam ipſos a propoſita obſervatione dejicerent, & ad incredulitatis inhilominus verterent turbam, ſibique ſimiles efficerent.

L. Propterea denique ab initio cum fuiſſet omnis terra maculata peccatis, Deus diluvium mundo induxit; quod vos ſub Deucalione factum dicitis: & tunc unum quemdam juſtum cum filiis ſuis in arca reſervavit, & cum eo omnium ſeminum omniumque animantium genus. Et tamen etiam qui ex ipſis nati ſunt, tempore intercedente, rurſus ſimilia prioribus agunt: oblivioni enim, quæ acciderant, data ſunt; ita ut poſteri ne hoc ipſum quidem crederent, quod diluvium factum eſt. Unde & ſtatuit Deus, in præſenti ſæculo ultra non fieri diluvium: alioqui ſecundum rationem peccatorum, neceſſe erat etiam per ſingulas generationes hoc fieri, infidelitatis gratia: ſed magis indulſit per ſingulas gentes, Angelos quoſdam agere principatum, qui malis gaudent; quibus tamen ea conditione poteſtas adverſum unumquemque mortalium data eſt, ſi prius ſe ipſe quis peccando eis feciſſet obnoxium; donec adveniret ille qui bonis gaudet, & compleretur per ipſum numerus juſtorum; & per omnem mundum creſcente multitudine piorum, aliqua ex parte reprimeretur impietas, & innoteſceret omnibus, quia omne quod bonum eſt, a Deo ſit.

LI. Ex arbitrii autem libertate unuſquiſque hominum, dum incredulus eſt de futuris, per malos actus incurrit in mala. Et hæc ſunt, quæ videntur in mundo contra ordinem geri; quibus cauſſas, ut eſſent, infidelitas dedit. Miranda igitur per omnia eſt divinæ providentiæ diſpenſatio; quæ his qui initio fuerint, bonam quidem viam vitæ incedentibus, bonis incorruptibilibus dedit perfrui: ubi vero peccaverunt; & unicuique bono, quaſi quodam conjugii fœdere, ex parte peccati ſocia- A tum eſt malum: quoniam quidem humano ſanguine terra polluta eſt; & aræ dæmonibus ſuccenſæ; aerem quoque ipſum inceſto ſacrificiorum fumo temerarunt: & ita demum corrupta prius elementa, hominibus corruptelæ vitium, velut radices ramis ac fructibus tradiderunt.


LII. Vide ergo in hoc, ut dixi, quam juſte vitiatis rebus providentia divina ſuccurrit: ut quoniam bonis Dei, mala quæ ex peccato originem ſumſerant, ſociata ſunt; duabus his partibus, duos principes poneret; & ei qui bonis gaudet, bonorum ordinem, qui ad fidem providentiæ ſuæ, credentes adduceret, ſtatuit; ei vero qui malis gau- B det, ea quæ contra ordinem & inutiliter geruntur, ex quibus ſine dubio etiam Providentiæ fides in dubium veniat: & habita eſt per hoc a juſto Deo juſta diviſio. Hinc ergo eſt, quod cum ordinatus aſtrorum curſus, fidem faciat manu artificis conditum mundum; rurſum conturbatio aeris, aura peſtilens, fulminum vagi ignes, Providentiæ opus refellant. Habent enim, ut diximus, ſingula quæque bona, contraria & conjuncta ſibi mala: ut fecundis imbribus, grando inimica eſt; ut rori placido, rubiginis eſt ſociata corruptio; ut ventis lenibus, procellarum turbines juncti ſunt; fructuoſis arboribus, infructuoſæ; herbis utilibus, noxiæ; animalibus mitibus, fera & per- C niciosa connexa ſunt. Hæc autem omnia poſita ſunt a Deo, pro eo quod hominibus voluntas arbitrii a bonorum propoſito diſceſſit & declinavit ad mala.

LIII. Igitur in omnibus mundi rebus habetur iſta diviſio: & ſicut ſunt pii, ita & impii; ut ſunt Prophetæ, ita & falſi Prophetæ: ſed & apud Gentiles ſunt philoſophi, ſunt & falſi philoſophi: Judæorum quoque circumciſionem Arabicæ gentes, aliæque plurimæ ad miniſterium ſuæ impietatis imitatæ ſunt. Sic & divino cultui eſt contrarius dæmonum cultus, & baptiſmo baptiſmus, & legi leges, & Apoſtolis Pſeudo-Apoſtoli, & do- D ctoribus falſi doctores. Et inde eſt unde apud philoſophos, alii aſſerunt Providentiam, alii negant; alii unum Deum, alii plures defendunt. Uſque ad hoc res denique acceſſit, ut cum verbo Dei fugentur dæmones, per quod eſſe Providentia declaratur; invenerit ars magica, ad infidelitatem confirmandam, quo modo etiam hoc ex contrariis imitetur. Sic ſerpentum venena mitigare carminibus, inventum; & verbo ac poteſtati Dei contrarias inducere ſanitates. Angelis quoque Dei contraria reperit ars magica miniſteria; animarum ſuſcitationes contra hæc, & figmenta dæmonum ponens. Et ne multa enumerando, ſermonem lon- E gius traham; nihil omnino eſt quod fidem Providentiæ faciat, & non habeat e contrario aliud ad infidelitatem paratum: & ideo qui ignorant iſtam diviſionem rerum; pro his quæ a ſemet ipſis diſcordant in mundo, non putant eſſe Providentiam. Sed tu, pater, quaſi vir ſapiens, ex iſta diviſione elige partem quæ ordinem ſervat, & fidem Providentiæ facit; & non ſolum ſequaris illam partem, quæ contra ordinem currit, & Providentiæ derogat fidem.

a Ezech. II. 6.

1. *Seres.*] Quos ex lectione Strabonis, Plinii, Melæ, Solini, Luciani, Ammiani Marcellini, Origenis, Euſebii, Cæſarii, Cedreni, Euſtathii, &c. diſcimus celebres exſtitiſſe tum ſalubritate & vitæ diuturnitate ad trecentos annos productæ, tum laudibus lenitatis, quietis, frugalitatis, caſtimoniæ, juſtitiæ, ac pietatis. Quo magis mirandum ſcribi a S. Epiphanio in Expoſitione fidei n. 10. apud Seras, virorum conſuetudinem fuiſſe muliebriter vivere, feminarum vero viriliter. Scilicet attribuit Epiphanius Seribus quod ad Gelos pertinet: de quibus infra lib. 9. cap. 22.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



LIV. Ad hæc Senex respondit: Da mihi viam, fili, qua possim ex duobus istis ordinibus, quorum alter adserit, alter refutat Providentiam, unum aliquem in meis sensibus confirmare. Rectum, inquit Aquila, habenti judicium facile discrimen est: nam & hoc ipsum, quod ais, ordo & inordinatio, ab artifice fieri potest; a natura vero insensibili non potest. Nam verbi gratia, ponamus de excelsa rupe abruptum saxum in præceps ferri, idque illisum solo in multa fragmenta comminui; numquid evenire ullo modo potest, ut in illa multitudine fragmentorum inveniatur unum saltem fragmentum, in quo perfecta aliqua species per omnia habeatur ac forma? Et Senex respondit: Non potest. Quod si adsit, inquit Aquila, signorum artifex, excisum de monte saxum, manu artifici & sensu rationabili formare in quam velit speciem potest. Et Senex: Verum, inquit, istud est. Ergo, ait Aquila, ubi sensus non est rationabilis, nulla species ex integro formari potest; ubi autem sensus est artifex, ibi & forma & informitas esse potest: verbi gratia, si excidat e monte saxum artifex, cui formam velit imponere, necesse est ut id primo informe cædat & barbarum; tum deinde paullatim excudens, & ad libram suæ artis exsculpens, exprimat formam quam mente conceperit. Ita ergo ex informitate vel deformitate, artificis manu pervenitur ad formam; & utrumque ab artifice procedit: simili igitur modo, & ea quæ in mundo geruntur, per artificis providentiam fiunt, etiamsi minus ordinata videatur. Et ideo, quia tibi duæ istæ innotuerunt viæ; earumque accepisti divisiones; fuge infidelitatis viam, ne forte perducat te ad illum principem qui malis gaudet; sequere fidei viam, ut pervenire possis ad regem illum qui bonis hominibus gaudet.

LV. Ad hæc Senex respondit: Cur autem & princeps ille qui malis gaudet, factus est; & unde factus est: aut non est factus? Aquila ait: Alterius temporis est iste tractatus: verum ne expers abeas etiam hujus responsionis, pauca tibi de hoc quoque insinuabo. Præscius omnium Deus, ante constitutionem mundi, sciens quia futuri homines, alii quidem ad bona, alii vero ad contraria declinabunt; eos qui bona eligerent, suo principatui & suæ curæ sociavit, atque hereditatem sibi eos propriam nominavit; eos vero qui ad mala declinarent, [a] Angelis regendos permisit, his qui non per substantiam, sed per propositum cum Deo permanere noluerunt, invidiæ & superbiæ vitio corrupti: dignos ergo dignorum principes fecit; ita tamen eos tradidit, ut non habeant potestatem in eos faciendi quod volunt, nisi statutum sibi ab initio terminum transeant. Hic est autem statutus terminus; ut nisi quis prius fecerit dæmonum voluntatem; dæmones in eo non habeant potestatem.

LVI. Et Senex ait: Magnifice prosecutus es, fili: superest nunc ut dicas, unde est substantia mali: si enim a Deo facta est, fructus malus radicem culpabilem docet; videtur enim & ipsa malæ naturæ: si vero coæterna fuit hæc substantia Deo; quo modo potest quod æqualiter ingenitum & coæternum est, alteri esse subjectum? Non semper fuit, inquit Aquila: sed neque si ex Deo facta est; continuo necesse est, etiam conditorem ejus talem videri, quale est illud quod ab eo factum est. Nam substantias quidem Deus fecit omnium: sed si rationabilis mens quæ a Deo facta est, nequaquam conditoris sui legibus acquiescit, & modum statutæ sibi temperantiæ excedit; quid hoc ad conditorem spectat? [1] vel si aliqua est ratio hac superior, ignoramus: neque enim de singulis ad perfectum scire possumus, & de his præcipue, pro quibus non sumus judicandi, cur ignoremus. Ea vero pro quibus judicandi sumus, facillima sunt ad intelligendum, & pæne uno sermone absolvuntur. Omnis enim propemodum actuum nostrorum in eo colligitur observantia, ut quod ipsi pati nolumus, ne hoc aliis inferamus: sicut enim ipse occidi non vis, caveas oportet ne alium occidas; & sicut tuum non vis violari matrimonium, nec tu alterius macules torum.; furtum pati non vis, nec ipse facias: & intra hanc regulam humanorum gestorum singula quæque concurrunt.

LVII. Tum Senex: Ne ægre, inquit, accipias, fili, quod dicturus sum: sermones tui quamvis validi sint, non possunt tamen flectere me, ut credam fieri aliquid posse extra Genesim. Scio enim omnia mihi necessitate Genesis accidisse; & ideo suaderi mihi non potest, quia vel bene vel male agere in nostra potestate sit: & si actus nostros in potestate non habemus, non potest credi futurum esse judicium; per quod vel malis pœnæ, vel bonis præmia tribuantur. Denique quoniam te imbutum video in hujuscemodi disciplinis, pauca tibi ex ipsa arte proferam. Si, inquit Aquila, ex ipsa disciplina adstruere aliquid cupis; frater meus Clemens tibi diligentius respondebit, qui plenius scientiam Mathesis adtigit: ego enim aliis viis adserere possum, quod actus nostri in nostra sint positi potestate: ista autem quæ non didici, præsumere non debeo.

LVIII. Cum hæc Aquila dixisset, ego Clemens, Crastino, inquam, dices pater, ut voles, & audiemus libenter: nam & te puto grate habiturum, quod cum his tibi erit sermo, qui expertes non sunt ejus quam protuleris disciplinæ. Cum ergo placuisset inter me & Senem, ut sequenti die disputatio nobis de ratione Genesis haberetur; utrum omnia ex ea fierent; an esset aliquid in nobis, quod non Genesis, sed animi judicium gereret: Petrus surrexit, & sermonem facere hoc modo cœpit: Mirum mihi admodum est, quod res quæ facile inveniri possunt, homines exquisitis cogitationibus ac verbis, difficiles faciunt; & hi maxime qui videntur sibi sapientes; quique volentes Dei voluntatem comprehendere, quasi homine utuntur Deo, immo & si quid minus: nam hominis consilium vel sensum scire nemo potest, nisi ipse prodat qui cogitaverit; sed neque artem quis discere potest, nisi multo tempore a magistro fuerit imbutus: quanto magis invisibilis & incomprehensibilis Dei, neque sensum, neque opus scire quis potest, nisi ipse mittat Prophetam, qui enarret consilium suum, & viam conditionis exponat, in quantum discere hominibus fas est? Unde ridiculum puto, cum naturalibus viis de vir-

a Leg. Deut. XXXII. 8. in LXX.

1. *Vel si aliqua est ratio hac superior.*] Vide nos infra ad Clementinorum Hom. 19. num. 12.

tute Dei homines judicant; & putant hoc quidem ei esse possibile, illud vero impossibile; aut hoc majus, illud minus, ignari omnium: [1] qui cum sint homines injusti, judicant Deum justum; artificem, imperiti; incorruptibilem, corrupti; factura factorem.

LIX. Et nolo putetis, quia hæc dicens, judicandi de rebus perimo facultatem; sed consilium do ne per devia quis incedens, sine fine incurrat errores. Et ideo non solum sapientibus, sed & omnibus hominibus qui desiderium gerunt agnoscendi quod sibi expedit, suadeo, ut requirant verum Prophetam: quia ipse solus est, qui novit omnia, & scit quid & quo modo unusquisque quærat. Inest enim intra uniuscujusque nostrum mentem: sed in illis quidem, qui desiderium Dei agnitionis, & justitiæ ejus nullum gerunt, otiatur; in his vero qui quod animæ suæ expedit quærunt, operatur, & scientiæ lumen accendit. Propter quod primo omnium hunc requirite; quem si non inveneritis, ab alio vos agnituros aliquid non speretis. Invenitur autem cito ab his qui veritatis amore perquirunt, & quorum anima præoccupata non tenetur in malitia. Adest enim his qui cum in innocentia spiritus sui desiderant; qui per patientiam sustinent; & suspiria de profundo cordis, veritatis amore producunt: [a] fugit autem malevolas mentes; quia, ut Propheta, cognoscit cogitationes uniuscujusque. Et ideo nemo putet eum per prudentiam suam invenire posse; nisi, ut supra diximus, mentem suam omni nequitia vacuam effecerit, atque agnitionis ejus desiderium purum & fidele conceperit. Ubi enim talem se quis præparaverit; ipse, ut Propheta, videns præparatam mentem, sponte se adhibet ad agnoscendum.

LX. Si quis igitur vult omnia discere, non per singula discutiens; neque enim poterit, cum sit mortalis, Dei investigare consilium, & ipsam immensitatem perscrutari; sed si discere, ut diximus, omnia desiderat, verum Prophetam requirat. Quem cum invenerit; non quæstionibus & disputationibus, neque argumentis cum eo agat; sed si quid responderit, si quid pronuntiaverit, hoc certum esse non potest dubitari. Et ideo quæratur verus Propheta ante omnia, & ejus verba teneantur: in quibus illud tantummodo discutiendum unicuique est, ut satisfaciat sibi, si vere prophetica ejus verba sunt; id est, si indubitatam fidem continent futurorum; si tempora definita consignant; si rerum ordinem servant; si non quæ prima sunt, novissima, & quæ in novissimis gesta sunt, prima narrarunt; si nihil verfutum, nihil magica arte ad decipiendum compositum continent: aut si non quæ aliis revelata sunt, ad se transtulerit, admistis mendaciis. Et cum his omnibus recto judicio discussis, verba constiterit esse prophetica; ita demum credi eis de omnibus quibus dixerint & responderint debet.

LXI. Etenim consideremus diligentius opus divinæ providentiæ. Nam quod Philosophi introduxerunt verba subtilia quædam & difficilia; ita ut ne ipsa quidem vocabula sermonum nota esse omnibus possent & intelligibilia: Deus eos qui sibi artifices verborum videbantur, per omnia imperitos esse erga agnitionem veritas ostendit. Simplex enim est & manifesta ac brevis rerum scientia, quæ per verum Prophetam traditur; quam isti per devia incedentes & scrupeas verborum difficultates, tota ignoraverunt via. Igitur verecundis & simplicibus mentibus, cum viderint fieri quæ prædicta sunt, satis abundeque sufficit, ut de certissima præscientia certissimam scientiam capiant, & de cetero requiescant, evidenti agnitione veritatis adsumta; cetera omnia æstimatione tractantur, in quibus firmum nihil esse potest. Quis enim sermo est, qui non recipiat contradictionem? & quæ argumentatio est, quæ non possit alia argumentatione subverti? Et inde est quod ad nullum finem scientiæ & agnitionis per hujusmodi disputationem pervenire homines possunt; priusque finem vitæ inveniunt, quam quæstionum.

LXII. Et ideo cum in his omnia habeantur incerta, ad verum Prophetam veniendum est: quem Deus Pater, volens ab omnibus diligi; hæc quæ homines induxerunt, in quibus nihil potest adprehendi, voluit penitus exstinguere; ut eo magis iste quæreretur; & quem illi obcluserant, hic hominibus viam veritatis aperiret. Per hunc enim Deus etiam mundum fecit; & ab ipso mundus repletur; unde & quærentibus se adest ubique, etiamsi in ultimis terræ finibus quæratur. Si vero non pure eum quis, nec sancte, neque fideliter quærat; intra ipsum quidem est; quia ubique est, & intra sensus omnium invenitur: sed, ut supra diximus, infidelibus dormit, & absens habetur his a quibus esse non creditur. Cumque hæc & alia hujusmodi Petrus de vero Propheta prosecutus esset, turbas dimisit: Senem vero cum rogasset plurimum, permanere nobiscum, obtinere non potuit; sed & ipse discessit, alia die, sicut placuerat, rediturus. Et post hæc nos una cum Petro ingressi hospitium, cibo & quiete solito utimur.

[a] Sap. I. 4.

1. *Qui cum sint homines injusti, judicant Deum justum: artificem, imperiti.*] Huc pertinet illud Tertullianeum, *Quanto magis hos Anacharsis denotasset, imprudentes de prudentibus judicantes, quam immusicos de musicis.* Apologetici cap. 1. ex dicto ejus Scythæ apud Laertium: θαυμάζειν δὲ ἔφη πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται. Et apud Plutarchum in Solone: ἔφη δὲ [illegible] θαυμάζειν ὁ Ἀνάχαρσις, ἐκκλησίᾳ παραγενόμενος, ὅτι λέγουσι μὲν οἱ σοφοὶ παρ' Ἕλλησι, κρίνουσι δὲ οἱ ἀμαθεῖς. Recte Julius Firmicus lib. 1. cap. 2. *Injusti sunt enim semper (sicut novimus) judices, qui de incognitis sibi pronuntiant rebus. Non habent etiam judicandi auctoritatem, qui ad statuendum aliquid imperita licentia temeritatis ducuntur.*

RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS.

LIBER NONUS.

I. SEQUENTI die, Petrus una nobiscum mature ad locum, in quo pridie habita fuerat disputatio, properavit; atque ibi cum plurimas jam ad audiendum convenisse turbas, & Senem cum eis videret, ait ad eum: Hesterno die, o Senex, cum Clemente placuerat ut hodie sermo fieret; & aut tu ostenderes nihil extra Genesim fieri, aut Clemens doceret Genesim non esse. Ad hæc Senex respondit: Et quid placuerit memini; & tua verba teneo, quæ post pactiones locutus es; quibus docuisti, impossibile esse homini scire aliquid, nisi a vero Propheta didicerit. Et Petrus: Nescis, inquit, quo modo dixerim; sed nunc te ego commonebo: de voluntate dixi, & consilio Dei; quam habuit priusquam mundus esset; & quo consilio fecerit mundum, tempora statuerit, legem dederit; justis ad bonorum remunerationem futurum sæculum promiserit, injustis pœnas ex judicii sententia statuerit: hoc ego dixi consilium, & hanc voluntatem Dei, ab hominibus inveniri non posse: quia nemo hominum potest sensum Dei, conjecturis & æstimatione colligere, nisi Propheta ab eo missus enuntiet. Non ergo de quibuscumque disciplinis aut studiis dixi, quia inveniri sine Propheta aut sciri non possint: quippe qui sciam & artificia & disciplinas sciri & exerceri ab hominibus; quas non a vero Propheta, sed a magistris hominibus didicerint.

II. Quoniam ergo te professus es gnarum esse positionis siderum, & stellarum cursus; ex quibus convinceres Clementem, quod Genesi omnia subjaceant; aut ab ipso disceres, quod per Providentiam reguntur universa, & est etiam aliquid in nobis; hoc expedire vos convenit. Ad hæc Senex respondit: Jam quidem necessarium non erat, hujusmodi movere quæstiones, si possibile esset nobis a vero Propheta discere, & audire definita sententia, quia sit aliquid in nobis & in arbitrii positum libertate: valde enim me sermo tuus movit hesternus, in quo de virtute prophetica disputasti: unde & ego assentio, & confirmo sententiam tuam, quia nihil potest ab homine certum indubitatumque cognosci; cui & exiguum vitæ tempus est, & breve ac tenue spiramen, quo retineri videtur in vita. Verumtamen quoniam priusquam de prophetica virtute aliquid audirem, pollicitus videor Clementi, ut ostenderem, quia omnia subjecta sunt Genesi; aut ab ipso discerem, quia est aliquid & in nobis; præstet mihi ipse in hoc gratiam, ut primus incipiat, & quæ objici possunt proponat & absolvat: ego enim, ex quo paucis a te audivi de virtute Prophetiæ, magnitudinem præscientiæ considerans, obstupui, fateor, nec omnino recipiendum quidquam censeo, quod conjecturis & æstimatione colligitur.

III. Et cum hæc Senex dixisset, ego Clemens dicere ita cœpi: Deus per Filium suum creavit mundum, tamquam duplicem domum, interjectu firmamenti hujus quod cælum appellatur, distinctam; & in superiori quidem Angelicas habitare virtutes, in isto autem visibili mundo nasci hominum multitudinem dedit; ex quibus eligeret amicos Filio suo, cum quibus lætaretur, & qui ei tamquam sponso, ut dilecta sponsa pararentur. Verum usque ad nuptiarum tempus; quod est præsentia sæculi venturi; statuit Virtutem quamdam, quæ ex his qui in hoc mundo nascuntur, eligat & custodiat meliores, ac servet Filio suo, sequestratos in loco quodam mundi, qui extra peccatum est; in quo jam sunt aliquanti, qui ibi velut sponsa, ut dixi, decora, ad sponsi præsentiam præparantur. Nam mundi hujus & præsentis temporis princeps, adultero similis est, qui mentes hominum corrumpit ac violat, & a desiderio veri sponsi seducens illicit ad aliena desideria.

IV. Sed dicet aliquis: Quid ergo necesse erat istum principem fieri, qui a vero principe mentes hominum declinaret? Quoniam Deus, qui, ut dixi, Filio suo amicos voluit præparare, non eos tales esse voluit, qui necessitate naturæ, aliud quid esse non possent; sed qui arbitrio suo & voluntate, boni esse desiderarent: quia nec laudabile est, quod non est desiderabile; nec bonum judicatur, quod non proposito expetitur: nihil enim laudis est id esse, a quo te mutari naturæ necessitas non sinat. Providentia ergo Dei, hominum multitudinem nasci in hoc mundo voluit; ut ex pluribus eligerentur qui justam diligerent vitam. Et quia præsentem mundum prævidit non aliter posse, nisi diversitate & inæqualitate constare; secundum præsentium rerum diversitates, unicuique menti libertatem motuum dedit; & hunc principem posuit, quo ea quæ contraria videntur agitante, electio meliorum, virtutis opere constaret.

V. Sed ut planius fiat quod dicimus, per singula exponemus. Numquid omnes, verbi gratia, oportebat esse in hoc mundo reges, aut principes, aut dominos, aut pædagogos, aut legisperitos, aut Geometras, aut aurifices, aut pistores, aut fabros, aut Grammaticos, aut divites, aut agricolas, aut olitores, aut piscatores, aut pauperes? Hæc certum est, quia omnes esse non poterant. Omnia tamen hæc officia, & multo plura præsens vita hominum requirit, & sine his transigi non potest: est ergo necessaria in hoc mundo inæqualitas. Non enim potest esse rex, nisi habeat quos regat, & quibus imperet: neque potest esse dominus, nisi habeat cui dominetur: & cetera similiter.

VI. Sciens ergo Conditor a nullo sponte veniri ad agonem, dum refugitur labor, hoc est, ad exercendas artes istas quas supra diximus, per quas vel justitia uniuscujusque, vel misericordia mani-

feſtari poteſt, corpus homini fecit, quod famem & ſitim & frigus reciperet; ut reficiendi corporis cauſſa compulſi homines, ad omnes quas ſupra expoſuimus, artes, victus neceſſitate deſcenderent. Cibi enim & potus atque indumenti gratia, ſingulas quaſque artes expetere edocemur. Et heic jam uniuſcujuſque mentis propoſitum declaratur; utrum neceſſitatem famis & ſitis & frigoris, per furta & homicidia ac perjuria ſarciat, perque alia hujuſmodi ſcelera; an juſtitiam, miſericordiam, continentiamque cuſtodiens, artis ſtudio & manuum labore, imminentis neceſſitatis expleat miniſterium. Si enim cum juſtitia & pietate ac miſericordia neceſſitatem corporis tranſigat; velut propoſiti agonis victor, amicus Filii Dei, & electus abſcedit. Si vero per fraudes, per iniquitates & ſcelera, concupiſcentiis deſervit corporalibus; principis hujus mundi atque omnium dæmonum amicus efficitur: a quibus etiam hoc edocetur, ut ſtellarum curſibus, malorum ſuorum adſcribat errores; quos non niſi propoſito ac voluntate delegit. Etenim artes cogente, ut diximus, cibi ac potus voluptate diſcuntur & exercentur: quæ voluptas, cum acceſſerit unicuique veritatis agnitio, infirmior efficitur, ſuccedente parſimonia: quantus enim ſumtus eſt, aqua & pane utentibus, & hunc a Deo ſperantibus?

VII. Eſt ergo, ut diximus, neceſſaria quædam in diſpenſatione mundi inæqualitas; dum omnes quidem homines non omnia poſſunt ſcire, vel implere artificia; uſu tamen & miniſterio omnium, pæne omnes indigent: & ob hoc neceſſe eſt alium operari, alium operanti præbere mercedem; alium ſervire, alium dominari; alium regi, alium regere. Sed hanc inæqualitatem quæ mortalium vitam neceſſario ſubſecuta eſt, divina providentia in occaſionem juſtitiæ, miſericordiæ humanitatiſque convertit; ut dum hæc inter homines aguntur, ſit unicuique cauſſa juſte agendi cum eo, cui merces operis exſolvenda eſt, & faciendi miſericordiam cum eo, qui debilitate fortaſſis aut penuria intercedente debitum ſolvere non poteſt; ſed & humane agendi cum his qui conditioni videntur obnoxii; manſuetudinem quoque conſervandi erga ſubjectos; & omnia prorſus gerendi ſecundum legem Dei: dedit enim legem, juvans per hoc humanas mentes; ut facilius erga unumquodque qualiter agi deberet, adverterent, qua via effugerent malum, & qua ad futura tenderent bona; & ut in aqua regenerati, per opera bona ignem vetuſtæ nativitatis exſtinguerent. Prima enim noſtra nativitas, per ignem concupiſcentiæ deſcendit: & ideo diſpenſatione divina, ſecunda hæc per aquam introducitur, quæ reſtinguat ignis naturam; [1] & cæleſti ſpiritu anima illuminata, metum primæ nativitatis abjiciat; ſi tamen ita de reliquo vivat, ut nullas omnino mundi hujus voluptates requirat, ſed ſit [a] tamquam peregrinus & advena, atque alterius civitatis civis.

VIII. Sed fortaſſe dicas, quia in his quidem in quibus naturalis neceſſitas exigit artium operumque miniſterium, poteſt unuſquiſque habere in poteſtate, ſervare juſtitiam, & modum vel deſideriis vel actibus quem velit imponere; quid de ægritudinibus dicemus & infirmitatibus, quæ accidunt hominibus; & quod dæmonibus nonnulli urgentur, & febribus, & frigoribus; nonnulli etiam furore aguntur, & mente excidunt; & omnia illa, quæ innumeris caſibus premunt mortalium genus? Ad hæc dicemus: ſi conſideret quis totius myſterii rationem, hæc illis quæ ſupra expoſuimus, juſtiora eſſe pronuntiabit. Deus enim hominibus naturam dedit, per quam & doceri poſſint de bono, & obſiſtere malo; id eſt, ut & artes poſſint diſcere, & obſiſtere voluptatibus, ac præferre in omnibus legem Dei: & ob hoc Virtutes quaſdam contrarias, oberrare mundum hunc, & obluctari nobiſcum permiſit; propter cauſſas quæ jam ſuperius dictæ ſunt; ut ex earum certamine, oriatur juſtis palma victoriæ, & meritum præmiorum.


IX. Ex iſtis ergo accidit interdum, ut ſi qui incontinenter egerint, & non tam obſiſtere, quam cedere; atque in ſemet ipſis dare eis voluerint locum; noxia earum adſpiratione, generetur intemperata & vitioſa progenies. Dum enim totum libidini indulgetur, & obſervatio nulla coeundi eſt; illorum ſine dubio dæmonum quibus hæc perurgentibus fiunt, vitia & fragilitates ſuſcipit importuna generatio. Et ideo pro hujuſmodi vitiis natorum, obnoxii erunt parentes, qui legem ſervare concubitus noluerunt: licet ſint & aliæ cauſſæ ſecretiores, quibus his malis obnoxiæ efficiuntur animæ; quas nunc proferre temporis non eſt. Tamen oportet unumquemque agnoſcere legem Dei; ut ex ea generandi obſervantiam ſumat, & immunditiæ cauſſas declinet; ut poſſit mundum eſſe quod gignitur. Neque enim fas eſt, ut in plantandis quidem virgultis, vel in ſeminandis frugibus, opportunum tempus quæratur, terra purgetur, atque omnia quæ convenit præparentur, ne forte ſemen jactum lædatur & pereat; & in ſolo homine, qui eſt ſuper hæc omnia, ſerendi obſervatio nulla habeatur, nulla cautela.

X. Sed quid, quod nonnulli, inquit, cum in prima ætate abſque vitio fuerint corporali, proceſſu temporis incurrunt hæc mala; ita ut aliquanti etiam violenter præcipitentur in mortem? Etiam de his vicina, & pæne eadem ratio eſt: illæ enim, quas diximus contrarias humano generi poteſtates, ad uniuſcujuſque cor per multas & diverſas concupiſcentias invitantur quodammodo, & ingrediendi accipiunt locum; eſtque hæc in illis vis & poteſtas, quæ hortetur & incitet tantum, non quæ cogat & perficiat. Si ergo quis acquieſcat eis, ut etiam agat ea quæ male deſiderat; conſenſus ſui & actus mercedem perditionis & peſſimæ mortis inveniet. Si vero futurum judicium cogitans, metu ipſo fuerit repreſſus, & revocaverit ſe, ne actu impleat quod mala cogitatione concepit; effugiet non ſolum perniciem præſentem, ſed & futura ſupplicia. Omnis enim cauſſa peccati, ſimili videtur eſſe ſtuppæ pice oblitæ, quæ ubi calorem ignis acceperit, ſtatim inflammatur: hujus vero ignis incendium opera eſſe dæmonum intelliguntur. Si ergo inveniatur quis, peccatis & concupiſcentiis, tamquam pice oblitus; ignis ei facillime dominatur. Si vero non peccati pice, ſed aqua purificationis & regenerationis infuſa ſit ſtuppa; ignis in ea dæmonum non valebit accendi.

[a] I. Pet. II. 11.

1. *Et cæleſti ſpiritu anima illuminata.*] Forte *ut*, quemadmodum correctum cernitur in MS. Regis, utque habet editio Colonienſis.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
216.



XI. Sed dicet aliquis : Et quid faciemus jam A nos, quos contigit peccatis ficut pice esse oblitos? Respondebo ; nihil aliud nisi ut festinetis ablui ; quo expurgetur a vobis ignis materia, per invocationem sancti nominis ; & de reliquo , futuri judicii metu , concupiscentias refreneris ; atque adversarias potestates , cum forte ad sensus vestros accesserint , tota obstinatione pellatis . Sed dicis : Si in amorem quis inciderit , quo modo se poterit continere , etiamsi ante oculos suos ipsum ignis fluvium , quem Pyriphlegethonta nominant , videat ? Hæc excusatio est eorum , qui converti ad pœnitentiam nolunt . Denique nunc nolo Pyriphlegethonta adducas in medium : hominum tibi propone pœnas ; & vide quantum valeat B metus . Potest ne quisquam , [1] cum pro amoris crimine ad supplicium ducitur , & ad stipitem colligatur urendus ; in illo tempore , ejus quam amavit , vel desiderium capere , vel speciem ante oculos proponere ? Nequaquam , inquies . Vides ergo , quia præsens metus resecat iniqua desideria . Quod si credentes Deo , & futurum judicium pœnamque ignis æterni confitentes, non se continent a peccato ; certum est quod non plena fide credunt : si enim certa sit fides , certus sit & timor : si vero minus aliquid est in fide , relaxatur & metus ; & tunc locum inveniunt introeundi contrariæ potestates ; quarum persuasionibus cum acquieverint, necesse est ut & potestati earum ob- C noxii fiant, & ipsis persuadentibus agantur ad præcipitia peccati.

XII. Igitur Astrologi ignorantes hujusmodi mysteria , putant stellarum cursibus ista contingere : unde & his qui accedunt ad eos , ut de futuris aliquid consulant , respondentes , falluntur in plurimis : nec mirum : non enim sunt prophetæ; sed usu multi temporis , auctores eorum perfugium quoddam , in his quibus decipiebantur inveniunt; & climacteras quosdam introducunt , ut de rebus incertis scientiam fingant . [2] Climacteras enim dicunt , quasi periculi tempus ; in quo interdum perimatur quis , interdum non perimatur : ignoran- D tes quod non stellarum cursus hæc , sed dæmonum gerit operatio ; qui ad Astrologiæ errorem confirmandum deservientes , calculis Mathesis decipiunt homines ad peccandum ; ut cum vel Deo permittente ; vel legibus exigentibus , peccati dederint pœnas , verum dixisse videatur Astrologus. Et tamen falluntur etiam in hoc : si enim cito conversi fuerint ad pœnitentiam, & futuræ pœnæ recordationem conceperint ac metum ; conversis ad Deum per gratiam baptismi , resolvitur pœna mortis .

XIII. Sed dicet quis : Multi & homicidium, & adulterium , & alia scelera commiserunt ; & nihil E mali passi sunt . Hoc quidem raro accidit hominibus ; tamen nescientibus consilium Dei , frequenter videtur accidere : Deus autem qui novit universa , scit quo modo , & quare peccet qui peccat, & quæ unumquemque caussa ducat ad peccatum . Hoc tamen generaliter agnoscendum est ; quod si qui non ita mente , ut actibus mali sunt, nec proposito incitati ad peccandum devolvuntur, his velocior , & magis in præsenti vita redditur pœna; ubique enim & semper Deus, prout competere judicat , unicuique pro actibus suis reddit . Eorum vero qui proposito exercent malitiam , ita ut interdum etiam in eos sæviant , a quibus bona consecuti sunt , & nullam recordationem capiunt ad pœnitentiam ; differt pœnas in futurum : non enim merentur isti , sicut illi de quibus supra diximus , in præsenti vita scelerum suorum finire vindictam : sed permittitur eis præsens tempus implere ut volunt ; quia emendatio eorum non est jam talis , quæ temporalibus indigeat castigationibus, sed quæ æterni ignis in inferno exigat pœnas ; quorum animæ ibi pœnitentiam quærent , ubi invenire non poterunt.

XIV. Quod si in hac vita positi, illas quas ibi patientur pœnas , ante oculos posuissent ; refrenassent utique desideria , & nullo pacto decidissent in peccatum . Multum enim potest sensus in anima , ad resecandas omnes ejus cupiditates; maxime cum cælestium scientiam ceperit ; per quam lumine veritatis accepto, ab omni obscuritate malorum actuum declinabit . Sicut enim sol omnes stellas splendore sui fulgoris obtundit & contegit; ita & mens per scientiæ lucem , omnes concupiscentias animæ , inefficaces reddit & otiosas ; futuri judicii memoriam super eas tamquam radios suos emittens , ita ut ne apparere quidem ultra in anima queant.

XV. Quod autem timor Dei multum valeat ad reprimendas concupiscentias , cape humani timoris exemplum . Quotusquisque est , qui non inter homines concupiscat aliena ? & tamen metu pœnæ quæ legibus statuta est, refrenatur , & continentius agit . Regi , propter metum , gentes subjacent , & armatus paret exercitus . Servi cum sint validiores dominis suis , propter metum tamen imperia perferunt dominorum . Bestiæ ipsæ feræ , metu mitescunt . Tauri validissimi , jugo colla submittunt : & immanes elephanti , magistris obtemperant per timorem . Sed cur humanis utamur exemplis , cum etiam divina non desint ? Nonne terra ipsa , sub præcepti metu permanet ; quod etiam motu sui & tremore testatur ? Mare statutum terminum servat : Angeli pacem custodiunt : stellæ ordinem tenent ; & fluvii meatus : dæmones quoque certum est timore in fugam verti . Et ne per singula sermonem longius producamus , intuere quo modo unumquodque timor Dei continens, cuncta in harmonia propria & ordinis sui compage custodiat . Quanto magis ergo certi esse debetis , quia & dæmonum concupiscentiæ quæ in cordibus vestris oriuntur , admonitione timoris Dei exstingui possunt , & penitus aboleri ; cum etiam ipsi incentores concupiscentiæ , metu sibi dominante diffugiant ? Hæc ita se habere sciens , si quid tibi respondendum videtur , incipe.

XVI. Tum Senex : Sapienter , inquit , filius meus Clemens aptavit prosecutionem suam , ita ut nihil nobis ad hæc dicendum reliquerit : verum omnis ejus sermo quem de natura hominis disseruit , hanc habet continentiam ; quia cum eo quod inest libertas arbitrii , est extrinsecus & aliqua caussa mali ; ex qua per diversas concupiscentias incitantur quidem homines , non tamen co-

1. *Cum pro amoris crimine ad supplicium ducitur , & ad stipitem colligatur urendus .*] Julius Capitolinus de Macrino ; *Adulterii reos semper vivos simul incendit , junctis corporibus .* Nota postea variam lectionem etiam Codicis Regii , *quem* , ad puerorum stuprum spectantem , de quo flammis vindicibus expiando Valentiniani lex exstat in Codice Theodosiano .

2. *Climacteras enim dicunt , quasi periculi tempus .*] Vide quos hac in re citat doctissimus Savaro ad Sidonii Epist. 11. lib. 8. nec non Nili Abbatis Epistolam 258. lib. 2.

guntur ad peccatum: pro eo, inquit, quod multo his validior est timor, qui obsistat & impetus desideriorum refrenet; ut cum naturales motus acciderint, effugatis his qui eos incitant & inflammant dæmonibus, peccatum non possit admitti. Sed me hæc non adducunt ad fidem: conscius enim mihi sum quorumdam, ex quibus bene novi, quia compaginatione stellarum, homines aut homicidæ, aut adulteri fiunt, ceteraque perpetrant mala. Similiter autem & honestæ ac pudicæ feminæ, ut bene agant, inde coguntur.

XVII. * Denique cum Mars centrum tenens, in domo sua ex tetragono respexerit Saturnum, cum Mercurio ad centrum; Luna veniente super eum plena, in Genesi diurna, efficit homicidas, & [1] gladio casuros, sanguinarios, ebriosos, libidinosos, [2] dæmoniosos, secretorum perscrutatores, maleficos, sacrilegos, & si qua sunt his similia; præcipue cum bonarum stellarum nulla respexerit. [3] Sed & ipse rursus Mars ad Venerem schema tetragonum [4] habens, ex parte ad centrum non respiciente aliquo bonorum, adulteros efficit; & sorores, & filias, & matres in conjugium adducit. Venus cum Luna, in finibus & domibus Saturni, cum Saturno si fuerit, [5] adtestante Marte; efficit mulieres quidem viragines; ad agriculturam, ad structuram, & ad omne opus virile promtas; misceri quibuscumque voluerint, & non argui a viris pro adulterio; nulla uti mollitie, non unguentis, non vestibus, non calciamentis muliebribus; sed virorum sorte agentes: viros autem esse ut feminas, nec quidquam virile gerere, Cacodæmon Venus cum Marte si sit in Ariete; efficit e contrario mulieres, si sit in Capræcornu aut Aquario.

* *Cæsarius, Dialogo 2. interrogatione 109.*

Αὐτίκα γὰν Ἄρης κέντρον λαβὼν, οἰκείῳ οἴκῳ ἐκ τετραγώνε ἐπιθεωρῶν Κρόνον, σὺν Ἑρμῇ ἐπὶ κέντρον, Σελήνης ἐπ' αὐτὸν πλήρης ἀρχομένης, (leg. ἐρχομένης) ἐπὶ ἡμερινῆς γεννήσεως, ἐκτελεῖ ἀνδροφόνυς κ) αἱμοπότας, μεθύσυς, λάγνους, δαιμονῶντας, μυστηρίων ἀποκρύφων ἵστορας, μάγυς, θύτας, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλυθα, ἐξαιρέτως μηδενὸς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων

Cum igitur Mars centrum tenens, in domo sua ex tetragono respexerit Saturnum, cum Mercurio ad centrum: Luna veniente super eum plena, in Genesi diurna, efficit homicidas & interfectores, crudeles ac sanguinis avidos, ebriosos, libidinosos, dæmoniosos, absconditorum mysteriorum gnaros, magos, sacrificos, & quæ sunt his similia; præci-

A ἐπιθεωροῦντος. αὐτὸς δὲ πάλιν Ἄρης πρὸς Ἀφροδίτην σχῆμα τετράγωνον, μοιρικῶς ἐπὶ κέντρον μὴ ἐπιθεωροῦντός τινὸς ἀγαθοποιοῦ, μοιχοὺς ἀποτελεῖ, ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μιγνυμένους. Κύπρις σὺν Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ, ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος, ἀποτελεῖ γυναῖκας γεωργοὺς, οἰκοδόμυς, καὶ πάντων ἀνδρείων ἔρ-B γων ἐπιστήμονας, καὶ κοινοῦσθαι καὶ συγκαθεύδειν οἷς δ' ἂν βούλοιντο, καὶ μὴ κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν. ἀνδρείους οὖν ἀποτελεῖ γυναῖκας ἐν αἰγοκέρῳ, ὑδροχόῳ, κακοδαίμονας ἐν Ἀφροδίτῃ· (l. κακοδαιμονοῦσα Ἀφροδίτῃ·) ἐπ' ἀνδρῶν δὲ τοὐναντίον σὺν Ἄρει οὖσα, ἐν κριῷ. ὅθεν οὐχ οἴονται (f. οἷόν τε) φόβῳ ἤ τινος ἀπειλῇ ἤ μηχανῇ C ἐπισχεῖν τὰς ἐπιθυμίας, διὰ τὴν τῶν ἄστρων ἀποκλήρωσιν.

pue cum beneficarum stellarum nulla respexerit. Sed & ipse rursus Mars ad Venerem schema tetragonum habens, ex parte ad centrum non respiciente aliqua benefica, adulteros efficit, cum sororibus ac matribus coeuntes. Venus cum Luna in finibus & domibus Saturni, cum Saturno, adtestante Marte, efficit mulieres agricolas, & structrices, & omnium virilium operum peritas, atque misceri ac dormire cum quibus voluerint, & a viris suis non prohiberi. Viragines itaque efficit feminas, in Capricorno, in Aquario Cacodæmon Venus: in viris autem e contrario, si cum Marte sit in Ariete. Unde impossibile est, timore, aut cujusquam minis, aut arte refrenare concupiscentias, propter astrorum fatalem sortem.


XVII. Cumque multa de his Senex prosecutus esset, & unumquodque schema Mathesis, stellarum quoque positiones enumerasset; volens per hæc ostendere, quia timor non sufficiat refrenare concupiscentias; ego rursus respondi: Vere, pater, doctissime & eruditissime prosecutus es; & ipsa me ratio invitat, aliquid ad ea quæ a te differta sunt, respondere; quoniam quidem scientia mihi Mathesis nota est, & libenter cum erudito viro habeo sermonem. Accipe ergo ad ea quæ D dixisti, ut evidenter agnoscas; Genesim ex stellis omnino non esse; & quia possibile sit obsisti adversum impugnationem dæmonum, ab his qui confugiunt ad Deum; ac sicut prædixi, non solum per timorem Dei, naturales cohiberi concupiscentias posse, sed & per timorem hominum, sicut jam nunc edocebimus.

XIX. [6] Leges sunt in unaquaque regione vel regno ab hominibus positæ; sive scriptura, sive etiam usu durantes; quas nemo facile transgreditur. Denique primi [7] Seres, qui initio orbis

1. *Gladio casuros.*] Male videtur Rufinus accepisse vocem κτεινομένυς in sensu passivo. Quid si *gladio cæsuros*? Quod additur in Cæsario ἐπιωμότας vel ἐπιορκ[illegible] verti etiam posset *perjuros*.
2. *Dæmoniosos.*] δαιμονῶντας, qui Proclo, δαιμονιόπληκτοι. Firmico, *laborantes dæmonum incursione homines*.
3. *Sed & ipse* &c.] Sic interpungo; aliquo bonorum, [illegible] *Et sorores* [illegible] adducit Venus Marte. *Efficit*. Similiter in Græco Cæsarii; ἀποτελεῖ. ἀδελφαῖς κ) μητράσι μιγνυμένυς. Κύπρις [illegible] Ἄρεος. ἀποτελεῖ ἀνδρῶν· ἀνδρείας &c.
4. [illegible]] Adde in Gr[illegible]
5. [illegible] Ἄρεος apud Cæsarium. Codex C[illegible] quod eodem recitat. Infra cap. 21. [illegible], ubi Bardesanes citatus in Præparatione Evangelica Eusebii lib. 6. cap. 10. ἐφομαρτῦντος τῷ Ἄρεος. vel ut duo Codices Regii [illegible], vel ut tertius pariter Regius [illegible]. Hujus Recognitionum [illegible] lib. ult. cap. 9. [illegible] *Mars*. Nimirum, ab Astr[illegible] in [illegible] sensu usu [illegible] verba, μαρτυρεῖν, ἐπιμαρτυρεῖν, [illegible]

E ρεῖν, προσμαρτυρεῖν, ἐπιδεῖσθαι, ἐφομαρτεῖν, συμπαρεῖναι. Consule Ptolemæum & Proclum, quæque Vettii Valentis proferuntur a Seldeno, in Sytagmate primo de Diis Syris cap. 1. & ad Marmora Arundelliana.
6. *Leges sunt* &c.] Hoc caput, & sequentia decem accepit Auctor vel Interpolator Recognitionum ex Bardesanis Dialogis, loco qui legitur apud Eusebium Præparationis Evangelicæ lib. 6. cap. 10. editionis Græco-Latinæ a p. 274. D. ad p. 280. A. Ex utroque autem opere sua collegit Cæsarius Quæstione 109. & 110. citatus etiam a C[illegible] p. 126. 127. edit. Basil. Quæ omnia inter se conferre opere pretium fuerit. Nos pauca subnotabimus, quia doctus Eusebii Interpres Cæsarianas lectiones ad Eusebianas apposuit. —— Confer, si libet, tom. I. nostræ Biblioth. pag. 682-688. & Prolegom. cap. xxvi. §. III. pag. cxxiii. seq.
7. *Primi Ser[illegible], qui initio orbis terræ habitant. legem ha[illegible]* &c.] In Cæsario, οἱ τὰ ἄκρα τῆς [illegible]. Itaque [illegible] intelligi debet ill[illegible] Bardesanis, [illegible]. Hoc est, *a prin*[illegible], non au[illegible]. Patet etiam ex Plinio & Mela.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



terræ habitant, legem habent neque homicidium, A neque adulterium, neque scortum nosse, neque furtum committere, neque idola venerari: & in illa omni regione quæ est maxima, neque templum invenitur, neque simulacrum, neque meretrix, neque adultera; neque fur ad judicium deducitur; sed neque occisus ibi homo fertur aliquando: & tamen nullius libertas arbitrii compulsa est secundum vos a stella Martis ignita, ut ferro uteretur ad hominis necem; nec Venus cum Marte posita, alienum matrimonium compulit vitiari: cum utique apud eos, per singulos dies Mars medium cæli circulum teneat: sed est apud Seres legum metus vehementior, quam Genesis constellatio.

XX. Sunt similiter & apud Bactros in regionibus Indorum immensæ multitudines Bragmanorum; qui & ipsi ex traditione majorum, moribus legibusque concordibus, neque homicidium neque adulterium committunt; neque simulacra colunt, neque animantia edere in usu habent, numquam inebriantur, numquam malitiose aliquid gerunt; sed Deum semper timent: & quidem hæc illi, cum ceteri Indorum & homicidia & adulteria committant, & simulacra colant, & inebrientur, atque alia hujusmodi flagitia exerceant. Sed & in ipsius Indiæ nihilominus occiduis partibus, [1] regio quædam est, ubi hospites cum inciderint, capti immolantur & comeduntur: & neque bonæ stellæ vetuerunt eos ab hujusmodi flagitiis, & ab exsecrandis cibis; neque malignæ stellæ compulerunt Bragmanas, ut aliquid agerent mali. Et rursus mos apud Persas, matres accipere in conjugium, & sorores & filias; & sub illo omni axe, incesta Persæ ineunt matrimonia.

XXI. Ac ne forte liceat his qui Mathesim sequuntur, uti illo perfugio quod dicunt; certas quasdam esse plagas cæli, quibus propria quædam habere conceditur; ex ipsa Persarum gente aliquanti ad peregrina profecti sunt, qui [2] Magusæi appellantur; ex quibus usque in hodiernum sunt alii in Media, alii in Parthia, sed & in D Ægypto nonnulli, plures autem in Galatia & Phrygia; qui omnes incestæ hujus traditionis formam indeclinabilem servant, ac posteris custodiendam transmittunt: etiam cum plagam cæli mutaverint, nec tamen eos Venus cum Luna, in finibus & domibus Saturni, cum Saturno, adstante etiam Marte, [3] compulit habere inter ceteros Genesim.

XXII. [4] Apud Gelos quoque mos est, ut mulieres agricolentur, ædificent, & omne opus virile perficiant; sed & misceri quibus volunt licet, nec incusantur a viris, aut adulteræ appellantur; passim enim concubitus miscent, & præcipue cum hospitibus; unguenta nesciunt, non induuntur veste fucata, non calceis: e contra viri Gelonum ornantur, pectuntur, indumentis mollibus & variis induuntur; auro compositi, unguentisque de- B libuti; & hæc non pro dissolutione virium; sunt enim bellicosissimi, & venatores acerrimi: nec tamen universæ Gelonum mulieres, in Capræcornu aut Aquario Cacodæmonem Venerem nascentes habuere; neque viri eorum in Ariete cum Marte Venerem positam, per quod schema effeminatos & dissolutos nasci adserit viros Chaldaica disciplina.

XXIII. Porro vero in Susis, mulieres unguentis, & quidem optimis utuntur; ornamentis comtæ ex lapidibus pretiosis, ministeriis quoque ancillarum fultæ procedunt; multo majore ambitione quam viri; nec tamen pudicitiam colunt; sed C indifferens eis cum quibuscumque voluerint usus est, & servis & hospitibus: tali licentia a viris permissa; & non solum non culpantur pro hoc, sed & dominantur in viros: nec tamen omnium Genesis mulierum Susidarum in medietate cæli, cum Jove & Marte Venerem in Jovis domibus habent. In ulterioribus Orientis partibus, si puer muliebri se substernat injuriæ; cum agnitum fuerit, a fratribus, aut parentibus, vel quibuslibet proximis, interficitur, nec sepultura donatur. Et rursus [5] apud Gallos lex prisca constituit, nuptum tradi publice pueros, nec opprobrium ex hoc aliquod duci; & numquid possibile est, ut omnes qui tam turpiter succumbunt apud Gallos, Luciferum cum Mercurio in domibus Saturni & finibus Martis habuerint?

XXIV. [6] In Britanniæ partibus, plures viri unam habent uxorem; in Parthia multæ mulieres

1. *Regio quædam est.*] ξενοβόρων Cæsario: νεκυοφάγων Epiphanio Exposit. fid. num. 10. Cedrenus; ἐν δὲ τοῖς ἐνδοτέροις μέρεσι τούτων, ἀνθρωποβοροῦντες καὶ τοὺς ἐπιξενωμένους ἀναιροῦντες κατεσθίουσιν, ὡς Κάβες. Quo loco una cum Xylandro ignoro quinam sint Cabes. Sed ex Georgio Hamartolo inedito Chronographo, qui manu scriptus exstat in duobus codicibus Regiæ bibliothecæ, didici corrigendum esse, ὡς κύνες. Alias conjicerem Herodoti Callatias vel Padæos. Vide Glycam parte 2. p. 143.

2. *Magusæi.*] Nomen æquivocum. Significat incestam hanc Bardesanis gentem: cujus mentionem quoque facit E S. Basilius Epistola 325. Significat omnes Persas, apud Suidam in vocibus γοητεία, Πέρσαι & Μαγώγ. quo ultimo loco uno ductu legendum, Μαγώγ. ὁ Πέρσης. μαγεία καὶ ἀστρολογία, ἀπὸ Μαγουσαίων ἤρξατο. οἱ γάρ τοι Πέρσαι Μαγὼγ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται· καὶ Μαγουσαῖοι, οἱ αὐτοί. Atque ita Cod. Reg. 2080. ubi alter 131. Μαγώγ. ὁ Πέρσης. ὅτι μαγεία &c. Sed & Magusæus sive Maguseus de Mago dicitur, in vita S. Epiphanii cap. 16. & a Basilio Seleuciensi Orat. 38. pag. 202. ubi frustra corrigere tentat doctus Interpres.

3. *Compulit habere inter ceteros Genesim.*] Minus commode Græca convertit Rufinus, ἐν ταῖς τῶν πάντων γενέσεσιν εὑρίσκετο. Hoc est, *in omnium Magusæorum genituris reperta est.* Apud Cæsarium, ἐν ταῖς πάντων αὐτῶν γενέσεσιν εὑρίσκεσθαι οἷατε.

4. *Apud Gelos.*] Corrupte in Glyca, Annalium parte 2. p. 143. παρ' Αγιλαίοις. Scribi debet παρὰ Γήλοις, uti habetur in Bardesane apud Eusebium P. E. p. 275. D. quo ex loco, & ex duobus codicibus Regiis emendandus venit Bardesanes ibidem p. 280. A. παρὰ Βάκτροις καὶ Γήλοις, non Γάλλοις. Indiligenter autem Bardesanem ac Recognitiones heic legit Cæsarius. Rufinus vero habebat in codice suo ἀνανδρείως, non ἀνδρείως. Corrige obiter Scylacis Periplum capite de Liburnis; ἔτοι γυναικοκρατοῦνται· καὶ εἰσὶν αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν ἐλεύθερων· μίσγονται δὲ τοῖς ἑαυτῶν δούλοις, καὶ τοῖς πλησιοχώροις ἀνδράσι. Legendum, ἐλεύθεραι. *Hi muliebri imperio subjecti sunt: & mulieres a viris sunt liberæ; miscentur autem cum suis servis, vicinarumque regionum viris.*

5. *Apud Gallos.*] Id etiam testantur Diodorus Siculus lib. 5. & Athenæus lib. 13.

6. *In Britanniæ partibus &c.*] De antiquis Britannis verba sunt Cæsaris lib. 5. de bello Gallico cap. 5. *Uxores habent deni duodenique inter se communes, & maxime fratres cum fratribus, & parentes cum liberis.* De multo recentioribus autem sui temporis ait Gildas, in Epistola de excidio Britanniæ: *Reges habet Britannia, sed tyrannos; judices habet, sed impios, sæpe prædantes, & concutientes innocentes; vindicantes, & protegentes, sed reos & latrones; quamplurimas conjuges habentes, sed scortantes.* Apud Scotos vero gentem Britannicam, communes exstitisse uxores discimus a Hieronymo lib. 2. adversus Jovinianum cap. 6. Nec dissimiliter Hiberni in Strabone lib. 4. Quod spectat ad Parthos, uxores dulcedine variæ libidinis singuli plures habebant; ut verbis Justini Historici lib. 41. utar. Hoc porro in loco, & Noster paullulum deflexit a Bardesane, & diligentia defuit Cæsario.

unum habent virum; & utraque orbis pars, moribus suis atque institutis obsequitur. Amazones omnes non habent viros; sed sicut animalia, semel in anno circa vernale æquinoctium proprios egressæ terminos, finitimæ gentis viris miscentur, solemnitatem quamdam per hoc observantes; ex quibus cum conceperint, redeunt; & si marem pepererint, abjiciunt, feminas nutriunt. Cumque unius temporis sit omnium partus; absurdum est, ut in maribus quidem putetur Mars cum Saturno in tempore æquis esse portionibus, in feminarum vero Genesi numquam. [1] Sed neque Mercurium cum Venere habuisse in domibus propriis positum, ut vel pictores ibi vel sculptores, vel trapezitas efficiat; aut in domibus Veneris, ut unguentarios, vel vocales, vel poetas producat: apud Sarracenos, & superiores Libes & Mauros, & circa ora maris Oceani habitantes, sed & in extremis Germaniæ partibus, & apud Sarmatas & Scythas, atque omnes quæ sub axe Septentrionis jacent, Pontici litoris gentes, & in [2] Chrysea insula, numquam invenitur trapezita, nec sculptor, aut pictor, aut architectus, aut geometres, aut tragœdus, aut poeta: ergo deficit apud eos Mercurii Venerisque constellatio.

XXV. Ex omni orbe terrarum [3] Medi tantummodo summa observantia, adhuc spirantes homines, canibus devorandos abjiciunt: & non ob hoc Martem cum Luna per diurnam Genesim in Cancro positos habent. Indi mortuos suos incendunt; cum quibus & uxores defunctorum, sponte se offerentes exuruntur: sed non ideo omnes quæ vivæ incenduntur Indorum mulieres, in nocturna Genesi sub terra habent Solem cum Marte in partibus Martis. Germanorum plurimi laqueo vitam finiunt: nec idcirco omnes Lunam cum hora, Saturno & Marte circumcinctas habent. Sed non omni gente, & in omni die, per omnem diversitatem Genesis, nascuntur homines? Ex quibus omnibus apparet, quia metus legum in unaquaque regione dominatur; & arbitrii libertas, quæ est hominibus insita per spiritum, obtemperat legibus: nec cogere potest Genesis aut Seres homicidium committere, aut Bragmanos carnibus vesci, aut Persas incesta vitare, vel Indos non exuri, aut Medos non a canibus devorari, Parthos non habere plures uxores, aut mulieres Mesopotamiæ non servare pudicitiam,

A Græcos non exerceri palæstris, Gallorum pueros non pati muliebria, vel gentes barbaras Græcorum studiis institui: sed ut diximus, unaquæque gens suis legibus utitur pro libertatis arbitrio; & decreta Genesis, legum severitate depellit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

XXVI. Sed dicet aliquis eorum qui in disciplina Mathesis eruditi sunt: [4] Genesim in septem partes dirimi, quæ illi climata appellant; dominari vero unicuique climati, unam ex septem stellis; & istas quas exposuimus diversas leges, non ab hominibus positas, sed ab istis principibus, secundum uniuscujusque voluntatem; & hoc quod stellæ visum est, legem ab hominibus observatam. B Ad hæc ergo respondebimus; quod primo quidem non est in septem partes orbis terræ divisus: tum deinde, & si ita esset, in una parte & in una regione invenimus multas differentias legum: & ideo neque septem sunt secundum numerum stellarum, neque duodecim secundum numerum signorum, neque triginta & sex secundum numerum decanorum; sed sunt innumeræ.

XXVII. Meminisse autem debemus eorum quæ supra enumerata sunt; quod in una Indiæ regione sunt, & qui hominum carnibus vescantur, & sunt qui etiam a pecudibus vel avibus, omnibusque animantibus abstineant; C & quia Magusæi non solum in Perside matres ac filias accipiunt in matrimonium, sed & in omni gente, ubicumque habitaverint, majorum suorum incesta instituta custodiunt. Tum præterea & innumeras gentes memoravimus, quæ penitus studia nesciunt litterarum. Sed & aliquanti sapientes viri, ipsas leges in nonnullis commutaverunt locis: aliæ vero etiam sponte pro sui vel impossibilitate, vel inhonestate derelictæ sunt. Certe quod in promtu est noscere, quanti Imperatores, gentium quas vicerant leges & instituta mutarunt, & suis eas legibus subjecerunt? quod evidenter a Romanis factum docetur, qui omnem pæne orbem omnes- D que nationes propriis primo & variis legibus institutisque viventes, in Romanorum jus & civilia scita verterunt. Superest ergo ut & stellæ gentium quæ a Romanis victæ sunt, climata sua partesque perdiderint.

XXVIII. Addam adhuc rem, quæ possit etiam valde incredulis satisfacere. [5] Judæi omnes qui

1. *Sed neque Mercurium* &c.] Hæc carent sensu, nec possunt construi. Equidem re attente considerata, comparatisque inter se tribus auctoribus, Bardesane, Pseudo-Clemente & Cæsario, arbitror in Græco heic scriptum fuisse *ἀλλὰ μὴν*, Rufinum vero transtulisse *Sed &*, aut si transtulerit *Sed neque*, perperam legisse *ἀλλὰ μὴ*. Dein *ac* particulam esse concedentis existimo.

2. *Chrysea.*] De Chryse consule Geographos: necnon Salmasii Exercitationes Plinianas.


3. *Medi.*] Narrat hoc de Bactrianis Onesicritus apud Strabonem lib. 11. De iisdem Bactriis seu Bactris, & de Hyrcanis Porphyrius IV. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων num. 21. ac post eum Eusebius Præparationis Evangelicæ lib. 1. cap. 14. & Hieronymus II. in Jovinianum 6. Qui postremus; ut id obiter moneam; minus commode Porphyrii κατακρημνιζόμενον convertit *suspendunt in patibulis*, uti etiam patet ex Theodoriti Sermone de legibus p. 615. Ab aliis autem refertur usitatum fuisse apud Bactrianos, Hyrcanos, Persas, Assyrios, Caspios, Indorum aliquos, Parthos aliosque, mortuorum cadavera canibus, bestiis, vulturibus, volucribus devoranda projicere. Unde dictum Diogenis in Stobæi Sermone 122. ὅτι ἂν μὲν κύνες τοῦτον σπαράξωσιν, Τρκανὶα ἔσαι ὁ τάφος· ἂν δὲ γῦπες, Βάκτριον. Ita enim emendo in voce nihili ἄκτιον, adductus auctoritate Plutarchi, qui in libello an vitiositas ad infelicitatem sufficiat, hæc habet; Τρκάνων δὲ κύνες, Βα-

κτριανῶν δὲ ὄρνιθες νεκροὺς ἐσθίουσι κατὰ νόμους, ὅπερ, μακαρίου τέλους τυγχάνουσι.

4. *Genesim in septem partes dirimi, quæ illi climata appellant.*] Difficile est de hoc loco statuere. Nam si exigatur ad Cæsarium, mutilus apparebit: si vero ad Bardesanem, videbitur Rufinus legisse γενέσιν pro γῆν. Verba prioris sunt; ἀλλ' ἑπτὰ ὄντων τῇ γενέσει ἡμῶν ἀνακειμένων ἀστέρων, E εἰ ἑπτὰ λέγομεν κλίμασι τὴν γῆν διαιρεῖσθαι. Posterioris autem; οἱ δὲ ἀστρονόμοι φασὶ τὴν γῆν ταύτην μεμερίσθαι εἰς ἑπτὰ κλίματα. Ceterum septem quoque climata ponit Servius ad I. Georgicon, enumeratque Isidorus Originum lib. 3. cap. 41. quæ tamen octo leges apud Martianum Capellam lib. 8. p. 296.

5. *Judæi omnes.*] Idem argumentum vulgo urgent sancti Patres. Quod autem heic dicitur nullum Gentilium umquam circumcisionem octavo die passum fuisse, confutari posse videtur per narrationem Philostorgii de Homeritis ea die circumcidi solitis, lib. 3. cap. 4. Verum forsan Homeritæ post tempora nostri Auctoris ritum suum mutavere, edocti a Judæis inquilinis. Etenim Arabes erant: circumcidebantur porro Arabes anno 13. teste Origene apud Eusebium Præparat. Evangel. lib. 6. cap. 11. p. 293. & in Philocaliæ cap. 22. p. 363. necnon Eustathio in Hexaemeron ubi de Abrahamo. Μετὰ ἔτος τρισκαιδέκατον, *post decimum tertium annum*, inquit, Josephus Antiquitatum lib. 1. cap. 13. quod eodem recidit, ut

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



sub lege Moysi vivunt, filios suos octava die A absque ulla dilatione circumcidunt, & infantis teneri sanguinem fundunt; a sæculo autem nullus ex Gentibus hoc die octava perpessus est; & e contra Judæorum nullus omisit. Quo modo ergo in hoc ratio Genesis stabit? cum per cunctas orbis terræ partes, omnes Judæi admisti Gentibus vivant, & octava ferrum perferant die, unius in membri loco: & nemo Gentilium, sed ipsi soli, ut dixi, hoc faciunt; non stella cogente, nec perfusionem sanguinis perurgente; sed lege religionis adducti; & in quocumque orbis loco fuerint, hoc est eis insigne vernaculum. Sed & quod unum nomen omnibus inest, ubicumque fuerint; numquid & hoc per Genesim B venit? & quod numquam apud eos infans natus exponitur: & quod septimo quoque die omnes, ubicumque fuerint, otium gerunt, nec iter incedunt, [1] nec igni utuntur. Quid est ergo, quod nullum Judæorum in illa die cogit Genesis, aut [2] iter agere, aut ædificare, aut vendere aliquid, aut emere?

XXIX. Quin immo & majorem fidem rerum præsentium dabo: ecce enim ex adventu justi & veri Prophetæ, vixdum septem anni sunt; in quibus ex omnibus gentibus convenientes homines ad Judæam, & signis ac virtutibus quæ viderant, sed & doctrinæ majestate permoti; ubi re- C ceperunt fidem ejus, abeuntes ad regiones suas, illicitos quosque Gentilium ritus & incesta sprevere conjugia. [3] Denique apud Parthos; sicut nobis Thomas qui apud illos Evangelium prædicat, scripsit; non multi jam erga plurima matrimonia diffunduntur: nec multi apud Medos canibus objiciunt mortuos suos; neque Persæ matrum conjugiis, aut filiarum incestis matrimoniis delectantur; nec mulieres Susides licita ducunt adulteria: nec potuit ad crimina Genesis compellere, quos religionis doctrina prohibebat.

XXX. Ecce ex hoc ipso conjice; & de his D de quibus sumus locis, conjecturam cape; quo modo fama tantum perferente ad aures hominum, quod Propheta in Judæa apparuit, qui signis & virtutibus doceret homines unum colere Deum; omnes paratis intentisque animis exspectabant, etiam ante adventum domini mei Petri, ut sibi aliquis quæ docuisset ille qui apparuit, nuntiaret. Sed ne multa enumerare videamur, dicam quo debeant cuncta concludi: Cum Deus justus sit, & ipse fecerit hominum naturam, quo modo poterat fieri, ut ipse poneret Genesim contrariam nobis, quæ nos cogeret ad peccatum, & rursus ulcisceretur ipse peccantes? Unde certum est, quod non aliam ob caussam Deus sive in præsenti, sive in futuro sæculo peccatorem punit, nisi quia scit eum potuisse vincere, sed neglexisse victoriam: infert enim & in præsenti sæculo vindictam in homines; sicut in eos fecit, qui diluvio perierunt; qui utique omnes una die, immo una hora extincti sunt; cum certum sit non eos esse secundum Genesis ordinem, una hora natos: absurdissimum est autem dicere, quia ex natura nobis accidat pati mala, si non prius peccata præcesserint.

XXXI. Et ideo si salutis curam gerimus, ante omnia scientiæ debemus operam dare; certi quod si mens nostra in ignorantia perseveret, non solum Genesis mala, sed & alia extrinsecus quæcumque dæmonibus visa fuerint perferemus; nisi metus legum & futuri judicii, obsistat omnibus desideriis, & imperum peccandi refrenet. Nam & humanus timor multa bona, multa etiam mala agit; quæ Genesis nescit, sicut supra ostendimus. Triplici igitur modo mens nostra erroribus subjacet; ex his quæ per malam consuetudinem veniunt, vel ex his quæ corpus naturaliter suggerit desideriis, vel ex his quæ contrariæ potestates perurgent: sed his singulis obsistere & repugnare habet in natura sua mens, cum ei obfulserit veritatis agnitio; per quam scientiam timor futuri judicii datur, qui sit idoneus animæ gubernator, & qui eam possit a concupiscentiarum

constat ex ejusdem libri cap. 21. hoc est anno 13. completo. Certe Ambrosius lib. 2. de Abrahamo cap. 11. refert ab Ægyptiis circumcisos fuisse pueros annum agentes quartumdecimum. Atque ex his suspectum habeo locum Procopii Gazæi ad Genes. I. 14. 14. *Quare apud Ismaelitas sacerdotes ubi nati fuerint annos decem, circumcisione signantur?* ne *ιγ*, detrito, *γ*, transierit in *ι*.

1. *Nec igni utuntur.*] Propter legem Dei Exod. XXXV. 3. *Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbati.* Quo factum suspicari quis possit, ut Rutilius Itinerarii lib. 1. versu 389. Sabbata Judæorum *frigida* appellaverit.

Cui Sabbata frigida cordi.

Atque hinc etiam forte originem sumsit celebris Paganorum opinio de Sabbatico jejunio Judæorum. Facile enim E sibi persuadebant eos jejunare, apud quos focum igne lucentem cernere non erat.


2. *Iter agere.*] Arbitror scriptum fuisse in Græco ex Bardesane *καταλῦσαι*, quod perperam apud Eusebium per verbum demoliri interpretantur. Rem verbo significatam illustrarunt multi, præsertimque sacræ Scripturæ Interpretes ad Act. I. 12. Sed nescio an a quoquam expensa fuerint ista Suidæ: *Σαββάτου ἔχων ὁδόν· δισχιλίων πήχεων ἦν. τοσοῦτον γὰρ ἡ κιβωτὸς διάστημα προελάμβανε τὴν παρεμβολήν. καὶ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἐκίνουν οἷς ἐξῆν προσκυνεῖν τὴν σκηνὴν ἐν σαββάτῳ βαδίζειν.* Quæ videntur ex Theophylacto & Oecumenio hoc pacto concinnanda; *Σαββάτου ἔχων* (sic MS. Reg. 130.) *ὁδόν· δισχιλίων πήχεων ἦν. τοσοῦτον γὰρ ἡ κιβωτὸς διάστημα προελάμβανε τὴν παρεμβολήν. καὶ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἐσκήνουν· ὃ ἐξῆν, προσκυνεῖν τὴν σκηνὴν, ἐν σαββάτῳ βαδίζειν.* Hoc est; *Sabbati viam habens: via erat bis mille cubitorum. Tanto enim intervallo arca castra præcedebat: & a tanto spatio tentoria figebant: quod licebat, ad adorandum tabernaculum, in Sabbato obire.* Consuetudines autem huic & superiori consimiles irrepsisse aliquando inter Christianos, discimus ex Canone 28. Concilii Aurelianensis 3. & 14. Vernensi.

3. *Denique apud Parthos; sicut nobis Thomas qui apud illos Evangelium prædicat, scripsit.*] Antiqua traditio est apud Eusebium Hist. Eccl. lib. 3. cap. 1. & opinio communis, Thomæ Parthiam in qua Christi fidem annuntiaret, sortito obtigisse. Addunt alii ab eodem Apostolo Evangelium prædicatum etiam Indis, Medis, Persis, Hyrcanis, Bactris, Magis; Germanis seu potius Carmanis, & Æthiopibus, necnon incolis extremæ Orientis oræ ac ultimi Oceani insulæque Taprobanes. Sed notari præcipue debet versus S. Paullini Natali XI.

Parthia Matthæum complectitur, India Thomam.

quia Thomæ Indiam peculiariter assignant quoque Gregorius Nazianzenus Oratione 25. Hieronymus Epistola 148. Metaphrastes & Abdias: Matthæum vero Parthos etiam prædicatione sua illustrasse memoriæ traditum est. Observatu quoque dignus est locus Hippolyti, libello de duodecim Apostolis prout jacet in MS. Regio 1789. *Θωμᾶς δὲ Πάρθοις, Μήδοις, Πέρσαις, Ὑρκανοῖς, Βάκτροις, Μάργοις* (l. *Μάγοις* etiam ex Cod. Reg. 1026.) *κηρύξας, ἐλακιδάσθη* (in marg. eadem manu *ἐλογχιάσθη*) *τοῖς τέτρασι* (pro *τέσσαρσι*) *μέρεσιν αὐτοῦ, ἐν πόλει Καλαμήνῃ τῆς Ἰνδικῆς, καὶ θάπτεται ἐκεῖ.* Inde enim apparet cur in alio Codice & in editione Combefisiana exhibeatur, *ἐλακήδη ἐλογχιάσθη.* Scilicet, *ἐλακήδη* corruptum ex *ἐλακίδι* in textum irrepsit, quod ad marginem designabat variam lectionem *ἐλακιδιάσθη.* Significat autem *ἐλακιδιάσθη lacerarus est.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



præcipitiis revocare. Quia ergo sint hæc in nostra potestate, sufficienter dictum est.

XXXII. Nunc & tu Senex, si quid habes quod ad hæc respondeas, incipe. Senex ad hæc: Plenissime, ait, ostendisti, fili: sed ego, sicut dixi ex initio, omni huic incomparabili adsertioni tuæ, a propria conscientia prohibeor accommodare consensum. Novi enim & meam Genesim, & conjugis meæ, & scio ea quæ unicuique nostrum dictabat Genesis accidisse; & ab his quæ rebus & operibus comperta sunt mihi, nunc verbis transferri non possum. Denique quoniam te adprime imbutum video in hujuscemodi disciplinis, audi conjugis meæ thema; & invenies schema, cujus exitus accidit: habuit enim Martem cum Venere super centrum, Lunam vero in occasu in domibus Martis & finibus Saturni: quod schema adulteras facit, & servos proprios amare, in peregrinatione & in aquis defungi; quod & ita factum est: incidit namque in amorem servi; & periculum simul atque opprobrium metuens, fugit cum ipso; & peregre profecta ubi amori suo satisfecit, periit in mari.

XXXIII. Et ego respondi: Unde scis quia peregre servo suo sociata est, & in ejus consortio posita defungitur? Et Senex: Certissime, inquit, scio, revera non quia nupserit servo, quippe qui neque hoc quidem quod eum amaret agnoveram: sed postquam profecta est, frater meus mihi enarravit, dicens, quod primo quidem ipsum adamasset; sed ille qui erat honestus, utpote frater, noluit torum fratris, incesti macula polluere. Sed illa me verens, & opprobrium non ferens infelix, (neque enim imputandum ei est, quod eam Genesis facere compulit) finxit somnium, & ait ad me: Adstitit mihi quidam per visum, qui jussit me cum duobus geminis meis sine mora ex urbe proficisci. Hæc ergo cum audissem; pro salute ejus filiorumque sollicitus, confestim ipsam & liberos exire feci; unum qui erat junior, mihi retinui: hoc enim eum qui responsa in somnis dederat, permisisse dicebat.

XXXIV. Tum ego Clemens, intelligens quod ipse fortassis esset pater meus, lacrymis oppletus sum: fratres quoque meos, volentes prosilire & aperire rem, prohibuit Petrus, dicens: Quiescite quoadusque mihi placuerit. Respondens ergo Petrus, ait ad Senem: Quod nomen erat juniori filio tuo? At ille ait: Clemens. Et Petrus: Si tibi, inquit, hodie conjugem tuam castissimam consignavero, cum tribus filiis tuis; credis quia potest pudica mens motus irrationabiles superare, & quod omnia quæ a nobis dicta sunt, vera sint, & Genesis nihil sit? Et Senex: Sicut impossibile est, inquit, te exhibere quod promisisti; ita impossibile est extra Genesim fieri aliquid. Tum Petrus: Testes, inquit, habere volo omnes hos qui præsentes sunt, me tibi hodie conjugem tuam, cum tribus vestris liberis, viventem pudicissime, traditurum: & jam nunc accipe fidem rerum, ex eo quod omnem caussam multo diligentius scio, quam tu; cunctaque tibi per ordinem quæ gesta sunt enarrabo, ut & tu cognoscas, & qui præsentes sunt discant.

XXXV. Et cum hæc dixisset, conversus ad turbas, ita cœpit: Hic quem videtis, o viri, in hac veste pauperrima, Romanæ urbis est civis, ex genere ipsius Cæsaris descendens; nomen ei

A Faustinianus; uxorem quoque nobilissimam Matthidiam nomine sortitus est, ex qua tres filios suscepit; quorum duo gemini, unus autem qui erat junior, cui nomen Clemens, hic est. Et cum hoc dixisset, digito me ostendit. Gemini autem filii ejus, sunt isti, Niceta & Aquila; quorum alius Faustinus vocabatur prius, & alius Faustus. Simul autem ut nomina nostra enuntiavit Petrus: Senex resolutis membris omnibus, quasi interceptus, concidit. Nos autem filii irruentes super eum, complectebamur & osculabamur; verentes simul, ne spiritum revocare non posset. Et cum hæc fierent, populus quidem admiratione ipsa obstupefactus est.

B

XXXVI. Petrus autem surgere nos a complexibus patris, ne eum necaremus jubet: & ipse adprehensa manu ejus; quasi de somno quodam profundo elevans eum, & paullulum recreans; omnia quæ gesta fuerant, secundum veritatem cœpit exponere: quo modo frater ejus in amorem inciderit Matthidiæ; & illa cum esset pudicissima, illicitum fratris amorem viro indicare noluerit; ne vel bellum fratribus, vel opprobrium generi indiceret; sed sapienter somnium finxerit, quo ex urbe juberetur excedere cum geminis filiis, juniore apud patrem relicto: utque navigantes, naufragium vi tempestatis incurrerint, & ad


C insulam Antaradum nomine expulsi, Matthidia quidem supra saxum quoddam fluctu jactante projecta sit, gemini vero liberi rapti a piratis & Cæsaream perducti, religiosæ cuidam feminæ venumdati sint, quæ eos in filiorum loco habens, liberaliter educaverit & erudiri fecerit; eorumque nomina piratæ immutaverint, & Nicetam alium, alium Aquilam vocitaverint: utque post hæc studiorum & consuetudinis caussa Simoni adhæserint; atque ab eo, ubi magum & deceptorem viderunt, aversi accesserint ad Zacchæum; & ut post hæc sociati sunt sibi: sed & Clemens quo modo ex urbe agnoscendæ veritatis caussa profectus, per Barnabæ notitiam Cæsaream venerit,

D sibique innotuerit & adhæserit; utque ab eo sit de fide religionis edoctus: sed & qualiter apud Antaradum mendicantem reperit & recognoverit matrem, utque omnis insula in ejus recognitione gavisa sit; & de pudicissimæ hospitæ contubernio, atque ejus per semet ipsum collata sanitate; & de liberalitate Clementis in eos, qui erga matrem benefici exstiterant: utque post hæc Niceta & Aquila requirentes quænam esset peregrina mulier, cum audissent a Clemente omne negotium, se esse geminos ejus filios Faustinum exclamaverunt & Faustum, omnemque historiam quæ eos egerit patefecerint; utque post hæc matri cautius, ne subito gaudio interciperetur, ipso

E insinuante, oblati sint, Petro.

XXXVII. Sed cum hæc, in auditu Senis, enarratione gratissima turbis exponeret Petrus; ita ut audientes gestorum miraculis, & humanitatis miseratione lacrymarent; nescio unde audiens mater de recognitione patris, cursu concito irruit in medium nostri, cum clamore dicens: Ubi est meus vir, meus dominus Faustinianus, qui tam multis temporibus adfligitur, ambulans per urbes singulas, & me quærens? Hæc cum illa quasi amens clamaret & circumspiceret: Senex accurrens cum multis lacrymis, amplecti & constringere eam cœpit. Et cum hæc gererentur, Petrus monuit turbas ut discederent, dicens inverecundum esse ultra persistere, sed dandum eis locum fami-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



liarius invicem se videndi: Crastino autem heic, A inquit, si qui vestrum volunt, conveniant ad audiendum verbum.

XXXVIII. His a Petro dictis, secesserunt turbæ: & cum vellemus nos quoque ire ad hospitium, dominus domus ait ad nos: Turpe est & impium tales ac tantos viros manere in stabulo, cum ego omnem pæne domum vacantem habeam, lectosque stratos quamplurimos, & quæ necessaria sunt parata. Sed Petro contradicente, uxor patrisfamilias una cum liberis suis prostrabat se ante eum, & exorabat dicens: Obsecro te, mane apud nos. Sed ne sic quidem acquiescebat Petrus, donec filia eorum qui rogabant, ab im- B mundo spiritu temporibus multis vexata, & catenis vincta, quæ fuerat intra conclave clausa, effugato a se dæmone, & ostiis patefactis, cum catenis suis veniens, procedit ad pedes Petri, dicens: Rectum est, mi domine, ut agas hodie hic [1] Salutaria mea, & non contristes neque me, neque parentes meos. Petro autem requirente catenarum sermonumque ejus caussam, parentes præter spem læti effecti de filiæ sanitate, & velut stupore quodam attoniti, ipsi quidem dicere nequeunt, adstantes autem famuli aiunt: Hæc a septimo ætatis anno dæmone occupata, omnes qui accedere tentassent ad eam, scindere, dilaniare morsibus, etiam disrumpere, & hoc per viginti annos usque ad præsens facere numquam destitit; nec ab aliquo potuit curari, sed ne accedere ad eam quisquam valebat: multos enim inutiles reddidit, alios & peremit; omnibus enim viris validior erat, sine dubio viribus dæmonis nisa. Nunc autem, ut vides, ex præsentia tui dæmon quidem fugit; ostia vero quæ summo cum munimento clausa fuerant, aperta sunt; & ipsa sana stat ante te, rogans ut diem Salutarium suorum lætum & ipsi & parentibus facias, & maneas apud eos. Hæc cum ita unus ex famulis enarrasset, & ipsæ catenæ de manibus ejus ac pedibus fuissent sponte resolutæ: Petrus certus quod per ipsum sanitas hæc reddita sit puellæ, acquievit manere apud eos. Sed & illos qui remanserant in hospitio, una cum uxore sua transire jussit; & unusquisque acceptis seorsum cubiculis mansimus; atque ex more cibo sumto, redditisque laudibus Deo, suis singuli requievimus locis.

1. *Salutaria mea.*] Τὰ σωτήρια. Res satis nota vel mediocriter eruditis.



RECOGNITIONUM S. CLEMENTIS.

LIBER DECIMUS.

I. MANE autem, exorto sole, ego Clemens A & Niceta atque Aquila una cum Petro, venimus ad locum in quo pater simul cum matre requiescebat; & cum adhuc eos dormientes reperissemus, pro foribus consedimus; ubi Petrus talibus apud nos sermonibus utitur: Audite me dilectissimi conservi; scio quia grandem habetis affectum erga patrem vestrum; vereor ergo ne ante tempus eum perurgeatis jugum religionis suscipere, nondum ad id paratum; ad quod forte pro vestri gratia videatur acquiescere; sed hoc non est firmum: quod enim propter homines fit, probabile non est, & cito dilabitur. Ideoque videtur mihi, ut concedatis ei anno uno vivere pro arbitrio; in quo potest iter agens nobiscum, dum B nos alios docemus, etiam ipse simpliciter audire; & audiens, si quidem agnoscendæ veritatis rectum propositum gerit, ipse rogabit ut suscipiat religionis jugum; aut si non placet ei recipere, maneat amicus. Hi enim qui non id ex corde suscipiunt, cum cœperint ferre non posse, non solum abjiciunt quod susceperant, sed quasi pro excusatione infirmitatis suæ, incipiunt viam religionis blasphemare, & male loqui de his quos nequaquam sequi aut imitari potuerunt.

II. Ad hæc Niceta respondit: Non contradico, domine mi Petre, rectis & bonis consiliis tuis; sed dicere aliquid volo, ut per hoc discam quod C nescio. Quid si intra annum hunc, quo differri eum jubes, moriatur pater noster? descendet in infernum vacuus, & cruciandus in æternum. Tum Petrus: Amplector, inquit, benignum erga patrem propositum tuum, & ignosco tibi de his quæ ignoras. Quid enim censes, quia si quis putatur juste vixisse, iste continuo salvabitur? Non putas eum discutiendum ab eo qui occulta hominum novit, quo modo juste vixerit; ne forte [1] ritu gentilium, institutis eorum & legibus parens, vel pro amicitiis hominum, aut pro sola consuetudine, aut qualibet alia ex caussa vel necessitate, & non propter ipsam justitiam, neque propter Deum? Qui enim propter solum Deum, & justitiam ejus D juste vixerint, ipsi ad æternam requiem venient, & perpetuitatem regni cælestis accipient. Salus enim non vi acquiritur, sed libertate; nec per hominum gratiam, sed per Dei fidem. Tum præterea cogitare debes, quia Deus præscius est, & novit si hic suus est: quod si novit eum non esse, quid faciemus ad ea quæ ex initio statuta sunt ab eo? In quo autem possum, consilium do; cum evigilaverit, & sederimus, vos quasi aliquid discere volentes, proponite, ex his dumtaxat quæ illi expedit discere; & dum nos loquimur inter nos, ille instruetur. Sed tamen primo quiescite, ut si forte ipse videatur aliquid interrogare: quod si fecerit, aptior erit sermonis occasio: si vero ipse nihil quærit; nos ab alterutro, sicut dixi, discere aliquid volentes rogemus vicissim: mihi ita videtur, etiam vobis quid placeat dicite.

III. Cumque collaudassemus ejus rectum consilium, ego Clemens aio: In omnibus rebus plurima ex parte ad initium respicit finis, similisque principiis rerum exitus datur: spero ergo etiam circa patrem nostrum, quoniam per te Deus bona initia dedit, his congruum seque dignum largietur & finem. Verumtamen etiam illud suggero, si, ut dixisti, cœperimus præsente patre, quasi inter nos aliquid tractandi vel discendi gratia loqui; tu, mi domine Petre, non debes eum locum agere, quasi qui discere aliquid debeas: hoc enim si videat, fortasse magis offendetur; certus est enim, te omnia scire diligenter, sicut & vere est: quale ergo erit, si te videat ignorantiam simulantem? Hoc eum, ut dixi, magis lædere poterit, nescientem consilium tuum. Sed nos quidem fratres, inter nos habentes; si in aliquo dubitemus, a te quæstioni nostræ finis congruus detur: nam & si te cunctantem videat aut dubitantem, tunc vere putabit, quod apud nullum erit scientia veritatis.

IV. Et Petrus ad hæc respondit: Omittamus hæc: & si quidem dignum est, ut ingrediatur januam vitæ, Deus occasionem competentem dabit; eritque initium ex Deo, & non ex homine. Et ideo sicut prius dixi, permitte eum iter agentem nobiscum, audire nos aliquid disputantes: sed quoniam festinantes vos vidi, idcirco dixi opportunitatem quærendam; quam cum dederit Deus, vos quoque ad ea quæ dixero obtemperate mihi. Hæc nobis sermocinantibus, venit puer dicens vigilare jam patrem: & cum vellemus ingredi ad eum, ipse venit ad nos; & osculo nos salutans, cum resedissemus ait: Licetne percunctari, si quid volet quis; an secundum Pythagoricos, tacendum semper est? Et Petrus: Nos nec silere semper, neque percunctari cogimus accedentes ad nos; sed relinquimus ipsorum libertati, facere ut volunt; scientes quod qui curam gerit salutis suæ, si in parte aliqua sentit animæ suæ dolorem, tacere non patitur. Qui vero negligit salutem suam, si interrogare cogatur, nihil ex hoc utilitati ejus confertur; nisi hoc solum, ut studiosus esse videatur & diligens. Quamobrem tu si quid discere vis, require.

V. Et Senex ait: [2] Est quidam sermo apud

1. *Ritu gentili* [illegible], non E[illegible]*rur*.
2. *Est quidam sermo* [illegible] Cyrenaicos. Theo[illegible] quorum insaniam [illegible] pertinebit elegans Apophthegma Hieroclis relatum in Agellii Noctibus lib. [illegible] his verbis: [illegible]

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

Græcorum philoſophos vehemens valde, qui dicit, in vita hominum reipſa neque bonum eſſe A aliquid, neque malum; ſed quæ videntur hominibus, uſu & conſuetudine præſentis vitæ, hæc aut mala dicunt, aut bona. Nam neque homicidium revera malum eſt, quia animam vinculis carnis abſolvit: denique, aiunt, & juſti quique judices, peccantes perimunt: quod ſi homicidium ſcirent malum eſſe, non utique id juſti homines facerent. Neque adulterium malum eſſe dicunt: ſi enim ignoret vir, aut non curet; nihil, aiunt, mali eſt. Sed neque furtum malum eſſe: quod enim deeſt alicui, aufert ab alio qui habet, quod quidem oportebat libere ſumi & publice; ſed quia occulte fit, in hoc magis illius a quo clam au- B fertur inhumanitas redarguitur. Communis enim uſus omnium quæ ſunt in hoc mundo, omnibus eſſe hominibus debuit; ſed per iniquitatem alius hoc ſuum dicit eſſe, & alius illud; & ſic inter mortales diviſio facta eſt. Denique [1] Græcorum quidam ſapientiſſimus hæc ita ſciens eſſe, ait; Communia debere eſſe amicorum omnia: in omnibus autem ſunt ſine dubio & conjuges: & ſicut non poteſt, inquit, dividi aer, neque ſplendor ſolis; ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo data ſunt omnibus ad habendum, dividi debere, ſed habenda eſſe communia. Hæc autem dicere volui; quoniam quidem cupio me inclinare ad bene agendum; & non poſſum bene agere, niſi C prius didicero quid ſit bonum: quod ſi intelligere potuero; ex ipſo etiam quid ſit malum, hoc eſt, huic contrarium, advertam.

VI. Verum ad hæc quæ dixi, unum e vobis reſpondere volo, non Petrum: non enim dignum eſt, ab illo verba & doctrinam cum quæſtionibus capere; ſed ille ſi quid pronuntiaverit, hoc abſque aliqua retractatione teneatur. Et ideo ipſe nobis ſervetur quaſi arbiter; ut ſicubi diſputatio noſtra exitum non invenerit, ipſe quod ſibi viſum fuerit pronuntians, indubitatum finem rebus dubiis imponat. Et nunc ergo poſſem ſola ejus ſententia contentus credere, ſi quid ei videretur, D quod & ad ultimum faciam: volo tamen prius videre, ſi eſt poſſibile diſputando invenire quod quæritur. Placet ergo ut Clemens primus incipiat, & oſtendat ſi eſt aliquid in ſubſtantia & actibus bonum vel malum.

VII. Ad hæc ego reſpondi: Quoniam quidem a me vis diſcere, ſi eſt aliquid natura aut actu bonum vel malum, non potius uſu præventis hominibus bona quædam & alia videntur mala; pro eo quod diviſionem inter ſe rerum fecere communium; quæ deberent, ut ais, ita eſſe communia, ut aer, & ſplendor ſolis; puto quod non debeam tibi aliunde adſertiones adhibere, niſi ex his di- E ſciplinis quibus ipſe uteris, & quas ipſe confirmas; ut indubitata tibi ſint quæ dicuntur. Omnium elementorum & ſtellarum certos ponitis fines: quaſque ſtellas dicitis in quibuſdam abſque noxia coire, ſicut in conjugiis; in aliis vero noxie miſceri, ſicut in adulteriis: & dicitis quædam generalia eſſe omnium; quædam vero non omnium, neque generalia. Sed ne prolixa diſputatio fiat, breviter & de re dicam. Terra quæ arida eſt, conjugio & admiſtione indiget aquæ, ut poſſit generare fructus, ſine quibus vita hominibus non eſt: eſt ergo hæc legitima conjunctio. E contra ſi aut pruinæ frigus, terræ miſceatur, aut calor aquis; hujuſmodi conjunctio corruptelam facit: & hoc in talibus adulterium eſt.

VIII. Et Pater reſpondit: Sed ſicut elementorum vel ſtellarum inconſonæ conjunctionis ſtatim proditur noxa; ita deberet & adulterium ſtatim oſtendi quam malum eſt. Et ego aio: Hoc mihi primo confirma; ſi, ut etiam ipſe confeſſus es, ex incongrua & inconſona admiſtione efficiuntur mala; & iſtud in conſequentibus requiretur. Et Pater ait: Ut ſe habet rei natura, ita ais fili. Tum ego reſpondi: Quia ergo diſcere cupis de his, vide quanta ſint quæ mala eſſe apud neminem dubitantur. Non tibi videtur malum eſſe, febris, incendium, ſeditio, ruina, cædes, vincula, ſupplicia, dolores, luctus & his ſimilia? Et Pater: Verum eſt, inquit, fili, hæc mala eſſe, & valde mala: aut certe qui negat hæc eſſe mala, patiatur ea.

IX. Et ego reſpondi: Quia ergo cum eo mihi ſermo eſt, qui in Aſtrologica diſciplina eruditus eſt, ſecundum ipſam tecum agam; ut de his quæ tibi in uſu ſunt, accipiens rationem, citius acquieſcas. Audi nunc ergo. Confeſſus es mala eſſe ea quæ ſupra diximus, id eſt febres, incendia & his ſimilia: hæc ſecundum vos a malitioſis ſtellis fieri dicuntur, id eſt, ab [2] humido Saturno & calido Marte: horum vero contraria, a benignis fieri ſtellis, id eſt, a temperato Jove & humida Venere: aut non ita eſt? Et Pater reſpondit: Ita eſt, fili, nec aliter fieri poteſt. Tum ego: Quia ergo a bonis ſtellis, Jove dico & Venere, bona fieri dicitis; videamus unaquæque malarum ſtellarum cum admiſta fuerit bonis, quid eſt quod efficit: & illud eſſe intelligamus malum. Etenim nuptias facere Venerem ponitis: quæ ſi Jovem habet in ſchemate ſuo, pudicas efficiat: Jove autem non reſpiciente, ſi adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronuntiatis. Et Pater: Ita ſe, inquit, habet. Ego reſpondi: Ergo malum eſt adulterium, quandoquidem ex malarum ſtellarum admiſtione committitur: & ut compendioſius explicemus, omnia quæ dicitis ex malarum admiſtione ſtellarum bonas perpeti ſtellas, mala eſſe ſine dubio pronuntianda ſunt. Iſtæ ergo ſtellæ, quarum admiſtione diximus febres, incendia & cetera his ſimilia effici mala; ipſæ ſecundum vos etiam homicidia, adulteria & furta operantur, protervos etiam & ſtolidos ipſæ efficiunt.

dummodo ex mea opinione ita legatur; ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστι πορνεία οὐδέν· πόρνης δόγμα. *Voluptas finis: meretricis dogma. Stuprum nihil eſt: meretricis dogma.* At viro magni ingenii magnæque doctrinæ Joanni Pearſono in Prolegomenis ad Hieroclem videtur corrigi debere; ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. οὐκ ἔστι πρόνοια οὐδέν· πόρνης δόγμα. Ejuſque lectionem firmat Codex Tornæſianus.

1. *Græcorum quidam ſapientiſſimus.*] Socrates apud Platonem in Opere de Republica. Quos ideo arguunt plurimi: defendere vero conantur alii; ut diſcere eſt ex lectione Clementis Alexandrini Strom. 3. p. 430. 431. Arriani in Epicteto lib. 2. cap. 4. Luciani in Fugitivis, Euſebii Præp. Evang. lib. 13. cap. 19. Theodoriti Sermone de legibus, ac Nicetæ Choniatæ lib. 4. Theſauri cap. 10.

2. *Humido Saturno.*] Idem de Saturno, humidam ſtellam eſſe, ſentiunt Clemens Alexandrinus Strom. 5. p. 564. Nonnus Διονυσιακῶν lib. 18. p. 500. Servius ad Georgic. I. 12. 13. & Platonici quidam apud Macrobium lib. 1. in Somnium Scipionis cap. 11. Verum Julio Firmico lib. 2. cap. 10. eſt *Saturnus natura quidem frigidus & ſiccus, ex accidenti vero quandoque humidus.* Eidemque Κρόνῳ tribuit ξηρὸν μετεωρότερον Proclus lib. 1. in Tetrabiblum Ptolemæi cap. 4.

X. Et pater: Vere, inquit, breviter & incomparabiliter ostendisti, quia sint mala in actibus: sed hoc adhuc velim; quo modo juste judicat Deus eos qui peccant, sicut vos dicitis; si peccare eos Genesis cogit? Tum ego respondi: Vereor dicere tibi aliquid, pater; quia in omni te honore haberi a me decet; alioquin erat quod possim dicere, si deceret. Et pater ait: Dic quod tibi occurrit, fili, etiamsi injuriosum videtur: non enim tu, sed quæstionis ratio injuriam facit; sicut pudica mulier intemperanti viro, si pro salute indignetur & honestate. Et ego respondi: Si prima quæque inter nos confirmata & confessa, non bene retineamus, sed semper quæ definita sunt resolvantur per oblivionem; videbimur telam texere Penelopes, ea quæ texuimus resolventes: & ideo debemus aut non facile acquiescere, prius quam diligenter examinetur sermo propositus; aut si jam acquievimus, & confirmata sententia est, servare semper quod semel definitum est, ut possimus & de aliis quærere. Et pater ait: [1] Bene dicis, fili: & scio quam ob caussam dicis, quia hesterno die de naturalibus disputans caussis, ostendisti quia Virtus quædam maligna, transformans se in ordinem stellarum humanas concupiscentias exagitat; diversis modis provocans ad peccatum, non tamen cogens aut efficiens peccatum. Cui ego respondi: Bene, quia & meministi; & cum memineris, errasti. Et pater: Ignosce, inquit, fili, nondum enim usum multum in his habeo: nam & hesterni sermones tui veritate ipsa concluserunt me, ut tibi acquiescerem; in conscientia tamen mea sunt, quasi quædam reliquiæ febrium, quæ paullulum me a fide quasi a sanitate retrahunt; discrucior enim quia scio multa mihi, immo pæne omnia accidisse secundum Genesim.

XI. Et ego respondi: Audi ergo, pater, quæ sit Mathesis natura, & facito secundum ea quæ dico tibi. [2] Vide Mathematicum, & dic ei primo, quia talia quædam mihi acciderunt mala in illo tempore; unde ergo, aut quo modo, aut per A quas mihi acciderint stellas, discere volo. Respondebit tibi sine dubio, quia tempora tua malitiosus suscepit Mars, aut Saturnus; aut aliquis eorum [3] apostaticus fuit; aut aliquis annum tuum [4] aspexit ex diametro, aut conjunctus, aut in centro; vel alia his similia respondebit; addens, quia [5] in his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo, aut invisibilis, aut in schemate, aut extra hæresim, [6] aut deficiens, aut non contingens, aut in obscuris stellis; & multa alia his similia, secundum rationes proprias respondebit, & de singulis adsignabit. Post hunc alium adito Mathematicum, & dicito contraria; quia illud mihi boni contigit in illo tempore; tempus autem hoc idem B dicito, & require ex quibus partibus Genesis hoc tibi evenerit boni; & tempora, ut dixi, eadem quæ de malis interrogaveras, custodito. Cumque tu fefelleris de temporibus, vide quanta tibi inveniet schemata, per quæ ostendat quod tibi in illis ipsis temporibus evenire debuerint bona: impossibile enim est hominum Genesim tractantibus, non [7] in omni quam dicunt regione stellarum semper invenire quasdam bene positas stellas, & quasdam male: circulus enim est æqualiter ex omni parte collectus secundum Mathesim, diversas & varias accipiens caussas, ex quibus occasionem capiant dicendi quod volunt.

C XII. Sicut enim fieri solet ubi somnia aliqua viderint homines, & nihil certi intelligunt; cum aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint aptant etiam somnii visum; ita est & Mathesis: antequam aliquid fiat, certi nihil pronuntiatur; postea vero quam aliquid acciderit, rei jam gestæ colligunt caussas. Denique frequenter cum enarraverint, & aliter res acciderit; semet ipsos increpant, dicentes, quia illa fuit stella quæ impedivit, quæ occurrit; & non videmus, ignorantes quia error eorum non ex artis imprudentia, sed ex totius caussæ inconvenientia descendit: ignorant enim quæ sint, quæ facere quidem concupiscamus, non tamen indulgeamus concupis- D centiis. Non autem qui mysterii hujus didicimus

1. *Et pater.*] Tota περιοχὴ, ex lib. 14. Periodorum laudata ab Origene tomo 3. Explanationum in Genesim, ac Geneseos I. 14. exstat Philocaliæ cap. 22. Et quidem citantia verba protuli in Testimoniis Veterum: ubi recte legebam, ἐκβεβηκέναι, quod reperi postea in duobus Regiis codicibus. Nunc vero ut intelligatur facilius quid hoc loco non usquequaque Græco respondeat, utque Notis sequentibus veluti fax præferatur, placet citata ab Origene & Rufinianam versionem nostram sub unum conspectum dare. —— Quæ heic exhibet Cotelerius, habes infra in Appendice Recognitionibus subjecta, num. v.

2. *Vide Mathematicum*, &c.] Expressit ista Scriptor Actorum S. Sebastiani, mea quidem sententia alius a S. Ambrosio. *Præcipe hodie*, inquit, *ad te Mathesis venire doctorem; cui dicas, illo tempore te asperis casibus laborasse; & inquire per quas stellas hoc tibi evenerit mali. Responsa ejus erunt procul dubio talia; quod tempus tuum a malitioso Marte susceptum est, aut Saturnus apocatastaticus fuit, aut annus tuus ex diametro susceptus est, aut climacterica tibi in centro sunt nata, aut syndetus fuit cum malo, aut invisibilis, aut in schemate, aut immobilis circa te exstitit cursus in stellis. Hæc & his similia cum dixerit, rationis tibi verisimile assignare nititur aliquid & probare. Age nunc, interroga alterum Mathematicum; cui ipsas horas, ipsumque tempus in bonis tibi exuberasse casibus dicas: illico videbis eum tibi rationabilia schemata infinita afferre, quibus approbet, quia in ipsis tibi temporibus evenire debuerint bona. Circulum etenim tenet ex omni parte collectum, in quo diversas & varias caussas accipit, ex quibus occasionem capiat dicendi quod voluerit. Nam futura penitus prævidere non possunt, climactericas dicunt, id est, natura rei incerta profugia.* Lege si lubet Notas sequentes.

3. *Aut aliquis eorum apocatastaticus fuit.*] Sic enim legendum. Nec mirandum si aliter ignotam vocem scripserint librarii, tum heic, tum in Gestis S. Sebastiani, tum apud Sidonium lib. 8. Epist. 11. tum denique loco Philocaliæ superius allato; in quo e Regiis MSS. restitui ἀποκαταστατικὸς pro ἀποκαταστικὸς vulgato. Sed Sidonii verba non debeo præterire. *Illud sane non solum culpabile in viro fuit, sed peremtorium; quod Mathematicos quondam de vitæ suæ fine consuluit, urbium cives Africanarum; quibus ut est regio, sic animus ardentior: qui constellatione percunctantis inspecta, pariter annum, mensem, diemque dixerunt, quos (ut verbo Matheseos utar) climactericos esset habiturus: utpote quibus themate oblato, quasi sanguinariæ genituræ schema patuisset, quia videlicet amici nascentis anno, quemcumque clementem planeticorum siderum globum in diastemate Zodiaco prosper ortus erexerat, hunc in occasu cruentis ignibus inrubescentes,* E *seu super diametro Mercurius asyndetus, seu super tetragono Saturnus retrogradus, seu super centro Mars apocatasticus exacerbassent.* De ἀποκαταστάσει, hoc est reditu planetæ ad idem signum cæleste, agunt Maximus in caput 8. libri de divinis nominibus, Columella lib. 3. cap. 6. & alii.

4. *Aspexit.*] Græce ἐπεθεώρησεν. Igitur in Actis Sebastiani, *susceptus* corruptum est ex *suspectus*.

5. *In his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo.*] Legebat, ἀσύνδετος, quod sensu idem est ac ἀσύνθετος. Qui autem heic & in Gestis Sebastiani *syndetus* scripserunt, dum corrigere conantur, ob imperitiam lapsi sunt. Neque vero omitti debuit a Rufino vox ἀγαθοποιός.


6. *Aut deficiens.*] ἢ ἐν ἐκλείψει. Manilius lib. 4. Astronomicon;

Percipe nunc etiam, quæ sint Ecliptica Graio
Nomine, quæ certos quasi delassata per annos
Nonnumquam cessant sterili torpentia motu.

Atque hinc patet cur in Actis Sebastiani habeatur, *aut immobilis circa te exstitit cursus in stellis.*

7. *In omni quam dicunt regione stellarum.*] χώρᾳ, non ὥρᾳ.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



rationem, scimus & caussam: quia libertatem habentes arbitrii, interdum concupiscentiis obsistimus, interdum cedimus: [1] & ideo humanorum gestorum incertus est exitus; quia in libertate pendet arbitrii. Nam concupiscentiam quidem quam operatur maligna Virtus, potest indicare Mathematicus; sed si concupiscentiæ hujus actus vel exitus impleri possit, nec ne; quia in arbitrii libertate est, sciri ante effectum rei a nullo potest: & hoc est quod ignorantes Astrologi invenerunt sibi, [2] ut climacteras dicerent, rei scilicet incertæ perfugia, sicut hesterno plenissime ostendimus.

XIII. Ad hæc si quid tibi dicendum videtur, dicito. Et pater: [3] Nihil verius, inquit, fili, his quæ prosecutus es. Cumque hæc loqueremur inter nos, nuntiavit quidam plurimum stare populum foris, qui audiendi gratia convenerint; & Petrus jussit his ingrediendi copiam dari: erat enim locus opportunus & amplus. Cumque ingressi fuissent, ait ad nos Petrus: Si quis vult vestrum, faciat ad populum sermonem, & de Idololatria disserat. Cui ego Clemens respondi: Multa benignitas tua, & erga omnes lenitas ac patientia indulget nobis, ut audeamus loqui coram te, & rogare quæ volumus: & ideo, ut dixi, morum tuorum mansuetudo invitat omnes, & adhortatur salutaris doctrinæ præcepta suscipere: hoc ego usque ad præsens apud nullum alium vidi, nisi apud te solum; apud quem invidia nulla est, neque indignatio: aut quid tibi videtur?

XIV. Et Petrus: Non solum hæc ex invidia aut indignatione veniunt; sed interdum inest aliquibus verecundia, ne forte de his quæ proponuntur, plene respondere non possint, & refugiant imperitiæ notam. Sed non debet pro hoc quis verecundiam pati; quia nec est aliquis hominum, qui profiteri debeat omnia se scire: unus enim est qui scit omnia, ipse qui & fecit omnia. Si enim Magister noster diem & horam, cujus etiam signa prædixit, [a] nescire se professus est; ut totum revocaret ad Patrem: quo modo nos turpe ducemus, si aliqua nos ignorare fateamur, cum Magistri in hoc habeamus exemplum? Hoc tamen unum profitemur ea nos scire, quæ a vero Propheta didicimus: ea autem a vero Propheta nobis esse tradita, quæ sufficere humanæ scientiæ judicavit.

XV. Tum ego Clemens dicere ita cœpi: Apud Tripolim cum contra Gentiles disputares, domine mi Petre, valde miratus sum te, qui a patribus Hebræo ritu & observantiis propriæ legis imbutus, Græcæ eruditionis studiis in nullo inquinatus es; quo modo tam magnifice, & tam incomparabiliter profecutus sis; ita ut etiam quædam de historiis deorum quæ in theatris decantari solent, contingeres: verum quoniam sensi, tibi ipsas fabulas & blasphemias eorum minus esse notas; de his, si placet, aliqua in auditu tuo repetens, ab ipsa origine disseram. Et Petrus: Dic, inquit; bene facis juvare prædicationem nostram. Tum ego: Dicam igitur, quia jubes: non ut docens, sed quam stultas de diis suis opiniones habeant Gentiles, in medium proferens.

XVI. Cumque vellem dicere, Niceta labrum mordicus stringens, innuebat mihi ut tacerem: quem cum vidisset Petrus, ait: Cur ingenium liberale, & generosam lædere vis naturam; ut in honorem mei qui nullus est, tacere eum velis? Aut nescis quia si omnes gentes, postquam audierint a me prædicationem veritatis, & crediderint, velint se ad docendum conferre; mihi majorem pariunt gloriam, si quidem gloriæ me cupidum putas? Quid enim tam gloriosum, quam Christo discipulos præparasse; non qui taceant, & soli salvi fiant, sed qui loquantur quæ didicerunt & multis prosint? Utinam quidem & tu Niceta, sed & tu dulcissime Aquila, juvaretis me ad prædicandum verbum Dei; eo magis quo ea in quibus errant Gentiles, bene vobis comperta sunt: & non solum vos, sed & omnes qui audiunt me, opto, ut dixi, ita audire & discere, ut & docere possint: multis namque adjutoribus indiget mundus, quibus homines ab errore revocentur. Cumque hæc dixisset, ait ad me: Tu ergo Clemens exsequere quæ cœpisti.

XVII. Et ego continuo subjunxi: Quoniam, ut dixi, apud Tripolim disputans, multa de diis Gentium utiliter & necessario disseruisti; cupio de origine eorum ridicula, te coram, exponere; ut neque te lateat vanæ hujus superstitionis commentum, & auditores qui adsistunt erroris sui probra cognoscant. Aiunt ergo qui sapientiores sunt inter Gentiles, primo omnium Chaos fuisse: hoc per multum tempus exteriores sui solidans partes, fines sibi & fundum quemdam fecisse, tamquam in ovi immanis modum formamque collectum; intra quod multo nihilominus tempore, quasi intra ovi testam, fotum vivificatumque esse animal quoddam; disruptoque post hæc immani illo globo, processisse speciem quamdam hominis duplicis formæ, quam illi Masculo-feminam vocant: hunc etiam [4] Phanetam nominarunt, ab apparendo; quia cum apparuisset, inquiunt, tunc etiam lux effulsit; & ex hoc dicunt progenitam esse Substantiam, Prudentiam, Motum, Coitum: ex his factum cælum & terram: ex cælo sex progenitos mares,

a Matth. xxiv. 36. Marc. xiii. 32.

1. *Et ideo humanorum gestorum* &c.] Hic Rufinus Rufinum agit, hoc est, laxum malumque præsertim in obscurioribus interpretem.

2. *Ut climacteras dicerent, rei scilicet incertæ perfugia.*] Hinc scribi forte debeat in S. Sebastiani Actis: *climacteras dicunt, id est, natura rei incertæ perfugia.* Aliud sonant Græca; *τὰς κλιμακτῆρας ἐπενόησαν, εἰς ἀδηλότητα ποιούμενοι* vel *μεταποιούμενοι τὴν προαίρεσιν*. Nempe: *Climacteras commenti sunt, liberam hominis voluntatem in incerto ponentes,* aut *in rem incertam commutantes.*

3. *Nihil verius, inquit, fili, his quæ prosecutus es.*] Alicujus momenti est lectio Græca duorum Regiorum Codicum, *ἀπεκρίνατο, μηδὲν πάντων ἀληθέστερον εἶναι ὧν εἶπεν.*

4. *Phanetam.*] Phanes *ὠογενὴς* Orpheo in Hymnis, *ἐκ τοῦ ὠοῦ προχυθεὶς* apud Athenagoram Legatione pro Christianis; quia masculofemina, ideo (opinor) in Orphicis Carminibus inducebatur habens *αἰδοῖον ὀπίσω περὶ τὴν πυγὴν*, teste Elia Cretensi ad Gregorii Nazianzeni Orat. 3. (ubi male legunt ac interpretantur *πηγὴν*) & 37. Nonno ad eamdem Orationem 3. & Suida in Lexico. Cum autem nomen *Φάνης* deducatur a verbo *φαίνειν*, diversa a diversis Etymologiæ ratio affertur. Orpheus initio Argonauticorum, *πρῶτος γὰρ ἐφάνθη*. Hymno *πρωτογόνου*,

Λαμπρὸν ἄγων φάος ἁγνόν, ἀφ' οὗ σε Φάνητα κικλήσκω.

In Clementinis; *ὅτι αὐτοῦ φανέντος, τὸ πᾶν ἐξ αὐτοῦ ἔλαμψεν*. Lactantius lib. 1. cap. 5. *Quod, cum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit & exstiterit.* Proclus in Timæum; *ὡς ἐκφαίνοντα τὰς νοητὰς ἑνάδας.* Macrobius denique lib. 1. Saturnal. cap. 17. *Phaneta appellant ἀπὸ τοῦ φαίνειν, & Φαναῖον, ἐπειδὴ φαίνεται νέος*, & cap. 18. *Phaneta ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ φανεροῦ.* Hæc ad istius loci illustrationem.

quos & [1] Titanas appellant; similiter & de Terra sex feminas, quas Titanidas vocitarunt: & sunt nomina; eorum quidem qui ex Cælo orti sunt, hæc: Oceanus, Coeus, Crios, Hyperion, Japetos, Cronos, qui apud nos Saturnus nominatur: similiter & earum quæ a Terra ortæ sunt, nomina sunt hæc: Theia, Rhea, Themis, Mnemosyne, [2] Tethys, [3] Hebe.

XVIII. Ex his omnibus qui primus fuerat e Cælo natus, primam Terræ filiam accepit uxorem; secundus, secundam, & ceteri similiter per ordinem. Primus ergo qui primam duxerat, propter eam deductus est deorsum: secunda vero propter eum cui nupserat, ascendit sursum: & ita singuli per ordinem facientes, manserunt in his qui eis nuptiali sorte obvenerant locis. Ex istorum conjunctionibus, alios quoque innumeros adserunt progenitos. Sed de illis sex maribus unus qui dicitur Saturnus, qui in conjugium acceperat Rheam; & cum responso quodam commonitus esset, quod qui ex eo nasceretur, fortior ipso futurus esset, regnoque eum depelleret, omnes qui ei nascerentur filios devorare instituit. Huic ergo primus nascitur filius, quem Aiden appellarunt, qui apud nos Orcus nominatur; quem pro caussis quibus supra diximus, adsumtum devorat pater. Post hunc secundum genuit, quem Neptunum dicunt, quemque simili modo devoravit. Novissimum genuit eum, quem Jovem appellant: sed hunc mater miserans Rhea, per artem devoratori subtrahit patri; & primo quidem ne vagitus pueri innotesceret, Corybantas quosdam cymbala fecit ac tympana percutere; ut obstrepente sonitu, vagitus non audiretur infantis.

XIX. Sed cum ex uteri imminutione intellexisset pater editum partum, expetebat ad devorandum: tunc Rhea lapidem ei offerens magnum, Hunc genui, inquit. At ille accipiens absorbuit; & lapis devoratus, eos quos primo absorbuerat filios trusit, & coegit exire. Primus ergo procedens descendit Orcus; & inferiora, hoc est, inferna occupat loca. Secundus, utpote illo superior, super aquas detruditur; is quem Neptunum vocant. Tertius, qui arte matris Rheæ superfuit, ab ipsa capræ superpositus, in cælum emissus est.

XX. Hactenus anilis Gentilium fabula & genealogia processerit: sine fine enim est, si velim omnes A generationes eorum quos deos appellant, & impia gesta proferre. Sed exempli gratia, omissis ceteris, unius quem maximum & præcipuum habent, quemque Jovem nominant, flagitiosa gesta replicabo. Hunc enim cælum dicunt tenere, tamquam ceteris meliorem: qui statim ut adolevit, sororem propriam quam Junonem dicunt, duxit uxorem; in quo utique statim fit similis pecudi. Juno Vulcanum parit; sed, ut tradunt, non ex Jove conceptum. Ex ipso autem Jove Medeam genuit: quam responso accepto, quod qui ex ea nasceretur fortior ipso esset, & regno eum depelleret, assumens etiam ipse devorat: & rursum genuit, de cerebro quidem Minervam, de B femore vero Liberum. Post hæc Thetidem cum adamasset, aiunt Prometheum pronuntiasse ei, quod si concubuisset cum ea, qui ex ea nasceretur, fortior esset patre; & ob hoc veritus, Peleo cuidam dat eam in matrimonium: dehinc Persephonæ, quæ ei ex Cerere fuerat suscepta, miscetur; ex qua Dionysium genuit, qui a Titanis discerptus est. Sed recordatus, inquit, ne forte pater suus Saturnus alium filium generaret, qui etiam se fortior nasceretur, regnoque depelleret; oppugnare adgreditur patrem una cum fratribus ejus Titanis: quibus oppressis, ad ultimum etiam patrem in vincula conjecit; desectaque ejus genitalia in mare projicit: sed cruor C qui defluxit ex vulnere, susceptus fluctibus & frequenti collisione in spumam versus, procreavit eam quam dicunt Aphroditen, quamque apud nos Venerem appellant: ex cujus concubitu, quæ erat utique soror, hunc ipsum Jovem ferunt genuisse Cyprin; ex qua aiunt & Cupidinem natum.

XXI. Hæc quidem de incestis ejus: [4] audi nunc & de adulteriis. Europam Oceani conjugem vitiat, ex qua nascitur [5] Dodonæus: Helenam Pandionis, ex qua nascitur Musæus: Eurynomen Asopi, ex qua nascitur Ogygias: [6] Hermionem Oceani, ex qua nascuntur Charites, Thalia, D Euphrosyne, Aglaia: Themin sororem suam, ex qua nascuntur Horæ, [7] Eurynomia, Dice, Irene: [8] Themisto Inachi, ex qua nascitur Arcas: Ideam Minois, ex qua nascitur Asterion: Phœnissam Alphionis, ex qua nascitur Endymion: Io Inachi, ex qua nascitur Epaphus: Hippodamiam & Isionen Danai filias; quarum unam Hippodamiam Olenus, Isionen vero Orchomenus sive Chryses habuit: [9] Carineam Phœnicis, ex qua nascitur

1. *Titanas.*] *Titanidas.* Animadversione dignus est locus Tertulliani lib. 2. ad Nationes cap. 2. *Æque Actesilaus trinam formam divinitatis ducit, Olympios, Astra, Titaneos; de Cælo & Terra: ex his, Saturno & Ope Neptunum, Jovem, & Orcum, & ceteram successionem. Xenocrates Academicus bifariam facit, Olympios & Titanios, qui de Cælo & Terra.* Etenim Gothofredus edidit, *Actesilaus*, correxit autem in Notis, *Arcesilaus*: adeoque emendatio placuit Rigaltio, ut eam in textum insereret: pravo sane exemplo: cum longe verisimilior lectio sit, *Acusilaus*. Colligo id ex Etymologici magni verbis: Κοῖος ὁ πατὴρ Λητοῦς παρὰ τὸ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν καὶ συνιέναι· ὅ ἐστι συνετός. Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε. οἱ Ἄτλαντος [illegible] ἀπὸ τοῦ [illegible] κέχρηνται. οὗτοι δὲ Τιτᾶνες καὶ Τιτανίδες καλοῦνται, ὡς Ἀκουσίλαος. ἀλληγορία δὲ, Κοῖον τὴν ποιότητα, Κρεῖον δὲ τὴν κρίσιν, Ὑπερίονα κινητικότητα, τὸν δὲ Ἰαπετὸν [illegible]. Ἡσίοδος ἐν Θεογονίᾳ. Tradita hæc ab Acusilao in celebri Opere περὶ γενεαλογιῶν. Vide, si lubet, diligentissimum Vossium de Historicis Græcis.

2. *Tethys.*] Ita scribendum. Græce Τηθύς. Sed frequenter in hoc nomine labuntur operæ. Sic in Theophilo Antiocheno lib. 2. ediderunt Τηθὺν, Θηθὺν, *Thetym*. Tzetzes extrema Chiliade 6.

Ὠ. Ἀγ[illegible] καὶ τοῦ Πηλέω [illegible],
Οὐ τὸ [illegible], ἀλλὰ τοὺς γυναῖκ.

Mare non est Thetys, sed Tethys. Scripsit ergo, aut scribere debuit, θαλάττης Τηθύος.

3. *Hebe.*] Legendum videretur mihi, *Phœbe*, ex Orpheo, Hesiodo, Diodoro Siculo & Apollodoro; nisi scirem deorum in genealogiis nihil esse fixum ac stabile. E Quocirca in Clementinis locum hujus feminæ occupat Ceres.

4. *Audi nunc & de adulteriis.*] In Catalogo sequenti præter vulgaria, multa sunt nomina ignotiora: non pauca (quod etiam lectionum varietas indicat) depravata: quædam forsan quæ non exstant alibi. Ego vero difficiliorum nonnullis illustratis & correctis, cetera doctioribus & minus occupatis hominibus reliqui expendenda quærendaque.

5. *Dodonæus.*] ἀπὸ Δωδώνης τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. Stephanus de urbibus, in Δωδώνη.


6. *Hermionen.*] Sine dubio scribi debet, *Eurynomen*.

7. *Eurynomia.*] Codex Regius & Petiti Liber *[illegible]*: ex quo facio *[illegible]*.

8. *Themist.*] Stephanus in Ἀρκάδι· Ἴσρος δέ, φησιν, Θεμιστὼ καὶ Διὸς Ἀρκάδα [illegible].

9. *Carineam Phœnicis, ex qua nascitur [illegible], quæ fuit sodalis Dianæ.*] Emendo, *C[illegible]*, & *Britomartis*. Etenim Diodorus Siculus & Pausanias Britomartin Dianæ so-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



Critomaris, quæ fuit sodalis Dianæ: Callisto Lycaonis, ex qua nascitur Arcas: [1] Lybeen Munanti, ex qua nascitur Belus: Latonam, ex qua nascitur Apollo & Diana: Leanidem Eurymedontis, ex qua nascitur Coron: Lysitheam Eueni, ex qua nascitur Helenus: [2] Hippodamiam Bellorophontis, ex qua nascitur Sarpedon: Megacliten Macarei, ex qua nascitur Thebe & Locrus: Nioben Phoronei, ex qua nascitur Argus & Pelasgus: [3] Olympiadam Neoptolemi, ex qua nascitur Alexander: [4] Pyrrham Promethei, ex qua nascitur [5] Helmetheus: Protogeniam & Pandoram Deucalionis filias, ex quibus genuit [6] Aetelium, & Dorum, & Meleram, & Pandorum: Thaicruciam Protei, ex qua nascitur Nympheus: [7] Salaminam Asopi, ex qua nascitur Saracon: Taygeten, Electram, Maiam, [8] Plutiden, Atlantis filias; ex quibus genuit, ex Taygete quidem Lacedæmonem, ex Electra Dardanum, ex Maia Mercurium, ex Plutide Tantalum: [9] Pthiam Phoronei, ex qua genuit Achæum: Chalceam Nympham, ex qua nascitur Olympus: Charidiam Nympham, ex qua nascitur Alchanus: [10] Chloridam, quæ fuit Ampegi, ex qua nascitur Mopsus: Cotoniam Lesbi, ex qua nascitur Polimedes: Hippodamiam Aniceti: Chrysogeniam Penei, ex qua nascitur Thissæus.

XXII. Sed & alia sunt plurima ejus adulteria, ex quibus nec progeniem suscepit, quæ enumerare satis longum est. Verum ex his omnibus quas enumeravimus, nonnullas transformatus, utpote magus, vitiavit. Denique Antiopen Nyctei, versus in Satyrum corrupit; ex qua nascuntur Amphion & Zethus: Alcmenam, mutatus in virum ejus Amphitryonem, ex qua nascitur Hercules: Æginam Asopi, mutatus in aquilam, ex qua nascitur Æacus. Sed & Ganymedem Dardani, mutatus nihilominus in aquilam, stuprat: Mantheam Phoci, mutatus in ursum, ex qua nascitur Arctos: Danaen Acrisii, mutatus in aurum, ex qua nascitur Perseus: Europen Phœnicis, mutatus in taurum, ex qua nascitur Minos & Rhadamantus, Sarpedonque: [11] Eurymedusam Achelai, mutatus in formicam, ex qua nascitur Myrmidon: [12] Thaliam Ætnam Nympham, mutatus in vulturem, ex qua nascuntur apud Siciliam Palisci: [13] Imandram Geneani apud Rhodum, mutatus in imbrem, [14] Cassiopiam, ex qua nascitur Anchinos: [15] Ledam Thesi, mutatus in cycnum, ex qua nascitur Helena: & iterum eamdem, mutatus in stellam, ex qua nascuntur Castor & Pollux: Lamiam, mutatus in upupam: Mnemosynen, mutatus in pastorem, ex qua nascuntur Musæ novem: Nemesin, mutatus in anserem: Semelen Cadmiam, mutatus in ignem, ex qua nascitur Dionysus. Ex filia autem sua Cerere, genuit Persephonen, quam & ipsam corrupit, mutatus in draconem.

A B

XXIII. Sed & Europam patri sui Oceani uxorem & sororem ejus Eurynomen adulterat; & patrem punit: & Pluten Atlantis filii sui adulterat filiam; ex qua natum sibi filium Tantalum damnat. Ex [16] Larisse etiam Orchomeni, genuit Tityonem, quem & ipsum suppliciis tradidit, [17] Dianam Ixionis filii sui diripiens uxorem, ipsum perennibus subjecit pœnis: & pæne omnes quos ex adulteriis genuit filios, violentæ mortis conditione damnavit: quorum & sepulcra pæne omnium manifesta sunt. [18] Ipsius denique parricidæ, qui & patruos peremit, & uxores eorum vitiavit, sororibus stuprum intulit, multiformis magi sepulcrum evidens est apud Cretenses: qui tamen scientes & confitentes infanda ejus atque incesta opera, & omnibus enarrantes, ipsi eum confiteri Deum non erubescunt: unde mirum mihi, & valde mirum videtur, quo modo is qui super omnes mortales scelere & flagitiis eminet; sanctum & quod est super omne bonum, nomen acceperit, ut pater deorum atque hominum vocaretur: nisi forte ille qui malis hominum gaudet; eum quem sceleribus eminere supra ceteros vidit, supra ceteros ei honorem conferre infelices animas suasit; ut ad imitationem malorum, invitaret universos.

C

XXIV. Sed & filiorum ejus, qui apud eos dii putantur, sepulcra singulis quibusque in locis manifestissime demonstrantur; [19] Mercurii, apud

D

ciam, filiam faciunt Jovis e Carme Eubuli filia: Virgilii vero in Ciri versus est;

Quam simul Ogygii Phœnicis filia Carme.

Sane in Supplemento Thesauri Critici scriptum invenio a Jacobo Nicolao Loensi lib. 8. cap. 26. *Clemens Romanus Britomartin Charmes & Jovis filiam fuisse dicit.* Et *Critomartis* pro *Britomartis* errorem esse librariorum idem Auctor observat: pejusque apud Cœlium Rhodiginum lib. 18. cap. 26. *Cretomartin*, Κρητόμαρτιν legere est.

1. *Lybeen.*] Malim, *Libyen.*

2. *Hippodamiam.*] Alii Laodamiam. Diodorus Siculus Δηϊδάμειαν.

3. *Olympiadam.*] Pro *Olympiadem*. Ολυμπιάδα.

4. *Pyrrham Promethei.*] Al. *Erimethei* pro *Epimethei*. Apollodorus lib. 1. Πύῤῥαν τὴν Επιμηθέως καὶ Πανδώρας.

5. *Helmethius.*] Consule varias lectiones. Videtur iste esse Hellen, a quo Ελληνες dicti.

6. *Aethelium.*] Optima scriptura, *Aethlium*. Αέθλιον.

7. *Salaminam Asopi.*] Σαλαμῖνα. Pausanias in Atticis.

8. *Plutiden.*] *Plutide*. Infra capite 23. *Pluten*. Τάνταλος Διός τε καὶ Πλετῆς. Pausanias in Corinthiacis.

9. *Pthiam.*] Mecum lege *Phthiam*.

10. *Chloridam, quæ fuit Ampegi, ex qua nascitur Mopsus.*] Rescribo *Ampyci*.

11. *Eurymedusam Achelai.*] Ex Clementinis, *Acheloi*. At Clementi Alexandrino, Κλήτορος: indeque Arnobio, *Clitoris*.

12. *Thaliam Ætnam.*] Palicorum, non Paliscorum, matrem dictam fuisse ab aliis Thaliam, ab aliis Ætnam discimus ex Stephano in Παλική, & Servio ad Æneid. IX. Quare videtur hoc loco alterutrum solummodo nomen ad textum pertinere, aliud vero esse glossema marginale. Certe Gallica Interpretatio solius Thaliæ mentionem facit.

13. *Imandram Geneani.*] Codd. Sorb. & Th. *Mandam Gegeneam*. Reg. & Pet. *Imandam Geneam*. Candel. *Immandam Gegeneam*. Clementinorum V. 13. Εἴμᾳ τῇ γηγενεῖ. Ex quibus suspicor Rufinum audientem a lectore suo Εἴμαν τὴν γηγενέα, vertisse *Imandam Gegeneam*, cum debuisset, *Imam terrigenam*.

14. *Cassiopiam.*] Addunt Codd. nostri sex; *mutatus in virum ejus Phœnicem:* recte, ut patet ex Clementinis, ac ex Scholiaste Apollonii ad Argonaut. lib. 2. vers. 178.

E 15. *Ledam Thesi.*] Scrib. *Thestii*.

16. *Ex Larisse.*] Tityonis, seu potius Tityi matrem alii Elaram vocant.

17. *Dianam.*] Codd. Sorb. & Th. *Dinam*. Cand. *Didam*, Vera lectio, *Diam*.

18. *Ipsius denique parricidæ* &c.] Cæsarii locus Dialogo 2. Respons. ad Interrogat. 112. qui ex hoc formatus videtur, pessime acceptus fuit a librariis. ὐ θεῷ, ἀλλὰ σποδῷ προσκυνῦσι, διὰ τῦ πατραλοίυ, καὶ τῶν οἰκείων τέκνων τὺς γάμυς φθάραντος, καὶ ἐν τάφῳ παρὰ Κρήσι φθαρέντος, ὅπερ ὐκ ἔστι θεῦ. Adeo ne difficile erat videre, παρὰ Κρησί; *Non Deum, sed cinerem adorant, in parricida, eo qui liberorum suorum matrimonia corrupit, atque in sepulcro apud Cretenses computruit: id quod non est Dei*. Sed & forsan legendum Διὸς pro διά.

19. *Mercurii, apud Hermopolim.*] Hinc Cæsarius loco citato; ἐν μὲν τῇ Ερμυπόλει τὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀνερμήνευτον Ερμῆν εἰς κόνιν διαλυθέντα. *Hermopoli quidem Mercurium cujus exponi oratione flagitia nequeunt, redactum in pulverem*,

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



Hermopolim; [1] Cypriæ Veneris, apud Cyprum; A [2] Martis, in Thracia; [3] Liberi, apud Thebas, ubi discerptus traditur; [4] Herculis, apud Tyrum, ubi igni crematus est; [5] In Epidauro, Æsculapii: quique omnes, non solum ut homines defuncti, sed ut nequam homines puniti pro sceleribus docentur: & tamen ab stultis hominibus ut dii adorantur.

XXV. Quod si argumentari volunt; & magis hæc loca ortus eorum, quam sepulturæ vel mortis affirmant; ex vicinis & adhuc recentibus gestis, priora & vetera convincentur; cum docuerimus adorari ab eis eos, quos etiam ipsi homines & defunctos, potius punitos esse profitentur: B verbi gratia, ut [6] Syri Adonem, Ægyptii Osirin, [7] Ilienses Hectorem, [8] apud Leuconessum Achillem, [9] apud Pontum Patroclum, [10] apud Rhodum Alexandrum Macedonem: multosque alios per diversa loca, singuli ut deos colunt & adorant, quos homines mortuos fuisse non dubitant. Unde consequens est etiam priores simili errore prolapsos, mortuis hominibus, qui forte vel potentiæ aliquid vel artis habuerant, maximeque si phantasiis magicis in stuporem stolidos homines adduxerant, honorem contulisse divinum.

XXVI. Jam hinc additum est, ut & Poetæ elegantia verborum, commenta erroris ornarent; & C suavitate dicendi, immortales effectos esse ex mortalibus persuaderent: immo & amplius aliquid; ex hominibus aiunt stellas fieri, & arbores, & animalia, & flores, & aves, fontesque ac fluvios: & ni verbositas videretur, omnes pæne stellas, quas ex hominibus effectas adserunt, enumerare, vel arbores, vel fontes ac fluvios possem: exempli tamen caussa, singula saltem ex singulis memorabo. Andromedam Cephei, in stellam dicunt esse conversam: [11] Danaen Ladonis fluvii filiam, in arborem commutatam: Hyacynthum Apollinis dilectum, in florem; Callisto, in sidus quod Arcton vocant: [12] Prognen & Philomelam cum Tereo, in aves; Thisben apud Ciliciam, in D fontem; & Pyramum inibi in fluvium resolutos: omnesque pæne, ut dixi, vel stellas, vel arbores, fontesque, ac fluvios, floresque, & animalia, vel aves, aliquando homines fuisse confirmant.

XXVII. At Petrus hæc audiens, ait: Ergo secundum ipsos, antequam homines mutarentur in stellas, vel cetera quæ enumeras; & cælum sine stellis erat, & terra sine arboribus & animalibus; nec fontes, nec flumina, nec aves erant: & quo modo ipsi homines vixerunt sine his, qui in hæc postmodum mutati sunt; cum constet nec potuisse prorsus sine his vitam ducere homines in terris? Et ego Clemens respondi: Sed ne ipsum quidem cultum deorum suorum observare consequenter norunt: unusquisque enim eorum quos colunt, habet aliquid sibi dicatum, a quo debent se continere cultores; utputa Minervæ olivam, Jovi capram ferunt dicatam: Cereri semina, Libero vinum, [13] Osiri aquam, Hammoni arietem, Dianæ cervum, Syrorum dæmoni piscem & columbam, Vulcano ignem: & unicuique, ut dixi, est aliquid proprie dicatum; a quo oportebat abstinere se cultores, ad honorem eorum quibus dicati sunt. Nunc autem singuli ab uno aliquo se observantes, pro unius honore ceteros iratos habent: quos utique si placare velint, pro honore omnium abstinere se ab omnibus oportebat; ut ante diem judicii justa a semet ipsis sententia condemnati, morte miserrima per inediam deperirent.

XXVIII. Verum ad propositum revertamur. Quæ, malum! ratio est; immo quæ amentia mortalium possidet mentes; ut hominem quem impium, sceleſtum, profanum, Jovem dico, incestum, parricidam, parricidam, non solum sciunt esse, sed & publice in theatris cantant; hunc ut deum colant & adorent? Aut si pro his gestis deus esse meruit; ergo & si quos audiunt homicidas, adulteros, parricidas, incestos, etiam nunc debent ut deos adorare. Sed quod in aliis exsecrantur; scire omnino non possum, cur in illo venerentur. Et Petrus respondit: Quoniam te nescire dicis, disce a me cur in illo facinorosa gesta venerentur: primo quidem, ut cum ipsi similia egerint, acceptos se ei futuros sciant, utpote quem imitantur in flagitiis. Secundo, quod hæc litteris scite recondita, & versibus eleganter inserta Veteres reliquerunt: & nunc puerilis eruditionis obtentu, cum eorum notitia teneris

1. *Cypriæ Veneris apud Cyprum.*] Cæsarius ibidem; *ἐν δὲ Κύπρῳ τὴν Κύπριν, κύπρῳ ἐν τάφῳ κειμένην*. Martyrium S. Ignatii; *Ἀφροδίτης ὁ τάφος ἐν Πάφῳ δείκνυται*.

2. *Martis in Thracia.*] Pergit Cæsarius; *ἐν δὲ Θρᾴκῃ Ἄρην, τὸν τῆς ἀρᾶς ἐπώνυμον*. In Chronico Alexandrino E p. 88. *καὶ ἐλθὼν ἐν τῇ Θρᾴκῃ ἐκεῖ τελευτήσας κεῖται*.

3. *Liberi apud Thebas.*] Cæsarius; *ἐν Θήβαις Διόνυσος*. Vide Clementina Hom. 5. cap. 23.

4. *Herculis, apud Tyrum, ubi igni crematus est.*] In Vita S Ignatii apud Bollandum; *Hercules igne consumtus est in Tyro.* Arnobius lib. 1. *Thebanus aut Tyrius Hercules; hic in finibus sepultus Hispaniæ, flammis alter concrematus Oetæis.* Apud Cæsarium; *ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς, μᾶλλον δὲ Ἡρακλῆς τυφλωθεὶς γενόμενος διὰ κακίαν, ὑπὸ τῶν ἀθέων ἐκθειάζεται*: qui locus, modo sanus sit, ita ex Etymologico magno intelligendus videtur, quod Ἡρακλῆς potius sit *ἐν ἔρᾳ* seu *ἔρᾳ ἀκλεής*, *in terra inglorius*, quam *ἔρας* seu *ἔρας κλέος*, *terræ gloria*.

5. *In Epidauro, Æsculapii.*] *ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιός*. Cæsarius. Lege Pausaniæ Corinthiaca.

6. *Syri Adonem. Ægyptii Osirin.*] Cæsario, *καὶ Σύροι μὲν οἱ φρενόπληκτοι συνοφεταί, τὸν τῷ ᾅδῃ ἐπώνυμον Ἄδωνιν ἐξεθείασαν κακῶς. Αἰγύπτιοι δὲ τὸν συρόμενον καὶ γεωτετῆ Ὄσιριν.*

7. *Ilienses Hectorem.*] Id quoque traditur ab Athenagora in Legatione pro Christianis; & a Cæsario. Sed apud hunc *τὸν Νέκτορα* pro *τὸν Ἕκτορα* perperam ediderunt.

8. *Apud Leuconessum Achillem.*] In Clementinis. *Ἀχιλλεὺς ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ*. Nat[illegible] Achilles insula Leuce, seu Achillea, & Macaron, *Μακάρων*. Non intelligo autem quid sit Ἰκαχὸν in his Cæsarii, *οἱ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ τὸν Ἰκαχὸν Ἀχιλλέα*. Substitui posset, *ἀείκακον*.

9. *Apud Pontum Patroclum.*] Simili modo legebat Cæsarius. Πόντιοι, inquit, *τὸν πατραλοίαν* Πάτροκλον *ἀπεθέωσαν*. Sed malim, *Opuntum* aut *Opuntem*, ex Clementinis, Πάτροκλον Ὀπούντιοι. Opuntius enim erat Patroclus.

10. *Apud Rhodum Alexandrum Macedonem.*] Jlocaliter apud Cæsarium, Ῥόδιοι *τὸν εἰκήμαχον* Μακέδονα, verterunt, *Rhodii Icemachum Macedonem*. Tu serio, *temerarium pugnatorem* intellige.

11. *Danaen.*] Propius ad veram lectionem accedit Codex Sorbonæ nostræ, cum illo Petiti, qui habent, *Danem* & *Danen*, legendum enim omnino *Daphnen*.

12. *Prognen & Philomelam cum Tereo.*] Legatur velim elegans Epistola Gregorii Nazianzeni, prima numero; noteturque eam Epistolam in Codice Vindobonensi, Lambeciano 75. Theologicorum Græcorum, tribui Basilio, perperam: MS. autem Regio 1474. titulum habere, *πρὸς Κελεύσιον ἄρχοντα, ἡνίκα ἐν Γλαυίδι* (f. *τῇ Δαυίδι* ex Epist. 99.) *ἡσύχασεν*.

13. *Osiri aquam.*] Quia per Osiridem aquam intelligebant. *μεταλαμβάνουσι, τὸν μὲν Ὄσιριν εἰς ὕδωρ*, [illegible] *εἰς γῆν*. Origenes V. in Celsum p. 65. Seu [illegible] in Sallustio Philosopho de Diis & mundo cap. 4. Seu Nilum teste Helliodoro lib. 9. post Ælianum lib. 10. de natura animalium cap. 46. Plutarchum de Iside ac Osiride, atque Eusebium Præpar. Evang. lib. 3. cap. 11. Videantur Clementina Hom. 6. n. 9.

& ſimplicibus adhæſerit mentibus, revelli ex eis atque abjici difficulter poteſt.

XXIX. Hæc cum dixiſſet Petrus, Niceta reſpondit: Non putes, domine mi Petre, non habere eruditos quoſque Gentilium veriſimilitudines quaſdam, quibus adſtruant hæc quæ culpabilia videntur & probroſa: quæ quidem ego non ut confirmans errores eorum dico; abſit enim a me, ut hoc vel ad cogitationem meam veniat! ſed tamen ſcio eſſe apud prudentiores ipſorum, defenſiones quaſdam, quibus adſtruere & colorare ſolent hæc quæ videntur abſurda. Et ſi tibi placet, ut aliqua ex his proferam, quæ ex parte aliqua retineo; ut jubes faciam. Cumque Petrus permiſiſſet, Niceta hoc modo cœpit.

XXX. Omnis ſermo apud Græcos, qui de antiquitatis origine conſcribitur, cum alios multos, tum duos præcipuos auctores habet, Orpheum & Heſiodum. Horum ergo ſcripta in duas partes intelligentiæ dividuntur, id eſt ſecundum litteram, & ſecundum allegoriam: & ad ea quidem quæ ſecundum litteram ſunt, ignobilis vulgi turba confluxit: ea vero quæ ſecundum allegoriam conſtant, omnis philoſophorum & eruditorum loquacitas admirata eſt. [1] Orpheus igitur eſt, qui dicit primo fuiſſe Chaos ſempiternum, immenſum, ingenitum, ex quo omnia facta ſunt: hoc ſane ipſum Chaos non tenebras dixit eſſe, non lucem; non humidum, non aridum; non calidum, non frigidum; ſed omnia ſimul miſta, & ſemper unum fuiſſe informe; aliquando tamen quaſi ad ovi immanis modum, per immenſa tempora effectum, peperiſſe, ac protuliſſe ex ſe duplicem quamdam ſpeciem, quam illi Maſculo-feminam vocant, ex contraria admiſtione hujuſmodi diverſitatis ſpeciem concretam: & hoc eſſe principium omnium, quod primum ex materia puriore proceſſerit, quodque procedens diſcretionem quatuor elementorum dederit; & ex duobus, quæ prima ſunt, elementis fecerit cælum, ex aliis autem terram; ex quibus jam omnia participatione ſui invicem naſci dicit & gigni. Hæc quidem Orpheus.

XXXI. Subjungit autem his & Heſiodus; poſt Chaos ſtatim cælum dicens factum eſſe, & terram: ex quibus ait progenitos illos [2] undecim, quos interdum & duodecim dicit, ex quibus ſex mares, quinque feminas ponit: nomina autem dat maribus, Oceanus, Coeus, Crius, Hyperion, Japetus, Cronus qui & Saturnus: item feminas, Thia, Rhea, Themis, Mnemoſyne, Thetys: quæ nomina per allegoriam hoc modo interpretantur: Numerum quidem undecim vel duodecim, ipſam dicunt primam naturam, quam & Rheam a fluendo dictam volunt; reliquos autem decem accidentia ejus dicunt, quas & qualitates appellant; duodecimum tamen addunt & Cronum, quem apud nos Saturnum dicunt; hunc pro tempore accipiunt. Saturnum ergo & Rheam, tempus ponunt & materiam; quæ ubi cum humido, & arido, & calido, & frigido tempore fuerint admiſta, omnia generat.

XXXII. Hæc ergo, inquit, primo omnium, tempore multo concretam genuit quamdam quaſi bullam; quæ ex ſpiritu qui in aquis erat, paullatim collecta intumuit; & aliquanto tempore circumacta per ſuperficiem materiæ, ex qua quaſi ex vulva proceſſerat; rigore frigoris obdurata & glacialibus augmentis ſemper increſcens, abrupta tandem demergitur in profundum; ac pondere ipſo pertracta, in infernum deſcendit: & quia inviſibilis facta eſt, Aides appellata eſt; qui & Orcus, vel Pluto nominatur. Cumque de ſuperioribus mergeretur in inferna, locum confluendi humido præbuit elemento; & pars craſſior, quæ eſt terra, aquis cedentibus patefacta eſt. Hanc ergo aquarum libertatem, quæ prius bulla obtegente premebatur; poſtquam illa inferni ſortita eſt locum, Neptunum eſſe appellatum. Poſt hoc cum elementum frigidum, per concretionem glacialis bullæ, ad inferiora fuiſſet abſortum, & aridum fuiſſet humidumque diſcretum; nullo jam impediente, elementum calidum ignis, utpote vigore & levitate ad ſuperiora convolavit aeris, ſpiritu & procella ſubvectum. Hanc ergo procellam, quæ καταιγὶς Græce appellatur, ægem, id eſt, capram dixerunt; & ignem qui ad ſuperna conſcendit, Jovem: & ideo eum capra ſubvectum, conſcendiſſe Olympum dicunt.

XXXIII. Ipſum vero Jovem, Græci quidem a vivendo, vel vitam dando; noſtri a juvando nominatum volunt. Hanc ergo eſſe viventem ſubſtantiam ferunt; quæ in ſuperioribus poſita, vi caloris velut cerebri ambitu, ad ſe trahens cuncta, & cujuſdam temperamenti moderatione componens; de capite dicitur genuiſſe ſapientiam, quam Minervam vocant; quæ a Græcis [3] Ἀθήνη, propter immortalitatem nominata eſt: quæ quia pater omnium, per ſapientiam ſuam cuncta condidit; & ex ipſo capite ejus, & principali omnium genita dicitur loco; & temperata admiſtione elementorum, univerſum formaſſe mundum & adornaſſe perhibetur. Igitur ſpecies quæ materiæ inditæ ſunt, ut fieret mundus; quia vi caloris conſtringuntur, Jovis viribus contineri dicuntur. Quæ quoniam ſufficienter ſe habent, nec ultra addi ſibi indigent aliquid novi, ſed unumquodque ſeminis ſui poſteritate reparatur; vinctæ eſſe a Jove Saturni manus dicuntur; quia nihil novi jam, ut dixi, ex materia tempus producit; ſed calor ſeminum, ſecundum ſui ſpeciem cuncta reſtituit: nec ultra Rheæ partus, hoc eſt, propago materiæ fluentis aſcendit; & ideo ipſam primam elementorum diviſionem, abſciſſionem Saturni nominant, quaſi qui ultra mundum generare non poſſit.

XXXIV. Jam de Venere hoc modo allegoriam tradunt: ubi, ajunt, ætheri ſubjectum eſt pelagus, cum repercuſſus aquis ſplendor cæli gratior

1. *Orpheus igitur.*] De Orphei doctrina inter alia lege Græcum fragmentum Timothei Chronographi in Euſebii Chronicis paullo poſt initium, atque ex eo corrige Cedrenum pag. 46. ubi pudendo ſcripturæ errato Orpheus dicitur ὁ Βρωάσιος, qui Ὀδρύσιος erat.

2. *Illos undecim, quos interdum & duodecim dicit.*] Theogoniæ verſ. 133. &c. Ὠκεανὸν, Κοῖον, Κρεῖον, Ὑπερίονα, Ἰαπετὸν, Θείαν, Ῥείαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Τηθὺν, Κρόνον. Supra cap. 17. & Clementinorum Homil. 6. n. 2. duodecim ponuntur. Diodorus Siculus lib. 5. enumerat undecim, Κ[illegible], Ὑπερίονα, Κοῖον, Ἰαπετὸν, Κρεῖον, Ὠκεανὸν, Ῥέαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Τηθύν. Apollodorus lib. 1. tredecim, Ὠκεανὸν, Κοῖον, Ὑπερίονα, Κρεῖον, Ἰαπετὸν, Κρόνον, Τηθὺν, Ῥέαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Διώνην, Θείαν. Orpheus denique quatuordecim, Θέμιν, Τηθὺν, Μνημοσύνην, Θείαν, Διώνην, Φοίβην, Ῥείην, Κοῖον, Κριὸν, Φόρκυν, Κρόνον, Ὠκεανὸν, Ὑπερίονα, Ἰαπετόν.

3. *Ἀθήνη, propter immortalitatem.*] Fulgentius; *Minerva denique & Ἀθήνη Græce dicitur, quaſi ἀθάνατος παρθένος: id eſt, immortalis virgo.*

refulsisset; [1] venustas rerum, quæ ex aquis pulcrior apparuerat, Venus nominata est: quæ Ætheri tamquam fratri suo sociata, quod concupiscibile decus effecerit, Cupidinem genuisse memorata est. Hoc ergo modo per allegoriam Cronum quidem, qui est Saturnus, tempus esse, ut diximus, tradunt; Rheam, materiam; Aiden, id est, Orcum, inferni profundum; Neptunum, aquam; Jovem, ætherem, id est, caloris elementum; Venerem, venustatem rerum; Cupidinem, concupiscentiam quæ inest rebus omnibus, per quam posteritas reparatur; vel etiam rerum ratio, quæ sapienter inspecta, delectat. Hera, (Ηρα) id est Juno, aer iste medius qui de cælo usque ad terram descendit, ponitur. Diana, quam ipsam Proserpinam dicunt, aerem inferni tradunt. Apollinem, ipsum etiam solem dicunt, circumeuntem polum: Mercurium, verbum, quo ratio de singulis quibusque reddatur; Martem, intemperatum ignem, qui cuncta consumat. Sed ne singula enumerando immoremur: ad hanc allegoriæ speciem; de unoquoque eorum quos colunt, in quibus secretior de talibus inest peritia, honestas sibi videntur & justas reddere rationes.

XXXV. Hæc cum Niceta dixisset, Aquila respondit; Valde mihi videtur, quisquis ille est auctor & inventor horum, impius exstitisse; si hæc quæ grata & honesta videntur, abscondit, & superstitionis suæ ritum in dedecorosis & turpibus observantiis collocavit; cum ea quæ secundum litteram scripta sunt, manifeste inhonesta sint & turpia; & tota religionis eorum observantia in ipsis constet, ut per hujusmodi scelera & impietates deos suos quos colunt, doceant imitari. Nam in istis allegoriis quæ eis utilitas erit? quæ quamvis honestæ finguntur, nullus tamen ex eis aut usus ad cultum pervenit, aut ad mores emendatio.

XXXVI. Unde magis constat, quod prudentes viri, cum viderent communem superstitionem tam probrosam esse, tam turpem; nec tamen corrigendi modum aliquem, vel scientiam didicissent; quibus potuerunt argumentis & interpretationibus conati sunt res inhonestas honesto sermone velare; & non, ut dicunt, honestas rationes inhonestis fabulis occultare; quod si esset, numquam utique ipsa eorum simulacra, atque ipsæ de eis picturæ, cum suis vitiis & criminibus formarentur: non cycnus adulter Ledæ, nec taurus formaretur Europæ; & in mille monstra eum, quem putant meliorem omnibus, verterent. Quod utique si magni & sapientes, qui sunt apud eos viri, fictum scirent esse, non verum; nonne impietatis arguerent & sacrilegii eos, qui ad injuriam deorum, hujusmodi aut picturam ponerent, aut sculperent simulacra? Denique regem temporis sui, depingant in bovis forma, vel anseris, vel formicæ, vel vulturis; & scribant super, regis sui nomen; atque hujusmodi vel statuam, vel imaginem collocent; & injuriam facti sentient, & vindictæ magnitudinem.

XXXVII. Sed quoniam vera hæc magis sunt, quæ publica turpitudo testatur; & ad excusationem a viris prudentibus, sermonibus honestis

A quæsita sunt & concinnata velamina; idcirco non solum non prohibentur; sed & ipsis mysteriis, Saturni filios devorantis, & occultati pueri per Corybantum & cymbala & tympanorum sonitus, exprimuntur imagines. De abscissione vero Saturni, quæ major erit probatio veritatis, quam ut in honorem dei sui, simili infelicitatis sorte abscindantur etiam cultores? Cum ergo hæc manifeste cernantur, quis tam exigui sensus, immo tam stolidi invenietur, cui non palam sit, hæc magis vera esse de infelicibus diis, quæ infeliciores cultores etiam corporum suorum vulneribus & abscissione testantur?


B XXXVIII. Quod si, ut dicunt, hæc ita honeste & pie gesta, tam inhonesto ritu ministrantur & impio; sacrilegus profecto est, quisquis ille, vel ex initio hæc tradidit, vel nunc male tradita persistit implere. Quid autem & de libris dicimus Poetarum? Nonne oportuerat eos, si honesta & pia deorum gesta, turpibus fabulis infamarunt, abjici protinus, atque in ignem dari; ne persuaderent teneræ adhuc ætati puerorum, Jovem ipsum deorum principem, parricidam erga parentes, incestum erga sorores & filias, impurum etiam in pueros exstitisse; Venerem cum Marte, adulteros; & omnia illa quæ jam superius dicta sunt? Aut quid tibi videtur, domine
C mi Petre?

XXXIX. Tunc ille respondit; Certus esto, dulcissime Aquila, quia omnia per bonam Dei providentiam gesta sunt; ut non solum infirma & fragilis, verum & turpis esset caussa, quæ futura erat contraria veritati. Si enim validior & verisimilior fuisset erroris adsertio; haud facile quisquam qui in eo deceptus esset, ad iter veritatis rediret. Si enim nunc, cum tam multa probra & dedecora de diis Gentium proferuntur, vix aliquis turpem derelinquit errorem; quanto magis, si esset ibi aliquid honestum & verisimile? Difficulter namque transfertur animus
D ab his, in quibus a prima ætate præventus est: & ob hoc, ut dixi, divina providentia factum est, ut erroris substantia & infirma esset & turpis. Sed & cetera omnia simili modo competenter & commode dispensat divina providentia; licet nobis ignorantibus rerum caussas, bonæ & optimæ dispensationis divinæ non liqueat ratio.

XL. Cum hæc Petrus dixisset, ego Clemens Nicetam rogabam, ut aliqua de allegoriis Gentilium, quas diligenter adtigerat, agnoscendi gratia exponeret: utile enim est, ut quando cum Gentilibus disputamus, etiam ista nos minime lateant. Et Niceta: Si, inquit, permittit do-
E minus meus Petrus, possum dicere. Tum Petrus: Hodie, inquit, permisi vobis dicere adversum Gentiles, ut nostis. Et Niceta ait: Dic ergo Clemens, de quibus audire velis. Cui ego aio: Quo modo tradunt de deorum cœna Gentiles, quam in Pelei nuptiis habuerunt & Thetidis, quem dicunt esse Paridem pastorem; & quas ponunt Junonem, Minervam & Venerem, quæ apud eum judicantur; quemve Mercurium; vel quod malum; & cetera quæ per ordinem consequuntur, enarra nobis.

1. *Venustas rerum, quæ ex a[illegible]us pulcrior apparuerat, Venus nominata est.*] Habes heic quoque Rufiniana Clementinis, Græca Latinis non inscite, audaci licet in interpretatione facinore, permista. Ut enim Venus a venustate dicatur, quod etiam tradit Firmicus, refellit vero Cicero; Αφροδίτη alterius [illegible] ut vulgo sentiunt, [illegible]. Macrobius I. Saturnal. 8. [illegible] *Afrodite* [illegible]. Vide Clementina [illegible] cap. 13.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



XLI. Tum Niceta: Cœnæ deorum caussa hoc modo se habet: Convivium mundum tradunt: discumbendi ordinem deorum, stellarum positionem: quos Hesiodus cæli & terræ primos filios nominat, in quibus sex mares, & sex feminas, ad duodecim Signorum numerum referunt, quæ universum circumeunt mundum: dapes autem convivii, rationes esse & caussas rerum tradunt, dulces & concupiscibiles; quæ, qualiter regatur & gubernetur hic mundus, ex Signorum positione & astrorum cursibus colliguntur. Ad libertatis tamen convivii modum, dicunt ista constare; pro eo quod potestatem habeat uniuscujusque sensus, si velit degustare aliquid ex hujusmodi scientia, aut si nolit: & sicut in convivio nemo cogitur, sed vescendi libertas penes unumquemque est; ita & philosophandi ratio pendet in voluntatis arbitrio. Discordiam, concupiscentiam carnis dicunt; quæ insurgit adversum propositum mentis, & philosophandi impedit studium: ideo denique & tempus illud esse ajunt, in quo de nuptiis agitur. Peleum vero & Thetidem nympham, aridum & humidum ponunt elementum, ex quorum admistione substantia corporum constat. Mercurium, verbum esse tradunt, per quod sensui doctrina confertur: Junonem, pudicitiam: Minervam, fortitudinem: Venerem, libidinem dicunt: Paridem sensum. Si ergo, ajunt, accidat in homine barbarum esse & imperitum sensum, & rectum judicium nescientem; spreta pudicitiæ virtute, libidini palmam, quod est malum, dabit: per quod non solum sibi, sed & civibus & universæ genti subversio & pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia visum sit; tamen aptari ad omnem hominem possunt: quia si quis pastoralem & rusticum atque imperitum habeat sensum, nec velit erudiri; ubi corporis calor de libidinis suavitate suggesserit, continuo spretis studiorum virtutibus & scientiæ bonis, ad voluptates corporis animum confert: & hinc est, unde impacata bella consurgunt, urbes ruunt, patriæ concidunt: sicut & Paris, rapta Helena, ad mutuum Græcos & Barbaros armavit exitium.

XLII. Et Petrus, collaudans prosecutionem ejus, ait: Multas, ut video, ingeniosi homines, ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt; & ideo diligenter observandum est, ut Lex Dei cum legitur, non secundum proprii ingenii intelligentiam legatur. Sunt enim multa verba in Scripturis divinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumsit: quod fieri non oportet. Non enim sensum, quem extrinsecus attuleris, alienum & extraneum debes quærere, quem ex Scripturarum auctoritate confirmes; sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis: & ideo oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam a majoribus, secundum veritatem sibi traditam servat; ut & ipse possit ea quæ recte suscepit, competenter adserere. Cum enim ex divinis Scripturis integram quis susceperit & firmam regulam veritatis; absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac de liberalibus studiis, quæ forte in pueritia adtigit, ad adsertionem veri dogmatis conferat; ita tamen, ut ubi vera didicit, falsa & simulata declinet.

XLIII. Et cum hæc dixisset; ad patrem no- A strum respiciens, ait; Tu ergo Senex, si quidem saluti animæ tuæ consulis; ut cum corpore fuerit resoluta, pro brevi hac conversione, requiem inveniat sempiternam; require de quibus vis, & consule, ut possis si quid in te est dubitationis abjicere: incertum enim est, etiam juvenibus, vitæ tempus; senibus autem, jam nec incertum est: non enim dubitatur, quin quantumcumque est quod putatur superesse, breve sit. Et ideo tam juvenes quam senes oportet de conversione & pœnitentia valde esse solicitos, & satagere ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est, dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, B aliisque omnibus, quibus comtam decet esse rationabilem mentem: tum præterea declinare a consortiis inhonestis & infidelibus, & societates habere fidelium; atque illos frequentare conventus, in quibus de pudicitia, de justitia, de pietate tractatur, orare semper Deum ex corde, & ab ipso petere quæ decet a Deo posci; ipsi gratias agere; veram pœnitudinem gerere præteritorum gestorum: aliquantulum etiam, si possibile est, per misericordias pauperum, juvare pœnitentiam: per hæc enim facilior venia dabitur; & indulgenti, citius indulgebitur.

XLIV. Quod si provectioris ætatis sit is, qui C ad pœnitentiam venit; eo magis gratias agere debet Deo, quod postquam fractus est omnis impetus concupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam insurgentes adversum animam reprimat corporis voluptates. Superest ergo in agnitione veritatis, & misericordiæ operibus exerceri, ut adferat fructus dignos pœnitentiæ: nec putet quia in temporis longitudine documentum conversionis ostenditur, & non in devotionis ac propositi firmitate: Deo enim manifestæ sunt mentes, qui non temporum rationem collegit, sed animorum: ipse enim probat, quis agnita veritatis prædicatione non distulit, neque tempus negligendo con- D sumsit; sed statim, &, si dici potest, eodem momento, præterita perhorrescens, futurorum desiderium cœpit, & in amorem regni cælestis exarsit.

XLV. Propter quod nemo vestrum ultra dissimulet, nec retro respiciat; sed ad Evangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper; quia cum dives factus fuero, tunc convertar: non requirit a te Deus pecuniam; sed animum misericordem, & piam mentem. Neque dives conversionem suam differat, pro solicitudine sæculari; dum cogitat, quo modo dispenset abundantiam frugum: neque dicat intra semetipsum; E [a] *Quid faciam, ubi recondam fructus meos?* neque dicat animæ suæ; *Habes multa bona reposita in annos multos, epulare, lætare:* nam dicetur ei; *Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, & quæ præparasti cujus erunt?* Itaque festinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisque conditio; ut vitam consequatur æternam. Juvenes quidem in eo grati sint; quod in ipso impetu desideriorum, cervices suas jugo subjiciunt disciplinæ. Senes & ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem in qua male præventi sunt, pro Dei timore commutant.

XLVI. Nemo ergo differat, nemo cunctetur:

a Luc. xii. 17. 19. 20.

quæ enim caussa cunctandi est ad bene agendum? Aut times, ne cum bene feceris, ibi remunerationem non invenias, ut putasti? Et quid senties detrimenti, si bene feceris gratis? Nonne etiam sola in his sufficeret conscientia? Quod si inveneris, ut præsumis; nonne pro parvis magna, & pro temporalibus æterna recipies? Verum ego hæc propter incredulos dixi. Nos autem quæ prædicamus, ita se habent, quia nec aliter esse possunt, quæ prophetica voce promissa sunt.

XLVII. Si quis vero cupit examussim veritatem nostræ prædicationis agnoscere; conveniat ad audiendum, & quid sit verus Propheta cognoscat; & tunc demum omnis in eo cessabit ambiguitas: si tamen non obstinatis animis resistat his, quæ vera esse compererit. Sunt enim quidam qui quolibet modo, ad hoc tantum respiciunt, ut vincant; & laudem pro hoc magis quam salutem quærant: quibus non eveniat vel dici aliquid; ne & sermo nobilis patiatur injuriam, & injuriæ suæ reum æterna morte condemnet. Quid enim est in quo adversari prædicationi nostræ quis debeat? aut in quo contra veri honestique fidem sermo prædicationis nostræ deprehenditur? qui dicit honorandum esse Deum & Patrem, omnium conditorem; ejusque Filium, qui solus eum & voluntatem ejus novit, cuique soli de omnibus credendum est, quæ præcepit: solus enim est lex, & legislator, & judex justus: cujus lex decernit, honorandum esse Deum Dominum omnium, per vitam sobriam, castam, justam, misericordem; & in ipso solo omnem collocandam spem.

XLVIII. Sed dicet aliquis, etiam a philosophis hujusmodi præcepta dari. Nihil est simile; nam de justitia quidem ab eis, & sobrietate mandatur: sed remuneratorem Deum, gestorum bonorum malorumque non norunt: & eo leges & præcepta eorum accusatorem tantummodo publicum vitant; conscientiam vero purificare non possunt. Quid enim timeat in occulto peccare, qui occultorum esse arbitrum & judicem nescit? Addunt præterea Philosophi in præceptis suis; etiam deos qui sunt dæmones, honorandos: quod solum, etiamsi in aliis probabiles viderentur, gravissimæ eos potest impietatis arguere, & propriis condemnare sententiis: qui unum quidem esse pronuntiant Deum; pro adsentatione tamen erroris humani, plures mandent colendos. Ajunt autem & illud Philosophi: Deum non irasci; nescientes quid dicant. Ira enim mala est, ubi mentem turbat, ut rectum consilium perdat: illa vero quæ malos punit, perturbationem menti non infert: sed unus, ut ita dixerim, idemque affectus est, qui & bonis præmia, & malis retribuit pœnam: nam si bonis & malis bona restituat, & simili remuneratione erga pios utatur & impios, injustus potius quam bonus videbitur.

XLIX. Sed ais: Nec Deus debuit facere malum. Verum dicis: neque fecit: sed qui ab eo creati sunt, dum judicandos se esse non credunt; indulgentes voluptatibus suis, a pietate & justitia devoluti sunt. Sed dices: Si justum est punire malos, statim ut male agunt puniri debent. Tu quidem bene festinas: sed ille qui æternus est, & quem nihil latet; quanto nullus ei finis, tanto & prolixa patientia est; & non ad velocitatem vindictæ, sed ad salutis respicit caussas: [a] delectatur enim non tam morte, quam conversione peccantis. Ideo denique sanctum baptisma largitus est hominibus; ad quod si quis venire festinet, & de reliquo maneat emendatus, delentur ex eo omnia peccata, quæ per ignorantiam commissa sunt.

L. Nam philosophi quid contulerunt vitæ mortalium, dicendo hominibus non irasci Deum? nempe, ut docerent eos, nullum habere vindictæ alicujus, vel judicii metum; & per hoc tota peccantibus frena laxarent. Aut quid illi humanum genus juvarunt, qui dixerunt non esse Deum; sed casu omnia, & fortuito agi? nonne ut hæc audientes homines, & arbitrantes nullum esse judicem, nullum provisorem rerum; ad omne facinus, quod vel furor, vel avaritia, vel libido dictasset, neminem verendo præcipites agerentur? Nam illi multum revera juverunt mortalium vitam, qui dixerunt nihil posse fine Genesi fieri: scilicet, ut unusquisque peccati sui caussam Genesi adscribens, semet ipsum in sceleribus suis pronuntiaret innoxium; dum crimen suum non pœnitendo diluit, [1] sed factum culpando congeminat. Nam de illis quid dicam philosophis, qui deos colendos esse introduxerunt, & tales deos, quales paullo ante audistis? Quid fuit aliud decernere; nisi ut vitia, nisi ut crimina, nisi ut flagitia colerentur? Pudet misereteque me vestri, si creditis, quod indigna hæc esse & impia atque exsecrabilia, aut non deprehendistis hactenus, aut deprehensa & intellecta, mala pro bonis & optimis coluistis.


LI. Tum præterea & illud quale est, quod præsumserunt nonnulli philosophorum, vel de Deo loqui, cum sint mortales; & opinione sola de invisibilibus dicere; vel de mundi origine, ubi non aderant cum fieret; vel de fine ejus vel de animarum in infernis dispensatione & judicio, nescientes quia præsentia quidem & visibilia nosse, hominis est rationabilis; [2] præterea vero, & futura, & invisibilia scire, solius propheticæ præscientiæ est. Non ergo hæc conjecturis & opinionibus colligenda sunt, in quibus valde falluntur homines; sed fide Propheticæ veritatis; sicut se habet hæc nostra doctrina. Nos enim nihil ex nobis loquimur, nec humana æstimatione collecta adnuntiamus; hoc enim decipere est auditores: sed veri Prophetæ auctoritate nobis tradita, & manifestata prædicamus. De cujus præscientia & virtute prophetica, si quis, ut dixi, ad liquidum vult documenta suscipere; solicitus conveniat, & impiger sit ad audiendum; & evidentes dabimus probationes, quibus vim propheticæ præscientiæ, non solum auribus audire, sed & oculis etiam videre ac manu contrectare se credat. De quo cum certam fidem conceperit; [b] jugum justitiæ & pietatis absque ullo labore suscipiet; tantamque in eo sentiet suavitatem, ut non solum nihil ei laboris inesse caussetur, verum & amplius aliquid addi sibi desideret & imponi.

a Ezech. XVIII. XXXIII. b Matth. XI. 30.

1. *Sed factum culpando congeminat.*] Præclaram lectionem offerunt codices duo, Regius & P. Petiti, *Sed factum culpando congeminat.*

2. *Præterea vero & futura.*] In Regis MS. *Præterita vero & futura*, Optime.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



LII. Cumque hæc & alia his similia dixisset, & nonnullos ex his qui aderant infirmos, & dæmonibus obsessos curasset; gratulantes, & Deum collaudantes turbas dimisit; præcipiens eis, ut ad eumdem locum, etiam consequentibus diebus audiendi gratia convenirent. Cumque domi jam inter nos essemus, ac prepararemus ad edendum; ingressus quidam nuntiat [1] Apionem Plistonicensem, cum Anubione nuper venisse ab Antiochia, & hospitari cum Simone. Tum pater audiens, gavisus est, & ait Petro: Si permittis, volo ire & salutare Apionem, & Anubionem; quia valde amici mihi sunt: fortassis autem Anubionem etiam suadere potero disputare cum Clemente de Genesi. Et Petrus: Permitto, inquit; & laudo quod amicos colis: verumtamen considera, quo modo per providentiam Dei, omnia tibi ex sententia concurrant: ecce enim non solum affectio tibi propria, Deo præstante, reparata est; sed & amicorum præsentia procuratur. Et pater: Vere, inquit, adverto ita esse, ut dicis. Et cum hæc dixisset, abiit ad Anubionem.

LIII. Nos autem cum Petro positi, per totam noctem interrogando de diversis, & discendo ab eo; delectatione ipsa doctrinæ, & suavitate verborum pervigiles mansimus. Et cum jam aurorescerет, Petrus intuens me ac fratres meos, ait: Miror quid visum sit patri vestro. Cumque hæc diceret, supervenit pater, & invenit Petrum nobis de se loquentem. Cumque salutasset, satisfacere cœpit, & caussam exponere, ob quam foris mansisset. Nos autem respicientes ad eum expavimus, [2] vultum in eo Simonis videntes, vocem tamen patris nostri audiebamus. Cumque refugeremus eum & exsecraremur, stupebat pater quod tam austere cum eo ageremus, & barbare. Solus tamen Petrus erat, qui vultum ejus naturalem videbat; qui & ait ad nos: Cur exsecramini patrem vestrum? Cui nos una cum matre respondimus: Hic nobis Simon videtur, vocem habens patris nostri. Et Petrus: Vobis quidem vox ejus, quæ maleficiis mutata non est, sola nota est; mihi autem etiam vultus ejus, qui aliis arte Simonis mutatus apparet, Faustiniani patris vestri notus est: & intuens patrem ait: Caussa quæ conjugem tuam conturbat ac filios, hæc est; species vultus in te non videtur illa, quæ fuit; sed facies exsecrandi Simonis in te apparet.

LIV. Et cum hæc diceret, ingressus quidam ex his qui Antiochiam præcesserunt, dicebat ad Petrum: Scire te volo, domine mi Petre, quia Simon apud Antiochiam publice multa faciens signa & prodigia, nihil aliud populo persuasit, nisi quæ ad tui odium pertinent; magum te nominans, maleficum, homicidam; & in tantum eos adversum te odium concitavit, ut magnopere desiderent, si te usquam invenire queant, etiam carnes tuas devorare: & ob hoc nos qui præmissi sumus, videntes valde commotam contra te civitatem, occulte in unum convenientes, considerabamus quid fieri oporteret.

LV. Cumque nullum videremus exitum rei, supervenit Cornelius centurio, missus a Cæsare ad præsidem Cæsareæ, publici negotii gratia: hunc accersimus ad nos solum, caussamque ei qua mœsti essemus exponimus; ac si quid posset, ut juvaret, hortamur. Tum ille promtissime repromittit, se eum protinus fugaturum, si tamen consilio ejus etiam nos adniteremur: cumque nos polliceremur impigre cuncta gesturos, ait: Cæsar in urbe Roma, & per provincias maleficos inquiri jussit ac perimi; ex quibus plurimi jam peremti sunt. Ego igitur divulgabo per amicos, me, ut istum magum caperem, venisse; & ob hoc missum a Cæsare, quo etiam hic cum ceteris suis sociis puniatur. Vestri ergo qui cum ipso sunt occulte, quasi undecumque audierint, indicent ei, quod ego ad ipsum capiendum missus sim: & certum est, quod cum audierit, fugiat: aut si vos aliquid melius videtis, dicite. Quid plura? ita factum est a nostris, qui cum ipso erant, explorandi gratia, simulati. Ubi didicit Simon ventum esse ad se; tamquam ingens sibi beneficium collatum ab eis accipiens, in fugam versus est. Discedens igitur ex Antiochia, cum Athenodoro huc venit, sicut audivimus.

LVI. Hoc ergo visum est nobis omnibus qui præcessimus; ut interim nunc non ascendas Antiochiam; usquequo videamus, si illo discedente, odium quod ad te populo seminavit, aliqua ex parte vacuetur. Cum hæc insinuasset is qui de Antiochia venerat, Petrus respiciens ad patrem nostrum, ait: Faustiniane, a Simone mago transformatus est vultus tuus, sicut apparet: putans enim quod a Cæsare quæreretur ad pœnam, [3] tertius fugit; & suum vultum tibi imposuit, si forte tu pro ipso capereris, & ad mortem duci possis; ut filiis tuis tristitiam moveret. Pater vero ubi hæc audivit, cum lacrymis exclamans: Recte, inquit, æstimasti, Petre; nam & Anubion, quia mihi valde amicus erat, sub mysterio quodam mihi indicare cœperat de insidiis ejus; sed infelix non credebam, quia nihil in eum commiseram mali.

LVII. Cumque omnes una cum patre tristitia

1. *Apionem Plistonicensem*.] Epitomes cap. 133. Ἀππίων ὁ Πλειστονίκης. Clementinorum IV. 6. Ἀππίωνα τὸν Πλειστονίκην. Insigni tamen isti Grammatico, qui a Tiberio cymbalum mundi dicebatur, proculdubio nomen fuit Ἀπίων, Apion: ut interdum exhibent Codices MSS. quibus usi sumus, utque fere semper in Græcis libris scriptum invenies. Sed errarunt aliquando Græci etiam antiquarii. Unde in Tatiano recte quidem p. 164. legitur Ἀπίωνος, at perperam p. 172. excusum est Ἀππίων, cum apud Eusebium Præpar. Evang. lib. 10. cap. 11. in eodem Tatiani loco Ἀπίων cernatur. Quod ad Latinos spectat, *Appion* potest esse Auctorum error, potest esse Librariorum. Certe in Plinio *Apion* scribitur. Item in Adonis Chronico, in Honorii Augustodunensis Catalogo, & in quibusdam MSS. ac editionibus Historiæ Eusebianæ a Rufino translatæ, lib. 3. cap. 38. Apud Senecam vero, Agellium, Tertullianum, Hieronymum, Josephum Rufini, Haymonem aliosque, cum duplici *p* ediderunt. Hactenus de nomine. Nunc de cognomento. Πλειστονίκην non verterim *Plistonicensem*, quasi ex patria; sed *Plistonicem*, secutus Plinium & Agellium. Sic autem Apionem cognominarunt. quod in certamine litterario sæpe victor exstitisset; quæ est multorum sententia: vel a patre Plistonice; juxta doctissimum Salmasium ad Inscriptionem Regillæ p. 90. & Præfatione in librum de Homonymis Hyles Iatricæ p. 40. ex his, opinor, Suidæ, Ἀπίων, ὁ Πλειστονίκου. Verum cum Suida Salmasium refellunt Justinus Martyr Cohortatione ad Græcos p. 9. & Africanus apud Eusebium cum lib. 10. Præparat. Evangel. cap. 10. tum Χρονικῶν λόγῳ πρώτῳ p. 26. dum Apioni patrem dant Posidonium.

2. *Vultum in eo Simonis videntes*, &c.] Indiligens est in hujus loci & fabellæ commemoratione Hincmarus, relatus in Testimoniis Veterum. Lege etiam Cedrenum p. 173. & Anastasium Quæst. 20. p. 242.

3. *Tertius fugit*.] Omnino cum vett. codd. legi debet *territus*, φοβηθεὶς apud Cedrenum.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.

& lacrymis ageremur; interea & Anubion venit A ad nos, indicans nobis Simonem fugisse per noctem, Judæam petentem. Videns autem patrem nostrum plangentem & lamentantem se, ac dicentem: Infelicem me, qui eum magum audiens non credebam: quid mihi misero accidit, ut una die recognitus ab uxore & filiis, lætari non potuerim cum eis; sed ad priores miserias quas in errore pertuli, revolutus sim? Mater autem multo gravius sparsis & laceratis crinibus plangebat: nos quoque in permutatione vultus patris stupentes, nec quid rei esset intelligere poteramus. Sed & Anubion omnes nos ita videns adfligi, velut mutus stabat. Tunc Petrus nos intuens filios ejus, ait: Mihi credite, quod hic ipse est B pater vester; propter quod & moneo vos, ut quasi patrem servetis eum: dabit enim Deus occasionem aliquam, qua deposito Simonis vultu, evidentem patris vestri, id est, suam recuperare possit effigiem.

LVIII. Et ad patrem conversus ait: Ego tibi permiseram salutare Apionem, & Anubionem, quos tibi amicos a puero fuisse dixeras; non tamen ut cum Simone loquereris. Et pater: Peccavi, inquit, fateor. Tum Anubion: Et ego, inquit, cum ipso rogo & deprecor te, ut ignoscas seni, viro bono & generoso: seductus est infelix, & ludibrio factus a nominato mago: dicam enim quo modo res gesta est. C Ubi venit ad salutandos nos, contigit ut in ipsa hora circumstaremus Simonem, audientes eum dicentem, quod fugere velit, in ipsa nocte; audisse enim se, quod venerint quidam etiam ad hanc Laodiciæ civitatem, qui eum ex præcepto Imperatoris comprehenderent; velle autem se in hunc qui nuper ingressus est, Faustinianum, omnem convertere furorem. Et ait ad nos: Tantum, inquit, vos facite eum cœnare nobiscum; & ego unguentum quoddam componam, quo cœnatus perungat faciem suam, ut ex eo meum vultum omnibus habere videatur; vos autem herbæ cujusdam succo facies perungemini prius, ut non D fallimini de immutatione vultus ejus; ita ut exceptis vobis, aliis omnibus Simon esse videatur.

LIX. Et cum ille hæc diceret, ajo ad eum: Et quid tibi ex hoc facto confertur lucri? Tum Simon: Primo, inquit, ut ipsum comprehendant qui me quærunt, & me desinant quærere: si vero punitus fuerit a Cæsare, ut luctum maximum habeant filii sui, qui me derelicto confugerunt ad Petrum, & sunt modo adjutores ipsius. Ego autem confiteor tibi, Petre, quod verum est; timui tunc Faustiniano indicare hæc; sed neque spatium nobis ipse Simon dedit, ut possemus secretius loqui, & plenius ei consilium Simonis E aperire. Interea circa mediam noctem, Simon in Judæam petens aufugit; deduxit autem eum Athenodorus & Apion; ego autem simulavi inæqualitatem corporis, ut domi remanens, facerem hunc velocius ad vos redire, si forte possit aliquo modo occultari apud vos; ne ab his qui Simonem quærunt comprehensus, ad Cæsarem perducatur, & pereat gratis; & nunc solicitus pro ipso, veni videre eum, & redire antequam superveniant illi qui deduxerunt Simonem. Et conversus ad nos Anubion ait: Ego Anubion, patris vestri verum vultum video revera; quia perunctus sum prius ab ipso Simone, sicut narravi nobis, ut oculis meis vera Faustiniani facies appareret: unde satis stupeo & admiror artem Simonis magi, quod vos stantes modo non agnoscitis patrem vestrum. Flentibus autem patre & matre, ac nobis omnibus pro his quæ acciderant, motus miseratione etiam Anubion flebat.


LX. Tum Petrus misericordia permotus, restituturum se promittit faciem patris nostri, dicens ad eum: Audi Faustiniane: Cum nobis prius utilitatis aliquid contulerit error iste transformati vultus tui, & ministraverit ad ea quæ volumus; tunc ego veram tibi vultus tui imaginem reddam, si tamen prius, quæ a me tibi fuerint imperata, profligaveris. Cumque pater meus impleturum se cuncta quæ juberet, omni promitteret pacto, tantum ut propriam recuperaret effigiem: Petrus ita cœpit. Ipse auribus tuis audisti, quod unus ex his qui præmissi fuerant, regressus ex Antiochia, nuntiaverit, quo modo Simon ibi positus, turbas adversum me concitaverit, atque in odium mei totam inflammaverit civitatem; magum me & homicidam, ac deceptorem confirmans; in tantum ut desiderent, si me videant, etiam carnes meas devorare. Fac ergo quod ego dico tibi; relinquens apud me Clementem, præcede nos Antiochiam cum conjuge tua, & Fausto ac Faustino filiis tuis. Sed & alios mittam tecum, quos mihi videbitur, qui obtemperent his quæ præcepero.

LXI. Cum ergo una cum ipsis Antiochiam veneris; quandoquidem Simon videris, publice stans prædica pœnitentiam tuam, & dic: Ego Simon denuntio vobis & confiteor, me omnia fefellisse de Petro: ille enim neque seductor est, neque magus, neque homicida, neque horum aliquid quæcumque contra eum locutus sum; sed dixi illa omnia furore commotus. Obsecro ergo vos ipse ego, qui dudum caussas odii vobis contra eum dederam, ut nihil tale de eo sentiatis; sed deponite odium, cessate ab indignatione; quia vere a Deo ad salutem mundi missus est, discipulus veri Prophetæ & Apostolus. Propter quod suadeo, hortor & moneo, ut ipsum audiatis, ipsi credatis prædicanti vobis veritatem; ne forte si spreveritis eum, ipsa etiam subito civitas vestra pereat. Quam vero ob caussam hæc nunc vobis confitear, indicabo. Hac nocte Angelus Dei corripuit me impium, & cur inimicus essem veritatis præconi, [1] vehementissime flagellavit. Deprecor ergo vos, ut etiam si ego ipse, post hæc veniens ad vos, aliquid tentavero adversum Petrum dicere; ne suscipiatis, nec credatis. Confiteor enim vobis; ego magus, ego seductor, ego deceptor fui: sed pœnitentiam ago; licet enim per pœnitentiam priora male gesta delere.

LXII. Cum hæc Petrus intimaret patri, ille respondit: Scio quid velis, ne labores ultra; intellexi enim & novi, quid oporteat, cum ad locum venero, prosequi. Et Petrus iterum suggerebat ei, dicens: Cum ergo veneris ad locum, & videris populum ex sermone tuo converti, & depositis odiis recipere desiderium nostri; mitte & manda mihi, & statim veniam. Cum autem venero, sine mora alienum hunc a te vultum effugabo, & tuum proprium qui tuis omnibus notus est reddam. Et his dictis fratres meos proficisci cum ipso jubet, ac Matthidiam matrem no-

1. *Vehementissime fl[illegible]t.*] Conferri potest hæc flagellatio cum illa famosa Hieronymi.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



ſtram, & quoſdam ex familiaribus ſimul. Sed mater recuſabat proficiſci ſimul, & ajebat: Quaſi adultera mihi futura videor, ſi vultui Simonis conjuncta ſim: quod etſi cogar ſimul ire, impoſſibile tamen eſt ut in eodem lectulo cum ipſo jaceam; ſed neſcio vel ſi proficiſci ſimul acquieſcam. Et cum valde renueret, Anubion hortari eam cœpit, dicens: Crede mihi & Petro: ſed & ipſa vox non tibi Fauſtinianum eſſe perſuadet conjugem tuum? quem vere non minus ego diligo quam tu. Denique etiam ego ipſe vobiſcum veniam. Et cum hæc dixiſſet Anubion, promiſit mater ſimul ſe profecturam.

LXIII. Tum ego: Competenter, ajo, Deus negotia noſtra componit: habemus enim nobiſcum & Anubionem Aſtrologum, cum quo, ſi Antiochiam venerimus, de Geneſi adtentius diſputabimus. Cumque poſt medium noctis pater noſter, cum his quos juſſerat Petrus, & Anubione profectus eſſet; mane, priuſquam procederet ad diſputandum Petrus, regreſſi ſunt illi qui deduxerunt Simonem, id eſt, Apion & Athenodorus, & venerunt ad nos, requirentes patrem meum. Petrus vero ubi cognovit, juſſit eos introire. Et cum conſediſſent: Ubi eſt, ajunt, Fauſtinianus? Petrus reſpondit: Neſcimus: veſpere enim poſtquam ad vos venit, ultra nulli ſuorum viſus eſt: heſterno tamen die mane Simon venit, quærens eum; & quia nihil illi reſpondimus, neſcio quid ei viſum ſit, Fauſtinianum ſe eſſe dicebat, quod cum ei nemo crederet, flens & dolens comminabatur peremturum ſemet ipſum; & poſt hæc abiit ad mare verſus.

LXIV. Hæc cum audiſſet Apion & qui cum ipſo erant, ululatum dederunt grandem, dicentes: Quid hoc feciſtis, cur non recepiſtis eum? Et cum vellet Athenodorus dicere mihi, quia ipſe erat Fauſtinianus pater tuus; Apion præveniens eum: Comperimus, inquit, a quodam quia cum Simone profectus eſt, ipſo Fauſtiniano deprecante eum, pro eo quod nollet filios ſuos videre, [1] quia Judæi erant. Nos ergo cum audiſſemus hæc, venimus eum heic requirere: ſed quia heic non eſt, apparet quia vere dixit, qui nuntiavit eum cum Simone profectum: hoc ergo nuntiamus vobis. Ego autem Clemens ubi intellexi conſilium Petri, quia voluerit eis ſuſpicionem dare, quod ab ipſis quærendus eſſet ſenex, ut timerent & fugerent; cœpi juvare conſilium ejus & ajo ad Apionem: Audi cariſſime Apion, nos quod bonum credimus, etiam patri tradere volumus: quod ſi noluerit recipere, ſed

A magis, ut dicis, exhorreſcens nos fugit; aſperum ſit fortaſſe quod dico; nec nos de eo curamus. Et cum hæc dixiſſem, quaſi exſecrantes crudelitatem meam diſcedunt; veſtigia Simonis, ut ſequenti die comperimus, inſequentes.

LXV. Interea cum Petrus ex more quotidie populum doceret, & virtutes multas ac ſanitates efficeret; poſt dies decem venit quidam noſtrorum ab Antiochia, miſſus a patre, adnuntians nobis, quo modo publice ſtaret pater, Simonem quidem qui in vultu videbatur, accuſans; Petrum vero immenſis laudibus præferens, & omni populo commendans, ac deſiderabilem faciens;

B ita ut omnes ex ejus ſermone mutati, deſiderarent eum videre; multos autem tantum in Petri amorem veniſſe, ut ſævirent in patrem, quaſi in Simonem, & manus ei vellent injicere, velut qui tantum mali commiſiſſet in Petrum: propter quod, ajebat, adpropera, ne forte perimatur: in timore enim magno poſitus, velociter miſit me, ut ſine mora venias, quo viventem eum occupes, ſimul & creſcenti erga tui deſiderium civitati [2] opportunus appareas. Ajebat etiam, quo modo mox ut urbem Antiochiam pater ingreſſus eſſet, quaſi ad Simonem, omnis populus ad eum collectus eſt; & cœpit omnibus confiteri publice ſecundum ea quæ populi reſtauratio flagitabat:

C nam quicumque omnes ſimul nobiles, & diverſi ſimul divites ac pauperes conveniſſent, ſperantes aliqua ab eo more ſolito prodigia poſſe fieri, omnes hac voce alloquitur.

LXVI. Diu eſt quod me Simonem infeliciſſimum hominum, patientia divina ſuſtinet: nam quidquid in me mirati eſtis, non veritatis myſterio, ſed dæmonum mendaciis & artibus geſtum eſt; ut veſtram fidem everterem, & meam animam condemnarem. Confiteor me omnia de Petro fuiſſe mentitum: ille enim neque magus, neque homicida umquam fuit; ſed a Deo ad ſalutem veſtram omnium miſſus eſt: quem ſi ex hac

D hora contemnendum putaveritis, certum ſit apud vos, quod poſſit ipſa civitas veſtra repente deperire. Quæ autem cauſſa ſit, ut hæc vobis ultro confitear: ab Angelo Dei hac nocte vehementer correptus ſum; & cur ei inimicus exſtiterim, vehementiſſime flagellatus. Deprecor ergo vos, ut ſi ego ipſe ex hac hora aperuero os meum contra eum; projiciatis me ab aſpectu veſtro: ille enim immundus dæmon, ſaluti hominum inimicus, per os meum contra ipſum loquitur; ne per eum vos pertingatis ad vitam. Quid enim ars magica per me vobis potuit virtutis oſtendere?

1. *Quia Judæi erant.*] Ut benigne exponi poteſt per ſatis cognitum errorem, quo Ethnici primis temporibus in nomine Judæorum Chriſtianos quoque comprehendebant: ita & ſuſpectum eſſe queat Ebioniticæ labis Apocryphis Clementinis inſperſæ. Confundebant enim Ebionæi Chriſtianiſmum cum Judaiſmo. Quocirca prudenter factum a Simeone Metaphraſte in Vita Clementis Romani, ſeu Clementina Epitome, cum quatuor loca Homiliæ quartæ Clementinorum mutavit & correxit. Primus locus exſtat cap. 7. Ibi de Clemente dicitur; *ὑπὸ βαρβάρυ τινὸς, τὴν προσηγορίαν Πέτρυ, τὰ Ιυδαίων ποιεῖν καὶ λέγειν ἠπάτηται.* Metaphraſtes vero poſuit Epitomes cap. 46. *τὰ Χριστιανῶν.* Secundum locum habes cap. 13. *ὁ δὲ τῶν, ὡς ὑμεῖς φατὲ, βαρβάρων Ιυδαίων λόγος*, e quo vocem *Ιυδαίων* Simeon abſtulit, cap. 50. Tertium cap. 13. quem ſimili modo circumcidit, cap. 51. In quarto denique loco cap. 24. Apion notat Clementem *προσομιλῦντα Ιυδαίοις*: at ex emendatione breviantis cap. 53. *Χριστιανοῖς*. Lege Homil. 11. cap. 16. & alibi.

2. *Opportunus appareas. Ajebat etiam*, &c.] Hæc & ſequentia cap. 66. 67. 68. admodum perturbata ſunt, depravata & tranſpoſita in manu ſcriptis codicibus. Sorbonicus & Thuaneus; *Opportunus appareas. Quibus cognitis* &c.
E p. 595. col. 2. C. 68. *a Laodicia multum deſiderabilis. Proficiſcente autem Petro, eodem die occurrerunt qui miſſi fuerant cum Fauſtiniano hæc adnuntiantes ei, quia hoc ordine quæ geſta ſunt enarravit. Statim, inquit, ut urbem Antiochiam ingreſſi ſumus, omnis populus ad eum collectus eſt; & cœpit omnibus confiteri publice ſecundum ea quæ populi quem Simon perverterat reſtauratio flagitabat. Nam cum omnes ſimul* &c. p. 523. col. 2. B. 8. *credideris eſſe veniendum. Interea dum hæc aguntur, Petrus faciens multas ſanitates, & cunctis rite compoſitis, & Eccleſiam Chriſti conſtituens, valedicens a Laodicia proficiſcitur, deſiderabilis cunctæ Antiochenſium plebi. Et cœpit* &c. p. 595. col. 1. C. 65. Regius, & Petri Petiti; *Opportunius appareas. Quibus* &c. *deſiderabilis. Statim inquit* &c. ut in Sorb. & Th. Candelerianus; *Opportunus appareas. Quibus* &c. juxta Reg. Carmeliticus. *Opportunus appareas. Quibus* &c. *deſiderabilis. Proficiſcenti autem Petro, eadem die occurrerunt qui miſſi fuerant cum Fauſtiniano hæc annuntiantes ei. Statim, inquiunt, ut urbem* &c. quemadmodum Sorbon.

Canes feci æreos latrare, & statuas moveri, figuras mutari hominum, & subito ab aspectibus hominum absentari: & per hæc debuistis artem magicam exsecrari, quæ ut vobis miraculum inane prætenderem, animas vestras diabolicis laqueis innodabat, ne crederetis Petro; qui & languentes, in nomine ejus a quo missus est curat, & dæmonas fugat, ac cæcos illuminat, & paralyticis salutem reddit, & mortuos suscitat.

LXVII. Hæc & his similia multa prosequente, exsecrari cœpit populus; & dabant fletum & gemitum, quod peccassent in Petrum, credentes eum esse magum & impium. Eodem vero die ad vesperam restituta est in Faustiniano facies propria, & abscessit ab eo aspectus Simonis magi. Audiens autem Simon vultum suum in eo ad Petri gloriam profecisse, festinus prævenit Petrum, & agere cupiens arte sua, ut Faustiniano ejus similitudo recederet, cum jam hoc juxta verbum Apostoli sui Christus implesset. Videntes autem Niceta & Aquila, post prædicationem necessariam, paternam faciem restitutam; gratias agentes Deo, non eum permiserunt ulterius alloqui populum.

LXVIII. Simon autem cœpit, licet occulte, per amicos suos, & familiares ambulare, & amplius Petro derogare quam antea. Tunc omnes exspuentes in faciem ejus, expulerunt eum de civitate, dicentes: Tu eris reus mortis tuæ, si ulterius locutus contra Petrum, huc tibi credideris esse veniendum. Quibus cognitis, Petrus postera die convenire populos jubet; & uno ex his qui sequebantur eum, ordinato eis Episcopo; aliis etiam, Presbyteris; baptizatis quoque plurimis; & omnibus qui erant vexati languoribus vel dæmonibus, sanitati redditis; demoratus ibi aliud triduum, cunctis rite compositis, valedicens eis, proficiscitur a Laodicia, multum desiderabilis Antiochensium plebi: & cœpit per Nicetam & Aquilam tota civitas audire, quod Petrus adventaret. Omnis autem populus Antiochiæ civitatis, audiens Petrum venire, occurrerunt ei: & pæne omnes majores natu, & nobiles, cinere aspersi in capite, pœnitentiam agentes, qui contra prædicationem ejus, magum Simonem suscepissent.

LXIX. Hæc & his similia prosequentes, offerunt ei vexatos languoribus, & dæmoniis fatigatos, paralyticos quoque, & diversa pericula patientes; & erat infinita multitudo simul languentium. Quos videns Petrus non solum pœnitudinem agere, quod de eo male sensissent per Simonem, verum etiam & jam integram fidem exhibere (jubebat) Deo, ut etiam omnes, diversas ægritudines patientes, crederent per eum posse salvari; expandit ad cælum manus suas, & cum lacrymis orationem effundens, gratias referens Deo, dicebat: Benedicte Pater prædicande, qui omne verbum & promissum Filii tui adimplere

A dignaris, ut cognoscat omnis creatura, quia tu solus Deus in cælo & in terra.

LXX. Hæc & his similia dicens, ascendit in eminentiori loco, & jussit ante se poni omnem multitudinem ægrotantium; quos omnes hac voce allocutus est: Similem vobis hominem me esse videntes, nolite putare quod a me possitis recuperare salutem vestram; sed per eum qui de cælo descendens, ostendit credentibus sibi, integram animæ & corporis medicinam: unde vox vestra testem habeat hunc omnem populum, quia ex toto corde creditis in Domino Jesu Christo; ut sciant etiam se ipsos ab ipso posse salvari. Cum-
B que omnis multitudo infirmantium una voce clamaret, hunc esse verum Deum, quem Petrus adnuntiat; subito immensum lumen gratiæ Dei in medio plebis apparuit: & cœperunt paralytici currere ad pedes Petri, sani; cæci, recuperato visu, clamare; claudi, restaurato gressu, gratias agere; languentes, recepta sanitate; gaudere: nonnulli etiam solo flatu viventes, jam sine sensu & sine voce, recuperati sunt: omnes quoque lunatici & pleni dæmoniis, liberati sunt.

LXXI. Tantum itaque Spiritus sanctus in illa die gratiam suæ virtutis ostendit, ut omnes a minimo usque ad maximum, una voce confiterentur
C Dominum: & ne multis immorer; intra septem dies, plus quam decem millia hominum credentes Deo, baptizati sunt, & sanctificatione consecrati; ita ut omni aviditatis desiderio [1] Theophilus qui erat cunctis potentibus in civitate sublimior, domus suæ ingentem Basilicam, Ecclesiæ nomine consecraret; in qua [2] Petro Apostolo constituta est ab omni populo cathedra: & omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum conveniens, credebat sanæ doctrinæ, quam sanitatum efficacitas adfirmabat.

LXXII. Tum ego Clemens, cum fratribus meis & matre, patrem alloquimur, utrum aliquæ infidelitatis in eo reliquiæ remansissent. At ille:
D Venite, ait, & videbitis coram Petro, quantum in me fidei creverit incrementum. Tunc accedens Faustinianus, procidit ad pedes Petri, dicens: Semina verbi tui, quæ ager meæ mentis accepit, jam nata sunt; atque ita ad fecundam maturitatem provecta sunt; ut nihil desit, nisi ut a paleis me spiritali illa tua defeces falce, & reponas me in horreo Dominico, faciens me mensæ divinæ participem. Tum Petrus cum omni alacritate adprehendens manum ejus, tradidit eum mihi Clementi & fratribus meis, dicens: Sicut tibi patri filios restituit Deus; ita & patrem filii restituunt Deo. Indixit autem jejunium omni plebi; & veniente die Dominica, baptizavit eum:
E atque in medio populo, ex conversione ejus materiam sumens, omnes casus ejus exposuit; ita ut omnis civitas quasi Angelum cum susciperet, & non minorem ei gratiam quam Apostolo exhiberet. [a]


1. *Theophilus.*] Qui magna temporum confusione septimus Antiochiæ Episcopus esse putatur a Guillelmo Tyrio lib. 4. Historiæ Belli Sacri cap. 9. & a Jacobo de Vitriaco cap. 32. Historiæ Hierosolymitanæ.

2. *Petro Apostolo constituta est ab omni populo cathedra.*] De hac Antiochena Petri cathedra, ejusque festo agunt Martyrologia ad 22. Februarii, Legenda Sanctorum cap. 44. Gemma animæ lib. 3. cap. 26. Ivo Carnotensis, aliique. In Itinerario Willebrandi ab Oldenborg: *In hac Ecclesia Antiochiæ monstratur Cathedra B. Petri.* Inveni quoque hunc titulum in Catalogo MSS. Ecclesiæ S. Petri Bellovacensis; *Sermo S. Clementis Papæ in Petri Apostolorum principis sessione, qua Cathedram instauravit Antiochiæ.* Eum autem Catalogum debeo viro natalibus ac virtutibus illustri Antonio Vioni Herovallio, cujus indefessum pro re litteraria promovenda & pro demerendis litteratis studium omnes hodie prædicant, omnes mirantur, nulla ætas non celebrabit atque demirabitur.

a Quibus cognitis, Petrus postera die convenire populos jubet; & uno ex his qui sequebantur eum, ordinato episcopo, & aliis presbyteris, plurimum quoque populum baptizavit; omnesque qui erant vexati languoribus, sanitati restituit. — Ista periodus ad calcem libri x. [illegible] tionum annexa legitur in cod. 105. Bodl. [illegible] apud GRAB. *Spicil. SS. Patrum* tom. 1. pag. 299.

FINIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



APPENDIX
MONUMENTORUM
AD RECOGNITIONES CLEMENTINAS.

I.

Ad lib. I. *cap.* XXIV. *pag.* 224. *not.* 1.

A Τοῦ ἁγίου [1] Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγησαμένου, εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα.

Μακάριος ὁ κεκλεισμένους ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, καὶ διωκόμενον ἄσθματι πνεῦμα διὰ τοῦ ἐγεῖραι ἀναλαβών. τὸ χαμαὶ κεῖσθαι τοῦτο ἦν, καὶ τὸ ἐπὶ ποδῶν μὴ ἑστάναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔχειν. ἀνάστασις δέ ἐστι πατρὸς ἡ ἐπίγνωσις, καὶ ἐπιφάνεια τοῦ υἱοῦ, ἣ τὰς αἰσθήσεις ἐφανέρωσε. μακάριος ἀνὴρ ὁ γινώσκων τὴν τοῦ πατρὸς δόσιν, δι' ἐκπορεύσεως τοῦ παναγίου πνεύματος. μακάριος ὁ γινώσκων καὶ λαβὼν, ὅτι τὸ ἅγιον πνεῦμά ἐστιν ἡ δόσις αὐτοῦ. καὶ τοῦτο ἐν τύπῳ περιστερᾶς παρέσχε. τὸ γὰρ ζῶον, ἀκακίαν ἔχει, καὶ ἄχολόν ἐ- B στιν. ἄκακος δὲ ὁ πατὴρ, πνεῦμα ἔδωκεν ἄκακον, ἀόργητον, ἀπίκραντον, τέλειον, ἀμίαντον· ἀπὸ σπλάγχνων ἰδίων προϊέμενος, ἵνα ῥυθμίσῃ τοὺς αἰῶνας, καὶ τοῦ ἀοράτου δῷ τὴν ἐπίγνωσιν. ἔστιν οὖν τοῦτο, ἅγιον, καὶ εὐθὲς, τὸ ἀπ' αὐτοῦ προελθὸν, καὶ δύναμις αὐτοῦ, καὶ [2] θέλημα αὐτοῦ, εἰς πλήρωμα δόξης αὐτοῦ φανερωθέν. τοῦτο οἱ λαβόντες τυποῦνται ἀληθείας τύπῳ, χάριτος τελείας.

S. Clementis Episcopi Romæ, qui post Apostolum Petrum sedi Apostolicæ præfuit, De Spiritu sancto.

Beatus qui oculos clausos aperuit, & expulsum flatus difficultate spiritum, per resurrectionem recepit. Hoc erat humi jacere, & in pedes non stare; non habere veritatem. Resurrectio autem est, Patris agnitio, & apparitio Filii, qua sensus patefecit. Beatus vir qui cognoscit Patris donum, per processionem sanctissimi Spiritus. Beatus qui cognoscit & comprehendit, Spiritum sanctum esse donum illius. Equidem illud in figura columbæ tradidit. Hoc enim animal simplicitatem habet, & caret felle. Pater autem ab omni malitia alienus Spiritum dedit innocentem, expertem iræ atque acerbitatis, perfectum, immaculatum; e suis visceribus emittens, ut componeret sæcula, & numquam visi præberet cognitionem. Ille ergo Spiritus, sanctus est & rectus, qui ab ipso procedit; item Virtus illius, Voluntas illius; quique ad plenitudinem gloriæ ejus apparuit. Hunc qui accipiunt, signo veritatis signantur, gratiæ perfectæ.

I I.

Ad lib. I. *cap.* LIV. *pag.* 231. *not.* 1.

C Ἔκθεσις ἀκριβεστάτη περὶ τοῦ πῶς δεῖ δέχεσθαι τὸν ἐξ Ἑβραίων τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει προσερχόμενον.

Ἐξαγορεύειν αὐτὸν χρὴ πρότερον καὶ θριαμβεύειν πᾶν νόμιμον Ἑβραϊκὸν, καὶ ἔθος, καὶ ἐπιτήδευμα· κἀντεῦθεν δεικνύειν, ὡς ἐξ ὅλης καρδίας καὶ πίστεως εἰλικρινοῦς, χριστιανίσαι ἠθέλησε· καὶ ἀποτάσσεσθαι μὲν φανερῶς ἐπ' ἐκκλησίας πάσῃ τῇ Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ, καὶ τοῖς νομίμοις πᾶσιν· ἀναθεματίζειν δὲ ὕστερον τὰ ἐπινενοημένα παρὰ γνώμην Θεοῦ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἔθη· καὶ οὕτως συντάσσεσθαι τῷ Χριστῷ, καὶ τῇ πίστει τῇ κατ' αὐτόν· τοῦ ἱερέως δηλαδὴ προτέρου λέγοντος, καὶ αὐτοῦ ἀποκρινομένου κατὰ στίχον, ἢ τοῦ ἀναδόχου αὐτοῦ, εἴπερ D ὑπάρχει παιδίον.

Expositio accuratissima, Quo modo oporteat eum recipere, qui ex Hebræis ad Christianorum fidem accedit.

I. Oportet ut primo publicet ac proscribat quodcumque Hebræis pro legitimo, pro consuetudine & instituto est: deinde ostendat velle se ex toto corde, ac sincera fide Christianismum amplecti: & quidem palam in Ecclesia renuntiet omni cultui Judaico, & cunctis Legalibus: anathematizet vero postea quæ excogitata fuerunt contra voluntatem Dei instituta atque mores: sicque aggreget se Christo, & fidei juxta illum: scilicet, sacerdote prius verba faciente; ipso autem per versuum ordinem respondente, aut ipsius, si sit parvulus, susceptore.

Ἔχει δὲ ταῦτα οὕτως.

Ὁ δεῖνα ὁ ἐξ Ἑβραίων σήμερον προσιὼν τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν, οὐ διά τινα βίαν, ἢ ἀνάγκην, ἢ φόβον, ἢ ἐπήρειαν, ἢ πενίαν, ἢ διὰ χρέος, ἢ ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ κινούμενον, ἢ διὰ τιμὴν κοσμικὴν, ἢ εὐεργεσίας τινὰς, ἢ χρήματα, ἢ πράγματα παρά τινος ὑπισχνούμενα, ἢ ὅλως διὰ οἱανδήποτε ὠφέλειαν, ἢ προστασίαν ἀνθρωπίνην, ἢ δι' ἔριν, ἢ φιλονεικίαν πρός τινα γενομένην τῶν ὁμοπίστων


Hæc porro ita habent.

Ego ille, qui hodie ex Hebræis accedo ad fidem Christianorum; non per vim aliquam, vel necessitatem, timorem, vexationem aut paupertatem, nec ob debitum vel crimen mihi intentatum, neque propter mundanum honorem, beneficia quædam, pecunias aut res mihi a quoquam promissas, non omnino cujuscumque utilitatis caussa humanive patrocinii, vel ob rixam & contentionem

1. Τοῦ ἁγίου Κλήμ.] Fragmentum istud post Coutantium subjecimus Clementis Epistolis ad Corinthios, Biblioth. nostræ tom. I. pag. 44.

2. Θέλημα αὐτοῦ.] Qua ratione Spiritui sancto magis competat nomen Voluntatis, quam Filio, disces per B. Augustinum & Synodos Toletanas XV. & XVI. quorum verba recitavimus ad lib. I. *Recognit.* cap. XXIV. COTEL.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



A μου, ἢ ὡς βουλόμενος ἐντεῦθεν ἀμύνασθαι Χριστιανοὺς, ὡς ζηλωτὴς δῆθεν τοῦ νόμου, ἢ καὶ παρ' αὐτῶν ἀδικηθείς· ἀλλ' ὡς ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας τὸν Χριστὸν ἀγαπήσας καὶ τὴν αὐτοῦ πίστιν· ἀποτάσσομαι πάσῃ τῇ Εβραϊκῇ θρησκείᾳ, καὶ τῇ περιτομῇ, καὶ τοῖς νομίμοις πᾶσι, καὶ τοῖς ἀζύμοις, καὶ τῷ πάσχα, καὶ τῇ θυσίᾳ τοῦ ἀμνοῦ, καὶ τῇ τῶν ἑβδομάδων ἑορτῇ, καὶ τῷ Ιωβηλαίῳ, καὶ ταῖς σάλπιγξι, καὶ τῷ ἱλασμῷ, καὶ ταῖς σκηνοπηγίαις, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἁπάσαις ἑορταῖς τῶν Εβραίων, καὶ ταῖς θυσίαις, καὶ ταῖς προσευχαῖς, καὶ τοῖς ῥαντισμοῖς, καὶ τοῖς καθαρισμοῖς, καὶ τοῖς ἁγνισμοῖς, καὶ ταῖς νηστείαις, καὶ τοῖς σαββάτοις, καὶ ταῖς νεομηνίαις, καὶ τοῖς βρώμασι, καὶ τοῖς πόμασιν αὐτῶν· καὶ ἁπλῶς ἀποτάσσομαι παν- B τὶ Ιουδαϊκῶν νομίμων καὶ ἔθει, καὶ ἐπιτηδεύματι· καὶ ἐπὶ τούτοις ἀναθεματίζω τὰς παρὰ Ιουδαίοις αἱρέσεις καὶ τοὺς αἱρετικούς· Σαδδουκαίους, τοὺς λεγομένους δικαίους, οἵτινες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημοῦσι, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀθετοῦσι, καὶ τοὺς ἀγγέλους ἀποβάλλονται· Φαρισαίους, τοὺς ἀφωρισμένους, οἳ κατὰ δευτέραν καὶ πέμπτην νηστεύοντες, καὶ παρθενίαν ἐπὶ καιροὺς ὡρισμένους ὑποκρινόμενοι, μετέπειτα λύουσι πᾶσαν ἐγκράτειαν, δοξάζουσι δὲ εἱμαρμένην, καὶ τῇ ἀστρολογίᾳ σχολάζουσι· Νασαραίους, τους ἀφηνιαστὰς, οἳ τὸν περὶ θυσιῶν οὐ παραδέχονται τοῦ Μωσέως νόμον, καὶ διὰ τοῦτο ἐμψύχων ἀπέχονται, καὶ ὅλως οὐ θύουσι· Οσσαίους, τοὺς ἰταμωτάτους, οἳ γραφαῖς ἑ- C τέραις παρὰ τὸν νόμον χρώμενοι, καὶ τοὺς πλείους τῶν προφητῶν ἀποβαλλόμενοι, διδάσκαλον αὐχοῦσιν ἄνθρωπον, Ηλξαϊ καλούμενον, εἴτ' οὖν δύναμιν κεκαλυμμένην, καὶ Μαρθὼ, καὶ Μαρθάνην τὰς ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγομένας, ὡς θεὰς τιμῶσιν· Ηρωδιανοὺς, οἵτινες τὸν ἀλλόφυλον βασιλέα τῶν Ιουδαίων Ηρώδην τὸν σκωληκόβρωτον, ὡς Χριστὸν δοξάζουσιν· Ημεροβαπτιστὰς, οἳ τὰ αὐτὰ φρονοῦντες τοῖς Φαρισαίοις, δογματίζουσι κατὰ προσθήκην τὸ μὴ δύνασθαι ἄνθρωπον σωθῆναι, ἐὰν μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτίζεται· Γραμματεῖς ἤτοι νομοδιδασκάλους, οἳ μὴ θέλοντες κατὰ τὸν νόμον ζῆν, ἀλλὰ περισσεύειν αὐτοῦ, ξεστῶν καὶ ποτηρίων, καὶ πινάκων, καὶ τῶν ἄλλων σκευῶν βαπτισμοὺς, καὶ πυγ- D μῇ τὰς χεῖρας νίπτειν καὶ τὰ σκεύη πλύνειν ἐπινοοῦσι, καὶ ἁπλῶς πολλὰς παραδόσεις ἰδίας τῷ νόμῳ προστιθέντες, δευτερώσεις ταύτας καλοῦσιν, οἷον δευτέρας Θεοῦ νομοθεσίας, καὶ τὴν μὲν πρώτην ψευδῶς ἀναφέρουσιν εἰς τὸν Μωσέα, τὴν δὲ δευτέραν εἰς τὸν Ραββὶ Ακιβᾶν, τὴν δὲ τρίτην εἰς Αννᾶν τὸν καὶ Ιούδαν, τὴν δὲ τετάρτην εἰς τοὺς [1] Νασαμωναίου υἱοὺς, οἵτινες καὶ τὸ σάββατον ἐν τοῖς πολέμοις ἠθέτησαν. ταύτας οὖν ἀναθεματίζων τὰς Ιουδαϊκὰς πάσας αἱρέσεις, καὶ τοὺς αἱρεσιάρχας, καὶ τὰς δευτερώσεις, καὶ τοὺς δευτερωτὰς, ἀναθεματίζω μετὰ τούτων καὶ τοὺς τὴν ἑορτὴν τελοῦντας τοῦ λεγομένου Μαρδοχαίου κατὰ τὸ πρῶτον σάββατον τῶν Χριστιανικῶν νηστειῶν, καὶ ξύλῳ δῆθεν τὸν Αμὰν προσηλοῦντας, εἶτα μιγνύντας αὐτῷ τὸ σταυροῦ σημεῖον, καὶ συγκατακαίοντας, ἀραῖς τε παν- E τοίαις, καὶ ἀναθέματι τοὺς Χριστιανοὺς ὑποβάλλοντας.

A cum quopiam ex hominibus ejusdem mecum fidei susceptam, sive quasi inde volens sumere ultionem de Christianis, tamquam nimirum Legis æmulator, vel & ab ipsis injuria affectus; sed ut ex toto animo & corde Christum ipsiusque fidem diligens; renuntio universo Hebraico cultui, & circumcisioni, omnibusque Legalibus, necnon Azymis, Paschæ, sacrificio Agni, festo Hebdomadarum, Jubilæo, Tubis, Propitiationi, Scenopegiis ac reliquis omnibus Hebræorum festivitatibus; item sacrificiis, precibus, aspersionibus, purificationibus, expiationibus, jejuniis, Sabbatis Neomeniisque, & cibis ac potibus eorum; & absolute renuntio omni Judaicorum Le- B gitimorum tum mori, tum instituto. Ad hæc anathemate ferio & Hæreses quæ apud Judæos inveniuntur, & ipsos Hæreticos; Sadducæos, qui justi vocantur, quique Spiritum sanctum blasphemant, mortuorum resurrectionem inficiantur, atque Angelos rejiciunt; Pharisæos, segregatos, qui secunda & quinta feria jejunant, virginitatem per definita tempora simulant, postteaque omnem solvunt continentiam, fatum autem prædicant, & vacant Astrologiæ; Nasaræos, refractarios, qui legem a Mose de sacrificiis latam non admittunt, ideoqre animatis abstinent, nec ullatenus sacrificant: Ossæos, procacissimos, qui aliis a Lege Scripturis usi, & plerosque Prophe- C tarum rejicientes, magistro gloriantur homine, cui nomen Elxai, hoc est, virtus abscondita, atque ex genere ipsius ortas mulieres, Marthonem & Marthanam veluti deas colunt; Herodianos, qui alienigenam regem Judæorum Herodem, a vermibus exesum, tamquam Christum celebrant: Hemerobaptistas, qui eadem sentientes cum Pharisæis, præterea docent, neminem salvum fieri posse, nisi quotidie lavet: Scribas seu Legis doctores, qui non contenti juxta Legem vivere, sed volentes plura facere quam illa præscribat, intinctiones urceorum, calicum, discorum ac reliquæ suppellectilis excogitant, simulque manus frequenter lavare, & vasa ablue- D re, atque omnino multis traditionibus suis ad Legem additis, eas appellant Deuteroses, quasi secundas Dei legislationes; & primam quidem falso referunt ad Moysem, secundam vero ad Rabbi Akibam, tertiam ad Annam qui & Judas dicitur, quartam autem ad Asamonæi filios, qui etiam Sabbatum in præliis violarunt. Has ergo anathematizans Judaicas omnes Hæreses & Hæresiarchas, itemque Deuteroses cum Deuterotis, anathematizo cum illis etiam eos qui festum vocati Mardochæi celebrant ad primum Sabbatum Christiani jejunii; & utique ligno Amanem clavis affigunt, deinde ei miscent crucis signum, unaque comburunt, ac omnis ge- E neris imprecationibus & anathemati Christianos subjiciunt.

Αναθεματίζω πρὸς τοῖς παλαιοῖς Αρχιραββίτας καὶ τοὺς νέους τῶν Ιουδαίων κακοδιδασκάλους, Λάζαρόν φημι, τὸν τὴν ἀθέσμον ἑορτὴν ἐξευρόντα τῆς λεγομένης παρ' αὐτοῖς [2] Μονοποδαρίας, καὶ Ηλίαν τὸν ἐκείνου κατὰ τὴν δυσσέβειαν οὐκ ἐλάττονα, Βενιαμίν τε καὶ Ζεβεδαῖον, καὶ Αβράμιον, καὶ Συμβάτιον, καὶ τοὺς λοιπούς. καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἀναθεματίζω, καὶ καταναθεματίζω τὸν παρὰ τῶν Ιουδαίων προσδοκώμενον ὡς Χριστὸν ἐλεύσεσθαι Μεσίαν, εἴτ' οὖν [3] εἰλημμέ-

II. Anathematizo præter veteres, Archirabbitas quoque & novos Judæorum malos doctores; Lazarum, inquam, inventorem nefarii festi quod apud illos appellatur Monopodaria; item Eliam illi in impietate nullatenus cedentem; Benjaminum pariter ac Zebedæum, Abramium, Symbatium reliquosque. Ad hæc omnia anathema & catanathema pronuntio in eum qui a Judæis venturus, ut Christus exspectatur, Messiam seu unctum, magis ve-

1. Νασαμ.] Leg. Ασαμ. COTEL.
2. Μονοποδ.] Forte quod super uno pede saltarent. Vel a mensis monopodiis. ID.
3. Εἰλημμένον.] Leg. ἀλημμένον. I .

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 216.



γον, μᾶλλον δὲ Αντίχριστον· καὶ ἀποτασσόμενος αὐτῷ συντάσσομαι τῷ ἀληθινῷ καὶ μόνῳ Χριστῷ καὶ Θεῷ. καὶ πιστεύω εἰς πατέρα καὶ υἱὸν καὶ ἅγιον πνεῦμα, τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον τριάδα. καὶ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν ὁμολογῶν τοῦ τῆς ἁγίας τριάδος ἑνὸς, τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ Λόγου τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐκ πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεννηθέντος, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, αὐτὸν ὑπάρχειν πιστεύω τὸν παρὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν προκηρυχθέντα Μεσίαν· ὃν καὶ ἤδη ἐλθεῖν ἐπὶ γῆς πληροφοροῦμαι, διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, καὶ γενέσθαι κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπον, μὴ ἐκστάντα τῆς οἰκείας θεότητος, καὶ εἶναι τὸν αὐτὸν Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως, καὶ ἀναλλοιώτως, ἐν ὑποστάσει μιᾷ καὶ δυσὶ φύσεσιν, ἑκουσίως τε πάντα παθεῖν, καὶ σταυρωθῆναι σαρκὶ, τῆς θεότητος ἀπαθοῦς μεινάσης, καὶ ταφῆναι, καὶ τριήμερον ἀναστῆναι, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθῆναι, καὶ ἥξειν ἐν δόξῃ μέλλοντα κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ τὴν κατὰ σάρκα τοῦτον τεκοῦσαν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, καὶ μείνασαν μετὰ τόκον παρθένον, κυρίως καὶ ἀληθῶς θεοτόκον καὶ πιστεύω καὶ λέγω, καὶ ὡς κατὰ ἀλήθειαν μητέρα Θεοῦ ἐνανθρωπήσαντος καὶ διὰ τοῦτο κυρίαν καὶ δέσποιναν ἐν χάριτι γεγενημένην πάσης τῆς κτίσεως προσκυνῶ καὶ τιμῶ. καὶ τὸν παρὰ Χριστιανοῖς μυστικῶς ἱερουργούμενον ἄρτον καὶ τὸν οἶνον, ὡς ἐν ταῖς θείαις τελεταῖς μεταλαμβάνουσι, πείθομαι, καὶ ὁμολογῶ, καὶ πιστεύω, σῶμα καὶ αἷμα κατὰ ἀλήθειαν εἶναι τοῦ κυρίου Ιησοῦ Χριστοῦ, μεταβαλλόμενα τῇ ἐκείνου θεϊκῇ δυνάμει νοερῶς τε καὶ ἀοράτως ὑπὲρ πᾶσαν φυσικὴν ἔννοιαν, ὡς οἶδε μόνος αὐτὸς· καὶ οὕτω κἀγὼ μεταλήψεσθαι τούτων συντίθεμαι, ὡς κατὰ ἀλήθειαν ὄντως σαρκός τε καὶ αἵματος αὐτοῦ, καὶ εἰς ἁγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ ζωὴν αἰώνιον, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομίαν μεταλαμβανομένων, τοῖς αὐτῶν ἐν πίστει τελείᾳ μετέχουσι. καὶ τὸ ἅγιον τοῦ Χριστοῦ βάπτισμα, μετὰ καθαρᾶς καὶ ἀδόλου ψυχῆς καὶ καρδίας, πίστεως εἰλικρινοῦς ἐπιζητῶ δέξασθαι, πληροφορούμενος ἀληθῶς κάθαρσιν αὐτὸ νοητὴν εἶναι, καὶ ἀναγέννησιν ψυχῆς τε καὶ σώματος.

A ro Anti-Christum: & renuntians ei, me confero ad verum solumque Christum ac Deum. Credo in Patrem, Filium & Spiritum sanctum, sanctam, consubstantialem & individuam Trinitatem. Confiteor Incarnationem & ad homines adventum unius e sancta Trinitate, scilicet Filii unigeniti ac Verbi Dei, a Patre ante omnia sæcula geniti, per quem omnia facta sunt: eum credo esse Messiam qui a Lege & Prophetis prædictus fuit; certumque habeo quod jam in terram venerit propter humani generis salutem; quod vere factus sit homo, nec tamen a propria divinitate excesserit; quod idem vere Deus sit, ac vere homo, absque confusione, mu- B tatione & alteratione, in una persona & duabus naturis; quodque sponte cuncta passus fuerit, & carne crucifixus, divinitate impassibili permanente, sepultus fuerit, ac tertia die resurrexerit, postea in cælum ascenderit, venturusque sit in gloria, ut judicet vivos & mortuos. Credo ac profiteor, sanctam virginem Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, & post partum virgo permansit, vere ac proprie esse Dei genitricem, eamque veneror & honoro tamquam vere matrem Dei incarnati, ideoque dominam & heram in gratia factam universæ creaturæ. Adhuc panem & vinum, quæ apud Christianos mystice consecrantur, quemadmodum in divinis C sacris sumunt, certus sum, confiteor, credo esse revera corpus & sanguinem Domini Jesu Christi, transmutata per divinam illius potentiam intellectualiter & invisibiliter super omnem naturalem cogitationem, quemadmodum solus ipse novit; sicque ego horum participem me fore assentior, ut vere ac reapse carnis & sanguinis illius, & in sanctitatem animæ & corporis, vitamque æternam, ac regnum cælorum atque hereditatem eorum qui sumunt, si in fide perfecta communicent. Sanctum præterea Christi baptisma, ex puro candidoque animo & corde, fideque sincera accipere flagito, plene persuasus illud vere esse lustrationem quæ mente percipitur, & regenera- D tionem animæ & corporis.

Καὶ τὸν σεβάσμιον δὲ σταυρὸν τοῦ αὐτοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ὡς οὐκ ἔτι φθορᾶς καὶ ἀρᾶς ὄργανον, ἀλλ᾽ ἐλευθερίας καὶ ζωῆς αἰωνίου, καὶ σημεῖον τῆς κατὰ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ διαβόλου νίκης· ἔτι δὲ καὶ τὰς σεβασμίους εἰκόνας τῆς τε κατὰ σάρκα πρὸς ἀνθρώπους ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ τῆς ἀφράστως αὐτὸν τεκούσης ἁγνῆς παρθένου καὶ θεομήτορος, καὶ τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἁγίων ἁπάντων, ὡς σύμβολα τῶν πρωτοτύπων καὶ δέχομαι καὶ τιμῶ καὶ ἀσπάζομαι· καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἱεροὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἁγίους ἅπαντας, οὐ μόνον προπάτορας καὶ προφήτας, ἀλλὰ καὶ ἀποστόλους καὶ μάρτυρας καὶ ὁμολογητὰς καὶ διδασκάλους καὶ ὁσίους καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς τῷ ἤδη ἐλθόντι Χριστῷ εὐαρεστήσαντας, ὡς δούλους ἐκείνου καὶ πιστοὺς θεράποντας τιμῶ καὶ σέβομαι, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον τιμήν. καὶ οὕτως ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας καὶ προαιρέσεως ἀληθοῦς, προσέρχομαι τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν. εἰ δὲ μεθ᾽ ὑποκρίσεως καὶ δόλου ταῦτά φημι, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως ὁλοψύχου καὶ καρδίας τὸν ἤδη ἐλθόντα Χριστὸν ἀγαπώσης, ἀλλὰ διά τινα βίαν, ἢ ἀνάγκην, ἢ φόβον, ἢ ἐπήρειαν, ἢ πενίαν, ἢ χρέος, ἢ ἔγκλημα κατ᾽ ἐμοῦ κινούμενον, ἢ διὰ τιμὴν κοσμικὴν, ἢ εὐεργεσίας τινὰς, ἢ χρήματα, ἢ πράγματα παρά τινος ὑπισχνούμενα, ἢ ἄλως διὰ οἱανδήποτε ὠφέλειαν, ἢ προστασίαν ἀνθρωπίνην, ἢ δι᾽ ἔριν ἢ φιλονεικίαν πρός τινας γενομένην τῶν ὁμοπίστων ἐμοῦ, ἢ ὡς βουλόμενος ἐντεῦθεν ἀμύνασθαι Χριστιανοὺς ὡς ζηλω-

III. Et vero cultu dignam crucem ejusdem veri Christi Deique nostri, velut non amplius interitus ac maledicti instrumentum, sed libertatis vitæque perpetuæ, signumque victoriæ adversus mortem & diabolum partæ; atque adhuc venerandas imagines tum præsentiæ Dei Verbi secundum carnem inter homines, tum purissimæ virginis Dei matris quæ ineffabiliter eum genuit, tum divinorum Angelorum, tum denique Sanctorum omnium, recipio, honoro, amplector velut symbola & indicia prototyporum seu exemplarium: ipsos autem sacros Angelos, omnesque Sanctos, non solum antiquos Patres cum E Prophetis, sed & Apostolos, Martyres, Confessores, Doctores, Sanctos, item omnes omnino qui jam orto Christo placuerunt, tamquam illius servos ac fideles famulos honoro, veneror, propter honorem illi debitum. Et ita ex toto animo & corde, veroque proposito venio ad fidem Christianorum. Quod si per simulationem & dolum ista dico, non autem ex fide totius animi teste, & corde Christum qui jam advenit diligente; verum propter quamdam vim, necessitatem, metum, damnum, paupertatem, debitum, accusationem adversus me motam, sæcularem dignitatem, beneficia quædam, pecunias, res a quoquam promissas; aut plane cujuslibet utilitatis ergo, vel humani præsidii, vel dissidii caussa, vel contentionis cum nonnullis fidei meæ hominibus, aut quasi volens hinc ultionem capere de Christia-

τῆς ἔνθεν τοῦ νόμου, ἢ καὶ παρ' αὐτῶν ἀδικηθεὶς, A ἄρτι μὲν σχηματίζομαι γίνεσθαι Χριστιανὸς, ὕστερον δὲ θελήσω ἀρνήσασθαι, καὶ πρὸς τὴν Ἰουδαϊκὴν ὑποτρέψαι πάλιν θρησκείαν, ἢ εὑρεθῶ συνεσθίων τοῖς Ἰουδαίοις, ἢ συνεορτάζων, ἢ συννηστεύων, ἢ συνομιλῶν αὐτοῖς λάθρα, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν διαβάλλων, ἢ πρὸς τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς προσευχὰς αὐτῶν ἀπιὼν, καὶ ἀνανεῶν, ἢ περιποιούμενος ταύτας, καὶ οὐχὶ μᾶλλον φανερῶς ἐλέγχω τούτους, τὰς τούτων πράξεις, καὶ ἀθετῶ τὴν ματαίαν πίστιν αὐτῶν· νῦν μὲν ἔλθοι ἐπ' ἐμὲ πᾶσαι αἱ κατάραι ἃς ἐν τῷ δευτερονομίῳ Μωσῆς ἔγραψε, καὶ ὁ τρόμος τοῦ Κάϊν, καὶ ἡ λέπρα τοῦ Γιεζῆ, πρὸς τῷ καὶ ταῖς ποιναῖς τῶν πολιτικῶν νόμων εἶναί με ὑπεύθυνον ἀπαραιτήτως, κατὰ δὲ τὸν μέλλοντα αἰῶνα εἴη μοι ἀνάθεμα B καὶ κατάθεμα, καὶ ἡ ψυχή μου ταχθείη μετὰ τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν δαιμόνων.

nis, tamquam, videlicet, Legis æmulator, sive & ab ipsis injuriam passus, nunc quidem fingo Christianus fieri, posthac autem negare voluero, iterumque ad Judaicam religionem reverti, vel inventus fuero una cum Judæis manducare, festa peragere, jejunare, clam cum illis colloqui, Christianamque fidem infamare, aut ad eorum Synagogas & Proseuchas proficisci, easve instaurare seu tutari; & non potius prædictos Judæos eorumque actus palam reprehendo, vanamque illorum fidem improbo: nunc quidem veniant super me omnes diræ quas in Deuteronomio Moses scripsit, item tremor Caini, & lepra Giezis, insuperque pœnis quas leges civiles decernunt, sim absque ulla spe veniæ obnoxius; in futuro autem sæculo sit mihi anathema & catathema, animaque mea collocetur cum satana & dæmonibus.

I I I.

Ad lib. IV. *cap.* XXVII. *pag.* 270. *not.* 3.

Ὅπως χρὴ ἀναθεματίζειν ἐγγράφως τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, τοὺς ἀπὸ Μανιχαίων προσιόντας τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ ἐκκλησίᾳ.

Ἀναθεματίζω Μάνεντα τὸν καὶ Μανιχαῖον καὶ C Κούβρικον, ὃς ἐτόλμησεν ἑαυτὸν παράκλητον ὀνομάζειν, καὶ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀναθεματίζω Σκυθιανὸν, καὶ Τερέβινθον τὸν καὶ [1] Κουδᾶν, τοὺς Μάνεντος διδασκάλους. ἀναθεματίζω Ζαράδην, ὃν ὁ Μάνης θεὸν ἔλεγε πρὸ αὐτοῦ φανέντα παρ' Ἰνδοῖς καὶ Πέρσαις, καὶ ἥλιον ἀπεκάλει· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὰς Ζαραδείους ὀνομαζομένας εὐχάς. ἀναθεματίζω πάντας οὓς ὁ Μάνης ἀνέπλασε θεούς· ἤτοι τὸν τετραπρόσωπον πατέρα τοῦ μεγέθους, καὶ τὸν λεγόμενον πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τὸν στεφανηφόρον, καὶ τὸν ὀνομαζόμενον παρθένον τοῦ φωτὸς, καὶ τὸν [2] φεγγοκάστοχον, καὶ πέντε νοερὰ φέγγη, καὶ τὸν καλούμενον δημιουργὸν, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ προβληθέντα δίκαιον κριτὴν, καὶ τὸν ὠμοφόρον τὸν βαστάζοντα D τὴν γῆν, καὶ τὸν πρεσβύτην, καὶ πάντας ἁπλῶς οὓς ὁ Μάνης πλάττει θεοὺς καὶ αἰῶνας καὶ τῶν αἰώνων αἰῶνας, καὶ ὅσα αὐτῷ ἐπραγματεύθη περὶ γιγάντων καὶ ἐκτρωμάτων. ἀναθεματίζω πάντας τοὺς εἰπόντας ἢ λέγοντας ἢ λέξοντας δύο ἀρχὰς ἀγεννήτους ἀντικαθεστώτας ἀλλήλαις, τὴν μὲν ἀγαθὴν, τὴν δὲ πονηράν. ἀναθεματίζω Μαρκίωνα, καὶ Οὐαλεντῖνον, καὶ Βασιλείδην, καὶ πάντα ἄνθρωπον τὸν τολμήσαντα ἢ τολμῶντα ἢ τολμήσοντα βλασφημεῖν κατὰ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, ἢ τῆς καινῆς, καὶ ἀθετεῖν καὶ ὑβρίζειν Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, καὶ Σαμουὴλ, καὶ Δαβὶδ, καὶ Ἠλίαν, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας προφήτας, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν συγγραφέντα. καὶ ἁπλῶς ἀναθεματίζω E τοὺς βλασφημοῦντας τὸν ἀληθινὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης Θεὸν, καὶ τοὺς ἐν ἑκατέρᾳ διαλάμψαντας, ἁγίους εἶναι πιστεύοντας καὶ φίλους Θεοῦ. ἀναθεματίζω πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ ὁμολογοῦντα ἕνα μόνον εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν, ἀγαθόν τε καὶ δημιουργὸν καὶ παντοκράτορα, τὸν πατέρα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸν σὺν αὐτῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἐκ μὴ ὄντων καὶ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντων, τῇ ῥοπῇ τοῦ θελήματος παραγαγόντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ μὴ δεηθέντα ὕλης τῆς μηδέπω οὔσης, μήτε βυρσῶν καὶ νεύρων καὶ σωμάτων καὶ ἱδρώτων τῶν πονηρῶν ἀρχόντων, οὓς ὁ Μάνης ἀνέπλασεν. ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας ὅτι


Quo modo Hæresim suam scriptis oporteat anathematizare eos qui e Manichæis accedunt ad sanctam Dei Catholicam & Apostolicam ecclesiam.

I. Anathemate ferio Manetem, seu Manichæum & Cubricum, qui se ausus est Paracletum & Apostolum Jesu Christi appellare. Anathematizo Scythianum ac Terebinthum qui & Budas, Manetis præceptores. Anathematizo Zaradem, quem Manes Deum dixit ante se apparuisse apud Indos & Persas, quemque Solem vocavit: cum illo autem etiam anathematizo preces Zaradeas dictas. Anathematizo cunctos a Mane fabricatos deos: videlicet quadriformem patrem magnitudinis, & eum qui primus homo dicitur, & Coronigerum, ac eum qui nominatur virgo lucis, tum lumine afflatum, & quinque intelligentiis præditos splendores, vocatumque Opificem, & ab hoc prolatum justum judicem, necnon bajulum qui portat terram, item Senem, cunctosque prorsus quos Manes confingit deos, Æones, ac Æonum Æones, quæcumque demum ab eo elaborata sunt de Gigantibus & Abortivis. Anathematizo omnes qui dixerunt aut dicunt aut dicturi sunt duo principia ingenita, sibi invicem opposita; alterum bonum, alterum malum. Anathematizo Marcionem cum Valentino & Basilide, omnemque hominem qui ausus fuit, audet vel ausurus est blasphemare adversus vetus aut novum Testamentum, & aspernari ac contumelia afficere Abrahamum, Isaacum, Jacobum, Jesum filium Nave, Samuelem, Davidem, Eliam, ceterosque omnes Prophetas, eorumque scripta. Ad summam, anathematizo eos qui obtrectant vero universi Conditori, neque confitentur unum eumdemque esse veteris ac novi Testamenti Deum, nec sanctos Deique amicos esse credunt eos qui in utroque Testamento effulserunt. Anathematizo omnem eum, qui non confitetur unum solum esse verum Deum, bonum & mundi opificem, atque omnipotentem, Domini nostri Jesu Christi Patrem; qui cum illo & cum Spiritu sancto ex non exstantibus, & nullo prorsus modo exsistentibus, nutu voluntatis produxit cælum, terram, mare, cunctaque iis contenta; quique materia, quæ nempe nondum erat, non indiguit, nec pellibus, nervis, corporibus, sudoribusque malorum principum, quos Manes commentus est.

1. Κυδᾶν.] Leg. Βυδᾶν. COTEL.

2. Φεγγοκάστοχον.] Leg. φεγγοκάτοχον. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.




τὸ σῶμα ἐκ τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς ὑπέστη, καὶ ὅτι φύσει ἐστὶ τὰ κακά. ἀναθεματίζω τὸν ληρώδη Μάνετος μῦθον, ἐν ᾧ φησι μὴ ὅμοιον ἡμῖν διαπεπλάσθαι ὑπὸ τῦ Θεῦ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τυτέστι τὸν Αδάμ, ἀλλὰ ὑπὸ τῦ Σακλᾶ τῦ τῆς πορνείας ἄρχοντος, καὶ τῆς Νεβρώδ, ἣν εἶναι τὴν ὕλην φησὶ, γενέσθαι τὸν Αδάμ καὶ τὴν Εὔαν· καὶ τὸν μὲν θηριόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ ἄψυχον· καὶ τὴν μὲν Εὔαν ὑπὸ τῆς ἀρρενικῆς λεγομένης παρθένου μεταλαβεῖν ζωῆς, τὸν Αδάμ δὲ ὑπὸ τῆς Εὔας ἀπαλλαγῆναι τῆς θηριωδίας. ἀναθεματίζω τὺς λέγοντας τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν δοκήσει πεφανερῶσθαι τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν σεσαρκῶσθαι ἀληθῶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένυ Μαρίας τῆς ἐκ Δαβὶδ καταγομένης, σάρκα τὴν ἀνθρωπίνην καὶ ἡ- B μῖν ὁμούσιον, καὶ τελείως ἐνανθρωπῆσαι, καὶ τεχθῆναι ἐξ αὐτῆς δι' ἐνναμηνιαίυ χρόνου, καὶ ἐπὶ τριακοστὸν ἔτος ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, καὶ βαπτισθῆναι ὑπὸ Ιωάννου τῦ ἁγιωτάτου προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ ἐν τῷ Ιορδάνῃ, καὶ ὑπὸ τῦ οὐρανίου καὶ ἀληθινοῦ καὶ ἀγαθοῦ μαρτυρηθῆναι πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ ὑιὸς αὐτῦ ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ὁμούσιος αὐτῷ, σαρκώσει τῇ ἐκ παρθένυ γενόμενος ἄνθρωπος μετὰ τῦ μεῖναι Θεός.

A Anathematizo dicentes corpus a malo Principio editum fuisse, & mala natura esse. Anathematizo deliram Manetis fabulam, in qua dicit nequaquam similem nobis a Deo formatum esse primum hominem; hoc est, Adamum, sed a Sacla stupri principe & Nebroda, quam ait esse materiam, factos fuisse Adamum & Evam; ac illum quidem creatum esse ferina forma, hanc vero inanimam; atque Evam quidem a mascula vocata Virgine vitam accepisse, Adamum autem per Evam feritate liberatum. Anathematizo eos qui asserunt Dominum nostrum Jesum Christum opinione manifestatum fuisse mundo, nec profitentur ipsum vere carnem assumsisse ex sancta virgine Maria a Davide B orta, carnem humanam nobisque consubstantialem, atque perfecte hominem factum esse; ab eaque Virgine genitum fuisse post tempus novem mensium, item ad trigesimum annum cum hominibus versatum fuisse, dein baptizatum in Jordane a sanctissimo Præcursore & Baptista Joanne, ac testimonium retulisse a cælesti, vero bonoque Patre, quod ipse ejus esset Filius, verus Deus atque ei consubstantialis, per Incarnationem ex Virgine factus homo, remanens tamen Deus.

Αναθεματίζω οὖν ὡς εἴρηται τὺς παρὰ ταῦτα φρονοῦντας, καὶ ἄλλον μὲν λέγοντας εἶναι τὸν γεννηθέντα ἐκ Μαρίας, καὶ βαπτισθέντα, μᾶλλον δὲ ὡς αὐτοὶ ληροῦσι βυθισθέντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τῦ ὕδατος ἀνελθόντα καὶ μαρτυρηθέντα, ὃν καὶ ἀγέννητον Ιησοῦν καὶ φέγγος ὀνομάζουσιν, ἐν σχήματι ἀνθρώπου φανέντα, καὶ τον μὲν εἶναι τῆς κακῆς ἀρχῆς, τον δὲ τῆς ἀγαθῆς μυθολογοῦσιν. ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας δοκήσει παθεῖν τὸν κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστὸν, καὶ ἄλλον μὲν εἶναι τὸν ἐν σταυρῷ, ἕτερον δὲ τὸν πόῤῥωθεν ἑστῶτα καὶ γελῶντα, ὡς ἄλλου ἀντ' αὐτοῦ παθόντος. ἀναθεματίζω τοίνυν τὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σαρκωθέντα Θεὸν Λόγον, καὶ γεννηθέντα, καὶ κατ' ἀλήθειαν σταυρωθέντα σαρκὶ, καὶ ἀποθανόντα ἀληθῶς σαρκὶ, καὶ τριήμερον ἀναστάντα ὡς Θεόν. ἀναθεματίζω τοὺς τὸν Χριστὸν λέγοντας εἶναι τὸν ἥλιον, καὶ D εὐχομένους τῷ ἡλίῳ, ἢ τῇ σελήνῃ, ἢ τοῖς ἄστροις, καὶ ὅλως αὐτοῖς ὡς θεοῖς προσέχοντας, καὶ φανοτάτυς θεοὺς ἀποκαλοῦντας· καὶ τοὺς μὴ πρὸς ἀνατολὰς μόνον τῷ ἀληθεῖ Θεῷ εὐχομένους, ἀλλὰ τῇ τῦ ἡλίυ κινήσει συμπεριφερομένους ἐν ταῖς μυρίαις αὐτῶν προσευχαῖς. ἀναθεματίζω τοὺς τὸν Ζαράδην, καὶ τὸν Βουδᾶν, καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν Μανιχαῖον, καὶ τὸν ἥλιον, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντας. ἀναθεματίζω τοὺς τὸν παράκλητον, ὃν ἐπηγγείλατο πέμπειν ὁ κύριος, τολμῶντας λέγειν τὸν δείλαιον Μάνεντα, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν ἀληθινὸν παράκλητον τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ τοῖς ἁγίοις Χριστοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ἐπεφοίτησεν ἐν τῇ τῆς πεντηκοστῆς ἡμέρᾳ, δι' οὗ καὶ E τὰς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν διαλέκτους ἔγνωσαν, καὶ νεκρὺς ἤγειραν, καὶ τὰ ἄλλα παράδοξα εἰργάσαντο. ἀναθεματίζω τὺς τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς λέγοντας ὁμουσίους εἶναι τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὸ τῆς ὕλης καταποθῆναι, καὶ καθέζεσθαι νῦν τὸν θεὸν, καὶ ταύτας ἐξαντλεῖν κάτωθεν διὰ τῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, ἃ καὶ πλοῖα καλῦσιν. ἀναθεματίζω τοὺς τὴν μετεμψύχωσιν δοξάζοντας, ἣν αὐτοὶ καλοῦσιν μεταγγισμὸν ψυχῶν, καὶ τὺς τὰς βοτάνας καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἔμψυχα εἶναι ὑπολαμβάνοντας, καὶ τὺς ταῦτα κόπτοντας, ἤ τε λέγοντας, εἰς ἐκεῖνα μεταβληθήσεσθαι φάσκοντας, καὶ ἡμᾶς τὺς Χριστιανοὺς τὺς μὴ παραδεχομένους τὰς τοιαύτας μυθολογίας καλῦντας ἁπλαρίυς. ἀναθεματίζω τὺς ἀρνουμένους τὴν τῶν σαρκῶν ἀνάστασιν,

II. Anathematizo igitur, ut dictum est, eos qui contra hæc sentiunt, & alium quidem volunt esse eum qui natus sit ex Maria, quique baptiza- C tus seu intinctus sit, immo, ut ipsi delirant, demersus; alium vero eum qui ex aqua ascenderit, testimoniumque acceperit, quem & ingenitum Jesum ac Lumen nuncupant, qui in figura hominis apparuerit; atque illum quidem fabulantur esse a malo Principio, hunc autem a bono. Anathematizo eos qui ajunt Dominum nostrum Jesum Christum existimatione sola passum esse, & alium quidem esse eum qui in cruce, alium vero qui procul ab ea stabat, ridebatque tamquam alio pro se perpetiente. Anathematizo itaque illos, qui non confitentur ipsum esse Verbum Deum e sancta Deipara semperque virgine Maria incarnatum, & genitum, necnon revera carne crucifixum, vere D carne mortuum, tertioque die suscitatum, utpote Deum. Anathematizo eos qui affirmant Christum esse solem, & ad solem, vel lunam vel astra preces deferunt, omninoque illis ut diis attendunt, vocantque deos lucidissimos: item eos qui non modo ad Orientem vero Deo supplicant, sed juxta motum solis circumferunt se, in suis innumeris orationibus. Anathematizo illos qui Zaradem & Budam & Christum & Manichæum & solem, unum eumdemque esse dicunt. Anathematizo eos qui Paracletum quem Dominus missurum se promisit, audent dicere miserum Manetem, neque confitentur verum Paracletum Spiritum veritatis, qui in sanctos Christi discipulos ac Apostolos de- E scendit die Pentecostes, per quem & totius orbis linguas notas habuerunt, ac mortuos suscitarunt, aliaque miracula operati sunt. Anathematizo eos qui humanas animas Deo consubstantiales dicunt, & a materia absorberi, nuncque sedere Deum ac eas haurire ab imo per solem & lunam, quæ etiam navigia vocant. Anathematizo eos qui Metempsychosim admittunt, quam ipsi nominant animarum de vase in vas migrationem: præterea eos qui herbas, plantas, aquam, ceteraque omnia putant esse animata, ajuntque eorum sectores aut collectores in illa transmutandos; nos autem Christianos, qui hujusmodi fabulosos sermones minime recipimus, appellant Simplices. Anathematizo eos tum qui inficiantur carnis resurrectionem; tum qui inhumanitatem do-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



καὶ τοὺς ἀπανθρωπίαν διδάσκοντας, καὶ μὴ συγχωροῦντας δίδοσθαι πένησι, καὶ τοὺς τὸ αὐτεξούσιον ἀναιροῦντας, καὶ μὴ ἐφ' ἡμῖν εἶναι λέγοντας τὸ εἶναι καλοῖς ἢ κακοῖς, καὶ τοὺς βρωμάτων ἀπέχεσθαι προστάττοντας, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν. ἀναθεματίζω τοὺς τοῖς οἰκείοις οὔροις ἑαυτοὺς μιαίνοντας, καὶ μὴ ἀνεχομένους τὰς ῥυπαρείας αὐτῶν ὕδατι ἀποπλύνειν, ἵνα μὴ μολυνθῇ φασὶ τὸ ὕδωρ. ἀναθεματίζω τοὺς τὴν παρὰ φύσιν ἀσχημοσύνην κατεργαζομένους, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, τὸν δὲ γάμον ἀποβαλλομένους, καὶ τῆς νενομισμένης πρὸς τὰς γυναῖκας συνουσίας ἀπεχομένους, ἵνα μὴ παιδοποιήσωσι φασί, καὶ ψυχὰς εἰς τὸν βόρβορον τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καταγάγωσιν.

A cent, nec concedunt quidquam dari pauperibus; tum qui tollunt liberum arbitrium, pronuntiantque non esse in nostra potestate ut boni aut mali simus, tum qui præcipiunt abstinere cibis, quos Deus ut sumantur creavit. Anathematizo eos qui se sua urina sordidant, nec sustinent aqua suas sordes abluere, ne, inquiunt, aqua polluatur. Anathematizo eos qui naturæ contrariam turpitudinem perpetrant, non solum viros, sed & feminas; nuptias vero rejiciunt, & legitima cum mulieribus consuetudine abstinent, ne liberos suscipiant, inquiunt, animasque ad cœnum humanarum animarum deducant,


B

Ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω πάντας τοὺς Μανιχαίους, καὶ τὰ τούτων φρονήματα καὶ δόγματα, σὺν αὐταῖς ψυχαῖς τε καὶ σώμασι, καὶ τὰ μυσαρὰ καὶ ἀκάθαρτα καὶ γοητείας πλήρη μυστήρια, καὶ τὸ καλούμενον αὐτῶν βῆμα, καὶ πάντα ὅσα τελοῦσιν ἀθέως, ἃ ταῖς Μανιχαϊκαῖς, μᾶλλον δὲ γοητευτικαῖς αὐτῶν περιέχεται βίβλοις. ἀναθεματίζω πάντα τὰ δόγματα καὶ συγγράμματα τοῦ Μάνεντος, καὶ τὸ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ βιβλίον, καὶ πάσας τὰς Μανιχαϊκὰς βίβλους· οἷον τὸ νεκροποιὸν [1] αὐτῷ εὐαγγέλιον, ὅπερ ζῶν καλοῦσι· καὶ τὸν θησαυρὸν τοῦ θανάτου, ὃν λέγουσι θησαυρὸν ζωῆς· καὶ τὴν καλουμένην μυστηρίων βίβλον, ἐν ᾗ ἀνατρέπειν πειρῶνται νόμον καὶ προφήτας· καὶ τὴν τῶν ἀποκρύφων· καὶ τὴν τῶν ἀπομνημονευμάτων· καὶ τὴν γεγραμμένην Αδᾳ καὶ Ἀδειμάντῳ, κατὰ Μωϋσέως καὶ τῶν ἄλλων προφήτων· καὶ τὴν λεγομένην ἑπτάλογον Ἀγαπίου· καὶ τὴν Ἀριστοκρίτου βίβλον, ἣν ἐπέγραψε θεοσοφίαν, ἐν ᾗ πειρᾶται δεικνύναι τὸν Ἰουδαϊσμὸν καὶ τὸν Ἑλληνισμὸν καὶ τὸν Χριστιανισμὸν καὶ τὸν Μανιχαϊσμὸν ἓν εἶναι καὶ τὸ αὐτὸ δόγμα, καὶ ἵνα πιθανὰ δόξῃ λέγειν, καθάπτεται καὶ τοῦ Μάνεντος ὡς πονηροῦ. ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω πάντας τοὺς Μανιχαίους, καὶ πᾶσαν αὐτῶν βίβλον, καὶ πᾶσαν εὐχήν, μᾶλλον δὲ γοητείαν, καὶ πάντας τοὺς ἀρχηγοὺς αὐτῶν, καὶ διδασκάλους, καὶ ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ἐκλεκτοὺς καὶ ἐκλεκτάς, καὶ ἀκροατάς, καὶ μαθητάς, μετὰ τῶν ψυχῶν αὐτῶν καὶ σωμάτων, καὶ τῆς ἀθέου παραδόσεως. ἀναθεματίζω τὸν πατέρα Μάνεντος, Πατέκιον, οἷα ψεύστην καὶ τοῦ ψεύδους πατέρα, καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα Κάροσσαν, καὶ Ἱέρακα, καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον, τοὺς ὑπομνηματιστὰς καὶ ἐξηγητὰς τῶν τούτου συγγραμμάτων, καὶ τοὺς λοιποὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἅπαντας, Σισίννιον τὸν διάδοχον τῆς τούτου μανίας, Θωμᾶν τὸν συνταξάμενον τὸ κατ' αὐτὸν λεγόμενον εὐαγγέλιον, Βουδᾶν, Ἑρμᾶν, Ἀδάμ, Ἀδείμαντον, Ζαρούαν, Γαβριάβιον, Ἀγάπιον, Ἱλάριον, Ὀλύμπιον, Ἀριστόκριτον, Σαλμαῖον, Ἰνναῖον, Πάαπιν, Βαραίαν, καὶ προσέτι τοὺς ἐσχάτοις ὕστερον χρόνοις προστατήσαντας τῆς αἱρέσεως Παῦλον καὶ Ἰωάννην τοὺς Καλλινίκης παῖδας, Κωνσταντῖνον τὸν καὶ Σιλουανόν, Συμεῶνα τὸν καὶ Τίτον, Γενέσιον τὸν καὶ Τιμόθεον, Ζαχαρίαν, τὸν μισθωτὸν Ἰωσὴφ τὸν καὶ Ἐπαφρόδιτον, Βαάνην τὸν ῥυπαρόν, Σέργιον τὸν καὶ Τυχικόν, καὶ τοὺς τούτου μαθητὰς τοὺς καὶ συνεκδήμους αὐτοῦ καλουμένους Μιχαήλ, Κανακάριον, Ἰωάννην, Θεόδοτον, Βασίλειον, καὶ Ζώσιμον, ὧν οἱ δῆθεν προβαθμιώτεροι, νοτάριοι [2] κατονομαζόμενοι, τὴν τῶν βδελυκτῶν ὀργίων ἐνεχειρίζοντο ἐπιμέλειαν. πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω τὸν τρισαλιτήριον Καρβέαν, καὶ τὸν ἐκ γένους μὲν αὐτῷ ἀνεψιόν, ἐπὶ παιδὶ δὲ γαμβρὸν Χρυσόχειρα.

III. Anathemate & catathemate percutio omnes Manichæos, eorumque sententias & dogmata, cum ipsis animabus & corporibus, & abominanda, impura præstigiarumque plena mysteria, & vocatum illorum Bema; omniaque quæ impie peragunt, quæ in Manichaicis, magis autem præstigiatoriis eorum libris continentur. Anathematizo omnes opiniones ac libros Manetis, atque Epistolarum illius volumen, cunctaque scripta Manichaica: veluti mortiferum eorum Evangelium, quod vivum appellant; ac Thesaurum mortis, quem dicunt Thesaurum vitæ; & librum titulo Mysteriorum, in quo Legem ac Prophetas
C evertere nituntur; & librum Apocryphorum, & alium Commentariorum; item ab Ada & Adimanto conscriptum adversus Moysem Prophetasque alios; necnon librum Agapii Heptalogum nomine, Aristocritique Opus quod Theosophiam, id est, Dei sapientiam inscripsit; in quo ostendere conatur, Judaismum, Paganismum, Christianismum & Manichaismum, unum esse idemque dogma; utque probabilia videatur dicere, Manetem quoque arguit tamquam malum. Anathema & catathema profero adversus omnes Manichæos, omnes eorum libros, omnes preces, immo præstigias, omnes eorum duces, magistros, Episcopos, Presbyteros, electos, electas, au-
D ditores, discipulos, cum animabus & corporibus, impiaque traditione. Anathematizo patrem Manetis Patecium, ut mendacem & mendacii patrem; itidem ipsius matrem Carossam, & Hieracem, Heraclidem, Aphthonium, qui commentarios ac expositiones in illius libros conscripserunt; & reliquos ejus discipulos omnes, Sisinnium Manetis insaniæ successorem, Thomam qui Thomæ dictum Evangelium composuit, Budam, Hermam, Adam, Adimantum, Zaruam, Gabriabium, Agapium, Hilarium, Olympium, Aristocritum, Salmæum, Innæum, Paapim, Baræam; prætereaque eos qui ultimis demum temporibus hæresi præfuerunt, Paullum Joannemque
E Callinicæ filios, Constantinum qui & Silvanus, Symeonem qui & Titus, Genesium qui & Timotheus, Zachariam, mercenarium Josephum qui & Epaphroditus, Baannem spurcum, Sergium qui & Tychicus; ejusque discipulos pariter & comites vocitatos, Michaelem, Canacarium, Joannem, Theodotum, Basilium & Zosimum; quorum, scilicet, superiores gradu, Notarii nuncupati, abominabilium orgiorum sive sacrorum curam susceperant. Præter hos autem anathematizo sceleratissimum Carbeam, & genere quidem ipsi affinem, in filia vero generum Chrysocherem.

1. Αὐτῷ.] Leg. αὐτῶν. COTEL.

2. Νοτάριοι κ. τ. λ.] Leg. Petri Siculi Historiam pag. 72. ID.



Ἀνάθεμα ταῖς λεγομέναις τῶν Μανιχαίων ἐκκλησίαις. αἵ τινές εἰσιν αὗται· ἡ Μακεδονία, ἤτοι ἡ ἐν Κολωνείᾳ Κίβοσσα· ἡ Ἀχαΐα [1], ἤτοι ἡ κατὰ Λυκίαν Ἀργαῒς· ἡ Κολασσαέων, ἤτοι ἡ Κυνοχωριτῶν· ἡ Ἐφεσίων, ἤτοι ἡ ἐν Μοψουεστίᾳ, καὶ ἡ Φιλιππησίων. ἀνάθεμα τοῖς μὴ λέγουσι πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, ἀλλὰ μόνον πατέρα ἐπουράνιον, ἔχοντα μόνην τὴν τοῦ μέλλοντος ἐξουσίαν, ὡς τοῦ παρόντος αἰῶνος καὶ τοῦ κόσμου παντὸς οὐχ ὑπ' αὐτοῦ γενομένων, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ ἐναντίου αὐτῷ τοῦ πονηροῦ κοσμοκράτορος. ἀνάθεμα τοῖς ὑβρίζουσι μὲν τὴν ἁγίαν Θεοτόκον Μαρίαν, προσποιουμένοις δὲ τιμᾶν αὐτὴν, καὶ νοοῦσιν ἀντὶ ταύτης τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, εἰς ἣν, φασὶ, εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ὁ κύριος: καὶ τοῖς δυσφημοῦσι μὲν τὸν σεβάσμιον σταυρὸν, ὑποκρινομένοις δὲ σέβεσθαι τοῦτον, καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτοῦ τὸν Χριστὸν, ὃς ἐκτείνας φασὶ τὰς χεῖρας τὸν σταυρικὸν τύπον διέγραψε: καὶ τοῖς ἀποστρεφομένοις μὲν τοῦ τιμίου αἵματος καὶ σώματος τοῦ Χριστοῦ κοινωνίαν, ἀποδέχεσθαι δὲ ταύτην σχηματιζομένοις, καὶ νοοῦσιν ἀντὶ ταύτης τὰ ῥήματα τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας, ὧν φασὶ μεταδιδοὺς τοῖς ἀποστόλοις ἔλεγε: λάβετε, φάγετε, πίετε· καὶ μυσαττομένοις μὲν τὸ βάπτισμα, ὑποκρινομένοις δὲ τοῦτο περὶ πολλοῦ τίθεσθαι, καὶ νοοῦσι ἀντ' αὐτοῦ τὸν Χριστὸν τὸν λέγοντα, φασὶν, ὅτι ἐγώ εἰμι τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν· καὶ τοῖς ἐκτρεπομένοις μὲν τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν, τιμᾶν δὲ λέγουσι ταύτην καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτῆς τά τε ἴδια συνέδρια καὶ συνακτήρια, καὶ Ἰωάννην [2] τὸν ἀδελφὸν Παύλου τοῦ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρχηγοῦ.

IV. Anathema Manichæorum quæ dicuntur ecclesiis: sunt autem hæ: Macedonia, sive Cibossa in Colonia: Achaia, (seu Mananalis: Laodicea) sive Argais quæ in Lycia: Colossensem, seu Cynochoritarum: Ephesiorum, sive quæ Mopsuestiæ est; & ecclesia Philippensium. Anathema negantibus Patrem omnipotentem factorem cæli & terræ, cunctorumque in illis visibilium ac invisibilium, dicentibus vero solum Patrem cælestem, qui habeat solam futuri sæculi potestatem, tamquam præsens sæculum atque universus orbis ab eo non sint, sed ab ei contrario malo mundi principe. Anathema iis qui contumelia quidem afficiunt sanctam Deiparam Mariam, simulant autem eam honorare, proque ea intelligunt supernam Hierusalem, in quam, inquiunt, intravit ac e qua egressus est Dominus; iis etiam qui venerandam crucem infamant, fingunt vero illam colere, at pro ea intelligunt Christum, qui, inquiunt, manus extendens, crucis figuram designavit: iis quoque qui fastidiunt quidem pretiosi sanguinis & corporis Christi communionem, approbare autem eam confingunt, & loco illius intelligunt verba Christi doctrinæ, quæ, inquiunt, tradens Apostolis, dixit, Accipite, manducate, bibite: similiter iis qui quidem baptisma detestantur, simulant tamen illud plurimi facere, atque pro eo intelligunt Christum, qui, inquiunt, dixit, Ego sum aqua viva: tum iis qui Ecclesiam quidem Catholicam aversantur, eam vero in pretio habere ajunt, intelliguntque pro illa consessus suos atque conventus, & Joannem fratrem Paulli hæreseos illorum ducis,

Ἀνάθεμα τοίνυν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις, καὶ τοῖς τὰ ὅμοια φρονοῦσι· καὶ ἀποβαλλομένοις μὲν τὰς ἐκκλησίας τῶν Χριστιανῶν, οὓς αὐτοὶ καλοῦσι Ῥωμαίους· καὶ ὑβρίζουσι μὲν τὴν ἁγίαν Θεοτόκον Μαρίαν, καὶ τὸν τίμιον σταυρὸν, καὶ τὰς ἱερὰς εἰκόνας, καὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα: καὶ ἀποστρεφομένοις μὲν τὴν τῶν θείων μυστηρίων μετάληψιν, ὀμφαλοῖς δὲ βρεφῶν κεκαυμένοις εἰς κάθαρσιν, μᾶλλον δὲ μολυσμὸν ψυχῶν, κεχρησμένοις, καὶ τὰ ἴδια βρώματα τούτοις καταμιαίνουσιν, ἀνάθεμα τοῖς τῇ βρώσει τῶν θνησιμαίων μολυνομένοις· καὶ τοῖς πᾶσαν μὲν ἐκτρεπομένοις Χριστιανικὴν νηστείαν, κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τῆς δοκούσης αὐτοῖς τεσσαρακοστῆς, τυροῦ τε καὶ γάλακτος ἐμφορουμένοις. ἀνάθεμα τοῖς ἀρνουμένοις ἢ νοθεύουσι τὰ τέσσαρα τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλια, καὶ τὰς τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου ἐπιστολάς· καὶ ἀντὶ μὲν τοῦ δημιουργοῦ τῶν ἁπάντων Θεοῦ, σεβομένοις τὸν λεγόμενον ἄρχοντα τοῦ κόσμου τούτου· ἀντὶ δὲ τοῦ ἀποστόλου Παύλου, τὸν τῆς Καλλινίκης υἱὸν Παῦλον τιμῶσι, καὶ τοὺς μὲν τέσσαρας αὐτοῦ μαθητὰς εἰς τύπον τῶν εὐαγγελίων δεχομένοις, τοῖς δὲ ἑτέροις τρισὶ τὸ τῆς τριάδος ἐπιφημίζουσιν ὄνομα. ἀνάθεμα τοῖς συμφθειρομένοις ἀδελφῇ καὶ πενθερᾷ καὶ νύμφῃ· καὶ τοῖς κατὰ τὴν πρώτην τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς, εἰς ἑορτὴν δῆθεν ἀθροιζομένοις, μετὰ δὲ τὴν ἑσπερινὴν μέθην ἀποσβεννύουσι τὰ φῶτα, σαρκικῶς τε ἀλλήλοις ἐνασελγαίνουσι, καὶ μηδεμίας ὅλως φειδομένοις φύσεως ἢ συγγενείας ἢ ἡλικίας. ἀνάθεμα τοῖς μηδέποτε δι' ὅρκου ἀληθεύουσιν, ἀλλ' ἐξεπίτηδες ἀεὶ ψευδομένοις καὶ ἐπιορκοῦσι, κατὰ τὴν τοῦ τρικαταράτου Μάνεντος διδασκαλίαν, οὕτω λέγοντος· οὐκ εἰμὶ ἄσπλαγχνος ὥσπερ ὁ Χριστὸς, οὐδὲ ἀρνήσομαι τὸν ἀρνησάμενόν με ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ τὸν ψευδόμενον διὰ τὴν οἰκείαν σωτηρίαν, καὶ τὸν διὰ φό-


V. Anathema ergo omnibus dictis, item iis qui similia opinantur; & Christianorum quos ipsi Romanos vocant, ecclesias rejiciunt; suntque contumeliosi in sanctam Dei genitricem Mariam, in venerandam crucem, sacras imagines, & salutarem baptismum; denique sumtionem quidem divinorum mysteriorum oderunt, umbilicis autem infantium combustis utuntur ad animarum purificationem, seu potius inquinamentum, atque suos cibos iis conspurcant. Anathema iis qui esu morticinorum se polluunt; quique omne quidem Christianum jejunium respuunt, tempore vero ab ipsis existimatæ Quadragesimæ, caseo & lacte se explent. Anathema iis qui aut negant, aut corrumpunt quatuor Christi Evangelia, sanctique Apostoli Paulli Epistolas; quique loco quidem cunctorum opificis Dei, colunt eum qui princeps hujus mundi dicitur; loco vero Apostoli Paulli, Paullum filium Callinicæ honorant, & cum quatuor ejus discipulos in figuram quatuor Evangeliorum suscipiunt, tum ceteros tres Trinitatis nomine insigniunt. Anathema iis qui concumbunt cum sorore, & socru, & nuru; necnon iis qui primo mensis Januarii die ad festum congregati, post vespertinam temulentiam exstinguunt lumina, & inter se carne lasciviunt, nec ulli omnino parcunt sexui, propinquitati, ætati. Anathema iis qui numquam in juramento vera prædicant, sed de industria semper mentiuntur ac pejerant, juxta doctrinam maxime exsecrandi Manetis, qui sic loquitur: Non sum immisericors, sicut Christus, nec negabo eum qui me coram hominibus negaverit; quin immo eum qui propriæ salutis caussa mentitus fuerit, eumque qui per timorem ne-

1. Ἡ Ἀχαΐα κ. τ. λ.] Leg. Pet. Sic. pagg. 44. & 66. Locus mutilus. Id.

2. Καὶ Ἰωάνν.] Forte aliquid deest. Vide Petrum Siculum pag. 50. Id.

βον ἀρνύμενον τὴν ἰδίαν πίστιν, μετὰ χαρᾶς προσδέξομαι. ἐὰν δὲ μὴ ἐξ ὅλης ψυχῆς ταῦτα φρονῶ κὴ λέγω, ἐγὼ ὁ δεῖνα, ἀλλὰ μεθ' ὑποκρίσεως ἐποίησα τοὺς προκειμένους ἀναθεματισμοὺς, ἀνάθεμά μοι εἴη κὴ κατάθεμα, ἔν τε τῷ νῦν αἰῶνι, κὴ ἐν τῷ μέλλοντι, κὴ κατακριθείη κὴ ἀπόλοιτο ἡ ψυχή μου, κὴ διηνεκῶς ταρταρωθείη.

A gaverit suam fidem, cum gaudio recipiam. Quod si hæc toto ex animo non sentio ac dico, ego ille, verum cum simulatione præpositos Anathematismos feci, mihi sit anathema & catathema, tam in hoc sæculo quam in futuro, animaque mea condemnetur ac pereat & perpetim in Tartaro puniatur.



Ταῦτα τοῦ προσερχομένου λέγοντος ἐπ' ἐκκλησίας, ποιοῦμεν αὐτὸν Χριστιανὸν, εἶτ' οὖν ἡγούμεθα ὡς ἀβάπτιστον Χριστιανὸν, οἷα τυχὸν ἐστι τὰ τῶν Χριστιανῶν παιδία τὰ μέλλοντα βαπτίζεσθαι· τῇ δὲ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τοῖς κατηχουμένοις συναριθμοῦμεν, λέγοντες ἐπ' αὐτῷ τὴν εὐχὴν ἣν ἐπὶ τῶν κατηχουμένων παίδων φαμέν· καὶ τῇ ἑξῆς χρώμεθα ταῖς τῶν ἐξορκισμῶν εὐχαῖς· καὶ οὕτως ἀκολούθως ἐπιτελοῦμεν πάντα τὰ ἐπὶ τῷ βαπτίσματι νενομισμένα.

VI. Hæc dicente eo qui accedit coram Ecclesia, facimus eum Christianum, sive habemus pro Christiano nondum baptizato, quales fere sunt Christianorum pueri qui baptizandi sunt: secunda vero die annumeramus Catechumenis, pronuntiantes super eum orationem, quam super pueros Catechumenos B solemus dicere: dein sequenti die precibus Exorcismorum utimur: sicque ordine peragimus cunctos baptismi ritus.

IV.

Ad lib. v. *cap.* xx. *pag.* 276. *not.* 2.

I.

Ὁ Ζεὺς εὗρε [1] πλευστικὴν· Ποσειδῶν, κυβερνητικὴν· Ἥφαιστος, χαλκευτικὴν· Ἀσκληπιὸς, ἰατρικὴν· Ἀπόλλων, μουσικήν· Ἀθηνᾶ, ὑφαντικήν· Ἄρτεμις, κυνηγετικήν· Ἥρα, στολισμόν· Δημήτηρ, γεωργίαν· Φοίνικες, γράμματα· Ὅμηρος, ποίησιν· Ζήνων ὁ Ἐλεάτης, διαλεκτικήν· Κόραξ ὁ Συρακούσιος, ῥητορικήν· Ἀρισταῖος, μελισσῶν καρπόν· Τριπτόλεμος, σίτου σπόρον· Σόλων ὁ Ἀθηναῖος κὴ ὁ Σπαρτιάτης Λυκοῦργος, νόμους· ὁ Παλαμήδης, γραμμάτων σύνταξιν, ἀριθμοὺς, μέτρα κὴ σταθμοὺς· Αἰγύπτιοι, γεωμετρίαν· Χαλδαῖοι, ἀστρολογίαν κὴ γενεθλιαλογίαν· Ἄραβες καὶ Φρύγες, οἰωνοσκοπίαν· Μῆδοι κὴ Πέρσαι, μαγείαν καὶ γοητείαν κὴ φαρμακείαν· Τυῤῥηνοὶ, τειχίζειν πόλεις.

Juppiter adinvenit artem navigatoriam: Neptunus, gubernatoriam: Vulcanus, fabrilem: Æsculapius, medicam: Apollo, musicam: Minerva, textoriam: Diana, venaticam: Juno, vestitum: Ceres, agriculturam: Phœnices, litteras: Homerus, poesim: Zeno Eleates, dialecticam: Corax C Syracusius, rhetoricam: Aristæus, apum fructum: Triptolemus, frumenti sementim: Solon Atheniensis & Lycurgus Spartiata, leges: Palamedes, constructionem litterarum, numeros, mensuras & pondera: Ægyptii, geometriam: Chaldæi, astrologiam & genethlialogiam: Arabes ac Phryges, augurium: Medi & Persæ, magiam, præstigias atque veneficium: Tyrrheni, urbes muris cingere.

II.

Σημείωσαι, τίνες γεγόνασιν ἀρχηγοὶ τεχνῶν κὴ ἐπιστημῶν· Ἀπελλῆς, βοτανικῆς· Δημοσθένης, ῥητορικῆς· Παπινιανὸς, νομοθεσίας· Ἀντῖνος, (al. Ἄντυλος) λογχοποιΐας· (al. λοχοποιΐας) Εὐρύνοος, τοξικῆς· (al. τοξοσύνης) Εὐρύδαμνος Μεσήνιος, θώρακος πολεμικοῦ· Εὔανδρος, κνημῖδος καὶ ἀσπίδος· Ὀππιανὸς, ἁλιευτικῆς· Τριπτόλεμος, σπορᾶς σίτου· Πάμφιλος, ζωγραφικῆς· Τῖφυς, ναυτικῆς· Ἄργος, ναυπηγίας, ἐξ οὗ καὶ Ἀργοναῦται. Ἀρχιμήδης, μηχανικῆς.

Nota, quinam exstiterint artium & scientiarum auctores. Apelles, herbariæ: Demosthenes, rhetoricæ: Papinianus, jurisprudentiæ: D Antinus vel Antylus, fabricationis lancearum: Eurynous, sagittariæ: Eurydamnus Mesenius, bellici thoracis: Evander, ocreæ & clypei: Oppianus, piscatoriæ: Triptolemus, sationis tritici: Pamphilus, picturæ: Tiphys, nauticæ: Argus, constructionis navium, a quo & Argonautæ: Archimedes, mechanicæ.

V.


Ad lib. x. *cap.* x. *pag.* 315. *not.* 1.

Καὶ ὁ πατήρ· σύγγνωθί μοι, ὦ τέκνον· οἱ μὲν γὰρ χθὲς σου λόγοι ἀληθεῖς ὄντες συνελογίσαντό μοι συνθέσθαι σοι· ἡ δὲ ἐμὴ συνείδησις μικρά με ὥσπερ πυρετοῦ ἔλλειμμα πρὸς ἀπιστίαν βραχέα βασανίζει· σύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ τὰ τῆς γενέσεως πάντα μοι ἀποτελεσθέντα. κἀγὼ ἀπεκρινάμην. συννόησόν μοι, ὦ πάτερ, οἵαν φύσιν ἔχει τὸ μάθημα, ἐξ ὧν ἐγώ σοι συμβουλεύω. μαθηματικῷ συμβαλὼν, εἰπὲ πρῶτον αὐτῷ ὅτι τάδε μοι φαῦλα ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ γέγονεν· ἐκ τίνος ἄρα μοι τῶν ἀστέρων γέγονε μαθεῖν ἤθελον. κὴ ἐρεῖ ὅτι τοὺς χρόνους κακοποιὸς διεδέξατο Ἄρης ἢ Κρόνος ἢ τούτων τὶς ἀποκα-

Et Pater: Ignosce, inquit, fili; nondum enim usum multum in his habeo: nam & hesterni sermones tui veritate ipsa concluserunt me, ut tibi acquiesce- E rem: in conscientia tamen mea sunt quasi quædam reliquiæ febrium, quæ paullulum me a fide quasi a sanitate retrahunt; discrucior enim quia scio multa mihi, immo pæne omnia accidisse secundum Genesim. Et ego respondi: Audi ergo pater, quæ sit Mathesis natura, & facito secundum ea quæ dico tibi. Vide Mathematicum, & dic ei primo, quia talia quædam mihi acciderunt mala in illo tempore; unde ergo, aut quo modo, aut per quas mihi acciderint stellas, discere volo. Respondebit tibi sine dubio, quia tempora tua malitiosus suscepit Mars, aut Saturnus; aut aliquis eorum apocatastaticus fuit; aut aliquis annum

1. Πλευστικήν.] Forte πλωτικήν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 216.



τατταπκὸς ἐγένετο· ἢ τὸν ἐνιαυτὸν τῦτόν τις ἐπεθεώρησεν ἐκ τετραγώνου, ἢ διαμέτρου, ἢ συνὼν, ἢ κεκεντρωμένος ἢ παρὰ αἵρεσιν, ὅμως καὶ ἄλλα μυρία εἰπεῖν ἔχει· πρὸς τούτοις δὲ, ἢ ἀγαθοποιὸς κακῷ ἀσύνετος ἦν, ἢ ἀνεπιθεώρητος, ἢ ἐν σχήματι, ἢ παρὰ αἵρεσιν, ἢ ἐν ἐκλείψει, ἢ ἀνεπισύναφος, ἢ ἐν ἀμαυροῖς ἄστροις· καὶ ὅμως πολλῶν προφάσεων οὐσῶν, πρὸς ἃ ἤκουσε τὰς ἀποδείξεις παρασχεῖν ἔχει. μετὰ τῦτον ἂν τὸν μαθηματικὸν ἑτέρῳ προσελθὼν, τὰ ἐναντία εἰπέ· ὅτι τόδε μοι τὸ ἀγαθὸν ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ γέγονε· σὺ δὲ τὸν χρόνον τὸν αὐτὸν λέγε· ἀπαίτει δὲ ἐκ τίνος ἄρα τῆς γενέσεως τῦτο γέγονε· καὶ ὅμως ὡς προεῖπον ἔχει, σῦ καταψευσαμένου, αὐτὸς ἐκ πολλῶν σχημάτων ἕν τι εὑρεῖν σχῆμα. καὶ δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ πλείονα· ὡς αὐτὸ ἐνεργῆσαν· ὅθεν τὰ ἀγαθὰ ἐρεῖ γεγενῆσθαι· ἀδύνατον γὰρ ἐν πάσῃ γενέσει ἀνθρώπων, μὴ ἐν πάσῃ ὥρᾳ τῶν ἀστέρων, τὰς μὲν καλῶς κεῖσθαι, τοὺς δὲ κακῶς· κύκλος γάρ ἐστιν ἰσομερὴς ποικίλος, ἀπείρους ἔχων τὰς προφάσεις, πρὸς ἃς ἕκαστος εἰπεῖν ἔχει ὃ θέλει· ὃν γὰρ τρόπον ἐπὶ τῶν λοξῶν ὀνείρων ἐνίοτε οὐδὲν νοῦμεν, ἀποβάντων δὲ οἰκειοτάτην προσφέρομεν ἐπίλυσιν· οὕτως καὶ τὸ μάθημα· πρὸ τοῦ τι ἀποτελεσθῆναι, οὐδὲν σαφὲς ἡμῖν μηνῦσαι δύναται· μετὰ δὲ τὴν τῦ γενομένου ἱστορίαν, τότε πρόδηλος ἡ τῆς ἐκβάσεως αἰτία φαίνεται· πολλάκις μὲν οὖν οἱ προλέγοντες πταίουσι, καὶ μετὰ τὴν ἔκβασιν ἑαυτὰς μέμφονται, λέγοντες ὅτι τόδε ἦν τὸ ποιῆσαν, καὶ οὐκ εἴδομεν. τὸ μὲν οὖν καὶ τὰς πάνυ ἐπιστήμονας πταίειν, γίνεται διὰ τὸ μὴ εἰδέναι, ὡς χθὲς ἔφην, ποῖα πάντως τῆς γενέσεως [1] αἴτια γίνεται, ποῖα δὲ ὃ πάντως, καὶ ποῖα πάντως ποιῆσαι ἐπιθυμοῦμεν, ὃ πάντως δὲ ποιοῦμεν· ὅτι ἥδε ἡ αἰτία ἡμῖν τοῖς μυστήριον μεμαθηκόσι, σαφής ἐστιν· ὅτι ἐλεύθερον ἔχοντες λογισμὸν, ἐνίοτε ἐπέχειν ταύτην βουλευσάμενοι, νενικήκαμεν· οἱ δὲ ἀστρολόγοι τοῦτο αὐτὸ τὸ μυστήριον, περὶ πάσης προαιρέσεως ἀποφηνάμενοι ἐξ ἀρχῆς, πταίσαντες τοὺς κλιμακτῆρας ἐπενόησαν, εἰς ἀδηλότητα ποιούμενοι τὴν προαίρεσιν, ὡς χθὲς ἀπεδείξαμεν. σὺ δὲ τοῦ λοιπῦ πρὸς ταῦτα εἴ τι ἔχεις εἰπεῖν, λέγε. [2] καὶ ὀμόσας, ἀπεκρίνατο, μηδὲν τύτων ἀληθέστερον εἶναι ὧν εἶπας.

A tuum aspexit ex diametro, aut conjunctus, aut in centro; vel alia his similia respondebit: addens quia in his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo, aut invisibilis, aut in schemate, aut extra hæresim, aut deficiens, aut non contingens, aut in obscuris stellis; & multa alia his similia, secundum rationes proprias respondebit, & de singulis assignabit. Post hunc alium adito Mathematicum, & dicito contraria: quia illud mihi boni contigit in illo tempore; tempus autem hoc idem dicito; & require ex quibus partibus Genesis hoc tibi evenerit boni; & tempora, ut dixi, eadem quæ de malis interrogaveras, custodito: cumque tu fefelleris de temporibus, vide quanta tibi inveniet schemata, per quæ ostendat quod tibi in illis B ipsis temporibus evenire debuerint bona: impossibile enim est hominum Genesim tractantibus, non in omni quam dicunt regione stellarum semper invenire quasdam bene positas stellas, & quasdam male: circulus enim est æqualiter ex omni parte collectus secundum Mathesim, diversas & varias accipiens caussas, ex quibus occasionem capiant dicendi quod volunt. Sicut enim fieri solet ubi somnia obliqua viderint homines, & nihil certi intelligunt; cum aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint aptant etiam somnii visum; ita est & Mathesis: antequam aliquid fiat, certi nihil pronuntiatur; postea vero quam aliquid acciderit, rei jam gestæ colligunt caussas. Denique frequenter cum erraverint, & aliter res C acciderit, semet ipsos increpant, dicentes quia illa fuit stella quæ impedivit, quæ occurrit, & non vidimus; ignorantes quia error eorum non ex artis imprudentia, sed ex totius caussæ inconvenientia descendit: ignorant enim quæ sint, quæ facere quidem concupiscamus, non tamen indulgeamus concupiscentiis. Nos autem qui mysterii hujus didicimus rationem, scimus & caussam: quia libertatem habentes arbitrii, interdum concupiscentiis obsistimus, interdum cedimus: & ideo humanorum gestorum incertus est exitus; quia in libertate pendet arbitrii. Nam concupiscentiam quidem, quam operatur maligna Virtus, potest indicare Mathematicus: sed si concupiscentiæ hujus actus vel exitus impleri possit, nec ne; quia in arbitrii libertate est, sciri ante effectum rei a nullo potest: & hoc est quod ignorantes Astrologi invenerunt sibi, ut climacteras dicerent, rei scilicet incertæ perfugia, sicut hesterno plenissime ostendimus. Ad hæc si quid tibi dicendum videtur, dicito. Et pater: Nihil verius, inquit, fili, his quæ prosecutus es.

1. Αἴτια.] Al. αἰτία.

2. Καὶ ὀμόσ.] Al. καὶ ὁ πατήρ.



JULII AFRICANI

QUÆ SUPERSUNT.

ET PRIMUM QUIDEM

EPISTOLA AD ORIGENEM

DE HISTORIA SUSANNÆ.

ACCESSIT

ORIGENIS

AD AFRICANUM

RESPONSUM.

Α Φ Ρ Ι Κ Α Ν Ο Υ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΤΑ ΣΩΣΑΝΝΑΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΩΡΙΓΕΝΗΝ.

A F R I C A N I

DE HISTORIA SUSANNÆ

EPISTOLA AD ORIGENEM.

A Χαῖρε κύριέ μου, καὶ υἱὲ, καὶ πάντων τιμιώτατε Ωρίγενες, παρὰ Αφρικανοῦ. ὅτε τὸν ἱερὸν ἐποιοῦ πρὸς τὸν [1] Αγνώμονα διάλογον ἐμνήσθης τῆς ἐν νεότητι προφητείας τοῦ Δανιὴλ· καὶ, ὡς ἔπρεπεν, ἠσπασάμην τότε. θαυμάζω δὲ, πῶς ἔλαθέ σε τὸ μέρος τοῦ βιβλίου τοῦτο κίβδηλον ὄν· ἡ γάρ τοι περικοπὴ αὕτη χαρίεν μὲν [2] ἄλλως σύγγραμμα, νεωτερικὸν δὲ καὶ πεπλασμένον δείκνυταί τε καὶ κατὰ πολλοὺς ἀπελέγχεται τρόπους. τῆς γὰρ Σωσάννης ἀποθανεῖν κεκελευσμένης, πνεύματι ληφθεὶς ὁ προφήτης ἐξεβόησεν, ὡς ἀδίκως ἡ ἀπόφασις ἔχοι, πρῶτον οὖν ὅτι Δανιὴλ ἄλλῳ τρόπῳ προφητεύει ὁράμασι καὶ ὀνείροις διὰ παντὸς καιροῦ· καὶ ἀγγέλου ἐπιφανείας τυγχάνει, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπιπνοίᾳ προφητικῇ, ἔπειτα μετὰ τὸ θαυμασίως πως οὕτως ἀποφθέγξασθαι, B καὶ παραδοξότατά πως αὐτοὺς ἀπελέγχει, ὡς οὐδὲ [3] Φιλιστίων ὁ μῖμος· οὐ γὰρ ἐξήρκει ἡ διὰ τοῦ πνεύ-

I. Africanus domino suo, & filio, ac multum venerando Origeni salutem. In eo quod cum Agnomone habuisti, colloquio, prophetiam Danielis adhuc juvenis commemorasti; atque tunc, ut par erat, amplexus sum. Miror autem qui te latuerit hanc libri partem esse spuriam. Ea quidem non illepide ceteroquin scripta est; nova vero esse, ac conficta ostenditur, & multis probatur modis. Primum, Susanna morte damnata, spiritu correptus propheta exclamavit injustam esse sententiam. At Daniel alia semper prophetat ratione, nempe post visiones, & insomnia, atque Angeli conspectus ei obtingit, sed non inspiratio prophetica. Deinde postea quam mirabiliter sic exclamavit, insolito prorsus illos redarguit modo, quo ne Philistion quidem mimus uteretur. Neque enim satis ei fuit afflatu spiritus illos objurgasse, sed utrumque alterum ab al-

1. Αγνώμονα.] Sixtus Senensis videtur legisse ἀγνώμονα: vertit enim lib. 5. Bibl. annot. 205. *cum haberes disputationem cum amico illo tuo*. Fortassis autem non verbum e verbo reddidit, sed ad mentem Origenis qui in responsione ad Africanum, eum quicum disputavit, vocat Bassum amicum suum: ἔφασκες ὅτι ἡνίκα διελεγόμην τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν Βάσσῳ. Omnes mss. aperte habent non Εὐγνώμονα, sed Αγνώμονα. Tillemontius conjicit non esse Bassi alterum nomen, sed merum ἐπίθετον, quo vel stultus vel ingratus vocatur, quod non diu post habitam hancce disputationem a veritate & ab Origenis amicitia desciverit. Sed si a veritate & ab Origenis amicitia desciverat Bassus, ideoque ἀγνώμων dicitur ab Africano, cur illum Origenes in responsione vocat amicum suum? Quam ob rem alii quibus non fit verisimile hæreticum hominem amici nomine ab Origene vocari, responsionis ejus verba τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν Βάσσῳ mutant in ista: τῷ ἑτερογνώμονι Βάσσῳ. Alii sive legatur Αγνώμονα, sive Εὐγνώμονα, Bassi nomen alterum esse arbitrantur. Quis vero Bassus iste fuerit, certo nequit affirmari. Origenes in Epistola *ad quosdam caros suos in Alexandria* hæc habet: *Quidam auctor hæreseos cum sub præsentia multorum habita inter nos fuisset disputatio, & descriptum accipiens ab his qui descripserant codicem, quæ voluit, addidit, & quæ noluit, abstulit, & quod ei visum est, permutavit: circumferens tamquam ex nomine nostro, insultans, & ostendens ea quæ ipse conscripsit. Pro quibus indignantes fratres qui in Palæstina sunt, miserunt ad me Athenas hominem qui acciperet a me ipsum authenticum exemplar.* Atqui disputatio Origenis cum Basso habita etiam fuisse videtur in Palæstina ubi commorabatur Africanus qui ei interfuit. Conjici ergo potest Bassum esse illum hæreseos auctorem, de quo queritur Adamantius in supra memorata epistola: sed mera erit conjectura. Idem sentiendum de Cajo Basso quem Philastrius de hæres. p. 19. inter hæreticos Valentinianos numerat. Illum enim etsi Philastrius inter eos ponit qui Cerdonem præcesserunt, eodem tempore adjungit Heracleoni, Marco & aliis Valentinianis qui Cerdone mortuo vixerunt. Quamobrem nihil obstat quominus idem habeatur ac ille Bassus quicum disputavit Origenes. Valentinianorum omnium communis error erat esse homines natura bonos aut malos. Hunc errorem passim confutat Adamantius & interdum utitur historiæ Susannæ versu 56. Sic tom. 20. in Joan. C non longe ab initio ait: ὡς δέ εἰσί τινες σπέρμα τοῦ Αβραάμ, οὕτως ἄλλοι, ὡς ὁ Δανιὴλ φησι, σπέρμα τοῦ Χαναὰν καὶ οὐκ Ιούδα.

2. Αλλως σύγγραμμα, &c.] Sic recte codex Regius. Wetstenius vero: ἄλλως σύγγραμμα, ἀλλὰ σύγγραμμα νεωτερικὸν δὲ, &c. nec aliter legit Hœschelius.

3. Φιλιστίων ὁ μῖμος, &c.] Genuina certe est hujus loci lectio, quamvis Hœschelius habeat, Φιλιστίωνος μῖμος. Nam vox μῖμος aut actorem fabulæ, aut fabulam ipsam significat. Cum de actore Philistione agitur, ut hoc loco, necessario scribendum est φιλιστίων ὁ μῖμος; cum autem de Philistionis fabula, ὁ φιλιστίωνος μῖμος. Hoc posteriori sensu Hieronymus lib. 2. adversus Rufinum accipit *mimum Philistionis vel Lentuli, ac Marulli stropham*: nec aliter accipit infra Origenes cum duarum meretricum historiam ait pari jure ab Africano comparari potuisse τῷ Φιλιστίωνος μίμῳ. Verum priori sensu hoc loco sumit Africanus vocem μῖμος: & infra Origenes cum ait: ὡς οὐδὲ Φιλιστίων ὁ μῖμος ἐχρήσατο ἀναπλάσας τὸ συγγραμμάτιον: ubi proculdubio non de fabula Philistionis, sed de ipsomet Philistione mimo agitur. Scaliger ad Euseb. n. MMXXII. „ quis fuerit hic Philistion, disquirit. Duo, *inquit*, vi„ dentur fuisse Philistiones: prior scriptor Mimorum, te„ ste Suida. Ita enim interpretandum est κωμῳδίας βιολο„ γικάς. Nam βιολόγοι sunt Mimi, & actores ridicula„ rum fabularum, quales Atellanæ apud Romanos. Fuit „ autem Prusiensis, vel Nicenus, ut testatur Epigramma „ in eum:

D
Ο τὸν πολυστένακτον ἀνθρώπων βίον
Γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων
Ενταῦθα κεῖμαι λείψανον παντὸς βίου,
Πολλάκις ἀποθανών, ὧδε δ᾽ οὐ δὲ πώποτε.

„ Vixit tempore Isocratis, aut, ut alia exemplaria ha„ bent, Socratis, teste Suida. Alter fuit natione Magne„ sius, & ipse tam scriptor, quam actor Mimorum, de „ quo heic sermo nunc est, cujus meminit Martialis: *Mi„ mos ridiculi Philistionis*. Epiphanius in Ptolemæum, „ hæres. XXXIII. ὥσπερ γάρ τῶν παλαιῶν τραγῳδοποιῶν τις, ἤτοι χαριεξῶν μιμηλοὶ τὸν τρόπον, οἱ περὶ Φιλιστίωνα, λέγω, „ καὶ Διογένην τῶν τὰ ἄχιστα γράψαντα, &c. Meminit & ali„ bi non semel. Marcellinus libro XXX. *Et judices patiun„ tur doctos ex Philistionis & Æsopi cavillationibus, quam „ ex Aristidis illius justi, & Catonis disciplina producti.*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

μχτος ἐπίπληξις, ἀλλ' ἰδίᾳ διαστήσας ἑκάτερον, ἐρωτᾷ, οὗ αὐτὴν θεάσαιτο μοιχωμένην. ὡς δὲ ὁ μὲν ὑπὸ πρῖνον ἔφασκεν, ἀποκρίνεται πρίσειν αὐτὸν τὸν ἄγγελον· τῷ δὲ ὑπὸ [1] σχῖνον εἰρηκότι, σχισθῆναι παραπλησίως ἀπειλεῖ. ἐν μὲν οὖν ἑλληνικαῖς φωναῖς τὰ τοιαῦτα ὁμοφωνεῖν [2] συμβαίνει παρὰ τὴν πρῖνον τὸ πρῖσαι, καὶ σχίσαι παρὰ τὴν σχῖνον· [3] ἐν δὲ τῇ ἑβραΐδι τῷ παντὶ διέστηκεν. ἐξ ἑβραίων δὲ τοῖς ἕλλησι μετεβλήθη πάνθ' ὅσα τῆς παλαιᾶς διαθήκης [4] φέρεται.

A tero disjunctum seorsum interrogat, ubinam viderit eam mœchantem. Cumque alter sub πρίνῳ (ilice) diceret, respondet Angelum eum πρίσειν (hoc est, secaturum;) alteri vero sub σχίνῳ (lentisco) dicenti, similiter minitatur eum σχισθῆναι (id est scissum iri.) Græce quidem accidit ut is lusus verborum sit πρίνυ & πρίσαι, σχίνυ & σχίσαι: sed hebraice hæc distant penitus. Atqui ex hebræo græce translata sunt, quæcumque veteris testamenti nomine feruntur.

Πῶς δὲ παρὰ Χαλδαίοις αἰχμάλωτοι ὄντες ἐν τῇ Βαβυλῶνι, ἠστραγαλωμένοι, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ [5] ἱστόρηται, τῶν τε παίδων αὐτοῖς ἀποσπωμένων εἰς εὐνουχισμὸν, καὶ τῶν θυγατέρων εἰς παλλακὰς, ὡς πεπροφήτευτο, [6] οἵδε περὶ θανάτου ἔκρινον· καὶ ταῦτα τῇ βασιλέως αὐτῶν γενομένου γυναικὶ [7] Ἰωακεὶμ, ὃν σύνθρονον πεποίητο ὁ Βαβυλωνίων βασιλεύς; εἰ δὲ οὐχ οὗτος, ἀλλ' ἄλλος τις τοῦ λαοῦ Ἰωακεὶμ, πόθεν τοιαύτη κατάλυσις αἰχμαλώτῳ περὶ ἦν, καὶ παράδεισος ἀμφιλαφὴς ἦν; [8] πρὸ δὲ τούτων ἁπάντων, ἥδε ἡ περικοπὴ σὺν ἄλλαις δύο ταῖς ἐπὶ τῷ τέλει, τῷ παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένῳ Δανιὴλ οὐκ ἐμφέρεται. ἐπὶ

II. Quomodo qui Babylone apud Chaldæos captivi erant, qui talorum lusu væniebant, qui, ut de priori Israelis captivitate narratur, in plateas projiciebantur insepulti [a], B filiis eorum abreptis ut eunuchi, & filiabus ut pellices essent, sicut a prophetis [b] prædictum erat, hi sententiam mortis ferebant, idque contra uxorem regis sui Joacim quem throni sui consortem fecerat rex Babyloniorum? Quod si non fuit iste, sed alius quispiam e plebe Joacim, undenam captivo tantæ ædes, undenam ei erat tam elegans & spatiosus hortus? Ante hæc omnia, pars ista cum aliis duabus quæ in fine sunt, non exstat in Daniele quo

a Jerem. XVI. 3. 4. b Isa. XXXIX. 7.

„ Hieronymus in Rufinum: *Et quasi mimum Philistionis, vel Lentuli ac Marulli stropham elegante sermone confictam.* „ Sidonius epistola II. lib. II. *Absunt ridiculi vestitu, & vultibus histriones pigmentis multicoloribus Philistionis supellectilem mentientes.* Cassiodorus epistola LI. lib. IV. *Mimus etiam, qui tunc tantummodo derisui habetur, tanta Philistionis cautela repertus est, ut ejus actus poneretur in litteris.* Ego puto illum Νικαέα, in quem exstat Epigramma supra a nobis productum, eumdem esse cum hoc, & Suidam falli, qui ævo Isocratis, aut Socratis, illum vixisse scribat. Nam Nicæa condita est ab Antigono post mortem Alexandri, ab eoque Antigonia, deinde Nicæa vocata, multis annis post Isocratis & Socratis mortem. Quare non dubium est unum Mimologum Philistionem, non duos, fuisse.

1. Σχῖνον.] Recte codex Regius; male autem Wetstenianus σχοῖνον.

2. Wetstenianus: συμβαίνειν, male. Corrupte item paullo post παρὰ τὴν σχῖνον· ἐν δὲ τῇ Ἑβραΐδῃ.

3. Ἐν δὲ τῇ ἑβραΐδι τῷ παντὶ διέστηκεν.] Hieronymus tom. I. novæ edit. præfat. in Danielem pag. 990. *Audivi ego*, inquit, *quemdam de præceptoribus Judæorum, quum Susannæ derideret historiam, & a Græco nescio quo diceret esse confictam: illud opponere quod Origeni quoque Africanus opposuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, de græco sermone descendere. Cujus rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare: ut verbi gratia dicamus ab arbore ilice dixisse eum, illico pereas: & a lentisco, in lentem te comminuat Angelus: vel non lente pereas: aut lentus, id est flexibilis ducaris ad mortem; sive aliud quid ad arboris nomen conveniens.* Idem objiciebat Porphyrius teste eodem Hieronymo præfatione ad explanationem in Danielem. *Sed & hoc nosse debemus inter cetera, Porphyrium de Danielis libro nobis objicere, idcirco illum apparere confictum, nec haberi apud Hebræos, sed Græci sermonis esse commentum, quia in Susannæ fabula contineatur, dicente Daniele ad Presbyteros, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, quam etymologiam magis græco sermoni convenire, quam hebræo. Cui & Eusebius & Apollinaris pari sententia responderunt, Susannæ Belisque ac Draconis fabulas non contineri in Hebraico, sed partem esse Prophetiæ Habacuc filii Jesu de tribu Levi: sicut juxta LXX. Interpretes in titulo ejusdem Belis fabulæ ponitur:* Homo quidam erat sacerdos nomine Daniel, filius Abda; conviva regis Babylonis; *quum Danielem & tres pueros de tribu Juda fuisse sancta Scriptura testetur.* An vero solida fuerit Eusebii & Apollinarii responsio, infra disquiritur.

4. Hœschelius: φέρεται παρὰ Ἰουδαίοις. εἶσι αἰχμάλωτοι ὄντες.] At codex Regius & Wetstenianus, ut in nostro textu. Paullo post Wetsten. ἀστραγαλώμενοι καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι. Hœschelius omisit, ἄταφοι.

5. Hœschelius: ἱστορεῖται, τῶν τε παίδων αὐτῶν ἀποσπωμένων.

6. Οἵδε περὶ θανάτου ἔκρινον.] Eodem argumento deterrebantur plerique Judæorum ab hac recipienda historia, teste Hieronymo in Jerem. XXIX. 22. *Unde*, inquit, *& a plerisque ac pæne omnibus Hebræis ipsa quasi fabula non recipitur, nec legitur in synagogis eorum. Qui enim, inquiunt, fieri poterat, ut captivi lapidandi principes & prophetas suos haberent potestatem?*

7. Ἰωακείμ.] Georgius Syncellus Chronograph. pag. 218. ὁ ἱερὸς Ἱππόλυτος ἐν τῷ κατὰ τὴν Σωσάνναν καὶ τὸν Δανιὴλ γράμματι, τρία ἔτη λέγει τὸν υἱὸν Ἰωακεὶμ, τὸν καὶ Ἰεχονίαν μετὰ τὸν πατέρα κρατήσαντα μετακομισθῆναι εἰς Βαβυλῶνα σὺν τοῖς λοιποῖς, ὡς πρόκειται. τὸν δὲ Δανιὴλ καὶ τοὺς τρεῖς παῖδας τῆς παρούσης αἰχμαλωσίας λέγει. τοῦτον δὲ λέγει καὶ τῆς Σωσάννης ἄνδρα εἶναι· καὶ πιθανὸς ὁ λόγος. τὴν δὲ Σωσάνναν Χελκίου τοῦ ἀρχιερέως θυγατέρα εἶναι βεβαιοῦνται τοῦ εὑρόντος ἐπὶ Ἰωσίου τὸ βιβλίον. ταύτης ἀδελφὸς Ἱερεμίας, ὥς φασιν, καὶ εἰκότως. ἐκ τούτου λέγει γεννηθῆναι τὸν Ἰεχονίαν, οὗ μέμνηται ὁ θεῖος εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος. „ Sacer Hippolytus, edito de Susanna & Daniele opere, Joachim, alio nomine Jechoniam, tres annos, patre Joacim amoto, regnum moderantem, in Babylonem cum reliquis, ut præmissum est, translatum asseverat: Danielem vero ac tres pueros captivitatis hujus consortes: eumque Susannæ conjugem scribit; nec aliena est a veritate sententia. Susannam quoque Chelciæ pontificis, qui sub Josia legis reperit librum, filiam affirmant. Hieremiam Susannæ fratrem asserunt: & merito. Ex eis porro Jechoniam, cujus divinus Evangelista Matthæus meminit, natum dicit. „ Sed, ut docet Scaliger ad Euseb. num. MCCCCXV. errat Hippolytus dum ex mensibus tribus facit tres annos, & Danielem cum Joachim, non vero cum Joachin abductum putat contra sacrarum litterarum fidem. WETSTEN.

8. Hœschelius: πρὸς δὲ τούτοις ἥδε ἡ περικοπὴ σὺν ἄλλοις δυσὶ ταῖς ἐπὶ τῷ τέλει τῷ παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένῳ Δανιὴλ οὐκ ἐμφέρεται. Wetstenius: πρὸς δὲ τούτων ἁπάντων ἥδε ἡ περικοπὴ σὺν ἄλλοις δύο ταῖς ἐπὶ τῷ τέλει τῶν παρὰ τῶν Ἰουδαίων εἰλημμένων οὐκ ἐμφέρεται. Codex Regius, ut in nostro textu. Porro Susannæ historiam in hebræo non haberi, in responso concedit Origenes, & tractatu 31. in Matthæum. *Usi sumus in hoc loco Danielis exemplo, non ignorantes, quoniam in Hebræo positum non est, sed quoniam in Ecclesiis tenetur.* Hieronymus sæpius idem inculcat, & maxime præfat. Explanat. in Danielem: *Nos*, inquit, *ante annos plurimos, cum verteremus Danielem, has visiones obelo prænotavimus, significantes, eas in hebraico non haberi: & miror quosdam μεμψιμοίρους indignari mihi, quasi ego decurtaverim librum, cum & Origenes & Eusebius, & Apollinarius, aliique Ecclesiastici viri & doctores Græciæ has, ut dixi, visiones non haberi apud Hebræos fateantur. Nec se debere respondere Porphyrio pro his quæ nullam Scripturæ sanctæ auctoritatem præbeant.* Vide ejusdem præfationem in versionem suam Danielis. Denique ipse Origenes in fragmento libri decimi stromatum ait: *Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis volumine non haberi.* Hieronymus iterum præfat. in Danielem: *Apud Hebræos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis Draconisque fabulas.* Vide ibidem paullo post quibus cavillationibus eas persundat quidam de præceptoribus Judæorum.

δὲ πᾶσι τοσούτων προωδοιπορηκότων προφητῶν, A [1] ἑξῆς οὐδείς ἐστιν ἑτέρου κεχρημένος ῥυτῷ νοήματι. οὐ γὰρ ἐπτώχευσεν ὁ λόγος αὐτῶν ἀληθὴς ὤν· οὗτοσὶ δὲ ἐκείνων θατέρῳ ἐπαπειλῶν ὑπομιμνήσκει λέγοντος τοῦ κυρίου· ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς. ἐξ ἁπάντων [2] τούτων ἐμοὶ δοκεῖ προσκεῖσθαι ἡ περικοπή· ἀλλὰ καὶ τῆς φράσεως ὁ χαρακτὴρ διαλλάσσει. [3] ἔκρουσα· σὺ δέ μοι ἤχησον, καὶ ἀντιγράφων παίδευε. τοὺς κυρίους μου πάντας προσαγόρευε. σὲ οἱ ἐπιστάμενοι πάντες προσαγορεύουσιν· ἐῤῥῶσθαί σε ἅμα τῇ [4] συνοδίᾳ καὶ κατὰ νοῦν εὔχομαι.

Judæi utuntur. Huc adde quod, cum tot præcesserint prophetæ, nullus e posterioribus sententiam alterius iisdem verbis usurpavit. Neque enim emendicabat eorum sermo, ut pote verus: hic autem cum alteri illorum minitatur, commemorat dominum dicentem: [a] *Insontem & justum non occides*. Ex his omnibus mihi videtur hæc pars adjecta: sed & dictionis stilus differt. Pulsavi: tu resona, & rescribendo erudi. Dominos meos omnes saluta: te una cum comitatu valere ex animo precor,

[a] Exod. XXIII. 7.

1. Ἐξῆς οὐδείς, &c.] Origenes in responso Africani verba aliter refert: πάντε ἐξῆς οὐδεὶς ἕτερος ἑτέρῳ κέχρηται ῥητῷ νοήματι.
2. Apud Hæschelium deest τούτων; & paullo post legitur σὺ δέ μοι καὶ ἤχησον.
3. Ἔκρουσα, &c.] Observat Wetstenius ad hoc adagium allusisse Joannem Damascenum lib. 4. de fide orthodoxa cap. 17. κρούσωμεν τοίνυν εἰς τὸν κάλλιστον παράδεισον τῶν γραφῶν, B τὸν εὐώδη, τὸν γλυκύτατον, τὸν ὡραιότατον, τὸν παντοίοις τῶν νοερῶν θεοφόρων ὀρνέων κελαδήμασι περιηχοῦντα ἡμῶν τὰ ὦτα. „Pulsemus igitur ad pulcherrimum illud „pomarium Scripturarum, illud, inquam, mire fra„grans, suave, elegantissimum, quod spiritualium divi„narumque avium omnigenis garritibus aures nostras cir„cumsonet.
4. Συνοδίᾳ.] Hæschelius συνουσίᾳ.

Ω Ρ Ι Γ Ε Ν Ο Υ Σ

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΑΦΡΙΚΑΝΟΝ.

O R I G E N I S

EPISTOLA AD AFRICANUM.

Ὠριγένης Ἀφρικανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ, ἐν Θεῷ A πατρὶ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἁγίου παιδὸς [1] αὐτοῦ, εὖ πράττειν. ἡ μὲν σὴ ἐπιστολή, δι' ἧς ἐμάνθανον, ἃ ἐνέφηνας περὶ τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ φερομένης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις Σωσάννης, βραχεῖα μέν τις εἶναι δοκεῖ· ἐν ὀλίγοις δὲ πολλὰ προβλήματα ἔχουσα, ὧν ἕκαστον ἐδεῖτο οὐ τῆς τυχούσης ἐξεργασίας, ἀλλὰ τοσαύτης, ὥστε ὑπερβαίνειν τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα, καὶ συγγράμματος [2] ἔχειν περιγραφήν. ἐγὼ δὲ τὸ ἐμαυτοῦ τῆς διανοίας μέτριον, ὅση δύναμις, κατανοῶν, ἵνα μὴ ἀναισθητοίην ἐμαυτοῦ, θεωρῶ, ὅτι ἀπολείπομαι τῆς ἀπαιτουμένης ἀκριβείας εἰς τὴν ἀντιγραφὴν τῆς ἐπιστολῆς σου· ὡς καὶ οὐδ' ὀλίγαι τῆς ἐν Νικομηδείᾳ διατριβῆς ἡμέραι μοι διήρκουν πρὸς τὸ κἂν κατὰ τὴν παροῦσαν λέξιν B περὶ ὧν ἐξήτησας καὶ ἀπήτησάς με, ἐπιστεῖλαί σοι. διόπερ συγγνώμην ἀπονέμων τῇ τε μετριότητι μου καὶ τῇ ἀπὸ τοῦ καιροῦ στενοχωρίᾳ, [3] ἔντυχε τῇ ἐπιστολῇ μετὰ πάσης εὐνοίας, συνεισφέρων εἴτι ὑφ' ἡμῶν παραλέλειπται.


I. Origenes Africano dilecto fratri in Deo patre per Jesum Christum sanctum filium ejus salutem. Epistola tua qua tuam mihi sententiam aperuisti de Susannæ historia quam in suis Danielis exemplaribus Ecclesiæ circumferunt, brevis quidem esse videtur: at paucis verbis multas habet quæstiones, quarum quælibet non vulgari indigeat pertractatione, sed tanta ut epistolæ modum superaret & in voluminis molem cresceret. Ego vero ingenii mei mediocritatem pro virili considerans, ne mei ipsius sensu caream, deesse mihi video sollertiam quæ ad rescribendum epistolæ tuæ requiritur. Huc adde, quod nec pauci dies quibus Nicomediæ commoratus sum, mihi suffecerunt, ut vel eo quo nunc modo, ad quæsita & interrogata tua responderem. Quamobrem dans veniam & meæ mediocritati, & temporis angustiæ, cum omni benevolentia legas velim hanc epistolam, & suppleas si quid a nobis prætermissum fuerit,

Καὶ πρῶτόν γε ἔφασκες, ὅτι ἡνίκα διελεγόμην [4] τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν Βάσσῳ, καὶ συνεχρώμην τῇ τοῦ Δανιὴλ νεωτέρου προφητεύσαντος περὶ τῶν κατὰ τὴν Σωσάνναν γραφῇ, τοῦτο πεποίηκα, ὡς λανθάνοντός με τοῦ μέρους τοῦ βιβλίου κεκιβδηλευμένου ὄντος. καὶ ἔλεγες τὴν περικοπὴν ταύτην ἐπαινεῖν μέντοι ὥς τι χαρίεν· [5] ἔφασκες δὲ ψέγειν ὡς οὖσαν C

II. Dicebas primum me in eo quod cum amico nostro Basso habui colloquio, usum esse Danielis adhuc juvenis prophetia de Susanna, ac si me lateret hanc libri partem esse spuriam. Ajebas insuper eam quidem laudare te ut lepidam, sed improbare ut recens confictam; neque etiam ipsum Philistionem mimum, si ejusmodi scriptum

1. Αὐτοῦ.] Deest apud Hæschelium.
2. Wetstenius ἔχων, Hæschelius vero & codex Regius ἔχειν, rectius. Infra Hæschelius θεωρῶν, ὅτι ἀπολείπομαι.
3. Hæschelius: πρόσεχε τῇ ἐπιστολῇ μετὰ πάσης εὐνοίας.
4. Τῷ ἑταίρῳ ἡμῶν Βάσσῳ.] Sunt qui hoc loco legendum putant τῷ ἱερογνώμονι Βάσσῳ. Vide quæ supra adnotavimus in Epistolam Africani. Mox Hæschelius καὶ συνεντυχόμην τῇ τοῦ Δανιήλ. Paullo infra idem: ὡς λανθάνοντός μου τοῦ μέρους, male. Paullo post codex Regius: κεκιβδηλευμένου ὄντος. Ab antea editis abest ὄντος.
5. Wetstenius: ἀλλ' ὡς οὖσαν σύγγραμμα νεωτερικὸν πεπλασμένον· ἔφασκες δὲ ψέγειν δεῖν ὡς οὐδὲ Φιλιστίων ὁ μῖμος ἐχρήσατο ἀναπλάσασθαι: sicque Hæschelius, nisi quod pro ψέγειν, habet λέγειν; pro Φιλιστίων ὁ μῖμος, legit Φιλιστα-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.



σύγγραμμα νεωτερικὸν καὶ πεπλασμένον· καὶ ὅτι ὡς οὐδὲ Φιλιστίων ὁ μῖμος ἐχρήσατο ἀναπλάσας τὸ συγγραμμάτιον τῇ τῶν ὀνομάτων γειτνιάσει, πρίνου πρὸς πρίσιν, καὶ σχίνου πρὸς σχίσιν. ἅπερ κατὰ μὲν τὴν ἑλλήνων φωνὴν τοιαῦτα εἶναι [1] δοκεῖ, κατὰ δὲ τὴν ἑβραίων οὐδαμῶς. ἴσθι τοίνυν πρὸς ταῦτα, τί χρὴ ἡμᾶς πράττειν [2] οὐ περὶ τῶν κατὰ Σωσάνναν μόνον, ἐν μὲν τῷ καθ' ἕλληνας ἑλληνικῷ φερομένων ἐν πάσῃ ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ, παρὰ δὲ ἑβραίοις μὴ κειμένων· οὐδὲ περὶ τῶν, ὡς ἔφασκες, ἄλλων δύο περικοπῶν τῶν ἐπὶ τέλει τοῦ βιβλίου περί τε τῶν κατὰ τὸν Βὴλ, καὶ τὸν δράκοντα ἀναγεγραμμένων, οὐδ' αὐτῶν ἐν τῷ Δανιὴλ τῶν ἑβραίων γεγραμμένων· ἀλλὰ καὶ περὶ ἄλλων μυρίων, ἃ κατὰ τὴν μετριότητα ἡμῶν [3] τοῖς ἑβραϊκοῖς συγκρίναντες ἀντιγράφοις τὰ ἡμέτερα, πολλαχοῦ εὕρομεν. ἐν μὲν γὰρ αὐτῷ τῷ Δανιὴλ περὶ τῆς καμίνου τῆς καιομένης, τὸ, πεπεδημένοι, εὕρομεν· ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις πεπλεονάζοντα παρὰ τὰ ἐν τοῖς ἑβραϊκοῖς ἔπη οὐκ ὀλίγα, ὧν ἀρχὴ κατὰ μέν τινα τῶν φερομένων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἦν οὕτως· προσηύξαντο Ανανίας, καὶ Αζαρίας, καὶ Μισαὴλ, καὶ ὕμνησαν τὸν κύριον· ἕως τοῦ· εὐλογεῖτε πάντες οἱ σεβόμενοι κύριον τὸν Θεὸν τῶν θεῶν. ὑμνεῖτε καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἀκοῦσαι τὸν βασιλέα ὑμνούντων αὐτῶν, καὶ ἐθεώρει αὐτοὺς ζῶντας. κατὰ δὲ ἕτερα· καὶ περιεπάτουν ἐν μέσῳ τῆς φλογὸς ὑμνοῦντες τὸν Θεὸν, καὶ εὐλογοῦντες τὸν κύριον· ἕως τοῦ, εὐλογεῖτε πάντες οἱ σεβόμενοι τὸν κύριον τὸν Θεὸν τῶν θεῶν. ὑμνεῖτε καὶ ἐξομολογεῖσθε, ὅτι εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τὸ ἔλεος αὐτοῦ. συνῆπτο δὲ ἐν τοῖς ἑβραϊκοῖς τό· καὶ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ τρεῖς Σεδρὰχ, Μισὰχ, Αβδενεγὼ, ἔπεσον εἰς μέσον τοῦ πυρὸς πεπεδημένοι· τό, τε· ὁ βασιλεὺς ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐθαύμασε, καὶ ἀνέστη ἐν σπουδῇ, καὶ ἀπεκρίθη, καὶ εἶπε τοῖς μεγιστᾶσιν αὐτοῦ· [4] οὕτω γὰρ Ακύλας δουλεύων τῇ ἑβραϊκῇ λέξει ἐκδέδωκεν εἰπών· φιλοτιμότερον πεπιστευμένος [5] παρὰ Ιουδαίοις ἡρμηνευκέναι τὴν γραφήν· ᾧ μάλιστα εἰώθασιν οἱ ἀγνοοῦντες τὴν ἑβραίων διάλεκτον χρῆσθαι, ὡς πάντων μᾶλλον ἐπιτετευγμένῳ. τὰ δὲ παρ' ἡμῖν ἀντίγραφα, ὧν καὶ τὰς λέξεις ἐξεθέμην, τὸ μὲν ἦν κατὰ τοὺς Ο. τὸ δὲ ἕτερον κατὰ Θεοδοτίωνα· καὶ ὥσπερ [6] παρ' ἀμφοτέροις ἔκειτο τὸ

confinxisset, usurum umquam fuisse hac nominum propinquitate πρίνε ad πρίσιν, & σχίνε ad σχίσιν. Quem verborum lusum recipit quidem græca lingua, sed hebræa nullo modo. Scias igitur ad hæc, quid nobis agendum sit non solum de Susannæ historia quæ in græco Græcorum exemplari per totam Christi ecclesiam circumfertur, licet apud Hebræos non exstet: nec solum de aliis, ut ajebas, partibus, quæ in fine libri sunt descriptæ, nempe de Belo & de Dracone; quæ pariter in Hebraico Danielis textu desiderantur; sed & de aliis innumeris, quæ pro modulo nostro, dum exemplaribus Hebræis compararemus nostra, plurimis in locis invenimus. Nam in ipso Daniele, ubi de camino ardente, illud, [a] *compeditibus vincti*, invenimus: sed in nostris exemplaribus, præter ea quæ in Hebraicis sunt, abundant versus non pauci, quorum initium, secundum quædam quæ in Ecclesiis circumferuntur, exemplaria, sic habebat: *Precatus est Ananias & Azarias, & Misael, & laudaverunt dominum*, usque ad illud: *Benedicite omnes colentes Dominum Deum deorum. Laudate & confitemini, quoniam in sæculum misericordia ejus, & in sæculum sæculorum. Et factum est cum audiret rex illos laudantes, & videret eos viventes.* At secundum alia exemplaria: *Et ambulabant in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Dominum*, usque ad illud: *Benedicite omnes colentes Dominum Deum deorum. Laudate & confitemini, quoniam in omnia sæcula misericordia ejus.* In Hebræo autem his verbis: *Et tres illi viri Sedrach, Misach, Abdenego, ceciderunt in medium ignis vincti*; connectebantur ista: *Rex Nabuchodonosor miratus est, & surrexit festinanter, & respondit, dixitque optimatibus suis.* Sic enim Aquila hebraicæ lectioni serviens edidit; quem Judæi scripturam studiosius interpretatum esse credunt, & quo maxime uti solent hebraicæ linguæ imperiti, utpote ceteris omnibus melius sensum assequuto. Nostrorum autem exemplarium, quorum etiam voces exposui, aliud secundum septuaginta Interpretes erat, aliud secundum Theodotionem: & sicut apud utrumque positum reperiebatur illud Susannæ

a Dan. III. 23.

νος, & ἀναπλάσας pro ἀναπλάσασθαι: sed præstantior est codicis Regii lectio quam sequimur in textu, ubi νεωτερικὸν inter & πεπλασμένον addidimus conjunctionem, καὶ quam habet Africanus. Expungatur item post ὅτι particula ὡς ut superflua, & perperam ex Epistola Africani huc adducta.

1. Δοκεῖ.] Optime codex Regius restituit hanc vocem quæ in codd. Hœschelii & Wetstenii omissa est.

2. Περὶ τῶν κατὰ Σωσάνναν μόνον, &c.] Certe ipsemet Hieronymus qui passim tum in præfatione in Danielem, tum in proœmio explanationis in eumdem prophetam Judæorum Porphyriique argumenta & cavillationes contra Susannæ, Belis, draconisque historiam, nec non hymnum trium puerorum quasi de industria & ex animo colligit, cum legisset a Rufino Invectiv. lib. 2. sibi ea quæ dixerat, crimini verti his verbis: *Quis ergo in ista eruditorum virorum copia ausus est instrumentum divinum quod Apostoli Ecclesiis tradiderunt, & depositum S. Spiritus compilare? an non est compilare, cum quædam quidem immutantur, & error dicitur corrigi? Nam omnis illa historia de Susanna quæ castitatis exemplum præbebat Ecclesiis Dei, ab isto abscissa est & abjecta atque posthabita. Trium puerorum hymnus qui maxime diebus solemnibus in Ecclesia Dei canitur, ab isto e loco suo penitus erasus est*; cum, inquam, hæc Rufini verba ægre ferret, palinodiam veluti recantat libro secundo adversus eumdem Rufinum. *Quod autem*, inquit, *refero quid adversum Susannæ historiam & hymnum trium puerorum, & Belis draconisque fabulas, quæ in volumine hebraico non habentur, Hebræi soleant dicere, qui me criminatur, stultum se sycophantam probat. Non enim quid ipse sentirem, sed quid illi contra nos dicere soleant, explicavi. Quorum opinioni, si non respondi in Prologo brevitati studens, ne non præfationem, sed librum viderer scribere, puto quod statim subjecerim. Dixi enim, de quo non est hujus temporis quærere.*

3. Τοῖς ἑβραϊκοῖς συγκρίναντες ἀντιγράφοις τὰ ἡμέτερα.] Loquitur de immenso veterumque præconiis mirabiliter decantato labore quem in conficiendis Hexaplis exantlavit. Accuratissime omnium de hoc opere disseruit vir clarissimus domnus Bernardus de Montfaucon in Præliminaribus suis ad Hexapla Origenis, de quibus nihil fere est scitu dignum quod lectori suo desiderandum reliquerit. Ipsum vide, si vacat; neque enim nobis propositum est actum agere.

4. Οὕτω γὰρ Ακύλας.] Consule ejusdem Præliminaria in Hexapla Origenis capite quinto, ubi de Aquila & ejus editionibus docte pro more suo differit. Vide ibidem caput septimum de Theodotionis editione quam paullo infra Origenes commemorat.

5. Παρὰ Ιυδαίοις.] Recte codex Regius, male autem Wetstenius παρὰ Ιυδαίυς.

6. Παρ' ἀμφοτέροις ἔκειτο.] Hieronymus præfatione in Danielem: *Danielem*, inquit, *prophetam juxta septuaginta Interpretes Domini Salvatoris Ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Sive enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus a nostro eloquio discrepat, noluerunt septuaginta Interpretes easdem linguæ lineas in translatione servare: sive sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldæam linguam sciente, editus liber est: sive aliud quid caussæ exstiterit, ignorans, hoc unum affirmare possum, quod multum a veritate discordet, & recto judicio repudiatus sit.* Porro, teste eodem Hieronymo præfatione

A περὶ τὴν Σωσάνναν, ὡς σὺ φὴς, πλάσμα, καὶ αἱ πελευταῖαι ἐν τῷ Δανιὴλ [1] περικοπαί· οὕτω καὶ ταῦτα ἐν ἔπεσιν, ὡς ϛοχασμῷ εἰπεῖν, τυγχάνοντα διακοσίοις, καὶ πρός.

quod dicis figmentum una cum ultimis quæ Danieli insunt, partibus; ita quoque ista, versibus, ut conjectura dici potest, ducentis & amplius.

Καὶ ἐν ἄλλοις δὲ πολλοῖς ἁγίοις βιβλίοις εὕρομεν, πῇ μὲν πλείονα παρ' ἡμῖν κείμενα, ἢ παρ' ἑβραίοις· πῇ δὲ λείποντα. παραδείγματος δὲ ἕνεκεν, ἐπεὶ μὴ πάντα οἷόν τέ ἐστι [2] περιλαβεῖν, ὀλίγα ἐκθησόμεθα. οἷον, ἐκ τῆς Ἐσθὴρ [3] οὔτε ἡ τοῦ Μαρδοχαίου εὐχὴ, οὔτε ἡ τῆς Ἐσθὴρ, οἰκοδομῆσαι δυνάμεναι τὸν ἐντυγχάνοντα, παρ' ἑβραίοις φέρονται· ἀλλ' οὐδὲ αἱ ἐπιστολαί· ἀλλ' οὐδὲ ἡ τῷ Ἀμμὰν ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἔθνους γεγραμμένη, οὐδὲ ἡ τοῦ Μαρδοχαίου ἐξ ὀνόματος Ἀρταξέρξου ἀπο- B λύουσα τοῦ θανάτου τὸ ἔθνος. ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἰὼβ, τὰ ἀπὸ τοῦ· [4] γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι, μεθ' ὧν ὁ κύριος ἀνίστησιν· [5] ἄχρι τέλους· οὐ κεῖται παρὰ τοῖς ἑβραίοις· διόπερ οὐδὲ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ· παρὰ δὲ τοῖς Ο, καὶ Θεοδοτίωνι τὰ ἰσοδυ-

III. In multis quoque aliis sanctis libris invenimus, alicubi quidem plura esse apud nos quam apud Hebræos, alicubi vero pauciora. Exempli caussa, quoniam non omnia simul possunt comprehendi, aliqua tantum proponemus. In libro Esther, neque Mardochæi, neque Esther preces quæ legentem ædificare possunt, apud Hebræos habentur; neque etiam epistola Aman ad eversionem gentis Judæorum scripta, nec altera Mar- B dochæi, ex Artaxerxis nomine, gentem a morte liberans. Sic & in Job, ab his verbis: *Scriptum est autem ipsum resurrecturum, cum quibus dominus resurgit*, quæ sequuntur usque ad finem, apud Hebræos non exstant: quare nec apud Aquilam habentur; sed apud septuaginta & apud

ad explanationem in Danielem, in hac vitiosa septuaginta, seu alius nescio cujus qui nomen eorum mentiebatur, editione, Susannæ, Belis & Draconis historiæ exstabant, nec ex Theodotionis editione illuc adductæ putandæ sunt, si quidem, ut ibidem monet Hieronymus, *Eusebius & Apollinarius pari sententia responderunt, Susannæ, Belisque ac Draconis fabulas non contineri in Hebraico, sed partem esse prophetiæ Habacuc filii Jesu de tribu Levi: sicut juxta septuaginta Interpretes in titulo ejusdem Belis fabulæ ponitur*: Homo quidam erat sacerdos, nomine Daniel, C filius Abda, conviva regis Babylonis: *quum Danielem & tres pueros de tribu Juda fuisse sancta Scriptura testetur*. Sed nihil simile in Theodotionis editione erat: exstabat ergo in LXX. editione. Huc adde quod inepte admodum responderet Origenes, apud LXX. & apud Theodotionem se reperisse Susannæ, Belis ac Draconis historias, si ejusmodi historiæ e Theodotione in LXX. editionem transierant, & idem utrobique textus erat, ut falso asserit Wetstenius. Quis autem sibi in animum inducat id Origenem potuisse latere? Præterea auctor interpolatæ Ignatii ad Magnesianos epistolæ dodecennem refert fuisse Danielem, cum Susannæ historia contigit: Δανιὴλ ὁ σοφὸς δωδεκαέτης γέγονε κάτοχος τῷ Θεῷ πνεύματι, καὶ τοὺς μάτην τὴν πολιὰν φέροντας πρεσβύτας συκοφάντας καὶ ἐπιθυμητὰς ἀλλοτρίου κάλλους ἀπήλεγξε. „Daniel ille sapiens, cum duodecim esset an- „norum, spiritu Dei afflatus erat, & senes frustra canos „ferentes, calumniatores, & alienæ formæ appetentes re- D „darguit.„ Idem habet Sulpicius Severus histor. sacr. 2. & versio Syriaca altera quam exhibet Waltonus tom. 4. Polyglot. Atqui Theodotionis editio nullibi indicat Danielem tunc duodecim fuisse annorum: hæc ergo duodecennis ætas e veteri LXX. aut alius cujuspiam qui nomen eorum mentiebatur, editione ab ecclesiis postea repudiata desumta est.

1. Codex Wetstenii mendose περικόπομεν.


2. Patricius Junius: παραλαβεῖν. Infra Wetstenii codex, οἰκοδομῆσαι δυνάμενα. Paullo post Patricius Jun. ἀλλ' οὐδὲ αἱ ἐπιστολαὶ, οὐδὲ ἡ τοῦ Ἀμμάν.

3. Οὔτε ἡ τοῦ Μαρδοχαίου εὐχὴ, οὔτε ἡ τῆς Ἐσθὴρ, &c.] Hieronymus præfatione in librum Esther ait: *Quem librum editio vulgata laciniosis hinc inde verborum finibus trahit: addens ea quæ ex tempore dici poterant & audiri; sicut solitum est scholaribus disciplinis sumto themate excogitare, quibus verbis uti potuit qui injuriam passus est, vel ille qui injuriam fecit*. His verbis Wetstenius E perstringi putat additamenta quæ a versu quarto capitis decimi usque ad finem capitis decimi sexti in Bibliis vulgatis reperiuntur, & apud Hebræos non exstant: verum aliud suadet ms. noster Sangermanensis num. 7. qui editionem vulgatam usu receptam ante Hieronymum complectitur. Tot enim, ut observavit Martianæus tom. 1. novæ editionis operum Hieronymi, tantaque ibi addita leguntur, quæ ex tempore dici poterant, & audiri, ut vix ea conjecturis assequi potuissemus, nisi adhuc scripta nobis superessent in prædicto antiquo monumento Sangermanensi. Quis namque credidisset pro unico versiculo quinto capitis decimi quarti, ista ab auctore ejus editionis veteris latinæ fuisse subjecta? *E[illegible] libris paternis meis Domine, quoniam N[illegible] conservasti: ego audivi in libris pat[illegible] meis Domine, quoniam tu [illegible] in tre[illegible] octo viris novem [illegible]: ego audivi in libris paternis meis Domi*-*ne, quoniam tu Jonam de ventre ceti liberasti: ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Ananiam, Azariam, Misael de camino ignis liberasti: ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Daniel de lacu leonum eruisti: ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Ezechiæ regi Judæorum morte damnato & orante pro vita misertus es, & donasti ei vitæ annos quindecim: ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu Annæ petenti in desiderio animæ filii generationem donasti: ego audivi in libris paternis meis Domine, quoniam tu complacentes tibi liberas Domine usque in finem, &c.* Multa alia occurrunt in hoc manuscripto nostro Sangermanensi codice, ex quibus liquet quam laciniosis finibus traheretur liber Esther in exemplaribus veteris vulgatæ latinæ quæ ad editionem græcam κοινὴν, non ad puram Hexaplarem LXX. Interpretum elaborata erat.

4. Γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι, &c.] Additamentum hoc antiquissimum esse consentiunt eruditi omnes, quippe cujus mentionem faciunt Aristeas, Philo & Polyhistor, teste Spanhemio in hist. Job c. 4. Quantæ vero fuerit auctoritatis apud Græcos, discere licet ex catena Græcorum Patrum in Job, ubi Chrysostomus, Evagrius, Olympiodorus, Severus, Julianus suis commentariis illud explicant. Deerat apud Aquilam & Symmachum, ut præter Origenem nos docet Olympiodorus pag. 611. Caten. in Job: ἰστέον δὲ ὅτι μέχρι τοῦ, πρεσβύτερος καὶ πλήρης ἡμε- D ρῶν, Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἐλθόντες, συνεπέραναν τὸ βιβλίον, ὡς δὴ τῷ Ἑβραϊκῷ ἀκολουθοῦντες· ὁ δὲ Θεοδοτίων συμπεραίνει τοῖς ἑβδομήκοντα. „Sciendum est Aquilam & Sym- „machum, textum hebraicum secutos, finem libro impo- „suisse, cum ad hæc pervenissent: *senior & plenus die*- „*rum*; Theodotionem autem ibi desinere ubi septuaginta „Interpretes desinunt.„ E veteribus non paucos de illo dubitasse, ac si e margine in textum ab ignaris amanuensibus translatum, eique assutum fuisset, testatur Polychronius in proœmio Caten. in Job. παραγράφονται τὴν ἐν τῷ τέλει γενεαλογίαν, ὡς μὴ ἐμφερομένην ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ. καὶ μεθ' ἕτερα· ἀπάτης γενομένης ἀπὸ τῆς ὁμωνυμίας τῆς ἐν γενέσει φερομένης εἰς τὴν κατὰ τὸν Ἡσαῦ γενεαλογίαν, ἐν ᾗ [illegible] μνηται Ἰωβὰβ, τὸ τοιοῦτόν τινες ἐσχολιογράφησαν. καὶ λοιπὸν ἕτεροι τῷ χρόνῳ ὡς ὕφος τοῦ παντὸς βιβλίου εἰργάσαντο τὰ παραγεγραμμένα. „Genealogiam quæ in fine est, qui- „dam rejiciunt, quia in Hebræo non reperitur. *Et paullo* „*post*: Nominis similitudinem in genealogia Esau, quæ E „in libro Geneseos exstat, ubi Jobab mentio fit, ansam „erroris, & ejusmodi scholii quibusdam præbuisse, tractu- „que temporis postea, quæ margini adscripta erant, in „libri contextum ab aliis assumta esse asserunt.„ Inde omnem ei abrogavit fidem Hieronymus in libro quæstionum hebraicarum: *Hunc* (Jobab) *quidam suspicantur esse Job, ut in fine voluminis ipsius additum est. Contra Hebræi asserunt de Nachor eum stirpe generatum.* Et antea: *P[illegible] genitus Nachor fratris Abraam de Melcha uxore ejus filia Aran, natus est Us; de cujus stirpe Job descendit, sicut scriptum est in exordio voluminis ejus:* Vir fuit in terra Us, nomine Job. *Male igitur quidam æstimant Job de genere esse Esau: siquidem illud quod in fine libri ipsius habetur*, eo quod de Syro sermone translatus est, & quartus sit ab Esau, *& reliqua quæ ibi continentur, in Hebræis voluminibus non habentur*. WETSTENIUS.

5. Ἄχρι τέλους.] Patricius Junius μέχρι τέλους.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.



γαμοῦντα ἀλλήλοις. καὶ ἄλλα δὲ μυρία εὕρομεν ἐν τῷ Ιὼβ, καὶ κατ᾽ ὀλίγον, καὶ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀντιγράφοις, [1] ἢ ἐν τοῖς παρὰ Ἰουδαίοις· κατ᾽ ὀλίγον μὲν, ὅτι ἀνιστάμενος τὸ πρωῒ προσέφερε περὶ αὐτῶν θυσίας, κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, τό· μόσχον ἕνα περὶ ἁμαρτίας περὶ τῶν ψυχῶν αὐτῶν. καὶ· ὅτι ἦλθον οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ [2] Θεοῦ, καὶ ὁ διάβολος ἦλθε μετ᾽ αὐτῶν, τό· περιελθὼν τὴν γῆν καὶ ἐμπεριπατήσας ἐν αὐτῇ. ἔτι δὲ οὐκ ἦν παρ᾽ ἑβραίοις μετὰ τό· ὁ κύριος ἔδωκεν, ὁ κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο. πλείονα δὲ ἐν τοῖς ἡμετέροις παρὰ τὰ ἑβραϊκὰ, ὅτι εἶπε τῷ [3] Ἰὼβ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ· μέχρι τίνος καρτερήσεις; λέγων· ἰδοὺ, ἀναμένω χρόνον ἔτι μικρὸν προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου, ἕως τοῦ· ἵνα ἀναπαύσωμαι τῶν μόχθων μου καὶ τῶν ὀδυνῶν, αἵ με νῦν συνέχουσι· μόνον γὰρ τὰ ῥητὰ τῆς γυναικὸς ἀναγέγραπται· τό· ἀλλ᾽ εἰπόν τι ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα.

A Theodotionem quoad sensum eadem sunt. Innumera quoque alia invenimus in Job, quæ in nostris exemplaribus ultra hebraicum textum redundant modo parum, modo multum: parum quidem, ut cum his verbis: [a] *Surgens mane offerebat pro illis sacrificia, secundum numerum eorum*, additur: *vitulum unum pro peccato pro animabus eorum*. Et cum his: [b] *Venerunt Angeli Dei, ut adstarent coram Deo, & diabolus venit cum eis*, subnectitur: *Circumiens terram & perambulans in ea*. Præterea post hæc verba: [c] *Dominus dedit, Dominus abstulit*, apud Hebræos non erant ista: *Sicut Domino placuit, ita factum est*. Multum vero in nostris exemplaribus ultra Hebræum redundant quæ his uxoris B Job verbis: [d] *Quousque perseverabis?* adduntur, *dicendo: Manebo adhuc parvo tempore exspectans spem salutis meæ*, usque ad illud: *ut requiescam ab ærumnis meis, & a doloribus qui me nunc detinent*: nam hæc tantum uxoris verba scripta sunt: [e] *Sed dic verbum contra Dominum, & morere.*

Πάλιν τε αὖ πλεῖστά τε ὅσα διὰ μέσου ὅλου τοῦ Ἰὼβ παρ᾽ ἑβραίοις μὲν κεῖται· παρ᾽ ἡμῖν δὲ οὐχί· καὶ πολλάκις μὲν [4] ἔπη τέσσαρα ἢ τρία· ἔσθ᾽ ὅτε δὲ καὶ δεκατέσσαρα καὶ δεκαεννέα καὶ δεκαέξ. καὶ τί με δεῖ καταλέγειν ἃ μετὰ πολλοῦ καμάτου ἀνελεξάμεθα, ὑπὲρ τοῦ μὴ [5] λανθάνειν ἡμᾶς τὴν διαφορὰν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις καὶ ἡμῖν ἀντιγράφων; πολλὰ δὲ τοιαῦτα καὶ ἐν τῷ Ἰερεμίᾳ κατενοήσαμεν, ἐν ᾧ καὶ [6] πολλὴν μετάθεσιν καὶ ἐναλλαγὴν τῆς λέξεως τῶν προφητευομένων εὕρομεν. καὶ ἐν τῇ Γενέσει δὲ τό· εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλόν· ἐπὶ τῷ γενέσθαι στερέωμα, [7] παρ᾽ ἑβραίοις οὐχ εὑρίσκεται· καὶ πρόβλημα

IV. Rursum plurima in medio toto libro Job apud Hebræos reperiuntur, quæ in exemplaribus C nostris desiderantur: sæpius quidem versiculi quatuor, vel tres; interdum vero quatuordecim, novem-decim, vel sex-decim. Et quid me oportet heic enumerare, quæ multo labore collegimus, ne nos lateret discrimen, quod Judaica inter & nostra exemplaria intercedit? Multa hujusmodi animadvertimus etiam in Jeremia, in quo magnam vaticiniorum invenimus transpositionem & mutationem. In Genesi quoque illud: [f] *Vidit Deus quod esset bonum*, cum factum fuisset firmamentum,

a Job I. 5. *b* Ibid. ℣. 6. *c* Ibid. ℣. 21. *d* Ibid. II. 9. *e* Ibid. ℣. 10. *f* Gen. I. 10.

1. Codex Regius: ἢ ἐν τοῖς παρὰ Ἰουδαίοις. Wetstenius παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις. Paullo post Patricius Junius: περὶ αὐτῷ θυσίας.

2. Patricius Junius, κυρίου. Infra idem καὶ ὁ κύριος ἀφείλετο.

3. Ἰώβ.] Wetstenii codex corrupte habet ἡμῶ.

4. Ἔπη.] Recte codex Regius; mendose autem Wetstenius ἐπὶ, qui etiam mox habet καὶ δεκαεννέα καὶ ἕξ. Patricius Junius omittit καὶ δεκαεννέα, legit vero καὶ δεκαέξ. Codex Regius ut in nostro textu. Quod autem ait Origenes plurima per medium librum Job apud Hebræos haberi quæ apud nos non exstant, id confirmat Hieronymus præfatione sua in Job: *Cui*, inquit, *si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima voluminis detruncabitur; & hoc dumtaxat apud Græcos. Ceterum apud Latinos, ante eam translationem quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti ferme aut octingenti versus desunt, ut decurtatus & laceratus corrosusque liber, fœditatem sui publice legentibus præbeat.*

5. Patricius Junius: διαλανθάνειν.

6. Πολλὴν μετάθεσιν καὶ ἐναλλαγὴν, &c.] Hieronymus præfatione in Jeremiam: *Ordinem*, inquit, *visionum qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus*. Correxit quoque Ludovicus Cappellus Crit. S. lib. 4. c. 14. p. 297. Ipsum vide.

7. Παρ᾽ ἑβραίοις οὐχ εὑρίσκεται.] Hieronymus commentario in Aggæi cap. 1. *In Genesi*, inquit, *cum in primo die dictum sit, & in tertio, & in quarto, & in quinto, & in sexto, post consummationem operum singulorum*: Et vidit Deus quia bonum est, *in secundo juxta Hebraicum, & Aquilam, & Symmachum & Theodotionem non habetur: neque enim poterat secundus dies, qui numerum facit qui ab unione dividit, quod bonus esset, Dei sententia comprobari*. Venerabilis Beda in Hexaemeron pag. 6. tom. 4. *Notandum*, inquit, *quod hujus verbi adjectio hoc in loco in hebraica veritate non habetur. Et mirum quare inter omnia quæ creasse Deus legitur, heic solummodo, id est, in secundi diei operibus probatio divinæ visionis minime addatur, quæ tamen ipso cum ceteris quæ fecit, Deo bona esse demonstrantur, cum in sequentibus dicitur*, viditque Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona. *Nisi forte sicut quidam Patrum exponunt, intelligere nos in hoc scriptura voluit, non esse bonum duplicem numerum qui ab unitate dividat, & præfigurat fœdera nuptiarum*. Nec levis est ea de re apud Judæos ipsos quæstio. De veteribus testatur hoc loco Origenes; de recentioribus nonnulla observatu digna affert Wetstenius quæ heic apponere visum est non ab re fore. Legitur in Bereschit rabba, D Parascha 4. *Quare non scriptum est in secundo (die) quod bonum? Rabbi Jochanan tradidit in nomine Rabbi Josi filii Chalephtha, quia in illo creata est Gehenna: quia dictum est*, (*Esai.* 30. 33.) *Nam aperta Tophta, sive Gehenna a pridie, dies ex quo possum dicere pridie, & non nudius tertius*. Postea sic pergit: *Rabbi Chanina dixit, quia in illo creata est divisio, secundum illud: & dividat inter aquas & aquas*. Dicit Rabbi Tebiomi: *Si divisio quæ facit ad ordinandum componendumque mundum non meretur illud*, quod bonum: *quanto minus illa, quæ mundum confundit? Rabbi Samuel dixit: quia illo die necdum absolutum erat opus aquarum; ideoque tertia die duplicatur illa formula, ut operum secundi & tertii diei consummatio denotetur*. Matrona quædam quæsivit ex Rabbi Josi; *quamobrem illud*, quia bonum, *non adscriptum est diei secundo? Respondit illi: Ut ut hoc factum non sit, repetit tamen (Deus) & comprehendit omnes (dies) in fine dicens*: & vidit Deus omne quod fecit, bonum esse. *Re-* E *gessit ipsi per similitudinem: sex homines venerunt ad te: omnibus & singulis, excepto uno, minam largiris, & de novo alteram donas omnibus: nonne in cujuslibet manu mina & sexta pars reperitur; apud unum vero sexta pars tantum? Admiratus est (Rabbi) & verbo revocato dixit, ut ante dixerat Rabbi Schemuel, nimirum aquarum opus nondum fuisse confectum*. (Hoc ipsum Rabbi Salomo Jarchi in hunc locum adducit). *Rabbi Levi in nomine Rabbi Tanchum filii Chunilai dixit: Scriptum est* (Esai. 46. 10.) Annuntias a principio finem. *Nimirum a principio mundum creavit. Vidit benedictus ille, quod Moses qui dictus est bonus* (Exod. 2.) *& quod suum est per aquas habiturus esset; ideoque illis non additum est*, quod bonum. *Rabbi Symeon dixit parabolam Regi, cui fuit dura quædam legio. Dixit Rex, quia ista legio nimis dura, ideoque nomen meum non præ se ferat. Sic dixit benedictus ille; quia per istas aquas homines, qui vixerint tempore diluvii, tempore Enochi, & divisionis (linguarum) puniendi sunt, ideo non adscribet illis, quod bonum*. Hæc illi: eadem habentur in Jalkut in Bereschit. Aben Ezra in commentario in legem dicit: *Illud, quod bonum*, (Gen. 1. 10.) *cohæret cum creatione diei secundæ*; absurdumque putat benedictionem bis repeti die tertio: hinc paullo post subdit ad versum 11. *Germinet terra: Principium diei tertii*. Refert

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

δέ ἐστι παρ᾽ αὐτοῖς, οὐ τὸ τυχὸν τοῦτο. καὶ ἄλλα δέ A ἐστιν εὑρεῖν ἐν τῇ Γενέσει, οἷς σημεῖα παρεθήκαμεν, [1] τοὺς καλουμένους παρ᾽ Ἕλλησιν ὀβελούς· ἵν᾽ ἡμῖν γνώριμον ᾖ τὸ τοιοῦτον· ὡς πάλιν ἀστερίσκους, τοῖς κειμένοις μὲν ἐν τῷ ἑβραϊκῷ, παρ᾽ ἡμῖν δὲ μὴ εὑρισκομένοις. τί δέ με δεῖ λέγειν περὶ τῆς Ἐξόδου, ἔνθα τὰ περὶ τὴν σκηνὴν καὶ τὴν αὐλὴν αὐτῆς, καὶ τὴν κιβωτὸν, καὶ τὰ ἐνδύματα τοῦ ἀρχιερέως, καὶ τῶν ἱερέων, ἐπὶ πολὺ παρήλλακται, ὡς μηδὲ τὴν διάνοιαν παραπλησίαν εἶναι δοκεῖν; [2] ὥρα τοίνυν, εἰ μὴ λανθάνει ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα, ἀθετεῖν τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φερόμενα ἀντίγραφα, καὶ νομοθετῆσαι τῇ ἀδελφότητι, ἀποθέσθαι μὲν τὰς παρ᾽ αὐτοῖς ἐπιφερομένας ἱερὰς βίβλους, κολακεύειν δὲ Ἰουδαίους, καὶ πείθειν, ἵνα μεταδῶσιν ἡμῖν τῶν καθαρῶν καὶ μηδὲν πλάσμα ἐχόντων. B ἆρα δὲ καὶ ἡ πρόνοια ἐν ἁγίαις γραφαῖς δεδωκυῖα [3] πάσαις ταῖς Χριστοῦ ἐκκλησίαις οἰκοδομὴν, οὐκ ἐφρόντισε τῶν τιμῆς ἀγορασθέντων, ὑπὲρ ὧν Χριστὸς ἀπέθανεν· οὗ υἱοῦ ὄντος οὐκ ἐφείσατο ὁ Θεὸς ἡ ἀγάπη, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτὸν, ἵνα σὺν αὐτῷ τὰ πάντα ἡμῖν χαρίσηται;

Πρὸς ταῦτα δὲ σκόπει, εἰ μὴ καλὸν μεμνῆσθαι τοῦ· οὐ μεταθήσεις ὅρια αἰώνια, ἃ ἔστησαν οἱ πρότεροί σου; καὶ ταῦτα δέ φημι, οὐχὶ ὄκνῳ τοῦ ἐρευνᾷν καὶ τὰς [4] κατὰ Ἰουδαίους γραφὰς, καὶ πάσας τὰς ἡμετέρας ταῖς ἐκείνων συγκρίνειν, καὶ ὁρᾷν τὰς ἐν αὐταῖς διαφοράς. εἰ μὴ φορτικὸν γοῦν εἰπεῖν, ἐπὶ πολὺ τοῦτο, ὅση δύναμις, πεποιήκαμεν· γυμνάζοντες C αὐτῶν τὸν νοῦν ἐν πάσαις ταῖς ἐκδόσεσι καὶ ταῖς διαφοραῖς [5] αὐτῶν, μετὰ τοῦ ποσῶς μᾶλλον ἀσκεῖν τὴν ἑρμηνείαν τῶν Ο., [6] ἵνα μή τι παραχαράττειν δο-

apud Hebræos non reperitur, & est apud eos ea de re non levis quæstio. Alia etiam in Genesi reperire est, quæ Obelis, ut Græci vocant, antepositis signavimus, ut nobis quod ejusmodi est, innotescat; sicut rursum Asteriscis, quæ in hebræo quidem exstant, apud nos vero non inveniuntur. Quid me opus est dicere de Exodo, ubi quæ pertinent ad tabernaculum & ejus atrium, ad Arcam, & ad indumenta summi Pontificis & sacerdotum valde sunt mutata, adeo ut ne similis quidem sensus esse videatur? Tempus est igitur, si hæc nos non latent, abrogare quæ in ecclesiis feruntur exemplaria, & fratribus lege præcipere, ut abjectis quos penes se habent, sacris libris, adulando Judæis persuadeant ut nos puris, & qui nihil habeant figmenti, impertiant. An etiam Providentiæ quæ in sacris scripturis dedit omnibus Christi ecclesiis ædificationem, curæ non fuerunt [a] *emti pretio* [b] *pro quibus Christus mortuus est*: cui, licet filio, [c] *non pepercit Deus*, ipsa caritas, *sed pro nobis omnibus tradidit illum, ut cum ipso omnia nobis donaret?*

V. Ad hæc considera an non bonum sit meminisse illius dicti: [d] *Non transpones terminos æternos quos posuerunt antecessores tui.* Et hæc quidem dico, non quod præ desidia recusem scrutari scripturas quæ apud Judæos sunt, illasque cum omnibus nostris comparare, ac videre quid inter eas sit discriminis. Hoc enim gnaviter, nisi arrogans dictu est, pro virili fecimus, collatis magna cura inter se editionibus & observatis earum differentiis, ita tamen ut aliquanto plus laboris impenderimus Septuaginta interpretationi, ne

a I. Cor. VI. 20. *b* Rom. XIV. 15. *c* Rom. VIII. 32. *d* Prov. XXII. 28.

itaque terræ exsiccationem ad opera secundi diei, quod approbat etiam Joannes Mercerus prælect. in Genes. pag. 20. &c. Abarbenel in suo פירוש התורה ubi quæ superius ex Bereschit Rabba producta sunt, recitavit, reputat ea huic dubio neutiquam satisfacere. Quare sic solvit ipse: *quia illo die facti sunt orbes absque luminibus & stellis: insuper quia separatio omnium elementorum a sese invicem nonnisi tertio demum die perfecta est, aquis tum in unum congregatis aridaque apparente.*

1. Τὰς καλουμένους παρ᾽ Ἕλλησιν ὀβελούς, &c.] De Asteriscorum & Obelorum usu vide doctissimum Montefalconium D nostrum præliminar. in Hexapla Origenis cap. 4. num. 3. De his insuper juvat heic apponere insignem Origenis locum qui habetur tomo decimo quinto in Matthæum: καὶ εἰ μὲν μὴ καὶ περὶ ἄλλων πολλῶν διαφωνία ἦν πρὸς ἄλληλα τῶν ἀντιγράφων, ὥστε πάντα τὰ κατὰ Ματθαῖον μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ εὐαγγέλια, κἂν ἀσεβής τις ἔδοξεν εἶναι ὁ ὑπονοῶν ἐνταῦθα προσεῤῥίφθαι οὐκ εἰρημένην ὑπὸ τοῦ σωτῆρος πρὸς τὸν πλούσιον τήν, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, ἐντολήν. νυνὶ δὲ δηλονότι πολλὴ γέγονεν ἡ τῶν ἀντιγράφων διαφορά, εἴτε ἀπὸ ῥαθυμίας τινῶν γραφέων, εἴτε ἀπὸ τόλμης τινῶν μοχθηρᾶς τῆς διορθώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ἑαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διορθώσει προστιθέντων ἢ ἀφαιρούντων· τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαφωνίαν, Θεοῦ διδόντος, εὕρομεν ἰάσασθαι, κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσι. τῶν γὰρ ἀμφιβαλλομένων παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα διὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων διαφωνίαν, τὴν κρίσιν ποιησάμενοι ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων, E τὸ συνᾷδον ἐκείναις ἐφυλάξαμεν, καὶ τινὰ μὲν ὠβελίσαμεν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ μὴ κείμενα, οὐ τολμήσαντες αὐτὰ πάντη περιελεῖν· τινὰ δὲ μετ᾽ ἀστερίσκων προσεθήκαμεν, ἵνα δῆλον ᾖ ὅτι μὴ κείμενα παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα, ἐκ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων συμφώνως τῷ ἑβραϊκῷ προσεθήκαμεν. „ Et sane nisi in aliis „ exemplaribus quam plurimis discrimina occurrerent, „ adeo ut non universa quæ exstant apud Matthæum, ac „ reliqua itidem Evangelia sibi invicem congruant, im- „ pius profecto videretur qui mandatum illud: *Diliges* „ *proximum tuum sicut teipsum*, a servatore erga divitem „ minime allegatum, heic fuisse insertum suspicaretur. „ Nunc autem sive propter scriptorum quorumdam indi- „ ligentiam, sive propter nefariam aliquorum scripturas „ emendantium audaciam, seu propter eos qui dum emen- „ dant, pro arbitrio addunt, vel detrahunt, magna enim- „ vero exemplarium exsistit differentia. Profecto discrepan- „ tiæ quæ in veteris testamenti exemplaribus occurrit, „ Deo annuente, remedium adhibere potuimus; reliquis „ editionibus usi, ut ex iis judicium faceremus: nam quæ „ apud Interpretes septuaginta propter exemplarium va- „ rietatem dubia erant, e reliquis editionibus æstimatio- „ ne facta, perpetuum cum illis consensum retinuimus; „ & nonnulla quidem in Hebræo non exstantia obelo con- „ fiximus, cum ea penitus rejicere minime fuerimus ausi; „ aliqua vero cum asteriscis addidimus, ut perspicuum sit „ ea nos e reliquis editionibus Hebræo consonantibus ad- „ didisse, cum in septuaginta Interpretibus minime repe- „ rirentur.

2. Ὥρα τοίνυν, &c.] Sic recte habet codex Regius; Wetstenianus vero: ὅρα τοίνυν, εἰ μὴ λανθάνει ἡμᾶς, τὰ τοιαῦτα ἀθετεῖν τὰ παρὰ ταῖς ἐκκλησίαις. Hoc argumento abutitur Rufinns libro 2. invectivarum in Hieronymum: *Quomodo ergo*, inquit, *isti*, *præcipiebant discipulis, ut attenderent lectioni, emendatas eis & veras non dabant lectiones? & qui præcipiunt, ne attendamus Judaicis fabulis & genealogiis, quæ quæstiones magis præstant, quam ædificationem, & iterum cavere nos jubent & observare maxime eos qui ex circumcisione sunt, quomodo non prævidebant per spiritum quod futurum esset tempus post quadringentos fere annos, quando Ecclesia cognito eo, quod ab Apostolis non sibi esset tradita veritas veteris Testamenti, legatos mitteret ad istos, quos illi tunc circumcisionem vocabant, obsecrans & exorans, ut sibi de veritate, quæ apud ipsos est, aliquid largirentur.* Dixi Origeniano argumento abuti Rufinum contra Hieronymum. Neque enim sanctus doctor Africani exemplo quicquid apud LXX. erat quod in Hebræo non exstaret, illico id contemnendum & abjiciendum putabat, sed *sciendum*, inquit epist. ad Suniam & Fretelam, *quid hebraica veritas habeat. Hoc enim quod septuaginta Interpretes transtulerunt, propter vetustatem decantandum est, & illud ab eruditis sciendum propter notitiam Scripturarum.*

3. Πάσαις ταῖς, &c.] Ita codex Regius. Wetstenianus autem πᾶσα ἐν ταῖς, &c.

4. Wetstenius: κατὰ Ἰουδαίων, & paullo post τὰς ἐν αὐτοῖς διαφοράς.

5. Idem: αὐτῆς.

6. Ἵνα μή τι παραχαράττειν δοκοίημεν, &c.] Augustinus lib. 18. de Civitate Dei cap. 43. ait: *Nonnulli codices græcos interpretationis LXX. ex hebræis codicibus emendandos putarunt; nec tamen ausi sunt detrahere, quod hebræi non habebant, & LXX. posuerunt; sed tantummodo addiderunt, quæ in hebræis inventa, apud LXX. non erant, eaque signis quibusdam in stellarum modum factis,*

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

κοίημεν ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκκλησίαις· καὶ προφάσεις διδῶμεν τοῖς ζητοῦσιν ἀφορμὰς, ἐθέλουσι τοὺς ἐν μέσῳ συκοφαντεῖν, καὶ τῶν διαφαινομένων ἐν τῷ κοινῷ κατηγορεῖν. ἀσκοῦμεν δὲ μὴ ἀγνοεῖν καὶ τὰς παρ' ἐκείνοις· [1] ἵνα πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενοι, μὴ προφέρωμεν αὐτοῖς τὰ μὴ κείμενα ἐν τοῖς ἀντιγράφοις αὐτῶν, καὶ ἵνα συγχρησώμεθα τοῖς φερομένοις παρ' ἐκείνοις· εἰ καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις οὐ κεῖται βιβλίοις· τοιαύτης γὰρ οὔσης ἡμῶν τῆς πρὸς αὐτοὺς ἐν ταῖς ζητήσεσι παρασκευῆς, οὐ καταφρονήσουσιν, οὐδ', ὡς ἔθος αὐτοῖς, [2] γελάσονται τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πιστεύοντας, ὡς τ' ἀληθῆ καὶ παρ' αὐτοῖς ἀναγεγραμμένα ἀγνοοῦντας. ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω πρὸς τὸ μὴ φέρεσθαι παρ' Ἑβραίοις τὰ περὶ Σωσάννης.

A quid adulterinum inducere videremur in ecclesias quæ sub cælo sunt, & prætextum daremus illis qui occasiones captant, voluntque tum eos qui sunt in medio, calumniari, tum eos qui in communi prælucent, criminari. Conamur non ignorare quas habent scripturas, ut cum Judæis differentes, non proferamus ea quæ in eorum exemplaribus desunt, sed simul utamur iis quæ penes se habent; licet in nostris libris desiderentur. Si enim ejusmodi fuerit noster ad ea de quibus nos inter & ipsos controversia est, apparatus, non contemnent, neque, prout solent, irridebunt eos qui credunt ex gentibus, quod vera & quæ apud illos scripta exstant, ignorent. Atque hæc dicta sint ad illud quod objecisti, apud Hebræos non exB stare Susannæ historiam.

Ἴδωμεν δὲ καὶ ἃ προσφέρεις τῷ λόγῳ ἐγκλήματα. καὶ πρῶτόν γε ἀρξώμεθα ἀπὸ τοῦ δυνηθέντος ἂν [3] δυσωπῆσαι πρὸς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὴν ἱστορίαν· ὅπερ ἐστὶ τὸ περὶ τὴν παρωνυμίαν πρίνου μὲν πρὸς πρίσιν, σχίνου δὲ πρὸς σχίσιν· περὶ οὗ σὺ μὲν ἀπεφήνω, ὡς καταλαβὼν τινὰ τρόπον ἐν μὲν ἑλληνικαῖς φωναῖς τοιαῦτα ὁμοφωνεῖν συμβαίνει, ἐν δὲ τῇ ἑβραΐδι [4] τῷ παντὶ διέστηκεν. ἐγὼ δὲ ἔτι ἀμφιβάλλω· ἐπείπερ φροντίσας τῶν κατὰ τὸν τόπον, τῷ καὶ αὐτὸς ἠπορηκέναι ἐν αὐτοῖς, οὐκ ὀλίγοις ἑβραίοις ἀνεθέμην πυνθανόμενος, πῶς παρ' αὐτοῖς ὀνομάζεται πρῖνος, καὶ πῶς λέγουσι τὸ πρίζειν· ἔτι δὲ εἰς τί [5] μεταλαμβάνουσι τὴν σχῖνον τὸ φυτὸν, καὶ πῶς τὸ σχίζειν ὀνομάζουσιν. οἱ δὲ τὴν ἑλληνικὴν ἔφασκον ἀγνοεῖν φωνὴν τὴν πρίνου καὶ τὴν σχίνου· ἀπῄτουν δὲ αὐτοῖς δειχθῆναι τὰ δένδρα· ἵν' εἰδεῖεν ποίας ἐπὶ τούτων [6] αὐτοὶ τάσσουσι φωνάς. καὶ, φίλη γὰρ ἡ ἀλήθεια, οὐκ ἠπόρησα αὐτοῖς ὄψει παραστῆσαι τὰ ξύλα. ἄλλος δὲ ἔφασκε τὰ μὴ ὀνομασθέντα τῶν γραφῶν που οὐκ ἔχειν διαβεβαιώσασθαι, ὅπως ἑβραϊστὶ λέγεται· προπετὲς δὲ εἶναι, τὸν ἀπορήσαντα φωνῇ τῇ συριακῇ χρήσασθαι ἀντὶ [7] τῆς ἑβραΐδος· καὶ ἔλεγε, καὶ παρὰ τοῖς πα-

VI. Videamus etiam quæ in oratione ipsa criminaris. Et primum incipiamus ab eo quod deterrere queat ne admittatur historia, nempe ab ea quem ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσις, & ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσις habet, derivatione; de qua tu pronuntiasti, ac si compertum haberes quo modo græce quidem hæc consonare contingat; hebraice autem distent penitus. Ego vero etiamnum dubito. Nam & ego de hoc loco solicitus, cum & ipse dubius hærerem, non paucos Hebræos consului, sciscitans quomodo apud ipsos nominetur πρίνος, & quomodo dicant πρίζειν; item qua voce reddant σχίνον arborem, & quomodo dicatur eis C σχίζειν. Illi autem dicebant ignorare se græcas voces πρίνου & σχίνου, & ipsas sibi poscebant ostendi arbores, ut scirent quasnam eis tribuant voces. Ego vero non dubitavi (amica enim veritas) ipsa ligna in eorum conspectum adducere. Alius autem dicebat quæ nusquam nominata sunt in scripturis, se non posse affirmare quemadmodum dicantur hebraice; in promtu autem esse ut qui dubitat, Syriaca utatur voce, loco hebraicæ. Item dicebat etiam a sapientissimis dictiones nonnullas aliquan-

ad capita eorumdem versuum notaverunt, quæ signa Asteriscos vocant. Illa vero quæ non habent Hebræi, habent autem Septuaginta, similiter ad capita versuum jacentibus virgulis sicut scribuntur unciæ, signaverunt. Prudenter sane admodum Origenes, & alii post eum, e versione LXX. D detrahere non ausi sunt quod Hebræi non habebant. Tanta enim plebis christianæ in LXX. editionem & veterem vulgatam latinam veneratio erat, ut, teste Augustino epist. ad Hieronymum, seditionem alicubi excitarit, quum in Hieronymi versione apud Jonam *Hederam* pro *Cucurbita* poni audivisset. Hinc Hieronymus præfatione in Danielem de additionibus Susannæ, Belis & Draconis ait: *Quas nos quia in toto orbe dispersæ sunt, veru antepostito, easque jugulante subjecimus, ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse.*

1. Ἵνα πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενοι, &c.] Epiphanius libro de Ponderibus & Mensuris n. 2. Ὠριγένης δὲ μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ἀποκατέστησε τῷ ἑκάστῳ τόπῳ τὸν ἐλλείποντα λόγον. παρέθετο δὲ αὐτῷ τὸν ἀστερίσκον· οὐχ ὡς χρείας οὔσης τοῦ πάντως ζητηθῆναι τὸν λόγον· περιττὸς γάρ ἐστιν, ἀλλ' ἵνα μὴ παραλείψῃ Ἰουδαίοις, καὶ Σαμαρείταις ἐπιλαμβάνεσθαι τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις θείων γραφῶν, μηδενὸς ἐπιληψίμου πράγματος ὑπάρχοντος κατὰ τῆς πίστεως ἐν τοῖς ἀπεστερημένοις λόγοις. E „ Successit his Origenes, qui unicuique loco quod deerat „ adjunxit, eique Asterisci notam appinxit: non quod ad„ dita illa vocabula admodum necessaria sint, cum super„ vacua videantur: sed ne Judæis ac Samaritanis ullam „ calumniandi sacras litteras quibus in ecclesiis utimur, „ occasionem relinqueret: cum nihil in subtractis illis „ vocibus contra fidem esset, quod reprehendi merito pos„ set. „ Rufinus lib. 2. Invect. adversus Hieronymum: *Apostatæ quidem & Judæi interpretati sunt ea, quorum lectione Judæi maxime utuntur. Et quia frequenter, si disputatio incidisset, vel immutata esse aliquanta, vel deesse, vel abundare in nostris scripturis mentiuntur, voluit Origenes nostris ostendere, qualis apud Judæos scripturarum lectio teneretur, & in propriis paginis vel columellis editiones earum singulas quasque descripsit; & ea quæ apud illos sunt addita vel deserta, certis quibusque signis additis, ad versiculorum capita designavit, & in alieno non suo opere suas tantummodo notas fixit, ut sciremus non quid nobis, sed quid Judæis adversum nos certantibus, aut deesse aut abundare videtur.* Idem Hieronymi consilium fuit cum ex hebræo sacras scripturas latine vertit. Nam præfatione in librum Psalmorum ait: *Nec hoc dico, quo prædecessores meos mordeam, aut quidquam de his arbitrer detrahendum, quorum translationem diligentissime emendatam, olim meæ linguæ hominibus dederim: sed quod aliud sit in ecclesiis Christo credentium psalmos legere, aliud Judæis singula verba calumniantibus respondere.* Idem lib. 2. Apologiæ adversus Rufinum: *Egone*, inquit, *contra Septuaginta Interpretes aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissime emendatos, meæ linguæ studiosis dedi, quos quotidie in conventu fratrum edissero, quorum psalmos jugi meditatione decanto? Tam stultus eram ut quod in pueritia didici, senex oblivisci vellem? Universi tractatus mei horum testimoniis texti sunt: commentarii in duodecim prophetas & meam & Septuaginta editionem edisserunt.* Et libro 3. Apologiæ adversus eumdem Rufinum: *Tu latinas*, inquit, *scripturas de græco emendabis, & aliud ecclesiis trades legendum, quam quod semel ab Apostolis susceperunt; mihi non licebit post Septuaginta editionem, quam diligentissime emendatam meæ linguæ hominibus dedi, ad confutandos Judæos, etiam ipsa exemplaria vertere, quæ ipsi verissima confitentur; ut si quando adversum eos Christianis disputatio est, non habeant subterfugiendi diverticula, sed suomet potissimum mucrone feriantur?*

2. Γελάσονται, &c.] Hieronymus quoque præfatione in librum Josue testatur *dolere Judæos quod calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio.* Et præfatione in librum Isaiæ: *Ipse mihi mercedem restituat in futuro, qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Judæi de falsitate scripturarum ecclesiis ejus diutius insultarent.* Huc refer quæ de Judæis illudentibus & calumniantibus scripturas Christianorum dicuntur ab eodem Hieronymo præfationibus in Paralipomena & in Psalterium ex hebræo latine redditum rogatu Sophronii.

3. Wetstenius, δυσωπεῖσθαι πρὸς τὸ μὴ παραδέξασθαι τὴν προφητείαν.

4. Idem: Τὸ πάντῃ.

5. Idem: παραλαμβάνουσι.

6. Idem: αὐτοῖς, male.

7. Codex Basileensis, τῆς ἑβραϊκῆς.

-νυ σοφοῖς ἐνίοτε λέξεις τινὰς ζητεῖσθαι. εἰ μὲν οὖν, φησι, ἔχεις τι παραστῆσαι τὴν σχῖνον ὅπως ποτὲ ὀνομασθεῖσαν ἔν τινι γραφῇ, ἢ τὴν πρῖνον, ἐκεῖθεν ἂν εὕροιμεν τὸ ζητούμενον, καὶ τὴν παρ' αὐτὰ παρωνυμίαν· εἰ δὲ μηδαμοῦ ὠνομάσθη, καὶ ἡμᾶς διαλανθάνει τὸ τοιοῦτον. τούτων οὖν ὅσον ἐπὶ μὴ ἱστορίᾳ ὑπὸ ἑβραίων, οἷς συνέμιξα, εἰρημένων, ἐγὼ μὲν εὐλαβῶς ἔχω ἀποφήνασθαι, πότερον καὶ παρ' ἑβραίοις ἡ ἰσοδυναμία τῶν κατὰ ταῦτα παρωνυμιῶν σώζεται ἢ οὔ. σὺ δὲ ὅπως διεβεβαιώσω, αὐτὸς οἶδας ἴσως.

do quæri. Si ergo, inquiebat, alicubi potes ostendere nominatam in aliqua scriptura *Prinum* vel *Schinum*, ibi certe invenietur quod quærimus, & ea quæ inde oritur, nominum derivatio. Si vero nullibi nominatæ sunt, id quoque nos latet. Hæc igitur cum ab Hebræis quibuscum consuetudinem habui, historiam non agnoscentibus dicta sint, religio mihi est pronuntiare utrum apud Hebræos similis nominum derivatio servetur necne. Tu vero cur non esse affirmaris, fortasse nosti.

Μέμνημαι μὲν τοίγε φιλομαθεῖ ἑβραίῳ, καὶ [1] χρηματίζοντι παρ' αὐτοῖς σοφοῦ υἱῷ, ἀνατραφέντι ἐπὶ τὸ διαδέξασθαι τὸν πατέρα, συμμίξας περὶ πλειόνων· ἀφ' οὗ ὡς μὴ ἀθετουμένης τῆς περὶ Σωσάννης ἱστορίας, ἐμάνθανον καὶ τὰ τῶν πρεσβυτέρων ὀνόματα ὡς παρὰ τῷ Ἱερεμίᾳ κείμενα, τοῦτον ἔχοντα τὸν τρόπον· ποιήσαι σε κύριος, ὡς [2] Σεδεκίαν ἐποίησε καὶ ὡς Ἀχιὰβ, οὓς ἀπετηγάνισε βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν πυρὶ δι' ἣν ἐποίησαν ἀνομίαν ἐν Ἰσραήλ. πῶς ὁ μὲν ὑπ' ἀγγέλου πρίζεται· ὁ δὲ σχίζεται; λεκτέον, οὐ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα ταῦτα αὐτοῖς προφητεύεσθαι· ἀλλ' εἰς τὴν ὑπὸ Θεοῦ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἔξοδον κρίσιν. ὡς γὰρ τὸν πονηρὸν οἰκονόμον λέγοντα· χρονίζει ὁ κύριός μου ἔρχεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο μέθαις σχολάζοντα, καὶ ἐσθίοντα καὶ πίνοντα μετὰ τῶν μεθυόντων, καὶ τύπτοντα τοὺς συνδούλους, ὁ κύριος ἐλθὼν διχοτομήσει, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων θήσει· οὕτω καὶ τούτους πρεσβυτέρους μὲν χρηματίσαντας, κακῶς δὲ τὴν οἰκονομίαν οἰκονομήσαντας, ἀναλόγως τῷ ἐκεῖ διχοτομεῖσθαι [3] τὸν μοχθηρὸν οἰκονόμον, ἄγγελοι ἐπὶ τῶν κολάσεων τεταγμένοι τινὲς ταῦτα διαθήσουσι· καὶ ὁ μὲν σχίσει τὸν πεπαλαιωμένον ἡμερῶν κακῶν, κρίναντα κρίσεις ἀδίκους, καὶ τοὺς μὲν ἀθώους κατακρίναντα, ἀπολύοντα δὲ τοὺς αἰτίους· ὁ δὲ πρίσει ὡς σπέρμα Χαναὰν ὑπάρχοντα, καὶ οὐκ Ἰούδα, τὸν ὑπὸ τοῦ κάλλους ἐξηπατημένον, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας διαστραφέντα τὴν καρδίαν.

VII. Memini certe me cum studioso Hebræo vocatique apud illos viri sapientis filio, & ad id educato ut patri succederet, colloquutum, ab ipso, perinde ac si Susannæ historia vera sit, didicisse etiam seniorum nomina, prout exstant in Jeremia, & hoc modo se habent: [a] *Te faciat Dominus ut Sedeciam & ut Achiab, quos frixit rex Babylonis in sartagine in igne, propter iniquitatem quam fecerunt in Israel.* Quomodo vero alter ab Angelo secatur, alter autem scinditur? Dicendum est non in præsenti sæculo futura hæc eis prædici, sed in Dei judicio post eorum hinc decessum. Sicut enim malum dispensatorem, dicentem: [b] *Tardat dominus meus venire*; & propterea crapulæ vacantem, edentem & bibentem cum ebriosis, ac verberantem conservos, Dominus veniens [c] *dividet, & partem ejus cum infidelibus ponet*: ita & hos dictos quidem seniores, male autem ministerio suo usos, ad instar divisionis qua malus illic œconomus torquendus dicitur, ejusmodi suppliciis afficient Angeli quidam infligendis pœnis præpositi. Et alius quidem scindet [d] *inveteratum dierum malorum, judicantem judicia injusta, innocentes opprimentem, & dimittentem noxios*; alter vero secabit ut [e] *semen Chanaan & non Juda*, eum quem *species decepit, & concupiscentia pervertit cor ejus.*

Καὶ ἕτερον δὲ οἶδα ἑβραῖον, περὶ τῶν πρεσβυτέρων τούτων [4] τοιαύτας παραδόσεις φέροντα, ὅτι τοῖς ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ ἐλπίζουσιν διὰ τῆς Χριστοῦ ἐπιδημίας ἐλευθερωθήσεσθαι ἀπὸ τῆς ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς δουλείας προσεποιοῦντο οἱ πρεσβύτεροι ἤτοι ὡς εἰδότες τὰ περὶ Χριστοῦ σαφηνίζειν· καὶ ἑκάτερος αὐτῶν ἀνὰ μέρος ᾗ περιετύγχανε γυναικὶ, καὶ ἣν διαφθεῖραι ἐβούλετο, ἐν ἀπορρήτῳ δῆθεν ἔφασκεν, ὡς ἄρα δέδοται αὐτῷ ἀπὸ Θεοῦ σπεῖραι τὸν Χριστόν· εἶτ' [5] ἀπατωμένη τῇ ἐλπίδι τοῦ γεννῆσαι τὸν Χριστὸν ἡ γυνὴ, ἐπε-

VIII. Alium quoque novi Hebræum qui de his senioribus ejusmodi afferebat traditiones; illos nempe sperantibus in captivitate se per Christi adventum ab inimicorum servitute liberandos, professos esse se quæ ad Christum pertinent explicare nosse, & utrumque sigillatim in quamcumque mulierem incidebat, & cui vitium offerre cupiebat, ei secreto affirmasse, sibi a Deo datum e suo semine progignere Christum. Hinc spe gignendi Christum decepta mulier, sui copiam de-

a Jer. XXIX. 22. *b* Matth. XXIV. 48. *c* Luc. XII. 46. *d* Dan. XIII. 52. 53. *e* Ibid. ℣. 56.

1. Χρηματίζοντι.] Legendum puto χρηματίζοντος. Neque enim filius vocabatur sapiens, sed filius erat patris vocati sapientis. Paullo post Wetstenius ἐπὶ τῷ διαδέξασθαι.

2. Σεδεκίαν ἐποίησε καὶ ὡς Ἀχιάβ.] Idem ex Hebræo refert Origenes in fragmento libri decimi Stromatum.

3. Wetstenius: τῷ μοχθηρῷ οἰκονόμῳ· ἄγγελοι γὰρ ἐπὶ τῶν κολάσεων διατεταγμένοι ταῦτα πᾶσι διαθήσουσι. Sed codd. Regius & Basileensis ut in nostro textu.

4. Τοιαύτας παραδόσεις φέροντα.] Hieronymus lib. 5. commentariorum in Jeremiam sub finem, ad hæc verba Prophetæ, *Faciat te Dominus sicut Sedeciam & sicut Achab*, &c. hæc habet: *Ajunt Hebræi hos esse presbyteros qui fecerint stultitiam in Israel, & mœchati sunt uxores civium suorum, quorum uni loquitur Daniel:* inveterate dierum malorum. *Et alteri:* semen Chanaan & non Juda, species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum: Sic faciebatis filiabus Israel: & illæ metuentes loquebantur vobiscum: sed non filia Juda sustinuit iniquitatem vestram. *Quodque Propheta nunc loquitur:* Et loquuti sunt in nomine meo mendaciter, quod non mandavi eis, *illud significari putant, quod miseras mulierculas quæ circumferuntur omni vento doctrinæ, sic deceperint, quo dicerent eis: quia de tribu erant Juda, Christum de suo semine esse generandum, quæ illectæ cupidine præbebant corpora sua, quasi matres futuræ Christi. Sed illud quod in præsentiarum dicitur:* quos frixit rex Babylonis in igne, *videtur Danielis historiæ contraire. Ille enim asserit eos ad sententiam Danielis a populo esse lapidatos: heic vero scriptum est, quod frixerit eos rex Babylonis in igne. Unde & a plerisque ac pæne omnibus Hebræis ipsa quasi fabula non recipitur, nec legitur in synagogis eorum. Quei enim, inquiunt, fieri poterat, ut captivi lapidandi principes & prophetas suos haberent potestatem? Et magis hoc esse verum affirmant, quod scribit Jeremias, convictos quidem esse presbyteros a Daniele: sed latam in eos sententiam a rege Babylonis, qui in captivos ut victor & dominus habebat imperium.* Huic Judæorum objectioni respondet Origenes in fragmento libri decimi Stromat. his verbis: *Nisi forte* inquit, *hoc quod scriptum est*, interfecerunt eos, *sic interpretemur pro eo quod est, regi Babylonis occidendos tradiderunt. Sicut & nos dicimus, quod Judæi interfecerint salvatorem: non quo ipsi percusserint, sed quo tradiderint occidendum, & succlamantes dixerint:* Crucifige, crucifige eum.

5. Codex Basil. ἀπατωμένη, & ita forte legendum, licet alii codices habeant, ἀπατωμένη.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

δίδυ ἑαυτὴν τῷ ἀπατῶντι· καὶ ὕτως ἐμοιχῶντο τὰς γυναῖκας τῶν πολιτῶν οἱ πρεσβύτεροι Ἀχιὰβ καὶ Σεδεκίας. διὸ καλῶς ὑπὸ τῦ Δανιὴλ ὁ μὲν εἴρηται πεπαλαιωμένος ἡμερῶν κακῶν· ὁ δὲ ἤκουσε τό· οὕτως ἐποιεῖτε ταῖς θυγατράσιν Ἰσραὴλ, κἀκεῖναι φοβούμεναι ὡμίλουν ὑμῖν· ἀλλ' οὐ θυγάτηρ Ἰούδα ὑπέμεινε τὴν ἀνομίαν ὑμῶν. τάχα γὰρ ἀπάτη καὶ φόβος δυνάμενα ἐν ταῖς γυναιξὶν, ἐποίει αὐτὰς παρέχειν ἑαυτῶν τὰ σώματα τοῖς λεγομένοις τούτοις πρεσβυτέροις...

cipienti faciebat, & sic civium uxores stuprabant seniores Achiab & Sedecias. Quamobrem recte a Daniele alter quidem dictus est [a] *inveteratus dierum malorum*; alter vero audivit: *Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes congrediebantur vobiscum: sed filia Juda non sustinuit iniquitatem vestram*. Forte enim fraus & timor, quorum magna vis in mulieres, efficiebant ut corpora sua his dictis senioribus permitterent.

Ἀλλ' εἰκὸς πρὸς ταῦτά σε [1] ζητήσειν· τί δήποτε ὐ φέρεται παρ' αὐτοῖς ἐν τῷ Δανιὴλ ἡ ἱστορία, εἰ, ὡς φῄς, τοιαῦτα περὶ αὐτῆς οἱ σοφοὶ αὐτῶν παραδιδόασι; λεκτέον δὲ πρὸς ταῦτα, ὅτι ὅσα δεδύνηνται τῶν περιεχόντων κατηγορίαν πρεσβυτέρων, καὶ ἀρχόντων, καὶ κριτῶν, περιεῖλον ἀπὸ τῆς γνώσεως τῦ λαῦ, ὧν τινα σώζεται ἐν ἀποκρύφοις. καὶ τούτυ παράδειγμα δώσομεν τὰ περὶ τὸν Ἠσαΐαν ἱστορούμενα, καὶ ὑπὸ τῆς πρὸς ἑβραίους ἐπιστολῆς μαρτυρούμενα, ἐν οὐδενὶ τῶν φανερῶν βιβλίων γεγραμμένα· περὶ γὰρ τῶν προφητῶν διεξερχόμενος, καὶ ὧν πεπόνθασιν, ὁ τὴν πρὸς ἑβραίους γράψας φησίν· ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον. [2] πευσόμεθα γὰρ ἐπὶ τίνα ἀναφέρεται τὸ, ἐπρίσθησαν, κατά τι ἔθος ἀρχαῖον ὐ μόνον ἑβραϊκὸν, ἀλλὰ καὶ ἑλληνικὸν, πληθυντικῶς λεγόμενον [3] περὶ ἑνός. σαφὲς δ' ὅτι αἱ παραδόσεις λέγουσι [4] πεπρίσθαι Ἠσαΐαν τὸν προφήτην· καὶ ἔν τινι ἀποκρύφῳ τοῦτο φέρεται· ὅπερ τάχα ἐπίτηδες ὑπὸ Ἰουδαίων ῥεραδιούργηται, λέξεις τινὰς τὰς μὴ [5] πρεπούσας παρεμβεβληκότων τῇ γραφῇ· ἵν' ἡ ὅλη ἀπιστηθῇ· ἀλλ' εἰκός τινα θλιβόμενον ἀπὸ τῆς εἰς ταῦτα ἀποδείξεως, [6] συγχρήσασθαι τῷ βυλήματι

9. Sed, inquies fortasse, cur ergo apud illos non exstat in Daniele hæc historia, si, ut dicis, talia de ea sapientes illorum tradunt? Respondeo ex iis quæ seniorum, principum & judicum vituperium aliquod continebant, illos, quæcumque potuerunt sustulisse a cognitione populi; quæ quidem servantur in apocryphis. Hujus rei exemplum dabimus, quæ de Isaia narrantur, & epistolæ ad Hebræos testimonio confirmantur, licet in nullo ex iis qui palam sunt libris scripta reperiantur. Nam de prophetis, & iis quæ passi sunt, edisserens auctor epistolæ ad Hebræos ait [b]: *Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladii mortui sunt*. Ad quem enim, quæso, refertur illud: *secti sunt*, quod prisco more non solum hebraico, sed etiam græco, pluraliter de uno dicitur? Manifestum est traditiones ferre, sectum esse Isaiam; & hoc habetur in quodam apocrypho, quem quidem fortasse consulto depravarunt Judæi, quibusdam non decentibus scripturæ insertis dictionibus, ut toti fides abrogetur. His ita demonstratis verisimile est pressum aliquem usurum esse con-

a Dan. XIII. 52. 57. *b* Heb. XI. 37.

1. Mss. nostri *ζητήσειν*. Wetstenius *ζητῆσαι*.
2. Codex Regius *πευσώμεθα*.
3. Wetstenius, *περὶ ἑνὸς σαφές· διότι*.
4. *Πεπρίσθαι Ἠσαΐαν*.] Eadem docet Origenes tomo undecimo in Matthæum: *καὶ Ἠσαΐας δὲ πεπρίσθαι ὑπὸ τῦ λαῦ ἱστόρηται. εἰ δέ τις ὐ προσίεται τὴν ἱστορίαν διὰ τὸ ἐν τῷ ἀποκρύφῳ Ἠσαΐᾳ αὐτὴν φέρεσθαι, πιστευσάτω τοῖς ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίυς ὕτω γεγραμμένοις· ἐλιθάσθησαν, ἐπρίσθησαν, ἐπειράσθησαν. τὸ γὰρ, ἐπρίσθησαν, ἐπὶ τὸν Ἠσαΐαν ἀναφέρεται*, &c. „ Isaiam quoque serra dissectum fuisse traditum „ est. Si quis vero historiam hanc non admittat, quod „ ea in apocrypho Isaia referatur, iis credat quæ in epi„ stola ad Hebræos ita scripta sunt: *lapidati sunt, secti* „ *sunt, tentati sunt*. Illud enim, *secti sunt*, ad Isaiam re„ fertur, &c. „ Idem de Isaiæ dissectione tradunt Hieronymus in Isaiæ cap. 20. & 57. Justinus martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo p. 273. Epiphanius de Vitis Prophetarum pag. 421. Theodoretus in hypothesi ad Isaiam ab Hœschelio edita, pag. 74. Dorotheus in Synopsi pag. 669. Oecumenius in comment. ad Hebr. 11. Prudentius hymno 5. *περὶ Στεφάνων*, Sulpicius Severus epist. 2. Tertullianus lib. de Patientia c. 14. & lib. 3. Carmin. adversus Marcion. Epitome temp. Eusebio adjecta p. 244. Suidas in voce *Μανασσῆς*, Cedrenus in comp. hist. p. 91. Abulpharajus histor. Dynast. 3. p. 43. Primasius in comm. ad Hebr. 11. Caussam martyrii ex Judæorum traditione affert Origenes homil. 1. in Isaiam: *Aiunt ideo Esaiam esse sectum a populo, quasi legem prævaricantem & extra scripturas annuntiantem. Scriptura enim dicit:* Nemo videbit faciem meam, & vivet. *Iste vero ait:* Vidi dominum sabaoth. *Moyses, ajebant, non vidit, & tu vidisti? & propter hoc enim secuerunt.* Apocryphus ille liber, quo martyrium ejus describi ait Origenes, est, ut conjicit Huetius, *ἀναβατικὸν Ἠσαΐυ*, cujus mentionem facit Epiphanius in hæresi Archonticorum pag. 130. & Hieracis pag. 304. & Pseudo-Clemens Constitut. Apostolic. lib. 6. cap. 16. libros apocryphos enarrans his verbis: *ἐν τοῖς παλαιοῖς δέ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα Μωσέως, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Ἀδάμ, Ἠσαΐυ τε καὶ Δαυὶδ, καὶ Ἠλία, καὶ τῶν τριῶν πατριαρχῶν, φθοροποιὰ καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθρά.* „ Priscis temporibus quidam libros apocryphos scripserunt, Moysis, „ Enoch, Adam, Esaiæ, David, Eliæ, & trium Patriar„ charum; libros, dico, pestiferos & veritatis inimicos. WETSTENIUS.
5. Wetstenius *προσηκύσας ...., ἵν' ὅλη ἀπιστηθῇ*.
6. *Συγχρήσασθαι τῷ βυλήματι* &c.] Lego: *συγχρήσεσθαι*. Eusebius lib. 6. Hist. Eccl. c. 25. ex Origenis homiliis in Epistolam ad Hebræos hæc refert: *ὅτι ὁ χαρακτὴρ τῆς πρὸς Ἑβραίυς ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς, ὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τῦ ἀποστόλυ, ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῷ λόγῳ, τυτέστι τῇ φράσει· ἀλλά ἐστιν ἡ ἐπιστολὴ συνθέσει τῆς λέξεως ἑλληνικωτέρα, πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κρίνειν φράσεων διαφορὰς ὁμολογήσαι ἄν. πάλιν τε αὖ ὅτι τὰ νοήματα τῆς ἐπιστολῆς θαυμάσιά ἐστι καὶ ὐ δεύτερα τῶν ἀποστολικῶν ὁμολογυμένων γραμμάτων, καὶ τῦτο ἂν συμφήσαι εἶναι ἀληθὲς, πᾶς ὁ προσέχων τῇ ἀναγνώσει τῇ ἀποστολικῇ.* „ Stilum epistolæ quæ inscri„ bitur ad Hebræos, carere illa sermonis rusticitate quæ „ propria est Apostoli; quippe rudem atque imperitum se„ se confitetur in sermone, id est in forma ac ratione di„ cendi. Verum epistola illa & in verborum compositio„ ne majorem præfert græci sermonis elegantiam, ut fa„ tebitur quisquis de stili differentia perite judicare pot„ est. Et præterea sententias continet admirabiles, nec „ scriptis apostolicis inferiores. Atque id verissimum esse „ assentientur, quicumque Apostolorum scripta attente „ perlegerint. „ Paucis deinde interjectis hæc subjungit: *ἐγὼ δὲ ἀποφαινόμενος εἴποιμ' ἂν, ὅτι τὰ μὲν νοήματα τῦ ἀποστόλυ ἐστὶν, ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ ἀποστολικὰ, καὶ ὡσπερεὶ σχολιογραφήσαντος τὰ εἰρημένα ὑπὸ τῦ διδασκάλυ. εἴ τις ὖν ἐκκλησία ἔχει ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ὡς Παύλυ, αὕτη εὐδοκιμείτω καὶ ἐπὶ τούτῳ· ὐ γὰρ εἰκῇ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες ὡς Παύλυ αὐτὴν παραδεδώκασι. τίς δὲ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν, τὸ μὲν ἀληθὲς Θεὸς οἶδεν· ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάσασα ἱστορία ὑπό τινων μὲν λεγόντων, ὅτι Κλήμης ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος Ῥωμαίων ἔγραψε τὴν ἐπιστολήν· ὑπό τινων δὲ ὅτι Λυκᾶς ὁ γράψας τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὰς πράξεις.* „ Ego vero ita censeo: sententias quidem ipsas Apostoli „ esse: dictionem autem & compositionem verborum esse „ alterius cujusdam, qui dicta Apostoli commemorare, & „ quasi in commentarios redigere voluerit ea quæ a ma„ gistro audiverat. Proinde si quæ ecclesia hanc episto„ lam pro Paullina habet, eo nomine laudetur. Neque „ enim temere majores eam Paulli esse tradiderunt. Quis „ autem revera illam scripserit, soli Deo notum esse opi„ nor. Sed scriptores quorum monumenta ad nos usque „ pervenerunt, partim Clementi Romanæ urbis episcopo „ eam adscribunt, partim Lucæ qui Evangelium & Actus „ Apostolorum litteris prodidit. „ Lib. 3. & 7. contra Celsum, item lib. 1. *περὶ ἀρχῶν* & alibi passim Origenes eam Paullo adscribit,

τῶν ἀθετούντων τὴν ἐπιστολὴν, ὡς οὐ Παύλῳ γεγραμμένην· πρὸς ὃν ἄλλων λόγων κατ᾽ ἰδίαν χρήζομεν εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι Παύλου τὴν ἐπιστολήν. παραθήσομαι οὖν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου τὰ ὑπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ περὶ τῶν προφητῶν μαρτυρούμενα, καὶ ἱστορίαν ὑπ᾽ αὐτοῦ μὲν λεγομένην· ἐν δὲ ταῖς παλαιαῖς γραφαῖς μὴ φερομένην· ἐπεὶ καὶ αὐτὴ κατηγορίαν περιέχει τῶν ἀνόμων ἐν τῷ Ἰσραὴλ κριτῶν. ἔχει δὲ οὕτως ἡ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰρημένη λέξις· οὐαὶ ὑμῖν γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι οἰκοδομεῖτε τοὺς τάφους τῶν προφητῶν καὶ κοσμεῖτε τὰ [1] μνημεῖα τῶν δικαίων, καὶ λέγετε· εἰ ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἦμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν. ὥστε μαρτυρεῖτε ἑαυτοῖς, ὅτι υἱοὶ ἐστὲ τῶν φονευσάντων τοὺς προφήτας. καὶ ὑμεῖς πληρώσατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν. ὄφεις, γεννήματα ἐχιδνῶν· πῶς φύγητε ἀπὸ τῆς κρίσεως τῆς γεέννης; διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἀποστέλλω πρὸς ὑμᾶς προφήτας, καὶ σοφοὺς, καὶ γραμματεῖς· ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε ἐν ταῖς συναγωγαῖς ὑμῶν, καὶ διώξετε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν· ὅπως ἔλθῃ ἐφ᾽ ὑμᾶς πᾶν αἷμα δίκαιον ἐκχυνόμενον ἐπὶ τῆς γῆς ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου, ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου, ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι ἥξει ταῦτα πάντα ἐπὶ τὴν γενεὰν ταύτην. καὶ τὸ ἑξῆς δὲ τούτων, οὐκ ἀπᾴδει τῶν προκειμένων οὕτως ἔχον· Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνασα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις συνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἐθελήσατε; ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. καὶ ἴδωμέν γε εἰ μὴ λεκτέον ἐν τούτοις, τὸν μὲν σωτῆρα ἀληθεύειν, οὐχ εὑρίσκεσθαι δὲ τὰς γραφὰς, ὅσαι δηλοῦσι τὰ ὑπὸ τοῦ σωτῆρος ἱστορούμενα. οἱ γὰρ οἰκοδομοῦντες τοὺς τάφους τῶν προφητῶν, καὶ κοσμοῦντες τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων, καταγνόντες τῶν ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων εἰς τοὺς δικαίους καὶ εἰς τοὺς προφήτας τετολμημένων, φασίν· εἰ [2] ἦμεν ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἦμεν κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν. λεγέτω τις οὖν ἡμῖν, ποίων προφητῶν ἐν τῷ αἵματι; [3] ποῦ γὰρ ἀναγέγραπταί τι τῶν τοιούτων περὶ Ἡσαΐου, ἢ Ἱερεμίου, ἢ τινος τῶν ιβ, ἢ τοῦ Δανιήλ; ἀλλὰ καὶ [4] περὶ τοῦ Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου φονευθέντος μετα-

A filio eorum qui hanc epiſtolam rejiciunt, ceu a Paullo non ſcriptam; adverſus quem aliis ſeorſum argumentis nobis opus eſt, ut illam Paulli eſſe demonſtremus. Adducam ergo in præſenti ex Evangelio quæ Jeſus Chriſtus de prophetis teſtatur, & hiſtoriam quæ ab ipſo quidem refertur, ſed in veteribus ſcripturis deſideratur, quoniam ipſe quoque iniquorum in Iſrael Judicum vituperium continet. Verba autem Salvatoris hæc ſunt: [a] *Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quoniam ædificatis ſepulcra Prophetarum, & ornatis monumenta juſtorum, & dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguine Prophetarum. Itaque teſtimonium eſtis vobiſ-* B *met ipſis, quia filii eſtis eorum qui Prophetas occiderunt. Et vos implete menſuras patrum veſtrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a judicio gehennæ? Ideo ecce mitto ad vos Prophetas, & Sapientes & Scribas. Ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de civitate in civitatem, ut veniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus qui effuſus eſt ſuper terram, a ſanguine Abel juſti, uſque ad ſanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare. Amen dico vobis, quia venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.* Et quod ſequitur, non diſcrepat a præcedentibus, & ſic habet: C *Jeruſalem, Jeruſalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta.* Videamus autem an non ſit heic dicendum vera quidem eſſe Salvatoris verba, ſed non reperiri ſcripturas, in quibus exſtent quæcumque ab ipſo narrantur. Nam qui ædificant ſepulcra Prophetarum, & ornant monumenta juſtorum, damnantes ea quæ ſeniores adverſus juſtos & Prophetas auſi ſunt, ajunt: *Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus eorum ſocii in ſanguine Prophetarum.* Dicat igitur nobis quiſpiam, in quorum Prophetarum ſanguine? U- D binam enim ſcriptum eſt aliquid hujuſmodi de Iſaia, vel Jeremia, vel aliquo ex duodecim, vel Daniele? Sed & Zachariam filium Barachiæ, oc-

[a] Matth. XXIII. 29-38.

1. Wetſtenius & codex Baſileenſis: *μνήματα ... εἰ ἤμεθα .... οὐκ ἂν ἤμεθα*. Infra Wetſtenius *ὡς μαρτυρεῖτε*.

2. Wetſtenius & codex Baſileenſis *ἤμεθα ..... οὐκ ἂν ἤμεθα*.

3. *Ποῦ γάρ ἀναγέγραπταί τι τῶν τοιούτων*, &c.] Mirum, *inquit Wetſtenius*, eo uſque prodiiſſe Origenem: quaſi vero nihil in ſcripturis veteris teſtamenti legeretur de occiſione Prophetarum, & eorum perſecutionibus ipſa morte acerbioribus. Non enim verba Salvatoris preſſe ſunt ſumenda: alias ſequeretur a ſolis Jeroſolymitanis occiſos omnes prophetas, ac, (ſi quidem ulterius torquere verba E lubeat) uno mortis genere, lapidatione. Hinc Stephanus in Actis perſecutionem & occiſionem conjungit: Paullus vero 1. Theſſ. 2. 15. tantum de perſecutionibus loquitur. Perſecutionem Moſis vide Exod. XVII. 4. Num. XIV. 10. Davidis cum occiſione ſacerdotum a Saule perpetrata 1. Reg. XXII. Prophetæ ex Juda 3. Reg. XIII. 4. Occiſionem Prophetarum a Jezabele commiſſam 3. Reg. 18. 4. & cap. 19. ℣. 10. Perſecutiones Eliæ 3. Reg. 19. 2. & 4. Reg. 1. 19. Michæ 3. Reg. 22. ℣. 24. 26. Eliſei 4. Reg. 6. ℣. 31. 32. Hanani 2. Paralip. 16. 10. Alterius Prophetæ in Juda 2. Paralip. 25. 16. Prophetarum ſub poſtremis regibus Judæ 2. Paralip. XXXVI. 16. Iſaiæ, *Iſai.* LVII. 4. Jeremiæ, *Jerem.* XV. 10. XX. 2. XXXVIII. 6. XLIII. 1. Ezechielis, *Ezech.* III. 25. Danielis, *Dan.* VI. 16. Amos, *Am.* VII. 11. &c. Occiſionem Prophetarum per Manaſſem 4. Reg. XXI. 10. 16. Zachariæ filii Joiadæ, 2, Paralip. XXIV. 21. Sed cum bona Wetſtenii venia dixerim ego nihil hæc loca nocere Origenis argumento, quo tantum contendit genus mortis duodecim Prophetarum nullibi in ſcripturis canonicis veteris teſtamenti commemorari, licet veriſimile ei videretur de his duodecim præcipue loqui Chriſtum, cum Judæos hæc inducit dicentes: *Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus ſocii eorum in ſanguine Prophetarum.*

4. *Περὶ τοῦ Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου.*] Tom. XI. in Matthæum explicans illud Hebr. 11. 37. *Lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt*, ait: *τὸ, ἐπρίσθησαν, ἐπὶ τὸν Ἡσαΐαν ἀναφέρεται· ὥσπερ τὸ, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον, ἐπὶ τὸν Ζαχαρίαν φονευθέντα μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ὡς ὁ σωτὴρ ἐδίδαξε μαρτυρῶν, ὡς οἶμαι, γραφῇ, μὴ φερομένῃ μὲν ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ δεδημευμένοις βιβλίοις, εἰκὸς δ᾽ ὅτι ἐν ἀποκρύφοις φερομένῃ.* „ Illud, *ſecti ſunt*, ad Iſaiam refertur: quemad„ modum illud, *in occiſione gladii mortui ſunt*, ad Zacha„ riam occiſum inter templum & altare, ſicut Salvator „ docuit; teſtimonio ſuo, opinor, confirmans ſcripturam „ in communibus quidem & publicis libris non divulga„ tam; in apocryphis autem libris, ut veriſimile eſt, ex„ ſtantem. „ Tom. 17. in eumdem Matth. hunc Zachariam diſtinguit ab Azaria filio Joiadæ de quo 2. Paral. 24. 20. 21. 22. *ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὡς Ζαχαρίαν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου· ὃν δὲ ἐλιθοβόλησαν, ὡς τὸν Ἀζαρίαν υἱὸν τοῦ Ἰωδαὲ τὸν ἱερέα, καθάπερ γέγραπται ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν παραλειπομένων.* „ Alium autem, quemadmodum inter „ templum & altare Zachariam, occiderunt; illum vero „ lapidibus obtriverunt, ut Azariam filium Joiadæ ſacer„ dotem, quemadmodum in altero Paralipomenon libro „ traditum eſt. „ Azariam filium Joiadæ hoc loco nominat ſecutus LXX. editionem, quæ in majori exemplarium

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

ξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ἀπὸ μὲν Ἰησοῦ με- A μαθήκαμεν, ἀπ' οὐδεμίας δὲ ἄλλης γραφῆς ἔγνωμεν. διὸ οὐδὲν οἶμαι ἄλλο οἰκονομεῖσθαι, ἢ τοὺς νομιζομένους σοφοὺς, καὶ ἄρχοντας, καὶ πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ ὑπεξελεῖν τὰ τοιαῦτα, ὅσα περιεῖχεν αὐτῶν κατηγορίαν παρὰ τῷ λαῷ. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἀληθῆ τυγχάνουσαν τὴν περὶ Σωσάνναν ἐπιβουλευθεῖσαν ὑπὸ ἀκολάστων πρεσβυτέρων ἱστορίαν, οἱ μὴ μακρὰν τυγχάνοντες τῆς προαιρέσεως τῶν πρεσβυτέρων ἐκείνων, ἐξέκλεψαν, καὶ ὑφεῖλον ἀπὸ τῶν γραφῶν. καὶ ἐν ταῖς πράξεσι δὲ τῶν ἀποστόλων ὁ Στέφανος [1] μαρτυρῶν ἐπὶ πολλοῖς, καὶ ταῦτα λέγει· τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες ὑμῶν; καὶ ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαντας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου· οὗ νῦν ὑμεῖς προδόται καὶ φονεῖς ἐγένεσθε. ἀληθεύειν μὲν B γὰρ τὸν Στέφανον πᾶς ὁστισοῦν τῶν προσιεμένων τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων ὁμολογήσει· ἀποδεῖξαι δὲ καὶ ἀπὸ τῆς παλαιᾶς διαθήκης, πῶς εὐλόγως μέμφεται τοῖς πατράσι τῶν εἰς τὸν Ἰησοῦν ἀπιστούντων, ὡς διώξασι τοὺς προφήτας καὶ ἀποκτείνασιν, οὐ δυνατὸν ἀπὸ τῶν φερομένων βιβλίων τῆς [2] καινῆς διαθήκης. καὶ ὁ Παῦλος ἐν τῇ προτέρᾳ τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολῆς ταῦτα περὶ Ἰουδαίων μαρτυρῶν, φησιν· ὑμεῖς γὰρ μιμηταὶ ἐγενήθητε τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, τῶν οὐσῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὅτι καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ ἐπάθετε [3] ὑπὸ τῶν ἰδίων συμφυλετῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, τῶν καὶ τὸν κύριον ἀποκτεινάντων, καὶ τοὺς προφήτας, καὶ ἡμᾶς [4] ἐκδιωξάντων, καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων, καὶ πᾶσιν C ἀνθρώποις ἐναντίων· κωλυόντων ἡμᾶς τοῖς ἔθνεσι λαλῆσαι, ἵνα σωθῶσι. καὶ οἶμαι δὲ ἀποδεδειχέναι ἐν τοῖς προκειμένοις, ὅτι οὐδὲν [5] ἄτοπόν ἐστι, γεγονέναι μὲν τὴν ἱστορίαν, καὶ τὴν μετὰ πολλῆς ἀκολασίας ὠμότητα τετολμῆσθαι τοῖς τότε πρεσβυτέροις κατὰ τῆς Σωσάννης, καὶ γεγράφθαι μὲν προνοίᾳ τοῦ πνεύματος, ὑπεξαιρεῖσθαι δὲ, ὡς ἂν εἴποι τὸ πνεῦμα, ὑπὸ τῶν ἀρχόντων Σοδόμων.

Πρὸς τούτοις ἔφασκες, ὅτι ὁ Δανιὴλ ὑπὸ μὲν τῆς γραφῆς ταύτης λέγεται πνεύματι ληφθεὶς ἐκβεβοηκέναι, ὡς ἀδίκως ἡ ἀπόφασις [6] ἔχοι, ἡ δὲ φερομένη ὁμολογουμένως ὑπ' αὐτοῦ γραφὴ, ἄλλῳ τρόπῳ περιέχει αὐτὸν προφητεύοντα, τουτέστιν ὁράμασι, καὶ ὀνείροις, D καὶ ἀγγέλου ἐπιφανείᾳ· οὐδαμοῦ δὲ ἐπιπνοίᾳ προφητικῇ. σὺ δέ μοι ἔοικας μὴ πάνυ τετηρηκέναι τό· πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως πάλαι τὸν Θεὸν λελαληκέναι τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις, οὐ μόνον ἐν τοῖς πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καθ' ἕνα. παρατηρήσας δὲ εὑρήσεις τοῖς αὐτοῖς ἁγίοις καὶ ἐνύπνια γενόμενα θεῖα καὶ ἐπιφανείας ἀγγελικὰς, καὶ ἐπιπνοίας. ἀρκεῖ δὲ ἐπὶ τοῦ

cisum esse inter templum & altare a Jesu quidem didicimus; ex nulla autem alia scriptura cognovimus. Quamobrem nihil antiquius fuisse puto iis qui sapientes audiebant, & principibus senioribusque populi, quam ut ea adimerent quæ sui accusationem ad populum continebant. Nihil igitur mirum si Susannæ etiam cui libidinosi seniores insidiati sunt, historiam licet veram ii qui a proposito illorum non multum aberant, suffurati sunt, & subtraxerunt e scripturis. In Actibus quoque Apostolorum Stephanus præter plurima de quibus testatur, hæc etiam ait [a]: *Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? & occiderunt eos qui prænuntiabant de adventu justi, cujus nunc vos proditores & homicidiæ fuistis.* Vera dicere Stephanum fatebitur quicumque recipit Acta Apostolorum: quomodo autem patres eorum qui in Christum non crediderunt, merito criminetur ut persequutores & homicidas Prophetarum, id demonstrari nequit ex veteris Testamenti libris. Sic & Paullus in priori ad Thessalonicenses epistola hæc de Judæis testatur [b]: *Vos imitatores facti estis ecclesiarum Dei quæ sunt in Judæa in Christo Jesu: quia eadem passi estis & vos a contribulibus vestris, sicut & ipsi a Judæis, qui & Dominum occiderunt Jesum, & Prophetas & nos persecuti sunt: & Deo non placent, & omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos Gentibus loqui, ut salvæ fiant.* His exemplis arbitror me ostendisse, nihil repugnare quominus hæc historia contigerit, & quæ libidinose simul & crudeliter adversus Susannam perpetrarunt seniores qui tunc erant, ea quidem providente Spiritu scripta sint, sed postmodum a principibus [c] Sodomorum (ut dixerit idem Spiritus) clam sublata.

X. Præterea ajebas Danielem in hac scriptura dici Spiritu correptum exclamasse iniquam esse sententiam; in illa vero de qua nullus ambigit quin illius sit, exhiberi alio modo prophetantem, id est, post visa, somnia, atque Angeli *apparitionem*, nullibi autem ex inspiratione prophetica. At tu mihi videris non admodum observasse [d] *multifariam multisque modis olim* Deum *patribus* loquutum esse *in Prophetis*, non solum omnibus, sed & singulis. Si autem observaveris, invenies iisdem sanctis & divina obtigisse somnia, & apparitiones angelicas, & inspirationes. Satis est autem in præsenti adhibere pro testimonio

a Act. VII. 52. b I. Thess. II. 14-16. c Is. I. 10. d Heb. I. 1.

parte habebat Azariam, non, Zachariam. Tractatu 26. in caput 23. Matthæi, filium Joiadæ non Azariam, sed Zachariam diserte vocat, secutus nimirum Hebraicam veritatem. Ibidem Zachariam filium Barachiæ de quo loquitur Salvator, negat *unum fuisse ex prophetis duodecim, quorum scripta habemus in manibus: sed Zachariam*, inquit, *dicit patrem Joannis: de quo per scripturas quidem canonicas ostendere non possumus, nec quoniam filius fuit Barachiæ, nec quia Scribæ & Pharisæi interfecerunt eum inter templum & altare. Sed venit ad nos quædam traditio talis, quasi sit aliquis locus in templo ubi virginibus quidem consistere licet, & orare Deum: expertæ autem thorum virilem, non permittebantur in eo consistere. Maria autem postquam genuit Salvatorem, ingrediens adorare, stetit in illo virginum loco: prohibentibus autem eis qui noverant eam jam filium genuisse, Zacharias stetit, atque dixit prohibentibus eam, quoniam digna est virginum loco cum sit adhuc virgo. Ergo quasi manifestissime Zachariam adversus legem agentem, & in loco virginum permittentem stare mulierem, occiderunt inter templum & altare viri generationis illius.* Perplacet Huetio sententia Hieronymi, qui Zachariam Barachiæ illum, de quo Matth. 23. 35. eumdem esse sciscit, qui Zacharias Joiadæ filius; ad id hebraico Nazaræorum codice adductus, in quo pro Barachiæ nomine, Joiadæ nomen reperiebatur. Mihi vero satis arridet Hugonis Grotii opinio qui censet ita heic Christum alludere ad veterem historiam, ut simul insit ejus verbis futuri præsagium. Nam virorum bonorum atque insignium ultimus ab Hierosolymitis trucidatus, & quidem in ipso templo, dictus fuit *Zacharias*, & quidem filius *Baruch*; sive *Barachiæ*, is de quo Josephus lib. 5. de bello, seu E lib. 4. c. 19. in græco p. 883.

1. Wetstenius: μαρτυρῶν ταῦτα λέγει ἐπὶ πολλοῖς. Sed codex Regius ut in nostro textu.

2. Καινῆς.] Omnino legendum ἐκείνης. Neque enim verisimile est Origenem qui Stephani verba laudavit, eodem temporis puncto negare hæc in novo testamento reperiri. Non ergo ex novo, sed ex illo de quo supra, nempe veteri testamento negat demonstrari posse quæcumque martyr Stephanus Judæis exprobrat. Paullo post codex Regius τῆς πρὸς Θεσσαλονικεῖς ἐπιστολῆς. Apud Wetstenium deest, ἐπιστολῆς.

3. Wetstenius: ἀπὸ τῶν ἰδίων.

4. Idem: διωξάντων.

5. Idem: σύντομον, corrupte: & paullo post τετολμῆσθαι τοῖς τότε.

6. Codex Basileensis, ἔχει.

παρόντος μαρτυρίαις χρήσασθαι τοῖς περὶ τοῦ [1] Ιακὼβ γεγραμμένοις· ὃς περὶ μὲν θείων ἐνυπνίων τοιαῦτα διηγεῖται· καὶ ἐγένετο, ἡνίκα ἐνεκίσσων τὰ [2] πρόβατα, καὶ εἶδον ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου αὐτὰ ἐν ὕπνῳ· καὶ ἰδοὺ οἱ τράγοι, καὶ οἱ κριοὶ ἀναβαίνοντες ἦσαν ἐπὶ τὰ πρόβατα, καὶ τὰς αἶγας, διάλευκοι, καὶ ποικίλοι καὶ σποδοειδεῖς ῥαντοί. καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνον· Ιακώβ. ἐγὼ δὲ εἶπον· τί ἐστι; καὶ εἶπεν, ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου, καὶ ἴδε τοὺς τράγους, καὶ τοὺς κριοὺς ἀναβαίνοντας ἐπὶ τὰ πρόβατα, καὶ τὰς αἶγας, διαλεύκους, καὶ ποικίλους, καὶ σποδοειδεῖς ῥαντούς· ἑώρακα γὰρ ὅσα σοι Λάβαν ποιεῖ· ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὁ ὀφθείς σοι ἐν τόπῳ Θεοῦ, οὗ ἤλειψάς μοι ἐκεῖ στήλην, καὶ ηὔξω μοι ἐκεῖ εὐχήν· νῦν οὖν ἀνάστηθι καὶ ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς ταύτης, καὶ ἄπελθε εἰς τὴν γῆν τῆς γεννήσεώς σου. περὶ δὲ ἐπιφανείας ὕπαρ κρείττονος ταῦτα περὶ αὐτοῦ εἴρηται· ὑπελείφθη δὲ Ιακὼβ μόνος· καὶ ἐπάλαιεν ἄνθρωπος μετ' αὐτοῦ, ἕως πρωΐ. εἶδε δὲ ὅτι οὐ δύναται πρὸς αὐτὸν, καὶ ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μηροῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνάρκησε τὸ πλάτος τοῦ μηροῦ Ιακὼβ, ἐν τῷ παλαίειν αὐτὸν μετ' αὐτοῦ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀπόστειλόν με· ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος. ὁ δὲ εἶπεν· οὐ μή σε ἀποστείλω, ἐὰν μή με εὐλογήσῃς. εἶπε δὲ αὐτῷ· τί τὸ ὄνομά σου; ὁ δὲ εἶπεν, Ιακώβ. εἶπε δὲ αὐτῷ· οὐ κληθήσεται ἔτι τὸ ὄνομά σου Ιακὼβ, ἀλλ' Ισραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατός. ἠρώτησε δὲ Ιακὼβ, καὶ εἶπεν· ἀνάγγειλόν μοι τὸ ὄνομά σου. καὶ εἶπεν· ἵνα τί τοῦτο ἐρωτᾷς τὸ ὄνομά μου; καὶ εὐλόγησεν αὐτὸν ἐκεῖ. καὶ ἐκάλεσεν Ιακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, εἶδος Θεοῦ· εἶδον γὰρ Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη μου ἡ ψυχή. ἀνέτειλε δὲ ὁ ἥλιος, ἡνίκα παρῆλθε τὸ εἶδος τοῦ Θεοῦ. ὅτι δὲ καὶ ἐξ ἐπιπνοίας προφητεύει, δῆλον ἐκ τούτων· ἐκάλεσε δὲ Ιακὼβ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ καὶ εἶπεν· συνάχθητε, ἵνα ἀπαγγείλω ὑμῖν τί ἀποβήσεται ὑμῖν ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν· ἀθροίσθητε καὶ ἀκούσατε υἱοὶ Ιακὼβ, ἀκούσατε Ισραὴλ τοῦ πατρὸς ὑμῶν· Ρουβὶμ πρωτότοκός μου, σὺ ἰσχύς μου, καὶ ἀρχὴ τέκνων μου, σκληρὸς φέρεσθαι καὶ σκληρὸς αὐθάδης· ἐξύβρισας, ὡς ὕδωρ, μὴ ἐκζέσῃς· ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου, τότε ἐμίανας τὴν στρωμνὴν, οὗ ἀνέβης. ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς λοιποὺς αἱ εὐλογίαι προφητεῖαι οὖσαι ἐξ ἐπιπνοίας εἴρηνται. οὐδὲν τοίνυν θαυμαστὸν καὶ τὸν Δανιὴλ, ὁτὲ μὲν ἐξ ἐπιπνοίας [3] λελαληκέναι τὸν κατὰ τῶν πρεσβυτέρων ἔλεγχον· ὁτὲ δὲ ἐνυπνίοις, ὡς καὶ σὺ φῂς, ἢ ὁράσει τι, καὶ ἄλλοτε γεγονέναι αὐτῷ ἀγγέλου ἐπιφάνειαν.

Τά γε μὴν ἄλλα σου ἐπαπορήματα ἐδόκει μοι ἀσεμνότερον εἰρῆσθαι, καὶ οὐκ ἔχεσθαι τῆς πρεπούσης σοι εὐλαβείας· οὐ χεῖρον δὲ θεῖναι τὸ αὐταῖς λέξεσιν ὑπὸ σοῦ γεγραμμένον οὕτως· ἔπειτα [4] μετὰ τὸ θαυμασίως πως οὕτως ἀποφθέγξασθαι, καὶ παραδοξότατά πως αὐτοὺς ἀπελέγχει· ὡς οὐδὲ Φιλιστίων ὁ μῖμος· οὐ γὰρ ἐξήρκει ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἐπίπληξις· ἀλλ' ἰδίᾳ διαστήσας ἑκάτερον αὐτῶν, ἐρωτᾷ ποῦ θεάσαιτο αὐτὴν μοιχωμένην. ὡς δὲ ὁ μὲν ὑπὸ πρῖνον ἔφασκεν, ἀποκρίνεται πρίσειν αὐτὸν τὸν ἄγγελον· τῷ δὲ ὑπὸ σχῖνον εἰρηκότι, σχισθῆναι παραπλησίως ἀπειλεῖ. ὥρα γὰρ παραβάλλειν ἄλλο τούτῳ παραπλήσιον εἰρημένον ἐν τῇ τρίτῃ τῶν βασιλειῶν, ὅπερ καὶ αὐτὸς ὁμολογήσεις ὑγιῶς ἀναγεγράφθαι, τῷ Φιλιστίωνος μίμῳ. ἔχει δὲ οὕτως ἡ ἀπὸ τῶν βασιλειῶν λέξις· τότε ὤφθησαν δύο γυναῖκες πόρναι τῷ

A ea quæ scripta sunt de Jacob, qui de divinis somniis hæc narrat : [a] *Et factum est, cum oves coitum appeterent, & vidi oculis meis eas in somno : & ecce hirci & arietes ascendebant super oves & capras, albi & varii, fusci & maculosi. Et dixit mihi Angelus Dei in somno, Jacob. Ego autem dixi, quid est? Et dixit : Aspice oculis tuis, & vide hircos & arietes ascendentes super oves & capras, albos, varios, fuscos & maculosos. Vidi enim quæcumque tibi facit Laban. Ego sum Deus, qui apparui tibi in loco Dei, ubi unxisti mihi columnam, & votum mihi vovisti. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac, & abi in terram generationis tuæ.* Quod attinet autem ad apparitionem quæ visione præstantior est, hæc de illo dicta sunt [b] : *Remansit autem Jacob solus, & luctabatur homo cum ipso usque ad mane. Vidit autem quod non prævaleret adversus eum, & tetigit latitudinem femoris ejus, & emarcuit latitudo femoris Jacob, dum luctaretur cum eo. Et dixit ei : Dimitte me; ascendit enim aurora. Ille vero dixit : Non dimittam te, nisi mihi benedixeris. Ait illi : Quod est nomen tuum? ille dixit, Jacob. Dixit illi : Non vocabitur amplius nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum, quoniam fortis fuisti cum Deo, & cum hominibus potens. Interrogavit autem illum Jacob, & dixit : Annuntia mihi nomen tuum. Et respondit : Cur rogas nomen meum? Et benedixit ei illic. Et vocavit Jacob nomen loci illius, Visionem Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem, & salva facta est anima mea. Ortus est autem sol, quando pertransiit visio Dei.* Quod vero etiam ex inspiratione prophetet, ex his est perspicuum [c] : *Vocavit autem Jacob filios suos, & dixit : Congregamini, ut annuntiem vobis quæ ventura sunt vobis in novissimis diebus. Congregamini, & audite filii Jacob, audite Israel patrem vestrum. Ruben primogenitus meus, tu virtus mea, & initium filiorum meorum : durus ad ferendum, durus & arrogans; injuriosus fuisti, tamquam aqua ne effervescas. Ascendisti enim cubile patris tui : tunc maculasti stratum, in quod ascendisti.* Similiter & reliquis impertitæ benedictiones, quæ prophetiæ sunt, ex inspiratione prolatæ sunt. Nihil igitur mirum, Danielem quoque interdum ex inspiratione loquutum esse, ut cum seniores reprehendit, interdum post insomnia, ut tute ais, vel visiones; alias vero Angeli apparitionem ei obtigisse.

XI. Aliæ tuæ dubitationes indecentius a te propositæ mihi visæ sunt, nec satis sapere eam quæ te decet, pietatem. Satius fuerit quod a te scriptum est, iisdem verbis apponere : *Deinde postea quam mirabiliter sic exclamavit, insolito prorsus illos redarguit modo, quo ne Philistion quidem mimus utetur. Neque enim satis ei fuit afflante spiritu illos objurgasse, sed utrumque alterum ab altero disjunctum seorsum interrogat ubinam viderit eam mœchantem. Cumque alter sub* πρίνῳ (ilice) *diceret; respondet* πρίσειν (secturum) *eum Angelum; alteri vero sub* σχίνῳ (lentisco) *dicenti, similiter minitatur eum* σχισθῆναι, *id est scissum iri.* Tempus est ut etiam cum Philistionis mimo compares aliud non absimile e libro tertio Regnorum, quod tamen & ipse fateberis recte fuisse litteris mandatum. En verba :

a Gen. XXXI. 10-13. b Ibid. XXXII. 24-31. c Ibid. XLIX. 1-4.

1. Codex Wetstenianus : Ιωακὶμ, male.
2. Idem : Πράγματα, perperam.
3. Wetstenius λελαληκέναι ὡς τὸν, sed in mss. deest ὡς.
4. Μετὰ, deest apud Wetstenium, sed reperitur in codice regio. Infra Wetstenius : οὐδ' ὡς Φιλιστίωνος μῖμος, sed codex Reg. ut in nostro textu.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

βασιλεῖ, καὶ ἔστησαν ἐνώπιον αὐτοῦ· καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ ἡ μία· ἐν ἐμοὶ κύριέ μου· ἐγὼ καὶ ἡ γυνὴ αὕτη οἰκοῦμεν ἐν οἴκῳ ἑνὶ, καὶ ἐτέκομεν ἐν τῷ οἴκῳ· καὶ ἐγενήθη ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ τεκούσης μου, καὶ ἔτεκε καὶ ἡ γυνὴ αὕτη· καὶ ἡμεῖς κατὰ τὸ αὐτό. οὐκ ἔστιν οὐδὲ εἷς ἐν τῷ οἴκῳ ἡμῶν, πάρεξ ἀμφοτέρων ἡμῶν ἐν τῷ οἴκῳ. καὶ ἀπέθανεν ὁ υἱὸς τῆς γυναικὸς ταύτης τὴν νύκτα, ὡς ἐπεκοιμήθη ἐπ' αὐτόν· καὶ ἀνέστη μέσης τῆς νυκτὸς· καὶ ἔλαβε τὸν υἱόν μου ἐκ τῶν ἀγκαλῶν μου· καὶ ἡ δούλη σου ὕπνου. καὶ ἐκοίμισεν αὐτὸν ἐν τῷ κόλπῳ αὐτῆς, καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν τεθνεῶτα ἐκοίμισεν ἐν τῷ κόλπῳ μου. καὶ ἀνέστην τὸ πρωῒ θηλάσαι τὸν υἱόν μου· κἀκεῖνος ἦν τεθνηκώς. καὶ ἰδοὺ κατενόησα αὐτὸν τὸ πρωῒ, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν ὁ υἱός μου ὃν ἔτεκον. καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ ἡ ἑτέρα, οὐχί· ἀλλ' ὁ υἱός σου ἐστὶν ὁ νεκρὸς, ὁ υἱὸς δὲ ὁ ἐμὸς ὁ ζῶν. ἡ δὲ ἄλλη καὶ αὐτὴ ἔλεγεν· οὐχὶ, ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν· ὁ δὲ υἱός σου ὁ τεθνηκώς. καὶ ἐλάλησαν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως, καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς αὐταῖς· σὺ λέγεις, οὗτός μου ὁ υἱὸς ὁ ζῶν, καὶ ὁ υἱὸς ταύτης ὁ τεθνηκώς. καὶ σὺ λέγεις· οὐχὶ, ἀλλ' ὁ υἱός μου ὁ ζῶν· ὁ δὲ υἱός σου ὁ τεθνηκώς. καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· λάβετέ μοι μάχαιραν· καὶ προσήνεγκαν τὴν μάχαιραν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως· καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς, διέλετε τὸ παιδίον τὸ ζῶν εἰς δύο, καὶ δότε τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ταύτῃ, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ ταύτῃ. καὶ ἀπεκρίθη ἡ γυνὴ ἧς ὁ υἱὸς ἦν ὁ ζῶν πρὸς τὸν βασιλέα, ὅτι ἐταράχθη ἡ μήτρα αὐτῆς ἐν τῷ υἱῷ αὐτῆς· καὶ εἶπεν, ἐν ἐμοὶ κύριε· δότε αὐτῇ τὸ παιδίον τὸ ζῶν, καὶ θανάτῳ μὴ θανατώσητε αὐτό. καὶ αὕτη εἶπε· μήτε ἐμοὶ, μήτε αὐτῇ ἔστω, διέλετε· καὶ ἀπεκρίθη ὁ βασιλεὺς, καὶ εἶπε· δότε τὸ παιδίον τῇ εἰπούσῃ· δότε αὐτῇ τοῦτο, καὶ θανάτῳ μὴ θανατώσητε αὐτὸ, αὕτη γὰρ μήτηρ αὐτοῦ. καὶ ἤκουσε πᾶς Ἰσραὴλ τὸ κρίμα ὃ ἔκρινεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐφοβήθησαν ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως, ὅτι εἶδον ὅτι φρόνησις Θεοῦ ἐν αὐτῷ τοῦ ποιεῖν δικαίωμα. εἴπερ γὰρ χρὴ περὶ τῶν φερομένων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἀποφαίνεσθαι χλευαστικῶς, μᾶλλον τὴν περὶ τῶν δύο ἑταιρῶν ἱστορίαν τῷ Φιλιστίωνος μίμῳ, ἢ τὴν περὶ τῆς σεμνῆς Σωσάννης ὁμοιῶσαι ἐχρῆν. καὶ ὥσπερ οὐκ ἤρκει πρὸς πειθὼ τοῦ λαοῦ τὸ εἰπεῖν Σολομῶντα· δότε τῇδε τὸ ζῶν παιδίον· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ μήτηρ αὐτοῦ· οὕτως οὐκ ἤρκει ἡ πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους ἐπίπληξις τοῦ Δανιὴλ, μὴ προσπαραλαμβανομένου τοῦ ἐκ στόματος αὐτῶν ἐλέγχου· εἰπόντων μὲν ὑπό τι δένδρον αὐτὴν ἑωρακέναι κοιμωμένην μετὰ τοῦ νεανίσκου, μὴ μὴν συμφωνησάντων περὶ τοῦ τί δένδρον ἦν. καὶ ἐπείπερ, ὡς καταλαβὼν ἔφασκες, ἐξ [1] ἐπιπνοίας τὸν Δανιὴλ κεκρικέναι τὰ περὶ τοὺς πρεσβυτέρους, τάχα μὲν οὕτως ἐλέγχοντα, τάχα δὲ ἑτέρως· πρόσχες· καὶ ταῦτα παραπλήσια δοκεῖ μοι εἶναι τὰ κατὰ τὸν Δανιὴλ τῇ κρίσει τοῦ Σολομῶντος· περὶ οὗ μαρτυρεῖ ἡ γραφὴ, ὅτι εἶδεν ὁ λαὸς, ὅτι φρόνησις Θεοῦ ἐν αὐτῷ τοῦ ποιεῖν δικαίωμα. τοῦτο ἂν δύναιτο λέγεσθαι καὶ περὶ τοῦ Δανιήλ· ὅτι φρονήσεως οὔσης ἐν αὐτῷ [2] τοῦ ποιεῖν δικαίωμα, ἐκρίθη τὰ ἀναγεγραμμένα περὶ τῶν πρεσβυτέρων.


[a] *Tunc apparuerunt duæ mulieres meretrices Regi, & steterunt coram ipso. Et dixit mulier una: In me domine mi. Ego & mulier hæc habitabamus in domo una, & peperimus domi. Et factum est tertia die postquam ego peperi, peperit & hæc mulier. Et nos simul. Nemo erat in domo nostra præter nos ambas. Et mortuus est filius mulieris hujus noctu, quoniam dormivit super eum. Et surrexit media nocte, & sumsit filium meum ex ulnis meis. Et ego ancilla tua dormiebam. Et transtulit eum in sinum suum, & filium suum mortuum transtulit in sinum meum. Et surrexi mane, ut lactarem filium meum: & ille erat mortuus. Et ecce consideravi eum mane: & ecce non erat filius meus, quem pepereram. Et dixit mulier altera, Non; sed filius tuus est mortuus; filius autem meus est qui vivit. Altera vero ipsa quoque dixit, Non; sed filius meus est qui vivit, filius autem tuus mortuus est. Et locutæ sunt coram Rege, & dixit Rex eis: Tu dicis: hic est filius meus qui vivit, & filius istius est mortuus. Et tu dicis: Non, sed filius meus est qui vivit, filius autem tuus mortuus est. Et dixit Rex: Accipite mihi gladium, & attulerunt gladium coram Rege. Et dixit Rex: Dividite infantem vivum in duas partes, & date dimidium ejus huic, & dimidium ejus illi. Et respondit Regi mulier cujas filius erat vivus (commota sunt enim viscera ejus in filio) dixitque: In me domine: date ei infantem vivum, & nolite interficere illum. Dixit altera: Nec mihi, nec isti sit: dividite. Et respondit Rex & dixit: Date infantem ei quæ dixit: date illi eum & nolite eum interficere: hæc enim mater ejus est. Et audivit omnis Israel judicium quod judicavit Rex, & timuerunt a facie Regis, quia viderunt prudentiam Dei esse in eo ad faciendum judicium.* Enimvero si liceret de iis quæ in ecclesiis feruntur pronuntiare cavillatorie, potius duarum meretricum, quam venerabilis Susannæ historia Philistionis mimo comparanda esset. Et quemadmodum ad populi persuasionem non satis erat ut diceret Salomon: *Date huic infantem vivum, hæc enim est mater ejus*; ita non sufficiebat seniores a Daniele increpari, nisi eos ex proprio ipsorum ore convicisset; cum ambo dicerent se sub arbore quadam illam vidisse cum juvene cubantem, nequaquam autem consentirent quænam esset arbor. Et quoniam, perinde ac si compertum haberes, dixisti Danielem ex inspiratione seniores judicasse, forte quidem sic convincentem, forte autem aliter, attende: etiam hæc quæ a Daniele gesta sunt, mihi videntur similia judicio Salomonis, de quo testatur scriptura vidisse populum sapientiam Dei in illo fuisse ad faciendum judicium. Hoc utique de Daniele dici possit, cum sapientia polleret ad faciendum judicium, ab ipso judicatos fuisse seniores eo quo scriptum est modo.

Καὶ τοῦτο δὲ μικροῦ δεῖν ἔλαθέ με, ἀναγκαῖον παρατεθῆναι περὶ τοῦ [3] πρίνου πρίσειν καὶ σχίνου σχίσειν· ὅτι καὶ ἐν ταῖς ἡμετέραις γραφαῖς κεῖνταί τινες οἱονεὶ ἐτυμολογίαι αἵ τινες παρὰ μὲν Ἑβραίοις οἰκείως ἔχουσι, παρὰ δὲ ἡμῖν οὐχ ὁμοίως. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, [4] ᾠκονομηκέναι τοὺς ἑρμηνεύσαντας τὰ περὶ τὴν Σω-

XII. Hoc etiam parum abfuit quin me fugeret, quod tamen necesse est ut adponam de lusu verborum πρῖνον πρίσειν, & σχῖνον σχίσειν: nempe in nostris scripturis quasdam exstare ceu etymologias quæ apud Hebræos quidem affinitatem inter se habent, sed apud nos non item. Nihil ergo mirum iis qui

[a] III. Reg. III. 16-28.

1. Wetstenius in textu ἐπινοίας, sed alii codd. mss. ἐπιπνοίας.
2. Wetstenius in textu: τῷ ποιεῖν. Paullo post μικροῦ δεῖν, ἔλαβέ με.
3. Idem, πρῖνον πρίσειν, καὶ σχῖνον σχίσειν· ὅτι ἐν ταῖς ἡμετέραις γραφαῖς κεῖνταί τινες οἱονεὶ ἐτυμολογίαι: sed alii codd. mss. rectius.
4. Ὠκονομηκέναι.] Similiter œconomiam tribuit LXX. Interpretibus homil. 16. in Jerem. ad locum Jerem. 16. 18. ἀνταποδώσω, φησὶ, πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας αὐτῶν, καὶ



σάνναν ἀνδρεῖν ἤτοι σύμφωνον τῷ ἑβραϊκῷ, [1] οὐ γὰρ πείθομαι, ἢ ἀνάλογον τῷ συμφωνοῦντι τῷ ἑβραϊκῷ ὄνομά τι παρώνυμον. πῶς δὲ ἐν τῇ ἡμετέρᾳ γραφῇ κεῖται τὸ τοιοῦτον, παραστήσομεν. φησὶν ὁ Ἀδὰμ ἐπὶ τῇ γυναικὶ οἰκοδομηθείσῃ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς πλευρᾶς τοῦ ἀνδρός· αὕτη κληθήσεται [2] γυνὴ, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. φασὶ δὲ οἱ Ἑβραῖοι [3] ἐσσὰ μὲν καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα· δηλοῦσθαι δὲ ἀπὸ τῆς λέξεως τὸ ἔλαβον· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ· χῶς [4] ἰσουὼθ ἐσσά· ὅπερ ἑρμηνεύεται· ποτήριον σωτηρίου λήψομαι· ἲς δὲ τὸν ἄνδρα· ὡς φανερὸν ἐκ τοῦ· Ἐσρὴ αἲς· ὅπερ ἐστί· μακάριος ἀνήρ. κατὰ μὲν οὖν Ἑβραίους [5] ἲς καὶ ἐσσὰ ἀνδρὸς, ὅτι ἀπὸ ἲς ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἑρμηνεύσαντάς τινας τὸ περὶ Σωσάννης ἑβραϊκὸν, ἐν ἀπορρήτοις, ὡς εἰκὸς, πάλαι παρ' αὐτοῖς κείμενον, καὶ παρὰ τοῖς φιλομαθεστέροις καὶ φιλαληθεστέροις σωζόμενον, ἤτοι κυρίως ἐκδεδωκέναι τὰ τῆς λέξεως, ἢ εὑρηκέναι τὸ ἀνάλογον τοῖς κατὰ τὸ ἑβραϊκὸν παρωνύμοις, ἵνα δυνηθῶμεν οἱ Ἕλληνες αὐτοῖς παρακολουθῆσαι. καὶ γὰρ ἐπ' ἄλλων πολλῶν ἐστιν εὑρεῖν οἰκονομικῶς [6] τινα ὑπὸ τῶν ἑρμηνευσάντων ἐκδεδομένα· ἅπερ ἡμεῖς τετηρήκαμεν συνεξετάζοντες πάσας τὰς ἐκδόσεις ἀλλήλαις.

A Susannæ historiam interpretati sunt, hanc fuisse curam, ut invenirent nomen aliquod derivatum quod aut cum hebræo consonaret, (non enim id pro certo habeo) aut cum consonante hebræo analogiam servaret. Quomodo autem in nostra scriptura istud reperiatur, exemplo ostendemus. Dicit Adam de muliere ædificata a Deo ex costa viri: [a] *Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro suo sumta est.* Dicunt autem Hebræi mulierem quidem vocari *Essa*, & ea voce significari quæ huic respondet, *Sumsi*, ut patet ex his: *Chos* ISUOTH [b] *Essa*, quod est, *Calicem salutaris sumam*; virum autem vocari *Is*, uti liquet ex istis: [c] *Esre ais*, quod est, *Beatus vir*. Secundum Hebræos igitur *IS* vir, & ESSA virago, quoniam hæc a viro suo sumta est. B Nihil ergo mirum interpretes quosdam hebraici de Susanna contextus quem olim in secretis, ut videtur, habebant, & qui apud doctiores & veritatis amantiores servabatur, vel proprie reddidisse verba, vel e[x]cogitasse quidpiam quod hebraicis responderet derivatis, ut possimus nos græci illos imitari. Nam & in multis aliis quædam invenire est prudenti consilio sic translata, quæ quidem nos observavimus, collatis inter se omnibus editionibus.

Πρὸς τούτοις ἐπαπορεῖς αὐταῖς λέξεσι, πῶς αἰχμάλωτοι ὄντες ἐν τῇ Βαβυλῶνι, [7] ἠστραγαλωμένοι, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι, ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ Ἰσραὴλ ἱστόρηται τῶν παίδων αὐτοῖς ἀποσπωμένων εἰς εὐνουχισμὸν, καὶ τῶν θυγατέρων εἰς παλλακὰς, [8] ὡς προπεφήτευτο, οἵδε περὶ θανάτου ἔκρινον, καὶ ταῦτα τῇ τοῦ βασιλέως αὐτῶν γενομένῃ γυναικὶ Ἰωακεὶμ, ὃν σύνθρονον πεποίητο ὁ Βαβυλώνιος βασιλεύς; εἰ δὲ οὐχ [9] οὗτος, ἄλλος δὲ τοῦ λαοῦ Ἰωακείμ· πόθεν τοιαύτη κατάλυσις αἰχμα-

XIII. Præterea hæc a te objiciuntur his verbis: *Quomodo qui Babylone captivi erant, qui talorum lusu væniebant, qui, ut de priori Israelis captivitate narratur,* C *in plateas projiciebantur insepulti, filiis eorum abreptis, ut eunuchi, & filiabus ut pellices essent, sicut a Prophetis prædictum erat, hi judicium mortis ferebant, & quidem contra uxorem regis sui Joakim quem throni sui consortem fecerat rex Babyloniorum? Quod si non fuit iste, sed alter ex plebe Joakim, undenam ca-*

a Gen. II. 23. *b* Psal. cxv. 13. *c* Psal. I. 1.

τὰ ἑξῆς. τὸ πρῶτον εἴτε μὴ νοήσαντες ἐξεῖλάν τινες τὸ γεγραμμένον, εἴτε καὶ οἰκονομήσαντες ἐξεῖλον οἱ ἑβδομήκοντα, θεὸς ἂν εἰδείη· ἡμεῖς μέντοιγε συγκρίνοντες ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν εὕρομεν κείμενον· καὶ ἀνταποδώσω πρῶτον διπλᾶς τὰς ἀδικίας. „Retribuam, *inquit*, primum duplices iniquitates eorum, &c. Illud, *Primum*, an imperiti id expunxerint e scriptura, an vero LXX. œconomia usi extinxerint, Deus novit. Nos quidem collatis reliquis editionibus invenimus in contextu: & reddam primum duplices iniquitates." Vide alias quas infra profert Origenes interpretum œconomias.

1. Vetstenius in textu habet, οὐ γὰρ πείθομαι ἀνάλογον εἶναι τῷ συμφωνοῦντι τῷ ἑβραϊκῷ ὀνόματι παρώνυμον. Sed præterquam quod altera lectio quam sequimur, reperitur in aliis mss. confirmatur insuper infra ab Origene dum ait historiæ Susannæ interpretes ἤτοι κυρίως ἐκδεδωκέναι τὰ τῆς λέξεως, ἢ εὑρηκέναι τὸ ἀνάλογον τοῖς κατὰ τὸ ἑβραϊκὸν παρωνύμοις.

2. Γυνή.] Videtur legendum λῆμμα vel λῆψις, id est, *assumtio*.

3. Ἐσσὰ μὲν καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα, &c.] Hieronymus in cap. 2. Osee, *Hebræorum lingua vocatur vir is; unde & uxor quæ de viro sumta est* issa, *quasi a viro, virago*. Idem in quæst. Hebr. in Genesim: *Hæc vocabitur mulier, quoniam ex viro sumta est. Non videtur in græco & in latino sonare, cur mulier appelletur, quia ex viro sumta sit; sed etymologia in hebræo sermone servatur. Vir quippe vocatur* is איש, & *mulier* issa אשה. *Recte igitur ab* Is *appellatur mulier* Issa. *Unde Symmachus pulchre etymologiam etiam in græco voluit custodire dicens, αὕτη κληθήσεται ἀνδρὶς, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη αὕτη. Quod nos latine possumus dicere:* Hæc vocabitur Virago, quia ex viro sumta est. *Porro Theodotio aliam etymologiam suspicatus est, dicens:* Hæc vocabitur Assumtio, quia ex viro sumta est. *Potest quippe* Issa, *secundum varietatem accentus, & Assumtio intelligi.* Jam vero cum Origenes mulieris nomen Issa, perinde atque Theodotio deducat a radice נשא λαμβάνω, ut sua ipsi ratiocinatio constet, & aliqua etymologia in verbis græcis servetur, locum Geneseos 2. 23. quem paullo antea laudavit, sic debuit legere αὕτη κληθήσεται λῆμμα vel λῆψις, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη. Ut ut est, quod ait Hieronymus posse *Issa* secundum varietatem accentus, & *assumtionem* intelligi, id verissimum est, si אשה deducatur ex D כשה vel כשא *sumsit, assumsit*; nam per *varietatem accentus*, nihil aliud intelligit sanctus Doctor, quam variam litteræ ש pronuntiationem. Quamobrem dicendum est Theodotionem, si παρωνυμίαν hebraicam proprie reddere voluit, tam τὸ, λῆμμα, quam τὸ, ἐλήφθη, ex unica radice כשה vel כשא deduxisse, prorsus neglecto præterito passivo sequenti ולקחה. Verum longe mihi verisimilius est illum παρωνυμίαν, quæ in textu hebraico est, non proprie reddere voluisse, sed œconomice aliam longe diversam excogitasse, Issa λῆμμα, *assumtionem* interpretando, ut luderet cum τῷ, ἐλήφθη, *sumta est* quo verbo exprimitur ולקחה.

4. Ἰσουώθ.] Sic omnes habent codd. mss. Male autem Wetstenii codex Ἰσουάθ.

5. Ἲς καὶ ἐσσὰ ἀνδρός.] Forte legendum, uti conjicit Wetstenius, ἲς ἀνὴρ, καὶ ἐσσὰ ἀνδρὶς, ut servetur verborum lusus a Symmacho excogitatus. Paullo post codex Wetstenii perperam habet: οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἑρμηνεῦσαι τὰς τινὰς τὸ, recte autem alii mss. ut in nostro textu.

6. Nostri mss. τινά, Wetstenii codex τά.

7. Ἠστραγαλωμένοι.] Wetstenii codex ἀστραγαλώμενοι. Notum est ἀστράγαλον & ἀστραγαλίζω, *Talos*, & *lusum Talorum* significare. Notum etiam, tempore captivitatis, Judæos tamquam abjectissima mancipia habitos, modo *sortibus jactis*, modo *pro vino* distractos fuisse. Vide Joel III. 3. & Abdiam ℣. 11. Ergo participium istud ἠστραγαλω- E μένοι non male videtur verti posse: *Talorum lusu distracti*. Verumtamen licet τὸ, ἠστραγαλωμένοι, constanter legatur tum apud Africanum, tum apud Origenem, dubitandi locus est, ut monet Wetstenius, an potius legendum sit ἠστραγγαλωμένοι. Africani enim verba Origenes paullo infra diserte refert ad Tobiam: at Tobiæ cap. 2. ℣. 3. tam in Aldi quam in aliis editis libris legitur: εἷς ἐκ τοῦ γένους ἡμῶν ἐστραγγαλωμένος ἔρριπται ἐν τῇ ἀγορᾷ. *Quidam [de] genere nostro*. Vet. interp. latin. *jugulatus*, Vulgat. *præfocatus*, Xantes Pagninus, *strangulatus projectus est in foro*. Vox tamen, ἠστραγαλωμένοι, nobis videtur retinenda, tum quia altera ἐστραγγαλωμένος semel tantum occurrit in Tobia, nec alibi legitur in Bibliis, tum quia sortis abjectissimæ argumentum est *lusu talorum* distrahi & post mortem *insepultum in foro jacere*.

8. Wetstenius ὥστε [illegible], quod in margine conjicit legendum ὥστε [illegible].

9. Wetstenii codex [illegible], male.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

λώτῳ περὶ ᾖν, καὶ παράδεισος ἀμφιλαφὴς ἦν; πόθεν δὲ λαβὼν [1] ἔλεγες τό· ἠστραγαλωμένοι καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἄταφοι ῥιπτούμενοι· ἤ, ὅσον ἐπ' ἐμῇ γνώσει, ἀπὸ τοῦ Τωβία; περὶ οὗ ἡμᾶς ἐχρῆν ἐγνωκέναι, ὅτι [2] Εβραῖοι τῷ Τωβίᾳ οὐ χρῶνται, οὐδὲ τῇ Ἰουδήθ· οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν αὐτὰ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἑβραϊστί· ὡς ἀπ' αὐτῶν μαθόντες ἐγνώκαμεν. ἀλλ' ἐπεὶ χρῶνται τῷ Τωβίᾳ αἱ ἐκκλησίαι, ἰστέον ὅτι καὶ ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ τινὲς τῶν αἰχμαλώτων ἐπλούτουν, καὶ εὖ ἔπραττον. αὐτὸς δὲ ὁ Τωβίας φησί· καθότι ἐμεμνήμην τοῦ Θεοῦ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ μου, καὶ ἔδωκεν ὁ ὕψιστος χάριν καὶ μορφὴν ἐνώπιον [3] Νεμεσσάρου, καὶ ἤμην αὐτοῦ ἀγοραστής· καὶ ἐπορευόμην εἰς τὴν Μηδίαν, καὶ παρεθέμην Γαβαήλῳ τῷ ἀδελφῷ Γαβρία ἐν [4] Ῥάγοις τῆς Μηδίας ἀργυρίου τάλαντα δέκα. καὶ ἐπιφέρει ὡς πλούσιος τό· ἐν ταῖς ἡμέραις Νεμεσσάρου ἐλεημοσύνας πολλὰς [5] ἐποίησα τοῖς ἀδελφοῖς μου· τοὺς ἄρτους μου ἐδίδουν πεινῶσι καὶ ἱμάτια τοῖς γυμνοῖς· καὶ εἴ τινα ἐκ τοῦ γένους [6] ἑώρων τεθνηκότα καὶ ἐῤῥιμμένον ὀπίσω τοῦ τείχους Νινευὶ, ἔθαπτον αὐτόν· καὶ εἴ τινα ἀπέκτεινε Σενναχηρεὶμ βασιλεὺς, ὅτε ἦλθε φεύγων ἐκ τῆς Ἰουδαίας, ἔθαψα αὐτοὺς κλέπτων· πολλοὺς γὰρ [7] ἀπέκτεινεν ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ. καὶ κατανόει [8] εἴγε μὴ πολὺν πλοῦτον ἐμφαίνει καὶ πολλὴν περιουσίαν ὁ κατάλογος ὁ τοσοῦτος τῶν εὐποιιῶν τοῦ Τωβία· καὶ μάλιστα, ὅτι ἐπιφέρει λέγων τό· ἐπιγνοὺς, ὅτι ζητοῦμαι ἀποθανεῖν, φοβηθεὶς ἀνεχώρησα, καὶ διηρπάγη πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου. ἀλλὰ καὶ ἕτερος αἰχμάλωτος [9] Δαχιάχαρος ὁ τοῦ Ανανιὴλ υἱὸς ἀδελφοῦ Τωβία ἐπὶ πᾶσαν κατεστάθη τὴν λογιστείαν τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως Αχερδόνος, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν διοίκησιν· καὶ λέγεται, ὅτι ἦν ὁ Δαχιάχαρος οἰνοχόος, καὶ ἐπὶ τοῦ δακτυλίου, καὶ διοικητὴς, καὶ ἐκλογιστής. καὶ ὁ Μαρδοχαῖος δὲ περὶ τὴν αὐλὴν διέτριβε τοῦ βασιλέως, καὶ τοσαύτην εἶχε παῤῥησίαν πρὸς αὐτὸν, ὥστε καὶ ἐν εὐεργέταις ἀναγεγράφθαι τοῦ Αρταξέρξου. ἔτι δὲ καὶ ἐν τῷ Ἐσδρᾳ· [10] Νεεμίας οἰνοχόος τοῦ βασιλέως καὶ εὐνοῦχος αὐτοῦ, ἑβραῖος τῷ γένει, ᾐτήσατο τὰ περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ ναοῦ, καὶ ἔτυχεν· ὥστε μετὰ πλειόνων ἐπιτραπῆναι ἀπελθεῖν ἀνορθῶσαι τὸν ναόν. τί οὖν θαυμαστὸν τὸ παράδεισον, καὶ οἰκίαν, καὶ κτῆμα γεγονέναι τινὸς Ἰωακεὶμ, εἴτε πολυτελῆς εἴτε καὶ μετρία ἦν; οὐ γὰρ σαφῶς δηλοῦται ἀπὸ τῆς γραφῆς τὸ τοιοῦτον.

Ἀλλὰ φής· πῶς περὶ θανάτου ἐκεῖνον ἐν αἰχμαλω-

ptivo tantæ ædes, undenam ei erat tam elegans & spatiosus hortus? Undenam vero habes quod dixisti hos lusu talorum væniisse, & in plateas projectos esse insepultos, nisi, quantum ego novi, ex Tobia? Verum nos oportebat scire Hebræos Tobia non uti, neque Judith. Nec enim hos libros etiam in Apocryphis hebraice habent, ut ab ipsis didicimus. Sed quoniam ecclesiæ Tobia utuntur, sciendum est etiam in captivitate nonnullos captivos divites fuisse, beneque res suas gessisse. Ipse Tobias ait: [a] *Quoniam memor fui Dei in tota anima mea, dedit Altissimus gratiam & formam coram Nemessaro, & eram ejus dispensator, & ivi in Mediam, & deposui apud Gabaelum fratrem Gabriæ in Ragis Mediæ argenti talenta decem*. Atque ut dives hoc addit: *In diebus Nemessari multas erogavi eleemosynas fratribus meis. Panes meos dedi esurientibus, & vestes nudis: & si quem vidissem ex genere mortuum, & projectum post mœnia Ninive, sepeliebam eum: & si quem occidisset Sennacherim rex fugiens ex Judæa, sepeliebam eos furtim. Multos enim occidit in ira sua*. Considera an non multas ostendat divitias & facultates tantus catalogus beneficiorum Tobiæ, & id maxime quod subjungit dicens: *Cum cognovissem quæri me ad mortem, timore perculsus recessi, & direpta sunt omnia mea bona*. Sed & alius captivos Dachiacharus, Ananielis fratris Tobiæ filius præfectus erat cunctis rationibus regni regis Acherdonis, & universæ administrationi, diciturque: [b] *Et erat Dachiacharus pocillator, annuli custos, dispensator, & rationibus præfectus*. [c] Mardochæus quoque versabatur in aula Regis, tantaque pollebat apud eum auctoritate, ut etiam adscriptus sit inter benefactores Artaxerxis. Præterea in Esdra etiam [d] Neemias pocillator Regis, & ejus eunuchus, genere Hebræus, petiit ædificationem templi, & impetravit ut sibi liceret abire cum pluribus, & templum instaurare. Quid ergo mirum, hortum, domum ac prædium habuisse quemdam nomine Joakim, sive ampla illa sive mediocria fuerint. Nihil enim hujuscemodi aperte indicat scriptura.

XIV. Sed, inquis, *quomodo sententiam mortis*

a Tob. I. 10. 11. 12. b Ibid. ℣. 22. c Esth. II. 19. & 23. d II. Esd. I.

1. Idem: ἔλεγε τὸ, ἀσραγαλώμενοι.
2. Εβραῖοι τῷ Τωβίᾳ οὐ χρῶνται, οὐδὲ τῇ Ιουδὴθ, οὐδὲ γὰρ ἔχουσιν αὐτὰ καὶ ἐν ἀποκρύφοις ἑβραϊστί.] Hieronymus præfat. in Tobiam: Librum *Tobiæ Hebræi de catalogo divinarum scripturarum secantes, his quæ Hagiographa memorant, mancipaverunt. Arguunt nos Hebræorum studia, & imputant nobis contra suum canonem latinis auribus ista transferri, sed melius esse judicans Pharisæorum displicere judicio, & episcoporum jussionibus deservire, institi ut potui*. Idem præfat. in Judith. *Apud Hebræos liber Judith inter apocrypha legitur, cujus auctoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur*.
3. Aldus: Ενεμεσσάρου, & sic infra.
4. Idem Αργοῖς.
5. Idem ἐποίησα.
6. Idem ἐθεώρουν.
7. Idem ἀπώλεσεν.
8. Wetstenii codex ἔγε μὴν, male.
9. Aldus, Αχιάχαρος, & pro Ανανιὴλ habet Αναήλ. Ibidem in codice Wetstenii desideratur vox υἱὸς quæ in codice Regio & in aliis reperitur. Paullo post Aldus, τὴν ἐκλογιστίαν, & pro Αχεδονος, legit Σαρχεδόνος.
10. Νεεμίας οἰνοχόος τοῦ βασιλέως καὶ εὐνοῦχος αὐτοῦ.] Origenes tom. 14. in Matth. εἰσί τινες εὐνοῦχοι, τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι, διὰ τοῦτο εὐνοῦχοι, ἵν' οἰκοδομήσωσι πεσοῦσαν τὴν Ιερουσαλήμ. τούτων δὲ παράδειγμα ὁ ἐν τῇ δευτέρᾳ Εζρα γεγραμμένος, ὅς φησι, καὶ ἐγὼ ἤμην εὐνοῦχος τῷ Βασιλεῖ. „ Sunt „ quidam Eunuchi, Dei homines, qui propterea Eunuchi „ facti sunt ut collapsam ædificent Jerusalem. Horum ex„ emplum est is de quo scribitur in 2. Esdræ libro, qui „ inquit: Et ego eram Eunuchus Regi. „ Observat hunc locum doctissimus Huetius lib. 2. Origenianorum cap. 1. num. 2. putatque imperitia linguæ hebrææ lapsum esse Origenem, ut εὐνοῦχον pro οἰνοχόῳ substituerit. Forte tamen ex collatione præsentium verborum deprehendi potest, Origenem memoria lapsum fuisse: diserte namque οἰνοχόον eum vocat, quod respondet Hebræo מַשְׁקֶה. Utrum vero Origenes, ex traditione Judæorum, vel ex consuetudine Regum Orientalium quorum famuli & οἰνοχόοι (vide Genes. 40. ℣. 1. 2.) Eunuchi plerumque fuerunt; collegerit ipsum etiam Nehemiam Eunuchum fuisse incertum est. Quomodo autem factum sit, ut Nehemias a poculis Regis Persarum fuerit, ex Athenæi lib. 1. pag. 14. viri docti eleganter monstrarunt. Sic ille: ὅτι ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὸν Χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν, ὅν φησι Ποσειδώνιος κἀν Δαμάσκῳ τῆς Συρίας γίνεσθαι, Περσῶν αὐτόθι καταφυτευσάντων τὰς ἀμπέλους. „ Persarum Rex vinum Calybonium solum bibere consueverat quod Posidonius etiam „ in Damasco Syriæ nasci confirmat, quia vineas ibi Per„ sæ plantarant. „ Syria autem Judææ finitima est, adeoque Nehemiæ poterat vini illius administratio magis esse nota quam aliis. Unde & Regi aptior & præ aliis idoneus pincerna visus. WETSTENIUS.

σίᾳ τυγχάνοντες; οὐκ οἶδα πόθεν ἀμφιβάλλων τὸ βασιλέως εἶναι γυναῖκα διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τοῦ Ἰωακεὶμ τὴν Σωσάνναν. λεκτέον δ', ὅτι οὐδὲν παράδοξον, μεγάλων ἐθνῶν ὑποχειρίων γενομένων, πρὸς βασιλέως [1] συγκεχωρῆσθαι τοῖς οἰκείοις νόμοις χρῆσθαι τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ τοῖς δικαστηρίοις. καὶ νῦν γοῦν Ῥωμαίων βασιλευόντων, καὶ Ἰουδαίων τὸ δίδραχμον αὐτοῖς τελούντων, ὅσα συγχωροῦντος Καίσαρος [2] ὁ Ἐθνάρχης παρ' αὐτοῖς δύναται· ὡς μηδὲν διαφέρειν βασιλεύοντος τοῦ ἔθνους· ἴσμεν, οἱ πεπειραμένοι. γίνεται δὲ καὶ κριτήρια λεληθότως κατὰ τὸν νόμον, καὶ καταδικάζονταί τινες [3] τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ· οὔτε μετὰ τῆς πάντη εἰς τοῦτο παῤῥησίας, οὔτε μετὰ τοῦ λανθάνειν τὸν βασιλεύοντα· καὶ τοῦτο ἐν τῇ χώρᾳ τοῦ ἔθνους πολὺν διατρίψαντες χρόνον μεμαθήκαμεν καὶ B πεπληροφορήμεθα. καίτοιγε [4] ὑπὸ Ῥωμαίοις δύο φυλαὶ μόναι εἶναι ἱστόρηνται, ἥτε Ἰούδα καὶ Βενιαμήν· ἔστω δὲ καὶ λευιτική· [5] ὁ δὲ, παρὰ τὸν λαὸν Ἰούδα, Ἰσραὴλ, δέκα ἦσαν φυλαί. καὶ εἰκὸς ἀρκεσθέντας τοὺς Ἀσσυρίους τῷ ὑποχειρίους αὐτοὺς ἔχειν, ἐπιτετραφέναι αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δικαστήρια.

A *ferebant qui erant in captivitate?* dubitans, nescio qua de caussa, fuerit ne Susanna conjux Regis, propter nominis Joakim æquivocationem. Respondeo, nihil insolitum accidisse, si, magnis gentibus subactis, a Rege concessum fuit ut suis legibus & judiciis utantur captivi. Certe nunc cum Judæi Romanis imperantibus didrachma pendunt, quantam concedente Cæsare in ipsos auctoritatem habeat Ethnarcha, ut nihil differat ab eo qui regnum obtineret in gentem, scimus qui sumus experti. Fiunt etiam judicia latenter secundum legem & nonnulli morte damnantur; non quidem cum plena omni ex parte libertate, sed tamen non inscio Imperatore: idque in re- B gione gentis longo tempore commorati didicimus & pro certo accepimus. Verumtamen sub Romanis duæ solum referuntur esse tribus, Juda nempe & Benjamin. Esto & Levitica. At Israel, præter populum Juda, decem erant tribus: verisimileque est Assyriis satis fuisse quod imperio suo subditos illos haberent; ceterum propria eis concessisse judicia.

Εὗρόν σου ἐν τῇ ἐπιστολῇ καὶ τοῦτο αὐταῖς λέξεσι τό. ἐπὶ δὲ πᾶσι τοσούτων προωδοιπορηκότων προφητῶν, τῶν τε ἑξῆς οὐδεὶς ἕτερος ἑτέρου κέχρηται [6] ῥητῷ νοήματι· οὐ γὰρ ἐπτώχευσεν ὁ λόγος αὐτῶν ἀληθὴς ὤν· οὑτοσὶ δὲ ἐκείνων θατέρῳ ἐπαπειλῶν, [7] ὑπομιμνήσκει σε λέγοντος τοῦ κυρίου· ἀθῶον καὶ δίκαιον οὐκ C ἀποκτενεῖς· καὶ ἐθαύμασα, πῶς πολλὰς διατριβὰς ἔχων ἐν ταῖς ἐξετάσεσι καὶ μελέταις τῆς γραφῆς, οὐ τετήρηκας συγχρωμένους προφήτας προφητῶν λόγοις σχεδὸν αὐταῖς λέξεσι. τίς γὰρ οὐκ οἶδε καὶ τῶν πολλῶν πιστῶν κείμενον ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ τό· ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου· καὶ ὁ οἶκος τοῦ [8] Θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὀρέων, καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἥξουσιν ἐπ' αὐτὸ πάντα τὰ

XV. Inveni & istud in tua epistola hisce verbis: *Postremo omnium, cum tot præcesserint Prophetæ, nullus e posterioribus sententiam alterius iisdem verbis usurpavit. Neque enim emendicabat illorum oratio, utpote vera; hic autem cum alteri* C *illorum minitatur, commemorat Dominum dicentem:* [a] *insontem & justum non occides*: & miratus sum quod cum multum sis versatus in examinandis & meditandis scripturis, non observaris Prophetas Prophetarum uti sermonibus, iisdem propemodum verbis. Quis enim vel e vulgo fidelium ignorat id quod scriptum est in Isaia: [b] *Erit in extremis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in vertice montium, & exaltabi-*

a Exod. XXIII. 7. b Isa. II. 2-4.

1. Συγκεχωρῆσθαι τοῖς οἰκείοις νόμοις χρῆσθαι.] Id diserte testatur Strabo Cappadox, teste Josepho lib. 14. Antiq. Judaic. cap. 12. qui ejus verba sic refert: τέτταρες δ' ἦσαν ἐν τῇ πόλει τῶν Κυρηναίων, ἥ τε τῶν πολιτῶν, καὶ ἡ τῶν γεωργῶν, τρίτη δ' ἡ τῶν μετοίκων καὶ τετάρτη ἡ τῶν Ἰουδαίων. αὕτη δ' εἰς πᾶσαν πόλιν ἤδη παρεληλύθει, καὶ τόπον οὐκ ἔστι ῥᾳδίως εὑρεῖν τῆς οἰκουμένης, ὃς οὐ παραδέδεκται τοῦτο τὸ φῦλον, μηδ' ἐπικρατεῖται ὑπ' αὐτοῦ. τήν τε Αἴγυπτον καὶ τὴν Κυρηναίαν, ἅτε τῶν αὐτῶν ἡγεμόνων τυχοῦσαν, τῶν τε ἄλλων συχνὰ ζηλῶσαι συνέβη. καὶ δὴ τὰ συντάγματα τῶν Ἰουδαίων θρέψαι διαφερόντως, καὶ συναυξῆσαι χρώμενα τοῖς πατρίοις τῶν Ἰουδαίων νόμοις. ἐν γοῦν Αἰγύπτῳ κατοικία τῶν Ἰουδαίων ἐστὶν ἀποδεδειγμένη, χωρὶς δὲ καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως ἀφώριστο μέγα μέρος τῷ ἔθνει τούτῳ. καθίσταται δὲ καὶ Ἐθνάρχης αὐτῶν, ὃς διοικεῖ τε τὸ ἔθνος, καὶ διαιτᾷ κρίσεις, καὶ συμβολαίων ἐπιμελεῖται καὶ προσταγμάτων, ὡς ἂν πολιτείας ἄρχων αὐτοτελοῦς. „ Quatuor erant genera in Cyrenensium urbe, cives, „ agricolæ, inquilini & quarti Judæi. Hoc jam in omnes „ urbes subrepsit, nec est facile invenire locum in orbe E „ habitabili, quem recepta semel hæc gens non obtineat. „ Nam & Ægyptus & Cyrene, utpote eisdem solitæ parere dominis, aliæque multæ regiones horum ritus ad- „ miserunt, aluntque congregationes Judæorum maximas, „ tempore coalitas & utentes institutis domesticis. Per „ Ægyptum sane etiam coloniæ sunt ejus gentis. Absque „ eo quod Alexandrinæ urbis magna pars eis assignata est. „ Habet etiam Ethnarcham qui suæ gentis res administret, & controversias ex jure dirimat, & contractus atque pacta rata habeat, non aliter quam fit in absoluta „ republica. „ Vide insuper Josephum lib. 19. Antiquit. Judaic. cap. 4. ubi duplex refert Claudii Imperatoris edictum jubentis ut Judæis tum Alexandrinis, tum aliis sub imperio Romano viventibus, suo jure & suis legibus uti liceat. Vide eumdem Joseph. lib. 7. de bello Judaico cap. 9. græc. vel c. 21. latin. ubi de Judæis apud Antiochiam degentibus agitur.

2. Ὁ Ἐθνάρχης.] Hunc Magistratum modo Josephus vocat ἄρχοντα Græcorum more, ut de bello Judaico lib. 7. D cap. 9. græc. modo etiam ἐθνάρχην, hoc est ἄρχοντα τοῦ ἔθνους lib. 19. Antiq. Judaic. cap. 4. Alias vocatur πατριάρχης ab Origene lib. 4. de Principiis cap. 1. & ab Epiphanio Hæres. 30. pag. 60.

3. Τὴν ἐπὶ τῷ θανάτῳ.] Quanta auctoritate & licentia fruerentur Judæi præsertim in Phrygia, liquet ex responsis orthodoxi cujuspiam ad Montanistas apud Eusebium Historiæ Ecclesiasticæ libro quinto cap. 16. ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν πρὸς θεοῦ· ἔστι τις, ὦ βέλτιστοι, τούτων τῶν ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ γυναικῶν λαλεῖν ἀρξαμένων, ὅς τις ὑπὸ Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἢ ὑπὸ παρανόμων ἀπεκτάνθη; οὐδείς. οὐδέ γέ τις αὐτῶν κρατηθεὶς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος ἀνεσταυρώθη, οὐ γὰρ οὖν. οὐδὲ μὴν, οὐδὲ ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων τῶν γυναικῶν τις ἐμαστιγώθη ποτὲ, ἢ ἐλιθοβολήθη. οὐδαμόσε οὐδαμῶς. ἄλλῳ δὲ θανάτῳ τελευτῆσαι λέγονται Μοντανός τε καὶ Μαξιμίλλα, &c. „ Respondeant nobis quæso per Deum: est ne aliquis eorum qui „ jam inde a Montano & mulierculis primum garrire cœ- „ perunt, qui a Judæis persecutionem passus sit, aut ab im- „ piis trucidatus? nemo certe. Nec vero ullus eorum pro „ Christi nomine prehensus, in crucem actus est. Sed ne- „ que ulla mulier in Judæorum synagogis aut flagris cæ- „ sa aut lapidibus impetita est. Nusquam profecto, nec „ umquam. Immo longe alio mortis genere interiisse di- „ cuntur Montanus & Maximilla.

4. Ὑπὸ Ῥωμαίοις.] Leo Castrius legendum putat, ὑπὸ Βαβυλωνίοις, *sub Babyloniis*. Videtur tamen recte dictum sub Romanis fuisse duas tribus, ut argumentum sit *a minori ad majus*: nimirum, si duæ tribus sub Romanis tantam habuerint potestatem, multo magis decem tribus sub Assyriis, eamdem aut majorem habuisse credendum est. WETSTENIUS.

5. Ὁ δέ.] Wetstenius omisit particulam δέ.

6. Wetstenius, ῥητῶν: & paullo post ὁ λόγος αὐτῶν ἀληθὴς ὤν· οὗτοι δὲ, male.

7. Ὑπομιμνήσκει σε.] In epistola Africani deest, σε, & abesse quoque hoc loco potest sine sensus dispendio.

8. Θεοῦ.] Unus codex ms. κυρίου. Mox Aldus ἐπ' ἄκρου, & paulo post ἥξουσιν ἐν αὐτῷ πάντα.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

ἔθνη· καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἐροῦσι· δεῦ- A
τε, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶ-
κον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν
αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ· ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξε-
λεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυρίου [1] ἐν Ἱερουσαλήμ·
καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, καὶ κρινεῖ λαὸν πο-
λύν· καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄρο-
τρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ λή-
ψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν· καὶ οὐ μὴ μάθωσιν
ἔτι πολεμεῖν. τὸ δὲ παραπλήσιον τούτοις ὅλοις, καὶ τῇ
αὐτῇ λέξει ἐν τῷ Μιχαίᾳ οὕτως ἐστὶ γεγραμμένον·
καὶ ἔσται ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐμφανὲς τὸ ὄρος
τοῦ κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, καὶ
μετεωρισθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν· καὶ σπεύσουσιν
ἐπ' αὐτῷ λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ B
ἐροῦσι· δεῦτε, ἀναβῶμεν [2] εἰς τὸ ὄρος τοῦ κυρίου,
καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, καὶ δείξουσιν ἡμῖν
τὴν ὁδὸν αὐτοῦ· καὶ πορευσόμεθα ἐν ταῖς τρίβοις αὐ-
τοῦ· ὅτι ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος κυ-
ρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον λαῶν πολ-
λῶν, καὶ [3] ἐλέγξει ἐπὶ ἔθνη ἰσχυρὰ ἕως εἰς μακρὰν,
καὶ κατακόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα,
καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐκέτι μὴ
ἄρῃ ἔθνος ἐπ' ἔθνος ῥομφαίαν, καὶ οὐκέτι μὴ μάθω-
σι πολεμεῖν. ἔτι δὲ ἐν τῇ πρώτῃ τῶν παραλειπομέ-
νων ὁ τεταγμένος ἐν χειρὶ Ἀσὰφ, καὶ τῶν ἀδελφῶν
αὐτοῦ ψαλμὸς, τοῦ αἰνεῖν τὸν κύριον· οὗ ἡ ἀρχή·
ἐξομολογεῖσθε καὶ ἐπικαλεῖσθε αὐτὸν ἐν ὀνόματι αὐ-
τοῦ· ἐν μὲν τοῖς πλείστοις κατὰ τὴν ἀρχὴν ἰσοδυ- C
ναμεῖ τῷ ρδ'. ψαλμῷ· ἕως τοῦ· καὶ ἐν τοῖς προφή-
ταις μου μὴ πονηρεύεσθε. μετὰ δὲ τοῦτο τῷ ϞΕ'. ἀπὸ
τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐγγύς πως ἐχούσης τό· ᾄσατε τῷ
κυρίῳ πᾶσα ἡ γῆ· ἕως τοῦ· ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν
γῆν. ἐπεὶ δὲ ἦν τὸ παραθέσθαι αὐτὰς τὰς λέξεις πο-
λὺ, διὰ βραχέων πρὸς τὸ προκείμενον ταῦτα εἰρήκα-
μεν. εὑρήσεις δὲ καὶ περὶ τοῦ μὴ αἴρειν βάσταγμα ἐν
τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, οὐ μόνον παρὰ Μωϋσεῖ γε-
γραμμένον, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἱερεμίᾳ. καὶ περὶ τοῦ πάσχα
καὶ νόμων ἱερατικῶν εὑρήσεις παρά τε Μωϋσεῖ, καὶ
ἐν τοῖς τελευταίοις τοῦ Ἰεζεκιήλ. καὶ αὐτὰς δ' ἂν πα-
ρεθέμην τὰς λέξεις, καὶ ἄλλας πλείονας, εἰ μὴ D
ἑώρων ὑπὸ τῆς ὀλιγότητος τῶν ἐν Νικομηδείᾳ ἡμε-
ρῶν ἡμῶν ἀποκλειόμενον τὸν χρόνον τῆς πρός σε
γραφῆς.

Πρὸς τούτοις ἔφασκες καὶ τὸν τῆς φράσεως χαρα-
κτῆρα διαλλάσσειν· ὅπερ ἐμοὶ οὐ πάνυ τι ἐφάνη. καὶ
ταῦτα μὲν ἀπελογησάμην· ἦν δ' ἂν προηγουμένως με-
τὰ τὰ ἐγκλήματα ἐγκώμιον εἰπεῖν τῆς περὶ Σωσάν-
νης γραφῆς ἐπιβαίνοντα ἑκάστῃ λέξει, καὶ δεικνύντα τὸ
ἐξαίρετον τῶν νενοημένων· ὅπερ ἰδίᾳ τις τῶν φιλομα-
θῶς καὶ ἱκανῶς μεμελετηκότων τὰ θεῖα συντάξαι δυ-
νήσεται. ταῦτα πρὸς τὰ, ὡς φῄς, κρούματα ἀπεκρι-
νάμην, καὶ ἀντιγράφω· εἴθε καὶ παιδεύειν δυναίμην·
νυνὶ δὲ οὐ τηλικαῦτα ἐμαυτῷ δίδωμι. προσαγορεύει σε E
ὁ συναγωνισάμενος τῇ ὑπαγορεύσει τῆς ἐπιστολῆς,
καὶ παρατυχὼν πάσῃ αὐτῇ, ἐν οἷς βεβούληται, διορ-
θωσάμενος κύριός μου καὶ ἀδελφὸς ἱερὸς [4] Ἀμβρό-
σιος. ἀσπάζεταί σε καὶ ἡ πιστοτάτη σύμβιος αὐτοῦ
Μαρκέλλα ἅμα τοῖς τέκνοις, καὶ [5] Ἀνίκητος. σὺ τὸν

A *tur super colles, & venient omnes gentes ad eum, & proficiscentur populi multi & dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea. Nam de Sion exibit lex, & verbum Domini in Jerusalem. Et judicabit inter gentes, & judicabit populum multum. Et concident gladios suos in aratra, & hastas suas in falces: & non accipiet gens contra gentem gladium: & non discent amplius bellare.* His omnibus plane similis est ac iisdem verbis conceptus hic Michææ locus: [a] *Et erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, præparatus in vertice montium, & elevabitur supra colles:* B *& festinabunt ad ipsum populi; & proficiscentur multæ gentes, & dicent: Venite, ascendamus in montem Domini, & ad domum Dei Jacob; & ostendent nobis viam ejus, & ambulabimus in semitis ejus; quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem: & judicabit inter multos populos, & arguet gentes multas usque in longinquum; & concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces: & non tollet amplius gens gladium contra gentem, & non amplius discent bellare.* Præterea in primo Paralipomenon, psalmus in manu Asaph & fratrum ejus ordinatus ad laudandum Dominum, cujus est initium: [b] *Confitemini & invocate ipsum in nomine ejus,* C in plerisque ab initio similis est psalmo centesimo-quarto usque ad verba: [c] *Et in prophetis meis nolite malignari.* Postea vero [d] psalmo nonagesimo-quinto ab ejus initio quod fere sic habet: [e] *Cantate Domino omnis terra;* usque ad hæc verba: *Quoniam venit judicare terram.* Sed quoniam longum fuisset ipsa verba apponere, paucis hæc ad propositum diximus. Invenies autem & de onere non ferendo die sabbati non solum apud Moysem scriptum [f], sed etiam in Jeremia [g]. Item de Paschate & legibus sacerdotalibus invenies & apud Moysem [h], & in extremis Ezechie- D lis capitibus [i]. Apposuissem & ipsa verba, & alia plura, nisi vidissem paucitate dierum nostræ Nicomediæ commorationis, tempus ad te scribendi nobis præcludi.

XVI. Præterea dixisti stilum dictionis esse diversum: quod mihi nequaquam visum est. Et ista quidem ad defensionem respondi. Nunc post tot criminationes, historia Susannæ encomio celebrari posset, præsertim ab eo qui singulas perpenderet voces, & eximios earum ostenderet sensus. Id aggredi seorsum poterit quispiam eorum, qui res divinas diligenter & satis meditati sunt. Hæc ad tuas quas vocas pulsationes respondi, & E rescribo. Utinam simul erudire possim: nunc autem tantum mihi non tribuo. Salutat te qui dictandæ epistolæ fuit adjutor quique integram recensens, quæ voluit, correxit dominus meus & frater sanctus Ambrosius. Salutat te quoque fidelissima ejus conjux Marcella una cum liberis &

[a] Michæ. IV. 1-3. [b] I. Paral. XVI. 8. 22. [c] Psal. CIV. 1. 15. [d] I. Paral. XVI. 23. ad 33. [e] Psal. XCV. 1-13. [f] Exod. XXXV. 2. [g] Num. XV. 32. [h] Jerem. XVII. 21. 24. In Levit. passim. [i] Ezech. XLIII. XLIV. XLV. XLVI.

1. Aldus, ἐξ Ἱερουσαλήμ. Idem paullo post, ἐξελέγξει λαὸν πολύν. Codex Basileensis, ἐλέγξει λαὸν πολύν.
2. Aldus, εἰς τὸν οἶκον.
3. Aldus, ἐξελέγξει ἔθνη. Idem paullo post, ἕως μακράν. Idem infra, τὰ δόρατα αὐτῶν εἰς δρέπανα, & mox, ἔθνος πρὸς ἔθνος ῥομφαίαν.
4. Ἀμβρόσιος.] Vide notas ad primum fragment. Epist. Origenis, tom. I. ejus opp. pag. 1.
5. Ἀνίκητος.] Quis fuerit hic Anicetus a doctiore edoceri malim, quam incertas scribere conjecturas. WETSTENIUS.

κχλόν ἡμῶν πάπαν [1] Ἀπολινάριον ἄσπασαι, καὶ τοὺς A ἀγαπῶντας ἡμᾶς.

Anicetus. Tu saluta optimum nostrum Papam Apollinarium, & eos qui nos diligunt.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

1. Ἀπολινάριον.] Duo fuere Apollinarii cum primis celebres: alter Laodicenus schismatis auctor, a quo Apollinaristæ appellati sunt. Vixit is diu post Origenem: obiit enim, monente Hieronymo in *catalogo*, sub Theodosio Imperatore. Alter in Asia Hierapolitanus Episcopus, *ἀνὴρ ἀξιέπαινος, καὶ πρὸς τῇ γνώσει τῶν θείων καὶ τὴν ἔξωθεν παιδείαν προσειληφώς*. „ Vir laude dignus, qui cum cognitio„ ne rerum divinarum etiam externas didicit disciplinas „ inquit Theodoretus lib. 3. hæretic. fabul. cap. 2. Scripsit *Apologeticum pro Christianis*, quod Imperatori Marco Antonino secundo, cognomine Vero, obtulit: item *libros quinque adversus Gentes*: & duos *de veritate* & *adversum Cataphrygas* seu Montanistas. De quibus vide Hieronymum *in catalogo*, Photium in Bibliothec. cod. 14. & Theodoretum loco supra laudato. Trithemius eum floruisse vult circa annum Domini 165. Eusebius tamen *in Chronico* ab Hieronymo latine verso, ei assignat annum Christi 172. Mors autem Maximini post quam statuit Huetius hanc Origenis Epistolam scriptam fuisse, incidit in annum Christi 238. sicque intercedit spatium *66.* annorum. Oportet igitur ut Apollinarius longævam vixerit vitam & fere centum attigerit annos, si is est quem heic salutat Origenes: aut alius denique nobis Apollinarius est quærendus. Vix autem alium reperies episcopum, hoc nomine iis temporibus notum. Episcopatus vero hujus Apollinarii (quisquis fuerit) Papæ nomen est index. Nam Papæ antiquitus salutabantur omnes episcopi. Sic *Athanasius* apud Epi- B phanium, hæres. 68. *Epiphanius*, apud Hieronymum in Apolog. adversus Rufinum, *Augustinus* apud eumdem in fine epist. ad Augustinum, *Joannes Patriarcha Alexandrinus* a Sophronio Patriarcha Hierosol. l. 2. epigr. c. 1. pag. 104. *Lupus* a Sidonio Apollinari epist. lib. 8. pag. 272. item *Noverius*, *Principius*, *Prosper*, *Euphronius*, *Ambrosius*, &c. eodem lib. 8. & 9. hoc nomine honorantur. Estque Πάπας, *πατρὸς ὑποκόρισμα* explicante Hesychio. WETSTENIUS.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

JULII AFRICANI

EPISTOLA AD ARISTIDEM

De consensu Evangelistarum Matthæi & Lucæ in genealogia Christi enarranda.

Apud EUSEBIUM Hist. eccl. *lib.* I. *cap.* VII.

Ἐπειδὴ [1] γὰρ τὰ ὀνόματα τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ ἠριθμεῖτο ἢ φύσει, ἢ νόμῳ· φύσει μέν, γνησίου σπέρματος διαδοχῇ· νόμῳ δέ, ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ὄνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου· ὅτι γὰρ οὐδέπω δέδοτο ἐλπὶς ἀναστάσεως σαφής, τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστάσει ἐμιμοῦντο θνητῇ, ἵνα ἀνέκλειπτον μένῃ τὸ ὄνομα τοῦ μεταλλαχότος. ἐπεὶ οὖν οἱ τῇ γενεαλογίᾳ ταύτῃ ἐμφερόμενοι, οἱ μὲν διεδέξαντο παῖς πατέρα γνησίως· οἱ δὲ ἑτέροις μὲν ἐγεννήθησαν, ἑτέροις δὲ προσετέθησαν κλήσει· ἀμφοτέρων γέγονεν ἡ μνήμη, καὶ τῶν γεγεννηκότων, καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων. οὕτως οὐδέτερον τῶν εὐαγγελίων ψεύδεται, καὶ φύσιν ἀριθμοῦν καὶ νόμον. [2] συνεπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη, τό, τε ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Νάθαν, [3] ἀναστάσεσιν ἀτέκνων, καὶ δευτερογαμίαις καὶ [4] ἀναστάσεσι σπερμάτων· ὡς δικαίως τοὺς αὐτοὺς [5] ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι· τῶν μὲν δοκούντων πατέρων, τῶν δὲ ὑπαρχόντων· ὡς ἀμφοτέρας τὰς διηγήσεις ἀληθεῖς οὔσας, ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ πολυπλόκως μέν, ἀλλ' ἀκριβῶς κατελθεῖν.

Ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, [6] τὴν ἐπαλλα-

I. Quoniam apud Israelitas generationum nomina vel ex naturæ, vel ex legis ordine numerabantur: naturæ quidem, cum legitimi filii parentibus succedunt; legis vero, quoties quis in nomen ac familiam fratris sine liberis defuncti filios sustulit: cum enim certa spes resurrectionis nondum eis data esset, futuram ejus promissionem mortali quadam resurrectione delineabant, ut mortui nomen nullis umquam obliterandum sæculis permaneret. Quoniam igitur eorum qui inter majores Christi recensentur, alii naturali jure, ut filii, parentibus successerunt; nonnulli vero, cum ab aliis procreati essent, aliis adscripti sunt: ideo utrorumque mentio facta est, tam eorum qui vere patres, quam illorum qui quasi patres fuerunt. Ita fit, ut neutrum Evangeliorum falsum sit; cum alterum naturam, alterum legem in majoribus enumerandis sequatur. Nam familiæ quæ cum a Salomone, tum a Nathan deducuntur, adeo inter se permixtæ sunt, partim reparatione nominis eorum qui sine prole decessissent, partim secundis nuptiis, partim etiam seminis suscitatione, ut iidem homines diversos patres habuisse merito credantur; hos quidem fictitios, illos vero naturales. Quo fit, ut Evangelii utriusque narratio absolute verissima, vario quidem linearum contextu, sed accurate ad Josephum usque descendat.

II. Verum ut id quod diximus, clarius fiat, utri-

1. Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα.] Particula γὰρ abest a nostris codicibus Maz. Med. Fuk. & Savil., nec habetur in interpretatione Rufini. Extat tamen in codice Regio, & apud Nicephorum in cap. 11. lib. 1.

2. Συνεπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη.] Ita quidem ex codice Mediceo edidit Rob. Stephanus. In Regio exemplari prius scriptum erat, ἐπεπλάκη. Postea vero emendatum est paullo recentiore manu, συνεπεπλάκη. Priorem illam lectionem ἐπεπλάκη retinuit Nicephorus, & Joannes Damascenus in Oratione 3. de Nativitate B. Mariæ. Codex autem Maz. & Fuk. scriptum habent συνεπεπλάκει, vel quod idem est, συνεπεπλάκη. Atque ita legisse videtur Rufinus: sic enim vertit: *Reconjunctum namque est sibi invicem genus, & illud per Salomonem, & illud quod per Nathan deducitur, &c.* Ubi vides Rufinum duas illas præpositiones verbi συνεπεπλάκει totidem latinis exprimere voluisse. In vulgatis quidem Rufini editionibus legitur, *conjunctum namque est sibi invicem genus, &c.* Verum in duobus manuscriptis codicibus, altero bibliothecæ Regiæ, altero Parisiensis Ecclesiæ, & in vetustissimis editionibus legitur *reconjunctum*. Nec tamen probare possum interpretationem Rufini. Nam reconjungi quidem dicuntur duæ familiæ, quæ cum ex eadem gente ortæ sint, mutuis postea connubiis inter se rejunguntur. Sed in hoc loco longe alia Africani mens est. Non enim dicit Africanus, Nathanæos ac Salomonios, qui ex eadem gente Davidica originem ducebant, mutuis inter se connubiis postea rejunctos fuisse. Verum hoc dicit, generationes illas, tum quæ a Nathane, tum quæ a Salomone ducuntur, implexas esse atque intricatas, ob secundas scilicet nuptias viduarum, & seminum suscitationes, quæ in multis generationum illarum gradibus occurrunt. Proinde præpositio illa ἐπὶ in verbo συνεπεπλάκει, non exponenda erat per *re*; ut fecit Rufinus, sed potius per præpositionem *super*. Ad verbum, συνεπεπλάκει *superimplexum est*.


3. Ἀναστάσεσιν ἀτέκνων.] Vir doctissimus Joannes Langus qui Nicephorum latine interpretatus est, hunc locum ita vertit: *Implicata enim inter se sunt genera, & quod a Salomone, & quod a Nathan descendit, repræsentatione eorum qui liberos non creassent, secundisque nuptiis, ac resuscitatione seminum.* Rufinus vero liberius quidem, sed non sine elegantia ita vertit: *Reconjunctum namque sibi est invicem genus, & illud quod per Salomonem, & illud quod per Nathan deducitur, per legales substitutiones, quæ fiebant his qui sine liberis decedebant, & per secundas nihilominus nuptias, quibus unus atque idem aliis parentibus progenitus, aliorum esse filius videbatur.* Omisit Rufinus verba illa Africani καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων, quæ certe superflua videntur. Cum enim jam antea dixerit ἀναστάσεσιν ἀτέκνων rejunctas fuisse familias, quid opus est addere ἀναστάσεσιν σπερμάτων, quod unum idemque est, teste Africano in hac ipsa ad Aristidem Epistola? Damascenus quoque in Orat. 3. de Nativitate B. Mariæ omisit hæc verba. Ceterum obscurum est, quod heic ait Africanus, reparatione scilicet seminis eorum qui sine liberis decessissent, misceri solitas esse familias. Nam quoties frater eodem patre natus relictam fratris sui in conjugium ducebat, nulla erat agnationis mutatio. Sed si forte frater uterinus viduam fratris sui uxorem duceret, tunc aliqua familiarum permixtio nasci poterat. Itaque merito addidit Africanus, καὶ δευτερογαμίαις. Hæc enim præcipua fuit caussa permixtionis familiarum, quoties mulier susceptis jam liberis ex priore matrimonio, ad secundas nuptias transvolabat, & filios ex posteriore etiam viro pariebat. Quo facto, filium ex priore matrimonio natum, uxorem duxisse, & improlem postea obiisse fingamus. Tunc si frater illius uterinus viduam in conjugium duxerit, & ex ea liberos sustulerit, in persona liberorum erit aliqua familiarum confusio; ita ut natura quidem hujus, lege autem illius filii dicantur.

4. Καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων.] Apud Nicephorum legitur ἀναστάσει; atque ita in codice Regio prius scriptum fuerat: postea vero emendatum est alia manu, ἀναστάσεσι. Verum Nicephori lectio magis placet, cum paullo ante positum sit ἀναστάσει.

5. Ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι.] Hæc est scriptura Regii codicis, quam Nicephorus etiam confirmat. Nostri tamen codices Med. Maz. & Fuk. scriptum habent ἄλλοτε ἄλλως.

6. Τὴν ἀκολουθίαν τῶν γενῶν.] Hæc est scriptura codicis Regii, quem secutus est Stephanus. Nec aliter legisse

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.



γlὼ τῶν γενῶν διηγήσομαι. ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταριθμουμένοις, τρίτος ἀπὸ τέλους εὑρίσκεται Ματθὰν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ιακὼβ τοῦ Ιωσὴφ τὸν πατέρα· ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν, ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχὶ, οὗ υἱὸς ὁ Ηλὶ ὁ τοῦ Ιωσὴφ πατήρ· Ιωσὴφ [a] γὰρ υἱὸς Ηλὶ, τοῦ Μελχί. σκοποῦ τοίνυν ἡμῖν κειμένου τοῦ Ιωσὴφ, ἀποδεικτέον πῶς ἑκάτερος αὐτοῦ πατὴρ ἱστορεῖται, ὅ, τε Ιακὼβ ἀπὸ Σολομῶντος, καὶ Ηλὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Νάθαν ἑκάτερος κατάγοντες τὸ γένος· ὅπως τε πρότερον οὗτοι δὴ ὅ, τε Ιακὼβ καὶ Ηλὶ δύο ἀδελφοί· καὶ πρός γε, πῶς οἱ τούτων πατέρες Ματθὰν καὶ Μελχὶ διαφόρων ὄντες γενῶν, τοῦ Ιωσὴφ ἀναφαίνονται πάπποι. καὶ δὴ οὖν ὅ, τε Ματθὰν καὶ Μελχὶ ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγαγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίους ἀδελφοὺς ἐπαιδοποιήσαντο· τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος [1] χηρεύουσαν, ἤτοι ἀπολελυμένην, ἢ καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, ἄλλῳ γαμεῖσθαι· ἐκ δὴ τῆς Εσθᾶ, τοῦτο γὰρ καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα παραδέδοται, πρῶτος Ματθὰν, ὁ ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος κατάγων τὸ γένος, τὸν Ιακὼβ γεννᾷ· καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ματθὰν, Μελχὶ ὁ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος, χηρεύουσαν ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἐξ ἄλλου δὲ γένους ὢν, ὡς προείπομεν, ἀγαγόμενος αὐτὴν, ἔσχεν υἱὸν τὸν Ηλί· οὕτω δὴ [2] διαφόρων δύο γενῶν εὑρήσομεν τόν τε Ιακὼβ καὶ τὸν Ηλὶ ὁμομητρίους ἀδελφούς. ὧν ὁ ἕτερος Ιακὼβ ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ηλὶ, τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τὸν Ιωσήφ· κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον. διὸ καὶ γέγραπται· Ιακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ιωσήφ. κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ηλὶ υἱὸς ἦν· ἐκείνῳ γὰρ ὁ Ιακὼβ ἀδελφὸς ὢν, ἀνέστησε σπέρμα. διόπερ οὐκ ἀκυρωθήσεται καὶ ἡ κατ' αὐτὸν γενεαλογία, ἣν Ματθαῖος μὲν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξαριθμούμενος, Ιακὼβ δέ, φησιν, ἐγέννησε τὸν Ιωσήφ. ὁ δὲ Λουκᾶς ἀνάπαλιν· ὃς ἦν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προστίθησι) τοῦ Ιωσὴφ, τοῦ Ηλὶ, τοῦ Μελχί. [3] τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν, ἐπισημότερον οὐκ ἦν ἐξειπεῖν. καὶ τὸ

A usque stirpis seriem proponemus. Igitur si a Davide per Salomonem generationes cum Matthæo numeraveris, tertius a fine reperietur Matthan, qui genuit Jacob patrem Josephi. Quod si cum Luca a Nathan Davidis filio numeres, tertius itidem a fine reperietur Melchi, cujus filius fuit Heli pater Josephi. Sic enim ait [a]: *Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi.* Cum igitur velut scopus nobis propositus sit Josephus, explicandum nobis est, quomodo uterque pater illius esse dicatur, tam Jacob qui ex Salomone, quam Heli qui ex Nathan originem ducit: ac præterea, quomodo isti duo, Jacob & Heli, fratres fuerint: deinde vero, qua ratione horum patres Matthan & Melchi, diverso genere prognati, avi Josephi fuisse probentur. B Matthan & Melchi cum eamdem uxorem alter post alterum habuissent, liberos ex ea, qui uterini fratres erant, susceperunt: quippe lex minime vetabat, ne mulier vidua, seu repudiata, seu viro ipsius mortuo, alteri nuberet. Igitur ex Estha (hoc enim mulieris nomen fuisse accepimus) primus Matthan qui a Salomone genus ducebat, Jacobum filium sustulit. Post Matthanis autem interitum, Melchi qui ad Nathanem originem referebat, cum ex eadem tribu sed diversa familia editus esset, ut antea diximus, uxorem eam sortitus, Heli filium suscepit. Hoc modo Jacob & Heli, licet diverso genere prognatos, uterinos fratres reperiemus. Quorum alter, Jacob scilicet, cum frater ipsius C Heli sine liberis decessisset, viduam ejus conjugem sibi accipiens, tertium ex ea Josephum genuit, naturali quidem ratione filium suum. Unde etiam scriptum est [b]: *Jacob autem genuit Joseph.* Sed secundum legem filius erat Heli, quippe cum ejus semen Jacobus frater suscitavisset. Proinde nec generis per eum deducta series, vana ac futilis deprehendetur: quam Matthæus quidem recensens, *Jacob*, inquit, *genuit Joseph*. Lucas vero e contrario a filiis ad parentes ascendens [c]: *Jesus*, inquit, *qui erat, ut putabatur*, (hoc enim diserte addit) *filius Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Melchi.* Neque enim poterat disertius exprimi fictitia illa generandi ratio, quæ ex lege profecta est. Ideo in hujusmodi liberorum generatione, verbum illud, *genuit*, ad finem usque

a Luc. III. 23. 24. *b* Matth. I. 16. *c* Luc. III. 23. 24.

videtur Rufinus, qui sic vertit: *ipsas generationum consequentias enarrabimus*. Reliqui tamen codices Maz. Med. Fuk. ac Savilii præferunt τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν. Quam quidem lectionem etiam ad latus codicis Regii adscriptam inveni. Nicephorus autem habet, ἐναλλαγὴν, id est *commutationem*. Et Christophorsonus quidem vulgatam a Rob. Stephano lectionem secutus est. Ego vero alteram lectionem amplexus sum, quippe quam plures & meliores codices exhiberent. Deinde Africanus hoc loco nequaquam recenset seriem utriusque generationis. Neque enim progreditur ultra Matthan, & Melchi. Sed tantum exponit ἐπαλλαγὴν, id est commixtionem, seu complicationem duarum familiarum in genealogia Christi. Apud Damascenum in Oratione citata legitur τὴν ἐπιπλοκὴν τῶν γενῶν, quod eamdem vim habet.


1. *Χηρεύουσαν γυναῖκα.*] Hoc loco Africanus χηρεύειν promiscue dixit tam de mulieribus repudiatis, quam de iis quarum viri fato functi sunt.

2. *Διαφόρων δύο γενῶν.*] Hoc loco γένος sumitur pro familia. Gens enim dividitur in familias. Sic gens Cornelia verbi gratia, in plures erat divisa familias, puta Scipionum, Sullarum, Lentulorum; qui omnes ex diverD sa quidem familia, sed ex una eademque erant gente; ac proinde gentiles dicebantur. Eodem modo Matthan & Melchi ex diversa erant familia; ambo tamen ex eadem gente Davidica, quæ in duas familias erat divisa, Salomoniorum scilicet, & Nathanæorum.

3. *Τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν.*] Heic vero nimium argutari videtur Africanus. Cum enim Lucas de Christo dixerit, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ιωσὴφ τοῦ Ηλὶ τοῦ Μελχὶ, &c. Africanus voces illas ὡς ἐνομίζετο referri vult non solum ad illa verba υἱὸς Ιωσὴφ, sed etiam ad illa, quæ sequuntur τοῦ Ηλί. Quod etsi acutum videtur, est tamen ineptum atque insulsum. Nam si Lucas Evangelista his vocibus ὡς ἐνομίζετο, legalem illam generationem seu adoptionem intelligit, ut vult Africanus, sequeretur Christum filium fuisse Josephi per adoptionem legalem, eodem plane modo quo Josephus filius fuit Heli. Ita dicendum esset, Mariam post mortem Josephi nupsisse ejus fratri, atque ex eo Christum peperisse, quod impium est & absurE dum. Id tamen necessario sequitur ex verbis Africani. Præterea si voces illæ, ὡς ἐνομίζετο, extenduntur ad ea verba τοῦ Ηλὶ, eadem ratione extendi etiam poterunt ad omnes generationum gradus qui sequuntur. Nulla enim

a *Ιωσὴφ γὰρ υἱὸς Ηλὶ, τοῦ Μελχί.*] In textu hodierno Luc. III. 23. 24. Ιωσὴφ τοῦ Ηλὶ, τοῦ Ματθὰτ, τοῦ Λευὶ, τοῦ Μελχί. Vulg. *Joseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, qui fuit Melchi*. Ad quem locum Bernardus Lamy in Harmon. pag. 28. hæc habet: „ Duo illi, *Levi* „ & *Mathat*, dicuntur inserti a librariis. Divus Irenæus „ lib. 3. *adversus hæreses* cap. 33. non agnoscit in genea„ logia Domini secundum Lucam ultra septuaginta duas „ generationes. Nunc septuaginta & sex numerantur. Ita „ aliquæ ex his generationibus additiitiæ essent: saltem „ *Levi & Mathat* cum *Cainan*, quem viri docti insertum „ volunt comm. 36. inter Arphaxad & Sale. „ Et paullo post pag. 31. „ Non mirandum est, inquit, si Africanus „ inter Melchi & Heli duas reticeat generationes, nem„ pe *Levi & Mathat*: etenim nondum insertæ fuerant in „ codicem sacrum, ea qua scriptor ille antiquissimus vi„ vebat ætate. „ Hactenus vir doctus. Qua de re sub finem hujus capitis adnotat nonnulla in eamdem sententiam cl. Valesius.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.



A ἐγέννησεν ἐπὶ τῆς τοιᾶσδε παιδοποιΐας ἄχρι τέλους ἐσιώπησε, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος [1] ἕως τοῦ Αδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ κατ᾽ ἀνάλυσιν.

reticuit, cum ad ipsum usque Adamum, qui fuit Dei, gradatim ascendendo, totius generis seriem perduxisset.

Οὐδὲ μὴν ἀναπόδεικτον ἢ ἐσχεδιασμένον ἐστὶ τοῦτο· τοῦ γοῦν σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, εἴτ᾽ οὖν φανητιῶντες, εἴθ᾽ ἁπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως δὲ ἀληθεύοντες, παρέδοσαν καὶ ταῦτα. ὡς Ιδουμαῖοι λησταὶ Ασκάλωνι πόλει τῆς Παλαιστίνης ἐπελθόντες, ἐξ εἰδωλείου Απόλλωνος, ὃ πρὸς τοῖς τείχεσιν ἵδρυτο, [2] Αντίπατρον Ηρώδου τινὸς Ιεροδούλου παῖδα, πρὸς τοῖς ἄλλοις σύλοις αἰχμάλωτον ἀπῆγον· τῷ δὲ λύτρῳ ὑπὲρ τοῦ υἱοῦ καταθέσθαι μὴ δυνάσθαι [3] τὸν ἱερέα, ὁ Αντίπατρος τοῖς τῶν Ιδουμαίων ἔθεσιν ἐντραφεὶς, ὕστερον [4] Υρκανῷ B φιλιοῦται τῷ τῆς Ιουδαίας ἀρχιερεῖ. πρεσβεύσας δὲ πρὸς Πομπήϊον ὑπὲρ τοῦ Υρκανοῦ, καὶ τὴν βασιλείαν ἐλευθερώσας αὐτῷ ὑπὸ Αριστοβούλου τοῦ ἀδελφοῦ περικοπτομένην, αὐτὸς ηὐτύχησεν [5] ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης χρηματίσαι. διαδέχεται δὲ τὸν Αντίπατρον φθόνῳ τῆς πολλῆς εὐτυχίας δολοφονηθέντα, ὁ υἱὸς Ηρώδης· ὃς ὕστερον ὑπ᾽ Αντωνίου καὶ τοῦ Σεβαστοῦ, συγκλήτου δόγματι τῶν Ιουδαίων ἐκρίθη βασιλεύειν· οὗ παῖδες, Ηρώδης οἵ τ᾽ ἄλλοι τετράρχαι. ταῦτα μὲν δὴ κοινὰ καὶ ταῖς Ελλήνων ἱστορίαις.

III. Neque vero id certa ratione destitutum, aut temere confictum est. Cognati enim Servatoris nostri, sive ad ostendendam generis sui nobilitatem, sive ut simpliciter rem docerent, veraci utique sermone hæc nobis tradiderunt: latrones scilicet Idumæos, cum Ascaloni Palæstinæ civitati supervenissent, ex delubro quodam Apollinis quod ad ipsos urbis muros positum erat, Antipatrum Herodis cujusdam Hieroduli filium simul cum reliqua sacra præda captivum duxisse. Cum vero pro redemtione filii minister templi pretium solvere non valeret, Antipater Idumæorum more institutoque educatus, postmodum Hyrcani summi Judæorum pontificis amicus effectus est. Mox legatus ad Pompejum missus ab Hyrcano, cum ei regnum quod Aristobulus maxima ex parte occupaverat, liberum restituisset, ad summam felicitatem pervenit, Curator Palæstinæ promotus. Tandem ab iis qui felicitati ejus invidebant, per insidias interfectus, Herodem filium successorem reliquit, cui postea Antonius & Augustus ex Senatusconsulto regnum Judææ adjudicarunt. Hujus Herodis filius fuit Herodes, aliique Tetrarchæ. Et hæc quidem Gentilium etiam historiæ cum Judaica communia sunt.

Αναγράπτων δὲ εἰς τότε ἐν τοῖς ἀρχείοις ὄντων C τῶν Εβραϊκῶν γενῶν, καὶ [6] τῶν ἄχρι προσηλύτων ἀναφερομένων, ὡς Αχιὼρ τοῦ Αμμανίτου, καὶ Ρούθ τῆς Μωαβίτιδος, τῶν τε ἀπ᾽ Αἰγύπτου συνεκπεσόντων ἐπιμίκτων, Ηρώδης οὐδέν τι συμβαλλομένου τοῦ τῶν Ισραηλιτῶν γένους αὐτῷ, καὶ τῷ συνειδότι τῆς δυσγενείας κρουόμενος, [7] ἐνέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφὰς τῶν γενῶν· οἰόμενος εὐγενὴς ἀναφανεῖσθαι, τῷ μὴ δὲ ἄλλον ἔχειν ἐκ δημοσίου συγγραφῆς τὸ γένος ἀνάγειν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας, [8] ἢ προσηλύ-

IV. Ceterum cum ad id usque temporis in tabulariis publicis descriptæ essent origines tam familiarum Hebraicarum, quam eorum qui ad Proselytos, id est advenas, genus suum referebant, verbi gratia ad Achior Ammanitem & ad Ruth Moabitidem, eosque qui ex Ægypto simul cum Israelitis egressi per matrimonia cum ipsis permixti fuerant; Herodes priscas illas Israelitarum familias nihil ad se pertinere intelligens, ignobilitatis suæ conscientia stimulatus, omnia illa veterum familiarum monumenta concremavit: ratus, se tum demum nobilem visum iri, cum nemo esset, qui ex publicis monumentis originem generis sui vel ad Patriarchas, vel ad Proselytos,

ratio est, cur in secundo gradu subaudiantur potius quam in reliquis lineis. Hoc igitur primo improbandum est in D explicatione Africani. Secundo loco notandum est, quod ait in generatione illa Christi quam refert Lucas, tertium esse Melchi: atqui in Evangelio Lucæ tertius nominatur Mathat, avus scilicet Josephi: Melchi vero quintus, abavus scilicet Josephi. Itaque aut Africanum memoria lapsum esse dicendum est: aut certe in codice Evangelii quo usus est Africanus, Melchi scriptum fuisse pro Mathat: quæ est conjectura Bedæ in caput 3. Lucæ. Certe Gregorius Nazianzenus in Carmine 38. de Christi genealogia, Africanum sequens Melchi pro Mathat posuit. Et Ambrosius in lib. 3. Commentariorum in Lucam.

1. Εως τοῦ Αδὰμ τοῦ Θεοῦ.] Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. particulam interserunt hoc modo ἕως τοῦ Αδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ, quod quidem mihi videtur elegantius. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus apparet.

2. Αντίπατρον Ηρώδου τινός.] Hæc narratio prorsus fabulosa est & commentitia. Nam Antipater patrem habuit non Herodem Hierodulum templi Apollinis, sed Antipa- E trum Idumæum, ut scribit Josephus in lib. 14. cap. 2. Quem Antipatrum Alexander Judæorum rex præfectum totius Idumææ constituit. Primusque hic Antipater auctor fuisse videtur hujus potentiæ, ad quam posteri ipsius postea pervenerunt. Nam & præfecturam Idumææ gessit, Alexandro & Alexandra regnantibus; & hospitio atque amicitia cum Ascalonitis & Gazæis & Arabibus inita, maximas sibi opes comparavit.

3. Τὸν ἱερέα.] Improprie sacerdotem vocat, qui erat Hierodulus. Longe enim hæc inter se differunt, ut supra notavi. Fieri tamen potuit, ut idem esset sacerdos, & Hierodulus; puta si hæc erat conditio sacerdotii, ut non nisi exuta libertate Sacerdotes caperentur.

4. Υρκανῷ φιλιοῦται.] Hoc quoque in loco nostri codices Regius, Mazarinus, Medicæus ac Fuketianus constanter scriptum habent, φιλοῦται. Quam scripturam nescio, cur Robertus Stephanus repudiavit. φιλοῦται enim dicitur, ut ἐχθροῦται.

5. Επιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης προκόψας.] Antipater Herodis parens, sub Hyrcano Judæorum rege procurationem totius regni gessit, & negotia tam civilia quam militaria administravit. Itaque ἐπιμελητὴς τῆς Ιουδαίας & ἐπίτροπος vocatur a Josepho in dicto lib. Porro codex Med. & Savil. χρηματίσας scriptum habent, non προκόψας. In Maz. autem, & Fuk. legitur χρηματίσαι. Quam scripturam confirmat Nicephorus. Sic enim habet cap. 9. libri 1. ηὐτύχησεν οὗτος ἐπιμελητὴς τῆς Παλαιστίνης γενέσθαι. Eleganter Græci dicunt ἀτυχεῖν τὸ γενέσθαι.

6. Τῶν ἄχρι προσηλύτων.] Mirum est in codicibus nostris Maz. Med. Fuk. ac Savil. scribi τῶν ἀρχιπροσηλύτων. Unde conjicere quis posset, legendum esse τῶν ἄχρι τῶν ἀρχιπροσηλύτων, &c. ut ἀρχιπροσήλυτοι sint principes, & quasi patriarchæ proselytorum; cujusmodi fuit Achior Ammanites, & convenæ illi qui Israelitis ex Ægypto egredientibus sese adjunxerunt. Quæ quidem interpretatio mihi certe non displicet. In codice Regio scriptum est, ut in editis ἄχρι προσηλύτων. Nicephorus quoque vulgatam lectionem tuetur. Paullo ante nostri codices Maz. Med. ac Fuk. scriptum habent εἰς τὸ τότε, cum articulo præpositivo.

7. Ενέπρησεν αὐτῶν τὰς ἀναγραφάς.] Hanc etiam narrationem parum certam existimo. Nam Josephus in libro de vita sua originem & antiquitatem stirpis suæ commemorans, ex publicis archivis eam repetit. Igitur restabant adhuc ætate Josephi publica tabularia, in quibus Judaicarum familiarum origines continebantur. Ac proinde falsum est, Herodem ea combussisse. Porro hæc tabularia erant in templo Hierosolymitano sub custodia scribarum, ut equidem existimo. Itaque optime Rufinus verba Africani ita vertit: *omnes Hebræorum generationes descriptæ in archivis templi secretioribus habebantur.*

8. Η προσηλύτους.] Mallem scribere ἀρχιπροσηλύτους, ut

τως, τούς τε καλουμένους [a] γειώρας [1] τοὺς ἐπιμίκτους. ὀλίγοι δὴ τῶν ἐπιμελῶν, ἰδιοτικὰς ἑαυτοῖς ἀπογραφὰς, ἢ μνημονεύσαντες τῶν ὀνομάτων, ἢ ἄλλως ἔχοντες ἐξ ἀντιγράφων, ἐναβρύνονται σωζομένης τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας· ὧν ἐτύγχανον οἱ προειρημένοι δεσπόσυνοι καλούμενοι, διὰ τὴν πρὸς σωτῆρα γένος συνάφειαν· [2] ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβὰ κωμῶν Ἰουδαϊκῶν τῇ λοιπῇ γῇ ἐπιφοιτήσαντες, καὶ [3] τὴν προειρημένην γενεαλογίαν [4] ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν εἰς ὅσον ἐξικνοῦντο ἐξηγησάμενοι; εἴτ' οὖν οὕτως, εἴτ' ἄλλως ἔχει, σαφεστέραν ἐξήγησιν οὐκ ἂν ἔχοι τις ἄλλος ἐξευρεῖν, ὡς ἔγωγε νομίζω, πᾶς τε ὃς εὐγνώμων τυγχάνει, καὶ ἡμῖν αὕτη μελέτω, [5] εἰ καὶ μὴ ἐμμάρτυρός ἐστι, τῷ μὴ κρείττονα ἢ ἀληθεστέραν ἔχειν εἰπεῖν. τὸ μέντοι εὐαγγέλιον, πάντως ἀληθεύει.

vel ad permixtos Israelitis peregrinos, qui Γειώραι dicuntur [a], posset referre. Pauci tamen antiquitatis studiosi privatos stirpis suæ commentarios, vel quod nomina ipsa memoriter callerent, vel ex archivis descriptos penes se habentes, in primis gloriabantur, quod avitæ nobilitatis memoriam conservassent. Ex quorum numero erant hi de quibus supra dixi, ob propinquitatem generis qua Servatori nostro juncti erant, δεσπόσυνοι appellati. Qui e Nazaris & Cochaba Judææ vicis in varias regiones dispersi, supradictam generis seriem ex Ephemeridum libro quam poterant fidelissime exposuerunt. Sive igitur ita se res habet, sive aliter, planiorem certe interpretationem, meo quidem judicio, aliorumque qui æqui rerum æstimatores esse volent, nemo facile repererit. Proinde hæc nobis sufficiat, tametsi nullo testimonio fulta; quando nec meliorem aliam, nec veriorem proferre possumus. Ceterum quin vera sit Evangelii narratio, dubitari non potest.

[6] Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος, ἐγέννησε τὸν Ἰακώβ. Ματθὰν ἀποθανόντος, Μελχὶ ὁ ἀπὸ Νάθαν, ἐκ τῆς αὐτῆς γυναικὸς, ἐγέννησε τὸν Ἡλί. [7] ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοὶ Ἡλὶ καὶ Ἰακώβ. Ἡλί

V. Matthan a Salomone genus ducens, Jacobum genuit. Mortuo deinde Matthane, Melchi oriundus ex Nathanis stirpe, ex eadem muliere genuit Heli. Quocirca Jacobus & Heli fratres erant uterini. He-

a Exod. xii. 19.

supra. Neque enim de novitiis ac recentibus proselytis heic loquitur Africanus, sed de nobilissimis quibusque & antiquissimis, quorum nomen in sacris libris commemoratum est; cujusmodi fuit Achior, de quo in libro Judith sæpe fit mentio. Quippe hoc loco agit Africanus de nobilitate, cujus præcipuum insigne est antiquitas generis. Ait enim, Herodem origines familiarum ideo concremasse, ne quis ex publicis monumentis probare posset, se ab ipsis patriarchis aut a proselytis originem generis sui ducere. Quod si novellos proselytos intelligamus, perit omnis hujus loci sententia: cum Herodis ætate innumerabiles essent in Judæa, qui genus suum ad novellos proselytos referrent, utpote avo nati proselyto: qui profecto archivorum suffragio opus non habebant, ut se ex proselytis oriundos esse approbarent. Huc accedit, quod ex proselytis originem ducere, ignobile potius, quam splendidum apud Judæos habebatur, exceptis, ut dixi, antiquis illis proselytis, quorum fides ac religio sacris litteris nobilitata est.

1. *Τοὺς τε καλουμένους γειώρας.*] Id verbum legitur in cap. xii. 19. Exodi, ubi Deus Mosi in Ægypto adhuc consistenti loquitur his verbis. *πᾶς ὃς ἂν φάγῃ ζυμωτὸν, ἐξολοθρευθήσεται ἡ ψυχὴ ἐκείνη ἐκ συναγωγῆς Ἰσραὴλ ἔν τε τοῖς γειώραις, καὶ αὐτόχθοσι τῆς γῆς.* Africanus *γειώρας* interpretatur *τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου συνεκπεσόντας ἐπιμίκτους.* Id est convenas, qui ex Ægypto simul cum Israelitis egressi fuerant. Duplex enim hominum genus Judæis ab Ægypto egredientibus sese adjunxit. Alterum Ægyptiorum indigenarum, quos Moses *αὐτόχθονας* vocat: alterum convenarum, id est promiscuæ multitudinis, qui *γειῶραι* dicebantur. Hesychius *γέωρες, γεωφύλακες, μέτοικοι, πάροικοι.* Georæ ergo apud Ægyptios dicebantur homines extranei, qui terram colendam acceperant sub certa pensione: quales erant in Ægypto Judæi, antequam exiissent. Eos cum indigenis Ægyptiis confudisse videtur Africanus; quem tamen refellit Moses in dicto loco. Utrosque vero, tam Georas, quam indigenas Ægyptios, uno *ἐπιμίκτων* nomine comprehendit sacra Scriptura in dicto capite versu 38. *καὶ ἐπίμικτος πολὺς συνανέβη αὐτοῖς*, id est promiscua turba, *συμμιγὴς λαός.* Origenes tamen libro 3. de Principiis, *ἐπιμίκτων* nomine Ægyptios solos intellexisse videtur, qui Hebræis permixti ex Ægypto egressi sunt. *σκληρυσμὸν μὲν ἔλεγχε τὸν τοῦ Φαραὼ, διὰ τὴν κακίαν αὐτοῦ. πειθὼ δὲ τὴν τῶν ἐπιμίκτων Αἰγυπτίων συνεξορμησάντων τοῖς Ἑβραίοις.* Drusius in lib. 2. de tribus sectis Judæorum, agens de proselytis, vocem *γειῶρα* Hebraicæ originis esse dicit, eaque significari proselytum, seu advenam. Idem scribit Hesychius *γειῶρας, γείτονας ἐξ ἄλλου γένους, καλουμένους τοῦ Ἰσραὴλ προσηλύτους.*

2. *Ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβά.*] Cochaba vicus fuit in Basanitide juxta Decapolim, ut tradit Epiphanius in hæresi Ebionæorum cap. 2. & 18.

3. *Τὴν προειρημένην γενεαλογίαν.*] Nicephorus habet *τὴν προκειμένην*: & sic in codice Regio prius scriptum fuit, sed recentiore manu emendatum est *προειρημένην.*

4. *Ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν.*] Per librum dierum intelligit Africanus Ephemeridas, quas paullo ante *ἰδιωτικὰς ἀπογραφὰς* appellavit. Plerique enim apud Judæos originum suarum studiosi, privatos generis sui commentarios ex archivis publicis descriptos penes se habebant: quemadmodum apud nos etiamnum a nobilioribus fieri videmus. Porro hoc in loco aliquid deesse apparet ex particula *τε*, quæ in omnibus nostris codicibus, & apud Nicephorum habetur. Quare supplenda videntur hæc verba *καὶ ἀπὸ μνήμης ἐς ὅσον ἐξικνοῦντο.* Ita certe legisse videtur Rufinus, qui sic vertit: *Ordinem supradictæ generationis partim memoriter, partim etiam ex dierum libris, in quantum erat possibile, perdocebant.*

5. *Εἰ καὶ μὴ ἐμμάρτυρος.*] In codice Regio, & apud Nicephorum legitur *εἰ καὶ ἀμάρτυρος*, quod idem est. Ceterum, quanti facienda sit hæc Evangelici loci explicatio, patet ex his Africani verbis: quippe qui fatetur eam nullo testimonio fulciri veterum scriptorum. Admitti tamen eam vult a nobis, eo quod nulla melior afferri possit. Quæ cum ita sint, nollem Eusebium in vestibulo historiæ suæ, mentionem hujus rei fecisse. Satius profecto fuisset ac consultius, hanc Evangeliorum dissonantiam silentio involvere, ne lectoribus a fide nostra alienis, cujusmodi tunc temporis erant quamplurimi, occasio subministraretur de Evangeliorum veritate dubitandi. Certe Julianus Augustus in libro contra Christianos, hanc Evangelistarum dissensionem nobis objicit, teste Hieronymo in Commentariis in Matthæum. Locus Juliani exstat apud Cyrillum in libro octavo contra Julianum. Auctor quæstionum Veteris, & Novi Testamenti cap. 56. de hac dissonantia loquens, Africani opinionem improbat. Sed ipse aliam affert minus probabilem.

6. *Ματθὰν ὁ ἀπὸ Σολομῶνος.*] Mira est varietas accentus in hoc nomine. Maz. quidem & Fuk. codex accentum habent in antepenultima. Nicephorus vero & Fuk. codex paullo antea penultimam circumflectunt. In Regio ac Med. duplex est accentus, tum in penultima, tum in antepenultima syllaba. Idque in aliis etiam nominibus supradicti codices observant, quoties ambiguum est, quonam accentu notanda sint vocabula, ut denotetur in aliis quidem exemplaribus hunc accentum, in aliis vero illum reperiri. Quin etiam nostri codices paullo ante scriptum habent, *ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς καταγεγραμμένοις.* Sic enim omnes nostri codices, excepto Regio, qui *Σολόμωνος* illic habet.


7. *Ὁμομήτριοι ἄρα ἀδελφοί.*] In hac conciliatione quam refert Africanus, duo sunt quæ nonnihil difficultatis h...

a *Γειώρας.*] Hac voce usus est ante Africanum Justinus M. in *Dial. cum Tryphone*, cap. cxxii. supra tom. I. pag. 574. Ad quem locum vide sis adnotata.


SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

ἀτέκνου ἀποθανόντος, ὁ Ἰακὼβ ἀνέστησεν αὐτῷ σπέρμα, γεννήσας τὸν Ἰωσὴφ, κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, κατὰ νόμον δὲ τῷ Ἠλί. οὕτως ἀμφοτέρων υἱὸς ἦν ὁ Ἰωσήφ.

A li deinde sine liberis defuncto, Jacobus ei semen suscitavit, Josepho genito: qui natura quidem Jacobi, lege autem Heli filius fuit. Sic uterque, Josephi pater recte dicitur.



bere videntur. Primum enim dubito, an licuerit uterino fratri viduam fratris sui uxorem ducere, & ex ea liberos procreare in nomen ac familiam fratris sui transituros. Lex enim Deuteronomii cap. 25. loquitur de fratre, qui habitat in eadem domo, & qui est *συγγενής*. Quod quidem solis germanis aut consanguineis competit. Nam uterinus frater non est ex eadem domo, neque ex eodem genere; cum genus, præsertim apud Judæos, ex paterna stirpe ducatur. Certe Africanus diserte testatur, Jacobum & Heli fratres uterinos contribules quidem fuisse, ex diverso tamen genere *ἐκ διαφόρων δύο γενῶν*. Secundo loco dubitare quis non immerito possit, utrum in generationibus recensendis ratio a Judæis habita sit patrum adoptivorum. Exemplum habemus illustre in Obed, cujus in genealogia Christi fit mentio. Nam cum Maalon mortuus fuisset in Moabitide, & Ruth viduam absque liberis reliquisset, Booz agnatus Maalonis, proximiore agnato jus suum ipsi concedente, Ruth uxorem accepit, quo semen Maaloni suscitaret. Ex ea tamen genitus Obedus, non Maalonis, sed Boozi filius dicitur ab Evangelistis, qui Christi prosapiam texuerunt; & in libro, qui inscribitur Ruth. Scio quid responderi possit: Moysem scilicet de fratre dumtaxat locutum: Boozum vero fratrem non fuisse Maalonis, ac proinde legem qua jubebatur, ut filius ex fratris vidua susceptus ejus nomine appellaretur, ad Boozum non pertinuisse. Deinde dici potest, Boozum idcirco nominari in generatione Christi, quod illustrior exstitisset quam Maalon.



JULII AFRICANI

QUÆ SUPERSUNT

EX QUINQUE LIBRIS CHRONOGRAPHIÆ,

Ad rem ſacram & eccleſiaſticam potiſſimum ſpectantia.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
220.

I.

Apud GEORGIUM SYNCELLUM Chronogr. *pag.* 17. *edit. Pariſ.* 14. *Venet.*

Περὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων καὶ Χαλδαίων μυθώδους χρονολογίας.

Αἰγύπτιοι μὲν οὖν ἐπὶ τῶν [1] κομπωδέστερον χρόνων περὶ τὰς περιόδους καὶ μυριάδας ἐτῶν, κατάθεσίν τινα τῶν παρ' αὐτοῖς ἀστρολογουμένων ἐξέθεντο· ἃς τινὲς τῶν ταῦτα ἀκριβοῦν δοξάντων συστέλλοντες, σεληνιαίους εἶπον ἐνιαυτοὺς, οὐδὲν ἔλαττον ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἀπονενευκότες συμπίπτουσι ταῖς ὀκτὼ καὶ ἐννέα χιλιάσιν ἐτῶν, ἃς Αἰγυπτίων οἱ παρὰ Πλάτωνι ἱερεῖς εἰς Σόλωνα καταριθμοῦντες οὐκ ἀληθεύουσι. Καὶ μετ' ὀλίγα· τὰ γὰρ Φοινίκων τρισμύρια ἔτη, ἢ τὸν τῶν Χαλδαίων λῆρον, τὸ τῶν τεσσαράκοντα ὀκτὼ μυριάδων, τί δεῖ λέ- B γειν; ἐκ τούτων γὰρ Ἰουδαῖοι [2] τὸ ἀνέκαθεν, γεγονότες ἀπὸ Ἀβραάμ, ἀρξάμενοι, ἀτυφότερόν τε καὶ ἀνθρωπίνως μετὰ τοῦ ἀληθοῦς διὰ τοῦ Μωσέως πνεύματος διδαχθέντες, ἔκ τε τῶν λοιπῶν Ἑβραϊκῶν ἱστοριῶν, ἀριθμὸν ἐτῶν πεντάκις χιλίων πεντακοσίων [3] εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτηρίου λόγου τὴν ἐπὶ τῆς μοναρχίας τῶν Καισάρων κηρυσσομένην παραδεδώκασιν.

A *De commentitia Ægyptiorum Chaldæorumque Chronologia.*

Ægyptii certe de ſuæ ætatis antiquitate jactantius eloquuti, per annorum revolutiones & myriades prorogatam quamdam ſeriem ex Aſtrologicis experimentis ſtatuerunt: quas quidem ii qui ſe penitius inſpexiſſe arbitrantur, ſummatim legentes, fabulis nihilo ſecius addicti, annos hujuſmodi lunares putandos commenti ſunt, & confictis octo vel novem annorum millenariis, quæ Soloni velut auctori Ægyptiorum ſacerdotes apud Platonem quondam adſcripſerunt, a veritate probavere ſe longe diſſitos. *Et quibuſdam interjectis.* A Phœnicibus pariter myriades annorum tres jactatas, Chaldæorumque deliria, nec non quadraginta & octo alias myriades, quid memorare neceſſe eſt? A Chaldæis enim per Abrahamum patrem orti Judæi, vero Moyſis ſpiritu imbuti, qua decet homines a faſtu alienos, ſuique memores, modeſtia, ex relictis ſibi Hebræorum monumentis annorum quinquies millium & quingentorum numerum uſque ad ſalutaris Verbi adventum ſub Cæſarum Imperio mundo evulgatum poſteris tradiderunt.

I I.

Ibid. pag. 19. *al.* 15.

Περὶ τῶν Ἐγρηγόρων. C

Πλήθους ἀνθρώπων γενομένου ἐπὶ τῆς γῆς, ἄγγελοι τοῦ οὐρανοῦ θυγατράσιν ἀνθρώπων συνῆλθον. ἐν ἐνίοις ἀντιγράφοις εὗρον, οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ. μυθεύεται δὲ, [4] ὡς οἶμαι, ἀπὸ τοῦ Σὴθ, ὑπὸ τοῦ πνεύματος, οἱ υἱοὶ Θεοῦ προσαγορεύονται, διὰ τοὺς ἀπ' αὐτοῦ γενεαλογουμένους δικαίους τε καὶ πατριάρχας, ἄχρι τοῦ Σωτῆρος· τοὺς δ' ἀπὸ Κάϊν ἀνθρώπους [5] ἀποκαλεῖν σποράν, ὡς οὐδέν τι θεῖον ἐσχηκότας διὰ πονηρίαν γένους, καὶ διὰ τῆς φύσεως ἀνόμοιον, ἐπιμιχθέντων αὐτῶν, [6] τὴν ἀγανάκτησιν ποιήσασθαι τὸν Θεόν. εἰ δὲ ἐπ' ἀγγέλων νοοῖτο ἔχειν τούτους, τοὺς περὶ μαγείας καὶ γοητείας, [7] ἔτι δὲ ἀριθμῶν κινήσεως, τῶν μετεώρων ταῖς γυναιξὶ τὴν γνῶσιν παραδεδωκέναι, ἀφ' ὧν ἐποίησαν τοὺς παῖδας τοὺς γίγαντας, δι' οὓς τῆς κακίας ἐπιγενομένης, ἔγνω τὰν ἀ-

De Egregoris.

Aucta ſuper terram hominum multitudine, angeli cæli filiabus hominum commixti ſunt. In quibuſdam exemplaribus legi, *filii Dei*. Indicat, ut reor, Spiritus ſanctus a Seth patre Dei filios vocari, ob enatos ex ejus ſtirpe uſque ad Salvatorem juſtos & Patriarchas: Cain vero progeniem, ceu nil divinum referentem, ob generis pravitatem ac confuſæ naturæ diſſimilitudinem, hominum ſemen appellat; eiſdemque indignationis ſuæ ſigna Deum inflixiſſe narrat. At ſi de Angelis ſermonem fieri ſentiamus: magiis & præſtigiis deditos accipi neceſſe eſt, qui aſtrorum & D numerorum motum, rerumque ſublimium vel meteororum notitiam mulieribus tradiderunt, quorum congreſſu conceperunt illæ Gigantes, a quibus ſcelerum omnium colluvie in univerſum or-

1. Κομπωδέσ.] Leg. χρόνων κομπωδέστερον φλυαροῦντες. GOAR.

2. Τὸ ἀνέκαθ.] Leg. γεγονότες ἀπὸ Ἀβραὰμ τὸ ἀνέκαθεν ἀρξάμενοι. ID.

3. Εἰς τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ σωτ.] Obſerva, Chriſti natalem diem ἐπιφάνειαν vocari Africani teſtimonio, qui Antonino Heliogabalo imperante vixit. ID.

4. Ὡς οἶμαι.] Leg. ὡς οἶμαι, ὑπὸ τοῦ πνεύματος, ὅτι οἱ υἱοὶ Θεοῦ ἀπὸ τοῦ Σὴθ προσαγορεύονται. ID.

5. Ἀποκαλεῖν.] Leg. ἀποκαλεῖ. ID.

6. Τὴν ἀγανάκτ.] ὡς ἀγανάκτησιν [illegible]. ID.

7. Ἔτι δὲ ἀριθ.] [illegible] κινήσεως καὶ τῶν μετεώρων [illegible] ταῖς γυναιξὶ παραδεδωκέναι λέγει, ἀφ' ὧν. ID.

φανίσαι ζώων γέν⊕ ὁ Θεὸς ἐν κατακλυσμῷ ἀ-πιττον.

A bem propagata, perfidum omne viventium genus diluvio perdere Deus decrevit.

I I I.

Ibid. pag. 81. *al.* 65.

Αδὰμ γενόμεν⊕ ἐτῶν σλ'. γεννᾷ τὸν Σὴθ· καὶ τούτοις ἐπιζήσας ἔτη ψ'. ἀπέθανεν, ἤτοι δεύτερον θάνατον.

Σὴθ γενόμενος ἐτῶν σέ. ἐγέννησε τὸν Ενώς· ἀπὸ Αδὰμ τοίνυν μέχρι γενέσεως Ενὼς, ἔτη τὰ σύμπαντα υλέ.

Ενὼς ὑπάρχων ἐτῶν [1] ρξέ. γεννᾷ τὸν Καϊνᾶν.

Καϊνᾶν δὲ ἐτῶν ρό. γεννᾷ τὸν Μαλελεὴλ.

B Μαλελεὴλ δὲ ἐτῶν ρξέ. γεννᾷ τὸν Ιάρεδ.

Ιάρεδ δὲ ἐτῶν ρξβ'. γεννᾷ τὸν Ενώχ.

Ενὼχ δὲ ὑπάρχων ἐτῶν ρξέ. γεννᾷ τὸν Μαθουσάλα· καὶ εὐαρεστήσας τῷ Θεῷ, ἐπιζήσας ἔτη σ'. οὐχ εὑρίσκετο.

Μαθυσάλα γενόμενος ἐτῶν [2] ρπή. ἐγέννησε τὸν Λάμεχ.

Λάμεχ ὑπάρχων ἐτῶν ρπή. γεννᾷ τὸν Νῶε.

Cum esset Adamus annorum 230. genuit Seth: tum vero superstes annis 700. luce privatur, hoc est secundam mortem obit.

Seth annis 205. natus genuit Enos: Ab Adamo itaque usque ad Enos natalem diem numerantur anni 435.

Enos annorum 190. genuit Cainan.

Cainan autem annorum 170. genuit Malaleel.

Malaleel vero annorum 165. genuit Jared.

Jared ætatis 162. genuit Enoch.

Enoch vero annorum 165. genuit Mathusala: annisque ducentis superstes cum Deo placuisset, non ulterius visus est.

Mathusala annis 187. natus genuit Lamech.

Lamech annis 188. natus genuit Noe.

I V.

Ibid. pag. 21. *al.* 17.

De Diluvio.

C Εγνω πᾶν ὁ Θεὸς ἀφανίσαι ζώων γένος ἐν κατακλυσμῷ, ἀπειλήσας ρκ'. ἔτη οὐχ ὑπερβήσεσθαι τοὺς ἀνθρώπους. μηδὲ νομιζέσθω ζήτημα, διὰ τὸ πλείονα χρόνον τινὰς ὕστερον βιῶναι. τὸ γὰρ διάστημα τοῦ χρόνου γέγονεν ἑκατὸν ἔτη μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ κατὰ τῶν ἁμαρτωλῶν τῶν τότε· ἦσαν γὰρ εἰκοσαετεῖς. τῷ Νῶε διὰ δικαιοσύνην εὐαρεστήσαντι κιβωτὸν ὑπέθετο κατασκευάσαι Θεός· καὶ γενομένης, εἰσῆλθον εἰς αὐτὴν, αὐτός τε Νῶε, καὶ οἱ υἱοὶ, ἡ γυνὴ, καὶ αἱ νύμφαι, καὶ ἀπὸ παντὸς ζώου ἀπαρχὴ, εἰς διαμονὴν τοῦ γένους. ἦν δὲ ἐτῶν ἑξακοσίων ὁ Νῶε, ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο. ὡς δὲ D ἔληξε τὸ ὕδωρ, ἡ κιβωτὸς ἱδρύθη ἐπὶ τὰ ὄρη Αραράτ, [3] ἃ τινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ· [4] τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας εἶναι φασίν· εἶδον δὲ τὸν τόπον ἑκάτερον. ἐπεκράτησε δὲ ὁ κατακλυσμὸς ἐνιαυτόν· καὶ τότε ἐξηράνθη ἡ γῆ. οἱ δὲ ἐξελθόντες τῆς κιβωτοῦ κατὰ συζυγίας, ὡς ἔστιν εὑρεῖν, καὶ οὐχ ὃν εἰσῆλθον τρόπον κατὰ γένη, εὐλογοῦνται πρὸς τοῦ Θεοῦ. τούτων μὲν οὖν ἕκαστον τῶν διαφερόντων τι σημαίνει.

Universum animantium genus aquis diluvii consummare decrevit Deus, vicesimum & centesimum annum homines non superaturos minatus. Nullus porro dubius hæsitet, aut quæstionem anxius moveat, spatium hoc vitæ quosdam prætergressos contemplatus. Ætatis quippe, durationisque vitæ spatium post solos centum annos diluvio instante terminandum, peccatoribus vicesimum jam annum agentibus, in scelerum pœnam, velut lata sententia fuit præfixum. Noe vero ob singularem justitiam sibi gratum arcam construere jussit Deus: eaque absoluta, ingressi sunt in eam ipse Noe & filii, uxor & nurus, & selectæ quædam ad generis eorum cujusvis conservandi fiduciam animantium primitiæ. Imminente porro diluvio annos vitæ sexcentos Noe jam attigerat: aquis vero subsidentibus, in montibus Ararat, quos esse Parthiæ novimus; quidam licet Celænis, vel in nigra Phrygiæ contendant exstare, (locus uterque mihi de visu notus est) arca constitit. Aquarum hæc inundatio anno integro stetit: ac demum exsiccata est terra. Combinata demum mas & femina, prout reperiri contigit, non ordine quo juxta genus distincta fuerant ingressa, ex arca prodierunt animantia, quæ subinde a Deo prospera benedictionum accessione cumulantur: & eorum quidem, quæ nobis conducunt, nonnihil ista significant.

V.

Ibid. pag. 83. *al.* 67.

Νῶε ἦν ἐτῶν χ'. ὅτε ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο. γίνεται τοίνυν ἀπὸ Αδὰμ μέχρι Νῶε καὶ τοῦ κατακλυσμοῦ βσξβ'. ἔτη.

E Ingruente diluvio 600. annorum erat Noe. Ab Adamo igitur versus Noe & diluvium numerantur anni 2262.

1. Ετῶν ρξέ.] Error librarii est ρξέ, ut lineis superioribus σξέ. Græcis codicibus ρζ'. & σέ. legentibus. ID.

2. Μαθυσ. ἐτῶν ρπή.] Legendum ρπζ. ex Syncelli testimonio suadeo. Scribit enim pag. 16. A. Μαθυσάλα γενόμενος ἑκατὸν ἑξήκοντα ἑπτὰ ἐτῶν ἐγέννησε τὸν Λάμεχ, τῷ χιλιαστῷ τετρακοσιοστῷ πεντηκοστῷ τετάρτῳ ἔτει τοῦ κόσμου. τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, τῷ ἑκατοστῷ ὀγδοηκοστῷ ἑβδόμῳ ἔτει αὐτοῦ Μαθυσάλα φέρουσι τὴν γέννησιν Λάμεχ. οἷς ὁ Αφρικανὸς ἀκολουθήσας. ID.

3. Α τινα ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ.] Immo in Armenia: nisi librarius cunctis auctoribus certior vaticinetur. Cedrenus ex Georgio: τὰ ὄρη Αραράτ ἴσμεν ἐν Παρθίᾳ Αρμενίας· τινὲς δέ φασιν ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας. Syncellus ipse inferius: ἐπὶ τὰ ὄρη τοῦ Αραράτ, τοῦτ' ἔστι τῆς Αρμενίας. ID.

4. Τινὲς δὲ ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγ.] Quod Phrygiæ nigræ mons sit Ararat, ex quo Marsyas fluvius emanat, & Ortelio teste ex oraculis Sibyllinis dicatur in eo arca constitisse. Conciliatas de diversis quibus arca resedisse dicitur locis sententias lege inter Allatii notas ad Eustathii 49. ID.

V I.

Ibid. pag. 86. al. 68.

Μετὰ δὲ τὸν κατακλυσμὸν Σὴμ ἐγέννησε τὸν Αρφαξάδ. A

Αρφαξὰδ γενόμενος ἐτῶν ρλέ. γεννᾷ τὸν Σαλὰ βτζζ'.

Σαλὰ γενόμενος ἐτῶν ρλ'. γεννᾷ τὸν Εβερ, βφκζ'.

Εβερ γενόμενος ἐτῶν ρλδ'. γεννᾷ τὸν Φαλὲκ, βχξα'. οὕτως ἐπικληθέντα διὰ τὸν ἐν ἡμέραις αὐτοῦ μερισθῆναι τὴν γῆν.

Φαλὲκ ἐτῶν ρλ'. ἐγέννησε τὸν Ραγαῦ, καὶ ἐπιζήσας ἔτη σθ'. ἐπελεύτησεν.

Post diluvium Sem genuit Arphaxad.

Arphaxad annis 135. natus genuit Sala: anno 2397.

Sala annis 130. natus genuit Heber, anno 2527.

Heber annis 134. natus, anno 2661. genuit Phalec, sic vocatum, quod ejus ætate divisa fuerit terra.

Phalec annis 130. natus genuit Ragau, & superstes annis 209. morte sublatus est.

V I I.

Ibid. pag. 93. al. 74.

Τῷ ,γσοζ'. ἔτει τοῦ κόσμου ἐπέβη Αβραὰμ τῆς ἐπηγγελμένης Χαναανίτιδος γῆς. B

Anno mundi 3277. terram Chananitidem sibi promissam ingressus est Abraham.

V I I I.

Ibid. pag. 99. al. 79.

Περὶ Αβραάμ.

Ενθεν ἄρχεται τῶν Εβραίων ἡ προσωνυμία. Εβραῖοι γὰρ οἱ Περάται ἑρμηνεύονται, οἳ διεπεράσαντο Εὐφράτην μετὰ Αβραάμ· καὶ οὐχ, ὥς οἴονταί τινες, ἀπὸ Εβερ τοῦ προειρημένου. συνάγεται τοίνυν εἰς τὴν ἐπίβασιν τῆς κατηγγελμένης γῆς Αβραὰμ, ἀπὸ μὲν τοῦ κατακλυσμοῦ καὶ Νῶε, γενεῶν δέκα ἔτη ,αιέ. ἀπὸ δὲ Αδὰμ γενεῶν εἴκοσι, C ἔτη [1] ,γσζ'.

De Abraham.

Heic primum nomen Hebræorum auditum est. Hebræi namque Transmigrantes exponuntur, qui cum Abraham trajecerunt Euphratem; & non, ut quidem autumant, ab Heber: de quo alibi sermo habitus. A præterito itaque diluvio, Noeque temporibus, usque ad ingressum Abrahæ in terram promissam, generationum decem anni 1015. colliguntur: ab Adamo vero, generationum viginti anni 3277.

I X.

Ibid. pag. 100. al. 80.

De Abraham & Lot.

Λιμοῦ κατασχόντος τὴν γῆν τὴν Χαναανίτιδα κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον Αβραὰμ· καὶ δεδιὼς μὴ διὰ τὸ κάλλος τῆς γυναικὸς ἀναιρεθῇ, ἀδελφὸς εἶναι σκέπτεται. ἐπαινεθεῖσαν δὲ ἠγάγετο Φαραώ· οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τοὺς βασιλεῖς ἑρμηνεύουσι. καὶ ὁ μὲν δίκας ἔτισε τῷ Θεῷ· ὁ δ' ἅμα τοῖς ἰδίοις D Αβραὰμ ἤδη πλουτῶν ἀπηλλάττετο. ἐν Χανααν διεπληκτίσαντο ποιμένες τοῦ Αβραὰμ, καὶ τοῦ Λὼτ, καὶ δόξαντος αὐτοῖς ἐχωρίσθησαν, ἑλομένου Λὼτ ἐν Σοδόμοις οἰκεῖν δι' ἀρετὴν καὶ κάλλος τῆς γῆς ἐχούσης πέντε πόλεις, Σόδομα, Γόμορρα, Αδαμα, Σεβοεὶμ, Σηγὼρ, καὶ τοσούτους βασιλεῖς. τούτοις οἱ πλησιόχωροι τέσσαρες βασιλεῖς Σύρων ἐπολέμησαν, ὧν ἡγεῖτο Χοδολλογόμορ βασιλεὺς Αἰλάμ· συνέβαλον δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν τὴν ἁλικὴν, ἣ καλεῖται νῦν θάλαττα νεκρά. ἐν ταύτῃ πλεῖστα τῶν θαυμασίων τεθέαμαι· ζῶον τε γὰρ οὐδὲν ἐκεῖνο τὸ ὕδωρ φέρει· καὶ νεκροὶ μὲν ὑποβρύχιοι φέρονται, ζῶντες δὲ οὐδ' ἂν ῥᾳδίως βαπτίσαιντο. λύχνοι E μὲν καιόμενοι ἐπιφέρονται, σβεννύμενοι δὲ καταδύουσιν. ἐνταῦθα δέ εἰσιν αἱ τῆς ἀσφάλτου πηγαί· φέρει δὲ στυπτηρίαν καὶ ἅλα ὀλίγον τι τῶν ἄλλων διαφέροντα· πικρά τε γάρ ἐστι

Fame per terram Chananitidem grassante, Abraham descendit in Ægyptum: at ne ob uxoris venustam speciem occideretur, fratris nomine simulate accepto servatur. Saram forma laudatam abducit Pharao: hoc quippe nomine reges appellant Ægyptii. Et ille quidem simul cum domesticis pœnas Deo solvit: Abraham vero cum famulitio multis divitiis auctus dimittitur. Pastores Abraham & Loth rixis pugnisque contendunt; ipsi tamen communi sententia separantur ab invicem: Loth propter terræ quinque civitatibus Sodomis, Gomorrha, Adama, Seboim & Segor, totidemque regibus insignis, ubertatem & gratam planitiem, Sodomis habitare seligente. His vicini Syrorum reges quatuor, quorum dux præcipuus erat Chodollogomor rex Aelam bellum intulerunt;& ad mare salis, nunc mortuum, manus conseruerunt. In isto mari quamplurima portenta visu digna observavi. Nullum animans nutrit ejus aqua: & mortua quidem cadavera in eam cito merguntur, viva vero corpora enatant, nec imum facile petunt: faces ardentes in ea sursum feruntur, extinctæ merguntur. In eadem bituminis origo & officina: producit alumen, & paucum salem, nonnihil a reliquis discrepantia; amara sunt enim & pellucida. Ubicumque circa eam

1. Ετη ,γσζ.] Mendosum numerum ,γσζ. in ,γσζ. commutandum cogit hæc ratio. A mundi ortu ad diluvium numerat Africanus annos 2262. quibus ad Abrahæ natalem diem addit alios 1015. Ex utraque igitur summa collegit ,γσζ. 3277. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 220.

καὶ διαυγῆ· ἔνθα δ' ἂν καρπὸς ἀρεθῇ, κάπνου πλέον ἀρίσκεται θολερωτάτου, τὸ δὲ ὕδωρ ἰᾶται τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λήγει τε παντὶ ὕδατι πάσχων τὰ ἐναντία, εἰ δὲ μὴ Ἰορδάνην εἶχε τὸν ποταμὸν τροφὴν, ὡς πορφύραν διατρέφοντα, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀντέχοντα, ἔληξεν ἂν θᾶττον ἢ φαίνεται. ἔστι δὲ παρ' αὐτῇ πάμπολυ τοῦ βαλσάμου φυτόν· ὑπονοεῖται δὲ ἀνατετράφθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ τὴν τῶν περιοικούντων ἀσέβειαν.

A fructus enascitur, turbido tantum fumo turget. Aqua hæc utentibus admodum salubris est, ac more cuilibet aquæ contrario exsiccatur: & nisi Jordanem ad instar conchæ nutritium & continuum humorem subministrantem haberet, ac velut exsiccationis periculo obsistentem, citius quam videatur, defecisset. Circumquaque non minima balsami plantæ copia est; quam quidem ob vicinorum incolarum improbitatem a Deo dicunt profligatam penitus & exstirpatam.

X.

Ibid. pag. 107. *al.* 86.

De patriarcha Jacob.

[1] Η ποιμενικὴ σκηνὴ τοῦ Ιακὼβ ἐν Εδέσσῃ σωζομένη κατὰ τοὺς χρόνους Αντωνίνου [2] βασιλέως Ρωμαίων, διεφθάρη κεραυνῷ.

I. Pastorale Jacob tentorium usque ad Antonini Romanorum imperatoris Edessæ tempora servatum, fulmine dejectum est.

B

Ιακὼβ ἀπαρεσθεὶς τοῖς ὑπὸ Συμεὼν καὶ Λευὶ πραχθεῖσιν ἐν Σικίμοις διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς φθορὰν εἰς τοὺς ἐπιχωρίους, θάψας ἐν Σικίμοις οὓς ἐφέρετο θεοὺς παρὰ τὴν πέτραν ὑπὸ τὴν θαυμασίαν [3] τερέβινθον, ἥτις μέχρι νῦν εἰς τιμὴν τῶν πατριαρχῶν ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων τιμᾶται· [4] μετῆρεν εἰς Βεθήλ. ταύτης παρὰ τὸ πρέμνον τῆς τερεβίνθου βωμὸς ἦν, ἐφ' ὃν [5] τὰς ἐκτενὰς ἀνέφερον ἐν ταῖς πανηγύρεσι [6] τῆς χώρας ἔνοικοι· ἡ δ' οὐ κατεκαίετο [7] δοκοῦσα πιμπρᾶσθαι. παρὰ ταύτην ὁ τάφος Αβραὰμ καὶ Ισαὰκ. φασὶ δέ τινες ῥάβδον εἶναι τινὸς τῶν ἐπιξενωθέντων ἀγγέλων τῷ Αβραὰμ φυτευθεῖσαν αὐτόθι.

II. Tristatus Jacob de cæde Sichimorum a Symeone & Levi sororis Dinæ stuprum ulturis perpetrata, quum patrios illius gentis deos a suis coli non ferret, ad petram sub mirabili terebintho, quæ ad hanc usque diem in honorem patriarcharum apud incolas in pretio est, cuncta illa simulacra sepelivit: atque inde migravit in Bethel. Ante terebinthi istius stipitem erat exstructum altare, ad quod protensas & assiduas preces celebrioribus festis & populi conventibus fundebant regionis incolæ; terebinthus autem licet arderet, nihil tamen damni patiebatur. Ad eam Abraham & Isaac sepulcra posita. Baculum C unius ex Angelis hospitio receptis ab Abraham, ejus ibi manu plantatum quidam esse affirmant.

X I.

Ibid. pag. 106. *al.* 85.

Απὸ Αδὰμ [8] τοίνυν ἐπὶ τὴν τελευτὴν Ιωσὴφ,

Ab Adamo usque ad obitum Joseph ex hocce

1. Η ποιμεν.] Hæc & sequentia de Jacob ab Africano enarrata, exstant apud Syncellum l. c. refertque Scaliger in suis excerptis Græcis Eusebianis pag. 22. tacito Syncelli nomine: quod præteriit Tillemontium *Mem. eccl.* tom. III. pag. 255.

2. Αντωνίνου.] Heliogabalum intellige, cujus ætate florebat Africanus. Eo sane sensu hæc accepit idem Syncellus, qui statim subdit: ὥς φησιν ὁ Αφρικανὸς, ἕως τῶν χρόνων αὐτοῦ Αντωνίνου ἱστορήσας.

3. Θαυμασίαν τερέβινθον.] De qua copiose Scaliger (in not. ad Græca Euseb. pag. 414.) imponens etiam lectori, ubi Hegesippum eam superstitem negasse asserit, qui tantum an maneret sibi dixit incertum. Certius de illa disserunt oculati testes, Franciscus Quaresmius in *Elucidat. terræ sanctæ*, Eugenius Rogerius, & alii de sacris peregrinationibus auctores. GOAR. — Vide sis Valesium ad Eusebium *de Vit. Constant.* lib. III. cap. LIII. nott. 3. & 5. qui & alibi ad ejusdem Eusebii *Hist. eccl.* lib. IV. cap. VI. observat ex S. Hieronymo in cap. XXXI. Hieremiæ, exsecrabile fuisse Judæis, mercatum celeberrimum qui quotanni fiebat ad Terebinthum, invisere.

4. Μετῆρεν.] Præmittendum censet Goarus ἐντεῦθεν; quod minus necessarium videtur. θάψας .... μετῆρεν.

5. Εφ' ὃν τὰς ἐκτενὰς ἀνέφερον.] Εκτενὰς se ignorare fatetur Scaliger. Usitat ecclesia orientalis: *preces* videlicet *protensiores* a Diacono pronuntiandæ, quibus pro cunctis hominum generibus variisque humanæ vitæ necessitatibus Ecclesia diserte & explicate Deum O. M. exorat. Quanti faciendæ ab omni vere Christiano homine, vetustas earum a quatuordecim jam sæculis probata commonet. De illis abunde in nostris Euchologicis. GOAR. — Svicerum adi, si placet, in *Thes. eccl.* tom. I. pag. 1073. v. Εκτενής II. Ceterum Allatius in notis ad Eustathium pag. 293. hæc Africani verba corrupta censet, atque ita ex suo Eustathio restituenda: ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέφερον. Quod minime admittendum videtur. Verba enim Africani παραφράζειν auctor perhibetur, ut mox patebit.

6. Εν ταῖς πανηγύρεσι.] Ut mercatum Ethnicis; ita Christianis sacrum conventum indicat πανήγυρις. Ethnicam solam significantiam memorat Scaliger. GOAR.

7. Η δ' οὐ κατεκ. δοκ. πιμπρ.] His ceu fide dubia Scaligero nutantibus, & a præviis paginis textus Euseb. 22. rescissis & expunctis, certius testimonium reddit Eustathius ab Allatio editus. Sic enim ille pag. 77. ἐν ᾧ τόπῳ ὑπῆρχε καὶ ἡ τερέβινθος, ὑφ' ᾗ ἔκρυψεν Ιακὼβ τοῦ Λάβαν τὰ εἴδωλα· ἥτις ἔστι καὶ νῦν εἰς τιμὴν τῶν προγόνων ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων θρησκεύεται. ἔστι γὰρ ἄχρι τοῦ δεῦρο παρὰ τὸ πρέμνον αὐτῆς βωμὸς, ἐφ' ὃν τά τε ὁλοκαυτώματα καὶ τὰς ἑκατόμβας ἀνέφερον· εἶναί τέ φασι ῥάβδον αὐτὴν ἑνὸς τῶν ἐπιξενωθέντων ἀγγέλων τῷ Αβραὰμ, ἥνπερ τῷ τόπῳ τότε παρὼν ἐνεφύτευσε· καὶ ἐξ αὐτῆς ἡ ἀξιάγαστος αὕτη ἀνεφύη τερέβινθος. ὑφαφθεῖσα γὰρ ὅλη πῦρ γίνεται, καὶ νομίζεται τοῖς πᾶσιν εἰς κόνιν ἐκ τῆς φλογὸς ἀναλύεσθαι. κατασβεσθεῖσα μέν τοι ἀσινὴς ὅλη καὶ ἀκέραιος δείκνυται. Hoc est: „ Eo loci (quo „ Abraham & Jacob & Joseph sepulti) stabat Terebinthus, sub qua Labani simulacra Jacob occultavit. Ea „ etiamnum perseverat; & in majorum honorem a vicinis „ incolis præcipuo honore colitur. Ad ejus enim stipitem „ in hodiernum usque diem altare erectum est, ad quod „ holocausta & hecatombas offerebant. Baculumque unius „ ex Angelis ab Abraham hospitio exceptis eam esse dicunt, quam tunc inibi loci plantans in terram fixit: „ & ex eo mira illa terebinthus prodiit. Succenso etenim „ igne tota flammis ardet, & jam jam in cineres vertenda ex flammæ magnitudine apparet. Igne vero sopito, „ pura omnino & incorrupta demonstratur. „ Hac de re insuper habet nonnulla Eusebius *Demonstr. evang.* lib. V. cap. IX. pag. 234. ID.

8. Απὸ Αδὰμ τοίνυν.] Eadem repetit ex Africano Syncellus paullo post pag. 111. al. 88. ipsumque annis 110. vel 109. a vero aberrasse, utrobique contendit. Ad hunc autem locum adnotat ista Goarus: „ Ut Levi, ita & Joseph ab Adamo soboles 24.ª numeratur: qui, ob Cainan „ ab Africano præteritum, ipsi tertia supra vicesimam „ recensetur. Observa γέννησιν, haud τελευτὴν, heic legendum. „

καὶ ἐκ τῆσδε τῆς βίβλου γενεαὶ μὲν κγ'. ἔτη δὲ ,γφξγ'.

A libro generationes quidem 23. anni vero 3563. numerantur.

X I I.

Ibid. pag. 148. *al.* 118.

Ex lib. III. Chronogr. Africani.

Φαμὲν τοίνυν ἐκ γε τοῦδε συντάγματος, Ὤγυγον [1], ὃς τοῦ πρώτου κατακλυσμοῦ γέγονεν ἐπώνυμος [2], πολλῶν διαφθαρέντων διασωθεὶς, κατὰ τὴν Αἴγυπτον τοῦ λαοῦ μετὰ Μωσέως ἔξοδον γενέσθαι. καὶ μετ' ὀλίγα· μετὰ δὲ Ὤγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Αττικὴ [3], μέχρι Κέκροπος ρπθ'. τὸν μὲν γὰρ Ὤγυγον Ακταῖον, ἢ τὰ πλασσόμενα τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶν ὁ Φιλόχορος. καὶ μεθ' ἕτερα· ἀπὸ Ὠγύγου ἐπὶ Κῦρον, ὅπως ἀπὸ Μωσέως ἐπὶ τὸν αὐτοῦ χρόνον, ἔτη ,ασλέ. [4]

Ex hoc igitur laterculo, Ogygum cui a priori diluvio factum nomen, pluribus e medio sublatis servatum, ævo illo quo cum populo Moyses ex Ægypto profectus est, exstitisse affirmamus. *Et post nonnulla*: Devastato diluvii aquis hominum B genere, ad usque Cecropis ætatem & annos 189. post Ogygum, absque regibus Attica nunc dicta regio permansit. Verum enimvero Actæum Ogygum, vel quævis alia ficta nomina nusquam exstitisse Philochorus affirmat. *Aliisque interjectis*: Ab Ogygo usque ad Cyrum, velut a Moyse ad eumdem usque terminum, anni numerantur 1235.

X I I I.

Ex eodem libro III.

Apud Eusebium Præparat. Evang. *lib.* x. *cap.* x.

Μέχρι μὲν Ὀλυμπιάδων, οὐδὲν ἀκριβὲς ἱστόρηται τοῖς Ἕλλησι, πάντων συγκεχυμένων, καὶ κατὰ μηδὲν αὐτοῖς τῶν πρὸ τοῦ συμφωνούντων· αἱ δὲ ἠκρίβωντο πολλοῖς, τῷ μὴ ἐκ πλείστου διαστήματος, διὰ τετραετίας δὲ, τὰς ἀναγραφὰς αὐτῶν ποιεῖσθαι τοὺς Ἕλληνας. οὗ δὴ χάριν τὰς ἐνδοξοτάτας, καὶ μυθώδεις ἐπιλεξάμενος ἱστορίας, μέχρι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπιδραμοῦμαι· τὰς δὲ μετὰ ταῦτα, συζεύξας κατὰ χρόνον ἑκάστας, εἴ τινες ἐπίσημοι, ταῖς Ἑλληνικαῖς τὰς Ἑβραϊκὰς, ἐξιστορῶν μὲν τὰ Ἑβραίων, ἐφαπτόμενος δὲ τῶν Ἑλληνικῶν, ἐφαρμόσω τόνδε τὸν τρόπον· λαβόμενος μιᾶς πράξεως Ἑβραϊκῆς ὁμοχρόνου πράξει ὑφ' Ἑλλήνων ἱστορηθείσῃ, καὶ ταύτης ἐ- D χόμενος, ἀφαιρῶν τε καὶ προστιθεὶς, τίς τε Ἕλλην, ἢ Πέρσης, ἢ καὶ ὁστισοῦν τῇ Ἑβραίων [5] συνεχρόνησεν, ἐπισημειούμενος, ἴσως ἂν τοῦ σκοποῦ τύχοιμι.

C I. Ante Olympiadum seriem, Græcorum in historia certi nihil exploratique reperias: usque adeo perturbata sunt omnia, nec ulla secum ex parte consentiunt, quæ antea contigisse memorantur. At in Olympiadibus digerendis accurate multi diligenterque versati sunt, quod non longo intervallo, sed tantum suo cujusque res quadriennio definitas Græci comprehensasque perscripserint. Quamobrem ex fabulosis illis, quæ ad primam usque Olympiadem fama ceteris & hominum opinione præstiterint, breviter cursimque libatis; quæ postea contigerint, ea si modo insignia videbuntur, ita cum Græcis Hebræa contexam, ut Græcis obiter dumtaxat perstrictis, Historici more fusius Hebræa pertexam. In quo ejusmodi futura mea ratio est; ut quoties Hebraicam historiam, quæ cum Græca aliqua tempore conveniat, tractandam suscepero, toties in ea constanter hærens, detractis, ubi res tulerit, adjectisve nonnullis, quinam aut Græcorum, aut Persarum, aut populi cujusvis alterius, ejusdem tempore floruerit, aperiam: sic enim ejus me demum, quod propositum mihi est, compotem futurum existimo.

σαρος, ὅπερ ἦν Ολυμπιάδος σβ'. ἔτος δ' ὅτε- A ρον, ἐπισυνάγεσθαι τὰ προειρημένα υοέ, ἃ γίνεται κατὰ Εβραίους ἔτη υϛ'. ὡς προείρηται, τοῦτ' ἔστι ἑβδομάδες ό. καθὰ προεφητεύθη τῷ Δανιὴλ ὑπὸ τοῦ Γαβριὴλ ἡ Χριστοῦ παρουσία. εἰ δὲ τῷ δοκεῖ τὰ ιέ. ἔτη τὰ Εβραϊκὰ πλάνην ἐγγεννᾷν μετ' ἐκεῖνα εἰς ἡμᾶς ἔτη [1] ί. ἐγγὺς, καὶ οὐδὲν ἐν μέσῳ παράδοξον ἱστόρηται. δύναται δὲ ἡ μία καὶ ἡμίσεια ἑβδομὰς, ἣν ἐπὶ συντελείᾳ παραλαμβάνεσθαι δεῖν ὑπονοοῦμεν, παρηγορεῖν τὸ ἐπιζητούμενον τῶν ιέ. ἐτῶν, καὶ κουφίζειν τὸν χρόνον [2], ὅτι τε συμβολικώτερον αἱ προφητεῖαι ἐξενηνεγμέναι τυγχάνουσι δῆλον.

Cæsaris annum decimum sextum, qui Olympiadis 202. anno 4. æqualis est; annos Julianos 475. supra memoratos, qui Hebræos 490. juxta præmissa componunt, numerantur, id est hebdomades 70. post quas Christi adventus a Gabriele Daniel prænuntiatus est. Hebraici vero anni quindecim aliis adjecti, annorum saltem 10. errorem licet nonnemini videantur invehere: certe dubium hoc in medium nihil absurdi proferre indubius sum. At quam commode hebdomas una & altera media (quam ad numeri complementum assumendam conjicimus) de annis 15. quæstioni factæ medeatur, & terminum reddat breviorem, uno verbo consummationem abbreviet, quod prophetiæ sym- B bolis involutæ proferri soleant, omnino manifestum puto.

Οπόσον δὲ ἐφ' ἡμῖν, ὀρθῶς οἶμαι τὴν γραφὴν ἐδεξάμεθα. ἐπεὶ καὶ συναιρεῖσθαι πως ἡγουμένη τῆς ὀπτασίας περικοπὴ δοκεῖ, ἧς ἡ ἀρχή· ἐν ἔτει τρίτῳ τῆς βασιλείας Βαλτάσαρ· ἔνθα περὶ τῆς καθαιρέσεως τῆς Περσῶν ἀρχῆς ὑφ' Ελλήνων προδηλοῖ, ἣν διὰ τοῦ κριοῦ καὶ τοῦ τράγου προδηλοῖ, ἡ θυσία φησὶν ἡ ἀρθεῖσα καὶ τὰ ἅγια ἐρημωθήσεται εἰς καταπάτημα, ἅπερ εἰς ‚βτ'. ἡμέρας περιγραφήσεται. εἰ γὰρ εἰς μῆνα τὴν ἡμέραν λογισαίμεθα, ὡς ἀλλαχοῦ κατὰ προφητείαν εἰς ἐνιαυτοὺς αἱ ἡμέραι παραλαμβάνονται, καὶ ἄλλως ἀλλαχόθι, ἀναλύσαντες ὁμοίως τοῖς πρὸ τούτου εἰς μῆνας τοὺς Εβραϊκοὺς, εὕρομεν ἂν κ'. τῆς Αρταξέρξου βασιλείας ἀπὸ τῆς ἁλώσεως Ιερουσαλὴμ συντελούμενον τὸν χρόνον. ἔτη γὰρ συνάγονται ρπέ. καὶ ἐνιαυτὸς εἷς ἐν ᾧ τὴν πόλιν ἐτείχισεν ὁ Νεεμίας. τοὺς οὖν ρπϛ'. ἐνιαυτοὺς μῆνας εὑρίσκομεν ‚βτ'. Εβραϊκούς. τῆς ὀκταετηρίας ἀκολούθως τοὺς πρὸς τούτοις ἐμβολίμους τρεῖς μῆνας προσλαμβανούσης. ἀπὸ δὲ Αρταξέρξου ὅθεν ὁ λόγος ἐξῆλθεν οἰκοδομηθῆναι Ιερουσαλὴμ ό. ἑβδομάδες συντελοῦνται. ἰδίᾳ δὲ περὶ τούτων καὶ ἀκριβέστερον ἐν τῷ περὶ ἑβδομάδων καὶ τῆσδε προφητείας ἀπεδείξαμεν. θαυμάζω δὲ Ιουδαίων μὲν μήπω φασκόντων ἐληλυθέναι τὸν Κύριον· τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος δὲ ἀπὸ τῶν προφητειῶν μὴ προηγορεῦσθαι οὕτω γυμνῶς ὑπ' ὄψιν τῶν γραφῶν δεικνυουσῶν. καὶ μετ' ὀλίγα· συνάγονται τοίνυν οἱ χρόνοι ἐπὶ τοῦ Κυρίου παρουσίαν ἀπὸ Αδὰμ καὶ τῆς κτίσεως ἔτη ‚εφλά. ἀφ' οὗ χρόνου ἐπὶ Ολυμπιάδα σν'. ἔτη ρϟβ'. ὡς ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν ἀποδέδεικται.

IV. Sane quantum minerva dedit, Scripturam recte me percepisse arbitror: quandoquidem ipsum de visione dictum præcedens calculos omnes in summam redigere videtur, cujus verbis primis ait; [a] *In anno tertio regni Baltasar:* quibus de regni Persarum, Græcorum armis excidio (quorum regnum utrumque arietis & hirci figura designat) vaticinatur: [b] *Sacrificium*, inquit, *tolletur, & sancta in conculcationem deserta fient, quæ diebus* 2300. *circumscribentur*. Die namque in mensem a nobis reputato, prout Prophetarum lo- C cis aliis dies annorum vice, & iterum alibi diversa ab his ratione sumuntur; diebus pariter superius memoratis in menses redactis, a capta Hierusalem ad Artaxerxis annum vigesimum summam omnem consummatam observavimus. Anni siquidem colliguntur 185. quibus alter, quo Neemias urbi murum circumposuit, addendus. Hebraicos itaque menses 2300. annos computamus 186. quorum octoerides singulæ menses tres intercalares ad se se ordine derivant. Ceterum ab Artaxerxis tempore quo de reparandis ædibus Hierusalem edictum promulgatum est, hebdomades 70. complentur. De his vero accuratiorem tractatum de hebdomadum & præfata Prophetia opusculo privatim D exposuimus. Judæos autem Dominum nondum venisse, Marcionis quoque discipulos nusquam ejus adventum prophetiis enuntiatum afferentes, non possum non mirari. *Et post pauca:* Anni itaque ab Adam condito ad Christi adventum & ejus resurrectionem 5531. colliguntur: a qua temporis epocha ad Olympiadem 250. anni 192. ut in præcedentibus declaratum est, intercurrunt.

X I X.

Apud S. BASILIUM *lib.* de Spiritu sancto, *cap.* XXIX. §. 73. *opp. tom.* III. *pag.* 61. *seq. noviss. edit. Paris.*

[3] Ημεῖς γὰρ οἱ κἀκείνων τῶν [4] ῥημάτων τὸ μέτρον ἐπιστάμενοι, καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀγνοοῦντες τὴν χάριν, εὐχαριστοῦμεν τῷ παρασχομένῳ τοῖς ἰδίοις [5] ἡμῖν πατρὶ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα καὶ κύριον ἡμῶν Ιησοῦν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα, μεγαλωσύνη σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας.

E Nos enim qui & illorum verborum modum didicimus, nec ignoramus fidei gratiam, gratias agimus Patri, qui nobis suis creaturis præbuit universorum servatorem ac Jesum Christum Dominum nostrum; cui gloria, majestas, cum sancto Spiritu in sæcula.

a Dan. VIII. 1. *b* Ibid. 13. 14.

1. Ετη ί.] Cod. Barb. ἔτη διακόσια. GOAR.
2. Χρόνον.] P. χρόνους. ID.
3. Ημεῖς γάρ.] Hunc locum recitat S. Basilius l. c. sic prælocutus: Αλλ' οὐδὲ Αφρικανὸν τὸν ἱστοριογράφον τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς δοξολογίας παρέλαβε. φαίνεται γὰρ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς τῶν χρόνων ἐπιτομῆς, οὕτω καὶ αὐτὸς λέγων· ἡμεῖς κ. τ. λ. „ At nec Africanum historicum talis glorificandi forma „ præteriit. Siquidem constat in quinta de temporibus „ epitoma, & ipsum ad hunc loqui modum: Nos „ cet. Quo ex loco conjicit Tillemontius *Mem. eccl.* tom. III. pag. 256. Africanum quinto suo *Chronographiæ* libro his verbis finem imposuisse.
4. Τῶν ῥημάτων.] Tres mss. τῶν ῥητῶν. MARAN.
5. Ημῖν πατρί.] Sic mss. quinque. Editi ὑμῶν πατράσι. *Qui præbuit nostris patribus omnium servatorem.* Ibidem hæ voces, καὶ κύριον ἡμῶν, desunt in tribus mss. Mox editi, καὶ ἡ μεγαλοσύνη. At codices mss. ut in textu. ID.

MARCI
MINUCII FELICIS
OCTAVIUS.

VETERUM TESTIMONIA DE M. MINUCIO FELICE.

I.

LACTANTIUS *lib.* I. Divin. Instit. *cap.* XI.

MINUCIUS FELIX in eo libro, qui OCTAVIUS A inscribitur, sic argumentatus est: „ Saturnum, cum fugatus esset a filio, in Italiamque „ venisset, Cæli filium dictum; quod soleamus eos „ quorum virtutem miremur, aut qui repentino „ advenerint, de cælo cecidisse dicere: Terræ „ autem, quod ignotis parentibus natos, terræ filios nominemus. „

IDEM *ibid. lib.* V. *cap.* I.

MINUCIUS FELIX, non ignobilis inter causidicos loci fuit. Hujus liber, cui OCTAVIO titulus est, declarat, quam idoneus veritatis assertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset.

II.

HIERONYMUS de Viris illustr. *cap.* LVIII.

MINUCIUS FELIX, Romæ insignis causidicus, B scripsit Dialogum Christiani & Ethnici disputantium, qui OCTAVIUS inscribitur. Sed & alius sub nomine ejus fertur *de Fato*, vel contra Mathematicos; qui cum sit & ipse diserti hominis, non mihi videtur cum superioris libri stilo convenire. Meminit hujus MINUCII & Lactantius in libris suis.

IDEM *in* Libro apologet. *ad Pammachium*, *sive Epist.* XLVIII. §. 13. *opp. edit. Veron. tom.* I. *pag.* 221.

Taceo de Latinis scriptoribus, Tertulliano, Cypriano, MINUCIO, Victorino, Lactantio, Hilario: ne non tam me defendisse, quam alios videar accusasse.

IDEM *in* Epitaphio Nepotiani, *sive Epist. ad Heliodorum* LX. §. 10. *Ibidem pag.* 336.

Sermo ejus (*Nepotiani*) per omne convivium C de Scripturis aliquid proponere, libenter audire, respondere verecunde, recta suscipere, prava non acriter confutare, disputantem contra se magis docere quam vincere. Et ingenuo pudore qui ornabat ætatem, quid cujus esset, simpliciter confiteri; atque in hunc modum eruditionis gloriam declinando, eruditissimus habebatur. Illud, ajebat, Tertulliani, istud Cypriani: hoc Lactantii, illud Hilarii est. Sic MINUCIUS FELIX, ita Victorinus, in hunc modum est locutus Arnobius.

IDEM *in Epist.* LXX. *ad Magnum Oratorem* §. 5. *Ibid. pag.* 427.


MINUCIUS FELIX causidicus Romani fori, in libro cui titulus OCTAVIUS est, & in altero contra Mathematicos (si tamen inscriptio non mentitur auctorem) quid gentilium scripturarum dimisit intactum?

III.

EUCHERIUS *Lugdunensis Episcop. in Epist. ad Valerianum. Bibl. PP. tom.* V. *pag.* 771.

Et quando clarissimos facundia, Firmianum, D MINUCIUM, Cyprianum, Hilarium, Joannem, Ambrosium, ex illo volumine numerositatis evolvam? Dixerant, credo: Quid hoc est? Surgunt indocti, & cælum rapiunt: & nos cum doctrinis nostris ecce ubi in errore volutamur & sanguine. Dixerant istud: & idcirco ipsi postea vim intulerunt regno.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
222.



M. MINUCII
FELICIS
OCTAVIUS.

I. COGITANTI mihi, & cum animo meo Octavii, boni & fideliſſimi contubernalis, memoriam recenſenti, tanta dulcedo & affectio hominis inhæſit, ut ipſe quodammodo mihi viderer in præterita redire, non ea quæ jam tranſacta & decurſa ſunt recordatione revocare. Ita ejus contemplatio, quantum ſubtracta eſt oculis, tantum pectori meo, ac pæne intimis ſenſibus implicata eſt. Nec immerito [1] diſcedens [2] vir eximius & ſanctus, immenſum ſui deſiderium nobis reliquit: utpote cum & ipſe tanto noſtri ſemper amore flagraverit, ut & in ludicris & ſeriis, [3] pari mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle: [4] crederes unam mentem in duobus fuiſſe diviſam. Sic ſolus in amoribus conſcius ipſe, ſocius in erroribus: & cum, diſcuſſa caligine, de tenebrarum profundo in lucem [5] ſapientiæ & veritatis emergerem, non reſpuit comitem, ſed, quod eſt glorioſius, præcucurrit. Itaque cum per univerſam convictus noſtri & familiaritatis ætatem mea cogitatio volveretur, in illo præcipue ſermone ejus mentis meæ reſedit intentio, quo Cæcilium ſuperſtitioſis vanitatibus [6] etiam nunc inhærentem diſputatione graviſſima ad veram religionem reformavit.

A II. Nam negotii, & viſendi mei gratia Romam contenderat, relicta domo, conjuge, liberis; &, quod eſt in liberis amabilius, [7] adhuc annis innocentibus, & adhuc dimidiata verba tentantibus, [8] loquelam ipſo offenſantis linguæ fragmine dulciorem. Quo in adventu ejus non poſſum exprimere ſermonibus, quanto, quamque impatienti gaudio exſultaverim: cum augeret maxime lætitiam meam amiciſſimi hominis inopinata præſentia. Igitur poſt unum & alterum diem, cum jam & aviditatem deſiderii frequens aſſiduitatis uſus impleſſet; & quæ per abſentiam mutuam de nobis neſciebamus, relatione alterna comperiſſemus; placuit Oſtiam petere amœniſſimam civitatem, B quod eſſet corpori meo ſiccandis humoribus de marinis lavacris blanda & appoſita curatio. Sane & ad vindemiam feriæ judiciariam curam relaxaverant. Nam id temporis, poſt æſtivam diem, in temperiem ſemet autumnitas dirigebat. [9] Itaque cum diluculo ad mare inambulando litore pergeremus, ut & aura adſpirans leniter membra vegetaret, & cum eximia voluptate [10] molli veſtigio cedens arena ſubſideret; Cæcilius, [11] ſimulacro Serapidis denotato, ut vulgus ſuperſtitioſus ſolet, [12] manum ori admovens, oſculum labiis preſſit.

1. *Diſcedens*] Ex toto orationis contextu liquido patet, hunc Dialogum a Felice noſtro poſt Octavii fata litteris fuiſſe mandatum: quapropter legendum DECEDENS. Ita perſæpe Cicero, aliique ſcriptores optimi. Phædrus lib. IV. fab. IV. *Quidam* decedens *tres reliquit filias*. Sulpicius Sever. *Hiſt. ſacr.* lib. I. cap. VII. *Sara quum ſeptimum & viceſimum ſupra centeſimum annum ageret, deceſſit*. Sic & alibi paſſim idem Hiſtoricus. Claudianus tamen in Rufinum lib. II. 10.

-- -- -- -- -- -- -- -- -- -- -- *S[illegible] l[illegible]o*
Exitium commune dabit, nec territus ante
Diſcedam; *cum luce ſimul linquenda [illegible] ſlat.*

At ibi quidam codd. *[illegible]dam*: & vere quidem. DAVIS. —— Si Gruncrum audias in *Actis Soc[illegible]. Latin. Jenens.* vol. IV. pag. 209. editorum lectio retinenda, eodem ſenſu. Verum vir eruditus minus appoſitis exemplis id adſtruere videtur; cujuſmodi ſunt *a vita diſcedere, ex vita [illegible], diſceſſum a corpore*. Loca erant producenda, in quibus verbum *diſcedo* ſimpliciter uſurpatum, de morte abſolute ac ſine controverſia accipiatur; quo modo ſane conſtat de verbo *decedo*.

2. *Vir eximius & ſanctus.*] Virum *ſanctum* & ſanctam feminam etiam Ethnici dicebant moribus & virtute præſtantem. Apud Chriſtianos, qui datam Chriſto fidem ſervabat, qui baptiſma ſuum habebat integrum, *ſanctus* appellabatur. Et hæc appellatio religionem deſignat & mores. Quod ſi aliquis moribus improbis notaretur: jam deſinebat eſſe & haberi Chriſtianus. RIGALTIUS.

3. *Pari mecum voluntate concineret eadem velle vel nolle*] Sic habet vetus exemplar: nec mutari debuit quidquam. Ait enim Minucius, Octavium ſuum pari ſecum voluntate c[illegible] ſolitum *Volo, vel Nolo*. Eſt autem in nolendo voluntas. Volumus abeſſe quæ lædunt aut diſplicent, & quæ ſcilicet nolumus. *Concineret*, conſentiret, concordaret. IDEM —— Rigaltio adhæret Grunerus l. c.

4. *Crederes unam mentem —— diviſam*] Nihil in hiſce verbis ineſt vitii. Lactantius *de Mort. Perſec.* cap. VIII. *N[illegible] enim poſſent in amicitia tam fideli cohærere, niſi eſſet in [illegible]troque mens una*. Vide Perſium Sat. V. 23. & ibi ſcholia, & Hieronymum Epiſt. I. & XV. edit. BB. DAVIS.

5. *Sapientiæ & veritatis.*] Hoc eſt, veræ ſapientiæ: nempe Chriſtianæ. Sic *feminas ſapientiam conſecutas* dixit Tertullianus, Chriſtianas; & *Socrate[illegible] ad veritatem*, cum ad Chriſtianorum ſcita propius accedebat. RIGALTIUS.

6. *Etiam nunc inhærentem*] Sic loquitur Minucius reſpiciens ad illud temporis ſive negotii quod heic deſcribitur. C IDEM. —— Proba lectio, quam varie corruperant, cum alii *etiamnum*, alii *etiam tunc* edidiſſent. Apulejus *Mileſ.* 4. *Ac paullulum a via [illegible], per altiſſimum præceps in [illegible] proximam etiam [illegible] præcipitant*. Heic *etiam nunc* eſt ἔτι. HERAL.

7. *Adhuc annis innocentibus*] Propter annos teneros qui fere ſunt criminum neſcii: nam male rem geſſit Fulvius Urſinus, qui vocem *annis* expungendam cenſuit. DAVIS. —— *Innocentem ætatulam* dicit Prudentius in agone Romani martyris. Tacitus lib. III. *innoxiam ætatem*. HERALD. —— Lactantius lib. I. cap. XX. *Quum teneras*, inquit, *atque innocentes animas, quæ maxime eſt ætas parentibus dulcior, ſine ullo reſpectu pietatis extinguerent*, cet. VOVVER.

8. *Loquelam ipſo offenſantis linguæ fragmine dulciorem*] Joan. Meurſio reponendum videtur *loquela —— dulciore*; ac ita ſane edidit Chr. Cellarius. Sed, uti de κακοφωνίᾳ nihil dicam, vulgata lectio manum medicam non flagitat; eſt enim *Appoſitio*, ſchema non infrequens, de quo adiri C poterit G. J. Voſſius *de Conſtr.* cap. 2. Vide & Caſp. Barthium *Adverſ.* lib. XLIII. cap. 25. DAVIS.

9. *Itaque cum diluculo*] Ante has voces nonnulla de Cæcilio, deambulationis comite adſcito, deeſſe exiſtimat Joan. Meurſius: mihi tamen fidem non facit; cum vel præſtantiſſimi Hiſtorici circumſtantiarum quarumdam omiſſionem non refugiant, ut exemplis docuit vir præſtantiſſimus Joan. Clericus *Art. Crit.* Part. III. Sect. III. cap. V. 12. ſeqq. DAVIS.

10. *Molli veſtigio*] Veſtigium hoc in loco plantam pedis denotat. Gellius *N. A.* lib. IX. cap. 4. *Veſtigia pedum habentes retro porrecta, non, ut cæterorum hominum, proſpectantia*. Prudentius *in Symmach.* lib. II. Præf. vſ. 33.

S[illegible] fluctibus
Summis tinguere cœperat.

Plura ſuppeditabit Caſp. Barthius *Adverſ.* lib. XLIII. cap. 25. ubi tamen perperam reponit *membra vegetaret cum eximia voluptate, & molli veſtigio cedens arena ſubſideret*: D quaſi ſcilicet arena, pedibus cedens, nullam prorſus ambulanti voluptatem afferat. IDEM.

11. *Simulacro Serapidis denotato*] Animadverſo, deprehenſo, notato ſibi obviam. RIGALT.

12. *Manum ori admovens —— preſſit*] Rom. edit. *impreſſit*. HERALD. —— Plinius lib. XXVIII. cap. II. *In adorando dex-*

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 222.

III. Tunc Octavius ait: [1] Non boni viri est, Marce frater, hominem domi forisque lateri tuo inhærentem, sic in hac imperitiæ vulgaris cæcitate deserere, ut tam luculento die in lapides eum patiaris impingere, [2] effigiatos sane & [3] unctos, & coronatos: cum scias hujus erroris non minorem ad te quam ad ipsum infamiam redundare. Cum hoc sermone ejus [4] medium spatium civitatis emensi, jam liberum litus tenebamus. Ibi arenas extimas, velut sterneret ambulacro, perfundens lenis unda [5] tendebat. Et ut semper mare etiam positis flatibus inquietum est, etsi non canis spumosisque fluctibus exibat ad terram, tamen [6] crispis torosisque ibidem erroribus delectati perquam sumus, cum in ipso æquoris limine plantas tingueremus, [7] quod vicissim nunc adpulsum nostris pedibus adluderet fluctus, nunc relabens ac vestigia retrahens in sese resorberet. Sensim itaque tranquilleque progressi, oram curvi molliter litoris, iter fabulis fallentibus legebamus. Hæ fabulæ erant Octavii differentis de navigatione narratio. Sed ubi eundi spatium satis justum cum sermone consumsimus, eamdem emensi viam rursus versis vestigiis terebamus. Et cum ad id loci ventum est, ubi subductæ naviculæ substratis roboribus, [8] a terrena labe suspensæ quiescebant, pueros videmus certatim gestientes, testarum in mare jaculationibus ludere. Is lusus est testam teretem, jactatione fluctuum levigatam, legere de litore: eam testam plano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum atque humilem, quantum potest, super undas inrotare: ut illud jaculum vel dorsum maris raderet, vel [9] enataret, dum leni impetu labitur; vel, summis fluctibus tonsis, [10] emicaret, emergeret, dum assiduo saltu sublevatur. Is se [11] in pueris victorem ferebat, cujus testa & procurreret longius, & frequentius exsiliret.

IV. Igitur cum omnes hac spectaculi voluptate caperemur, Cæcilius nihil intendere, neque de contentione ridere, sed [12] tacens, anxius, [13] segregatus, dolere nescio quid vultu fatebatur. Cui ego: Quid hoc est rei? cur non agnosco, Cæcili, alacritatem tuam illam? & illam oculorum etiam in seriis hilaritatem requiro? Tum ille: Jamdudum me Octavii nostri acriter angit & remordet oratio, qua in te invectus, objurgavit negligentiæ, ut me dissimulanter gravius argueret inscientiæ. Itaque progrediar ulterius: de toto & integro mihi cum Octavio res est. Si placet ut ipsius sectæ homo cum eo disputem, jam profecto intelliget facilius esse in contubernalibus disputare, [14] quam conserere sapientium modo. In istis, ad tutelam balnearum jactis, & in altum procurrentibus petrarum obicibus residamus, ut & requiescere de itinere possimus, & intentius disputare. Et cum dicto ejus assedimus, ita ut me ex tribus medium lateris ambitione protegerent: [15] nec

teram ad osculum referimus. Hieronymus tom. 6. in Oseam cap. XIII. fol. 72. *Qui adorant, solent deosculari manum suam, quod Job fecisse se negat, dicens: Si osculatus sum manum meam apponens ori meo; & hoc mihi ad iniquitatem maximam reponetur*. De adorantium gestu, habitu, motu flexuque corporis, vide Barnab. Brissonium lib. I. *de Formul.* p. 35. & Petrum Pithœum lib. I. *Adversar.* cap. 3. ELMENHORSTIUS.

1. *Non boni viri est, Marce frater.*] Octavius Marcum Minucium *fratrem* appellat: Christianus Christianum. At cap. V. Cæcilius adhuc ethnicus eumdem Minucium sic etiam compellabit, *quamquam tibi, Marce frater*. Hæc igitur appellatio fuit affectus & religionis: utriusque certe in Octavio; affectus in Cæcilio. RIGALTIUS.

2. *Effigiatos.*] De verbo *effigiare* multa Savaro ad Sidonii Apollinaris lib. VI. Epist. 12. quibus hæc loca addere poteris. Papias: *Effigiare, formare*. Apulejus *Metamorph.* lib. 11. pag. 11. *Miris extrinsecus simulacris effigiata*. Martianus Capella *de nupt. Philol.* lib. 6. pag. 130. *Quippe memoratur omnia posse effigiare*. Pag. 228. *miris formis effigiata*. Augustinus *de hæres.* cap. 86. *Tertullianus animam dicit effigiatum corpus esse. ---- Deum corporeum esse, licet non effigiatum*. ELMENHORSTIUS. ---- Aliter in edit. BB. tom. 8. p. 25.

3. *Unctos & coronatos*] Utrumque morem satis illustrarunt Joan. Clericus ad *Genes.* cap. XXVIII. 18. & Car. Paschalius *de Coronis* lib. IV. 4. DAVIS.

4. *Medium spatium civitatis emensi*] In ambulando, propter adoratum Serapidis simulacrum, Cæcilius ab Octavio ridetur; & *cum hoc* Octavii *sermone medium spatium emensi jam liberum litus tenebant*: nam vocem *civitatis* esse glossema, res ipsa demonstrat. *Medium spatium* vocat Minucius, id quod inter Ostiam fuit & litus marinum. Simili ratione P. R. *medius inter Latium & Tuscos* dicitur Floro lib. I. cap. IX. IDEM.

5. *Lenis unda tendebat*] Recta est hæc veteris libri scriptura. *Tendebat arenas*: extendebat. Sic *tendere plagas, retia*. RIGALT.

6. *Crispis torosisque*] Parum attentis oculis regium exemplar inspexerat, qui primus ex eo renuntiavit scriptum *tortuosis*: nam in eo libro scriptum prius fuerat *frispis torosisque*: & qui correxit, legi voluit, *crispis torosisque*. *Venarum toros* Medici dixere, & *jubarum toros* Poetæ. IDEM.

7. *Quod vicissim —— adluderet fluctus*] In hunc locum multa eruditi viri. Mihi perplacet cl. Gruneri sententia l. c. pag. 211. Nulla plane, inquit, mutatione in verbis opus erit, si interpunctionem hunc in modum immutes: *Quod vicissim nunc appulsum nostris pedibus alluderet; fluctus nunc, relabens ac vestigia retrahens, in sese resorberet*. Subditque: Mare *fluctus resorbere* dicitur etiam apud Ovid. *Heroid.* XII. 125.

Quaque vomit fluctus totidem, totidemque resorbet.

8. *A terrena labe suspensæ*] Labem dicit uliginem cænosam, qua putrescerent carinæ diutino situ. RIGALT.

9. *Vel enataret*] In hisce Minucii verbis, nisi fallor, mendum latet, quod non animadverterunt viri perspicaces. Legendum credo *nec enataret*. Nonnumquam testa sine saltu maris superficiem lambebat: interim vero crebris saltibus in aerem erat evecta. Hinc Auctor: *Ut illud jaculum vel dorsum maris raderet, nec enataret —— vel summis fluctibus tonsis, emicaret, emergeret*. Nisi recipiatur hæc emendatio, Felix ταυτολόγος erit censendus. Priorem modum describit Eustathius ad *Iliad.* Σ. pag. 1219. Posteriorem Pollux *Onom.* lib. IX. §. 129. DAVIS.

10. *Emicaret, emergeret*] Amat Minucius plures voces ejusdem significationis copulare; unde σφάλματα irrepserunt, quæ observabimus postea. Non audemus igitur damnare *emergeret*, quod faciebat politissimi ingenii vir Joan. Wovverius. Pro *resiliret* quod sequitur postea, edidimus *exsiliret*, MS. Reg. & edit. Rom. sequuti. HERALDUS.

11. *In pueris*] Inter illos pueros, ut cap. seq. *in contubernalibus*. RIGALT. —— Sic Ausonius in *Solone* vs. 19.

—— *Crœsus fuit*
His in beatis.

Sulpicius Severus *Hist. sacr.* lib. I. cap. XXV. *Erat in Hebræis Gedeon quidam nomine*. Non aliter loquuntur melioris ævi scriptores. DAVIS.

12. *Tacens, anxius, segregatus*] Describit hominem vexatum mœroribus & curis ingentibus, qualis erat Homeri Bellerophon, (*Iliad.* Z. 201.) RIGALT.


13. *Segregatus, dolere nescio quid vultu fatebatur*] Incommode omnino MS. Reg. & editt. exhibent *segregatus dolore, nescio quid vultu fatebatur*: affectuum enim index est vultus, quem propterea Cicero in Pisonem vocavit *sermonem quemdam tacitum mentis*. Vide & *Offic.* lib. 1. cap. 29. DAVIS.

14. *Quam conserere sapientium modo*] Sic facile restituimus ipsissimam scripturam Minucii depravatam in exemplari perversa litterula: *facilius esse in contubernalibus disputare, quam conserere sapientiam modo in istis ad tutelam balnearum*, &c. Omnes hactenus editiones prava interpunctione sensum everterant. Et falsi sunt interpretes, qui asserunt in manuscripto legi aliter quam heic retulimus. Ait Cæcilius facturum se ut Octavius intelligat, facilius esse disputare & rixari inter contubernales vulgaribus dicteriis & conviciis, quam eo modo conserere, quo solent sapientes. Deinde incipit aliam clausulam: *In istis ad tutelam balnearum*, &c. RIGALTIUS.

15. *Nec hoc obsequii fuit, aut ordinis, aut honoris*] MS. Reg. nihil mutat. Nam quod ajunt verba ista *aut ordinis* in eo nusquam apparere, falluntur; nec aliorum observationibus fidem arbitrari tam facile debuerant. Sane si qui honoratiores, aut amplioris ordinis erant, locus honora-

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.

hoc obsequii fuit, aut ordinis, aut honoris, quippe cum amicitia pares semper aut accipiat, aut faciat: sed ut arbiter & utrique proximus aures darem, & disceptantes duos medius segregarem. Tum sic Cæcilius exorsus est:



V. [1] Quamquam tibi, Marce frater, de quo cum maxime quærimus non sit ambiguum; utpote [2] cum diligenter in utroque vivendi genere versatus, repudiaris alterum, alterum comprobaris: [3] inpræsentiarum tamen ita tibi informandus est animus, ut libram teneas æquissimi judicis, nec in alteram partem propensus incumbas; ne, non tam ex nostris disputationibus nata sententia, quam ex tuis sensibus prolata videatur. Proinde [4] si mihi quasi [5] novus aliqui, & quasi ignarus partis utriusque considas, nullum negotium est patefacere, omnia in rebus humanis dubia, incerta, suspensa; magisque omnia verisimilia, quam vera. Quo minus mirum est, nonnullos tædio [6] investigandæ penitus veritatis cuilibet opinioni temere succumbere, quam in explorando pertinaci diligentia perseverare. Itaque [7] indignandum omnibus indolescendumque est, [8] audere quosdam, & [9] hoc studiorum rudes, [10] litterarum profanos, [11] expertes, artium etiam sordidarum, certum aliquid de summa rerum ac majestate decernere, de qua [12] tot omnibus sæculis sectarum plurimarum usque adhuc ipsa Philosophia deliberat. Nec immerito; cum tantum absit ab exploratione divina humana mediocritas, ut neque [13] quæ supra nos cælo suspensa sublata sunt, neque quæ infra terram profunda demersa sunt, aut scire sit datum, aut [14] scrutari permissum, aut stuprare religiosum: & beati satis, satisque prudentes jure videamur, si secundum illud vetus Sapientis oraculum, nosmet ipsos familiarius noverimus. Sed quatenus indulgentes insano atque inepto labori, ultra humilitatis nostræ terminos evagamur, & in terram projecti cælum ipsum & ipsa sidera audaci cupiditate transscendimus, vel hunc errorem saltem, non vanis & formidolosis opinionibus implicemus. [15] Sint principio omnium, semina natura in se coeunte densata: quis heic auctor Deus? Sint fortuitis concursionibus totius mundi membra coalita, digesta, formata: quis Deus machinator? Sidera licet ignis accenderit [16] & cælum licet sua materia suspenderit: [17] licet terram

tior iis dabatur, & idcirco medius. Appianus *de bellis civilibus* lib. IX. Καὶ συνήδρευον οἱ τρεῖς, Καίσαρος ἐν μέσῳ διὰ τὴν ἀρχὴν προκαθίσαντος. HERALDUS.

1. *Quamquam tibi, Marce frater*] Cæcilius ethnicus Minucium Christianum *fratrem* vocat, quocum erat amicitiæ familiaritate conjunctissimus, ut indicant illa Octavii ad Minucium de Cæcilio, cap III. *Hominem domi forisque lateri tuo inhærentem*. RIGALTIUS.

2. *Cum diligenter in utroque vivendi genere versatus*] Hinc apparet Minucium nostrum ætate jam provecta factum Christianum. RIGALT.

3. *Inpræsentiarum*] Gronovius non obscure damnare videtur vocem *inpræsentiarum*, non apud Minucium modo, sed apud Tacitum etiam & Cornelium Nepotem, quasi corruptam a librariis. Sed ea frustra disputari puto. Vox *inpræsentiarum* omnino Latina, & ad analogiam linguæ Latinæ formata, orta ex *in præsentia rerum*; ut *ilicet* ex *ire licet*, cet. GRUNER. l. c. pag. 212.

4. *Si mihi —— considas*] Ex editione quadam Oxoniensi Jac. Ouzelius reponit *si mihi —— confidas*; quod equidem miror, quum hac lectione recepta nullus sensus, nisi ineptus admodum & incommodus, exsurgat. Sed bonus ille vir in syntaxi expedienda laboravit, cum in animum non revocaret istiusmodi pronomina apud optimos auctores non raro παρέλκειν, ut multis ostenderunt viri doctissimi Dionys. Lambinus ad *Lucretii* lib. III. p. 292. & Pet. Burmannus ad *Phædri* lib. I. Fab. XXII. 3. Hoc idem etiam in Græcis scriptoribus animadverti. Athenagoras *Legat. pro Christ.* cap. IX. Καὶ μή MOI γελοῖόν τις νομίσῃ τὸν υἱὸν εἶναι τῷ θεῷ. Sic & Tatianus in *Orat. ad Græcos*, aliique. DAVIS.

5. *Novus aliqui*] In vulgatis editt. contra ms. fidem legitur *aliquis*. Absque caussa sontica. Cicero *Acad. Quæst.* lib. IV. cap. VII. *Deus* aliqui *requirat*. Idem *Offic.* lib. III. cap. VII. *Nisi* aliqui *casus vel occupatio consilium ejus peremisset*. Tertullianus *Apol.* cap. XIX. Aliqui *Manethon Ægyptius*. A. Gellius *Noct. Attic.* lib. I. cap. XIII. *Etiam repentinus* aliqui (sic ms.) *casus rem commodius agi posse polliceretur*. Idem lib. XI. cap. XIII. *Dicatque mihi, quæso*, aliqui *vestrum*; ac mox: *Ne vos facile perstringeret modulatus* aliqui *currentis facundiæ sonitus*. Vide & G. J. Vossium *Anal.* lib. IV. cap. VIII. IDEM.

6. *Investigandæ pen. ver. cuil. op. temere succumbere*] Ita omnino ms. cujus scripturam fide repræsentarunt Gelenius, Heraldus & Rigaltius. Fulv. tamen Ursinus reposuit, *investigandæ* potius *veritatis*. Ouzelius autem, Cellarius & Gronovius ediderunt, *investigandæ penitus veritatis cuilibet opinioni temere* potius *succumbere*. Male prorsus, quum vox illa *potius* crebro subaudiatur. Sallustius *Catil.* cap. VIII. *Fortuna —— res cunctas ex lubidine, quam ex vero, celebrat obscuratque*. Cornelius Nepos *Datam*, cap. VIII. *Statuit congredi, quam cum tantis copiis refugere*. Livius XXIII. 43. *Ipsorum, quam Hannibalis interesse*. cet. IDEM.

7. *Indignandum omnibus indolescendumque est*] Solicitari non debuit hæc scriptura veteris exemplaris. Etenim proba est, & Octavii disceptatione firmatur Cæcilii verba repetentis cap. XVI. *Et quoniam frater meus erupit ægre se ferre, stomachari, indignari, dolere*, &c. RIGALT.

8. *Audere quosdam, & hoc studiorum rudes*] Ita edidimus MS. Reg. auctoritatem sequuti. Antea legebatur, *audire quosdam*. In eodem MS. *rude* male, pro *rudes*. Christianos autem studiorum rudes habitos observabamus ad eum Arnobii locum lib. III. *Hoccine est illud fastidium vestrum, sapientia hæc arrogans, qua despuitis nos ut rudes*, &c. HERALD.

9. *Hoc studiorum rudes*] Rerum divinarum imperitos. RIGALTIUS.

10. *Litterarum profanos*] Illitteratos, profanum vulgus. IDEM.

11. *Expertes, artium etiam sordidarum*] Distinctionum mutatione locus hic emendandus. Et sane ita scriptum fuerat: *litterarum profanos, expertes, artium etiam sordidarum*. Dicit igitur Christianos esse *litterarum profanos, expertes*; quo de convicio plura observabamus ad Arnobium. Addidit, *artium etiam sordidarum*. Christiani igitur non solum litterarum profani & expertes, ut illi volebant, sed etiam sordidis artibus mancipati; atque etiam ipsi Ecclesiæ doctores lanarii, sutores, fullones, ἐριουργοὶ, σκυτοτόμοι καὶ κναφεῖς ab iisdem habiti, ut observat Origenes lib. III. contra Celsum. Sic autem apud Minucium plura reperiuntur vocabula rem unam eamdemque significantia, nisi quod posteriora clariora sunt & quasi interpretationis vice funguntur: ut non immerito suspicari possit aliquis glossemata esse, nisi in toto hoc scripto id esset pæne perpetuum. Sic antea ad cap. III. observabamus *emicaret*, *emergeret*. HERALD.

12. *Tot omnibus sæculis*] Proba lectio. Quod enim notant τὸ *omnibus* scriptum non esse in MS. Reg. verum non est. *Tot omnes*, ut *plerique omnes*. HERALDUS.


13. *Quæ supra nos cælo suspensa sublata sunt.*] Totus hic locus ad fidem exemplaris editus est. Et frustra sunt, qui pro *sublata* scribi jubent *sublimata*. Sustolluntur ea quæ sus sive sursum, id est in altum, tolluntur. Itaque *sublata* sunt τὰ ὑψωθέντα. *Sublata* dixere delicatiores pro *surlatis*. Et heic *sublata* opponuntur *demersis*, ut *suspensa profundis*. Recte igitur Minucius ait, non esse permissum scrutari quæ supra nos cælo suspensa sunt, neque esse religiosum ea quæ sub terram profunda sunt stuprare; quasi stuprum inferant terræ, qui in viscera ejus penetrare audent. Elegantissima sunt in hanc sententiam a Plinio notata lib. II. cap. 63. & præfatione lib. XXXIII. RIGALTIUS.

14. *Scrutari*] Liber Reg. *scrutare permissum, aut stuprari*. IDEM.

15. *Sint principio omnium, semina natura in se coeunte densata*] Ita edidimus MS. Reg. auctoritatem sequuti. Et sane Epicurea disciplina, unde hausta ista sunt, lectionem hanc flagitabat, non *principia*, quæ erat vulgata lectio. HERALDUS.

16. *Et cælum licet sua materia suspenderit*] Nihil mutandum. *Sua materia*, id est sui generis materia, apta, habilis, conveniens cælo. RIGALTIUS.

17. *Licet terram fundaverit pondere*] Ita exhibuimus sancte sequuti lectionem unici codicis exemplo doctissimi Heraldi; qui quum revocans primævam Sabæi lectionem optime id elegisset, statim mutare non dubitavit Rigaltius, rescribens *licet terram fundaverint pondera*: infeliciter omnino. GRONOV.



fundaverit pondere, & mare licet [1] influxerit e liquore: unde hæc religio, unde formido, quæ superstitio est? Homo & animal omne quod nascitur, inspiratur, attollitur, [2] elementorum ut voluntaria concretio est, in quæ rursum homo & animal omne dividitur, solvitur, dissipatur: ita in fontem refluunt, & in semet omnia revolvuntur, nullo artifice, nec judice, nec auctore. Sic, congregatis ignium seminibus, soles alios atque alios semper splendere: sic, exhalatis terræ vaporibus, nebulas semper adolescere; quibus densatis coactisque, nubes altius surgere; iisdem labentibus, pluvias fluere, flare ventos, grandines increpare, vel nimbis collidentibus, tonitrua mugire, rutilare fulgura, fulmina præmicare. Adeo passim cadunt, [3] montes irruunt, arboribus incurrunt, sine delectu tangunt loca sacra & profana, homines noxios feriunt, & sæpe religiosos. Quid tempestates loquar varias & incertas; quibus nullo ordine vel examine, rerum omnium impetus volutatur? in naufragiis, bonorum malorumque fata mixta, merita confusa? in incendiis, interitum convenire insontium nocentiumque? &, cum tabe pestifera cæli tractus inficitur, sine discrimine omnes deperire? &, cum belli ardore sævitur, meliores potius occumbere? In pace etiam, non tantum æquatur nequitia melioribus, sed [4] & colitur: ut in pluribus nescias, utrum sit eorum detestanda pravitas, an optanda felicitas. Quod si mundus divina providentia & alicujus numinis auctoritate regeretur, numquam mereretur Phalaris & Dionysius regnum; numquam Rutilius & Camillus exsilium, numquam Socrates venenum. Ecce arbusta frugifera, ecce jam seges cana, [5] jam temulenta vindemia, imbri corrumpitur, grandine cæditur. Adeo aut incerta nobis veritas occultatur & premitur: aut, quod magis credendum est, variis & lubricis casibus, soluta legibus fortuna dominatur. Cum igitur aut fortuna certa, aut incerta natura sit; quanto venerabilius ac melius antistitem veritatis majorum excipere disciplinam? religiones traditas colere? deos, quos a parentibus [6] ante imbutus es timere, quam nosse familiarius, adorare? nec de numinibus ferre sententiam, sed prioribus credere, qui adhuc rudi sæculo in ipsius mundi natalibus, [7] meruerunt deos vel faciles habere, vel reges?

VI. Inde adeo per universa imperia, provincias, oppida, videmus singulos sacrorum ritus gentiles habere, & deos colere municipes, ut Eleusinios Cererem, [8] Phrygas Matrem, Epidaurios Æsculapium, Chaldæos Belum, Astarten Syros, Dianam Tauros, Gallos Mercurium, [9] universa Romanos. Sic eorum potestas & auctoritas, totius orbis ambitus occupavit: sic imperium suum ultra Solis vias, & ipsius Oceani limites propagavit, dum exercent in armis virtutem religiosam, dum urbem muniunt sacrorum religionibus, castis virginibus, multis honoribus ac nominibus sacerdotum: dum obsessi, & citra solum Capitolium capti, colunt deos [10], quos alius jam sprevisset iratos; & per Gallorum acies mirantium superstitionis audaciam pergunt telis inermes, sed cultu religionis armati: dum capti [11] in hostilibus mœ-

1. *Et mare licet influxerit e liquore*] Hæc sane Latina non sunt; & ab exemplari nimium recedere videtur Rigaltii conjectura (restituentis *& mare licet influxerit liquor* seu *e liquor*.) Reponendum puto *mare licet* confluxerit *e liquore*. Novatianus *de Trin.* cap. v. *Credamus in Deum patrem — qui cælum alta sublimitate suspenderit, terram dejecta mole solidaverit, maria soluto liquore diffuderit*. Qui locus huic Minuciano geminus est. DAVIS. ---- Lectionem tamen codicis mſ. retinet cum Heraldo Gronovius.

2. *Elementorum ut vol. ---- ita in fontem refluunt*] Hunc locum a viris eruditis varie solicitatum, ejusmodi sola interpunctione suæ integritati restituit cl. Grunerus l. c. pag. 212. Quod quidem, inquit, unice verum est. Etenim *ut* pro *uti* vel *quemadmodum* positum est, cui respondet sequens vocula *ita*.

3. *Montes irruunt*] Bene: nam *irruere* est *ruere in quem*. Claudianus *cons. Mall. Theod.* v. 195. in optimis libris MSS. & ed.

Irruet intrepidus flammas. Prudentius *Apotheosi* v. 414.
Ecce Gerasenos legio irruit effera porcos.

Ammianus lib. XVII. cap. 13. *Has terras Parthiscus irruens, obliquatis meatibus, Istro miscetur*. Avienus *Descript. Orbis* v. 594. de Acheloo,

Irruit Hadriacum tergum maris. CELLAR.

4. *Sed & colitur*] Hæc est exemplaris lectio. Al. *sed attollitur*. Davisius, *sed præponitur*. Wopkensius delet *sed*. Mihi plane nihil mutandum videtur. Neque perspexisse videntur vocis *colitur* efficaciam, qui mutandam censuerunt. Non enim si *æquatur melioribus nequitia*, statim & *colitur*. Illa enim eo ipso jam *æquatur melioribus*, si impune licet esse nequam. Sed *colitur* etiam, si homines improbi ea in fortuna ponuntur, ut alii venerari eos, quasi mereantur, & in magno honore habere cogantur. Hoc enim vult vox *colere*. Cicero aliquoties *colere & observare* conjungit, ut *ad divers.* XIII. 78. *Meque præter ceteros colit & observat*. Et *de Offic.* I. 41. *Eos quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est ---- sicuti aliquo honore & imperio affectos observare & colere debemus*. GRUNER. l. c.

5. *Jam temulenta vindemia*] Proxima temeto; de qua mox temetum fiat: unde & temulenti. RIGALTIUS.

6. *Ante imbutus es timere quam nosse*] Rectissima est hæc libri veteris scriptura. Et impersonaliter quidem accipienda videtur. IDEM.

7. *Meruerunt deos vel faciles habere, vel reges*] Faciles dicit beneficos, benemeritos. Plinius lib. II. *Hic est ... fissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribantur*. IDEM. ---- Miror unde factum, ut vir doctissimus Jac. Perizonius hoc in loco reposuerit *vel patres habuere vel reges*; cum nec omnes ii qui statim recensentur, vel patres fuere vel reges. *Faciles* sunt placidi & propitii, ac proinde benefici. Virgilius *Eclog.* III. 9.

---- *Faciles Nymphæ risere* ----

Ubi Servius hoc modo: *Ideo* inquit, *indulsere Nymphæ, quia mites sunt & exorabiles; sic in Georgicis:* Et faciles venerare Napæas. Prudentius contra Symmachum lib. II. 804.

Sic probus, atque reus capitalis criminis isdem
Sideribus, facilisque *poli bonitate fruuntur*.

Hinc apud Arnobium lib. I. pag. 5. *Sequitur ut abundantiæ tempore* (dii) *irati* difficilesque *non sint*. In Ethnicis autem multos ob munera artiumque inventionem deos esse habitos, nemini latet. Vide Clementem Alexandrinum in *Protrept.* pag. 13. A. ed. Lugdun. 1616. & Nostrum cap. XX. DAVIS.

8. *Phrygas Matrem*] Non opus est, ut cum Sigism. Gelenio, Laurentio Barrensi, Fulv. Ursino, eosque secuto Chr. Cellario, reponamus *Phrygas magnam Matrem*; renititur enim unicus MS. Cybeleque κατ' ἐξοχήν interdum *mater* dicitur. Virgilius *Georg.* IV, 64.

Tinnitusque cie, & Matris *quate cymbala circum*.

Ac *Æneid.* III. 111.


Hinc Mater *cultrix Cybeli, Corybantiaque æra*.

Sic enim cum Servio legendum arbitror, non *Cybele*, ut habent edit. recentiores. Ita & Arnobius lib. V. p. 167. DAVIS.

9. *Universa Romanos*] Mox dicet, *Universarum gent... sacra suscepisse*. Et paullo post: *Initiasse ritus omnium ...gionum*. RIGALT.

10. *Quos alius jam sprevisset iratos*] Sic MS. ut videtur; & ex eo Sabæus, Gelenius, Heraldus, Rigaltius aliique. At Wowerius & Elmenhorstius, *quos alius jam sprevisset iratus:* quod mihi & Gronovio vehementer placet. Nam sæpe factum est, quod ait Livius lib. I. cap. 31. ut homines *fortunæ obirati*, cultum rel querint deum. DAVIS.

11. *Dum capti in hostilibus mœnibus*] Hanc lectionem quam exhibet mſ. Reg. & Rom. edit. defendit post Meursium Gronovius. Sed hæc sententia nimis est absurda: nam fieri non potest ut urbem suam Romanus *hostilia mœnia* vocaret, eo quod a Gallis tantum non fuerit expugnata. Omnino legendum, *dum captis vi hostilibus mœnibus*. Vide infra ad cap. XXV. Livius lib. I. cap. XI. *Ut vi capta ... tius ara videretur*. Cap. 29. *Effractis portis stratisve ... muris, aut arce* vi capta. Cap. 31. *Oppidum ibi A...* vi cepit. Sic & alibi passim. IDEM.



nibus adhuc ferociente victoria numina victa venerantur: dum undique hospites deos quærunt, & suos faciunt: dum [1] aras exstruunt etiam ignotis Numinibus & Manibus. Sic dum universarum gentium sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt. Hinc perpetuus venerationis tenor mansit, qui longa ætate non infringitur, sed augetur: quippe antiquitas cærimoniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere consuevit, quantum adstruxerit vetustatis.

VII. Nec tamen temere, ausim enim interim & ipse concedere & sic melius errare, majores nostri aut observandis auguriis, aut extis consulendis, aut instituendis sacris, aut delubris dedicandis operam navaverunt. Specta [2] de libris memorias; jam eos deprehendes initiasse ritus omnium religionum, vel ut remuneraretur divina indulgentia, vel ut averteretur imminens ira, aut ut jam tumens & sæviens placaretur. Testis [3] mater Idæa, quæ adventu suo & probavit matronæ castitatem, & urbem metu hostili liberavit. [4] Testes equestrium fratrum [5] in lacu, [6] sicut ostenderant, statuæ consecratæ, qui anheli, spumantibus equis atque fumantibus de Perse victoriam, eadem die [7] qua fecerant, nuntiaverunt. Testis [8] ludorum offensi Jovis de somno [9] plebeii hominis [10] iteratio: & Deciorum devotio rata. Testis & Curtius, qui [11] equitis sui vel mole [12] vel honore hiatum profundæ voraginis coæquavit. Frequentius etiam quam volebamus, deorum præsentiam contemta auspicia contestata sunt. Sic Allia, nomen infaustum, Sic Claudii & Junii non prœlium in Pœnos, sed [13] ferale naufragium est. Et ut Thrasymenus Romanorum sanguine & major esset & decolor, sprevit auguria Flaminius; [14] & ut Parthos signa repetamus, dirarum imprecationes Crassus & meruit & irrisit. Omitto vetera, quæ multa sunt, [15] & de deorum natalibus, donis, muneribus: negligo carmina poetarum: prædicta etiam de oraculis fata transsilio, ne vobis antiquitas nimium fabulosa videatur. Intende templis ac delubris deorum, quibus Romana civitas & protegitur & ornatur; [16] magis sunt augusta numinibus incolis, præsentibus, inquilinis, quam cultus insignibus & muneribus opulenta. Inde adeo pleni & mixti deo vates futura præcerpunt, dant cautelam periculis, morbis medelam, spem afflictis, opem miseris, solatium calamitatibus, laboribus levamentum. Etiam per quietem deos videmus, audimus, agnoscimus, [17] quos impie per diem negamus, nolumus, pejeramus,

1. *Dum aras exstruunt* dum *etiam*] Ita mſ. Sed vox penultima vel oscitantiæ librarii debetur, vel scribendum, *dum aras exstruunt* demum *etiam ignotis numinibus*. DAVIS.

2. *Specta de libris memorias*] MS. Reg. *memoria*. Fortasse *memorias*. Sic infra Minucius cap. XXXI. *Memoriæ & Tragædiæ vestræ*. Tertullianus adversus Judæos: *Nam & secundum memorias, populus Judæorum, id est antiquior, derelicto Deo idolis servivit*. HERALD. —— Rigaltius, *de libris memoriarum*. Gronovius, *de libris memoriæ*. Davisius vero ita censet: Mihi quidem sana videtur scriptura quam præfert mſ. modo, distinctione mutata, locum sic interpungamus: *Specta de libris: memoria jam eos deprehendes* cet. *Memoria* historiam denotat. (Minucius infra cap. XVIII. *Memoria notissima est*) Alter loquendi modus, *Specta de libris*, scriptoribus Africis, & præsertim Tertulliano, familiaris est. Sic Commodianus *Instruct.* I. 6.

Abstuli me tandem inde, legendo de Lege. Hæc V. C.

3. *Testis mater Idæa*] Hæc est verissima lectio, cujus vestigia agnovimus in MS. Reg. ubi scriptum sane fuerat *Idæa*: sed quia littera I parum cohærebat, ac præcedenti voci fuerat addita; idcirco eam pæne deleverant, ut literulæ illius non nisi simulacrum aliquid remanserit. Alii igitur ediderunt *mater deum*. Ursinus, *mater dea*; sed adjecta notula, qua *mater Idæa* volebat legi, Cicerone auctore lib. de aruspicum responsis: *Atque illa mater Idæa*. Sed & alii poterant adjici, Lactantius lib. II. cap. VII. cet. HERALD.

4. *Testes equestrium fratrum*] Tyndaridarum, Castorum. RIGALTIUS.

5. *In lacu*] Juturnæ. IDEM.

6. *Sicut ostenderant*] Sic MS. & editi vetustiores. Fulv. tamen Ursinus deesse aliquid existimans edidit *Sicut se ostenderant*, & Casp. Barthius *Advers.* lib. XLIII. c. 25. non dubitandum ait vere conjecisse doctissimos viros, qui reducunt *sicut ostenderant se*; quasi scilicet pronomen reciprocum subaudiri non possit! Corn. Severus in *Ætna* vſ. 317.

—— *Penitusque coacti*
Exagitant venti ——

Sedulius Carm. lib. IV, 80.

—— *Propriique* lavans *in gurgite fletus*.

Auctor Paneg. V. cap. XII. 8. Posuere *venti*, *fugere nubes* &c. Multa hujusmodi suppeditabit G. J. Vossius *Anal.* lib. III. c. 3. & de *Construct.* cap. 58. DAVIS.

7. *Eadem die qua fecerant.*] Qua fecerant quod heic narratur, qua & ipsi pugnaverant. Meursius perperam *qua vicerant*. RIGALT.

8. *Ludorum offensi Jovis*] Scriptum fuerat in aliquo exemplari primario, *offens Jovis*. Descriptum inde fuit in Cod. Reg. *Offensio Jovis*. Legendum, *offensi Jovis*. Et recte, *ludorum Jovis*. Erant enim dicati Jovi Circenses ludi, maximi votivi, bello Latino tum primum facti. Arnobius VII. p. 246. *Est ut ignoscere debeamus Jovi indignanti se spretum, nec Circensibus propriis solicitiorem adhibitam curam*. Propriis, scilicet Jovi ipsi dicatis. IDEM.

9. *De somno*] Omnino legendum *de somnio*, prout edidit Gelenius & conjecit Meursius. Vide Livium lib. II. cap. 36. Et *rusticulo cuidam sorte humilitatis obscuro Jovem* per insomnium *dixisse* testatur Arnobius hanc fabulam tractans lib. VII. pag. 241. DAVIS. —— Et *de somnio* quidem habet Cellarii edit.

10. *Iteratio*] Instauratio. Totam hanc historiam, prolixius certe, sed & scrupulosius persequitur Arnobius lib. VII. p. 244. RIGALT.

11. *Equitis sui*] *Equitis* pro *equi*. Rara quidem, boni tamen commatis locutio. Nonius cap. II. *Equitem pro equo*. Virgilius *Georg.* III. v. 115,

———— *Atque* equitem *docuere sub armis*
Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Orosius lib. II. cap. VII. *Quum unum regiorum* equitum *candore formaque excellentem* cet. DAVIS.

12. *Vel honore*] Rescribebat Heraldus *vel onere*. Minus recte, ut videtur. Quis enim existimet scripsisse Minucium *vel mole, vel onere?* Vulgatam lectionem confirmat Rigaltius ex Valerio Max. lib. V. cap. VI. ita in hanc sententiam scribente: *Super quem universi cives* honoris *gratia certatim fruges injecerunt*. Vide quoque Livium lib. VII. cap. VI.


13. *Ferale naufragium est*] Leges Grammaticæ postulant, ut deleatur vox ultima. Minucius enim non de tempore tunc præsente, sed diu præterito loquitur. DAVIS.

14. *Et ut Parthos signa repetamus*] Hæc adsignare videntur ætatem Minucii sub Severo. RIGALT. —— Librariorum plane culpa fiebat, ut hæc adsignare viderentur ætatem Minucii sub Severo. Omnino legendum, *ut Parthos signa repeteremus*; quemadmodum supra dixit auctor: *ut Thrasimenus....major esset....sprevit auguria Flaminius*. IDEM.

15. *Et de deorum natalibus* &c.] Locus interpunctione vitiosa laborat. Sic autem distinguendus: *Omitto vetera, quæ multa sunt; & de deorum natalibus, donis, muneribus, negligo carmina poetarum*. IDEM.

16. *Magis sunt augusta numinibus incolis, præsentibus, inquilinis, quam cultus insignibus & muneribus opulenta*] Sic olim habuit Codex Reg. Hodie præfert: *cultu insignibus*. Unde Critici occasionem arripuere corrigendi: *cultu insignia*. Sed apparent vestigia derasæ litteræ *s* quam nos hac editione reducimus in lucem, ut redeat Minucii sensus iste genuinus: Templa ac delubra Romana magis esse divinæ beneficentiæ titulis augusta, quam cultus insignibus aut muneribus opulenta. *Beneficentiæ* tituli sunt augustæ illæ inscriptiones, NUMINIBUS INCOLIS. NUMINIBUS PRÆSENTIBUS. NUMINIBUS INQUILINIS. At *opulenta cultus insignia* sunt aureæ statuæ, thensæ, acerræ, lectisternia, solisternia, currus & alia hujusmodi pretiosa. RIGALTIUS.

17. *Quos impie per diem negamus, nolumus, pejeramus*] Hæc est lectio MS. Reg. Editio Romana *volumus*. Gelenius, *violamus*: quæ lectio non displiceret, si librorum niteretur auctoritate. HERALD. —— Haud mihi dubium videtur, quin vir eruditissimus J. Fr. Gronovius *Observ. eccles.* cap. VII. recte correxerit, *negamus, nolumus, ejeramus*; quod idem valet ac *non agnoscimus*. Ad sapientiores philosophos respicit Minucius, qui per diem ridiculos Ethnicorum deos merito subsannabant: at in somnis *ea*



VIII. Itaque cum omnium gentium de diis immortalibus, quamvis incerta sit vel ratio vel origo, maneat tamen firma consensio; neminem fero tanta audacia tamque irreligiosa nescio qua prudentia tumescentem, qui hanc religionem [1] tam vetustam, tam utilem, tam salubrem, dissolvere aut infirmare nitatur. Sit licet ille Theodorus Cyrenæus, vel, qui prior, [2] Diagoras Melius, [3] cui Atheon cognomen apposuit antiquitas; qui uterque nullos deos asseverando, timorem omnem [4] quo humanitas regitur, venerationemque penitus sustulerunt: numquam tamen in hac impietatis disciplina simulatæ Philosophiæ nomine atque auctoritate pollebunt. Cum Abderitem Protagoram [5] Athenienses viri, [6] consulte potius quam profane de divinitate disputantem, & expulerint suis finibus, & [7] in concione ejus scripta deusserint: quid? homines (sustinebitis enim me impetum susceptæ actionis liberius exserentem) homines, inquam, [8] deploratæ, inlicitæ ac desperatæ factionis grassari in deos non ingemiscendum est? qui de ultima fæce collectis imperitioribus & mulieribus credulis, sexus sui facilitate labentibus, plebem profanæ conjurationis instituunt; quæ nocturnis congregationibus, & jejuniis [9] solemnibus, & [10] inhumanis cibis, non sacro quodam sed piaculo fœderantur. [11] Latebrosa & lucifugax natio, in publicum muta, in angulis garrula; templa ut busta despiciunt, deos despuunt, rident sacra: miserentur [12] miseri, si fas est, sacerdotum: honores & purpuras despiciunt, ipsi seminudi. Proh! mira stultitia & incredibilis audacia! spernunt tormenta præsentia, dum incerta metuunt & futura: & dum mori post mortem timent, interim mori non timent. [13] Ita illis pavorem fallax spes solatia rediviva blanditur.

IX. Ac jam, ut fecundius nequiora proveniunt, serpentibus in dies perditis moribus, per universum orbem sacraria ista teterrima impiæ coitionis adolescunt. Eruenda prorsus hæc, & exsecranda consensio. Occultis [14] se notis & insignibus noscunt, & amant mutuo, pæne antequam noverint: passim etiam inter eos velut quædam libidinum religio miscetur: [15] ac se promisce appellant fratres & sorores, ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum. Ita eorum vana & demens superstitio sceleribus gloriatur. Nec de ipsis, nisi subsisteret veritas, maxima & varia & honore præfanda sagax fama loqueretur. Audio eos [16] turpissimæ pecudis caput asini consecratum inepta nescio qua persuasione venerari: digna & nata religio talibus moribus. Alii

videbant *facie, qua pictores fictoresque voluerunt; neque facie solum, sed etiam ornatu, ætate atque vestitu*. Verba sunt Ciceronis *de Nat. deor.* I. 29. Dura sunt & contorta, quæ Rigaltius in hunc locum commentatus est. DAVIS.

1. *Tam vetustam, tam utilem*] In aliquo exemplari scriptum fuerat antiquario more, *tam vetus tam utilem*. Quod est *tam vetustam, tam utilem*. Syllabas proxime repetitas semel scribebant, ut videmus in editione Pandectarum juris ad exemplar Florentinum. Et hæc scriptura compluries in Minuciano exemplari reperitur. RIGALTIUS.

2. *Diagoras Melius*] In MSto est *Diagoras Milesius*, ac ita sane eum vocarunt non modo Eusebius & Theodoretus, ut notavit vir doctissimus Ric. Bentleius ad fragm. *Callimachi* 86. sed & Chrysostomus Hom. IV. in primæ Epist. ad Corinth. cap. I. ut animi sim dubius auctorine an librariis hanc lectionem debeamus. Utcumque sit, Atheus iste in Melo insula fuit natus. Vide Ælianum *Var. Hist.* II. 23. & Suidam. DAVIS.

3. *Cui Atheon cognomen apposuit antiquitas*] Non debet hæc lectio mendi esse suspecta. A. Gellius *Noct. Attic.* lib. XV. 29. *Duæ istæ in loquendo figuræ notæ satis usitatæque sunt*, mihi nomen est Julius, *&* mihi nomen est Julio. *Tertiam figuram novam hercle reperi apud Pisonem in secundo Annalium. Verba Pisonis hæc sunt:* L. Tarquinium collegam suum; quia Tarquinium nomen esset, metuere; eumque orat uti sua voluntate Romam contendat. Quia Tarquinium, *inquit*, nomen esset; *hoc proinde est, tamquam si ego dicam*, mihi nomen est Julium. Et ita quidem plus vice simplici locutus est *Livius*. Plurimi sane MSS. corrupte exhibent *quia Tarquinio nomen esset*; verum hæc scriptura menti Gellianæ prorsus adversatur, licet incertus hæreat Jac. Gronovius, recipienda sit necne. IDEM.

4. *Quo humanitas regitur*] *Humanitas* hoc in loco *genus humanum* denotat. Noster cap. XXVI. *Idem etiam dæmonas prodidit terrenos, vagos*, humanitatis *inimicos*. Arnobius lib. II. p. 75. *Quorum cruciatibus pasceretur nescio quævis latens, &* humanitati *adversa credulitas*. IDEM.

5. *Athenienses viri*] Ultimam vocem temere prorsus expunxit Fulv. Ursinus, eodem enim modo boni auctores passim loquuntur. Cæsar. lib. I. B. G. cap. 31. Harudum *millia* hominum XXIV. *ad eum venissent*. Virgilius *Aen.* XII. 16. Prudentius *in Symmach.* lib. I. 550. lib. II. 541. aliique. IDEM.

6. *Consulte potius quam profane*] Meursio placet *inconsulte*, quem incaute secutus est Cellarius. Quid enim miri, si Cæcilius *consultam* vocet Protagoræ ἐποχὴν, qui cap. V. Academicum egit, & cap. XIII. *Academicorum in summis quæstionibus tutam dubitationem* impense laudavit? IDEM.

7. *In concione ejus scripta deusserint*] Verissima lectio, quam edit. Rom. & MS. Reg. nobis suppeditarunt. Ediderat Gelenius *deriserint*, inepta sententia. HERALD. —— Cicero *de Nat. deor.* lib. I. cap. 23. *Librique ejus in concione combusti*. RIGALT.

8. *Deploratæ, inlicitæ ac desperatæ factionis*] Ajunt in MS. legi, *inquinatæ*. Sed codicem antiquum alium a Regio exemplari nemo hactenus protulit. In Regio disertissime scribitur, *incilitæ*. Et merito quidem exploditur, quod Ferrarius & Priscianensis ediderant, *inclitæ*. Illud vero, *inlicitæ*, etsi defendatur antiquitate exemplaris, nihilominus friget inter illa duo, *deploratæ* ac *desperatæ*. Itaque, si conjecturæ locus est, legam, *incitæ*, quod est incitatæ, furiosæ, rabidæ. Catullus in Galliambo: *Alios age incitatos, alios age rabidos*. Incitus, quemadmodum percitus. In Prudentii *Vincentio*, ubi de spiritibus immundis: *Qui vos latenter incitos, In omne compellunt nefas*. RIGALT.

9. *Jejuniis solemnibus*] Gronovius reponit *jejuniis* OLENTIBUS. Sed hac sane conjectura nihil est putidius. Ridet enim Cæcilius stata Christianorum jejunia, quæ diebus antepaschalibus quartaque ac sexta cujuslibet hebdomadis feria celebrabant Veteres. Adi *Constit. Apostol.* lib. V. capp. 15. 18. 19. DAVIS. —— In eamdem sententiam Grunerus l. c. p. 220.

10. *Inhumanis cibis*] Mox dicet de infanticidio. RIGALT.

11. *Latebrosa & lucifugax natio*] Sic habet exemplar: & sic editum fuit in prima editione Rom. IDEM. —— Voce *nationis* sectam sive genus indicat Minucius. Sic apud Phædrum lib. II. fab. V, I. *Est Ardelionum quædam Romæ* natio. Ita & *nationem* pro Epicureorum secta dixit Cicero N. D. lib. II. cap. 29. DAVIS.

12. *Miserentur miseri —— ipsi seminudi*] Ita locum hunc interpunximus Heraldum secuti. Neque aliter Cellarius & Grunerus l. c. pag. 221. Idque confirmat Octavii responsio cap. XXXI. *Nec de ultima statim plebe consistimus, si honores vestros & purpuras recusamus*. Al. vero editt. *Miserentur miseri; si fas est, sacerdotum honores & purpuras despiciunt, ipsi seminudi*.

13. *Ita illis pavorem —— blanditur*] Locum corruptum existimant viri eruditi, quorum conjectationes longum esset in medium adferre. Duas tantum seligimus quæ magis arrident. Altera est Davisii, in secunda editione sic rescribentis: *Ita illis* pavore *fallax spes solatia rediviva blanditur*; ut hæc sit mens auctoris: *Ita fallax spes illis solatia rediviva blanditur*, ob pavorem quem patefaciunt, *dum mori post mortem timent*. Altera Gruneri l. c. pag. 222. qui suspicatur excidisse vocem *fallit*, sic reponendam: *Ita illis pavorem* fallit *fallax spes, solatia rediviva blanditur*. Eadem enim ratione, inquit, dicitur *fallax spes pavorem fallere*, qua Ovidius scripsit *Trist.* V. 7, 39.


Detineo studiis animum, falloque dolores.

Minucius autem, subdit, in vocibus *fallit fallax*, more suo lusisse videtur, ut supra, *mori post mortem*; & superius *miserentur miseri*.

14. *Occultis se notis & insignibus noscunt*] In hunc locum Dodvvellus *Dissert. Cyprian.* II. §. II. pag. 19.

15. *Ac se promisce*] Ita edidi, jubente MS. In impressis omnibus est *promiscue*, quasi altera vox non esset Latina. *Gellius* in præf. Noct. Attic. *Indistincte atque* promisce *annotabam*: hinc *promiscam cogitationem* dixit idem scriptor lib. XI. cap. 16. & *promiscas quæstiones* lib. XIII. c. 9. DAVIS.

16. *Turpissimæ pecudis caput asini*] Ultimam vocem glossematis suspectam habui not. ad *Cæsaris* lib. III. B. G. cap. I. ac etiamnum ob durissimum verborum ordinem ejiciendam censeo. IDEM.



eos ferunt ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia, & quasi parentis sui adorare [1] naturam. Nescio an falsa, certe occultis ac nocturnis sacris apposita suspicio. Et qui hominem summo supplicio pro facinore punitum, & crucis ligna feralia eorum [2] cærimonias fabulatur, congruentia perditis sceleratisque tribuit altaria, ut id colant quod merentur. Jam de initiandis tirunculis fabula tam detestanda, quam nota est. Infans farre contectus, ut decipiat incautos, apponitur ei qui sacris imbuatur. Is infans a tirunculo farris superficie, quasi ad innoxios ictus provocato, cæcis occultisque vulneribus occiditur: hujus, proh nefas! sitienter sanguinem lambunt, hujus certatim membra dispertiunt, hac fœderantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignerantur. Hæc sacra sacrilegiis omnibus tetriora. Et de convivio notum est: passim omnes loquuntur: id etiam Cirtensis nostri [3] testatur oratio. Ad epulas solemni die coeunt, cum omnibus liberis, sororibus, matribus, sexus omnis homines, & omnis ætatis. Illic post multas epulas, ubi convivium caluit [4] & incestæ libidini ebrietatis fervor exarsit, canis qui candelabro nexus est, jactu offulæ ultra spatium lineæ qua vinctus est, ad impetum & saltum provocatur: sic everso & extincto conscio lumine, impudentibus tenebris nexus infandæ cupiditatis involvunt per incertum sortis: &, si non omnes opera, conscientia tamen pariter incesti; quoniam voto universorum appetitur, quidquid accidere potest in actu singulorum.

X. Multa prætereo consulto: nam & hæc nimis multa sunt, quæ aut omnia, aut pleraque omnium vera, declarat ipsius pravæ religionis obscuritas. Cur etenim occultare & abscondere quidquid illud colunt, magnopere nituntur; cum honesta semper publico gaudeant, scelera secreta sint? cur nullas aras habent, templa nulla, nulla nota simulacra, numquam palam loqui, numquam libere congregari, nisi illud quod colunt & interprimunt, aut puniendum est, aut pudendum? Unde autem, vel quis ille, aut

A ubi Deus unicus, solitarius, destitutus; quem non gens libera, non regna, non saltem Romana superstitio noverunt? Judæorum [5] sola & misera gentilitas unum & ipsi Deum, sed palam, sed templis, aris, victimis cærimoniisque coluerunt: cujus adeo nulla vis, nec potestas est, ut sit Romanis [6] numinibus cum sua sibi natione captivus. At etiam Christiani, quanta [7] monstra, quæ portenta confingunt? Deum illum suum, quem nec ostendere possunt nec videre, in omnium mores, actus omnium, verba denique & occultas cogitationes diligenter inquirere? discurrentem scilicet, atque ubique præsentem: molestum illum volunt, inquietum, impudenter etiam curiosum. Siquidem adstat factis omni-
B bus, locis omnibus intererrat: cum nec singulis inservire possit per universa districtus, nec universis sufficere in singulis occupatus.

XI. Quid? quod [8] toto orbi & ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium, ruinam moliuntur, quasi aut naturæ divinis legibus constitutus æternus ordo turbetur; aut rupto elementorum omnium fœdere, & cælesti compage divisa, moles ista qua [9] continetur & cingitur, subruatur. Nec hac furiosa opinione contenti, aniles fabulas adstruunt & annectunt. Renasci se ferunt post mortem & cineres & favillas, & nescio qua fiducia mendaciis suis invicem credunt: putes eos jam revixisse. Anceps
C malum & gemina dementia! cælo & astris, quæ sic relinquimus ut invenimus, interitum denuntiare: [10] sibi mortuis, extinctis, qui sicut nascimur, & interimus, æternitatem repromittere. Inde videlicet & exsecrantur rogos, & damnant ignium sepulturas: quasi non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis tamen & ætatibus in terram [11] resolvatur; nec intersit, utrum feræ diripiant, an maria consumant; an humus contegat, an flamma subducat: quum cadaveribus omnis sepultura, si sentiunt, pœna sit; si non sentiunt, ipsa conficiendi celeritate medicina. Hoc errore decepti, beatam sibi, ut bonis, & [12] perpetem vitam mortuis pollicentur; ceteris, ut in-

1. *Naturam*] Hieronymus epist. 61. *Pars corporis nostri secretior, φύσις, a nobis natura dicitur.* WOVVERUS.

2. *Cærimonias fabulatur*] Ita Gelenius, Heraldus aliique, licet mss. Reg. præferat *fabulantur*: nam sine numero singulari non constat σύνταξις. DAVIS.

3. *Cirtensis nostri testatur oratio*] Frontonis Cirtensis infra cap. XXXI. qui Marci Antonini imp. in Latinis litteris præceptor fuit, teste Eutrop. VIII. 6. ut interpretes fere consentiunt. CELLAR.

4. *Et incestæ libidini ebrietatis fervor exarsit*] Editionem Rigaltianam secuti sumus: nam mss. lectio, *& incestæ libidinis ebrietatis fervor exarsit*, nullum prorsus sensum fundit. DAVIS.

5. *Judæorum ----- gentilitas*] *Gentilitas* hoc in loco gentem denotat. Tertullianus *de Anima* cap. XXX. *Aborigines nunc in suis sedibus permanent, & alibi amplius gentilitatem feneraverunt.* Eodem sensu *Vasconum gentilitatem* dixit Prudentius περὶ στεφ. Hymn. I. 94. IDEM.

6. *Romanis numinibus*] In exemplari legitur *nominibus*, quod est *numinibus*. RIGALT. ---- Ego cum illis facio qui *Romanis hominibus* verum putant. Id poscunt omnino verba quæ præcedunt, *cujus adeo nulla vis nec potestas est.* Deinde nullibi invenies, deos gentis alicujus victæ cum gente sua *Romanis numinibus* captivos dici. Populus vero victor cepisse ac detriumphasse victi populi deos, sæpe dictum. Tertullianus *Apolog.* XXV. *Tot de diis, quot de gentibus triumphi: tot manubiæ, quot manent simulacra captivorum deorum.* Eodem sensu Minucius ipse inferius cap. XXV. GRUNERUS l. c. pag. 222. seq.

7. *Quanta monstra*] Ita Davisius, mss. vestigiis propius accedens; ubi teste Rigaltio, *qua m ta nra*: quo excogitari nihil melius posse Wopkensius putat apud Grunerum l. c. Alii aliter.

8. *Toto orbi*] Sic legitur in exemplari. RIGALT. ----- Et recte quidem. Propertius lib. III. *El.* IX. 57.

Septem urbs alta jugis toto *quæ præsidet* orbi.

Lactantius *de Phœnice* v. 139.

D *Æquatur* toto *capiti radiata corona.*

Hyginus *Fab.* V. *Ob id Juno* toto *generi ejus fuit infesta.* In aliis hujusce formæ vocibus similla multa collegit G. J. Vossius in *Anal.* lib. IV. cap. 6. Vide & Janum Gulielmum ad Ciceronem *pro Quintio* cap. I. DAVIS.

9. *Qua continetur & cingitur*] Meursius emendat, *qua continemur & cingimur*. Et sic edidit Cellarius. Nobis autem minore mutatione legendum placet, *quæ continetur & cingitur*. Cicero *de Nat. deor.* lib. II. cap. 36. *Terra sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aer.* Et cap. 40. *Omnia cingens & coercens* dicitur *cæli complexus*. Lucretius lib. V. p. 614.

Denique jam tuere hæc circum superaque; quod omnem
Continet amplexu terram. IDEM.


10. *Sibi mortuis, extinctis*] Non opus est, ut cum Fulv. Ursino & Chr. Cellario reponamus *sibi mortuis & extinctis*: pari enim ratione dicit Noster cap. III. *Fluctibus tonsis*
E *emicaret, emergeret.* IDEM.

11. *In terram resolvatur*] V. C. Jac. Gronovius legit *in auram resolvatur*. At non est cur quidquam mutemus: nam corpora mortuorum terram fieri statuere Gentilium plurimi. Ita Sophocles Electra v. 246. Epicharmus apud Plutarchum *Cons. ad Apollon.* pag. 110. ait, *γᾶν μὲν εἰς γᾶν ἀπελθεῖν*. Euripides *Hypsipyla*:

Αὐτός τε θνήσκει καὶ τέκν' ἄχθονται βροτοί,
Εἰς γῆν φέροντες γῆν. -----

Eos versus Latine reddidit Cicero *Tuscul.* lib. III. cap. 25. Vide Lactantium *Div. Instit.* lib. VII. cap. 12. IDEM.

12. *Perpetem vitam*] Perpetuam, ut habent nonnullæ editt. ex glossemate. Festus: *Perpetem pro perpetuo dixerunt Poetæ.* Et ita sane non raro loquitur *Plautus*. Nec Poetæ solum, sed etiam solutæ orationis scriptores. Cl. Mamertinus *Pan.* I. cap. III. 4. *Noctes omnes diesque* perpeti *solicitudine pro omnium salute transigere.* Et *Pan.* II. cap. III. 4. Perpeti *cura quamvis compositum gubernat imperium.* Vide & Tertullianum in *Apol.* c. XVIII. IDEM.



justis, pœnam sempiternam. Multa ad hæc suppetunt, ni festinet oratio. Injustos ipsos, magis nec laboro, jam docui: quamquam etsi justos darem, culpam tamen vel innocentiam fato tribui, sententiis plurimorum & hæc vestra consensio est: nam quidquid agimus, ut alii fato, [1] ita vos Deo dicitis. [2] Sic sectæ vestræ non spontaneos cupere, sed electos. Igitur iniquum judicem fingitis, qui sortem in hominibus puniat, non voluntatem. Vellem tamen sciscitari, utrumne [3] cum corporibus? & corporibus quibus; ipsisne, an innovatis resurgatur? Sine corpore? Hoc, quod sciam, neque mens, neque anima, nec vita est. Ipso corpore? Sed jam ante dilapsum est. Alio corpore? Ergo homo novus nascitur, non prior ille reparatur. Et tamen tanta ætas abiit, B sæcula innumera fluxerunt; [4] quis unus ullus ab inferis vel Protesilai sorte remeavit, [5] horarum saltem permisso commeatu, vel ut exemplo crederemus? Omnia ista figmenta malesanæ opinionis, & inepta solatia a poetis fallacibus in dulcedine carminis lusa, [6] a vobis nimirum credulis in Deum vestrum turpiter reformata sunt;

XII. Nec saltem de præsentibus capitis experimentum, quam vos irritæ pollicitationis cassa vota decipiant. Quid post mortem impendeat, miseri! dum adhuc vivitis, æstimate. Ecce pars vestrum & major, melior, ut dicitis, egetis, algetis, [7] opere, fame laboratis; & Deus patitur, dissimulat; non vult, aut non potest opitulari suis. Ita aut invalidus, aut iniquus est. Tu qui immortalitatem postumam somnias, cum periculo quateris, cum febribus ureris, cum dolore laceraris, nondum conditionem tuam sentis? nondum agnoscis fragilitatem? invitus miser infirmitatis argueris, nec fateris? Sed omitto communia. Ecce vobis minæ, supplicia, tormenta, etiam non adorandæ, sed subeundæ cruces: ignes etiam, quos & prædicitis & timetis; ubi Deus ille, qui subvenire reviviscentibus potest, viventibus non potest? Nonne Romani sine vestro Deo imperant, regnant, fruuntur orbe toto, vestrique dominantur? vos vero suspensi interim atque soliciti, honestis voluptatibus abstinetis: non spectacula visitis, non pompis interestis; convivia publica absque vobis; sacra certamina; [8] præcerptos cibos & delibatos altaribus potus abhorretis. Sic reformidatis deos, quos negatis: non floribus caput nectitis, non corpus odoribus honestatis: reservatis unguenta funeribus: coronas etiam sepulcris denegatis, pallidi, trepidi, [9] misericordia digni, sed nostrorum deorum. Ita nec resurgitis miseri, nec interim vivitis. Proinde si quid sapientiæ vobis aut verecundiæ est, desinite cæli plagas & mundi fata & secreta rimari. Satis est pro pedibus aspicere, maxime indoctis, impolitis, rudibus, agrestibus: quibus non est datum intelligere civilia, multo magis denegatum est disserere [10] divina.

XIII. Quamquam, si philosophandi libido est, C Socratem sapientiæ principem, [11] quisque vestrum tantus est, si poterit, imitetur. Ejus viri, quoties de cælestibus rogabatur, nota responsio est: [12] QUOD

1. *Ita vos Deo dicitis*] Cellarius post alios edidit, *ita vos Deo addicitis*. Minore mutatione reponi possit, *ita vos Deo dicatis*, id est, attribuitis. Tertullianus *Apol.* cap. XIII. *Imperatoribus defunctis honorem divinitatis dicatis*. Iterum cap. XXI. *Nec tantum tamen honoris fatis Romani dicaverunt*. Vide sis ejusdem libri cap. XXVIII. & Sedulium *Carm.* III. 88. Verum non est cur a msf. lectione recedamus, ut ea ostendent quæ de verbo *dicendi* monuerunt Heinsius ad Ovidii *Fast.* VI. 594. & Grævius ad Ciceronem *pro Flacco* cap. 34. DAVIS.

2. *Sic sectæ vestræ non spontaneos cupere*] Ait Rigaltius Hellenismum esse, quam in rem hæc verba tamquam Suidæ adducit. Επιθυμῶν γενικῇ προαιρετικῶς ἔχων. At, præterquam quod vox antepenultima in isto scriptore non compareat, phrasis est Latinissima, nec casum Genitivum, sed Dativum regit. Cæsar lib. I. B. G. cap. 18. *Favere & cupere Helvetiis*. Tullius Tiro apud Gellium *Noct. A.* lib. VII. cap. 3. *Accusabantur quod adversus* P. R. *regi magis cupierint faverintque*. Sic etiam Terentius *Andr.* Act. V. Sc. IV. 2. IDEM.

3. *Utrumne cum corporibus?*] Recentiores habent, *utrum ne sine corpore, an cum corporibus?* Et ita quidem plenior ac rotundior fit oratio. Sed quum sola Fulvii Ursini conjectura nitatur illa lectio, nos msf. fidem sequendam duximus. IDEM.

4. *Quis unus ullus ab inferis*] Hoc habet a Minucio Lactantius lib. VII. D. I. c. 22. omissa dictione, *ullus*. Sed legitur in exemplari, etsi contrarium adfirment qui excerpta sua venditant nimium credulis. RIGALTIUS.

5. *Horarum saltem permisso commeatu*] Elegantissimi ingenii vir Janus Broukhusius ad Propertii lib. I. *Eleg.* XIX, 10. aliquid excidisse ratus, emendat *horarum saltem paucarum permisso commeatu*: at, nisi vulgatam lectionem tueatur Justinus, qui lib. II. cap. 14. ait *tam brevi horarum momento de victoria nuntiatum sit*, omnino reposuerim *horarum saltem* III. Laodamia enim cum Protesilao, quem reduxerat Mercurius, *tres horas* collocuta est, ut refert Hyginus *Fab.* CIII. Facile fieri potuit, ut nota numeralis omitteretur, quippe quod tanta sit ei cum littera præcedente similitudo. DAVIS.

6. *A vobis nimirum credulis*] Ita msf. & editt. Rom. Rigalt. Gronov. Davis. Sed Gelenius & Cellarius, *nimium credulis*, quod sententiam postulare Heraldus arbitratus est. Distingue: *a vobis, nimirum credulis, in Deum vestrum turpiter reformata sunt*. Ita nihil superest, quod offendere possit. GRUNER. l. c. pag. 224.

7. *Opere, fame laboratis*] Sic est in exemplari. Nec emendatione opus est. Horatius lib. I. *Epist.* I. 20.

— — — — *diesque*
Longa videtur opus debentibus.

RIGALT. —— Joannes Wovverius divisim legit, *ope, re, fame laboratis*: cujus conjecturæ rationes quum non protulerit vir eruditus, equidem plane nescio. Haud magis intelligo, quomodo factum, ut Horatianus ille versus Rigaltio fidem faceret, sanum esse Minucii locum. Certe, nisi fallor, *opere laborare* nusquam dixit scriptor idoneus: præterquam quod voces, *egetis* & *fame laboratis*, in eadem sententia positæ, novam miseriam non denotent, at ταυτολογίαν sapiant. Forsan igitur legendum: AEGRETIS, *algetis*, PAUPERIE, *fame laboratis*. Simili modo *pauperiem* & *famem* junxit Plautus *Aulul.* Act. IV. Scen. IX. 12. DAVIS.

8. *Præcerptos cibos & delibatos altaribus potus*] Idolothyta, sacrificata aut parentata, sacrificales epulas. RIGALTIUS.

9. *Misericordia digni, sed nostrorum deorum*] J. Fr. Gronovius *Observ. eccl.* cap. VII. reponit *& nostrorum deorum*. Non male quidem: nisi forsan scripserit Minucius, VEL *nostrorum deorum*. Ovidius *Metam.* VI. 275.

Invidiosa suis, at nunc miseranda vel *hosti*.

Sic VEL *Priamo miseranda manus* legitur apud Virgilium *Æneid.* XI. 259. DAVIS.

10. *Differere divina*] Disserere de divinis. Ita Cicero *de Nat. deor.* lib. III. cap. 40. Ea *quæ disputavi*, disserere *malui, quam judicare*. Sulpicius Severus *Hist. sacr.* lib. II. cap. 28. Reliqua *vero ejus incertum pigeat an pudeat magis* disserere. Hieronymus in *Jovin.* lib. I. col. 147. edit. BB. *Præceptor meus Gregorius Nazianzenus*, virginitatem & nuptias disserens, *Græcis versibus explicavit*. Idem Epist. XXXI. ad Pammachium: Illam *Apostoli περιοχὴν aliter* disserere *compelleris*. Sic & Tacitus aliique scriptores celeberrimi. IDEM.

11. *Quisque vestrum tantus est*] Sic MS. Haud tamen defuere, qui emendarunt, *quisquis vestrum tantus est*: ac ita sane edidit Chr. Cellarius; sed nihil opus est ut ab exemplaris lectione recedamus. Prudentius *Peristeph.* Hymn. X. 214.

Junonis iram sentiet, quisque *ut Deum*
Signo aut sacello consecrarit Herculem.

Juvencus *Hist. Evang.* lib. I. pag. 35. ed. Lugd. 1553.

Quisque *meis monitis, auresque & facta dicabit*.


Et lib. II. pag. 45.

Quisque *igitur justæ reperit primordia vitæ*,
Hunc similem &c.

Symmachus lib. I. Epist. 52. Quisque *bonæ frugis est, in publicum commodum vendicatur*. Ubi vide Fr. Juretum, ut & ad Ambrosii *cont. Symmachum* lib. I. pag. 318. IDEM.

12. *Quod supra nos, nihil ad nos*] Hoc Socratis dictum memorant Lactantius lib. III. cap. 19. & Hieronymus in *Apolog. adv. Rufin.* cap. 8. Vide Xenophontem lib. I. *Memorab.* fol. 710. Theodoretum *contr. Græc.* Orat. IV. *de mat. & mundo* fol. 60. & Gellium lib. XIV. cap. 3. ELMENHORST.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



SUPRA NOS, NIHIL AD NOS. [1] Merito ergo de oraculo testimonium meruit prudentiæ singularis; [2] quod oraculum ipse præsensit, idcirco universis esse præpositum, non quod omnia comperisset, sed quod nihil se scire didicisset. Ita confessæ imperitiæ summa prudentia est. Hoc fonte defluxit Arcesilæ, & multo post Carneadis & Academicorum plurimorum in summis quæstionibus tuta dubitatio; quo genere philosophari & caute indocti possunt, & docti gloriose. Quid? Simonidis Melici nonne admiranda omnibus, & sectanda cunctatio? qui Simonides cum de eo, quid, & quales arbitraretur deos, ab Hierone tyranno quæreretur; primo deliberationi diem petiit, postridie biduum prorogavit, mox alterum tantum admonitus adjunxit; postremo cum caussas tantæ moræ tyrannus inquireret, respondit ille, quod sibi, quanto inquisitio tardior pergeret, tanto veritas fieret obscurior. Mea quoque opinione, quæ sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt: nec tot ac tantis viris deliberantibus, temere & audaciter in alteram partem ferenda sententia est; ne aut anilis inducatur superstitio, aut omnis religio destruatur.

XIV. Sic Cæcilius; & renidens, [3] (nam indignationis ejus tumorem effusæ orationis impetus relaxaverat:) Et quid ad hæc, ait, audet Octavius, [4] homo Plautinæ prosapiæ, ut pistorum præcipuus, ita postremus philosophorum? [5] Parce, inquam, in eum plaudere: neque enim prius exsultare te dignum est concinnitate sermonis, quam utrimque plenius fuerit peroratum; maxime cum non laudi, sed veritati disceptatio vestra nitatur. Et quamquam magnum in modum me [6] subtili varietate, tua delectarit oratio; tamen altius moveor, non de præsenti actione, sed de toto genere disputandi: quod ple-

A rumque pro differentium viribus & eloquentiæ potestate, etiam perspicuæ veritatis conditio mutetur. Id accidere pernotum est auditorum facilitate, qui dum verborum lenocinio a rerum intentionibus avocantur, sine delectu assentiuntur dictis omnibus: nec a rectis falsa secernunt, nescientes inesse [7] & in incredibili verum, & in verisimili mendacium. Itaque quo sæpius asseverationibus credunt, eo frequentius a peritioribus arguuntur: sic assidue temeritate decepti, [8] culpam judicis transferunt ad incerti querelam; ut damnatis omnibus malint universa suspendere, quam de fallacibus judicare. Igitur nobis providendum est, ne odio idemtidem sermonum omnium [9] laboremus; ita ut in exsecrationem & odium

B hominum plerique simpliciores efferantur. Nam incaute creduli circumveniuntur ab his, quos bonos putaverunt: mox errore consimili jam suspectis omnibus, ut improbos metuunt, etiam quos optimos sentire potuerunt. Nos proinde soliciti, quod utrimque omni negotio differatur, & ex altera parte plerumque obscura sit veritas, [10] ex altero latere mira subtilitas, quæ nonnumquam ubertate dicendi, fidem confessæ probationis imitetur: diligenter, quantum potest, singula ponderemus, ut argutias quidem laudare; ea vero quæ recta sunt, eligere, probare, suscipere possimus.

XV. Decedis (inquit Cæcilius) officio judicis re-

C ligiosi: nam perinjurium est, vires te actionis meæ intergressu gravissimæ disputationis infringere, cum Octavius integra & illibata habeat singula, [11] si potest refutare. Id quod criminaris, inquam, in commune, nisi fallor, compendium protuli, ut examine scrupuloso nostram sententiam non eloquentiæ tumore, sed rerum ipsarum soliditate libremus. Nec avocanda, quod quereris, diutius intentio: cum toto si-

1. *Merito* cet.] Hoc est: Merito Socrates dixit, *Quod supra nos, nihil ad nos*. RIGALT. ----- Hoc fuit Apollinis de Socrate responsum:

Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος.

Id memorant veterum plurimi, quorum testimonia collegit Ægid. Menagius ad Diogenis Laertii lib. II. §. 37. DAVIS.

2. *Quod oraculum --- præpositum*] Locus est a variis tentatus. Ad me quod attinet, lubens rescripserim: *Quo oraculo* (Apollinis modo recitati) *ipse præsensit, idcirco universis se se præpositum*, cet. Cicero *Academ. Quæst.* lib. I. cap. 4. *Nihil se scire dicat* (Socrates) *nisi id ipsum ---- ob eamque rem se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod hæc esset una omnis sapientia, non arbitrari se se scire quod nescias*. DAVIS. —— Ego in verbis nihil, solum interpunctionem sic muto: *Merito ergo de oraculo testimonium meruit prudentiæ singularis. Quod oraculum, idem ipse præsensit; idcirco* cet. Sententia est: Quod de Socrate oraculum sentit, id ipsum de se ante jam ipse sensit, quam illud oraculum editum est. Vult autem Minucius omnem a Socrate dissimulationem removere; quod idem Justinus M. fecerat *Cohort. ad Græc.* cap. 37. p. m. 12. edit. Oxon. GRUNER. l. c. pag. 224.

3. *Nam indignationis ejus tumorem*] Etenim jam ipse sibi satisfecerat. RIGALTIUS.

4. *Homo Plautinæ prosapiæ*] Et tamen adhuc hæret illius animo dicacitas Octavii, Cæcilium tam luculento die impegisse in lapides, eo quod in Ostiensi litore lapidem unctum & effigiatum ethnicorum adorasset. Itaque Octavium suum alio sale defricat; &, *Hominem* esse dicit *Plautinæ prosapiæ*: quod prima quidem fronte ad Plautinos tantum jocos referri videatur. At subinde illum ipsum hominem Plautinum in pistrinum trudit, ubi tres fabulas scripsisse M. Accium Plautum Varro & plerique alii tradiderunt. Hoc vero pistrinensis militiæ probrum torquet in Octavium Cæcilius ob religionis Christianæ simplicitatem, cujus sequaces magna pars erant idiotæ & opifices, ut pistores, sutores & id genus alii. Ait igitur Octavium esse quidem inter pistores Christianos præcipuum; at inter philosophos postremum. IDEM.

5. *Parce in eum plaudere*] Cæcilium Minucius jam repercutit *Plautina prosapia*. *Parce*, inquit, *in eum plaudere*. Quasi diceret: Noli in Octavium nostrum latrare cum illa tua Plautina, sive latrante prosapia. Et est jocus duplex. Nam peracta comœdia solent actores plausum petere. Heic Cæcilius sibi plaudit in odium & infamiam Octavii. *Plausus* autem datur complausis sive complosis manibus; & *plautiores conchæ* dicuntur quæ sunt ad plausum aptiores; & *plauti canes* quorum aures dependulæ, flac-

D cidæ & latiores applaudunt capiti. IDEM.

6. *Subtili varietate tua delectarit oratio*] *Subtilem* Cæcilii *varietatem* dicit Minucius, quam mox Octavius dicet *subtilem variationem & vacillationem*, quæ proxime accedat ad cavillationem & versutiam. IDEM.

7. *Et in incredibili verum*] In exemplari legitur, *& incredibili*. Sed mens Auctoris poscit, ut duas syllabas intelligamus in unam fuisse contractas antiquario more, quem supra notavimus. Ut *inesse in verisimili mendacium* dixit Minucius, ita sane dixerit, *inesse in incredibili verum*. IDEM.

8. *Culpam judicis transferunt ad incerti querelam*] Sana non est hæc lectio: nam de multis judicibus agit Minucius. Ideo Wovverius reponit *culpam judicii*. Meursius & Cellarius emendant, *culpam* judices *transferunt ad incerti querelam*. Mihi languere videtur sententia, nisi forsan addito pronomine legatur: SUAM *culpam* JUDICES *transferunt ad incerti querelam*. Ausonius in *Cupid. crucif.* v. 64.

E *Transferunt ut* proprias *aliena in crimina culpas*.

Sallustius *Jug.* cap. I. SUAM *quippe culpam auctores ad negotia transferunt*. Sic *metum a scelere* suo *ad ignaviam vestram transferre* dixit idem cap. 34. DAVIS.

9. *Laboremus; ita ut ---- efferantur*] Leg. *efferuntur*, & sic distinguendum: *Laboremus ita, ut ---- efferuntur*. Dicit enim Minucius, *providendum esse, ne odio sermonum omnium laboremus*; quemadmodum *in exsecrationem & odium hominum simpliciores efferuntur*. Vide sis A. Gellium *Noct. Att.* IV. 8. & IX. 14. IDEM.

10. *Ex altero latere*] Sic editum oportuit a Fulv. Ursino & Chr. Cellario; non *ex altero lateat*, contra fidem exemplaris. IDEM.

11. *Cum Octavius ---, si potest refutare. Id* cet.] Ita in secunda editione legit ac distinguit cum Heraldo Davisius, Gronovium secutus. Al. editt. *Cum Octavius integra & illibata habeat singula. Si potes reputare, id quod criminaris* &c. Ceterum ms. præfert, *si potest reputare*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.

lentio liceat responsionem Januarii nostri [1] jam gestientis audire.

XVI. Et OCTAVIUS: Dicam equidem, ut potero, pro viribus; & [2] adnitendum tibi mecum est, ut conviciorum amarissimam labem [3] verborum veracium flumine diluamus. Nec dissimulabo, principio [4] ita Natalis mei errantem, vagam, lubricam nutasse sententiam, ut sit nobis ambigendum, utrum [5] sua eruditio turbata sit, [6] an vacillaverit per errorem: nam interim deos credere, interim se deliberare variavit, [7] ut propositionis incerto, certior responsionis nostræ intentio fundaretur. Sed in Natali meo versutiam nolo, non credo; [8] procul est ab ejus simplicitate subtilis urbanitas. Quid igitur? ut qui rectam viam nescit, ubi, ut fit, in plures una [9] diffunditur, quia viam nescit, hæret anxius, nec singulas audet eligere, nec universas probare; sic, cui non est veri stabile judicium, prout infida suspicio spargitur, ita ejus dubia opinio dissipatur. Nullum itaque miraculum est, si Cæcilius identidem in contrariis ac repugnantibus [10] jactetur æstu, & fluctuetur: quod ne fiat ulterius, convincam & redarguam, [11] quamvis diversa sint quæ dicta sunt, una veritate confirmata probataque. Nec dubitandum ei de cetero est, nec vagandum. Et quoniam meus frater erupit ægre se ferre, stomachari, indignari, dolere, illitteratos, pauperes, imperitos de A rebus cælestibus disputare; sciat omnes homines sine delectu ætatis, sexus, dignitatis, rationis & sensus capaces & habiles procreatos: nec fortuna nactos, sed [12] natura indeptos esse sapientiam: quin ipsos etiam philosophos, vel si qui alii artium repertores in memorias exierunt, priusquam sollertia mentis parerent nominis claritatem, habitos esse plebejos, indoctos, seminudos. At vero divites facultatibus suis illigatos, magis aurum suspicere consuesse, quam cælum: nostrates pauperes, & commentos esse prudentiam, & tradidisse ceteris disciplinam. Unde apparet ingenium non dari facultatibus, nec studio parari, sed cum ipsa mentis formatione generari. Nihil itaque indignandum vel dolendum, si quicumque de B divinis quærat, sentiat, proferat: cum non disputantis auctoritas, sed disputationis ipsius veritas requiratur: atque etiam, quo imperitior sermo, hoc illustrior est; quoniam non fucatur pompa facundiæ & gratiæ, sed, ut est, recti regula sustinetur.

XVII. Nec recuso, quod Cæcilius asserere inter præcipua connisus est, hominem nosse se, & circumspicere debere, quid sit, unde sit, quare sit; utrum elementis concretus, an concinnatus atomis, an potius a Deo factus, formatus, animatus? Quod ipsum explorare & eruere, sine universitatis inquisitione non possumus; cum ita cohærentia, connexa, concatenata sint, ut, nisi divinitatis rationem dili- C

1. *Jam gestientis*] Eloqui, scilicet. RIGALT. — Corporeo motu demonstrantis, se verba facturum: nam *gestire* proprie est, *sensum corporis gestu indicare*, prout monet Donatus ad Terentii *Eunuch.* Act. III. Scen. V. v. 7. Hinc oratorie Cicero *pro M. Marcello* cap. 3. *Parietes medius fidius, ut mihi videtur, hujus curiæ, tibi gratias agere gestiunt.* DAVIS.

2. *Adnitendum tibi mecum est*] Ambigua oratio, Minucio sit adnitendum, an Cæcilio. Sed vultu gestuque dicentis tolli potuit omnis ambiguitas; si conversus ad Cæcilium hæc dixerit Octavius. Quod sane factum videtur. RIGALT. ---- Ex parte contraria, nihil mihi certius videtur quam Minucium intelligi: præterquam enim quod is ultimus verba fecit, ac proinde sermo eum respiciat necesse est; cui nisi Christiano convenit, *conviciorum*, quæ profuderat Cæcilius, *amarissimam labem verborum veracium flumine diluere*? Omnes, nisi fallor, mecum sentient, & lapsum Rigaltium fatebuntur. DAVIS.

3. *Verborum veracium flumine*] MS. *in lumine*. Sic & edit. Rom. & Gelenius. Minus apte, & contra vim verbi quod sequitur, *diluamus*. Ursinus aliique restituunt *flumine*. Apposite. Cicero *de Nat. deor.* lib. II. cap. 7. *Orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur*. His aliisque pluribus eamdem lectionem post viros eruditos tuetur contra Gronovium Davisius.

4. *Ita Natalis mei — sententiam*] Obliqua oratione adfatur Cæcilium Natalem. RIGALT. — Dubitat Valesius, an hic Cæcilius Natalis qui disputatione Octavii ad Christi fidem conversus est, idem sit cum Natali, de quo Cajus Romanus apud Eusebium *Hist. eccl.* lib. V. cap. XXVIII. Nomen certe convenit, inquit, & tempus atque professio.

5. *Sua eruditio*] In ms. exemplari *tua eruditio*. Qui putarunt sermonem ab Octavio factum ad Minucii personam, scripsere sua *eruditio*; ut *sua* sit pro *ejus*. RIGALT. ---- Equidem cum iis facio, quibus placet *sua eruditio*. Apud optimos scriptores sæpe fit ἀντικατάστασις ἀπὸ προσώπου εἰς πρόσωπον: ut monuit Longinus περὶ ὕψους §. 27. Sed oratione semel mutata, rursus λόγον πλάγιον ἐπιφέρειν in eodem paragrapho non licet. DAVIS.

6. *An vacillaverit per errorem*] Ethnicum scilicet. Quam pæne transpositis litteris scripsit, *an cavillaverit*. Ut *cavillare* seu *cavillari* dicuntur sontes, cum sui copiam non faciunt, cum frustrantur & subterfugiunt. In veteri glossario *Vacillator* dicitur συκοφάντης. RIGALT.

7. *Ut propositionis incerto — certior fundaretur*] In ms. legitur *certio* pro *certior*. Bene, quum non solerent repetere eamdem litteram, ut sæpius patet ex Pandectis. GRONOV. ---- *Incertior*. Restitui compositionem negativam quæ exciderat, & est ad Octavii mentem necessaria. Ait enim, Cæcilium subtili vacillatione per ethnicum errorem interdum deos credere, interdum addubitare an ulli sint; ut per hanc variationem & per incertum suæ propositionis, sive per incertam propositionem suam, incertum reddat Octavianæ responsionis fundamentum. Hoc, versutiam mox dicet Octavius. RIGALTIUS. --- Rigaltio non assentior; nec tamen ex omni parte sana videtur ms. lectio: nam, nisi fallor, prorsus repugnat, UT *propositionis incerto, certior responsionis intentio fundaretur*. Si aliter se res haberet, propositionum variatio non *versutiæ*, sed *stultitiæ* suspicionem deberet inferre. Hæc incommoda vitabuntur, si modo legamus: NE *propositionis incerto, certior responsionis nostræ intentio fundaretur*. Istæ voculæ crebro sunt a librariis confusæ. Lactantius *Div. Inst.* lib. II. cap. I. UT *id, cui dominari debet, imitetur*. In aliis cod. est: NE *id ---- dominetur*, cet. DAVIS.

8. *Procul est ab ejus simplicitate*] In ms. legitur, *procul est ab ejus subtilitate simplicitate subtilis urbanitas*. In Gelenii sententiam pedibus eo, qui deleta *subtilitate*, legit *procul est ab ejus simplicitate*. Oscitans librarius inanem vocem scripsit; D expungendam vero non existimavit, ne codicem lituris dehonestaret. Vide Muretum *Var. Lect.* lib. XV. cap. 9. DAVIS.


9. *Diffunditur*] Sunt qui emendari velint *diffinditur*. Sed nihil est necesse. RIGALT. — Equidem hoc viri doctissimi judicium miror: quum liquores tantum diffundi proprie dicantur; viæ vero scindi vel diffindi. Quapropter omnino legendum *diffinditur*. Vide Ovidium *Fast.* I. 241. & *Amor.* lib. III. Eleg. I. 18. nec non Virgilium *Aen.* VI. 540. DAVIS. — Lactantius lib. VI. *Div. Inst.* cap. III. *Unusquisque hominum quum primæ adolescentiæ limen attigerit, & in eum locum venerit*, partes ubi se via FINDIT in ambas; *hæreat nutabundus, ac nesciat, in quam se partem potius inclinet*. Ubi Lactantius locum Virgilianum modo citatum exscripsit.

10. *Jactetur æstu & fluctuetur*] Sic legitur in exemplari. Non video cur mutari debuerit cum Meursio in *jactetur, æstuet, fluctuetur*. RIGALT.

11. *Quamvis diversa sint quæ dicta sunt*] Turbata est libri veteris scriptura, *quamvis diversa quæ dicta sunt, una veritate confirmata probataque sint*. RIGALT. — Ex hac turbata libri veteris scriptura, mihi videtur veram lectionem collegisse. Nimirum ita reponendum censeo: *Convincam & redarguam, quamvis diversa, quæ dicta sunt, una veritate confirmata probataque*. SIC *nec dubitandum ei de cetero est, nec vagandum*. Hac emendatione recepta, bene cohærent sententiæ: sed, si vulgatam lectionem retineamus, mera fit arena sine calce. DAVIS.

12. *Natura indeptos esse sapientiam*] Ita ediderunt præstantes viri, pro codicis regii scriptura, *natura insitos esse sapientiam*, quam respuit Latini sermonis ratio. Et ita quidem Latinitati satis consulitur. *Indeptos* tamen vocem minus commodam censeo, quum de naturæ muneribus habeatur sermo. Rescriberem: *nec fortuna datam, sed natura insitam esse sapientiam*. Ut *nactos* & *insitos* scriberent librarii, fecere verba pluralia, quæ præcedunt. IDEM. — Davisio quam proxime accedit Grunerus l. c. pag. 225.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



genter excufferis, nefcias humanitatis; nec poffis pulchre gerere rem civilem, nifi cognoveris hanc communem omnium mundi civitatem: præcipue cum a feris belluis hoc differamus, quod illa prona in terramque vergentia, nihil nata fint profpicere nifi pabulum: nos, quibus vultus erectus, quibus fufpectus in cælum datus eft, fermo & ratio, per quæ Deum agnofcimus, fentimus, imitamur, ignorare nec fas nec licet ingerentem fefe oculis & fenfibus noftris cæleftem claritatem. Sacrilegii enim vel maximi inftar eft, humi quærere, quod in fublimi debeas invenire. Quo magis mihi videntur, qui hunc mundi totius ornatum non divina ratione perfectum volunt, fed fruftis quibufdam temere cohærentibus conglobatum, mentem, fenfum, oculos denique ipfos non habere. Quid enim poteft effe tam apertum, tam confeffum, tamque perfpicuum, cum oculos in cælum fuftuleris, & quæ funt infra circaque luftraveris, quam effe aliquod numen præftantiffimæ mentis, quo omnis natura infpiretur, moveatur, alatur, gubernetur? Cælum ipfum vide, quam late tenditur, quam rapide volvitur, vel quod in noctem aftris diftinguitur, vel quod in diem fole luftratur; jam fcies quam fit in eo fummi moderatoris mira & divina libratio. Vide & annum, ut folis ambitus faciat, & menfem vide ut luna auctu, fenio, labore circumagat. Quid tenebrarum & luminis dicam recurfantes vices, ut fit nobis operis & quietis alterna reparatio? Relinquenda vero aftrologis prolixior de fideribus oratio; vel quod regant curfum navigandi, vel quod arandi metendique tempus inducant: quæ fingula non modo ut crearentur, fierent, difponerentur, fummi opificis & perfectæ rationis eguerunt; verum etiam fentiri, perfpici, intelligi, fine fumma follertia & ratione non poffunt. Quid? cum ordo temporum ac frugum ftabili varietate diftinguitur, nonne auctorem fuum parentemque teftatur? Ver æque cum fuis floribus, & æftas cum fuis meffibus, & autumni maturitas grata, & [1] hiberna olivitas neceffaria: qui ordo facile turbaretur, nifi maxima ratione confifteret. Jam providentiæ quantæ, ne hiems fola glacie ureret, aut fola æftas ardore torreret, autumni & veris inferere medium temperamentum, ut per veftigia fua anni revertentis occulti & innoxii tranfitus laberentur? Mari intende, lege litoris ftringitur. Quidquid arborum eft vide, quam e terræ vifceribus animatur. Afpice Oceanum, refluit reciprocis æftibus. Vide A fontes, manant venis perennibus. Fluvios intuere, eunt femper exercitis lapfibus. Quid loquar apte difpofita recta montium, collium flexa, porrecta camporum? Quidve animantium loquar adverfus fefe tutelam multiformem? alias armatas cornibus, alias dentibus feptas, [2] & fundatas ungulis, & fpicatas aculeis, aut pedum celeritate liberas, aut elatione pinnarum? Ipfa præcipue formæ noftræ pulchritudo Deum fatetur artificem, ftatus rigidus, vultus erectus, oculi in fummo, velut in fpecula conftituti, & omnes ceteri fenfus velut in arce compofiti.

XVIII. Longum eft ire per fingula: nihil in homine membrorum eft, quod non & neceffitatis B caufa fit, & decoris: &, quod magis mirum eft, eadem figura omnibus, fed quædam unicuique lineamenta deflexa. Sic & fimiles univerfi videmur, & inter fe finguli diffimiles invenimur. Quid nafcendi ratio? Quid cupido generandi? nonne a Deo data eft? & ut ubera partu maturefcente lactefcant, & ut tener fetus ubertate lactei roris adolefcat? Nec univerfitati folummodo Deus, fed & partibus confulit. Britannia fole deficitur, fed circumfluentis maris tepore recreatur. [3] Ægypti ficcitatem temperat Nilus amnis; colit Euphrates Mefopotamiam; pro imbribus penfat Indus flumen, & ferere Orientem dicitur & rigare. Quod fi ingreffus aliquam domum, omnia exculta, difpofita, ornata vidiffes; C utique præeffe ei crederes dominum, & illis bonis rebus multo effe meliorem: ita in hac mundi domo, cum cælum terramque perfpicias, providentiam, ordinem, legem, crede effe univerfitatis dominum parentemque, ipfis fideribus & totius mundi partibus pulchriorem. Ni forte, quoniam de providentia nulla dubitatio eft, inquirendum putas, utrum unius imperio, an arbitrio plurimorum cælefte regnum gubernetur: quod ipfum non eft multi laboris aperire cogitanti imperia terrena, quibus [4] exempla utique de cælo. Quando umquam regni focietas aut cum fide cœpit, aut fine cruore difceffit? Omitto Perfas de equorum hinnitu augurantes principatum, [5] & Thebanorum par, mortuam fabulam, tranfeo. D [6] Ob paftorum & cafæ regnum, de geminis memoria notiffima eft. [7] Generi & foceri bella toto orbe diffufa funt: & [8] tam magni imperii duos fortuna non cepit. Vide cetera. Rex unus apibus, dux unus in gregibus, in armentis rector unus: [9] tu in cælo fummam poteftatem dividi credas, & fcindi

1. *Hiberna olivitas*] Scopum non tetigit heic Rigaltius. At recte vidit J. Fr. Gronovius *Obferv. eccl.* cap. VII. *olivitatem hibernam* pro ipfa hieme a Minucio accipi, quemadmodum *meffis* apud Poetas pro æftate ponitur. Olivæ enim Decembri menfe maturefcunt, ut teftatur Columella lib. XII. 50. DAVIS.

2. *Et fundatas ungulis, & fpic.*] Minime dubito quin locus hic librariorum negligentia in mendo cubet. Minucius enim non vult eafdem animantes *& fundatas ungulis, & fpicatas aculeis* fuiffe: fed has ungulis, illas vero aculeis in fui tutelam gaudere. Quare procul dubio legendum AUT *fundatas ungulis*, AUT *fpicatas aculeis*: quod fequentia verba prorfus confirmant. DAVIS. ----- *Spicatas*. Gloffæ: SPICO, *acuo, abrado*. Vide Servium ad illa Virgilii I. *Georgic.* ----- *Ferroque faces infpicat acuto*. WOVVER.

3. *Ægypti ---- rigare*] In hanc ῥῆσιν nonnulla irrepfiffe gloffemata, complures recentiores exiftimarunt; cujufmodi funt, quæ Romano charactere fignantur: *Nilus* amnis -- -- pro imbribus penfat *Indus* flumen: eaque propterea contra fidem mf. e fuis editionibus expunxere. Quis enim, inquiunt, ignorat Nilum *amnem* effe? Quorfum Indus *flumen* vocatur? Quis non videt, verba *pro imbribus penfat*, horum effe interpretamentum *ficcitatem temperat*? Immerito fane. Siquidem, ut viris eruditis obfervatum, *Nili fluminis ripas* memorat Julius Firmicus *de Error. prof. relig.* cap. II. Similiter *Ætnam montem*, *urbem Romam* paffim dixere veteres. Quid quod ipfemet Minucius cap. XXXV. *ignes Ætnæ montis, & Vefuvii montis* fcripfit? Quæ quidem fimplicitas perinde huic auctori ac Cæfari familiaris.

4. *Exempla utique de cælo*] Leg. *Quibus* exemplar *utique de cælo*. Nofter Platonicum dogma περὶ τῶν πρωτοτύπων refpicit. DAVIS.

5. *Thebanorum par, mortuam fabulam, tranfeo*] In antiquis membranis legitur *permortuam fabulam*. Haud dubie fcripferat Minucius, *Thebanorum par*. Neque aliter legebat Cyprianus, quum dixit *Thebanorum fratrum germanitatem*. RIGALT. ----- Locum ita diftinximus cum Gro- E novio.

6. *Ob paftorum & cafæ regnum, de geminis hiftoria notiffima eft.*] Hieronymus tract. 9. par. 3. Epift. 29. ad Rufticum Monachum de contemtu fæculi: *Roma ut condita eft, duos fratres fimul reges habere non potuit*. Vide & Lucanum lib. I. 92. feqq. ELMENHORSTIUS.

7. *Generi & foceri bella*] Pompeji & Cæfaris, unde vulgatum illud: *Socer generque perdidiftis omnia*. RIGALT.

8. *Tam magni imperii duos fortuna non cepit*] Mirari fubit, unde factum, ut Joan. Meurfius repofuerit *fors una non cepit*; aperte enim Minucius Lucanum refpexit lib. I. 109. feqq.

----- Populique potentis
Non cepit fortuna duos. ——

Hoc cum in animum non revocaret vir doctiffimus, locum integrum inani conjectura fanare voluit. DAVIS.

9. *Tu in cælo fummam* poteftatem ---- *totam* poteftatem?] Non ita fcripfit Minucius: hoc enim modo *poteftatem* repetere, balbutientis eft infantiæ. Mihi proinde

veri illius ac divini imperii totam poteſtatem ? cum palam ſit parentem omnium Deum nec principium habere, nec terminum; qui nativitatem omnibus præſtet, ſibi perpetuitatem: qui ante mundum fuerit ſibi ipſe pro mundo; qui univerſa quæcumque ſunt, verbo [1] jubet, ratione diſpenſat, virtute conſummat. Hic nec videri poteſt, viſu clarior eſt; nec comprehendi [2] poteſt, tactu purior eſt; nec æſtimari, ſenſibus major eſt, infinitus, immenſus, & ſoli ſibi, tantus quantus eſt, notus. Nobis vero ad intellectum pectus anguſtum eſt: & ideo ſic eum digne æſtimamus, dum inæſtimabilem dicimus. Eloquar quemadmodum ſentio: magnitudinem Dei qui ſe putat noſſe, minuit: qui non vult minuere, non novit. [3] Nec nomen Deo quæras, Deus nomen eſt: B illic vocabulis opus eſt, cum per ſingulos propriis appellationum inſignibus multitudo dirimenda eſt: Deo, qui ſolus eſt, Dei vocabulum totum eſt: quem ſi patrem dixero, terrenum opineris; ſi regem, carnalem ſuſpiceris; ſi dominum, intelliges utique mortalem. Aufer additamenta nominum, & perſpicies ejus claritatem. Quid? quod omnium de iſto habeo conſenſum? Audio vulgus: cum ad cælum manus tendunt, nihil aliud quam *Deum* dicunt; &, *Deus magnus eſt*; &, *Deus verus eſt*; &, *ſi Deus dederit*. Vulgi iſte naturalis ſermo eſt, an Chriſtiani confitentis oratio? Et qui Jovem principem volunt, falluntur in nomine, ſed de una poteſtate conſentiunt.

XIX. Audio poetas quoque unum patrem divum atque hominum prædicantes, & talem eſſe mortalium mentem, [4] qualem parens omnium diem duxerit. Quid Mantuanus Maro? nonne apertius, [5] proximius, verius? [6] *Principio*, ait, *cælum & terras* & cetera mundi membra, *ſpiritus intus alit, & infuſa mens agitat: inde hominum pecudumque genus*, & quidquid aliud animalium. Idem alio loco, mentem iſtam & ſpiritum, Deum nominat: hæc [7] enim ejus verba ſunt: [8] *Deum namque ire per omnes Terraſque tractuſque maris, cælumque profundum: Unde homines & pecudes, unde imber* A *& ignes*. Quid aliud & a nobis Deus, quam mens & ratio & ſpiritus prædicatur? Recenſeamus, ſi placet, diſciplinam philoſophorum: deprehendes eos, etſi ſermonibus variis, ipſis tamen rebus in hanc unam coire & conſpirare ſententiam. Omitto illos rudes & veteres, qui de ſuis dictis ſapientes eſſe meruerunt. Sit Thales Mileſius omnium primus, qui primus omnium de cæleſtibus diſputavit. Idem Mileſius Thales rerum initium aquam dixit: Deum autem eam mentem, quæ ex aqua cuncta formaverit. [9] Eho, altior & ſublimior aquæ & ſpiritus ratio, quam ut ab homine potuerit inveniri: a Deo traditum. Vides philoſophi principalis nobiſcum penitus opinionem conſonare. Anaximenes deinceps, & poſt Apolloniates Diogenes aera Deum ſtatuunt, infinitum & immenſum. Horum quoque ſimilis de divinitate conſenſio eſt. Anaxagoræ vero, deſcriptio & motus infinitæ mentis Deus dicitur. Et Pythagoræ Deus eſt animus, per univerſam rerum naturam commeans & intentus; ex quo etiam animalium omnium vita capiatur. Xenophanem notum eſt, omne infinitum cum mente, Deum tradere: & Antiſthenem, populares deos multos, ſed naturalem unum præcipuum: Speuſippum, vim naturalem, animalem qua omnia regantur, Deum noſſe. Quid Democritus? quamvis atomorum primus inventor, nonne plerumque naturam [10] quæ imagines fundat, & intelligentiam, Deum loquitur? Straton quoque & ipſe naturam. Etiam C Epicurus ille, qui deos aut otioſos fingit aut nullos, naturam tamen ſuperponit. Ariſtoteles variat, & aſſignat tamen unam poteſtatem: nam interim mentem, mundum interim Deum dicit, interim mundo Deum præficit. Heraclides Ponticus quoque Deo divinam mentem, quamvis varie, adſcribit, alias mundo, alias menti divinæ tribuens principatum. Theophraſtus, & Zenon, & Chryſippus, & Cleanthes, ſunt & ipſi multiformes; ſed ad unitatem providentiæ omnes revolvuntur. Cleanthes enim mentem, modo animum, modo æthera, plerumque rationem, Deum [11] diſſeruit. Zenon ejuſdem magiſter naturalem legem atque divinam, & æthera interim, interdumque rationem vult omnium eſſe principium.

D

videtur, *poteſtatem* priore loco poſitam, a mala manu fluxiſſe. Quapropter, iſta voce deleta, lego: *Tu in cælo* SUMMAM *dividi credas, & ſcindi veri illius ac divini imperii totam poteſtatem?* SUMMA nominatur id, quod in eo genere rerum de quibus ſermo habetur, primum ſit atque præcipuum. Vellejus Paterculus lib. II. cap. 76. *Natus obſcuriſſimis initiis parum habebat* SUMMAM *accepiſſe*. Ovidius *Faſt.* lib. v. 71.

Romulus hoc vidit; ſelectaque pectora PATRES
Dixit: ad hos urbis SUMMA *relata novæ*.

Vide Georg. Erhardum ad Petronii *Satir.* cap. 2. DAVIS.

1. *Verbo jubet ---- conſummat*] Niſi leges grammaticas perruperit Minucius, legendum: *Qui univerſa quæcumque ſunt, verbo* jubeat, *ratione* diſpenſet, *virtute* conſummet: ut antea, *qui nativitatem omnibus* præſtet... *qui ante mundum* fuerit. IDEM.

2. *Poteſt, tactu purior eſt*] Primam vocem a Jac. Ouzelio, & Chr. Cellario prætermiſſam, ex antiquitus editis revocavi; reliquas a MS. exſulantes ex Cypriano reſtituere Joan. Meurſius & Fulv. Urſinus: ac recte quidem; Carthaginienſis enim Epiſcopus *de Idol. van.* cap. v. §. 5. noſtrum deſcribit, ut noſter ſua ex Tertulliani *Apol.* cap. 17. adumbravit. IDEM.

3. *Nec nomen Deo quæras*] Joan. Meurſio, aliiſque non adſentior, qui ex Cypriani *de Idol. van.* cap. 5. reponunt *nomen Dei*: nam MS. Veron. etiam Cypriano Dativum caſum vindicat, & σωώαξιν defendit Juſtinus Martyr *Apol.* 1. cap. 80. *Ὄνομα γὰρ τῷ ἀῤῥήτῳ θεῷ οὐδεὶς ἔχει εἰπεῖν*: ac in eamdem mentem paſſim Chriſtiani vett. IDEM.

4. *Qualem parens omnium diem duxerit*] Sic legitur in exemplari, niſi quod ſcriptura paullum exerrante, apparet *duxxerit*. Itaque legendum ut edidimus, *qualem parens omnium diem duxerit, οἷον ἐπάγῃσιν ἦμαρ*. Talis eſt mens, qualis dies, quo die mens edita eſt. Hoc ſibi vult Homerus, & verſio Ciceronis, quæ refertur ab Auguſtino lib. v. *de Civ. Dei* cap. 8. RIGALT. ---- Mallem *induxerit* cum Daviſio.

5. *Proximius, verius*,] Fruſtra eſt Joan. Wovverus, qui reponit *proximus veris*, proximius enim heic dicitur, quod præſentioris eſt fidei, quemadmodum vidit J. F. Gronovius *Obſerv.* lib. 1. cap. 24. pag. 191. DAVIS.

6. *Principio cælum & terras*] Æneid. VI. 724. ſeqq.

7. *Hæc enim ejus verba ſunt*] Sic poſt Fulv. Urſinum edidere recentiores: at MS. & vett. editi repræſentant *hæc enim vera ſunt*, unde legendum *hæc enim verba ſunt*, deleto pronomine adſcititio. DAVIS.


8. *Deum namque* &c.] Prior verſus cum Hemiſtichio exſtat *Georg.* IV. 221. poſterior autem ex *Æneid.* 1. 747. eſt deſumtus, niſi quod in Virgilio ob metrum legatur *unde* hominum genus *& pecudes*. IDEM.

9. *Eho, altior & ſublimior*] Editt. veteres, *& altior & ſublimior*. At J. F. Gronovius *Obſerv. eccl.* cap. 7. putat E hæc verba vel e margine in textum irrepſiſſe, vel tranſpoſita eſſe atque hoc ordine legenda: *Vides philoſophi principalis nobiſcum penitus opinionem conſonare. Sed altior & ſublimior* cet. Virum illum ſummum per omnia ſequitur Cellarius. Incaute nimis: eſt enim *ἐκφώνημα παρενθετικὸν*, ſuumque locum debet obtinere. Reſpexit autem Minucius ad *Gen.* cap. I. 2. Aliquid porro vitioſi latere putat Jac. Gronovius, quod *altior* & *ſublimior* connectantur; quum a ſe non differant, ſed idem plane denotent. Ita tamen Novatianus *de Trinit.* cap. 2. *Qui* (Deus) *eſt ſublimitate omni* ſublimior, *& altitudine omni* altior. Cyprianus ad Donatum pag. 9. *Solo* altior, *& hac omni terrena poteſtate* ſublimior. Igitur ſarta tecta maneat vulgata lectio. IDEM.

10. *Quæ imagines fundat*] Simulacra, εἴδωλα, quibus incidentibus viſum peragi Democritus exiſtimavit. Vid. Diogenem Laert. lib. 1x. §. 44. & Cicer. *de Divin.* lib. II. p. 4903. & lib. I. *de Nat. deor.* cap. 12. IDEM.

11. *Diſſeruit*] Leg. *diſſeris*: nam verba præſentis temporis antecedunt & ſubſequuntur. IDEM.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



Idem interpretando Junonem aera, Jovem cælum, Neptunum mare, ignem eſſe Vulcanum, & ceteros ſimiliter vulgi deos elementa eſſe monſtrando, publicum arguit graviter & revincit errorem. Eadem fere Chryſippus, vim divinam, rationalem naturam, & mundum interim, & fatalem neceſſitatem Deum credit; Zenonemque interpretatione phyſiologiæ in Heſiodi, Homeri, Orpheique carminibus imitatur. Babylonio etiam Diogeni diſciplina eſt exponendi & diſſerendi, Jovis partum, & ortum Minervæ, & hoc genus cetera, rerum vocabula eſſe, non deorum. Nam Socraticus Xenophon formam Dei veri negat videri poſſe, & ideo quæri non oportere: Ariſto Chius comprehendi omnino non poſſe. Uterque majeſtatem Dei, intelligendi deſperatione ſenſerunt. Platoni apertior de Deo, [1] & rebus ipſis & nominibus oratio eſt; & quæ tota eſſet cæleſtis, niſi perſuaſionis civilis nonnumquam admixtione ſordeſceret. Platoni itaque in Timæo Deus eſt ipſo ſuo nomine mundi parens, artifex animæ, cæleſtium terrenorumque fabricator: quem & invenire difficile præ nimia & incredibili poteſtate; & cum inveneris, in publicum dicere impoſſibile præfatur. Eadem fere & iſta quæ noſtra ſunt: nam & Deum novimus, & parentem omnium dicimus; & numquam publice, niſi interrogati, prædicamus.

XX. Expoſui opiniones omnium ferme philoſophorum, quibus illuſtrior gloria eſt, Deum unum multis licet deſignaſſe nominibus: ut quivis arbitretur, aut nunc Chriſtianos philoſophos eſſe, aut philoſophos fuiſſe jam tunc Chriſtianos. Quod ſi providentia mundus regitur, & unius Dei nutu gubernatur, non nos debet antiquitas imperitorum, fabellis ſuis delectata vel capta, ad errorem mutui rapere conſenſus: cum philoſophorum ſuorum ſententiis refellatur, quibus & rationis & vetuſtatis adſiſtit auctoritas. Majoribus enim noſtris tam facilis in mendaciis fides fuit, ut temere crediderint etiam alia monſtruoſa, [2] mira miracula: Scyllam multiplicem, Chimæram multiformem, & Hydram felicibus vulneribus renaſcentem, & Centauros, equos ſuis hominibus implexos, & quidquid famæ licet fingere, illis erat libenter audire. Quid illas aniles fabulas, [3] de hominibus aves, & feras homines, & de hominibus arbores atque flores? [4] quæ ſi eſſent facta, fierent; quia fieri non poſſunt, ideo nec facta ſunt. [5] Similiter, ac vero erga deos quoque, majores noſtri improvidi, creduli, rudi ſimplicitate crediderunt: dum reges ſuos colunt religioſe, dum defunctos eos deſiderant in imaginibus videre, dum geſtiunt eorum memorias in ſtatuis detinere, ſacra facta ſunt quæ fuerant adſumta ſolatia. Denique antequam commerciis orbis pateret, & antequam gentes ritus ſuos moreſque miſcerent, unaquæque natio conditorem ſuum, aut ducem inclytum, aut reginam pudicam ſexu ſuo fortiorem, aut alicujus muneris vel artis repertorem venerabatur, ut civem bonæ memoriæ. Sic & defunctis præmium, & futuris dabatur exemplum.

XXI. Lege Stoicorum ſcripta, [6] vel ſcripta ſapientium, eadem mecum recognoſces; [7] ob merita virtutis aut muneris deos habitos. Euhemerus exſequitur, & eorum natales, patrias, ſepulcra dinumerat, & per provincias monſtrat: Dictæi Jovis, & Apollinis Delphici, & Phariæ Iſidis, & Cereris Eleuſinæ. [8] Prodicus adſumtos in deos loquitur, qui errando inventis novis frugibus utilitati hominum profuere. In eamdem ſententiam & Perſeus philoſophatur, & adnectit inventas fruges & frugum ipſarum repertores iiſdem nominibus, ut Comicus ſermo eſt, [9] Venerem ſine Libero & Cerere frigere. [10] Alexander ille magnus Macedo inſigni volumine ad matrem ſuam ſcripſit, metu ſuæ poteſtatis proditum ſibi de diis hominibus [11] a ſacerdote ſecretum. [12] Illi Vulcanum facit omnium principem, & poſtea Jovis gentem, [13] & de ſpicis Iſidis ad hirundinem ſiſtrum, & adſparſis membris inanem tui [14] Serapidis ſive Oſiridis tumulum. Conſidera denique ſacra

1. *Et rebus ipſis & nominibus*] Vult Minucius, Platonem non vero tantum nomine, ſed & rectis attributis ſummum Numen inſigniiſſe, quum Deum factorem parentemque omnium prædicat. Vide ſis inter alios Clementem *Recognit.* lib. VIII. cap. 20. IDEM.

2. *Mira miracula*] Nihil mutandum. Eſt luſus in verbis; ut ſupra *miſerentur miſeri*, & *mori poſt mortem*. GRUNER. l. c. pag. 226. ----- Sic & Daviſius in ſecunda edit. ubi quoque ſimilibus locutionibus uſos eſſe veteres obſervat. Apulejus *Metam.* lib. I. p. 15. & lib. II. p. 185. *gratas gratias* dixit. Auſonius Epigr. 20. *Potare immixtum ſueta merumque merum*; cet. Vide ſuperius ad finem cap. VIII. adnotata.

3. *De hominibus aves, & feras homines*] Editio Wovveri, *de hominibus aves, & de feris homines*. Paullo quidem melius; aliquid tamen deeſſe cenſeo: hoc enim modo hominum in feras metamorphoſin non memorat Minucius. Itaque reſcribendum puto: *De hominibus aves & feras*, DE FERIS *homines*, *& de hominibus arbores atque flores?* Clemens *Recognit*, lib. X. cap. 26. *Ex hominibus ajunt ſtellas fieri, & arbores, &* ANIMALIA, *& aves, fonteſque ac fluvios*. DAVIS.

4. *Quæ ſi eſſent facta, fierent; quia fieri non poſſunt, ideo nec facta ſunt*] Hæc eſt vera lectio, quam MS. Reg. debemus. Legebatur antea, *quæ ſi eſſent facta, fierent quæ ſi ri non poſſunt*, non idonea ſententia. HERALDUS.

5. *Similiter, ac vero erga deos quoque*] Sic interpungenda eſt veteris exemplaris ſcriptura. RIGALT. ----- Alii ſecundam voculam prætermittunt; ſed nihil opus, nam ſana prorſus eſt MS. lectio. DAVIS.

6. *Vel ſcripta ſapientium*] Has voces delendas cenſuit Cellarius. Alii reponunt: *Lege* Hiſtoricorum *ſcripta, vel ſcripta ſapientium*. Sed nihil mutandum: nam apud optimos auctores *ſpeciei genus* apponitur. Ovid. *Metam.* V. 276.

Daulia Threicio, Phocæaque milite rura:

quum Daulis oppidum ſit Phocidos. IDEM.

7. *Ob merita virtutis aut muneris deos habitos. Euhemerus exſequitur & eorum natales*] Locus ab interpunctione laborat, & ſic diſtinguendus eſt: *eadem mecum recognoſces. Ob merita virtutis aut muneris deos habitos Euhemerus exſequitur, & eorum natales, patrias, ſepulcra dinumerat*: hæc enim præſtitit antiquus ille ſcriptor. Vide Lactantium *de Ira Dei* cap. XI. & lib. I. *Divin. Inſt.* cap. XI. Adi ſis & Ciceronem *de Nat. deor.* lib. I. cap. 42. IDEM.

8. *Prodicus adſumtos in deos loquitur*] MS. *prodigiis*; unde Deſ. Heraldus reponit *Poſidippus adſumtos*. Sed optime reſtituit Nic. Rigaltius ex Ciceronis N. D. lib. I. cap. 42. *Quid*, inquit ille, *Prodicus Chius? qui ea quæ prodeſſent hominum vitæ, deorum in numero habita eſſe dixit*: ubi legendum *quid Prodicus Ceus*. Suidas: Πρόδικος Κῶος, ὁ ἀπὸ Κέω τῆς νήσου. IDEM.

9. *Venerem ---- frigere*] Apud Terentium *Eunuch.* Act. IV. Scen. V. ELMENHORST.


10. *Alexander ille magnus Macedo*] Statuunt Nic. Rigaltius, eumque ſecutus Chr. Cellarius, lapſum eſſe Minucium, & Alexandrum non *Magnum*, ſed Πολυΐστορα intelligi debere. Athenagoras tamen *Legat. pro Chriſt.* cap. 24. Ἡρόδοτος μὲν οὖν, inquit, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Φιλίππου, ἐν τῇ πρὸς τὴν μητέρα ἐπιστολῇ ----- φασὶ παρ' ἐκείνων (ἱερέων) ἀνθρώπους αὐτοὺς γενέσθαι μαθεῖν. Sic & Auguſtinus C. D. lib. VIII. capp. 5. & 27. Ac ſane inanem eſſe prorſus hanc doctorum virorum ſuſpicionem multis rationibus oſtendit optimus & eruditiſſimus præſul Joan. Fellus ad Cypriani *de Idol. van.* pag. 12. ed. Oxon. DAVIS.

11. *A ſacerdote*] Auguſtinus lib. VIII. cap. 5. De civ. Dei: *A magno antiſtite ſacrorum Ægyptio quodam Leone*. Et in Aſtronomico Hygini citatur Leon, qui res Ægyptias conſcripſit. RIGALT.

12. *Illi Vulc.*] MS. Reg. *illi*. Al. *illic*. Antiqui tamen exemplaris lectionem Gronovius Minucio reſtituit. ---- *Illi*. Ἀρχαϊκῶς. Ita Plautus *Amphit.* prol. V. 133. *Quæ illi ad legionem facta ſunt*. Sic & alibi ſæpius. DAVIS.

13. *Et de ſpicis Iſidis* cet.] Ita MS. codex. Locus a criticorum filiis varie tentatus ſeu potius ſolicitatus: quorum conjectationes poſt Gronovium Daviſius refert.

14. *Tui Serapidis*] Heic rurſus per deriſum objicit Octavius Cæcilio, quod ſimulacro Serapidis obviam ſibi notato manum ori admoviſſet, oſculum labiis impreſſiſſet, quod eſt, adoraſſet, ſupra cap. II. RIGALTIUS.



ipsa, & ipsa mysteria: invenies exitus tristes, fata, & funera, & luctus, atque planctus miserorum deorum. Isis perditum filium [1] cum Cynocephalo suo & calvis sacerdotibus luget, plangit, inquirit: & Isiaci miseri cædunt pectora, & dolorem infelicissimæ matris imitantur: mox, invento parvulo, gaudet Isis, exsultant sacerdotes, [2] Cynocephalus inventor gloriatur: nec desinunt annis omnibus vel perdere quod inveniunt, vel invenire quod perdunt. Nonne ridiculum est, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas? Hæc tamen Ægyptia quondam, nunc & sacra Romana sunt. Ceres facibus accensis, & serpente circumdata, errore subreptam & corruptam [3] Liberam anxia & solicita vestigat. Hæc sunt Eleusinia. Et quæ Jovis sacra sunt? Nutrix capella est; & avido patri subtrahitur infans, ne voretur, & Corybantum cymbalis, [4] ne pater audiat, vagitus initus eliditur. [5] Cybelæ Dindyma pudet dicere, quæ [6] adulterum suum infeliciter placitum, quoniam & ipsa deformis & vetula, ut multorum deorum mater, ad stuprum illicere non poterat, exsecuit, ut deum scilicet faceret eunuchum. Propter hanc fabulam Galli eam, [7] & semiviri, sui corporis supplicio colunt. Hæc jam non sunt sacra, tormenta sunt. Quid formæ ipsæ & habitus? nonne arguunt ludibria & dedecora deorum vestrorum? Vulcanus claudus deus, & debilis: Apollo tot ætatibus levis: Æsculapius bene barbatus, etsi semper adolescentis Apollinis filius: Neptunus glaucis oculis, Minerva cæsiis, bubulis Juno: pedibus Mercurius alatis, Pan ungulatis, Saturnus compeditis: Janus vero frontes duas gestat, [8] quasi ut aversus incedat: Diana interim est alte succincta venatrix: & Ephesia mammis multis, [9] & veribus exstructa: & Trivia trinis capitibus, & multis manibus horrifica. Quid ipse Jupiter vester? modo imberbis statuitur, modo barbatus locatur: & cum Hammon dicitur, habet cornua; & cum Capitolinus, tunc gerit fulmina; & cum Latiaris, cruore perfunditur; & [10] cum Feretrius, non auditur. Et ne longius multos Joves obeam, tot sunt Jovis monstra, quot nomina. Erigone suspensa de laqueo est, ut virgo inter astra ignita sit: Castores alternis moriuntur, ut vivant: Æsculapius, ut in Deum surgat, fulminatur: Hercules, ut hominem exuat, [11] Oetæis ignibus concrematur.

XXII. Has fabulas & errores, & ab imperitis parentibus discimus, &, quod est gravius, ipsis studiis & disciplinis elaboramus, carminibus præcipue poetarum, qui [12] plurimum quantum veritati ipsa sua auctoritate nocuere. Et Plato ideo præclare Homerum illum inclytum, laudatum & coronatum, de civitate quam in sermone instituebat, ejecit. Hic enim præcipuus bello Troico deos vestros, etsi ludos facit, tamen in hominum rebus & actibus miscuit. Hic eorum paria composuit, sauciavit Venerem, Martem vinxit, vulneravit, fugavit: Jovem narrat a Briareo liberatum, ne a diis ceteris ligaretur; & Sarpedonem filium, quoniam morti non poterat eripere, cruentis imbribus flevisse; & loro Veneris illectum, flagrantius quam in adulteras soleat, cum Junone uxore concumbere. Alibi Hercules stercora egerit, & Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti vero muros Neptunus instituit, nec mercedem operis infelix structor accipit. Illic Jovis fulmen cum Æneæ armis in incude fabricatur: cum cælum & fulmina & fulgura longe ante fuerint, quam Juppiter in Creta nasceretur, & flammas veri fulminis nec Cyclops potuerit imitari, nec ipse Juppiter non vereri. Quid loquar Martis & Veneris adulterium deprehensum? & in Ganymedem Jovis stuprum cælo consecratum? Quæ omnia in hoc prodita, [13] ut judiciis hominum quædam auctoritas pararetur. His atque hujusmodi figmentis & mendaciis dulcioribus corrumpuntur ingenia puerorum; & iisdem fabulis

1. *Cum Cynocephalo suo & calvis sacerdotibus luget*] Elegans lectio quam MS. Regius repræsentat. Ante in omnibus editionibus, *& aliis sacerdotibus*. Isidis sacerdotes caput rasisse notum est, & nos plura observabamus in juvenilibus nostris ad Martialem *Epigr.* 29. l. XII. in hæc verba:

Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba. HERALD.

2. *Cynocephalus*] Qui & *Anubis*. Mercurius, ut Plutarchus *de Iside*. Is cultus Ægyptiis canina facie. Apulejus: *Attollens canis cervices arduas Anubis, læva caduceum gerens*. WOVVERUS.

3. *Liberam*] Sic vocabatur Proserpina. Cicero in Verrem lib. IV. pag. 1281. ed. Lamb. *Raptam esse Liberam, quam eamdem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore*. Ac de N. D. lib. II. cap. 24. *Quod ex nobis natos, liberos appellamus; idcirco Cerere nati, nominati sunt Liber & Libera, quod in Libera servant, in Libero non item*. Vide & Arnobium lib. V. pagg. 171, 182. DAVIS.

4. *Ne pater audiat, vagitus intus eliditur*] Hæc est Regii codicis scriptura. Quæ sane recta est, nisi quis malit, *vagitus intus eliditur*. RIGALT. — At, Wovvero teste, MS. habet *tinnitus illiditur*. Mallet tamen ipse legi: *ne pater audiat vagitus, tinnitus editur*. Wovverum affectantur Cellarius & Gronovius: sed pro illius *editur*, Rigaltianum *eliditur* exhibent.

5. *Cybele Dindyma*) Τὰ Δίνδυμα. Nec fuit heic mutandum quidquam. Virgilius *ite per alta Dindyma*. Servius: *Montes matris deum*. Catullus dixit *deam Didymi*, sive *Dindymi*. RIGALT. — MS. repræsentat *Cybele Dindymena*, unde vett. editt. exhibent *de Cybele Dindymena*. Joan. autem Meursius reponendum censuit *Cybelen Dindymenam*, ac ita edidit Chr. Cellarius. Mihi vix dubium videtur quin legi debeat *Cybela Dindymena*; a monte enim quo agebantur, ita dicta sunt Cybeles sacra. DAVIS.

6. *Adulterum suum*] Attin. Prudentius in Symmach. lib. II, 51. IDEM.

7. *Et semiviri*] Qui, quæso, *semiviri*, præter Gallos, Cybelen *sui corporis supplicio colebant*? Nulli. Omnino legendum: *Galli eam semiviri*, delecta conjunctione, quam invexit librariorum stultitia. IDEM. — Quid, si Minucius ἐμφατικῶς conjunctionem illam addiderit? In hanc nimirum sententiam: Galli usque adeo Cybelen colunt, ut *etiam* semiviri, sui corporis supplicio eam colant.

8. *Quasi ut aversus incedat*] Inesse aliquid vitii huic MS. lectioni suspicantur viri eruditi, qui rescribunt *& aversus* sive *utraversus*. Eam tamen unice veram tuetur Plautus *Mercat.* I. 1. 90. *Servom una mittit --- quasi uti mihi foret custos*. Nimirum in his τὸ UT παρέλκει, ut τὸ *quod* non raro. *Aversus* autem idem est, quod *a tergo*. Livius XXXIII. 8. *quod cædebantur aversi*. GRUNER. in *Act. Societ. Lat. Jen.* vol. III. pag. 34.

9. *Et veribus exstructa*] Ita codex MS. Alii *uberibus*. At exemplaris antiqui scripturam, sanam & sinceram esse contendit V. C. Lucas Holstenius in Epistola quam e *Thes. Antiqq. Græc.* tom. VII. p. 395. integram heic repetit Gronovius, exhibetque Davisius ad calcem secundæ Dialogi Minuciani editionis. Et Gronovius quidem Holstenio adhæret; Davisius vero iis adsentiri profitetur, qui *uberibus* rescripsere. Sic enim, inquit, infra cap. XXXVI. librarius nobis *verius* obtrusit, quum Felix *uberius* scripserit.


10. *Cum Feretrius, non auditur*] Locus est a variis tentatus. Eorum conjecturas recenset rejicitque Davisius, qui sic demum concludit: Multo quidem facilius est redarguere falsa, quam vera reperire; forsan tamen haud incommode correxerim: *cum Feretrius, non audit*. Romanos recte ridet Minucius, quod a tanto tempore opima spolia non tulerant.

11. *Oetæis ignibus*] In MS. *benneis*. Dictatum fuerat *Ætnæis*, prave pro *Oetæis*. RIGALT.

12. *Plurimum quantum*] Ita MS. Recte. Sic infra cap. XL. *Ego Octavio meo* plurimum quantum, *sed & mihi, gratulor*. DAVIS.

13. *Ut judiciis hominum* cet.] Hæc antiqui exemplaris scriptura probatur Rigaltio. Etenim, inquit, depravato judicio, hominibus male judicantibus, quæ leguntur a diis vitia perpetrata, pro virtutibus habentur. At Gelenius & Cellarius edidere, *ut vitiis hominum*. Paullo propius accedens ad MS. vestigia Davisius, legendum putat *uti vitiis hom.* Satis bene. Minus enim placet altera viri eruditi conjectura, legentis in secunda editione, *ut* FLAGITIIS *hominum quædam auctoritas pararetur*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



inhærentibus, adusque summæ ætatis robur adolescunt, & in iisdem opinionibus miseri consenescunt: cum sit veritas obvia, sed requirentibus. Saturnum enim principem hujus generis & examinis omnes scriptores vetustatis, Græci Romanique, hominem prodiderunt. Scit hoc Nepos & Cassius in historia: & Thallus ac Diodorus hoc loquuntur. Is itaque Saturnus Creta profugus, Italiam metu filii sævientis accesserat; & Jani susceptus hospitio, rudes illos homines & agrestes multa docuit, ut Græculus & politus, litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficere. Itaque latebram suam, quod tuto latuisset, vocari maluit Latium; & urbem Saturniam de suo nomine; & Janiculum Janus, ad memoriam uterque posteritatis reliquerunt. Homo igitur utique qui fugit: homo utique qui latuit, & pater hominis, & natus ex homine: terræ enim & cæli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus: ut in hodiernum inopinato visos, cælo missos; ignobiles & ignotos, terræ filios nominamus. Ejus filius Juppiter Cretæ, excluso parente, regnavit, illic obiit, illic filios habuit; adhuc antrum Jovis visitur, & sepulcrum ejus ostenditur, & ipsis sacris suis humanitatis arguitur.

XXIII. Otiosum est ire per singulos, & totam seriem generis istius explicare; cum in primis parentibus probata mortalitas, in ceteros ipso ordine successionis influxerit. Nisi forte post mortem deos fingitis: &, pejerante Proculo, deus Romulus: & Juba, Mauris volentibus, deus est: & divi ceteri reges qui consecrantur, non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritæ potestatis. Invitis his denique hoc nomen adscribitur; optant in homine perseverare, fieri se deos metuunt; [1] &, si jam senes, nolunt. Ergo nec de mortuis dii, quoniam Deus mori non possit; nec de natis, quoniam moritur omne quod nascitur: divinum autem id est, quod nec ortum habet, nec occasum. Cur enim si nati sunt, non hodieque nascuntur? nisi forte jam Juppiter senuit, & partus in Junone defecit: & Minerva canuit antequam peperit. An ideo cessavit ista generatio, quoniam nulla hujusmodi fabulis præbetur assensio? Ceterum [2] si dii creare possent, interire non possent; plures totis hominibus deos haberemus; ut jam eos nec cælum contineret, nec aer caperet, nec terra gestaret. Unde manifestum est, homines illos fuisse, quos & natos legimus, & mortuos scimus. Quis ergo dubitat horum imagines consecratas vulgus orare, & publice colere; dum opinio & mens imperitorum artis concinnitate decipitur, auri fulgore præstringitur, argenti nitore & candore eboris hebetatur? Quod si in animum quis inducat, tormentis quibus, & quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet timere se materiem, ab artifice, ut deum faceret, illusam. Deus enim ligneus, rogi fortasse vel infelicis stipitis portio, suspenditur, cæditur, dolatur, runcinatur. Et deus æreus vel argenteus [3] de immundo vasculo, ut sæpius factum Ægyptio regi, conflatur, tunditur malleis & incudibus figuratur: & lapideus cæditur, scalpitur & ab impurato homine levigatur: nec sentit suæ nativitatis injuriam, ita ut nec postea de vestra veneratione culturam; nisi forte nondum deus, saxum est, vel lignum, vel argentum. Quando igitur hic nascitur? Ecce funditur, fabricatur, scalpitur. Nondum deus est. Ecce plumbatur, construitur, erigitur. Nec adhuc deus est. Ecce ornatur, consecratur, oratur. Tunc postremo deus est; [4] cum homo illum voluit, & dedicavit.

XXIV. Quanta vero de diis vestris animalia muta naturaliter judicant? Mures, hirundines, milvi, non sentire eos [5] sciunt, norunt; [6] inculcant, insident, ac nisi abigatis, in ipso dei vestri ore nidificant. Araneæ vero faciem ejus intexunt, & de ipso capite sua fila suspendunt. Vos tergitis, mundatis, eraditis, & illos quos facitis, protegitis & timetis. Dum unusquisque vestrum non cogitat, prius se debere deum nosse, quam colere: dum inconsulte gestiunt parentibus obedire: dum fieri malunt alieni erroris accessio, quam sibi credere: dum nihil ex his quæ timent, norunt; sic in auro & argento avaritia consecrata est; sic statuarum inanium consignata forma; sic nata Romana superstitio: quorum ritus si percenseas, ridenda quammulta, multa etiam miseranda sunt. Nudi cruda hieme discurrunt. Alii incedunt pileati, scuta vetera circumferunt, [7] pelles cædunt, mendicantes vicatim deos ducunt. Quædam fana semel anno adire permittunt: quædam in totum nefas visere. Est quo viro non licet, & nonnulla absque feminis sacra sunt? etiam servo quibusdam cærimoniis interesse piaculare flagitium est. Alia sacra coronat univira, alia multivira; & magna religione conquiritur, quæ plura possit adulteria numerare. Quid? qui sanguine suo libat, & vulneribus suis supplicat, non profanus melius esset, quam sic religiosus? aut, cui [8] exta sunt obscena demessa,

1. *Et, si jam senes, nolunt*] Meursius correxit, *& si jam senes. Nolunt ergo* cet. Sed nihil opus est, ut quidquam mutemus; nisi quod duabus voculis in unam compactis, legendum sit, *etsi jam senes, nolunt:* quo modo locus fiet sanus & sincerus. DAVIS.

2. *Si dii creare possent*] Sic recte MS. licet aliter visum Ouzelio, cui placet *creari*. Sed vir ille bonus in animum non revocavit, huic verbo *gignendi* significationem competere. Exempla præsto sunt; neque rei notæ immorabor. IDEM.

3. *De immundo vasculo, ut sæpius factum Ægyptio regi*] Minucius ad Amasidis facinus respicit, quod narrat Herodotus lib. II. cap. 172. & ex eo Athenagoras *Legat. pro Chr.* cap. XXIII. Aliter hunc locum distinguit Cotelerius ad *Clement. Hom.* X. cap. VIII. aliter legit Gatakerus *Advers. miscell.* lib. II. cap. XIX. p. 371. sed absque caussa sontica. IDEM.


4. *Cum homo illum voluit*] Nempe esse Deum, inquit Rigaltius, sanam esse MS. lectionem contendens. Cellarius, *cum homo ille voluit*. Meursius, *vovit*. Davisius autem *coluit:* quæ quidem vox, eo judice, huic loco bene convenit, sive proletariam *adorandi*, sive minus vulgarem *ornandi* significationem recipias.

5. *Sciunt, norunt*] Sic recte MS. ac ita distinguendum, ut fecimus; non enim opus est, ut Wovverum, Ouzelium, Cellarium aliosque sequamur, quibus placet *sciunt, rodunt*. Viri eruditi memores esse debuerunt, συνώνυμα a scriptoribus Africis frequenter coniungi. Arnobius lib. III. pag. 106. *Honestius quam vos multo de sui nominis dignitate* existimare, credere. Et pag. 109. *Quantas, inquam, irarum flammas* suffunderent, excitarent. Plura congessimus ad hujus libri cap. XI. DAVIS.

6. *Inculcant*] *Calcant, conculcant*. Tertullianus de Pœnit. cap. 7. *Formidant videri* inculcare, *quod confecati sunt*. Idem ad Nat. lib. I. cap. 10. *Quos Lares & Penates domestica consecratione perhibetis, domestica licentia* inculcatis. Non igitur necessaria est Wovveri & Cellarii conjectura, quibus arridet *insultant*. IDEM.

7. *Pelles cædunt*] Hæc sede sua mota, & ante tres priores voculas collocanda censent Wovverus ac Cellarius, ut de Lupercis intelligantur. At Cl. Cuperus reponit *peltas*; Steph. autem Monachius not. ad Polycarpi Epist. tom. II. *Var. Sacr.* pag. 366. rescribit *pelves*, sub quo nomine *cymbala* possint comprehendi. Verum, ut recte vidit Fr. Ad. Lampius in addendis ad opus *de cymbalis vett.* lib. III. cap. 14. repudianda non est vulgata lectio, nam *pelles* sunt tympana e pellibus confecta. IDEM.

8. *Cui exta sunt obscena demessa*] Hæc est lectio Rom. edit. & MS. Reg. Unde Gelenius efficit *testa*. Et sane testa Samia Gallos genitalia sibi exsecuisse quidam tradiderunt. HERALD. —— Legit quoque *testa* Ramirezius in *Pentecont.* cap. IV. ubi pluribus locum istum illustrat.



[1] quomodo deum violat, qui hoc modo placat! cum si eunuchos deus vellet, posset procreare, non facere. Quis non intelligat male sanos, & vanæ & perditæ mentis in ista desipere, & ipsam errantium turbam mutua sibi patrocinia præstare? Heic defensio communis furoris est furentium multitudo.

XXV. At tamen ista ipsa superstitio Romanis dedit, auxit, fundavit imperium; cum non tam virtute, quam religione & pietate pollerent. Nimirum insignis & nobilis justitia Romana ab ipsis imperii nascentis incunabulis auspicata est. Nonne in ortu suo & scelere collecti, & muniti immanitatis suæ terrore creverunt? Nam asylo prima plebs congregata est. Confluxerant perditi, facinorosi, incesti, sicarii, proditores. Et ut ipse Romulus, imperator & rector, populum suum facinore præcelleret, parricidium fecit. Hæc prima sunt auspicia religiosæ civitatis. Mox alienas virgines jam desponsatas, jam destinatas, & nonnullas de matrimonio mulierculas [2] sine more rapuit, violavit, illusit: & cum earum parentibus, [3] id est, cum soceris suis, bellum miscuit, propinquum sanguinem fudit. Quid irreligiosius, quid audacius, quid ipsa sceleris confidentia tutius? Jam finitimos agro pellere, civitates proximas evertere cum templis & altaribus, captos cogere, damnis alienis & suis sceleribus adolescere, cum Romulo regibus ceteris, [4] & postremis ducibus disciplina communis est. Ita quidquid Romani tenent, colunt, possident, audaciæ præda est: templa omnia de manubiis, id est, de ruinis urbium, de spoliis deorum, de cædibus sacerdotum. Hoc insultare & illudere est, victis religionibus servire, captivas eas post victorias adorare. Nam adorare quæ manu ceperis, sacrilegium est consecrare, non numina. Toties ergo Romanis [5] impiatum est, quoties triumphatum; tot de diis spo-

A lia, quot de gentibus & tropæa. Igitur Romani non ideo tanti quod religiosi, sed quod impune sacrilegi. Neque enim potuerunt in ipsis bellis deos adjutores habere, adversus quos arma rapuerunt, [6] & quod postulaverant, detriumphatos colere cœperunt. Quid autem isti dii pro Romanis possunt, qui nihil pro suis adversus eorum arma valuerunt? Romanorum enim vernaculos deos novimus. Romulus, Picus, Tiberinus, & Consus, & Pilumnus ac [7] Volumnus dii. Cloacinam Tatius & invenit & coluit: Pavorem Hostilius atque Pallorem. Mox a nescio quo Febris dedicata: hæc alumna urbis istius superstitio, morbi & malæ valetudines. Sane & Acca Larentia, & Flora, meretrices propudiosæ, inter B morbos Romanorum & deos computandæ. Isti scilicet adversus ceteros qui in gentibus colebantur, Romanorum imperium protulerunt. Neque enim eos adversum suos homines vel Mars Thracius, vel Juppiter Creticus, vel Juno nunc Argiva, nunc Samia, nunc Pœna, [8] vel Diana Taurica, vel mater Idæa, vel Ægyptia illa non numina, sed portenta juverunt. Nisi forte apud istos major castitas virginum, aut religio sanctior sacerdotum: cum pæne in pluribus virginibus, & quæ inconsultius se viris miscuissent, Vesta sane nesciente, sit incestum vindicatum: in residuis impunitatem fecerit, non castitas tutior, sed impudicitia felicior. Ubi autem magis a sacerdotibus, quam inter aras & delubra [9] conducuntur stu- C pra, tractantur lenocinia, [10] adulteria meditantur? frequentius denique in æditorum cellulis, quam in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur. Et tamen ante eos, Deo dispensante, diu regna tenuerunt Assyrii, Medi, Persæ, Græci etiam & Ægyptii, cum Pontifices & Arvales, & Salios, & Vestales, & Augures non haberent, nec pullos cavea reclusos, quorum cibo vel fastidio [11] respublica summa regeretur.

1. *Quomodo deum violat*] Jac. Perizonius negativam particulam excidisse ratus, emendat *quomodo* non *deum violat*: sed hac viri doctissimi correctione nihil est opus, si ad sententiæ finem admirationis nota pingatur, quod in hac editione fieri curavimus. DAVIS.

2. *Sine more rapuit*] Alludit ad Virgilianum illud *Æneid.* VIII, 635.

—— *raptas sine more Sabinas.*

Sine more, sine exemplo; quod factum antea non fuerat, quod inauditum & inusitatum ante. Ut contra, idem Virgilius *Æn.* IV. 57. *lectas de more bidentes.* RIGALTIUS.

3. *Id est, cum soceris suis*] Hæc verba glossematis suspecta habet Joan. Wovverus; eamque ob caussam uncis inclusit Chr. Cellarius. Minus quidem recte, ut opinor: boni quippe auctores eodem modo passim loquuntur. Arnobius lib. VI. pag. 203. *Deos relictis sedibus propriis*, id est *cælo*, *non recusare nec fugere habitacula inire terrena*. Julius Firmicus *de error. prof. Relig.* pag. 1. *Quatuor elementa esse principia creaturarum nemo est qui dubitet*, id est, *ignem*, *aquam*, *aerem & terram*; ubi voces ultimas perperam rejecit Joan. Wovverus: pari enim more Lactantius *Div. Inst.* lib. II. cap. 12. *Empedocles —— quatuor elementa constituit*, id est *ignem*, *aerem*, *aquam & terram*. Proletarium hoc est apud eos, qui operam dant, ut oratio sit perspicua, nec ullis ambiguitatibus involuta. DAVIS. —— Recte Davisius, glossema esse negat; sed non adeo recte defendere videtur. Verba, *id est*, *cum soceris suis*, ideo heic necessaria sunt, quod iis Romuli scelus magis manifestum redditur. Vim igitur orationis augent. GRUNER. l. c. vol. IV. pag. 226.

4. *Et postremis ducibus*] Suspecta est doctis hominibus vox *postremis*. Wovverus *postumis* corrigit. Davisius tentat *posteris*. Wopkensius conjicit *post reges*. Mutationem necessariam esse non puto. Neque enim video, cur omnes post reges Romanorum duces, *postremos* dicere minus liceat. GRUNER. ibid.

5. *Impiatum est*] Impersonale. *Impiare*, polluere. Apuleius lib. I. Metam. *Cruore humano adspersus atque impiatus*. Prudentius *Cathemer.* VI. hymno ante somnum vers. 35.

At qui coinquinatum
Vitiis cor impiavit.

CELLARIUS. —— *Impiatum*, ut Tertull. adv. Gnosticos, *Victoriatum*, & *Injuriatum*. WOVVER.

6. *Et quod postulaverant*] Sic legitur in exemplari absque ullo sensu; quod ita emendari posse censemus: *& quos post lauream*. Apparent pristinæ scripturæ vestigia, *quod postulaverant*: sed abrasa est littera *d*, & superscripta littera *s*, ab antiqua etiam manu. RIGALT. —— Gronovius veteris codicis lectionem, *quod postulaverant*, haud dubie sinceram existimat. Nempe, inquit, in principiis belli, votis in Capitolio nuncupatis, ut ex illo contingeret trium- D phus, etiam sub pollicitatione numinum transferendorum. Al. aliter.

7. *Volumnus*] In exemplari *Polumnus*. Tertullianus lib. II. ad Nat. *Item Voluntatis*, *Volumnum & Voletam*. RIGALT. —— Malo *Pilumnus ac Picumnus*, quam quod Rigaltius substituit *Volumnus*. Pilumnus enim & Picumnus, ut ait Servius ad Aeneid. IX. 4. *fratres fuerunt & dii*. OUZEL.

8. *Vel Diana Taurica*] Sic edidi cum Gelenio & Cellario, ac ita rescribendum conjecit Perizonius: & quidem verissime. Heraldus, Rigaltius, & Ouzelius excudi curaverant *nunc Diana Taurica*, quasi Juno scilicet eo nomine fuit insignita. DAVIS.

9. *Conducuntur stupra*] Edit. Rom. *condicuntur*. WOVVER. —— Prorsus ita legendum: non enim stupra, sed mulieres stuprandæ, data pecunia, conducuntur: at inter aras viri feminæque de stupris paciscuntur, & conveniunt. DAVIS.


10. *Adulteria meditantur*] Hæc vox quæ vulgo *deponens* E putatur, vim *passivam* heic obtinet, ut & alibi, quemadmodum notavit G. J. Vossius *Anal.* lib. III. cap. 6. exemplis ab eo prolatis addi possunt sequentia. Cicero *de Harusp. resp.* pag. 1990. *Nihil non diu consideratum, ac multo ante meditatum*. Ovidius *Metam.* lib. VII. 727.

——*Meditataque pæne reliqui*
Testamenta fide ——

Plinius *Paneg.* cap. 3. *Gratioremque existimari, qui delubris eorum puram castamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit*. Latinus Pacatus *Paneg.* XII. cap. 2. *Æstus diu ante meditati, longeque prospecti sunt*. Sic & Rufinus in vers. *Recogn.* Clementis lib. II. cap. XXVI. DAVIS.

11. *Respublica summa*] Non opus est, ut vel *reip. summa* cum Wovvero, vel *res summa* cum Elmenhorstio reponatur. Cicero pro S. Roscio Amer. cap. 51. *Quod summa respublica in hujus periculo tentatur*. Hanc locutionem multis stabilivit vir egregius J. Fr. Gronovius ad *Livii* lib. XXVI. cap. 10. IDEM.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



XXVI. Jam enim venio ad illa auspicia & auguria A Romana, quæ summo labore collecta testatus es, & pœnitenter omissa, & observata feliciter. Clodius scilicet, & Flaminius, & Junius ideo exercitus perdiderunt, quod pullorum [1] solennissimum tripudium exspectandum non putaverunt? Quid Regulus? nonne auguria servavit, & captus est? Mancinus religionem tenuit, & sub jugum missus est, & deditus. Pullos edaces habuit [2] & Paullus apud Cannas, tamen cum majore reipublicæ parte prostratus est. Cajus Cæsar, ne ante brumam in Africam [3] navigia transmitteret, auguriis & auspiciis renitentibus, sprevit, eo facilius & navigavit & vicit. Quæ vero & quanta de oraculis prosequar? Post mortem Amphiaraus ventura respondit, [4] qui proditum iri se ob B monile ab uxore nescivit. Tiresias cæcus futura videbat, qui præsentia non videbat. De Pyrrho Ennius Apollinis Pythii responsa confinxit, cum jam Apollo versus facere desisset: cujus tunc cautum illud & ambiguum defecit oraculum, cum & politiores homines, & minus creduli esse cœperunt. Et Demosthenes, quod sciret responsa simulata, [5] φιλιππίζειν Pythiam querebatur. At nonnumquam tamen veritatem vel auspicia vel oracula tetigere. Quamquam inter multa mendacia videri possit industriam casus imitatus, aggrediar tamen fontem ipsum erroris & pravitatis, unde omnis caligo ista manavit, & altius eruere & aperire manifestius. Spiritus sunt insinceri, vagi, a cælesti vigore terrenis labibus & C cupiditatibus degravati. Isti igitur spiritus, posteaquam simplicitatem substantiæ suæ, onusti & immersi vitiis, perdiderunt, ad solatium calamitatis suæ non desinunt perditi jam perdere, & depravati errorem pravitatis infundere, & alienati a Deo, inductis pravis religionibus a Deo segregare. Eos spiritus dæmonas esse poetæ sciunt, philosophi disserunt, Socrates novit, qui ad nutum & arbitrium assidentis sibi dæmonis vel declinabat negotia, vel petebat. Magi quoque, non tantum sciunt dæmonas, sed etiam quidquid miraculi ludunt, per dæ- D monas faciunt. Illis aspirantibus & infundentibus præstigias edunt; vel quæ non sunt, videri; vel quæ sunt, non videri. Eorum Magorum & eloquio & negotio primus Hostanes, & verum Deum merita majestate prosequitur; & angelos, id est, ministros & nuntios Dei, sed veri, ejusque venerationi novit assistere: ut & nutu ipso, & vultu domini territi contremiscant. Idem etiam dæmonas prodidit terrenos, vagos, humanitatis inimicos. Quid Plato, qui invenire Deum negotium credidit, nonne & angelos sine negotio narrat & dæmonas? & in Symposio etiam suo naturam dæmonum exprimere connititur? Vult enim esse substantiam inter mortalem immortalemque, id est, inter corpus & spiritum mediam, terreni ponderis & cælestis levitatis admixtione concretam; [6] ex qua monet etiam nos procupidinem amoris, & dicit informari & labi pectoribus humanis, & sensum movere, & affectus fingere, & ardorem cupiditatis infundere.

XXVII. [7] Isti igitur impuri spiritus, dæmones, ut ostensum a Magis, a philosophis & a Platone, [8] sub statuis & imaginibus consecrati delitescunt, & afflatu suo auctoritatem quasi præsentis numinis consequuntur, dum inspirantur interim vatibus, dum fanis immorantur, dum nonnumquam extorum fibras animant, avium volatus gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt falsis pluribus involuta: nam & falluntur, & fallunt, ut & nescientes sinceram veritatem, & quam sciunt, in perditionem sui non confitentes. Sic a cælo deorsum gravant, & a Deo vero ad materiam avocant, vitam turbant, [9] omnes inquietant: irrepentes etiam corporibus occulte, ut spiritus tenues, morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium vel hostiis pecudum saginati, [10] remissis quæ constrinxerant, curasse videantur. [11] Hi sunt & furentes, quos in publicum videtis excurrere,

1. *Solennissimum tripudium*] *Solennissimum erat Romanos duces non pugnare, nisi avibus addicentibus. Parendum igitur fuit religioni, nec patrius mos tam contumaciter repudiandus*, inquit Cicero lib. II. *de Divinat.* Itaque *solennissimum* dixerit Minucius, cui de more patrio parendum fuit. Et tamen apud Ciceronem eo loci legerat, *solistimum*; quod in augurali disciplina usitatum erat & solenne. In exemplari legitur *solennissimum tripudium*: & Tertullianus dixit, *solennissimam eloquii prophetici formam*, &, *solennissimum Judæorum sabbatum*. RIGALT. ---- Vide Brissonium *de Formulis* lib. I. p. 124. ubi omnem *Solistimi tripudii* disciplinam exsequitur. GRONOV.

2. *Habuit & Paullus apud Cannas, tamen* cet.] Cl. Wopkensius transponendam esse voculam & putat: *habuit Paullus, & apud Cannas tamen* cet. Sed, si τὸ & per *etiam* exponas, & cum Meursio interpungas; *habuit & Paullus, apud Cannas tamen* cet. nihil video quod offendere possit. GRUNER. l. c. vol. v. p. 221.

3. *In Africam navigia transmitteret*] Vel omittenda est vox penultima, prout fecit Cicero *de Divin.* lib. II. cap. 24. quem Minucius exscripsit; vel legendum NAVIGIO *transmitteret*: nam in trajiciendi significatione *navigia transmittere* respuit Latinitas. DAVIS.

4. *Qui proditum iri se ob monile ab uxore nescivit*] Hæc est verissima lectio, quam MS. Reg. debemus. Legebatur antea, *qui proditus est ipse ob monile ab uxore nescius*. HERALDUS.

5. *Φιλιππίζειν Pythiam querebatur*] Cicero interpretatur, *quasi cum Philippo facere*, lib. *de Divin.* II. cap. 57. RIGALTIUS.

6. *Ex qua monet etiam nos procupidinem amoris*] Ita mſ. cujus vestigia secutus Rigaltius, edidit: *ex qua movet etiam in nos p. a.* Gelenius & Heraldus: *ex qua manare etiam in nos procupidinem amoris dicit, & informari & labi pectoribus humanis*. Al. *manet etiam in nos porro cupido amoris*. Minus commode. Davisius vero: *monet etiam nasci pruriginem amoris*; nova enim, inquit, & inaudita vox *procupido*. Idque sane magis placet.

7. *Isti igitur impuri spiritus, dæmones*] Ultimam vocem tamquam glossema perperam rejiciunt Ursinus & Meursius; eosque duces secutus Cellarius eam prorsus eliminavit. Omnino tamen est retinenda, eoque modo passim loquuntur auctores. Justinus Martyr Apol. I. cap. 71. ed. Oxon. Ηκουσαν διὰ τοῦ ἄλλου προφήτου ΗΣΑΙΟΥ λεχθέν. Ac *Apol.* II. cap. 6. Πολλοὶ τῶν ἡμετέρων ἀνθρώπων, ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ. Vide & Athenagoram *Legat. pro Christ.* cap. 22. pag. 101. DAVIS.


8. *Sub statuis & imaginibus consecrati delitescunt*] Cyprianus *de Idol. van.* pag. 14. legit *consecratis delitescunt*, cujus codices ad exemplar Minucianum corrigendos existimavit Joan. Meursius. At Fulv. Ursinus ex Episcopo Carthaginiensi Felicem emendat, & me quidem habet adsentientem; statuæ enim, ut vim aliquam haberent, certo modo consecrari debuere. Quibus adde, *imagines consecratas* supra dixisse Minucium cap. XXIII. IDEM. —— Sic & Grunerus l. c. pag. 424.

9. *Omnes inquietant*] Sic veteres membranæ, ut testatur Nic. Rigaltius. At Cyprianus *de Idol. van.* pag. 14. legit *somnos inquietant*, cum quo faciunt Meursius, Ouzelius & Cellarius: ac, ut videtur, rectissime. Lactantius, qui ex nostro sua adumbravit, *Div. Instit.* lib. II. cap. 14. *Qui* (dæmones) *quoniam sunt spiritus tenues & incomprehensibiles —— morbos ciunt, SOMNIIS animos terrent*. DAVIS.

10. *Remissis quæ constrinxerant*] *Desinunt lædere, ut curasse videantur*. Tertullianus *Apol.* cap. 22. Sic in MS. legebat Cyprianus, non *remissius*, ut & edidere Sigism. Gelenius aliique. RIGALTIUS.

11. *Hi sunt & furentes* cet.] Non voluit Minucius ipsos dæmonas significare, sed homines a tetris istis spiritibus obsessos vexatosque. Fortasse proinde legendum: HINC *sunt & furentes*: quos postea *vates absque templo* vocat noster; quod ut vates in templis, sic hi in vicis & plateis insaniebant & rotabantur. Vid. Clement. *Recognit.* lib. V. cap. 13. ac *Homil.* IX. cap. 7. nec non Origenem contra Celsum lib. VII. pag. 333. seqq. & Prudentium *Perist.* v. 1063. DAVIS.

E



vates & ipsi absque templo: sic insaniunt, sic bacchantur, sic rotantur. Par & in illis instigatio dæmonis, sed argumentum dispar furoris. De ipsis etiam illa quæ paullo ante tibi dicta sunt, [1] ut Juppiter ludos repeteret ex somnio, ut cum equis Castores viderentur, ut cingulum matronæ navicula sequeretur. Hæc omnia sciunt [2] plerique, pars vestrum, ipsos dæmonas de semet ipsis confiteri, quoties a nobis tormentis verborum & orationis incendiis de corporibus exiguntur. Ipse Saturnus, & Serapis, & Juppiter, & quidquid dæmonum colitis, victi dolore, quod sunt, eloquuntur: nec utique in turpitudinem sui, nonnullis præsertim vestrum assistentibus, mentiuntur. Ipsis testibus esse eos dæmonas, de se verum confitentibus credite. Adjurati enim per Deum verum & solum, inviti, miseri, corporibus inhorrescunt; & vel exsiliunt statim, vel evanescunt gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat. Sic Christianos de proximo fugitant, quos longe in cœtibus per vos lacessebant. Ideo inserti mentibus imperitorum, odium nostri serunt occulte per timorem. Naturale est enim & odisse, quem timeas; & [3] quem metueris, infestare, si possis. Sic occupant animos, & obstruunt pectora, ut ante nos incipiant homines odisse, quam nosse: ne cognitos aut imitari possint, aut damnare non possint.

XXVIII. Quam autem iniquum sit, [4] incognitis & inexploratis judicare, quod facitis; nobis ipsis pœnitentibus credite. Et nos enim idem fuimus, & eadem vobiscum quondam adhuc cæci & hebetes sentiebamus: quasi Christiani monstra colerent, infantes vorarent, convivia incesta miscerent: nec intelligebamus ab his fabulas istas semper ventilari, & numquam vel investigari, vel probari; nec tanto tempore aliquem exsistere qui proderet, non tantum facti veniam, verum etiam indicii gratiam consecuturum: malum autem adeo non esse, ut Christianus reus nec erubesceret, nec timeret, & [5] unum solummodo, quod non ante fuerit, pœniteret. Nos tamen cum sacrilegos aliquos & incestos, parricidas etiam, defendendos & tuendos [6] suscipiebamus; hos nec audiendos in totum putabamus: nonnumquam etiam miserantes eorum, crudelius sæviebamus, ut [7] torqueremus confitentes ad negandum, videlicet ne perirent; exercentes in his perversam quæstionem, non quæ verum erueret, sed quæ mendacium cogeret. Et si quis infirmior, malo pressus & victus, Christianum se negasset, favebamus ei, quasi ejerato nomine, jam omnia facta sua illa negatione purgaret. Agnoscitisne eadem nos sensisse & egisse, quæ sentitis & geritis? Cum, si ratio, non instigatio dæmonis judicaret, [8] urgendi magis, non ut diffiterentur se Christianos, sed ut de incestis, stupris, de impiatis sacris, de infantibus immolatis faterentur. His enim & hujusmodi fabulis iidem dæmones ad exsecrationis horrorem imperitorum aures adversus nos referserunt. [9] Nec tamen mirum, cum omnium fama quæ semper insparsis mendaciis alitur, ostensa veritate consumitur. Sic est negotium dæmonum. Ab ipsis enim rumor falsus & seritur, & fovetur. Inde est quod audire te dicis, caput asini rem nobis esse divinam. Quis tam stultus ut hoc colat? quis stultior ut hoc coli credat? nisi quod vos & totos asinos in stabulis [10] cum vestra vel Epona consecratis, [11] & eosdem asinos cum Iside religiose decoratis: item boum capita & capita vervecum, & immolaremus. HERALD.

1. *Ut Juppiter — sequeretur*] Vide nostrum supra cap. VII.

2. *Plerique, pars vestrum*] Minime placet Rigaltii conjectura, legentis: *Hæc omnia sciunt plerique, pars vestrum ipsorum, dæmonas* cet. Gelenius, Heraldus & Cellarius ediderunt, *omnia sciunt plerique vestrum*. Male: nam vocem commodam prætermittunt. Omnino rescribendum: *Hæc omnia sciunt* PLERAQUE *pars vestrum*. Sallustius *Jugurth.* cap. 18. *Africæ* pars *inferior* pleraque *a Numidis possessa est*. Sic & Juvencus *Hist. Evang.* lib. I. pag. 9.

Istius hic populi partem pleramque *reverti*
Ad verum suadebit iter ----

Nec quisquam constructionem miretur: nam *pars* nomen est multitudinis. Virgilius *Aen.* I. 212.

Pars *in frusta* secant ----

Ovidius *Metam.* I. 244

Dicta Jovis pars *voce* probant -----

Vide sis Ausonium in *Thalete* vs. 27. DAVIS.

3. *Et quem metueris, infestare*] Jacet prorsus & flaccescit oratio, nisi rescribatur: *& quem* ODERIS, *infestare*; prout conjecit Joan. Freinshemius ad *Curtii* lib. x. cap. 8. Quæ quidem emendatio Jac. Gronovio merito probatur. Adi Hieronymum Columnam ad *Ennii* Fragm. p. 298. & Janum Gruterum ad *Publii Syri* vs. 37. IDEM.

4. *Incognitis & inexploratis judicare*] Vel oratio sic distinguenda, *incognitis & inexploratis, judicare*; ut voces illæ *absolute* poni videantur: vel legendum, DE *incognitis & inexploratis*, cum Lud. Carrione lib. II. *Emend.* cap. 18. IDEM. ---- Mox Meursius rescribit, *iidem fuimus*.

5. *Unum solummodo ---- pœniteret*] Hæc constructio licet insolens possit videri, bonis tamen auctoribus haud ignoratur. Cicero *Tuscul.* lib. v. cap. 28. *Sapientis est enim proprium, nihil* quod pœnitere possit, *facere*. Idem *de Invent.* lib. II. pag. 66. *Utrum id facinus sit*, quod pœnitere *fuerit necesse*. Vide sis A. Gellium *Noct. Att.* lib. XIII. cap. 2. DAVIS.

6. *Suscipiebamus*] Ex foro verbum. SUSCEPTI enim *clientes*. Servius ad illud *Aeneid.* VI. 609.

—— *Et fraus innexa clienti*:

Vult, inquit, *intelligi prævaricatores qui patroni sunt clientium, quos nunc* SUSCEPTOS *vocamus*. WOUVER.

7. *Torqueremus*] Hæc lectio est e mſ. Reg. Antea, *urgeremus*. HERALD.

8. *Urgendi magis*] Verissima lectio, quam e MS. Reg. restituimus. Antea, *arguendi magis*. IDEM.

9. *Nec tamen mirum, cum omnium fama*] Si nihil heic omissum est in exemplari, tota periodus ita constituenda est ut aliquis sensus eliciatur. *His enim & hujusmodi fabulis iidem dæmones ad exsecrationis horrorem imperitorum aures adversus nos referserunt. Nec tamen mirum. Cum hominum fama, quæ semper insparsis mendaciis alitur, ostensa veritate consumitur, sic est negotium dæmonum; ab ipsis enim rumor falsus & seritur & fovetur*. Illa autem verba, *cum hominum fama*, adnecti debent istis, *sic est negotium dæmonum*. Ut clausula sic accipiatur: *Nec tamen mirum. Sic est negotium dæmonum cum hominum fama, quæ, &c.* Hominum intellige, Christianorum. In MS. legitur, *omnium*. RIGALT. ---- Bene Rigaltius, quum pro *omnium* reponit *hominum*: sed male, quum id de Christianis intelligi vult, ut jam monuit V. C. Jo. Fr. Gronovius *Obser. in Eccl. script.* cap. VII, ubi totum hunc locum ita restituendam censet: *Nec tamen mirum, cum hominum fama quæ semper insparsis mendaciis alitur, ostensa veritate consumitur, sit & negotium dæmonum: ab ipsis enim rumor falsus & seritur & fovetur*. Hoc est, eo interprete: Fama illa, hominum oribus jactata & propagata, quæ semper alitur & crescit mendaciis, quæque veritate patefacta evanescit; eadem hominum fama, est ipsorum dæmonum negotium & opus: horum est auctoritas & instinctus; illorum ministerium. OUZEL.

10. *Cum vestra vel Epona*] Omnibus expensis, mihi vitio carere videtur hæc lectio, quam exhibet codex Regius. Voculam *vel* sic certe adhibent auctores optimi. Cicero pro S. Roscio cap. 2. *Adolescens* vel *potentissimus*. Et cap. 8. *Tria prædia* vel *nobilissima* cet. DAVIS. ---- Neque aliter Grunerus l. c. pag. 245.

11. *Et eosdem asinos cum Iside religiose decoratis*] Liber MS. *devoratis*. Mendose. Alii legunt *devotatis*. Scripsimus, *decoratis*, quod proxime accedit ad veterem scripturam: nec absurdum erit opinari asinos illos Isidis gerulos aliqua nobiliori stratura cum Iside fuisse decoratos; cum Apulejus ipse narret Asinum suum istius deæ gerulum, a nonnullis etiam hordeo fuisse religiose donatum, M[illegible] VIII. RIGALT.

tis & colitis : de capro etiam & homine mixtos deos, & leonum & canum vultus deos dedicatis. Nonne & Apim bovem cum Ægyptiis adoratis & pascitis? nec eorum sacra damnatis instituta serpentibus, crocodilis, belluis ceteris, & avibus, & piscibus; quorum aliquem deum si quis occiderit, etiam capite punitur. Iidem Ægyptii cum plerisque vobiscum non magis Isidem, quam ceparum acrimonias metuunt; nec Serapidem magis, quam strepitus per pudenda corporis expressos contremiscunt. Etiam ille, qui de adoratis sacerdotis virilibus adversum nos fabulatur, tentat in nos conferre quæ sua sunt. Ista enim impudicitiæ eorum forsitan sacra sint, apud quos sexus omnis membris omnibus prostat, apud quos tota impudicitia vocatur urbanitas : qui scortorum licentiæ invident, qui medios viros lambunt, libidinoso ore inguinibus inhærescunt, homines malæ linguæ etiam si tacerent; quos prius tædescit impudicitiæ suæ, quam pudescit. Proh nefas! [1] id in se mali facinoris admittunt, quod nec ætas potest pati mollior, nec cogi servitus durior.

XXIX. Hæc & hujusmodi propudia nobis non licet nec audire, etiam pluribus turpe defendere est. Ea enim de castis fingitis & pudicis, quæ fieri non crederemus, nisi de vobis probaretis. Nam quod religioni nostræ hominem noxium, & crucem ejus adscribitis, longe de vicinia veritatis erratis; qui putatis Deum credi, aut meruisse noxium, aut potuisse terrenum. Næ ille miserabilis, cujus in homine mortali spes omnis innititur; totum enim ejus auxilium cum extincto homine finitur. Ægyptii sane hominem sibi, quem colant, eligunt, illum unum propitiant, illum de omnibus consulunt, illi victimas cædunt; & ille, qui ceteris deus, sibi certe homo est, velit nolit : nec enim conscientiam suam decipit, si fallit alienam. Etiam principibus & regibus, non ut magnis & electis viris, sicut fas est, sed ut deis turpiter adulatio falsa blanditur; cum & præclaro viro honor verius, & optimo amor dulcius præbeatur. Sic eorum numen [2] vocant, ad imagines supplicant, genium, id est, dæmonem ejus, implorant, & est eis tutius per Jovis genium pejerare, quam regis. [3] Cruces etiam nec colimus, nec optamus. Vos plane qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas, ut deorum vestrorum partes, forsitan adoratis. Nam & signa ipsa, & cantabra, & vexilla castrorum, quid aliud quam inauratæ cruces sunt & ornatæ? Tropæa vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum & affixi hominis imitantur. Signum sane crucis naturaliter visimus in navi, cum velis tumentibus vehitur, cum expansis palmulis labitur; & cum erigitur jugum, crucis signum est; & cum homo porrectis manibus Deum pura mente veneratur. Ita signo crucis aut ratio naturalis innititur, aut vestra religio formatur.

XXX. Illum jam velim convenire, qui initiari nos dicit aut credit, de cæde infantis & sanguine. Putas posse fieri, ut tam molle, tam parvulum corpus fata vulnerum capiat? ut quisquam illum rudem sanguinem novelli, & vix dum hominis cædat, fundat, exhauriat? Nemo hoc potest credere, nisi qui possit audere. Vos enim video procreatos filios nunc feris & avibus exponere, nunc adstrangulatos misero mortis genere elidere. Sunt quæ in ipsis visceribus, medicaminibus epotis, originem futuri hominis extinguant, & parricidium faciant antequam pariant. Et hæc utique de deorum vestrorum disciplina descendunt. Nam Saturnus filios suos non exposuit, sed voravit. Merito ei in nonnullis Africæ partibus a parentibus infantes immolabantur, blanditiis & osculo comprimente vagitum, ne flebilis hostia immoletur. Tauris etiam Ponticis, & Ægyptio Busiridi ritus fuit, hospites immolare : & Mercurio Gallos, humanas vel inhumanas victimas cædere. Romani Græcum & Græcam, Gallum & Gallam [4] sacrificiis viventes obruere : hodieque ab ipsis Latiaris Juppiter homicidio colitur; & quod Saturni filio dignum est, mali & noxii hominis sanguine saginatur. Ipsum credo docuisse sanguinis fœdere conjurare Catilinam : & [5] Bellonam sacrum suum haustu humani cruoris imbuere : & comitialem morbum hominis sanguine, id est, morbo graviore, sanare. Non dissimiles & qui de arena feras devorant illitas & infectas cruore, vel membris hominis & viscere saginatas. Nobis homicidium nec videre fas, nec audire : tantumque ab humano san-

1. *Id in se mali facinoris admittunt*] Ferrarius & Prisciamensis & ceteri omnes ediderunt, *pessimi facinoris*. Jure id quidem; sed adversus fidem exemplaris, quam etiam heic servari placuit; & nihilominus *Malum* intelligi tribus vel etiam innumeris superlativis pessimis pejus. RIGALTIUS.

2. *Vocant*] Cum Gelenio leg. *invocant*. DAVIS

3. *Cruces etiam nec colimus, nec optamus*] Non est cur codicem mſ. deseramus, qui refert *optamus*. Ut enim crucibus affigi non *optabant* veteres Christiani, sic nec eam pœnam subire recusabant, potius quam religioni suæ nuntium remitterent. Ausonius in *Orat. Matut.* vs. 73.

Nec timeat mortem bene conscia vita, nec OPTET.

Idem *Periandro* vs. 3. pag. 290.

Mortem OPTARE *malum, timere pejus.*

DAVIS. —— Lege, *ornamus*. Contra gentes disputat, quibus mox, *ornatus cruces* objicit. GRUNER. l. c. pag. 246. —— *Cruces nec colimus*. Christianis vitio vertebat Cæcilius, quod crucem colerent. Hinc supra cap. IX. *crucis ligna feralia* Christianorum *cærimonias* vocabat. Et cap. XII. clarius adhuc crucis cultum Christianis objiciens : *Ecce*, inquit, *vobis jam non adorandæ, sed subeundæ cruces*. Quando igitur Cæcilio hæc objicienti Minucius respondet, *Cruces non colimus*; de cultu sane absoluto quem Cæciliana objectio præ se ferebat, ejusmodi verba esse accipienda noscuntur. Perinde ac si dixisset Minucius : Cruces non ita colimus Christiani, ut crucibus ipsismet honorem cultumque tribuamus; quemadmodum quidem vos ethnici vestra colitis simulacra. Atque hanc esse auctoris nostri sententiam, ex iis liquet quæ statim subdit, eam ipsam accusationem in Gentiles retorquens : *Vos plane qui ligneos deos consecratis, cruces ligneas ut deorum vestrorum partes, forsitan adoratis*. Vide sis *Diar. Erud. Ital.* tom. XXVII. p. 391. seq. & adi VV. Cll. Orsi *Istor. eccl.* lib. VI. §. VII. ac Trombellium *de cultu* SS. tom. II. part. III. p. 373.

4. *Sacrificiis viventes obruere*] Edidit Gelenius *sacrifici viventes obruere*; MS. autem *sacrificii*, testante *Rigaltio*, quæ vera est lectio; subauditur enim *causa*. Terentius *Adelph.* Act. IV. Sc. IV. 6. *Nec id* assentandi *magis, quam habeo quod gratum, facere existimes*. Apuleius *Apol.* pag. 187. *Ut obtentu ejus ætatulæ, ipse* insimulationis falsæ *non plectetur*. Vide & intt. ad Sallustii *Bell. Catil.* cap. 6. DAVIS.

5. *Bellonam sacrum suum*] Sic legitur in exemplari. Sacro Bellonæ tribuit Minucius, quod Tertullianus de sacratis & servientibus Bellonæ dixerat in *Apologet.* RIGALT. —— Codicis Regii lectionem retinet etiam Salmasius *Exerc. Plin.* p. 130. & *sacrum* pro sacrificio poni confirmat. Equidem viri doctissimi sententiæ non accedo; quum *ἀκυρολογίας* reus esset Minucius, si tali modo loqueretur. Omnino enim necessaria videtur hominis mentio, quem cruoris haustus imbuat. Hoc igitur loco *sacer* sacrati potestatem sibi vendicat. Virgilius *Aen.* VI. 484.

—— *Cererique* sacrum *Polybœten.*

Ubi Servius : *Sacrum*, sacratum. *Nomen pro participio*. Prudentius *Perist.* Hymn. XI. 2.

Vidimus, o Christi Valeriane sacer.


Nihil igitur opus, ut vel *servum* cum Gelenio, vel *sacratum* cum Heraldo reponamus. DAVIS.

guine cavemus, ut nec edulium pecorum in cibis sanguinem noverimus.

XXXI. Et de incesto convivio fabulam grandem [1] adversum nos dæmonum coitio mentita est, ut gloriam pudicitiæ deformis infamiæ aversione macularet; ut ante exploratam veritatem homines a nobis terrore infandæ opinionis averteret. Sic de isto [2] & tuus Fronto, non ut affirmator testimonium fecit, sed convicium ut orator aspersit. Hæc enim potius de vestris gentibus nata sunt. Jus est apud Persas misceri cum matribus. Ægyptiis & Athenis cum sororibus legitima connubia. [3] Memoriæ & tragœdiæ vestræ incestis gloriantur, quas vos libenter & legitis & auditis: sic & deos colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore conjunctos. Merito igitur incestum penes vos sæpe deprehenditur, semper admittitur. Etiam nescientes, miseri, potestis in illicita proruere. Dum Venerem [4] promisce spargitis, dum passim liberos seritis, [5] dum etiam domi natos alienæ misericordiæ frequenter exponitis, necesse est [6] in vestros recurrere, [7] in filios inerrare. Sic incesti fabulam nectitis, etiam cum conscientiam non habetis. At nos pudorem non facie, sed mente præstamus. Unius matrimonii vinculo libenter inhæremus. Cupiditate procreandi, aut unam scimus, aut nullam. Convivia non tantum pudica colimus, sed & sobria: nec enim indulgemus epulis, aut convivium mero ducimus; sed gravitate hilaritatem temperamus. Casto sermone, corpore castiore, plerique inviolati corporis virginitate perpetua fruuntur potius, quam gloriantur. Tantum denique abest incesti cupido, ut nonnullis rubori sit etiam pudica conjunctio. Nec de ultima statim plebe consistimus, si honores vestros & purpuras recusamus: [8] nec fastidiosi sumus, si omnes unum bonum sapimus, eadem congregati quiete qua singuli: nec in angulis garruli, si audire nos publice aut erubescitis, aut timetis. Et quod in dies nostri numerus

A augetur, non est crimen erroris, sed testimonium laudis: nam in pulchro genere vivendi & perstat & perseverat suus, & accrescit alienus. Sic nos denique [9] non notaculo corporis, ut putatis, sed innocentiæ ac modestiæ signo facile dignoscimus. Sic mutuo, quod doletis, amore diligimus, quoniam odisse non novimus. Sic nos, quod invidetis, fratres vocamus, ut unius Dei parentis homines, ut consortes fidei, ut spei coheredes. Vos enim nec invicem agnoscitis, & in mutua odia sævitis: nec fratres vos, nisi sane ad parricidium agnoscitis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



XXXII. Putatis autem nos occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus? Quod enim
B simulacrum Deo fingam, cum si recte existimes, sit Dei homo ipse simulacrum? Templum quod ei exstruam, cum totus hic mundus, ejus opere fabricatus, eum capere non possit? & [10] cum homo latius maneam, intra unam ædiculam vim tantæ majestatis includam? Nonne melius in nostra dedicandus est mente? in nostro imo consecrandus est pectore? Hostias & victimas Domino offeram, quas in usum mei protulit, ut rejiciam ei suum munus? Ingratum est: [11] cum sit litabilis hostia, bonus animus, & pura mens, & sincera conscientia. Igitur qui innocentiam colit, Domino supplicat: qui justitiam, Deo libat: qui frau-
C dibus abstinet, propitiat Deum: qui hominem periculo subripit, [12] opimam victimam cædit. Hæc nostra sacrificia, hæc Dei sacra sunt. Sic apud nos religiosior est ille, qui justior. At enim quem colimus Deum, nec ostendimus, nec videmus. Immo ex hoc Deum credimus, quod eum sentire possumus, videre non possumus. In operibus enim ejus, & in mundi omnibus motibus virtutem ejus semper præsentem aspicimus, cum tonat, fulgurat, fulminat, cum serenat. Nec mireris, si Deum non vides. Vento & flatibus omnia impelluntur, vibrantur, agitantur; & sub oculis tamen non venit ventus & flatus. [13] In sole

1. *Adversum nos dæmonum coitio mentita est*] In exemplari scriptum est, *cotio*. Hactenus editum fuit, *concio*: quasi hoc intelligi debeat de oratione Frontonis. RIGALTIUS.

2. *Et tuus Fronto*] Quem supra cap. IX. dixit *Cirtensem*. Is famosa declamatione Christianos oneraverat probris atrocibus. IDEM.

3. *Memoriæ & tragœdiæ vestra incestis*] MEMORIÆ scripta & libri sunt, quibus memoriæ proditur; sive monimenta litterarum: ut supra cap. VII. *Specta de libris memoriis*. Et Gellius lib. IV. cap. 6. *In veteribus memoriis scriptum legimus*. Idem lib. V. cap. 5. ineunte: *In libris veterum memoriarum scriptum est*. Tertullianus adversus Judæos cap. I. *Secundum scripturarum divinarum memorias populus Judæorum major, id est antiquior, derelicto Deo, idolis servivit*. Non est ergo caussæ satis, ut cum F. Ursino & Wovvero *comœdiæ* sufficiamus. CELLARIUS.

4. *Promisce*] Pro *promiscue*. Sic & supra cap. IX. ubi vide adnotata.

5. *Dum etiam domi natos —— exponitis*] Consulatur omnino eruditissimi Jurisconsulti Gerardi Noodtii *Julius Paullus*, seu commentarius ad Leg. IX. D. de agnoscendis & alendis liberis.

6. *In vestros recurrere*] Jo. Pricæus ad Apuleji *Metam.* lib. VII. pag. 379. reponit *incurrere*, quem secutus est Jac. Ouzelius. Sed nihil necesse est, ut eos audiamus. DAVIS.

7. *In filios inerrare*] Viro doctissimo Jac. Perizonio placet *in* FILIAS *inerrare*; cui equidem non accedo, cum *filii* utriusque sexus liberos denotent. Tertullianus quem noster describit, *Apolog.* cap. IX. *In primis filios exponitis —— Alienati generis necesse est quandoque memoriam dissipari. Et semel error impegerit, exinde jam tradux proficiet incesti, serpente genere cum scelere*. Arnobius lib. IV. pag. 137. postquam de Minerva ex capite Jovis nata locutus est, addit: *Ex capite conceptos filios procreat?* Javolenus *Digg.* lib. I. Tit. XVI. 84. FILII *appellatione omnes liberos intelligimus*. Adi & Legg. 116. 121. 201. IDEM.

8. *Nec fastidiosi sumus, si omnes unum bonum sapimus, ea-*
D *dem congregati quiete qua singuli*] Ita omnes editt. & MS. Reg. Affirmare tamen audemus legendum, *nec factiosi sumus*. Nam accusabantur Christiani vel eo præcipue nomine quod coitiones & factiones inirent; quod nec omiserat Cæcilius. Diluit nunc criminationem illam Octavius eodem modo, quo Tertullianus in Apologetico, unde ista sunt: *Hoc sumus congregati, quod & dispersi. Hoc universi, quod & singuli, &c.* Vide sis quæ ibi observabamus. HERALD.

9. *Non notaculo corporis*] Sic libri, verbo insolenti. Glossæ tamen veteres: NOTACULUM, *nota*, *signum*. Rom. lib. *nota occulta*, ut supra Cæcilius cap. IX. dixerat, *occultis se notis & insignibus noscunt*. WOVVER. & CELLAR.


10. *Cum homo latius maneam*] Fulv. Ursinus & Chr. Cellarius ediderunt, *cum homo laxius maneam*, quoniam ita locutum esse Ciceronem sciebant. At Cyprianus [illegible] p. 15. edit. Oxon. ait, *cum* [illegible] latius [illegible], quod vulgatam lectionem abunde tuetur: nostram [illegible] Episcopus Carthaginiensis. DAVIS. ---- Aliter visum Heumanno [illegible]
E

11. [illegible]] Lactantio quoque *victima litabilis* dicta lib. I. *Div. Instit.* cap. XXI. id est Deo grata & acceptabilis: & *Epitome* cap. V. *victima lit*[illegible]. CELLAR. ---- Ad sententiam recte Cellarius, non item ad vim vocis. Est *litabilis hostia*, qua Deus placari potest. [illegible] enim, pontificalis vox, significat *sacrificio facto placasse* [illegible], ut Macrobius loquitur *Saturn.* III. 5. Adde Servium ad Virg. *Aen.* II. 118. Respicere autem Minucius videtur ad [illegible] L. 18. 19. GRUNER. l. c. pag [illegible].

12. [illegible]] If. Vossius ad *Pomp.* [illegible] legit *optimam victimam*. Sed nihil mutandum. [illegible] nus quem Minucius libenter sequitur, *Apol.* [illegible] *offero opimam & majorem hostiam*. IDEM ibid.

13. *In sole adeo, qui videnai omnibus ca*[illegible] ptum est in exemplari: & hæc scriptura [illegible] eo quod sequitur paullo post: *In solem* [illegible]. RIGALT.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



adeo, qui videndi omnibus cauſſa eſt, videre non poſſumus; radiis acies ſubmovetur, obtutus intuentis hebetatur: & ſi diutius inſpicias, omnis viſus extinguitur. Quid? ipſum ſolis artificem, illum luminis fontem poſſis ſuſtinere, cum te ab ejus [1] fulgoribus avertas, a fulminibus abſcondas? Deum oculis carnalibus vis videre, cum ipſam animam tuam qua vivificaris & loqueris, nec aſpicere poſſis nec tenere? Sed enim Deus actum hominis ignorat; & in cælo conſtitutus, non poteſt aut omnes obire aut ſingulos noſſe. Erras o homo, & falleris: unde enim Deus longe eſt, cum omnia cæleſtia terrenaque, & quæ extra iſtam orbis provinciam ſunt, [2] Deo cognita, plena ſint? Ubique non tantum nobis proximus, ſed infuſus eſt. In ſolem adeo rurſus intende: cælo affixus, ſed terris omnibus ſparſus eſt: pariter præſens ubique intereſt, & miſcetur omnibus: nuſquam enim claritudo violatur. Quanto magis Deus auctor omnium, ac ſpeculator omnium, a quo nullum poteſt eſſe ſecretum, tenebris intereſt, intereſt cogitationibus noſtris, quaſi alteris tenebris? Non tantum ſub illo agimus, [3] ſed & cum illo, ut prope dixerim, vivimus.

XXXIII. Nec nobis de noſtra frequentia blandiamur: multi nobis videmur, ſed Deo admodum pauci ſumus. Nos gentes nationeſque diſtinguimus: Deo una domus eſt mundus hic totus. [4] Reges tantum regni ſui per officia miniſtrorum A universa novere: Deo indiciis opus non eſt. Non ſolum in oculis ejus, ſed & in ſinu vivimus. Sed Judæis nihil profuit, quod unum & ipſi Deum aris atque templis maxima ſuperſtitione coluerunt. Ignorantia laberis, ſi priorum aut oblitus aut inſcius, poſteriorum recordaris. Nam & ipſi Deum noſtrum (idem enim omnium Deus eſt) [5] quamdiu caſte, innoxie religioſeque coluerunt, quamdiu præceptis ſalubribus obtemperaverunt, de paucis innumeri facti, de egentibus divites, de ſervientibus reges; modici multos, inermi armatos dum fugiunt inſequentes, Dei juſſu & elementis adnitentibus obruerunt. Scripta eorum relege, vel ſi Romanis magis gaudes, ut tranſeamus veteres, [6] Flavii Joſephi, vel Antonii Juliani, de Judæis require; jam ſcies nequitia ſua hanc eos meruiſſe fortunam: nec quidquam acciſſe, quod non ſit his, ſi in contumacia perſeverarent, ante prædictum. Ita prius eos deſeruiſſe comprehendes, quam eſſe deſertos: nec, ut impie loqueris, cum Deo ſuo eſſe captos, ſed a Deo, ut diſciplinæ transfugas, deditos.

XXXIV. [7] Ceterum de incendio mundi, aut improviſum ignem cadere, aut difficile non credere, vulgaris erroris eſt. Quis enim ſapientium dubitat, quis ignorat, omnia quæ orta ſunt occidere? quæ facta ſunt interire? Cælum quoque cum omnibus quæ cælo continentur, [8] ita ut cœpiſſe, deſinere? [9] Fontium dulces aquas, maria

1. *Fulgoribus*] Scribe *fulguribus*. Conjungere ſolet *fulgura* & *fulmina*. Ita ſupra: *Rutilare fulgura, fulmina præmicare*. Et poſtea: *Cum cælum, & fulmina, & fulgura longe ante fuerint, quam Juppiter in* Creta *naſceretur*. MEURS. ---- Cave quidquam mutes. Cicero *de Divin.* lib. II. cap. 19. *Tum &* fulgores *& tonitrua exſiſtere*. Sic enim legendum ex mſſ. Cantabr. & Victor. non *fulgura*, quod in vulgatis. Iterum cap. 39. ubi verſum interpretatur ex *Iliad.* I. 236. Lucretius VI. 755.

-------- *Sic fulgorem quoque cernimus ante,*
Quam tonitrum accipimus.

Ovidius *Metam.* VII. 619.

Ille notam fulgore *dedit, tonitruque ſecundo.*

Vide ſis Aurelium Victorem capp. 14. 23. DAVIS.

2. *Deo cognita, plena ſint?*] Hoc eſt, *Deo cognita ſunt, Deo plena ſunt*. Deo ſunt cognita, & plena ipſo. Fruſtra eſt Joan. Meurſius, qui reponit *Deo cuncta plena ſunt*, vel, *Deo cognita plene ſunt*. RIGALT. ---- Mox legendum forte, *nuſquam ejus*.

3. *Sed & cum illo*] Interſeruimus particulam copulativam ex MS. Reg. HERALDUS.

4. *Reges tantum regni ſui per officia miniſtrorum univerſa novere*] Meurſius emendavit: *Reges* ſtatum *regni ſui per officia miniſtrorum* diverſa *novere*. Sed a mſ. lectione diſceſſit vir doctiſſimus, quod σύνταξιν non caperet; quæ quidem ſatis erit manifeſta, ſi modo ſic orationem diſtinguas: *Reges tantum regni ſui, per officia miniſtrorum, univerſa novere*. Nimirum *univerſa regni ſui* pro rebus vel locis regni ſui univerſis. Ita *porrecta camporum, inculta montium, opaca viarum* & multa ſimilia, quæ Lucretium, Horatium, Tacitum ceteroſqae bonæ notæ ſcriptores legentibus occurrent. DAVIS.


5. *Quamdiu caſte ---- coluerunt*] MS. teſte Meurſio, repræſentat *quamdiu* enim tum *caſte*. Legendum puto: *quamdiu eum caſte ---- coluerunt*. Nam ſolent auctores iſtiuſmodi pronomina poſt παρένθεσιν immittere. Cicero *Acad. quæſt.* lib. IV. cap. 7. *Quod ſi eſſent falſæ* notitiæ (ἐννοίας *enim notitias appellare tu videbare*) *ſi igitur eſſent* hæ *falſæ*. Idem *de fato* cap. XVI. Sic Cæſar lib. III. B. G. cap. 22. Quam in rem multa veterum loca collegit J. F. Gronovius ad Livii XXV. 27. & ad Senecam *de Ira* I. 3. IDEM.

6. *Flavii Joſephi, vel Antonii Juliani*] In mſ. ſcribitur *Flavi Joſæpi*, & abraſæ membranæ ſuperficies oſtendit ſcriptum fuiſſe *Antonini Juliani*. RIGALT. ---- Antonii Juliani velut rerum Judaicarum ſcriptoris, præter noſtrum meminit nemo. Rhetoris autem cognominis mentionem aliquoties facit A. Gellius *Noct. Att.* I. 4. & IX. 1. 15. Sed an is ab hoc Minuciano diverſus fuerit, nec ne, mihi non liquet, noſtraque nihil intereſt. Illud φιλαρχαίοις paullo majoris eſt momenti, dum quæritur, unde fiat, ut Flavius Joſephus hoc in loco memoretur. Nam Judæos Romanis ἐξ ἐναντίας opponit noſter: ideoque licet Joſephus Romana civitate donatus foret, incommode prorſus heic laudari videtur; ſiquidem tam natione quam religione fuerit Judæus. Præterea Græce ſcripſit Joſephus; nec hominis opera veſtem Romanam Minucii tempore induerant. Vide Hieronymum Epiſt. ad Lucinium XXVIII. edit. Victor. & Caſſiodorium *Divin. Lect.* cap. XVII. Igitur locum ſic legerem: *Scripta eorum* (Judæorum) *relege; vel ſi Romanis magis gaudes, ut tranſeamus veteres, Antonii Juliani de Judæis require*. Niſi fallor, in orationis contextum invaſit Flavii Joſephi nomen, poſtquam librarius id oræ ſui codicis adleverat. Hoc autem contigit, quia Joſephus ſcriptor eſſet celeberrimus, & idem cum Juliano tractaret argumentum. IDEM.

7. *Ceterum de incendio mundi ---- aut difficile non credere*] Varie tentarunt hunc locum aperte corruptum viri docti; quorum conjecturas in editione Gronoviana lege. Excidit ſine dubio vocula *aut*. Minucius ſcripſit, *aut difficile, aut non credere*: id eſt, aut difficulter credere, aut plane non credere. GRUNER. l. c. pag. 250. ---- Mihi vero minus probatur viri eruditi reſtitutio, ob ea quæ præcedunt, *aut improviſum ignem cadere*.

8. *Ita ut cœpiſſe, deſinere*] Ita edidimus, MS. Reg. ſequuti. Legebatur antea, *cœpiſſet*. HERALDUS.

9. *Fontium dulces aquas maria nutrire in vim ignis abiturum*] Loci antehac depravatiſſimi præclaram emendationem ſuggeſſit nobis vetus exemplar. Nam ſic omnino habet: *Fontium dulcis aqua maria nutrire in vim ignis abiturum*. Sic autem intelligenda eſt hæc ſcriptura. τὸ *nutrire* abiturum in vim ignis Stoicis conſtans opinio eſt. Illa vero quæ ſequuntur, *Quod conſumto humore mundus hic omnis igneſcat*, ſupervacua ſunt & ſapiunt notulam de margine abreptam. Neque aliud dicunt, quam id quod jam dictum eſt elegantius: *Fontium dulces aquas maria nutrire abiturum in vim ignis*. Id eſt, maria non amplius nutrient fontes aquis dulcibus, ſed illud nutrire abibit in vim ignis: nutrimentum illud mutabitur in flammas, ebullient ignei torrentes de ſcaturigine fontium. RIGALT. ---- Edidit Gelenius, *fontium dulci aqua, mariſve nutriri*; nec aliter Cellarius; ſed, ut mihi videtur, ex MS. Regio belle emendavit Nic. Rigaltius; nec ſane rarum eſt, ut *infinitivus* pro *ſubſtantivo* ponatur. A. Gellius *Noct. Attic.* lib. I. cap. 8. *Ego, inquit,* pœnitere *tanti non emo*. Arnobius lib. II. pag. 27. Timere *ipſum quid ſit ignorans*. Sic & Sulpicius Severus. H. S. lib. II. cap. 3. Illud porro monendum puto, locum hunc vitioſa adhuc interpunctione laborare, quod cum non animadverteret Nic. Rigaltius, ſeptem voces, tamquam gloſſema, perperam ejecit. Diſtingue *Fontium dulces aquas, maria nutrire in vim ignis abiturum?* hæc enim a ſuperioribus pendent. Tum pergit auctor: *Stoicis conſtans opinio eſt quod conſumto humore mundus hic omnis igneſcat*; quæ fere verba ſunt Cicero-



nutrire in vim ignis abiturum, Stoicis constans A opinio est: quod consumto humore mundus hic omnis ignescat; & Epicureis de elementorum conflagratione & mundi ruina, eadem ipsa sententia est. [1] Loquitur Plato. Partes orbis nunc inundare dicit, nunc alternis vicibus ardescere; & cum ipsum mundum perpetuum & insolubilem diceret esse fabricatum, addit tamen, ipsi artifici, [2] Deo soli, & solubilem, & esse mortalem. Ita nihil mirum est, si ista moles ab eo, quo exstructa est, destruatur. Animadvertis philosophos eadem disputare quæ dicimus, non quod nos simus eorum vestigia subsecuti, sed quod illi de divinis prædicationibus prophetarum umbram interpolatæ veritatis imitati sint. Sic etiam conditionem renascendi, sapientium clariores, Pythagoras primus, & præcipuus Plato corrupta & dimidiata fide tradiderunt: nam corporibus dissolutis solas animas volunt & perpetuo manere, & in alia nova corpora sæpius commeare. Addunt istis & illa ad retorquendam veritatem, in pecudes, aves, belluas, hominum animas redire. Non philosophi sane studio, sed mimico [3] vitio digna ista sententia est. Sed ad propositum satis est, etiam in hoc sapientes vestros in aliquem modum nobiscum consonare. Ceterum, quis tam stultus aut brutus est, ut audeat repugnare, hominem a Deo, ut primum potuisse fingi, ita posse denuo reformari? [4] nihil esse post obitum, & ante ortum nihil fuisse? sicut de nihilo nasci licuit, ita de nihilo licere reparari? Porro difficilius est, id quod non sit, incipere, quam id quod fuerit iterare. Tu perire & Deo credis, si quid oculis nostris hebetibus subtrahitur? Corpus omne, sive arescit in pulverem, sive in humorem solvitur, vel in cinerem comprimitur, vel in nidorem tenuatur, subducitur nobis; sed Deo elementorum custodi reservatur. Nec, ut creditis, ullum damnum sepulturæ timemus, sed veterem & meliorem consuetudinem humandi frequentamus. Vide adeo quam in solatium nostri resurrectionem futuram omnis natura meditetur. Sol demergit, & nascitur; astra labuntur, & redeunt; flores occidunt, & reviviscunt; post senium arbusta frondescunt; [5] semina non nisi corrupta revirescunt. Ita corpus in sæculo, ut arbores in hiberno occultant virorem ariditate mentita. Quid festinas, ut cruda adhuc hieme reviviscat & redeat? exspectandum nobis B etiam corporis ver est. Nec ignoro plerosque conscientia meritorum nihil se esse post mortem magis optare, quam credere: malunt enim extingui penitus, quam ad supplicia reparari. Quorum error augetur, & in sæculo libertate remissa, & Dei patientia maxima; cujus [6] quanto judicium tardum, tanto magis justum est.

XXXV. Et tamen admonentur homines doctissimorum libris & carminibus poetarum, illius ignei fluminis, & de [7] Stygia palude sæpius ambientis ardoris; quæ cruciatibus æternis præparata, & dæmonum indiciis & de oraculis prophetarum cognita tradiderunt. Et ideo apud eos C etiam ipse rex Juppiter per torrentes ripas, & atram voraginem [8] jurat religiose. Destinatam enim sibi cum suis cultoribus pœnam præscius perhorrescit. Nec tormentis aut modus ullus, aut terminus. [9] Illic sapiens ignis membra urit & reficit, carpit & nutrit: sicut ignes fulminum corpora tangunt, nec absumunt: sicut [10] ignes Ætnæ

nis de N. D. lib. II. cap. 46. *Ex quo eventurum nostri putant id, de quo Panætium addubitare dicebant, ut ad extremum* omnis mundus ignesceret, *cum* consumto humore *&c.* DAVIS.

1. *Loquitur Plato. Partes orbis nunc inundare dicit*] Ita distinguendum erit, si retinenda videatur hæc scriptura vetus. Ceterum, malim notam & familiarem Minucio loquendi formam servari, detracto inutili verbo, *dicit*, in hunc modum: *Loquitur Plato partes orbis nunc inundare, alternis vicibus ardescere*. RIGALTIUS. ---. Lenior erit medicina, si, addita particula copulante, legamus: *Loquitur Plato, & partes orbis nunc inundare dicit*. Cyprianus *de Unit. Eccl.* p. 109. *Loquitur* ET *dicit scriptura divina*. Hieronymus *adv. Vigilant.* tom. IV. col. 288. *De quibus argumentaris* ET *dicis*. Non aliter passim veteres Ecclesiæ scriptores. DAVIS.

2. *Deo soli, & solubilem, & esse mortalem*] Transposita vocula, lege: *Deo soli & solubilem* ESSE, ET *mortalem* DAVIS.

3. *Mimico vitio digna ista sententia est*] Sic est in exemplari. *Mimico vitio*, hoc est, mimico more, nempe, risus undecumque captandi. Huncce morem Minucius austeritate Christiana *vitium* vocat, & opponit *mimicum vitium philosophi studio*. Quod in quibusdam editionibus reperitur, *mimi convicio*, aptius respondere videatur philosophi studio. Sed recte ait Minucius sententiam istam, animas hominum in pecudum & bestiarum corpora redituras, dignam esse *mimico vitio*: nam inter alia mimicæ artis vitia, illud est sane turpissimum, quod sæpe mimi pecudum & belluarum formas induunt. Tertullianus *Apol.* cap. XLVIII. *Multis etiam jocis ex otio opus erit, si velimus ad hanc partem lascivire: quis in quam bestiam reformari videretur*. RIGALT. --- Frustra laborat Rigaltius, qui hanc lectionem vindicare Minucio studet. Vera omnino scriptura est *mimi convicio*, quæ exhibetur ab edit. Rom. Elmenh. Wovver. Cellar. probaturque Jac. Gronovio. Minucii mens est, sententiam illam de transmigratione animarum non dignam esse, de qua philosophus cogitare diligentius debeat; sed adeo ridiculam, ut vel mimo in theatro delectandorum hominum materiam præbere possit. Opportune heic Elmenhorstius illud Lactantianum VII. 12. adtulit. *Sententia deliri hominis ridicula, mimo dignior quam schola fuit*. Vox *convicii* tibi admodum huic loco apta videbitur, si Manutii observationem legeris ad illa Ciceronis *ad divers.* IX. 16. *Nunc venio ad jocationes tuas, quum tu secundum Oenomaum Accii, non ut olim solebat, Atellanum, sed ut nunc fit, mimum introduxisti*. GRUNER. l. c. pag. 250.

4. *Nihil esse post obitum*] Loquitur auctor cum vulgo, qui res quæ inconspicuæ sunt factæ, in nihilum redigi existimat. Certe *mortuos* Latini, *fuisse*; Græci vero μηκέτ' εἶναι passim dictitant. Non est igitur cur cum Dupinio *Bibl. eccl. script.* tom. I. p. 119. edit. Amst. arbitremur, D Minucium iis adsensisse, qui cum corpore simul animam mori censuerunt: nam de sola carne loquitur noster scriptor; cui præivit Tertullianus *Apol.* cap. 48. *Quomodo, inquis, dissoluta materia exhiberi potest? Considera temet ipsum, homo, & fidem rei invenies. Recogita quid fueris, antequam esses. Utique nihil: meminisses enim, si quid fuisses*. QUI ERGO NIHIL FUERAS, PRIUSQUAM ESSES; IDEM NIHIL FACTUS QUUM ESSE DESIERIS, CUR NON POSSIS RURSUS ESSE DE NIHILO, *ejusdem auctoris voluntate qui te voluit esse de nihilo?* cet. Septimius tamen *animam in primis immortalem tuens, solius carnis & defectionem agnoscit, & refectionem cum maxime adserit*, ut ait ipse *de resurr. carn.* cap. 2. Vide & ejusdem libri cap. 18. DAVIS.

5. *Semina non nisi corrupta revirescunt*] Nostro præivit D. Paullus I. *Cor.* XV. 36. Clemens quoque Romanus Epist. I. cap. 24. Vide Tertull. *Apol.* cap. 48. & *de resurr. carn.* cap. 12. IDEM.

6. *Quanto judicium tardum*] Pro eo quod est *magis tardum*: E nam ista particula non raro subauditur, ut ostendimus ad caput V. Sic & μᾶλλον apud Græcos. IDEM.

7. *De Stygia palude*] Cur quæso noster *igneum flumen* suo nomine non exprimit, quum *Stygiam paludem* eo nomine sit dignatus? Sed res facile potest in recta luce collocari. Voces illæ *de Stygia palude* pro glossemate sunt habendæ. Scripserat Minucius: *admonentur homines --- illius ignei fluminis* (Pyriphlegethontem significat) *& sæpius ambientis ardoris*. Ne vero lectorem fugeret, qui sit *ardor* ille *sæpius ambiens*, ad oram libri scripsit Notarius, agi *de Stygia palude*: quæ verba, ut fieri solet, in orationis contextum postea sunt recepta. De fluviis inferorum vide Platonis *Phædonem* p. 400. & Arnobium lib. II. p. 52. IDEM.

8. *Jurat religiose*] --- ὅς τε μέγιστος ὅρκος δεινότατός τε πέλει μακάρεσσι θεοῖσι. (Iliad. O. 37.) RIGALT.

9. *Illic sapiens ignis*] Sapientissimi artificis jussa exsequens: a sapientissimo artifice datus. IDEM.

10. *Ignes Aetnæ montis, & Vesuvii montis*] Ita edidere Sabæus & Gelenius ex mss. lectione, quæ teste Rigaltio sic

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



montis, & Vesuvii montis, & ardentium ubique terrarum flagrant, nec erogantur: ita pœnale illud incendium non damnis ardentium pascitur, sed inexesa corporum laceratione nutritur. Eos autem merito torqueri qui Deum nesciunt, ut impios, ut injustos; nisi profanus, [1] nemo deliberat: cum parentem omnium & omnium dominum non minoris sceleris sit ignorare, quam lædere. Et [2] quamquam imperitia Dei sufficiat ad pœnam, ita ut notitia prosit ad veniam; tamen si vobiscum Christiani comparemur, [3] quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est, multo [4] tamen vobis meliores deprehendemur. Vos enim adulteria prohibetis, & facitis; nos uxoribus nostris solummodo [5] viri nascimur. Vos scelera admissa punitis; apud nos & cogitare peccare est. Vos, conscios timetis; nos etiam conscientiam solam, sine qua esse non possumus. Denique de vestro numero carcer exæstuat: Christianus ibi nullus, nisi aut reus suæ religionis, aut profugus.

XXXVI. Nec de fato quisquam [6] aut solatium captet, aut excuset: [7] eventum sit sortis fortunæ; mens tamen libera est: & ideo actus hominis, [8] non dignitas judicatur. Quid enim aliud est fatum, quam quod de unoquoque nostrum Deus fatus est? qui, cum possit præscire materiam, pro meritis & qualitatibus singulorum etiam fata determinat. Ita in nobis non genitura plectitur, sed ingenii natura punitur. Ac de fato satis, vel si pauca pro tempore, [9] disputaturi alias & uberius & plenius. Ceterum, quod plerique pauperes dicimur, non est infamia nostra, sed gloria. Animus enim, ut luxu solvitur, ita frugalitate firmatur. Et tamen quis potest pauper esse, qui non eget? qui non inhiat alieno? qui Deo dives est? Magis pauper ille est, qui, cum multa habeat, plura desiderat. Dicam tandem quemadmodum sentio: nemo tam pauper potest esse, quam natus est. Aves sine patrimonio vivunt, & in diem [10] pecua pascuntur: & hæc nobis tamen nata sunt: [11] quæ omnia, si non concupiscimus, possidemus. Igitur ut qui viam terit eo felicior, quo levior incedit: ita beatior in hoc itinere vivendi, qui paupertate se sublevat, non sub divitiarum onere suspirat. Et tamen facultates, si utiles putaremus, a Deo posceremus. Utique indulgere posset aliquantum, cujus est totum. Sed nos contemnere malumus opes, quam continere. Innocentiam magis cupimus, magis patientiam flagitamus; malumus nos bonos esse, quam prodigos. Et quod [12] corporis humana vitia sentimus & patimur, non est pœna; militia est. Fortitudo enim infirmitatibus roboratur; & calamitas sæpius disciplina virtutis est: vires denique & mentis & corporis sine laboris exercitatione torpescunt. Omnes adeo vestri viri fortes quos in exemplum prædicatis, ærumnis suis inclyti floruerunt. Itaque & nobis Deus nec non potest subvenire, nec despicit; cum sit & omnium rector, & amator suorum: sed in adversis unumquemque explorat & examinat; ingenium singulorum periculis pensitat; usque ad extremam mortem voluntatem hominis sciscitatur, nihil sibi posse perire securus. Itaque ut aurum ignibus, sic nos discriminibus arguimur.

XXXVII. Quam pulchrum spectaculum Deo, cum Christianus cum dolore congreditur? cum adversum minas & supplicia & tormenta compo-

se habet: *hennei montis & lesui montis*. Vocem *montis* utrobique glossema censent Wovverus aliique; nemo enim, inquiunt, nescit esse montes Aetnam & Vesuvium. Quæ quidem sententia minus probatur Davisio: nam ita locutus quoque Lucretius lib. VI. p. 802.

---------- *Per fauces* montis *ut* Aetnæ
Exspirent ignes interdum turbine tanto.

Sic & Justinus lib. IV. cap. I. 5. Aetnæ montis *per tot secula durat incendium*; qui etiam ejusdem cap. §§. 11. & 14. *perpetuos* Aetnæ montis *ignes* memorat. Retinendam item geminatam *montis* vocem existimat Jac. Gronovius; sed alteram loco motam ita restituit: *Aetnæ montis & montis Vesuvii*. Sic enim solet Minucius, ut mox *Parentem omnium & omnium dominum*. Et cap. V. *Cælum ipsum & ipsa sidera*. Optime.

1. *Nemo deliberat*] Dubitat. Deliberant enim dubitantes quid faciendum sit. Adde infra cap. 38. CELLAR.

2. *Et quamquam imperitia ---- ita ut notitia*] Meursius ita rescribit: *Et quamquam ut imperitia ---- ita notitia*. Gelenius vero, vocula omissa, edidit: *Et quamqaam imperitia Dei sufficiat ad pœnam, ita notitia prosit ad veniam*. Davisio vero legendum videtur. UTI *& notitia prosit ad veniam*.

3. *Quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est*] Id est, quamvis nostrorum nonnulli disciplinam nostram minus curiose observant. HERALDUS.

4. *Tamen*] Sic MS. quod veteres pro *tandem* usurpaiunt. Vide Nonium de varia verborum significatione. MEURSIUS.

5. *Viri nascimur*] Wowerus immerito reponit, *viri noscimur*. Tertullianus *Apolog.* cap. XLVI. *Christianus uxori suæ soli masculus nascitur*. DAVIS.

6. *Aut solatium captet, aut excuset: eventum sit sortis fortunæ*] Petrus Faber *Semestr.* lib. III. cap. 22. p. 367. verborum trigam glossematis damnat, locumque sic corrigit: *Nec de fato quisquam aut solatium captet, aut excuset fortunam*. (Sic & Wovverus.) Vero propius Jac. Gronovius rescribit: *Aut solatium captet, aut excuset eventum. Sint sortes fortunæ*. Equidem lubens, immisso pronomine reciproco, legerem: *Nec de fato quisquam aut solatium captet, aut* SE *excuset. Eventum sit sortis fortunæ*. Sensus est commodus, & ejusmodi particulæ non difficulter excidunt. IDEM.

7. *Eventum sit sortis fortunæ*] Ita MS. Et longe melius illis qui *fortis Fortunæ* legunt. Nullus enim hujus Romanorum deæ heic locus; sed loquitur jam Minucius ex eorum mente, qui unicuique suam Fortunam ex Astrologia ἀποτελεσματικῇ, sive judiciaria, assignabant, qua totius hominum vitæ cursus moderaretur. Hæc dicebatur *Sors Fortunæ*, sive ὁ κλῆρος τῆς τύχης. De sorte vero Fortunæ videatur Scaliger ad lib. II. Manilii *Astronom.* Seldenus item *de Dis Syris* Syntagm. I. cap. I. uti & Salmasius *de Annis Climactericis*. OUZELIUS.

8. *Non dignitas judicatur*] Non capio, quid huc faciat *dignitas*. Minucius adversus Astrologos disputat, qui pro variis planetarum *adspectibus* & *conjunctionibus*, fata nascentium definita fuisse statuerunt. Repono, quod olim Cl. Ferrerio placuit, *non* NATIVITAS *judicatur*. Paullo post: *In nobis non* GENITURA *plectitur, sed ingenii natura punitur*. Vide Petri Fabri *Semestr.* lib. III. cap. 33. DAVIS.

9. *Disputaturi alias & uberius & plenius*] In MS. scriptum est, *verius*. Quod est *uverius*, pro *uberius* ut cap. XXI. *veribus*, pro *uberibus*. RIGALTIUS.


10. *Pecua pascuntur*] MS. *pàscua pascuntur*, unde receptam lectionem extudit Des. Heraldus, &, ut mihi quidem videtur, rectissime: *nam* pecua & pecuda, *ita ut* pecora *veteres dixerunt*, ut exemplis ostendit Nonius Marcellus cap. 2. Hinc Cato apud Gellium N. A. lib. VII. cap. 3. *Siquis majorem* pecuum *numerum habere voluerit*. Livius lib. XXXV. cap. 20. *In agris passim inundatis* pecua *ablata*. Vide & Prudentium *Peristeph.* Hymn. X. 333. DAVIS.

11. *Quæ omnia, si non concupiscimus, possidemus*] Multo erit concinnior sententia, si legas *qui omnia* &c. PERIZONIUS.

12. *Corporis humana vitia*] Idem valet ac *corporis humani vitia*. Lucretius lib. II. p. 109.

---- *Melibœaque fulgens*.
Purpura Thessalico concharum *tincta* cruore.

Hoc est, Thessalicarum concharum cruore. Neque aliter Propertius lib. IV. *Eleg.* VIII. 23. & Statius in *Epith. Stellæ & Violantillæ*, vs. 191. Pariter etiam solutæ orationis scriptores. Novatianus *de Trin.* cap. XXII. al. XVII. *Deum humanam conditionis fragilitatem suscipere non recusavit*, pro humanæ conditionis fragilitate. Cyprianus *de Mortal.* pag. 164. edit. Oxon. *Ad regnorum cælestem claritatem*, pro regnorum cælestium claritate. DAVIS.



nitur? cum strepitum mortis & horrorem carnificis [1] irripiens inculcat? cum libertatem suam adversus reges & principes erigit? soli Deo, cujus est, cedit? cum triumphator & victor, [2] ipsi qui adversum se sententiam dixit, insultat? vicit enim, qui quod contendit, obtinuit. Quis non miles sub oculis imperatoris audacius periculum provocet? nemo enim præmium percipit ante experimentum: & imperator tamen, quod non habet, non dat: non potest propagare vitam, potest honestare militiam. At enim Dei miles nec in dolore deseritur; nec morte finitur. Sic Christianus miser videri potest, non potest inveniri. Vos ipsi calamitosos viros fertis ad cælum, Mucium Scævolam, qui cum erraffet in regem, [3] periisset in hostibus, nisi dexteram perdidisset. Et quot ex nostris non dexteram solum, sed totum corpus uri, cremari, sine ullis ejulatibus pertulerunt, cum dimitti præsertim haberent in sua potestate? Viros cum Mucio, vel cum Aquilio, aut Regulo comparo? Pueri & mulierculæ nostræ cruces & tormenta, feras & omnes suppliciorum terriculas inspirata patientia doloris illudunt. Nec intelligitis o miseri, neminem esse, qui aut sine ratione velit pœnam subire, aut tormenta sine Deo possit sustinere. Nisi forte vos decipit, quod Deum nescientes divitiis affluant, honoribus floreant, polleant potestatibus. Miseri! in hoc altius tolluntur, ut decidant altius. Hi enim ut victimæ ad supplicium saginantur, ut hostiæ ad pœnam coronantur. In hoc adeo quidam imperiis ac dominationibus eriguntur, ut ingenium eorum perditæ mentes licentia potestatis libere nundinentur. Absque enim notitia Dei, quæ potest esse solida felicitas? cum mors sit, somnio similis: antequam tenetur, elabitur. Rex es? tam times, quam timeris: & quamlibet sis multo comitatu stipatus, ad periculum tamen solus es. Dives es? sed fortunæ male creditur; & magno viatico breve vitæ iter non instruitur, sed oneratur. Fascibus & purpuris gloriaris? vanus error hominis & inanis cultus dignitatis, fulgere purpura, mente sordescere. Nobilitate generosus es? parentes tuos laudas? omnes tamen pari sorte nascimur, sola virtute distinguimur. Nos igitur qui moribus & pudore censemur, merito malis voluptatibus & pompis vestris & spectaculis

A abstinemus, quorum & de sacris originem novimus, & noxia blandimenta damnamus. Nam in ludis Curulibus quis non horreat populi in se rixantis insaniam? in gladiatoriis, homicidii disciplinam? in scenicis etiam [4] non minor furor, & turpitudo prolixior. Nunc enim mimus vel exponit adulteria, vel monstrat: nunc enervis histrio amorem dum fingit, infligit. Idem deos vestros, induendo stupra, suspiria, odia, dedecorat. Idem simulatis doloribus lacrymas vestras vanis gestibus & nutibus provocat. Sic homicidium in vero flagitatis, in mendacio fletis.

XXXVIII. Quod vero sacrificiorum reliquias, B & pocula delibata contemnimus: non confessio timoris est, sed veræ libertatis assertio. Nam etsi omne quod nascitur, ut inviolabile Dei munus nullo opere corrumpitur; abstinemus tamen, ne quis existimet aut dæmoniis quibus libatum est, cedere, aut nostræ religionis pudere. Quis autem ille, qui dubitat vernis indulgere nos floribus, cum [5] capiamus & rosam veris, & lilium, & quidquid aliud in floribus blandi coloris & odoris est? his enim & sparsis utimur mollibus ac solutis, & sertis colla complectimur. Sane quod caput non coronamus, ignoscite. Auram boni floris naribus ducere, non occipitio capillisve solemus haurire. Nec mortuos coronamus. Ego C vos in hoc magis miror, [6] quemadmodum tribuatis exanimi aut non sentienti facem, aut non sentienti coronam: cum & beatus non egeat, & miser non gaudeat floribus. [7] At enim nos exsequias adornamus eadem tranquillitate qua vivimus, nec adnectimus arescentem coronam, sed a Deo [8] æternis floribus vividam sustinemus; [9] quieti, modesti, Dei nostri liberalitate securi, spem futuræ felicitatis, fide præsentis ejus majestatis animamur. Sic & beati resurgimus, & futuri contemplatione jam vivimus. Proinde Socrates scurra Atticus viderit, nihil se scire confessus, testimonio licet fallacissimi dæmonis gloriosus: Arcesilas quoque, & Carneades, & Pyr- D rho, & omnis Academicorum multitudo deliberet: Simonides etiam in perpetuum comperendinet. Philosophorum supercilia contemnimus, quos corruptores & adulteros novimus & tyrannos, & semper adversus sua vitia facundos. Nos non

1. *Irripiens inculcat*] Recentiores ediderunt *irridens insultat*. Nos autem ms. lectionem repræsentandam censuimus, licet ea non usquequaque sana videatur. Levi mutatione rescripserim ARRIPIENS *inculcat*. Respicit, ut credo, Minucius ad exempla Martyrum, qui moras urgere carnificis, & bestias ad se trahere consueverunt. Vide Cotelerium in Ignatii Epist. ad Romanos cap. v. De verbo posteriore diximus ad hujusce libri cap. XXIII. DAVIS. ---- Davisianum *inculcat* merito restitutum videtur: nam paullo post recurrit *insultat*. Cujus quidem vocis repetitionem, paucis interiectis, adhibitam a Minucio haud existimarim.

2. *Ipsi, qui adversum se sententiam dixit, insultat*] In exemplari: *ipsi qui adversum se sententiam dixit stultat*. RIGALTIUS.

3. *Periisset in hostibus*] Apud hostes, In hostico. IDEM.

4. *Non minor furor & turpitudo prolixior*] In exemplari legitur, *Non minor furore turpitudo prolixior*. Quod minime spernendum est: etsi in eodem MS. sæpe coalescant hujusmodi syllabæ. *Furore turpitudo*, pro *Furor & turpitudo*. IDEM.

5. *Capiamus & rosam*] Leg. *carpamus & rosam*. Quod etiam vellit Godesc. Stevvechius ad Apuleii *Metam.* lib. x. p. 382. Virgilius *Eclog.* IX. 50.

Insere, Daphni, pyros; carpent *tua poma nepotes*.

Sic & Ovidius *Fast.* IV. 442. Vide Nonium cap. IV. DAVIS.


6. *Quemadmodum tribuatis --- coronam*] Ita edit. Rom. & ms. Reg. Alii aliter. Ego vero, deleta posteriore particula negante correxerim; *quemadmodum tribuatis exanimi, aut non sentienti facem*, (fax enim non nisi videntium commodis servit) *aut sentienti coronam*. Rationem subjicit ipse Minucius: *cum & beatus non egeat, & miser non gaudeat floribus*. DAVIS. ---- Rescribo: *Ego vos in hoc magis miror, quemadmodum tribuatis exanimi (aut sentienti facem, aut non sentienti coronam); quum & beatus* cet. Sententia hæc est: Ego vos in hoc, quod nimirum mortuos coronatis, magis miror, quemadmodum tribuatis id exanimi (quem necesse est aut sentire facem qua cremare E soletis, aut non sentire coronam qua honestare putatis;) quum mortuus, si beatus sit, non egeat; sin miser, non gaudeat floribus. GRUNER. l. c. pag. 251.

7. *At enim nos exsequias adornamus*] Ita Heraldus ex regio MS. & Meursius. Vulgo *adoramus*, quod interpretantur *facimus*, quia Festus dixerit: *Adorare apud antiquos significabat Agere*. Sed nec ille exemplis probavit; neque si probasset, certum inde foret, Minucium ἀρχαϊκῶς, quam cum Latinis suæ & superioris ætatis, quanta nota est, loqui maluisse. CELLAR.

8. *Æternis floribus vividam sustinemus*] *Sustinemus*, exspectamus. Sic sæpe apud Tertullianum & alios. RIGALT.

9. *Quieti, modesti, — animamur*] In vett. editis legitur: *qui & modesti Dei nostri liberalitate, securi spe futuræ felicitatis, fide præsentis ejus majestatis animamur*. Prorsus invenuste. Nos V.C. Nic. Rigaltium secuti sumus, licet ex omni parte Minucium vix emendarit. Omnino scribendum: *Dei nostri liberalitate securi*, IN SPEM *futuræ felicitatis, fide præsentis ejus majestatis animamur*. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 222.



habitu sapientiam, sed mente præferimus: non eloquimur magna, sed vivimus: gloriamur nos consecutos, quod illi summa intentione quæsiverunt, nec invenire potuerunt. Quid ingrati sumus? quid nobis invidemus, si [1] veritas divinitatis nostri temporis ætate maturuit? Fruamur bono nostro, & recti sententiam temperemus: cohibeatur superstitio, impietas expietur, vera religio reservetur.

XXXIX. Cum Octavius peroraſſet, aliquamdiu nos ad silentium stupefacti, [2] intentos vultus tenebamus. Et, quod ad me est, magnitudine admirationis evanui, quod ea, quæ facilius est sentire quam dicere, & argumentis & exemplis & lectionum auctoritatibus adornaſſet, & quod malevolos iisdem illis quibus armantur, philosophorum telis retudiſſet: ostendiſſet etiam veritatem non tantummodo facilem, sed & favorabilem.

XL. Dum istæc igitur apud me tacitus evolvo, [3] Cæcilius erupit: Ego Octavio meo plurimum quantum, sed & mihi, gratulor, nec exspecto sententiam. Vicimus; [4] & ita, ut improbe usurpo victoriam: nam ut ille mei victor est, ita ego triumphator erroris. Itaque quod pertineat ad summam quæstionis, & de providentia fateor, & [5] Deo cedo, & de sectæ jam nostræ sinceritate consentio. Etiam nunc tamen aliqua consubsidunt non obstrepentia veritati, sed perfectæ institutioni necessaria; de quibus crastino (quod jam sol occasui declivis est) [6] ut de toto congruentius, promtius requiremus.

XLI. At ego, inquam, prolixius, omnium nostrum vice gaudeo, quod etiam mihi Octavius vicerit, cum maxima judicandi mihi invidia detracta sit. Nec tamen poſſum meritum ejus verborum laudibus repensare: testimonium & hominis & unius infirmum est: habet Dei munus eximium, a quo & inspiratus [7] oravit, & obtinuit adjutus. Post hæc læti, hilaresque discessimus: Cæcilius quod crediderit: [8] Octavius gaudere quod vicerit: ego & quod hic crediderit, & hic vicerit.

1. *Veritas divinitatis nostri temporis ætate maturuit*] Nato inter homines Christo. RIGALT. —— Hæc scriptura V.C. Jac. Gronovio satis non facit: cui proinde legendum videtur, *nostri temporis* ÆSTATE. Sed eadem opera reponi potuit *meſſis divinitatis*. Ego sane nullus intelligo, quei *divinitas* æstate magis quam hieme maturescat. Omnino legendum: *Veritas divinitatis nostri temporis ætate* INNOTUERIT. Certe locutio parum Latina nequit haberi. Ovidius *Metam.* XV. 834.

—— *Inque futuri*
Temporis ætatem.

Idem *Fast.* I. 151.

—— *Tunc est nova temporis ætas.*

Sulpicius Severus vit. S. Martini cap. XX. *Ut est nostrorum ætas temporum.* DAVIS.

2. *Intentos vultus tenebamus*] Ita est in MSto, & recte quidem. Cæsar lib. VII. B. G. cap. 80. *Omnium militum* intenti animi *pugnæ eventum exspectabant*. Joan. quidem Meursius reponit *intenti vultus tenebamus*; eumque in suis editt. sequuntur Ouzelius, Cellarius & Gronovius. Et sane Virgilius *Æn.* II. 1. dixit:

Conticuere omnes, intentique *ora tenebant*.

Ubi Servius ait: tenebant, *habebant, ut sit figura, & intelligamus*, ora intenta habebant. Haud igitur culpandus est Minucius, quod magis tritam loquendi rationem adhibeat. IDEM.

3. *Cæcilius erupit*] Editt. *sic erupit*. Sed ex fide unici Mſ. illam particulam delevi, utpote minime neceſſariam. Supra cap. XVI. *Quoniam meus frater* erupit *ægre se ferre*. Petronius *Satir.* cap. LXXIII. *Ancilla restitans in hæc* erupit. Vide Donatum ad Terentii *Eunuch.* Act. III. Sc. V. 2. IDEM.

4. *Et ita, ut improbe usurpo victoriam*] Vulgg. *& ita, ut improbus*. Nos autem Mſ. lectionem retinuimus. Petrus Scriverius rescripsit: *Vicimus eja, ut improbe usurpo victoriam*. Jac. autem Gronovius ingeniose reponebat: *Vicimus, & ita haud improbe*: cui quidem emendationi lubens adsentirer, nisi quod vox *ita* plane videatur otiosa. Mihi placet: *Vicimus, & haud improbe usurpo victoriam*. IDEM. —— Heumannus in *Differtt. Syllog.* tom. I. part. II. pag. 483. *Vicimus. Et ita, nec improbe, usurpo victoriam.*

5. *Deo cedo*] Alii volunt *Deo credo*; sed retinuimus exemplaris lectionem, quæ recta est. Noster supra cap. XXXVIII. *Ne quis existimet aut dæmoniis, quibus libatum est,* cedere: ubi perperam itidem Joan. Meursius rescribit *credere*. Prudentius *Perist.* Hymn. X. 960.

Probatis cede *jam miraculis.*

Rursus in Symmach. lib. II. vers. 3.

Diximus & nostro Romam jam cedere *Christo*.

Sic & *confessæ* cedere *veritati* dixit Arnobius lib. VI. p. 197. DAVIS.

6. *Ut de toto congruentius*] Nam in iis tota erit nostra disputatio crastina. Satis est quod hodie obtinuerimus, id quod erat propositi caput. RIGALTIUS.

7. *Oravit*] Peroravit: causam egit. Vide Festum in *orare* & *oratores*. DAVIS.

8. *Octavius gaudere*] Vel ultima vox cum Fulv. Ursino prorsus est expungenda: vel, verbis transpositis, legendum: *Cæcilius, quod crediderit, gaudere: Octavius, quod vicerit.* Hoc ultro fatebuntur elegantiarum Latinarum peritiores. IDEM.



INDEX CAPITUM
Dialogi OCTAVIUS inſcripti,
M. MINUCII FELICIS.
ARGUMENTUM.

In hoc Dialogo Cæcilius inducitur ethnicis ſuperſtitionibus addictus, qui patrium & avitum deorum cultum a nemine deſerendum, variis rationibus probare conatur: neque ulli eſſe anxie de religione inquirendum; ſed antiquam retinendam, novam repudiandam. Contra vero Octavius qui impio illo cultu rejecto, Chriſtianæ profeſſioni nomen cum Minucio Felice dederat, omnia Cæcilii argumenta ſic funditus evertit, tantiſque rationum momentis Chriſtianæ religionis veritatem demonſtrat, ut Cæcilius graviſſima diſputatione fractus ac plane convictus, veram religionem læto gratantique animo fuerit amplexatus. Ac primum quidem Cæcilii ſermonem pro deorum cultu exponit auctor. Deinde vero Octavii reſponſionem ad ſingula orationis Cæcilianæ membra ſubinfert.

408 *nare, superfluum & inutile censent. Eadem etiam tranquillitate qua vivunt, sepeliunt mortuos, coronam æternæ felicitatis certissima spe exspectantes. Vera igitur eorum religio, rejectis Gentilium superstitionibus, ab omnibus est suscipienda.* 403

XXXIX. *Hæc porro quum perorasset Octavius, Minucius & Cæcilius aliquamdiu ad silentium stupefacti, intentos vultus tenebant. Et Minucius quidem in Octavii admirationem raptus conticuit, apud se tacitus illa evolvens quæ audierat.* 404

XL. *Cæcilius vero exclamavit se ab Octavio victum, nunc erroris esse victorem, Christianamque religionem jam tum profiteri: dilata interim in diem crastinum pleniore fidei mysteriorum institutione.* ibid.

XLI. *Postremo, læti omnes hilaresque discedunt: Cæcilius, quod crediderit: Octavius, quod vicerit: Minucius autem quod ille crediderit, & hic vicerit.* ibid.



S. HIPPOLYTI

EPISCOPI ET MARTYRIS,

QUÆ SUPERANT OPERA ET FRAGMENTA,

Primum a Joanne Alberto Fabricio congesta:

Nunc demum

DISTRIBUTA, RECENSITA ATQUE ILLUSTRATA.

PARS I.

VETERUM TESTIMONIA
DE
S. HIPPOLYTO
EPISCOPO ET MARTYRE.

I.

S. Anatolius *Laodicenſis epiſcopus in præfat. ad* Canonem Paſchalem.

Apud Ægidium Bucherium *de* Doctr. temp. *pag.* 439.

NAm & in veteribus exemplaribus, id eſt Hebræis & Græcis voluminibus, non tantum Lunæ curſum, ſed etiam Solis non ſolum greſſus, ſed & ſingula ac minutiſſima horarum momenta, quæ in ſuo tempore, cum ratio popoſcerit, proferemus, invenimus computata. E quibus Hippolytus xvi. annorum Circulum quibuſdam ignotis Lunæ curſibus compoſuit. Alii xxv. alii xxx. nonnulli lxxxxiv. annorum Circulum computantes, numquam ad veram Paſchæ computandi rationem pervenerunt. Verum majores noſtri, Hebræorum A & Græcorum librorum periſſimi (Iſidorum & Hieronymum, & Clementem dico) licet diſſimilia menſium principia pro diverſitate linguæ ſenſerint; tamen ad unam eamdemque Paſchæ certiſſimam rationem, die & Luna & tempore convenientibus, ſumma veneratione Dominicæ Reſurrectionis, conſenſerunt. Sed & Origenes omnium eruditiſſimus, & Calculi componendi perſpicaciſſimus (quippe qui & χαλκεντὴς vocatus) Libellum de Paſcha luculentiſſime edidit.

II.

Eusebius, Hiſt. eccl. *lib.* vi. *cap.* xx.

Rufino *interprete*.

Florebant autem per idem tempus (*regnante Geta, Macrino* &c.) plurimi diſertiſſimi in Eccleſiis viri, quarum epiſtolas quas ad ſe invicem dabant, reperimus in Hieroſolymorum bibliotheca, ad nos uſque ſervata, quam conſtruxerat vir eruditiſſimus de quo ſuperius memoravimus, Alexander loci ipſius epiſcopus ..... Erat inter ceteros & Beryllus ſcriptorum præcipuus, qui & ipſe diverſa opuſcula dereliquit. Epiſcopus fuit hic C apud Boſtram, Arabiæ urbem maximam. Erat nihilominus & Hippolytus, qui & ipſe aliquanta ſcripta dereliquit epiſcopus.

B Ἤκμαζον δὲ κατὰ τοῦτο πλείους λόγιοι καὶ ἐκκλησιαστικοὶ ἄνδρες· ὧν καὶ ἐπιστολὰς, ἃς πρὸς ἀλλήλους διεχάραττον, ἔτι νῦν σωζομένας εὑρεῖν εὔπορον. αἳ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐφυλάχθησαν ἐν τῇ κατὰ τὴν Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ, πρὸς τοῦ τηνικάδε τὴν αὐτόθι διέποντος ἐκκλησίαν Ἀλεξάνδρου ἐπισκευασθείσῃ . . . . . Τούτων Βήρυλλος σὺν ἐπιστολαῖς καὶ συγγράμμασι, διαφόρους φιλοκαλίας C καταλέλοιπεν. Ἐπίσκοπος δ' οὗτος ἦν τῶν κατὰ Βόστραν Ἀράβων. ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος, ἑτέρας που [1] καὶ αὐτὸς προεστὼς ἐκκλησίας.

B H. Valesio *interprete*.

Eadem tempeſtate multi eccleſiaſtici viri doctrina excellentes florebant: quorum epiſtolas quas ad ſe viciſſim ſcripſerunt, hactenus aſſervatas facile eſt reperire. Exſtant enim noſtra quoque ætate in bibliotheca Æliæ urbis, ab Alexandro eccleſiæ illius epiſcopo conſtructa ..... Inter hos fuit Beryllus Boſtrenorum in Arabia epiſcopus, qui præter epiſtolas & lucubrationes, C varia quoque elegantis ingenii monumenta dereliquit. Similiter & Hyppolytus, alterius cujusdam eccleſiæ epiſcopus.

Idem *ibid. lib.* vi. *cap.* xxii.

Rufinus.

In illis diebus Hippolytus de quo ante memoravimus, inter cetera ſcripta ſua libellum de Paſcha ſcriptum edidit: in quo cum deſcriptionem quamdam faceret de ſedecim annorum Circulo, qui in D Paſchæ ratione obſervari ſolet, neſcio quam ſupputationem ſecutus, univerſa tempora intra primum Alexandri imperatoris annum concludit. Sed & alii ejus libelli pervenerunt ad nos, id eſt in Hexaemeron, & ea quæ poſt Hexaeme-

Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ τὸ περὶ τοῦ Πάσχα πεποίηται σύγγραμμα· ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, D καί τινα κανόνα ἑκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα [2] προθεὶς ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος παντοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. Τῶν δὲ λοιπῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ἐστὶ τάδε· εἰς τὴν ἑξαήμερον· εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμε-

Valesius.

Eodem tempore & Hippolytus inter plurima alia ingenii ſui monumenta, librum de Paſcha compoſuit: in quo temporum ſeriem deſcribens, & Canonem quemdam D Paſchalem per ſexdecim annorum circulum exhibens, anno primo imperatoris Alexandri computationem temporum circumſcribit. Ex reliquis autem illius ſcriptis, hæc ſunt quæ ad notitiam noſtram pervenerunt. In opus ſex dierum. In ea quæ poſt ſex dies conſecuta

1. Rufinus ἑτέρας retulit ad φιλοκαλίας, non ad ἐκκλησίας, ut rectius fecit *Hieronymus*, cujus locum ex Catalogo ſcriptorum Eccleſ. habes infra. Pro ἐκκλησίας alii legunt παροικίας, ut Jo. Langus ad Nicephori V. 15. qui verbis Euſebii addit, Hippolytum Πόρτα Ῥώμης fuiſſe epiſcopum; quod Euſebius & Hieronymus ignorarunt, & qui Hieronymi inſiſtunt veſtigiis juniores Latini etiam infimæ ætatis, ut Vincentius Bellovacenſis lib. xii. ſpeculi Hiſtorial. c. 30.

2. In cod. Medic. legitur προσθεὶς, male ut opinor, Vales.

RUFINUS.

ron scripta sunt, & contra Marcionem & in Canticum Canticorum, & in partem quamdam Ezechielis Prophetæ, & contra omnes hæreses. Sed & alia apud alios opuscula ejus inveniri certum est.

A ρον· πρὸς Μαρκίωνα· εἰς τὸ ᾆσμα· εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιήλ· περὶ τοῦ πάσχα· πρὸς ἁπάσας τὰς αἱρέσεις, πλεῖστά τε ἄλλα καὶ παρὰ πολλοῖς ἂν εὕροις ἂν σωζόμενα.

A VALESIUS.

sunt. Adversus Marcionem. In Canticum Canticorum. In capita quædam Ezechielis. De Pascha. Adversus omnes hæreses. Sed & alia plurima apud alios asservata licet reperire.

IDEM *in* Chronico *ad annum* MMCCXLIII.

Geminianus presbyter Antiochenus, & HIPPOLYTUS, & Beryllus episcopus Arabiæ Bostrenus, clari scriptores habentur.

III.

S. HIERONYMUS *lib.* de Viris illustr. *cap.* LXI. *cum vetere interprete Græca.*

HIPPOLYTUS cujusdam Ecclesiæ episcopus (nomen quippe urbis scire non potui) rationem Paschæ temporumque Canones scripsit usque ad primum annum Alexandri Imperatoris, & sedecim annorum circulum, quem Greci ἑκκαιδεκαετηρίδα vocant, reperit; & Eusebio qui super eodem Pascha, canonem, decem & novem annorum circulum, id est, ἐννεακαιδεκαετηρίδα composuit, occasionem dedit. Scripsit nonnullos in Scripturas commentarios, e quibus hos reperi: in Hexaemeron, & in Exodum, in Canticum Canticorum, in Genesin, & in Zachariam: de Psalmis, & in Esaiam, de Daniele, de Apocalypsi, de Proverbiis, de Ecclesiaste, de Saul & Pythonissa, de Antichristo, de Resurrectione, contra Marcionem, de Pascha: adversus omnes hæreses, & * προσομιλίαν de laude Domini Salvatoris, in qua præsente Origene se loqui in Ecclesia significat. In hujus æmulationem Ambrosius, quem de Marcionis hæresi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenem in Scripturas commentarios scribere, præbens ei septem & eo amplius notarios, eorumque expensas, & librariorum parem numerum, quodque his majus est, incredibili studio quotidie ab eo opus exigens. Unde in quadam epistola ἐργοδιώκτην Origines eum vocat.

B Ἱππόλυτος, οὐκ οἶδα ποίας ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ἢ τίνος πόλεως, τὴν προσηγορίαν μαθεῖν οὐκ ἠδυνήθην, συνέγραψε λόγον τοῦ πάσχα, καὶ τοὺς χρονικοὺς κανόνας ἕως πρώτου ἐνιαυτοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, δεκαὲξ λέγω δὴ ἐνιαυτῶν κύκλον, ὃν οἱ λεγόμενοι Γραικοὶ, ἑκκαιδεκαετηρίδα καλοῦσιν, Εὐσεβίῳ τῷ περὶ αὐτοῦ τοῦ πάσχα ἐννεακαιδεκαετηρίδα συντάξαντι πρόφασιν παρεσχηκώς. Ἔγραψεν εἰς τὰς θείας γραφὰς ὑπομνήματα, ἀφ' ὧν τάδε εὗρον· εἰς τὴν ἑξαήμερον, εἰς τὴν ἔξοδον, εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων, εἰς τὴν γένεσιν, εἰς Ζαχαρίαν, περὶ Ψαλμῶν, εἰς Ἡσαΐαν, περὶ Δανιὴλ, περὶ Ἀποκαλύψεως, περὶ Παροιμιῶν, περὶ Ἐκκλησιαστοῦ, περὶ Σαοὺλ καὶ Πύθωνος, περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου, περὶ C Ἀναστάσεως, κατὰ Μαρκίωνος, περὶ τοῦ Πάσχα, κατὰ πασῶν τῶν αἱρέσεων, προσομιλίαν περὶ τῶν ἐπαίνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν οἷς παρόντος Ὠριγένους ἑαυτὸν ὡμιληκέναι κατὰ μίμησιν αὐτοῦ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ δηλοῖ †. Ἀμβρόσιος, ὅν τινα ἀπὸ τῆς πλάνης Μαρκίωνος εἰς τὴν ἀληθινὴν πίστιν ἐπιστρέψαι προείρηται, προετρέψατο Ὠριγένει τὰς θείας ὑπομνηματίσαι γραφὰς, παρεσχηκὼς αὐτῷ ἑπτὰ καὶ πλείους νοταρίους, καὶ τὰς τούτων δαπάνας, καὶ καλλιγράφους τὸν ἴσον ἀριθμὸν, καὶ ὅπερ ἐστὶ μεῖζον, ἀνυποίστῳ σπουδῇ ἑκάστοτε ἔργον παρ' αὐτοῦ ἀπαιτῶν, διὸ ἐν μιᾷ ἐπιστολῇ, ἐργοδιώκτην αὐτὸν Ὠριγένης καλεῖ.

IV.

ANDREAS CÆSARIENSIS *in* Apocalyps. XIII. I. *pag.* 70.

Τινὲς μὲν τὸ θηρίον τοῦτο διαπρέπουσάν τινα δύναμιν τοῦ Σατανᾶ, τῶν λοιπῶν δαιμόνων ἄρχουσαν, ἐξειλήφασι· τὸ δὲ μετ' αὐτὸ ἐκ τῆς γῆς ἀνιὸν, τὸν Ἀντίχριστον. τοῖς δὲ ἁγίοις, Μεθοδίῳ καὶ Ἱππολύτῳ καὶ ἑτέροις, εἰς [αὐτὸν] τὸν Ἀντίχριστον τὸ παρὸν θηρίον ἐξείληπται· ἐκ τῆς πολυταράχου τοῦ βίου τούτου θαλάσσης καὶ πολυκύμονος ἐξερχόμενον. τὰ δὲ δέκα κέρατα σὺν τοῖς διαδήμασι, καὶ αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ, τήν τε τοῦ διαβόλου πρὸς αὐτὸν [τὸν Ἀντίχριστον] ἕνωσιν αἰνίττεται· (ταῦτα γὰρ [καὶ] αὐτῷ προσόντα ἀνωτέρω ἡρμήνευται) τήν τε εἰς δέκα τῆς γηΐνης βασιλείας ἐπ' ἐσχάτων διαίρεσιν, καὶ τὴν τῷ κόσμῳ τούτῳ σύστοιχον ἑβδοματικὴν βασιλείαν, ἑπτὰ μὲν ἡμέραις ἐκμετρουμένην, ἑπτὰ δὲ διαδοχαῖς διαιρουμένην, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ῥηθήσεται.

D Quidam per hanc *bestiam* accipiunt virtutem quamdam viribus & nequitia Satana inferiorem, ceteris autem dæmonibus utroque genere eminentiorem: per bestiam vero quæ paullo post e terra emergit, Antichristum ipsum. At sanctus Methodius & HIPPOLYTUS, & alii veteres, de ipso Antichristo præsentem locum interpretati sunt; ut qui ex turbulento plurimumque undoso vitæ hujus mari egressurus sit. Per *decem* autem *cornua* totidem diadematis exornata, & *septem capita*, familiaritatem illam denotari volunt, quæ inter ipsum & diabolum intercedet: (nam hæc illi adfore jam ante quoque indicatum est) regnique terreni in decem partes sectionem; & regnum præterea septenarium E mundi hujus cursui conformatum, septem quidem dierum spatio dimensum, & in septem rursum successiones distributum; prout in sequentibus latius id explicabitur.

† Sophronius, sive quisquis fuit interpres Græcus recentior, vitiosam secutus est interpunctionem, quæ etiam in pluribus Hieronymi editionibus extat, *præsente Origene se loqui in Ecclesia significat in hujus æmulationem*. FABRIC.

* Ita legendum (cum Græco interprete) pro πρὸς ὁμιλιῶν, vel ut alii περὶ ὁμιλιῶν. IDEM.

IDEM *in* Apocalypf. XIII. 18. *pag.* 75.

A Καὶ τὴν μὲν ἀκρίβειαν τῆς ψήφου, ὡς καὶ τὰ λοιπὰ τὰ περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, ὁ χρόνος ἀποκαλύψει καὶ ἡ πεῖρα τοῖς νήφουσιν. Εἰ γὰρ ἔδει, καθὼς φασί τινες τῶν διδασκάλων, σαφῶς γνωσθῆναι τὸ τοιοῦτον ὄνομα, ὁ τεθεαμένος ἂν αὐτὸ ἀπεκάλυψεν. ἀλλ' οὐκ εὐδόκησεν ἡ θεία χάρις ἐν θείᾳ βίβλῳ τὸ τοῦ λυμεῶνος ὄνομα γραφῆναι. ὡς ἐν γυμνασίας τε λόγῳ, πολλά ἐστιν εὑρεῖν, κατὰ τὸν μακάριον Ἱππόλυτον καὶ ἑτέρους, ὀνόματα τὸν ἀριθμὸν τοῦτον περιέχοντα, προσηγορικά τε καὶ κύρια. κύρια μὲν οἷον Λαμπέτης, Τειτὰν, ἐκ τοῦ τείνω, καθ' Ἱππόλυτον· Λατεῖνος, ὁμοίως [διὰ διφθόγγου·] Βενέδικτος· ὅπερ ἑρμηνεύεται εὐλογημένος ἢ εὐλογητός· κατὰ μίμησιν τυχὸν τοῦ ἀληθῶς εὐλογημένου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. προσηγορικὰ δὲ, κακὸς ὁδηγὸς, παλαιβάσκανος, ἀληθῶς βλαβερὸς, ἀμνὸς ἄδικος. οἷς ἐκ τῶν ἐναντιουμένων τῇ πλάνῃ ἐπικληθήσεται, τὴν οἰκείαν δόξαν ἐν αἰσχύνῃ τιθέμενος.

Accuratam calculi notitiam, ut reliqua itidem quæ de Antichristo scripta exstant, tempus & experientia viris prudentibus & sobriis manifestabit. Nam si in exquisita nominis hujus cognitione magnum aliquod operæ pretium situm esset, ille utique qui visionem impressit, ut veteres recte admonent, Evangelistæ illud patefecisset. Verum divinæ gratiæ aliud, quam corruptoris perditique hominis nomen, divino huic libro inserere visum fuit. Verumtamen per modum exercitationis multa secundum B. HIPPOLYTUM & alios confingi possunt nomina, quæ numerum illum complectantur, cum propria, tum etiam appellativa, idque in omni propemodum lingua. Proprium exempli caussa, B Græce sit λαμπέτης: Latine *Benedictus*: Persice *Sarmnæus*. Similis in ceteris linguis efformatio fiat. Appellativo vero, ut κακὸς ὁδηγὸς, *dux improbus*: ἀληθῶς βλαβερὸς, *vere noxius*: πάλαι βάσκανος, *jam olim invidus*, ἀμνὸς ἄδικος, *Agnus iniquus*; quibus ab illis præcipue appellabitur Antichristus, qui errores illius aversantur; siquidem is gloriam suam in flagitiis probro dignis constituet vel maxime.

IDEM *in* Apocal. XVII. 10. *pag.* 101.

Τοὺς δὲ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ βασιλέων πεσόντας πέντε βασιλεῖς,] ὁ μακάριος Ἱππόλυτος αἰῶνας τούτους ἐξέλαβεν· ὧν τοὺς μὲν πέντε, παρῳχηκέναι, τὸν δὲ C ἕκτον, ἑστάναι· ἐν ᾧ ταῦτα ἑώρακεν ὁ Ἀπόστολος. τὸν δὲ ἕβδομον, τὸν μετὰ τὰ ς'. ἔτη, μήπω μὲν ἐληλυθέναι, ἐρχόμενον δὲ, ὀλίγον δεῖ μεῖναι. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως [ἐκεῖνος.] εἰ δὲ, ὥς φησιν ὁ [μακάριος] Εἰρηναῖος, ὥσπερ ἑπτὰ ἡμέραι δεδημιούργηνται, οὕτω καὶ ἑπτὰ οὐρανοὶ, καὶ ἑπτὰ ἄγγελοι τῶν λοιπῶν προὔχοντες, καὶ ἡμῶν λεγόντων ἀπαράδεκτον τοῖς ἀκούουσι φαίνεται τὸ καὶ ἑπτὰ βασιλείας εἶναι τὰς ἀπ' ἀρχῆς μέχρι [τοῦ] νῦν περιβοήτους· ὧν τὰς μὲν πέντε ἤδη πεπτωκέναι· τὴν δὲ ἕκτην, ἐφ' ἧς ὡράθη ἡ Ἀποκάλυψις, ἑστάναι ταύτην ἐν τῇ παλαιᾷ Ῥώμῃ· τὴν δὲ ἑβδόμην μήπω ἐληλυθέναι, τὴν ἐν τῇ D νέᾳ [Ῥώμῃ.]

Beatus HIPPOLYTUS per hosce *Reges* quinque qui e septem ceciderunt, sæcula accepit: e quibus quinque jam præterierunt: sextum in quo Apostolus hæc vidit, adhuc decurrit: septimum autem, ut ille opinatur, post elapsa sex annorum millia tandem se prodet: ubi autem sese prodiderit, parum durabit. Et hæc quidem ad eum modum ille. Forsan, ut B. Irenæi sententia, septem conditi sunt dies, & septem cæli, & septem Angeli ceteris præstantiores: ita jam inde ab exordio usque ad sæculi finem septem regna ceteris celebriora citra absurditatem statuere licebit: e quibus quinque jam tum conciderant: sextum, cum Apocalypsis cernebatur, adhuc consistebat, & quidem in antiqua Roma: septimum porro, per id tempus necdum advenerat; novæ Romæ Imperium.

V.

CYRILLUS SCYTHOPOLITANUS *in* Vita S. Euthymii Abbatis: *in* Analectis Græcis *edit. a Monachis BB. pag.* 82.

Ἡ δὲ τελείωσις αὐτοῦ γέγονε κατὰ τὴν εἰκάδα τοῦ Ἰαννουαρίου μηνὸς τῆς ἑνδεκάτης ἰνδίκτου, ἀπὸ μὲν κτίσεως κόσμου ἀφ' οὗπερ χρόνος ἤρξατο τῇ τοῦ ἡλίου φορᾷ μετρεῖσθαι, ἔτους πέμπτου ἑξηκοστοῦ ἐνναχοσιοστοῦ πεντακισχιλιοστοῦ. ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ λόγου ἐκ παρθένου ἐνανθρωπήσεως καὶ κατὰ σάρκα γεννήσεως, ἔτους πέμπτου ἑξηκοστοῦ τετρακοσιοστοῦ κατὰ τοὺς συγγραφέντας χρόνους ὑπὸ τῶν ἁγίων πατέρων Ἱππολύτου τοῦ παλαιοῦ καὶ γνωρίμου τῶν ἀποστόλων, καὶ Ἐπιφανίου E τοῦ Κυπρίωτου, καὶ Ἥρωνος τοῦ φιλοσόφου καὶ ὁμολογητοῦ.

Obitus autem ejus (Euthymii) accidit vigesima mensis Januarii, undecima Indictione, a creatione mundi, a quo Solis cursus temporis mensura esse incepit, anno quinquies millesimo nongentesimo sexagesimo quinto: a Dei Verbi ex Virgine humanæ naturæ assumtione, & secundum carnem generatione, anno quadringentesimo sexagesimo quinto, secundum descripta tempora a sanctis Patribus HIPPOLYTO antiquo & Apostolis noto, Epiphanio Cypriota, & Herone Philosopho & Confessore.

V I.

LEONTIUS BYZANTINUS πράξει *sive lectione* III. de Sectis, *pag.* 430.

Ἐγένοντο δὲ ἐν τ[illegible] τοῦ Χριστοῦ μέ[illegible] Κ[illegible]λοι καὶ πατέρες οἵδε. Ἰγνάτιος ὁ Θεοφόρος, [illegible], Ἰουστῖνος φιλόσοφος καὶ μάρτυς, Κλήμης καὶ Ἱππόλυ-

Temporibus illis quæ a Christi nativitate usque ad Imperium Constantini numerantur, hi Doctores & Patres exstiterunt: Ignatius ille Theophorus, Irenæus, Justinus philosophus & martyr, Clemens &

τος ἐπίσκοποι Ῥώμης, Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, Μεθόδιος ἐπίσκοπος Πατάρων, Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς, Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς.

A Hippolytus episcopi Romani, Dionysius Areopagita, Methodius Patarensis episcopus, Gregorius miraculorum effector, Petrus Alexandrinus episcopus & martyr.

VII.

S. Isidorus *Hispalensis* lib. vi. Originum *cap.* xvi. *pag.* 77.

Paschalem Cyclum Hippolytus episcopus temporibus Alexandri Imperatoris primus conscripsit. Post quem probatissimi auctores Eusebius Cæsariensis, Theophilus Alexandrinus, Prosper quoque natione Aquitanus atque Victorinus amplificatis ejusdem festivitatis rationibus multiplices Cir- B culos ediderunt: cujus quidem rationem beatissimus Cyrillus Alexandrinæ urbis episcopus in xcv. annos per quinque decem novies calculans, quoto Kalendas vel luna debeat paschalis solemnitas celebrari, summa brevitate notavit.

VIII.

S. Germanus *Archiepiscopus CP. in* μυστικῇ θεωρίᾳ, *Auctar. Ducæani tom.* II. *pag.* 148.

Τοῦτο καὶ Ἱππόλυτος Ῥώμης καὶ ὁ ἅγιος Κύριλλος λέγουσιν ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου λόγοις αὐτῶν, ἐν τῷ ἑξακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει τὴν μέλλουσαν παρουσίαν ἔσεσθαι.

Id est Hippolytus e Roma & S. Cyrillus affirmant in libris suis de Antichristo, anno sexies millesimo quingentesimo futurum (Christi) adventum.

IX.

S. Joannes Damascenus *in* sacr. Parallel. *tom.* II. *pag.* 781. *edit. Lequien.*

Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης, περὶ Χριστοῦ καὶ τοῦ Ἀντιχρίστου.

C S. Hippolyti *episcopi Romæ, de Christo & Antichristo.*

[1] Ἀλλὰ τούτων ἐν προοιμίῳ εἰς δόξαν Θεοῦ εἰρημένων, κ. τ. ε. πομπεύειν τῷ Διονύσῳ.

Sed his ad Dei gloriam in antecessum dictis *&c. usque ad*, Libero circuire.

X.

S. Nicephorus CP. *in* Chronogr. *pag.* 401. *edit. Parif.* 319. *Venet.* Interprete *Anastasio* Bibl. *in* Hist. eccl.

Ἐπὶ τούτου (Σεβήρου) βασιλείας Λεωνίδης ὁ πατὴρ Ὠριγένους ἐμαρτύρησεν, καὶ Ἱππόλυτος ὁ Ῥωμαῖος συγγραφεὺς ἤκμαζε. καὶ Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς καὶ Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεύς.

Sub hujus (Severi) imperio Leonides pater Origenis hæretici martyrizatus est, & Hippolytus Romanus scriptor florebat, atque Gregorius mira- D culorum effector, & Clemens Alexandrinus.

XI.

S. Ado *Viennensis in* Chronico ad ann. 220.

Hippolytus episcopus multorum conditor opusculorum, temporum Canonem conscripsit, & huc usque (*ad Alexandri Severi tempora*) perduxit.

XII.

Photius Biblioth. *Cod.* cxxi.

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον Ἱππολύτου. Μαθητὴς δὲ Εἰρηναίου ὁ Ἱππόλυτος. Ἦν δὲ τὸ σύνταγμα κατὰ αἱρέσεων λβ΄. ἀρχὴν ποιούμενον Δοσιθεανοὺς, καὶ μέχρι Νοητοῦ καὶ Νοητιανῶν διαλαμβανόμενον. Ταύτας δέ φησιν ἐλέγχοις ὑποβληθῆναι, ὁμιλοῦντος Εἰρηναίου, ὧν καὶ σύνοψιν ὁ Ἱππόλυτος ποιούμενος τόδε τὸ βιβλίον φησὶν συντεταχέναι. Τὴν δὲ φράσιν σαφής ἐστι καὶ ὑπόσεμνος, καὶ ἀπέριττος, εἰ καὶ πρὸς τὸν Ἀττικὸν [2] οὐκ ἐπιστρέφεται λόγον. Λέγει δὲ ἄλλα δέ τινα τῆς ἀκριβείας λειπόμενα, καὶ ὅτι ἡ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴ οὐκ

E Lectus est Hippolyti libellus, qui Irenæi discipulus fuit. Est hoc volumen adversus hæreses duas & triginta, faciens initium a Dositheanis, & in Noeto ac Noetianis desinens. Harum ait confutationem se suscepisse ex sermonibus Irenæi, quorum compendium hoc se libro complexum refert. Dictio perspicua & nonnihil gravis, nec abundans, licet Atticismi rationes non adeo curat. Habet etiam tum alia minus accurata, tum quod Paullum Epistolæ ad Hebræos auctorem esse negat. Dicitur

1. Excerpta sunt ex genuino Hippolyti opere *de Antichristo*, capp. v. & xlix. ubi sub finem illa occurrunt, πομπεύειν τῷ Διονύσῳ, ex lib. II. Maccab. vi. 7. descripta.

2. Ex hoc loco apparet, apud Photium mox infra Cod. 202. in fine, non esse legendum ὅτι μάλα, sed: τοὺς Ἀττικοὺς ὄντι μάλα θεσμοὺς δυσωπεῖται: nisi quis & heic legat ἀποστρέφεται pro ἐπιστρέφεται: quod neutiquam probo, nullo codice Ms. suffragante. Fabric.

τοῦ ἀποστόλου Παύλου. Λέγεται δὲ καὶ οὗτος προσομιλεῖν τῷ λαῷ κατὰ μίμησιν Ὠριγένους, [1] οὗ καὶ συνήθης μάλιστα καὶ ἐραστὴς τῶν λόγων ὑπῆρχεν, ὡς καὶ προτρέψασθαι αὐτὸν τὴν θείαν ὑπομνηματίσαι γραφὴν, ἐγκαταστήσας αὐτῷ καὶ ὑπογραφέας ἑπτὰ ταχυγράφους, καὶ ἑτέρους τοσούτους γράφοντας εἰς κάλλος, ὧν ἦν καὶ τῆς δαπάνης αὐτὸς χορηγός. Καὶ ταῦτα ὑπηρετούμενος αὐτῷ, ἀπαιτεῖν αὐτὸν ἀπαραιτήτως τὸ ἔργον, ἐξ οὗ καὶ ἐργοδιώκτην ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν παρὰ Ὠριγένους κληθῆναι. Πλεῖστα δὲ καὶ οὗτος [2] λέγεται συγγεγραφέναι.

A & homilias ad populum habuisse Origenis imitatione, cujus & familiaris maxime & studiorum amator exstitit; ita ut & ad sacras litteras commentariis illustrandas eum provocaverit, & septem ipsi tachygraphos totidemque calligraphos constituerit, & sumtuum etiam qui ad hos requirerentur fuerit elargitor. Hæcque cum ipsi præberet, sine dilatione opus ursit; unde & impulsorem eum suum aliqua in epistola sua Origenes appellat. Sed & ipse plurima scripsisse traditur.

IDEM *ibid.* *Cod.* CCII.

Ἀνεγνώσθη Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἑρμηνεία εἰς τὸν Δανιήλ. Κατὰ λέξιν μὲν οὐ ποιεῖται τὴν ἀνάπτυξιν, πλὴν τὸν νοῦν γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐ παρατρέχει. πολλὰ μέντοι ἀρχαιοτρόπως, καὶ οὐκ εἰς τὸ ὕστερον διηκριβωμένα καταλέγει· ἀλλ' ἐκείνων οὐκ ἂν εἴη δίκαιος λόγον ὑπέχειν. τοὺς γὰρ ἀρχὴν θεωρίας καταβαλλομένους, οὐ δίκας ἀπαιτεῖν τῶν παρειμένων, ἀλλ' ἀγαπᾶν μάλιστα αὐτῆς τε τῆς ἐπιβολῆς, καὶ ἐφ' ὅσον ἂν καταλήψεως τῶν διασκοπουμένων προχωροίη. τὸ δὲ τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν, καθ' ἣν καὶ ἡ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου τοῦδε συντέλεια ἵσταται, μηδὲ τοῖς μαθηταῖς δεομένοις τοῦ Σωτῆρος ἀποκαλύψαντος· εἶτα αὐτὸν ταύτην πεντακοσίοις ἔτεσιν ἀπὸ Χριστοῦ ὑπαχθέντα περιγράψασθαι, ὡσανεὶ τῶν ἀπὸ πρώτης τοῦ κόσμου καταβολῆς ἑξακισχιλίων ἐτῶν συντελουμένων, καὶ τὴν διάλυσιν αὐτοῦ ἐφεστάναι· τοῦτο καὶ θερμοτέρας ἂν εἴη τοῦ προσήκοντος γνώμης, καὶ ἡ ἀπόφασις ἀνθρωπίνης ἀγνοίας, ἀλλ' οὐκ ἐπιπνοίας τῆς ἄνωθεν διελέγχει. ἡ φράσις αὐτοῦ, τὸ σαφὲς ὅτι μάλιστα οἰκειουμένη, πρέποι ἂν ἑρμηνείᾳ, εἰ καὶ τοὺς ἀττικοὺς [3] οὔτι μάλα θεσμοὺς δυσωπεῖται.

Lecta est HIPPOLYTI episcopi ac martyris interpretatio Danielis, quem etsi ad verbum non explicat, sententiam tamen, ut ita dicam, non præter-

B currit. Multa porro veteri more, non ut postea fuere accuratius excussa, persequitur. Quamquam eorum posci rationem, æquum non est. Neque enim fas ab iis qui fundamenta rei alicujus consideranda posuerint, rationem repetere eorum quæ præteriere: sed favere potius conatui ipsi, quantulumcumque in rerum contemplandarum comprehensione processerint. Antichristi vero adventum, cui etiam adspectabilis hujus mundi consummatio jungitur, cum ne discipulis quidem rogantibus manifestaverit Salvator, ab Hippolyto deinde ad quingentos a Christo annos adduci ac circumscribi, quasi a prima mundi constitutione sex millibus annorum tum exactis ejus dissolutio instaret, hoc calidioris quidem quam de-

C cebat, animi est; atque asseveratio hæc humanam ignorantiam potius, quam cælestem inspirationem arguit. Genus ejus dicendi clarum in primis ac perspicuum, interpretationique congruens, licet nec Atticas leges valde repudiat.

Συνανεγνώσθη αὐτοῦ καὶ ἕτερος λόγος περὶ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχρίστου, ἐν ᾧ ἥτε αὐτὴ τῶν λόγων ἰδέα διαπρέπει, καὶ τὸ τῶν νοημάτων ἁπλούστερόν τε καὶ ἀρχαιότροπον.

Lectus ejusdem simul & alius liber de Christo & Antichristo, in quo eadem dicendi forma servata, & sensuum simplicitas ac vetustas.

X I I I.

SUIDAS *in* Lexico.

Ἱππόλυτος οὗτος ἔγραψεν εἰς τὰς ὁράσεις τοῦ Δανιὴλ ὑπόμνημα, καὶ εἰς τὰς παροιμίας Σολομῶντος.

D HIPPOLYTUS. Hic scripsit in prophetias Danielis commentarium, & in proverbia Salomonis.

X I V.

GEORGIUS SYNCELLUS *in* Chronogr. *ad ann.* 215. *pag.* 358.

Ἱππόλυτος ἱερὸς φιλόσοφος, ἐπίσκοπος Πόρτου τοῦ κατὰ τὴν Ῥώμην, σφόδρα διαπρεπῶς ἤνθει ἐν τῇ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ, πλεῖστα ψυχωφελῆ συντάττων ὑπομνήματα. εἴς τε γὰρ τὴν ἑξαήμερον, καὶ εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον, εἰς πολλά τε τῶν προφητῶν, μάλιστα Ἰεζεκιὴλ καὶ Δανιὴλ τῶν μεγάλων, ἔτι μὴν εἰς τὰ ᾄσματα, καὶ εἰς ἄλλας παντοίας παλαιὰς καὶ νέας γραφὰς, ἐν οἷς καὶ εἰς τὴν ἐν Πάτμῳ τοῦ Θεολόγου ἀποκάλυψιν, πρὸς Μαρκίωνα καὶ τὰς λοιπὰς

E αἱρέσεις, καὶ τὸν [4] ἑξκαιδεκατον ἐτηρικὸν τοῦ πάσχα κανόνα ἐξέθετο περιγράψας εἰς τὸ πρῶτον ἔτος Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμμαίας τούτου, καὶ συντόμως φάναι θεοφραδὴς ποταμὸς τῇ ἐκκλησίᾳ ζώντων ναμάτων γέγονεν, τὸν μαρτυρικὸν περιθέμενος στέφανον πρὸς τῷ τέλει. ἐκ τούτου λαβὼν ἀφορμὰς Ὠριγένης ὁ τάλας ὑπερεμνηματίσεν πολλῶν τῶν γραφῶν, Ἀμβροσίου παρορ-

HIPPOLYTUS sacer philosophus, Portus Romani episcopus, Christiana philosophia præstans, pluribus juvandæ hominum saluti conscriptis libris celebrabatur. Editis quippe in sex dierum opus, & in ea quæ priores sex dies illos consequuta sunt, & in præcipuorum Prophetarum, Ezechielis maxime & Danielis, vaticinia, nec non in Cantica, & veteres passim novasque Scripturas, commentariis, quibus Joannis Theologi in Patmo revelationem, in Marcionem & reliquas hæreses, & annorum sexdecim Paschalem regulam ad annum primum Alexandri Mammææ fixo termino exposuit: &, ut verbo concludam, vivis divinorum eloquiorum fluentis Ecclesiam irrigans, tandem martyrii corona redimitus est. Ex ejus scriptis occasione sumta infelix Origenes libros sacræ Scripturæ quamplures (hortatore & sum-

1. Quæ sequuntur, licet similia ex male intellectis Eusebii VI. 23. verbis habet etiam Syncellus p. 358. Ambrosio Alexandrino Origenis ἐργοδιώκτῃ competunt, non Hippolyto, ut a multis viris doctis jam animadversum. Confer Hieronymi locum supra num. III. & infra num. XIV. FABRIC.

2. Hippolytus nimirum.

3. Schott. ὅτι. 4. Ἑκκαιδεκαετηρικόν.

μῶντος αὐτὸν εἰς τοῦτο, καὶ χορηγοῦντος ἀναγκαίας τε χρείας ἀφθόνως καὶ ταχυγράφους ἑπτὰ παρεστῶντος ἀμείβοντας ἀλλήλους ὑπαγορεύοντι καὶ καλλιγράφους τελείους, ἅμα κόραις ἠσκημέναις γράφειν, ἄφατόν τε προθυμίαν αὐτῷ παρέχοντος εἰς τὸ συντάττειν.

A tus necessarios Notariosque septem, aliis post alios operæ succedentibus, & viros accuratioris characteris peritos, una cum puellis eadem pingendi arte præstantibus ex throno dictanti largiter subministrante Ambrosio, & quæ ad scribendum cierent animum plena manu præbente) suis lucubrationibus illustravit.

IDEM *ibid.*

Ταῦτα οὐκ ἀφ' ἑαυτῶν συντετάχαμεν, ἀλλ' ἐκ τῶν παραδόσεων τοῦ μακαρίου ἀποστόλου καὶ ἀρχιεπισκόπου [Πόρτου] Ῥώμης Ἱππολύτου καὶ ἱερομάρτυρος, Ἀνιανοῦ τε τοῦ ὁσιωτάτου μοναχοῦ, τοῦ συντάξαντος κύκλον ια. πασχαάλιον φλβ'. ἐτῶν ἅμα σχολίοις ἀκριβέσι, καὶ Μαξίμου τοῦ ἁγιωτάτου μοναχοῦ καὶ φιλοσόφου μεγάλου, ὁμολογητοῦ, καὶ μεγάλου διδασκάλου τῆς ἐκκλησίας.

Hæc non proprio Marte collegimus, sed ex beati Apostoli & Portus Romani archiepiscopi, sanctique martyris HIPPOLYTI, & Aniani religiosissimi Monachi, qui cyclum XI. Paschalem annorum 532. scholiis illustratum studiosissime digessit, & Maximi sanB ctissimi Monachi & præclari philosophi, Confessoris & magni Ecclesiæ Doctoris monumentis.

X V.

Jo. ZONARAS *in* Annalib. *tom.* I. *pag.* 626. *edit. Paris.* 468. *Venet.*

Τότε Οὐρβανοῦ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς Ῥωμαίων πόλεως προεστῶτος, καὶ Ἱππόλυτος ἤνθει ἀνὴρ ἱερώτατος καὶ σοφώτατος, ἐπίσκοπος τοῦ κατὰ Ῥώμην Πόρτου γενόμενος, ὃς καὶ πολλὰ συγγράμματα συνεγράψατο, διάφορα τῆς θείας γραφῆς ἐξηγησάμενος.

Sub Urbano Romano episcopo, etiam HIPPOLYTUS, vir sanctissimus & doctissimus, Romani Portus episcopus floruit, qui in multa sacræ Scripturæ commentarios conscripsit.

X V I.

NICEPHORUS CALLISTUS Hist. eccl. *lib.* IV. *cap.* XXXI.

Τοῖς δὲ κατὰ Σεύηρον χρόνοις, καὶ Ἱππόλυτος ὁ Πόρτου τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος γεγονὼς, ἀκμάζων ἦν. καὶ δὴ πολλῶν ὑπομνημάτων συνετῶς αὐτῷ γεγραμμένων, καὶ τὸ περὶ τοῦ πάσχα ἐκτίθεται σύγγραμμα· ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἑκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ πάσχα προθεὶς, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος Ἀλεξάνδρου περιγράφει τοὺς χρόνους. τά γε μὴν αὐτοῦ συγγράμματα, ταῦτα εἰσί· βιβλίον εἰς τὴν ἑξαήμερον· ἕτερον εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον· ἀντιρρητικὸς πρὸς Μαρκίωνα· εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιήλ. περὶ τοῦ πάσχα. σύνταγμα πρὸς πάσας τὰς αἱρέσεις βιωφελέστατον· περὶ τῆς παρουσίας τοῦ Ἀντιχρίστου· περὶ ἀναστάσεως· καὶ ἄλλα πλεῖστα· εἰς Ζαχαρίαν· περὶ ψαλμῶν· εἰς τὸν Ἡσαΐαν· εἰς τὸν Δανιήλ· περὶ ἀποκαλύψεως· περὶ παροιμιῶν· περὶ Σαοὺλ καὶ Πύθωνος. περὶ ἐπαίνων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐν οἷς παρόντος Ὠριγένους ὡμίλησε. τινὰ δὲ τῶν συγγραμμάτων ἐπίληψιμα ἔχων, τῷ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίῳ μετὰ ταῦτα τελειωθεὶς, τὸν τῆς ἀγνοίας ἀπετρίψατο μῶμον. ἐξ ὧν φασι, καὶ Ὠριγένην ἀρχὴν ἐσχηκέναι ταῖς θείαις ἐπιβάλλειν γραφαῖς. τοσαῦτα δὲ καὶ τὰ Ἱππολύτου.

C Temporibus Severi HIPPOLYTUS etiam Portus Romani episcopus, floruit: qui cum alia plurima scripta prudenter & docte edidit, tum de Paschate librum composuit, in quo descriptione temporum & veluti Fastorum initio, & Canone annorum sedecim de Paschate proposito, rationem temporum usque ad primum annum Alexandri deducit. Catalogus librorum ejus sic habet: Liber in Hexaemeron: & alter post Hexaemeron: refutatorius contra Marcionem: in Canticum Canticorum: in partes Ezechielis: de Paschate: Opus contra hæreses omnes longe utilissimum: de adventu Antichristi: de resurrectione, & alia plurima: in Zachariam, de Psalmis, in D Esaiam, in Danielem, de Apocalypsi, de Proverbiis, de Saul & Pythone: de laudibus Domini nostri Jesu Christi, in quibus præsente Origene sermonem habuit. Quædam porro scripta ejus quum reprehensione non careant, martyrio postea pro Christi nomine absoluto, ignorantiæ ejus maculam detrivit atque detersit. Unde Origenem ajunt initium commentariorum in sacras scripturas scribendorum sumsisse. Hæc de Hippolyto.

X V I I.

AUCTOR ANONYMUS *in Serm.* de Pseudoprophetis. *In Append. ad tom.* VIII. *opp.* S. JOANNIS CHRYSOSTOMI, *pag.* 79. b. *novis. edit. Paris.*

Ποῦ Εὐόδιος, ἡ εὐωδία τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διάδοχος καὶ μιμητής; ποῦ Ἰγνάτιος, τὸ τοῦ Θεοῦ οἰκητήριον; ποῦ ὁ Διονύσιος, τὸ πετεινὸν τοῦ οὐρανοῦ; ποῦ Ἱππόλυτος ὁ γλυκύτατος καὶ εὐνούστατος;

E Ubi est Evodius, bonus odor Ecclesiæ & sanctorum Apostolorum successor & imitator? Ubi Ignatius, Dei domicilium? Ubi Dionysius, volucris cæli? Ubi HIPPOLYTUS dulcissimus & benignissimus?

X V I I I.


AUCTOR Catenæ Patrum Græcorum *in* Jeremiæ XVII. 11.
Tom. II. *edit. Ghislerianæ pag.* 449.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου. οὐ μάτην ὁ προφήτης ἀπεφήνατο τὸ ῥητόν. κ. τ. λ. [1]

Sancti HIPPOLYTI. Non frustra hæc locutus est Propheta. *cet.*

1. Locus desumtus ex libro *de Antichristo* cap. LV.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
226.



ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ

ΠΕΡΙ ΧΡΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΑΝΤΙΧΡΙΣΤΟΥ.

HIPPOLYTI

EPISCOPI ET MARTYRIS

DEMONSTRATIO

DE CHRISTO ET ANTICHRISTO.

FRANCISGO COMBEFISIO *interprete*.

Βουληθέντος σου κατ' ἀκρίβειαν ἐκμαθεῖν τὰ προτεθέντα σοι ὑπ' ἐμοῦ κεφάλαια, ἀγαπητέ μου ἀδελφὲ Θεόφιλε [1], εὔλογον ἡγησάμην ἀφθόνως ἀρυσάμενος ὡς ἐξ ἁγίας πηγῆς, ἐξ αὐτῶν τῶν ἁγίων γραφῶν, παραστῆσαί σοι κατ' ὀφθαλμὸν τὰ ζητούμενα, ἵνα μὴ μόνον ταῖς ἀκοαῖς τῶν [2] ὄντων ἐγκαταθέμενος ταῦτα εὐφρανθῇς, ἀλλὰ δυνάμει καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα ἀνιστορήσας, κατὰ πάντα τὸν Θεὸν δοξάσαι δυνηθῇς. τοῦτο γάρ σοι ἐφόδιον ἐν τῷ νῦν βίῳ ἀκίνδυνον ἤτω [3] παρ' ἡμῶν, ὅπως τοῖς πολλοῖς δυσγνωστα καὶ δύσληπτα ἐξ ἑτοίμων λόγων προσενέγκας ἐγκατασπείρῃς τῷ πλάτει τῆς καρδίας σου, ὡς [4] πίων καθαρὰ γῆ. Δυσωπήσεις δὲ διὰ τούτων τοὺς ἀντιτιθεμένους καὶ ἀντιλέγοντας τῷ σωτηρίῳ λόγῳ. Ορα δὲ μὴ εἰς ἀπίστους καὶ βλασφήμους γλώσσας ἐγκατάθῃ ταῦτα· κίνδυνος γὰρ οὐχ ὁ τυχών· μετάδος δὲ εὐλαβέσι καὶ πιστοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἐθέλουσιν ὁσίως καὶ δικαίως μετὰ φόβου ζῆν. οὐ γὰρ μάτην ὁ μακάριος ἀπόστολος παραινῶν Τιμοθέῳ λέγει· ὦ Τιμόθεε, τὴν παρακαταθήκην φύλαξον, ἐκτρεπόμενος [5] τὰς βεβήλους κενοφωνίας καὶ ἀντιθέσεις τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, ἥν τινες ἐπαγγελλόμενοι περὶ τὴν πίστιν ἠστόχησαν. Καὶ πάλιν· Σὺ οὖν, τέκνον μου, ἐνδυναμοῦ ἐν τῇ χάριτι τῇ ἐν Χριστῷ Ιησοῦ· καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ διὰ πολλῶν [6] παρακλήσεων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις, οἵτινες ἱκανοὶ ἔσον-

A I. QUod ita desiderio flagrabas, frater mi carissime Theophile, ut a me tibi proposita capita diligenter perdisceres; operæ pretium putavi, velut ex sacro fonte, ex sacris ipsis affatim Scripturis hauriendo, ob oculos quasi præsentia ea ponere, de quibus vertitur quæstio: ut nedum humanis hæc auribus consignando læteris, sed & res ipsas virtute lustrando, per omnia Deum laudare possis. Hoc enim præsenti quam agimus vita, tutum a nobis tibi esto viæ præsidium, quo paratis inferens rationibus ac sermonibus, velut terra munda, in cordis tui latifundio semines. Sed & his, adversantes salutari doctrinæ ac contradicentes in sententiam coges.
B At vide ne ad incredulas ac maledicas hæc linguas traducas; (nec enim hoc leve periculum est) sed ut viris religiosis ac fidelibus qui sancte ac juste Dei timore vivere velint, impertias. Non enim frustra beatus Apostolus monendo Timotheum, ait: [a] *O Timothee, depositum custodi, devitans profanas vocum vanitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam profitentes, circa fidem erraverunt*. Et rursus: [b] *Tu autem, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu: & quæ audisti a me per multas exhortationes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt ut & alios doceant*. Cum igitur

a I. Tim. VI. 20. 21. b II. Tim. II. 1. 2.

1. Θεόφιλε] Idem fortasse Theophilus quem alloquitur Methodius, Hippolyti æqualis, apud Epiphanium tom. I. pagg. 640. 560. 590. Ex hoc ipso autem exordio patet falli eos, qui hunc librum Hippolyti pro Homilia habent. FABRIC.

2. Οντων] Fortasse ὤτων. Nam quod Combefisius emendat audacter ἀνθρώπων, idque in textu, mihi non placet, quum nimium abeat a veterum librorum scriptura. GUD. — Notum tamen est in mss. frequenter per compendium scribi ανων, pro ἀνθρώπων. FABRIC.

3. Ητω] Melius ἔσται. GUD.


4. Ως πίων καθαρὰ γῆ] Leg. ὡς πίονι καθαρᾷ γῇ. GUD. — Combefisius legit ὥσπερ ἐν καθαρᾷ γῇ. Sed legendum omnino ὡς πυρόν. Videlicet parabolam illam respexit, quæ in Evangelio est Lucæ VIII. TANAQ. FAB.

5. Τὰς βεβήλους κενοφωνίας.] Sic ubique Græci. Vulg. tamen καινοφωνίας legit: *Vocum novitates*, non *vanitates*, seu *inanitates*, ut reddit Erasmus; sicque, per αι legisse Chrysostomum, ex ejus expositione sibi colligere videtur Theophylactus. ὁ δὲ μακάριος Ιωάννης τὰς νεωτέρας παραινέσεις καινοφωνίας εἶπε, διὰ τῆς αι, διφθόγγου τὸ καὶ γράφων, ὡς ἔοικε. *Chrysostomus recentes adhortationes καινοφωνίας, dixit per αι, diphthongum scribens in prima syllaba, ut videC tur*. Cui contrario fundamento alii nituntur, ut Græcam vulgatam tueantur. Neutrum certe abhorreat a mente Apostoli, cum teste Theodoreto pugnet adversus Simonianos, qui se Gnosticos vellent, majori præ ceteris scientia præditos; divina revelatione eis accepta extra scripturas, seu alias traditiones aut Apostolorum doctrinam: quæ proinde βέβηλος καινοφωνία (*profana vocum novitas*) erat; alioqui superfluo pæne epitheto, ut Chrysostomus acute insinuat. Ipsa enim ex se ματαιολογία, quod Theophylactus exponit τὸ κενοφωνία, res mala est & profana. COMBEF.

6. Διὰ πολλῶν παρακλήσεων.] Singularis hæc lectio, cum omnes nulla variatione μαρτύρων habeant, *per multos testes*: quæ voces paullo remotiores sunt; sive alias Hippolyto incidit memoriæ lapsus, sive ex codice & littera quæ nobis exciderit, ita refert. Et certe illa vox heic apta, quasi velit Paullus, longa & multiplici adhortatione abs se institutum Timotheum, eaque illi depositum
D creditum, quod ipse aliis idoneis contradere debeat: velut jam per ætatem in disciplina probatus magister, etsi annis pæne adolescens erat. COMBEF. — Interpretationem esse παρακλήσεων pro μαρτύρων, sentiebat Clariss. Millius. FABRIC.

ται ϗαὶ ἑτέρους διδάξαι. Εἰ οὖν ὁ μακάριος μετ' ἀλαβείας παρεδίδου ταῦτα, ἅπερ ἅπασιν εὔγνωστα ἦν, βλέπων τῷ πνεύματι, ὅτι οὐ πάντων ἦν ἡ πίστις· πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς κινδυνεύσομεν, εἰ ἁπλῶς ϗαὶ ὡς ἔτυχε, τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια μεταδώσομεν βεβήλοις ϗαὶ ἀναξίοις ἀνδράσιν;

A beatus Apostolus hæc caute ac metu traderet, quæ ab omnibus facile cognosci possunt, videns scilicet spiritu: [a] *Non esse omnium fidem*; quanto res nobis majoris periculi fiet, si temere nullaque ratione profanis hominibus atque indignis tradiderimus divina eloquia?



Ἐπειδὴ γὰρ οἱ μακάριοι προφῆται ὀφθαλμοὶ ἡμῶν ἐγένοντο, προορῶντες διὰ πίστεως τὰ τοῦ λόγου μυστήρια, [1] ἅτινα ϗαὶ ταῖς μεταγενεστέραις γενεαῖς διηκόνησαν, οὐ μόνον τὰ παρῳχηκότα εἰπόντες, ἀλλὰ ϗαὶ τὰ ἐνεστῶτα, καὶ τὰ μέλλοντα ἀπαγγείλαντες, ἵνα μὴ μόνον πρόσκαιρος εἶναι ὁ προφήτης δειχθῇ, ἀλλὰ ϗαὶ πάσαις γενεαῖς προλέγων τὰ μέλλοντα, ὡς προφήτης εἶναι νομισθῇ. οὗτοι γὰρ πνεύματι προφητικῷ οἱ πατέρες κατηρτισμένοι, ϗαὶ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ λόγου ἀξίως τετιμημένοι, ὀργάνων [2] δίκην ἑαυτοῖς ἡνωμένοι, ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς ἀεὶ τὸν λόγον ὡς πλῆκτρον, δι' οὗ κινούμενοι ἀπήγγελλον ταῦτα, ἅπερ ἤθελεν ὁ Θεός, οἱ προφῆται. οὐ γὰρ ἐξ ἰδίας δυνάμεως ἐφθέγγοντο, μὴ πλανῶ [3], οὐδὲ ἅπερ αὐτοὶ ἐβούλοντο, ταῦτα ἐκήρυττον· ἀλλὰ πρῶτον μὲν διὰ τοῦ λόγου ἐσοφίζοντο ὀρθῶς, ἔπειτα δι' ὁραμάτων προεδιδάσκοντο τὰ μέλλοντα καλῶς· εἶθ' οὕτω πεπεισμένοι ἔλεγον ταῦτα, ἅπερ αὐτοῖς ἦν μόνοις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ [ἀποκεκαλυμμένα, τοῖς δὲ λοιποῖς] [4] ἀποκεκρυμμένα. Ἐπεὶ κατὰ τίνα λόγον ὁ προφήτης, προφήτης λεχθήσεται, εἰ μήτοι πνεύματι προεώρα τὰ μέλλοντα; εἰ γὰρ περὶ συμβεβηκότος τινὸς ἔλεγεν ὁ προφήτης, οὐκ ἂν ἦν προφήτης ταῦτα λέγων, ἅπερ ἅπαντες ὑπ' ὀφθαλμῶν ἦσαν ἑωρακότες. ἀλλ' ὁ τὰ μέλλοντα ἐκδιηγούμενος δικαίως προφήτης ἐκρίνετο. διὸ εὐλόγως προφῆται ἀπ' ἀρχῆς οἱ Βλέποντες ἐκαλοῦντο. ὅθεν ϗαὶ ἡμεῖς τὰ ὑπ' αὐτῶν προειρημένα καλῶς μαθητευθέντες, λέγομεν οὐκ ἐξ ἰδίας ἡμῶν ἐπινοίας. οὐδὲ γὰρ καινοτομεῖν ἐπιχειροῦμεν ἀλλήλοις τὰ προειρημένα πάλαι ῥήματα ὧν τὰ ἔγγραφα ἐκτιθέντες εἰς φῶς, ἀναγνῶμεν τοῖς ὀρθῶς πιστεύειν δυναμένοις, ἐπεὶ γίνεται ἀμφοτέροις κοινὴ ὠφέλεια· τῷ μὲν λέγοντι τὸ διὰ μνήμης κρατήσαντα ὀρθῶς ἐκθέσθαι τὰ [5] προκείμενα· τῷ δὲ ἀκούοντι, ἐπιστῆσαι τὸν νοῦν πρὸς τὰ λεγόμενα. ἐπεὶ οὖν ὁ κάματος κοινὸς ἀμφοτέροις πρόκειται, τῷ μὲν λέγοντι τὸ [6] ἀκινδύνως ἐξειπεῖν, τῷ δὲ ἀκούοντι πιστῶς ἀκούσαντα καταδέξασθαι τὰ λεγόμενα, παρακαλῶ συναγωνίσασθαί μοι ἐν τῇ πρὸς Θεὸν δεήσει.


II. Nam quia beati Prophetæ oculi nobis fuerunt, ipsi per fidem Verbi mysteria præviderunt, quæ & aliis postmodum ætatibus ministrarunt, nedum quæ præterita essent loquentes, sed & præsentia atque futura nuntiantes; ne solum Propheta temporaneus esse monstraretur, sed & cunctis ætatibus futura prædiceret, ut Propheta B esse existimaretur. Hi namque patres spiritu propheticæ aptati, digneque ab ipso Verbo honorati, quo nimirum velut organa in seipsis semper unitum Verbum tamquam plectrum haberent; cujus nutu atque afflatu, quæ Deus vellet hæc Prophetæ annuntiabant. Non enim ex [b] sua facultate loquebantur, (verum dico) nec quæ ex animo essent, hæc prædicabant: sed primum quidem Verbi numine rite sapientia imbuti; exinde per visa, quæ essent futura probe prædocebantur; ac demum certa jam rerum fide, ea dicebant ac prædicabant, quæ illis divino Numine dumtaxat manifesta forent, reliquis vero abscondita. Nam qua ratione Propheta, propheta vocaretur, C nisi quæ sunt futura spiritu præviderct? Nam si Propheta de casu aliquo loqueretur, ea loquendo non esset Propheta, quæ ob oculos cunctis posita essent. Sed qui futura narret, is merito Propheta existimatus est. Unde convenienter Prophetæ a principio *Videntes* [c] vocabantur. Unde & nos eorum probe docti vaticinia, non ex nostro sensu loquimur. Non enim alii aliis, quæ pridem prædicta sunt verba, novis mutare tentamus; quorum scripturas in lucem edentes, his qui recte credere valeant, legimus, quod hinc utrisque commodum veniat; nempe ei qui loquitur, quod memoria tenendo recte exponat quæ prædicta sunt; auditori vero, quod his quæ D dicuntur adhibeat animum. Quod igitur communis utrisque labor propositus est; loquenti nimirum, ut omni tutus periculo eloquatur; auditori vero, ut fide audiens suscipiat ea quæ dicuntur, obsecro ut orando Deum mihi præsto sis.

Πῶς [7] ἂν πάλαι τοῖς μακαρίοις προφήταις ἀπεκάλυψεν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, αὐτὸς πάλιν ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς, ὁ πάλαι μὲν λόγος, τυχεῖν ἐπιζητεῖς; ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ἑαυτοῦ εὔσπλαγχνον ϗαὶ ἀπροσωπόληπτον ἐνδείκνυται διὰ πάντων τῶν ἁγίων ὁ λόγος φωτίζων ϗαὶ ῥυθμίζων [8] αὐτὸν ὡς ἔμπειρος ἰατρὸς

III. Quonam modo olim beatis Prophetis Dei Verbum manifestaverit, [d] ipse rursus Dei servus, qui olim Verbum erat, scire quæris? Nimirum quia Verbum suam misericordiam, & quod minime acceptor est personarum, per omnes Sanctos ostendit, illuminans illos atque componens,

[a] II. Thess. III. 2. [b] II. Pet. I. 21. [c] I. Reg. IX. 9. [d] Isa. XLII. 1. Matth. XII. 18.

1. Ἅτινα] Leg. τινά. GUD.
2. Ὀργάνων δίκην ἑαυτοῖς ἡνωμένοι] Combefisius: ὀργάνων δίκην ἡνωμένον ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς.
3. Μὴ πλανῶ] Lege, ὡς πλάνοι, *ut impostores*: quod meridie ipso clarius est. TAN. FAB.
4. Ἀποκεκρυμμένα] Putavit Gudius mutandum ἀποκεκρυμμένα in ἀποκεκαλυμμένα. Mihi potius vestigium veræ lectionis, quæ τὸ ἀποκεκαλυμμένα prophetis tribuat, τὸ ἀποκεκρυμμένα reliquis. Sic igitur restituenda lectio videtur. μόνοις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποκεκαλυμμένα, τοῖς δὲ λοιποῖς ἀποκεκρυμμένα. Hoc enim prophetia: illa præscire & prædicere divina revelatione, quæ procul sunt a reliquorum cogitatione, ipsisque abscondita. COMBEF.
5. Προκείμενα] Combef. τὰ προειρημένα.
6. Ἀκίνδυνον] Id. ἀκινδύνως.
7. Πῶς ἂν πάλαι] Suspicatur Gudius legendum ἅ. Sed non videtur. Quærit quomodo revelaverit ante incarnationem Dei Verbum, qui ipse per eam Dei παῖς factus sit, id est *servus* & *puer*. Isai. XLII. 1. *Ecce servus meus, susci-* E *piam eum*: quem locum ipse Dominus de se exponit *Matth.* XII. 18. *Ecce puer meus, quem elegi*. Et quamvis υἱὸς, *Filius* ab æterno exsistat ac dicatur, non tamen παῖς, eo quod illa vox (etsi *filius* quandoque reddatur) minus commoda videtur, ut ad æternam ipsam generationem, in qua nulla passio, sed perfecta æqualitas, trahatur; quum ex communi usu aliquid imperfectionis, &, ut sic loquar, inferioritatis, sive pro *filio* sive pro *servo* accipiatur, importet. COMBEF. —— In aliam sententiam abit doctissimus MARANUS in egregio opere, cui titulus: *Divinitas D. N. J. C.* lib. IV. cap. XIII. pag. 460. ubi verba ista perpendens, Αὐτὸς πάλιν ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς, ὁ πάλαι μὲν Λόγος, ea sic reddit: *Ipse rursus Dei Filius, qui prius Verbum erat*: Neque aliter hunc locum interpretatur Grabius ad Bulli *Defens. fid. Nic.* pag. 101. Quid quod eadem loquendi ratione paullo post utitur sanctus Martyr? εἷς γὰρ ϗαὶ ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς· quæ sic vertit ipsemet Combefisius: *nam & unus Dei filius est*.
8. Αὐτὸν] Combef. αὐτούς. FABRIC.



πρὸς τὰ ἡμῖν συμφέροντα, ἐπιστάμενος τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν· καὶ τοὺς μὲν ἀγνοοῦντας ἐκδιδάσκειν πειρᾶται· τοὺς δὲ πλανωμένους ἐπιστρέφει εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀληθινὴν ὁδόν. καὶ τοῖς μὲν μετὰ πίστεως ζητοῦσιν εὐκόλως εὑρισκόμενος· τοῖς δὲ καθαροῖς ὄμμασι καὶ ἁγνῇ καρδίᾳ κρούειν [1] τὴν θύραν ἐπιθυμοῦσιν, εὐθὺς ἀνοιγόμενος. οὐδένα γὰρ ἀποβάλλεται τῶν ἑαυτοῦ δούλων, ὡς μὴ ὄντα ἄξιον τῶν θείων μυστηρίων· οὐ πλούσιον προτιμῶν πένητος. οὐδὲ πένητα διὰ τὸ μέτριον ἐξουθενῶν· οὐδὲ βάρβαρον ὀνειδίζων, οὐδὲ τὸν εὐνοῦχον ὡς μὴ ἄνθρωπον, ἀφορίζων· οὐδὲ θῆλυ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς γενομένην παρακοὴν μισῶν, οὐδὲ τὸν ἄρρενα διὰ τὴν παράβασιν ἀτιμάζων· ἀλλὰ πάντας θέλων καὶ πάντας σώζειν ἐπιθυμῶν, πάντας υἱοὺς Θεοῦ καταρτίσαι θέλων καὶ τοὺς πάντας ἁγίους εἰς ἕνα τέλειον ἄνθρωπον καλῶν· εἷς γὰρ καὶ ὁ τοῦ Θεοῦ παῖς, δι᾽ οὗ καὶ ἡμεῖς τυχόντες τὴν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀναγέννησιν, εἰς ἕνα τέλειον καὶ ἐπουράνιον ἄνθρωπον οἱ πάντες καταντῆσαι ἐπιθυμοῦμεν.

velut peritus medicus, ad ea quæ ad nostram conducant salutem, quippe cum non nesciat humanam infirmitatem. Ac quidem ignorantes studet edocere: errantes vero ad veram suam viam convertit. Atque his quidem qui fide quærunt, facile invenitur: his autem qui mundis oculis & casto corde ostium pulsare desiderant, confestim aperit. Nullum enim suorum servorum rejicit, quasi divinorum mysteriorum indignum. Non divitem paupere pluris facit, neque pauperem pro ejus tenuitate spernit. Non barbaro exprobrat, nec eunuchum quasi non virum ablegat. Non odit feminam ob primæ originis inobedientiam, nec virum ob transgressionis reatum deturpat: sed omnes vult omnesque salvare desiderat. Omnes Dei filios præstare vult, Sanctosque omnes in unum hominem perfectum vocat. Nam & unus Dei Filius est, cujus etiam nos munere per Spiritum sanctum adepti regenerationem, in unum [a] perfectum ac cælestem hominem omnes occurrere optamus.

Ἐπειδὴ γὰρ ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἄσαρκος [2] ὢν, ἐνεδύσατο τὴν ἁγίαν σάρκα ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ὡς νυμφίος ἱμάτιον ἐξυφάνας ἑαυτῷ ἐν τῷ σταυρικῷ πάθει, ὅπως συγκεράσας τὸ θνητὸν ἡμῶν σῶμα τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει, καὶ μίξας τῷ [3] ἀφθάρτῳ τὸ φθαρτὸν καὶ τὸ ἀσθενὲς τῷ ἰσχυρῷ, σώσῃ τὸν ἀπολλύμενον ἄνθρωπον. ἔστι μὲν οὖν ὁ ἱστὸς, τοῦ κυρίου τὸ πάθος τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ γεγενημένον· στήμων δὲ ἐν αὐτῷ, ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμις· κρόκη δὲ, ἡ ἁγία σὰρξ ἐνυφαινομένη πνεύματι· μίτος δὲ, ἡ δι᾽ ἀγάπης Χριστοῦ χάρις σφίγγουσα καὶ ἑνοῦσα τὰ ἀμφότερα εἰς ἕν· κερκίδες δὲ, ὁ λόγος· οἱ [4] διεργαζόμενοι, πατριάρχαι τε καὶ προφῆται, οἱ τὸν καλὸν ποδήρη καὶ τέλειον χιτῶνα ὑφαίνοντες Χριστῷ, δι᾽ ὧν ὁ λόγος διϊκνούμενος, κερκίδων δίκην ἐξυφαίνει δι᾽ αὐτῶν ταῦθ᾽ ἅπερ βούλεται ὁ πατήρ.

IV. Quod enim Dei Verbum cum esset carnis expers, sanctam carnem ex sancta Virgine induit, tamquam sponsus sibi ipsam in Crucis patibulo vestem contexens; quo nimirum mortale corpus nostrum suæ admiscendo virtuti, & quod obnoxium corruptioni, & quod ab omni immune est correctione, quod infirmum & quod forte est, homini qui perierat salutem præstaret. Est igitur textorius malus, quæ in Cruce peracta Domini passio est: stamen in eo, sancti Spiritus virtus: trama, sancta caro Spiritu contexta: licium, quæ per Christi caritatem gratia utraque adstringit & in unum nectit: radii, Verbum: textores denique artifices, Patriarchæ & Prophetæ, pulchrum Christi contexentes poderem ac perfectam tunicam: per quas Verbum pervadens, radiorum more, illarum opera contexit, ea quæ Patri libent.

Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ καιρὸς [5] λοιπὸν ἀπαιτεῖ [6] πρὸς τὰ ὑποκείμενα, αὐταρκῶν ὄντων τῶν [7] ἐν τῷ προοιμίῳ εἰς δόξαν Θεοῦ εἰρημένων, δίκαιόν ἐστιν ἡμᾶς [8] ἐφαψαμένους αὐτῶν τῶν θείων γραφῶν, ἐπιδεῖν δι᾽ αὐτῶν, τίς καὶ ποταπὴ ἡ τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσία· ποίῳ δὲ καιρῷ καὶ χρόνῳ ὁ ἄνομος ἀποκαλυφθήσεται· πόθεν δὲ καὶ ἐκ ποίας φυλῆς, καὶ τί τούτου ὄνομα, τὸ διὰ τοῦ ἀριθμοῦ ἐν τῇ γραφῇ μηνυόμενον· πῶς δὲ πλάνην μὲν τῷ λαῷ ἐγγεννήσει, ἐπισυνάξας αὐτοὺς ἐκ τῶν περάτων τῆς γῆς·

V. Verum quoniam jam tempus urget ad ea quæ nobis argumento proposita sunt, cum sufficiant quæ in exordio ad Dei gloriam peroravimus, æquum sit ut aggredientes ipsas divinas Scripturas, ex illis videamus, quis & qualis Antichristi adventus: qua ætate ac tempore revelabitur iniquus ille. Undenam & ex qua tribu, quodve illi nomen, quod per numerum in Scriptura significatur. Quomodo populum in errorem inducet, congregans a finibus terræ. Quam item

[a] Ephes. IV. 13.

1. Τὴν θύραν] Hæc male omittuntur apud Combefisium. FABRIC.

2. Ὢν] Leg. ἦν. GUD.

3. Καὶ μίξας τῷ ἀφθ.] Quo lux huic loco affulgeat, consulere præstat Thomassinum *de Incarnat. Verbi* lib. III. cap. V. ubi vir doctus eximios quosque e Græcis & Latinis Patribus excitat; qui utriusque naturæ inconfusam quidem, sed penitissimam commixtionem, unitatis personalis vinculum ipsumque nexum esse inculcarunt.

4. Διεργαζόμενοι] Leg. δ᾽ ἐργαζόμενοι. GUD.

5. Λοιπόν] Cuivis appareat pro λοιπὸν legi oportere οὐδέν. TANAQ. FAB.

6. Απαιτεῖ.] Quin legendum ἐπείγει, nullus dubito. Vel si ἀπαιτεῖ, alia vox jungenda esset. Clara ergo sententia, jam urgere tempus (tractandi scilicet occasionem) expedito exordio, ut ad subjectam materiam procedatur. Itaque heic operis divisio est & argumenti insinuatio. Colligit hinc Gudius de solo Antichristo propositum Hippolyto dicere; relatisque paucis hinc lineis, ita assumit: *quid nunc est apertius, quam non ad argumentum pertinere, quæ de Christo dixerat?* Ita plane: at num quæ dicturum se pollicetur, de revelando Christi adventu de cælo; de Sanctorum cum Christo regno? Cumque tota tractatione Antichristum Christo opponat, non ita male sive ipse Hippolytus, sive quivis alius, prænotavit, Περὶ Χριστοῦ καὶ Ἀντιχρίστου· quod ita post Photianum Codicem, etiam ii repræsentant, ex quibus expressa Gudii editio: quibus proinde malui hærere, quam ejus mutationi deferre. Hieronymum, (cujus & ipse magni auctoritatem facio) adversari Photio non facile dixerim, quod Hippolyti plura recensendo, DE ANTICHRISTO solummodo dixerit. Nempe, nec de Christo negavit, sed sic summa, unde tractatus esset notior, adscripsit: Photius ex Codice integrum titulum recensuit. Deinde, eo spectat tota tractatio, ut Antichristi ex scripturis demonstratione, ab eo fidelibus caveat, & Christo adjungat, amborumque discrimen eum in finem aperiat; quod Christum non excludit, ne ipse pars argumenti videatur, & finis genuinus atque proprius tractationis, non solum extrinsecus. COMBEF.

7. Ἐν τῷ προοιμ.] Citatur hic locus in *Parallel. Damasc.* tom. II. pag. 781. Vid. supra *Veter. testim.* num. IX.

8. Ἐφαψαμένους] Ita Combefis. in edito autem Fabriciano excusum ἐφαψαμένων.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

θλῖψιν δὲ καὶ διωγμὸν ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἐπεγερεῖ· A καὶ πῶς ἑαυτὸν δοξάσει ὡς Θεόν· τίς δὲ ἡ τούτου συντέλεια· πῶς δὲ ἡ ἐπιφάνεια τοῦ κυρίου ἀποκαλυφθήσεται ἀπ᾽ οὐρανῶν· καὶ τίς ἡ τοῦ σύμπαντος κόσμου ἐκπύρωσις· τίς δὲ ἡ τῶν ἁγίων ἔνδοξος καὶ ἐπουράνιος βασιλεία τῶν συμβασιλευόντων τῷ Χριστῷ· καὶ τίς ἡ τῶν ἀνόμων διὰ πυρὸς κόλασις.

Sanctis tribulationem inferet & persecutionem; & quomodo ipse se ut Deum clarificabit. Quis ejus interitus. Quomodo revelanda de cælis Domini apparitio, ac quæ universi orbis conflagratio. Quis Sanctorum gloriosum ac cæleste regnum cum Christo regnantium; ac quod iniquorum per ignem supplicium.

Τοῦ μὲν οὖν κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ διὰ τὸ βασιλικὸν καὶ ἔνδοξον ὡς λέοντος προκεκηρυγμένου· τῷ αὐτῷ τρόπῳ καὶ τὸν Ἀντίχριστον ὁμοίως λέοντα προσηγόρευσαν [1] αἱ γραφαὶ διὰ τὸ τυραννικὸν αὐτοῦ καὶ βίαιον. κατὰ πάντα γὰρ ἐξομοιοῦσθαι βούλεται ὁ πλάνος τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ. λέων μὲν ὁ Χριστὸς, καὶ λέων ὁ Ἀντίχριστος· βασιλεὺς ὁ Χριστὸς, καὶ βασιλεὺς B ὁ Ἀντίχριστος. ἐδείχθη ὁ σωτὴρ ὡς ἀρνίον, καὶ αὐτὸς ὁμοίως φανήσεται ὡς ἀρνίον, ἔνδοθεν λύκος ὤν· ἐν περιτομῇ ὁ σωτὴρ ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐλεύσεται· ἀπέστειλεν ὁ κύριος ἀποστόλους εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ αὐτὸς ὁμοίως πέμψει ψευδαποστόλους· συνήγαγε τὰ διεσκορπισμένα πρόβατα ὁ σωτὴρ, καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐπισυνάξει τὸν διεσκορπισμένον λαόν· ἔδωκεν ὁ κύριος σφραγῖδα τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι, καὶ αὐτὸς δώσει ὁμοίως· ἐν σχήματι ἀνθρώπου ἐφάνη ὁ σωτὴρ, καὶ αὐτὸς ἐν σχήματι ἀνθρώπου ἐλεύσεται· ἀνέστησεν ὁ σωτὴρ καὶ ἔδειξε τὴν ἁγίαν σάρκα ὡς ναόν, καὶ αὐτὸς ἀναστήσει ἐν Ἱεροσολύμοις τὸν λίθινον ναόν. καὶ τὰ μὲν πλάνα αὐτοῦ τεχνάσματα ἐν τοῖς C ἑξῆς δηλώσομεν· νυνὶ δὲ πρὸς τὸ προκείμενον τραπώμεν.

VI. Nam cum Dominus noster Jesus Christus ac Deus, regia celsitate atque gloriæ claritate, ut leo [a] prædicatus sit: eodem modo & Antichristum pariter leonem Scripturæ vocitarunt, pro ejus tyrannide violentiaque. Seductor enim per omnia similis videri vult Dei Filio. Leo quidem Christus, & leo Antichristus: Rex Christus [b], ac Rex Antichristus. Exhibitus est Salvator ut Agnus [c]; ipse quoque pariter ut agnus apparebit, cum interius sit lupus. Venit Salvator in circumcisione in mundum, veniet & ille similiter. Misit Dominus Apostolos in omnes gentes; mittet & ipse perinde pseudoapostolos. Congregavit [d] Salvator oves, quæ dispersæ erant; ipse quoque pariter populum congregabit, qui dispersus est. Dedit Dominus fidelibus suis signaculum; ipse quoque similiter dabit. Apparuit Salvator hominis habitu; ipse quoque in hominis habitu veniet. Excitavit Salvator, ac sanctam carnem suam ut templum fecit [e]; ipse itidem templum lapidibus constructum Hierosolymis excitabit. Ac quidem ejus seducendi artificia sequentibus declarabimus; nunc vero ad subjectum argumentum vertamur.

Λέγει οὖν ὁ μακάριος Ἰακὼβ ἐν ταῖς εὐλογίαις προαναφωνῶν τὰ περὶ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν, οὕτως· Ἰούδα, σὲ αἰνεσάτωσαν οἱ ἀδελφοί σου, αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν, προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου. σκύμνος λέοντος Ἰούδα, ἐκ βλαστοῦ υἱέ μου ἀνέβης, ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται. καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν. δεσμεύων D πρὸς ἄμπελον τὴν ὄνον αὐτοῦ, καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς ἀπὸ οἴνου, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα.

VII. Dicit itaque beatus Jacob in benedictionibus, prænuntians quæ ad Dominum ac Salvatorem nostrum spectant, ita loquens [f]: *Juda, laudent te fratres tui. Manus tuæ in dorso inimicorum: adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda: ex germine, fili mi, ascendisti. Recumbens dormisti ut leo, & ut catulus leonis: quis suscitabit eum? Non deficiet princeps ex Juda & dux ex femoribus ejus, donec veniat cui repositum est: & ipse erit exspectatio gentium. Alligans ad vitem asinam suam, & ad helicem pullum asinæ suæ. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum. Hilares oculi ejus a vino, & dentes ejus lacte candidiores.*


Ταῦτα μὲν οὖν παραφράζειν ἐπιστάμενός σοι, αὐτὰ [2] δοκεῖ τανῦν παρατίθεσθαι. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ αὐτὰ τὰ ῥήματα προτρέπει τοῦ λέγειν, οὐδὲ τοῦτο παραλείψομαι· ἔστι γὰρ ὄντως θεῖα καὶ ἔνδοξα, δυνάμενα ὠφελῆσαι ψυχήν. Σκύμνον λέοντος εἰπὼν ὁ προφήτης τὸν ἐξ Ἰούδα καὶ Δαυὶδ κατὰ σάρκα γεγενημένον, μὴ [3] ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γενόμενον, ἀλλ᾽ ἐξ ἁγίου πνεύματος συλλαμβανόμενον, καὶ [4] τούτου ἐκ βλαστοῦ ἁγίου ἐκ γῆς προερχομένου. Ἡσαΐας E μὲν γὰρ λέγει· ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐξ αὐτῆς ἀναβήσεται. τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ Ἡσαΐου ἄνθος εἰρημένον, ὁ Ἰακὼβ βλαστὸν εἴρηκε· πρῶτον γὰρ ἐβλάστησεν, εἶτα ἤνθησεν ἐν

VIII. Hæc cum pluribus ac circuitu eloqui noverim, ipsum modo textum apponere libuit. Quia tamen ipsa divina verba suadent loqui, ne id quidem omittam. Plane enim divina sunt & illustria, ac sane animo conducere possunt. Catulum leonis vocavit Propheta, qui ex Juda & Davide secundum carnem factus est, non quidem ex Davidis factum semine, sed qui de Spiritu sancto concipiatur & ex sancto germine e terra procedat. Quod ita Esaias effert [g]: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos ex ipsa ascendet.* Quod Isaiæ flos dictum est, id Jacob appellavit germen. Primum namque germina-

a Apocal. v. 5. *b* Joan. XVIII. 37. *c* Joan. I. 29. *d* Joan. XI. 52. *e* Joan. II. 19.
f Gen. XLIX. 8-12. *g* Isa. XI. 1.

1. Προσηγόρευσαν] Combefis. *προηγόρευσαν*. FABRIC.
2. Δοκεῖ] Leg. *δοκῶ*. TAN. FAB.
3. Μὴ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ γενόμενον] Hæc minus recte dicta fortasse videri queant. Suspicionem vel maxime auget Paullinum illud *Rom.* I. 3. *περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα*. Verum, ut optime Tillemontius *Mem. eccl.* tom. III. pag. 678. not. VI. ex iis quæ statim sequuntur quisque perspicere potest, S. Patrem ex stirpe quidem Davidica ortum Jesum Christum agnoscere; ita tamen ut neget ipsum ea ortum *ex Davidis semine* ratione vulgari qua ceteri homines, quippe *qui de Spiritu sancto conceptus fuerit, & ex sancto germine e terra processerit*.
4. Τούτου ἐκ βλ.] Conjiciebat Gudius legendum *τοῦτο*. Sed rectius, ut videtur, Combefisius *τοῦτον*, & mox *προερχόμενον*.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



τῷ κόσμῳ. [1] Τὸ δὲ λέγειν, ἀναπεσὼν ἐκοιμήθης ὡς λέων καὶ ὡς σκύμνος, τὴν τριήμερον τοῦ Χριστοῦ ἐδήλωσε κοίμησιν, ὡς καὶ Ησαΐας λέγει· πῶς ἐγένετο πόρνη πιστὴ Σιών, πλήρης κρίσεως; ἐν ᾗ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. καὶ ὁ Δαυὶδ ὁμοίως· ἐγὼ ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα, ἐξηγέρθην, ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου· ἵνα δείξῃ ἐν τῷ ῥητῷ τὴν κοίμησιν αὐτοῦ καὶ ἀνάστασιν γεγενημένην. Ιακὼβ δὲ λέγει· τίς ἐγερεῖ αὐτόν; τουτέστιν [2] ὁ Δαυὶδ, καθὼς καὶ Παῦλος, λέγει· καὶ Θεοῦ πατρὸς τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν ἐκ νεκρῶν.

A vit, deinde floruit in mundo. Dicendo autem, *Recumbens dormisti ut leo, & ut catulus leonis*, triduanam Christi dormitionem significavit, uti etiam Esaias ait [a]: *Quomodo facta est meretrix fidelis Sion, plena judicii? in qua dormivit justitia; nunc autem homicidæ*. Item etiam David [b]: *Ego dormivi & soporatus sum: exsurrexi, quia Dominus auxiliabitur mihi*: ut ea sententia, & dormisse eum, & suscitatum esse ostendat. Jacob autem dicit, *Quis suscitabit eum?* Id ipsum est quod David, uti & Paullus, ait [c]: *Et Deum Patrem, qui suscitavit eum a mortuis*.

Τῷ δὲ εἰπεῖν, οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ιούδα, [3] καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ, ᾧ ἀπόκειται· καὶ αὐτὸς ἔσται προσδοκία ἐθνῶν·] [4] πληρουμένην ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἐδήλωσεν. αὐτὸς γὰρ ἡμῶν ἐστι προσδοκία· προσδεχόμεθα γὰρ αὐτὸν, [5] ἐρχόμενον ἀπ᾽ οὐρανοῦ δυνάμει διὰ πίστεως ἡμῶν βλέπομεν.

IX. Dicendo autem, *Non deficiet princeps ex* B *Juda, & dux ex femoribus ejus, donec veniat, cui repositum est: Et ipse erit exspectatio Gentium*, ostendit impletum esse vaticinium. Ipse enim est nostra exspectatio. Exspectamus enim eum, & venientem e cælo virtute per fidem cernimus.

Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὴν ὄνον αὐτοῦ, τουτέστι, τὸν ἐκ περιτομῆς λαὸν αὐτοῦ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ κλῆσιν· αὐτὸς γὰρ ἦν ἡ ἄμπελος. καὶ τῇ ἕλικι τὸν πῶλον τῆς ὄνου αὐτοῦ· τὸν λαὸν, τὸν ἐξ ἐθνῶν, ὡς περιτομὴν καὶ ἀκροβυστίαν εἰς μίαν πίστιν καλῶν.

X. *Alligans ad vitem asinam suam*: hoc est, populum suum ex circumcisione, ad vocationem suam. Nam ipse vitis [d] erat. *Et ad helicem pullum asinæ suæ*; populum ex Gentibus, quasi novum pullum adducens, quasi qui circumcisionem & præputium vocet in unam fidem.

Πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ· [6] [κατὰ] τὴν [διὰ] τοῦ ἁγίου πνεύματος κατελθοῦσαν ἐπὶ Ιορδάνην πατρικὴν φωνήν. καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. αἵματι οὖν σταφυλῆς ποίας; ἀλλ᾽ ἢ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ ὡς βότρυος ἐπὶ ξύλου βληθείσης; ἐξ ἧς πλευρᾶς ἔβλυσαν δύο πηγαὶ, αἵματος καὶ ὕδατος, δι᾽ ὧν τὰ ἔθνη ἀπολουόμενα καθαίρονται, ἅπερ ὡς περιβόλαιον λελόγισται ἔχων. C

XI. *Lavabit in vino stolam suam*: juxta paternam per Spiritum sanctum, quæ in Jordane descendit, vocem. *Et in sanguine uvæ pallium suum*. Cujus, rogo, sanguine uvæ, nisi carnis suæ, quæ botri instar in lignum missa est? Ex cujus latere, duo scaturierunt fontes, sanguinis & aquæ, quibus Gentes lotæ emundantur, quas pallii in morem censetur habere.

Χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου· Χριστοῦ τίνες, ἀλλ᾽ ἢ οἱ μακάριοι προφῆται; οἱ προϊδόντες τῷ πνεύματι καὶ προκηρύξαντες τὰ εἰς αὐτὸν συμβησόμενα πάθη, ὃν δυνάμει ἔχαιρον βλέποντες πνευματικοῖς ὀφθαλμοῖς, ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ λόγου καὶ τῆς αὐτοῦ χάριτος καταρτιζόμενοι.

XII. *Hilares oculi ejus a vino*. Quinam Christi oculi, nisi beati Prophetæ? qui nimirum, quæ illi eventuræ erant passiones, spiritu prævidentes ac prædicantes, gaudebant, spiritalibus oculis eum virtute cernentes, ipsius Verbi nu- D mine ejusque gratia perfecti.

Τῷ δὲ εἰπεῖν, καὶ λευκοὶ οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ἢ γάλα, τὰς ἐξ ἁγίου στόματος Χριστοῦ ἐκπορευομένας ἐντολὰς ἐσήμαινε [7], καθαρὰς οὔσας ὡσεὶ γάλα.

XIII. Dicendo autem, *Et dentes ejus lacte candidiores*, mandata significavit, ex sancto ore Christi procedentia, lactis instar munda.


Τοῦτον οὖν λέοντα καὶ σκύμνον λέοντος προανεφώνησαν αἱ γραφαί. τὸ ὅμοιον καὶ ἐπὶ τοῦ Αντιχρίστου εἴρηται. φησὶ γὰρ Μωϋσῆς οὕτως· σκύμνος λέοντος Δὰν, καὶ ἐκπηδήσεται ἐκ Βασάν. ἀλλ᾽ ἵνα μὴ σφαλῇ τις, νομίσας περὶ τοῦ σωτῆρος εἰρῆσθαι τὸ ῥητὸν τοῦτο, ἐπιστησάτω τὸν νοῦν. Δὰν φησι [8] σκύμνον λέοντος· τὴν φυλὴν ὀνομάσας τοῦ Δὰν, ἐσαφήνισεν, ἐξ ἧς μέλλει ὁ Αντίχριστος γεννᾶσθαι. ὥσπερ γὰρ E

XIV. Hunc igitur leonem & catulum leonis prænuntiaverunt Scripturæ. Similiter & de Antichristo dictum est. Ait enim Moyses ita: [e] *Catulus leonis Dan, & prosiliet a Basan*. Verum ne quis errore decipiatur, existimans hanc sententiam ad Salvatorem spectare, animum advertat. *Dan*, inquit, *catulus leonis*. Illa voce tribum Dan declaravit, ex qua Antichristus nasciturus

a Isa. I. 21. *b* Psal. III. 6. *c* Gal. I. 1. *d* Joan. xv. 1. *e* Deut. xxxIII. 22.

1. Τὸ δὲ λέγ.] Edit. Combefis. τῷ δὲ λέγ.
2. Τουτέστιν ὁ Δαυίδ] Leg. τουτ. ὃ ὁ Δαυ. FABR.
3. Καὶ ἡγούμ. — ἐθνῶν] Uncis inclusa, male aberant a mss. Gud.
4. Πληρουμένην] Addit Combefisius parenthesi conclusa (τὴν προφητείαν.)
5. Ερχόμενον] Combefis. καὶ ἐρχ.
6. [Κατὰ] τὴν [διὰ] τοῦ.] Duplicem hanc præpositionem mihi necessario supplendam putavi. Non enim στολὴ & φωνὴ ullo allegoriæ genere conveniant: nec Paterna vox dicatur vox Spiritus sancti, quasi Spiritus sanctus Christi Pater dicatur, quod Theologia non admittit. Mira itaque brevitate, vinum deitatis figura accipit, quo delibuta & dealbata illa Christi tunica (ejus scilicet humanitas) juxta quod Pater in Jordane, voce per Spiritum delapsa, protestatus est, esse Filium suum dilectum, non adoptivum, sed naturalem, ipsa unctum divinitate, qua homo, non sicut ceteri: & pallium, quasi quid extrinsecum, derivatis ex illo charismatibus: quæ certe alta Theologia simplici ævo, vereque ecclesiastica. Quod est βληθείσης, propius ad metaphoram fuerit θλιβείσης, quod de uvis proprie sive cum calcantur dicitur, sive cum in torcular exprimuntur. Cujus etiam una metaphora & tinctione vini, de sua Dominus passione, Isai. 63. 3. *Torcular calcavi solus*, &c. nisi quis de inimicorum ultione accipere malit. ἀπὸ οἴνου etiam MS. Alex. COMBEFIS. — Aliter Gudius heic apud Fabricium.
7. Εσήμαινε] Combef. ἐσήμανε.
8. Σκύμνον] Id. σκύμνος.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



ἐκ τῆς Ιὐδα φυλῆς ὁ Χριστὸς γεννᾶται, οὕτως ἐκ A τῆς Δὰν φυλῆς ὁ Αντίχριστος γεννηθήσεται. ὅτι δὲ ὕτως ἔχει, φησὶν ὁ Ιακώβ· γεννηθήτω Δὰν ὄφις, ἐπὶ τῆς γῆς καθήμενος, δάκνων πτέρναν ἵππου. ὄφις οὖν τίς, ἀλλ' ἢ ὁ Αντίχριστος; πλάνος [1] ὁ ἐν τῇ Γενέσει εἰρημένος, ὁ πλανήσας τὴν Εὔαν καὶ πτερνίσας τὸν Αδάμ. ἀλλ' ἐπειδὴ διὰ πλειόνων μαρτυριῶν ἀποδεῖξαι δεῖ τὰ λεγόμενα, ὐκ [2] ἀποκνήσομεν.

eſt. Quemadmodum enim Chriſtus ex tribu Juda naſcitur, ita ex tribu Dan naſcetur Antichriſtus. Quod vero ita ſe res habeat, ait Jacob [a]: *Fiat Dan ſerpens, ſedens in terra, mordens calcaneum equi.* Quisnam igitur ſerpens, niſi Antichriſtus ſeductor ille, qui dictus in Geneſi [b] eſt, qui ſeduxit Evam, & Adamum ſupplantavit? Quia tamen neceſſe eſt pluribus teſtimoniis hæc dicta comprobare, non gravabor.

Οτι μὲν γὰρ ὄντως ἐκ τῆς Δὰν φυλῆς μέλλει γεννᾶσθαι καὶ ἀνίστασθαι τύραννος καὶ βασιλεὺς, κριτὴς δεινὸς, υἱὸς τοῦ διαβόλου, φησὶν ὁ προφήτης· Δὰν κρινεῖ τὸν λαὸν αὐτῦ, ὡσεὶ καὶ μία φυλὴ ἐν Ισραήλ. ἀλλ' ἐρεῖ τις, τοῦτο ἐπὶ τὸν Σαμψὼν B εἰρῆσθαι, ὃς ἐκ τῆς φυλῆς τῦ Δὰν γεννηθεὶς, ἔκρινε τὸν λαὸν εἴκοσιν ἔτη. τὸ μὲν ἐπὶ τῦ Σαμψὼν μερικῶς γεγένηται· τὸ δὲ καθόλυ γενήσεται ἐπὶ [3] τὸν Αντίχριστον. λέγει γὰρ καὶ Ιερεμίας ὕτως· φωνὴν ἐκ Δὰν ἀκουσώμεθα [4] ὀξύτητος ἵππων αὐτοῦ [ἀπὸ φωνῆς χρεμετισμῦ ἱππασίας ἵππων αὐτῦ] ἐσείσθη πᾶσα ἡ γῆ. λέγει δὲ καὶ ἕτερος προφήτης· ξυνάξει πᾶσαν δύναμιν αὐτῦ ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν ἄχρις ἡλίου δυσμῶν· ὓς κεκλήκοι, καὶ ὓς ὐ κεκλήκοι πορευθήσονται μετ' αὐτῦ. λευκανεῖ τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῶν ἱστίων τῶν πλοίων, καὶ μελανεῖ τὸ πεδίον ἀπὸ τῶν θυρεῶν τῶν ὅπλων· καὶ πᾶς ὃς ἂν συναντήσῃ αὐτῷ ἐν πολέμῳ, μαχαίρᾳ πεσεῖται. ὅτι μὲν οὖν ταῦτα οὐκ ἐπ' ἄλλον τινὰ εἴρηται, ἀλλ' ἐπὶ τὸν C τύραννον καὶ ἀναιδῆ καὶ θεομάχον, δείξομεν διὰ τῶν ἑξῆς.

XV. Quod enim ex tribu Dan naſciturus ſit ac ſurrecturus tyrannus & rex, judex dirus, filius diaboli, ait Propheta [c]: *Dan Judicabit populum ſuum, tamquam & una tribus in Iſrael.* Sed dicet aliquis, dictum id eſſe de Sampſone, qui ortus ex tribu Dan, judicavit populum viginti annis. Nempe, partim res in Sampſone particulariter contigit, partim univerſaliter in Antichriſto fiet. Nam & Jeremias ſic ait [d]: *E Dan audiemus vocem celeritatis equorum ejus, a voce hinnitus equitatus equorum ejus commota eſt univerſa terra.* Ait vero & alius Propheta [e]: *Congregabit omnem virtutem ſuam a ſolis ortu uſque ad occaſum. Quos vocaverit, & quos non vocaverit, cum illo ibunt. Candeſcere mare faciet præ multitudine velorum navium, & nigreſcere campum præ multitudine ſcutorum. Ac, ſi quis ei in prœlio occurrerit, gladio corruet.* Quod enim hæc, non de ullo alio dicta ſint, quam de tyranno illo tum impudente tum Dei adverſario, in ſequentibus oſtendemus.

Λέγει καὶ Ησαΐας ὕτως· καὶ ἔσαι ὅταν συντελέσῃ κύριος πάντα ποιῶν ἐπὶ τῷ ὄρει τῷ Σιὼν καὶ Ιερυσαλὴμ, ἐπάξει ἐπὶ τὸν νοῦν τὸν μέγαν, ἐπὶ τὸν ἄρχοντα τῶν Ασσυρίων, καὶ ἐπὶ τὸ ὕψος τῆς δόξης τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῦ. εἶπε γὰρ, τῇ ἰσχύϊ ποιήσω, καὶ τῇ σοφίᾳ τῆς συνέσεως ἀφελῶ ὅρια ἐθνῶν, καὶ τὴν ἰσχὺν αὐτῶν προνομεύσω, καὶ σείσω πόλεις κατοικυμένας, καὶ τὴν οἰκυμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρί μυ, ὡς νοσσιὰν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ· καὶ ὐκ ἔσιν, ὃς διαφεύξεται ἢ ἀντείπῃ μοι, [καὶ ἀνοίγων τὸ σόμα καὶ σρυθίζων. μὴ δοξασθήσεται ἀξίνη ἄνευ τῦ κόπτοντος ἐν αὐτῇ; ἢ ὑψωθήσεται πρίων ἄνευ τῦ ἕλκοντος αὐτόν; ὡσαύτως, ἐάν τις ἄρῃ ῥάβδον ἢ ξύλον, ὑψωθήσεται ξύλον·] καὶ

XVI. Sed & Iſaias ſic ait [f]: *Et erit cum conſummaverit Dominus omnia faciens in monte Sion & Jeruſalem: inducet ſuper mentem magnam, ſuper principem Aſſyriorum, & ſuper altitudinem gloriæ oculorum ejus. Dixit enim: In fortitudine faciam, & ſapientia intellectus auferam terminos gentium, & fortitudinem eorum deprædabor: & concutiam civitates habitatas, & orbem totum comprehendam manu mea quaſi nidum, & quaſi ova derelicta tollam: & non eſt qui effugiat aut contradicat mihi; & qui aperiat os & garriat. Num-* D *quid glorificabitur ſecuris ſine eo qui cædit in ipſa? aut exaltabitur ſerra ſine eo qui illam trahit? Similiter ſi quis ſuſtulerit virgam aut lignum, exal-*

a Gen. XLIX. 17. *b* Gen. III. 1. *c* Gen. XLIX. 16. *d* Jerem. VIII. 16. *e* Forte ex Apocrypho, ut infra cap. LIV. *f* Iſa. X. 12-17.

1. Πλάνος ὁ ἐν τῇ Γενέσει.] Si eum ipſum ſerpentem, qui primos parentes ſeduxit & ſupplantavit in paradiſo, velit Hippolytus eſſe Antichriſtum, & in perſona; quaſi is, qui illa ſpecie apparuit & locutus eſt, ipſe tanta illa quæ de Antichriſto feruntur, ſit operaturus, qui vere ipſe diabolus, aut (prout Hippolytus vocat) diaboli filius ſit, non ſolum imitatione, ſed etiam natura; unus ſcilicet quis nequiſſimorum dæmonum, etſi non forte ille omnium princeps, & κατ' ἐξοχὴν diabolus: nihil eccleſia- E ſticum eſt, ſed prorſus abhorrens a fide, ſive intelligatur fore Antichriſti anima, ſive alias illi perſona. Animos hominum aliud genus ſpirituum agnoſcit fides, a ſubſtantiis quas Deus extra corpora condidit; nec ſacra doctrina admittit, extra divinas perſonas, quarum vis infinita, poſſe unum alteri a ſe diverſo perſonam eſſe, ſeu illi hypoſtatice uniri. Quod vero Antichriſtus ita dæmonis ſpiritu affletur, ut ſuis omnibus illum referat, & quaſi alter ille ſerpens antiquus videatur, ipſe ſeductor orbis, velut ille fuit primorum parentum, a Paulli verbis ſenſuque non abludit: recteque ſenſit Hippolytus, ſi ita voluit, etſi ſimplicius locutus eſt: nec improbabili conjectura, ſerpentis ſic inſidiantis typo deſignatum a Jacobo Antichriſtum, oſtendit. Verba Gen. ſunt, ὄφις ἐφ' ὁδῦ, ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβυ· Nec forte aliter ſcripſerit Hippolytus: ubi non ſatis probo quod reddit Nobilius, *ſedens in ſemita*; potius, *ex inſidiis ſedens*, ſive *inſidians*, ut alii vertunt. Significatur ad litteram, hac ſerpentis metaphora & colubri, ac *ceraſtis*, ut Vulg. aut *regali*, ut Syriac. Danitas aſtutia potius, quam robore, hoſtium potituros: & docti Hebræorum in Sampſone expletum volunt, cum ſuccuſſis columnis ruina domus Philiſtæos oppreſſit, deque illis judicium exercuit, ipſe Judex in Iſrael: quod nec Hippolytum latuit, ſed ulterius & allegorice ad Antichriſtum ipſum Danitam traxit. Auctor ſubdititii operis *de Antichriſto & mundi conſummatione*, exponi non poteſt, quin verum natura dæmonem Antichriſtum putaverit, qui ſibi verum Hippolytum in eum ſenſum traxerit: quod vero Hippolyto non officiat, quin poſteriori vero ſenſu exponi queat. COMBEF.

2. Αποκνήσομεν] Combef. ἀποκνήσομαι.

3. Επὶ τὸν Αντίχριστον] Id. ἐπὶ τῦ Αντιχρίστου.

4. Οξύτητος ἵππων] Nobilius, ut & Vulg. *fremitum equorum*. Et ſane recte Vulg. quod ita Hebræa habent. Leo Juda, *Ronchus auditus*: nihil vero recte Nobilius, qui litteram τῶν Septuaginta debuit reddere; apud quos nemo Græce doctus τὴν ὀξύτητα, ad ronchum vel fremitum equorum referat, ſed ad illorum celeritatem ac velocitatem, qua perinde ac fremitu atque hinnitu, equeſtris militia terrori eſt. Quod Hebræa habent נחרת, οἱ Septuaginta נחצת legerint: quæ radix pariter legitur 1. Sam. 21. 8. *Sermo regis urgebat* נחוץ. κατασπεῦδον. MS. Alex. Vulg. τῶν Sept. κατὰ σπουδὴν. Sequens auctoritas quam propheticam habet Hippolytus, nuſquam exſtare videtur in libris noſtris quos de Canone agnoſcimus, undecumque ille habuerit: ac putem ex Apocryphis, quos quaſi propheticos libros citare, non inſuetum ejus ætatis hominibus. COMBEF.

οὐχ οὕτως· ἀλλὰ ἀποστελεῖ Ἀδωναὶ Κύριος εἰς τὴν σὴν τιμὴν ἀτιμίαν, καὶ εἰς τὴν σὴν δόξαν πῦρ καιόμενον καυθήσεται. καὶ τὸ φῶς τοῦ Ἰσραὴλ πῦρ, καὶ ἁγιάσει αὐτὸν ἐν φλογὶ, καὶ φάγεται ὡς χόρτον τὴν ὕλην.

Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ λέγει· πῶς ἀναπέπαυται ὁ ἀπαιτῶν, καὶ πῶς ἀναπέπαυται ὁ ἐπισπουδαστής; συνέτριψεν ὁ Θεὸς τὸν ζυγὸν τῶν ἀρχόντων τῶν ἁμαρτωλῶν· πατάξας ἔθνος ἐν θυμῷ καὶ ἐν πληγῇ ἀνιάτῳ· παίων ἔθνος πληγῇ ἀνιάτῳ, ᾗ οὐκ ἐφείσατο. ἀνεπαύσατο πεποιθὼς, πᾶσα ἡ γῆ βοᾷ μετ' εὐφροσύνης. τὰ ξύλα τοῦ Λιβάνου ηὐφράνθησαν ἐπί σοι, καὶ ἡ κέδρος τοῦ Λιβάνου. ἀφ' οὗ σὺ κεκοίμησαι, οὐκ ἀνέβη ὁ κόπτων ἡμᾶς. ὁ ᾅδης κάτω ἐπικράνθη συναντήσας σοι· συνηγέρθησαν πάντες οἱ γίγαντες οἱ ἄρξαντες τῆς γῆς, [1] οἱ κοίρανοι ἐκ τῶν θρόνων αὐτῶν. πάντες βασιλεῖς ἐθνῶν, ἅμα πάντες ἀποκριθήσονται καὶ ἐροῦσι· καὶ σὺ ἑάλως ὥσπερ καὶ ἡμεῖς· ἐν ἡμῖν δὲ κατελογίσθης· κατέβη εἰς γῆν ἡ δόξα σου, ἡ πολλὴ εὐφροσύνη σου· ὑποκάτω σου στρώσουσι σῆψιν· τὸ δὲ [2] κατακάλυμμά σου σκώληξ. πῶς ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὁ ἑωσφόρος, ὁ πρωῒ ἀνατέλλων; συνετρίβη εἰς τὴν γῆν ὁ ἀποστέλλων εἰς πάντα τὰ ἔθνη. σὺ δὲ εἶπας ἐν τῇ διανοίᾳ σου· εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβήσομαι, ἐπάνω τῶν ἄστρων [3] τοῦ οὐρανοῦ θήσω τὸν θρόνον μου, καθιῶ ἐν ὄρεσιν ὑψηλοῖς τοῖς πρὸς βοῤῥᾶν· ἀναβήσομαι ἐπάνω τῶν νεφελῶν, ἔσομαι ὅμοιος τῷ ὑψίστῳ. νυνὶ δὲ εἰς ᾅδην καταβήσῃ [4], καὶ εἰς τὰ θεμέλια τῆς γῆς. οἱ ἰδόντες σε θαυμάσουσιν ἐπί σοι καὶ ἐροῦσιν· οὗτος ὁ ἄνθρωπος ὁ παροξύνων τὴν γῆν, ὁ σείων βασιλεῖς, ὁ θεὶς τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον, καὶ τὰς πόλεις καθεῖλε, τοὺς ἐν ἐπαγωγῇ [5] οὐκ ἔλυσε. πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐκοιμήθησαν ἐν τιμῇ, ἄνθρωπος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ· σὺ δὲ ῥιφθήσῃ ἐν τοῖς ὄρεσιν, ὡς νεκρὸς ἐβδελυγμένος μετὰ πολλῶν τεθνηκότων ἐκκεκεντημένων μαχαίρᾳ, καταβαινόντων εἰς ᾅδην. ὃν τρόπον ἱμάτιον ἐν αἵματι πεφυρμένον οὐκ ἔστι καθαρὸν, οὕτως οὐδὲ σὺ ἔσῃ κομψὸς [6]· ὅτι τὴν γῆν μου ἀπώλεσας, καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας. οὐ μὴ μείνῃς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνιος, σπέρμα πονηρόν. ἑτοίμασον τὰ τέκνα σου εἰς σφαγὴν ταῖς ἁμαρτίαις τοῦ πατρός σου, ἵνα μὴ ἀναστῶσι, καὶ τὴν γῆν μου οὐ κληρονομήσουσιν.

Ἰεζεκιὴλ δὲ ὁμοίως λέγει περὶ αὐτοῦ οὕτως· τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· ἀνθ' ὧν ὑψώθη ἡ καρδία σου, καὶ εἶπας, Θεός εἰμι ἐγὼ, κατοικίαν Θεοῦ ἐνῴκησα ἐν καρδίᾳ θαλάσσης· σὺ δὲ ἄνθρωπος καὶ οὐ Θεὸς, ἔδωκας τὴν καρδίαν σου ὡς καρδίαν Θεοῦ. μὴ σοφώτερος εἶ τοῦ Δανιήλ; σοφοὶ οὐκ ἐπαίδευσάν σε τῇ ἐπιστήμῃ αὐτῶν; μὴ ἐν τῇ ἐπιστήμῃ σου, ἢ ἐν τῇ φρονήσει σου ἐποίησας σεαυτῷ δύναμιν καὶ χρυσίον καὶ ἀργύριον ἐν τοῖς θησαυροῖς σου; μὴ ἐν τῇ πολλῇ ἐπιστήμῃ σου, καὶ ἐν τῇ ἐμπορίᾳ [7] σου ἐπλήθυνας δύναμίν σου; ὑψώθη ἡ καρδία σου ἐν τῇ δυνάμει σου. διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεός· ἐπειδὴ ἔδωκας τὴν καρδίαν σου ὡς καρδίαν Θεοῦ, ἀντὶ τούτου, ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ σὲ ἀλλοτρίους λοιμοὺς [8] ἀπὸ ἐθνῶν, καὶ ἐκκενώσουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν ἐπί σε καὶ ἐπὶ τὸ κάλλος τῆς ἐπιστήμης σου, καὶ στρώσουσι τὸ κάλλος σου εἰς

tabitur lignum. Et non sic. Sed mittet Adonai Dominus Sabaoth in honorem tuum ignominiam: & in gloriam tuam ignis ardens exardescet. Et erit lumen Israel in igne: & sanctificabit in flamma, & comedet sicut fœnum, silvam.

XVII. Item alio quoque loco [a]: *Quomodo cessavit exactor? quave ratione cessavit solicitator? Contrivit Deus jugum principum peccatorum, percutiens gentem furore & plaga insanabili, percutiens gentem plaga insanabili qua non pepercit. Requievit confidenter: omnis terra clamat cum lætitia. Ligna Libani lætata sunt super te, & cedrus Libani. Ex quo tu obdormiisti, non ascendit, qui nos cædat. Infernus subter exacerbatus est, occurrens tibi. Consurrexerunt omnes gigantes judices terræ, principes ex soliis suis. Omnes reges gentium, omnes simul respondebunt, & dicent: Et tu captus es sicut & nos: inter nos reputatus es. Descendit in terram gloria tua, multa lætitia tua: subter te sternent saniem, & operimentum tuum vermis. Quomodo cecidit de cælo lucifer, qui mane oriebatur? Contritus est ad terram, qui mittebat ad omnes gentes. Tu autem dixeras in mente tua: In cælum conscendam: supra stellas cæli ponam thronum meum; sedebo in montibus excelsis qui sunt ad Aquilonem: ascendam super nubes: ero similis Altissimo. Nunc autem in infernum descendes, & ad fundamenta terræ. Qui viderint te, mirabuntur super te, & dicent: Hic homo qui irritabat terram: qui concutiebat reges: qui desolavit totum orbem, ejusque urbes destruxit: vinctos carcere non solvit. Omnes reges terræ dormierunt in honore, homo in domo sua: tu vero projectus eris in montibus velut cadaver abominabile, cum multis mortuis confossis gladio, descendentibus in infernum. Quemadmodum vestimentum in sanguine conspersum non est mundum, sic neque tu eris mundus; quoniam terram meam perdidisti, & populum meum interfecisti. Non manebis in æternum longævus, semen nequam. Præpara filios tuos ut jugulentur pro peccatis patris tui, ne consurgant, & terram meam hereditate accipiant.*

XVIII. Ezechiel quoque similiter loquitur in hunc modum [b]: *Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod exaltatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum: habitationem Dei habitavi in corde maris; (tu autem homo, & non Deus) dedisti cor tuum quasi cor Dei. Numquid sapientior es tu Daniele? Sapientes non erudierunt te disciplina sua? Numquid in eruditione tua, aut in prudentia fecisti tibi fortitudinem, & aurum & argentum in thesauris tuis? Numquid in multa eruditione tua & in negotiatione tua multiplicasti fortitudinem tuam? Elatum est cor tuum in fortitudine tua. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quia dedisti cor tuum quasi cor Dei; ecce ego adduco super te alienos pestilentes, & evaginabunt gladios suos super te & super pulcritudinem doctrinæ tuæ, & sternent pulcritudinem tuam in perditionem: &*

a Isa. xiv. 4-21. *b* Ezech. xxviii. 2-10.

1. Οἱ κοίρανοι.] Vox est Homerica Ἰλιάδ. β. & magis poetica. Aliter Græca vulg. *οἱ ἐγείραντες ἐκ τῶν θρόνων αὐτῶν πάντας βασιλεῖς*. Velut olim tyranni & violentia celebres, & qui multos solio excusserant, perinde ac Rex Assyriorum, ei insultent, quod pari & ipse illis sorte factus sit. Allegoria est, quod hæc ad diabolum trahuntur, & quod ad Antichristum, quem ait Paullus interfectum iri spiritu oris Jesu. COMBEF.

2. Τὸ δὲ κατακάλυμμα.] Erat κατάλυμμα, quod *cadaver*, *reliquiæ* reddi posset. Sed cum sic ab Hebræo abhorreat & vulgatis Græcis, mutare religio non fuit. Ejusdem generis est, quod apud Cyrillum κατάλυμα legitur, quasi *hospitium*, *domicilium*, quod & remotius e metaphora est. COMBEF. — Sed nihil mutandum. FABRIC.

3. Αστρων] Combef. ἀστέρων.

4. Καταβήσῃ] Id. κατ[illegible].

5. Επαγωγῇ] Malim ἀπαγωγῇ, quæ alia lectio. COMBEF.

6. Κομψὸς] Id. καθαρός. — Sic & LXX.

7. Εμπορίᾳ] Combef. ἐμπορίᾳ. — Ita quoque LXX.

8. Λοιμ. ἀπὸ ἐθνῶν] Id. λοιμ. τῶν ἐθνῶν.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

ἀπώλειαν, καὶ καταβιβάσουσί σε, καὶ ἀποθανῇ θανάτῳ τραυματιῶν ἐν καρδίᾳ θαλάσσης, μὴ λέγων ἐρεῖς· Θεός εἰμι ἐγὼ ἐνώπιον [τῶν ἀναιρούντων σε; σὺ δὲ εἶ ἄνθρωπος, καὶ οὐ Θεός, ἐν χειρὶ τιτρωσκόντων σε, θανάτοις ἀπεριτμήτων ἀπολῇ ἐν χερσὶν] ἀλλοτρίων· ὅτι ἐγὼ ἐλάλησα, λέγει Κύριος.

A *descendere facient te, & morieris morte vulneratorum in corde maris. Numquid loquens dicturus es, Deus sum ego in conspectu interficientium te? Tu autem homo es, & non Deus, in manu vulnerantium te. Mortibus incircumcisorum interibis in manibus alienorum: quia ego locutus sum, dicit Dominus.*

Τούτων οὖν τῶν ῥημάτων δεδειγμένων, ἴδωμεν λεπτομερέστερον τί λέγει Δανιὴλ ἐν τοῖς ὁράμασιν. οὗτος γὰρ διαστέλλων τὰς μετὰ ταῦτα ἐσομένας βασιλείας, [1] ἐπέδειξεν ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, καὶ τὴν τοῦ Ἀντιχρίστου παρουσίαν, καὶ τὴν τοῦ παντὸς κόσμου συντέλειαν. λέγει οὖν ἐπιλύων τὸ ὅραμα Ναβουχοδονόσορ· [2] Σὺ βασιλεῦ, ἐθεώρεις, καὶ ἰδοὺ εἰκὼν μεγάλη ἑστῶτα πρὸ προσώπου σου· ἧς ἡ κεφαλὴ χρυσίου χρηστοῦ· οἱ βραχίονες αὐτῆς, καὶ οἱ ὦμοι ἀργυροῖ· ἡ κοιλία καὶ οἱ μηροὶ χαλκοῖ· καὶ αἱ κνῆμαι σιδηραῖ· οἱ πόδες μέρος μέν τοι σιδηροῦν, καὶ μέρος ὀστράκινον. ἐθεώρεις οὖν ἕως οὗ ἐσχίσθη λίθος ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐπάταξε τὴν εἰκόνα ἐπὶ τοὺς πόδας τοὺς σιδηροῦς καὶ ὀστρακίνους, καὶ ἐλέπτυνεν αὐτοὺς εἰς τέλος. τότε ἐλεπτύνθησαν εἰσάπαξ τὸ ὄστρακον, ὁ σίδηρος, ὁ χαλκὸς, ὁ ἄργυρος, ὁ χρυσὸς, καὶ ἐγένοντο ὡσεὶ κονιορτὸς ἀπὸ ἅλωνος θερινῆς, καὶ ἐξῆρεν αὐτὰ τὸ πλῆθος τοῦ πνεύματος, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτοῖς· καὶ ὁ λίθος ὁ πατάξας τὴν εἰκόνα, ἐγενήθη εἰς ὄρος μέγα, καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν γῆν.

XIX. Hisce ita ostensis verbis, videamus subtilius quid dicat Daniel in Visionibus. Hic enim futura deinceps regna distinguens, ostendit extremis temporibus etiam Antichristi futurum adventum, & mundi universi consummationem. Ait itaque dum solvit Nabuchodonosoris visum [a]: B *Tu rex videbas, & ecce simulacrum magnum stans ante faciem tuam: cujus caput ex auro optimo: brachia ejus & humeri, argentea: venter & femora, aerea: & tibiæ ferreæ: pedes, pars quidem ferrea, & pars testea. Videbas igitur, donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit simulacrum super pedes ferreos & testeos, & comminuit eos in finem. Tunc penitus comminuta sunt testa, ferrum, æs, argentum, aurum; & facta sunt quasi pulvis de area æstiva: & sustulit ea copiosus ventus, & locus non est inventus eis. Et lapis qui percussit simulacrum, factus est in montem magnum, & implevit universam terram.*

Συνάψοντες οὖν πρὸς τούτοις καὶ τὰς αὐτοῦ τοῦ Δανιὴλ ὁράσεις, μίαν ἀμφοτέραις τὴν διήγησιν ποιησόμεθα, ἐπιδεικνύντες ὅπως εἴη σύμφωνα καὶ ἀληθῆ. λέγει γὰρ οὕτως· ἐγὼ Δανιὴλ ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ οἱ τέσσαρες ἄνεμοι τοῦ οὐρανοῦ προσέβαλλον εἰς τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην· καὶ τέσσαρα θηρία μεγάλα ἀνέβαινον ἐκ τῆς θαλάσσης, διαφέροντα ἀλλήλων, τὸ πρῶτον, ὡσεὶ λέαινα, καὶ πτερὰ αὐτῇ ὡς ἀετοῦ. ἐθεώρουν ἕως ἐξετίλη τὰ πτερὰ αὐτῆς, καὶ ἐξήρθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου ἐστάθη, καὶ καρδία ἀνθρώπου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἰδοὺ θηρίον δεύτερον ὅμοιον ἄρκτῳ, καὶ εἰς μέρος ἐστάθη ἕν, καὶ τρία πλευρὰ ἐν τῷ στόματι [3] αὐτῆς. ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ θηρίον ὡσεὶ πάρδαλις, καὶ αὐτῇ πτερὰ τέσσαρα πετεινοῦ ὑπεράνω αὐτῆς, καὶ τέσσαρες κεφαλαὶ τῷ θηρίῳ. ὀπίσω τούτου ἐθεώρουν, καὶ ἰδοὺ θηρίον τέταρτον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον καὶ ἰσχυρὸν περισσῶς· οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ [καὶ οἱ ὄνυχες [4] αὐτοῦ χαλκοῖ,] ἐσθίον καὶ λεπτύνον, καὶ τὰ ἐπίλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτοῦ συνεπάτει· καὶ αὐτὸ διαφόρως ἔχον παρὰ πάντα τὰ θηρία τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ κέρατα δέκα αὐτῷ. προσενόουν τοῖς κέρασιν αὐτοῦ, καὶ ἰδοὺ κέρας ἕτερον μικρὸν ἀνέβη ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ τρία κέρατα τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεῤῥιζώθη ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ· καὶ ἰδοὺ ὀφθαλμοὶ ὡσεὶ ἀνθρώπου ἐν τῷ κέρατι τούτῳ καὶ στόμα λαλοῦν μεγάλα.

C XX. Ad hæc igitur nectentes ipsas Danielis Visiones, unam utrisque expositionem adhibebimus, monstrantes quam sibi consentiant, veræque exsistant. Nam sic ait [b], *Ego Daniel aspiciebam: & ecce quatuor venti cæli irruebant in mare magnum: & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari, diversæ inter se. Prima quasi leæna, & alæ ejus sicut aquilæ. Aspiciebam donec evulsæ sunt alæ ejus: & sublata est de terra: & super pedes hominis stetit, & cor hominis datum est ei. Et secunda bestia similis urso, & in parte una stetit; & tres costæ in ore ejus inter dentes ejus: & sic dicebant ei, surge, comede carnes multas. Aspiciebam, & ecce bestia* D *quasi pardus: & huic alæ quatuor volucris super eam, & quatuor capita bestiæ. Post hanc aspiciebam, & ecce bestia quarta terribilis ac stupenda, & fortis nimis: dentes ejus ferrei, & ungues ejus ænei, comedens & comminuens, & reliqua pedibus suis conculcabat: & ipsa diversa nimis præ omnibus bestiis, quæ ante eam: & ejus cornua decem. Considerabam cornua ejus: & ecce cornu aliud parvum ascendit in medio eorum: & tria cornua ex superioribus evulsa sunt e facie ejus. Et ecce oculi, quasi oculi hominis in cornu illo, & os loquens grandia.*

Ἐθεώρουν ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθητο· καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιὼν, καὶ ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν, ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. ποταμὸς πυρὸς εἷλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες περιειστήκεισαν αὐτῷ. κριτήριον ἐκάθισε,

XXI. *Aspiciebam* [c] *donec throni positi sunt: & Antiquus dierum sedit. Et vestimentum ejus can-* E *didum quasi nix: & capillus capitis ejus quasi lana munda. Thronus ejus flamma ignis: & rotæ ejus ignis ardens. Fluvius igneus trahebat ante conspectum ejus. Mille millia ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Judicium se-*

a Dan. II. 31-35. *b* Dan. VII. 2-8. *c* Ibid. 9-12.

1. Ἐπέδειξεν ἐν ἐσχ.] Id. ἀπέδειξεν ἐν τοῖς ἐσχ.
2. Σὺ βασιλ.] Citatur hic locus in ms. vetustissimo bibl. Mediceæ, in quo Catena ad IV. Prophetas majores. GUD.
3. Ἐν τῷ στόματι αὐτῆς] Addit Combefisius, ἀναμέσον τῶν ὀδόντων αὐτῆς, καὶ οὕτως ἔλεγον αὐτῇ· ἀνάστηθι, φάγε σάρκας πολλάς.
4. Καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ]. Reliqui desiderant, etiam Hebr. Sequentibus tamen 19. explicanda Visione Græca habent, videnturque necessaria, ut sicut dentium vis comminuendi, in ferri materia designatur, sic in unguibus & pedibus vis conterendi & conculcandi in materia æris; sive ei Septuaginta habuerunt in Hebræo, sive aliqua traditione ipsi addiderunt. Nec vero credendi addidisse in explicatione, quin prius posuissent in Visione; ut reliquis plenior & emendatior Hippolyti littera hæc videatur. COMBEF.

καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. ἐθεώρουν τότε ἀπὸ φωνῆς τῶν λόγων τῶν μεγάλων, ὧν τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐλάλει, ἕως ἀνῃρέθη τὸ θηρίον καὶ ἀπώλετο, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός. καὶ τῶν λοιπῶν θηρίων ἡ ἀρχὴ μετεστάθη.

A dit, & libri aperti sunt. *Aspiciebam tunc* a *voce sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur, quoadusque interfecta est bestia & periit; & corpus ejus datum est in combustionem ignis. Et ceterarum bestiarum translatus est principatus.*

Ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν· καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ προσηνέχθη αὐτῷ. καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ καὶ γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ. ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται.

XXII. *Aspiciebam* [a] *in visione noctis: & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis: & usque ad Antiquum dierum pervenit, & oblatus est ei. Et datum est ei imperium & honor & regnum: & omnes populi, tribus & linguæ servient ei. Potestas ejus, potestas æterna, quæ non pertransibit, & regnum ejus non interibit.*

Ἐπεὶ οὖν δυσνόητά τισι δοκεῖ εἶναι ταῦτα τὰ μυστικῶς εἰρημένα, οὐδὲν τούτων ἀποκρύψομεν πρὸς ἐπίγνωσιν τοῖς ὑγιῆ νοῦν κεκτημένοις. Λέαιναν γὰρ εἰπεν ἀναβαίνουσαν ἐκ τῆς θαλάσσης· τὴν τῶν Βαβυλωνίων βασιλείαν ἐν τῷ κόσμῳ ἐσήμανε, ταύτης οὔσαν τῆς εἰκόνος χρυσῆν κεφαλήν. τὸ δὲ [1] λέγειν, πτερὰ αὐτῇ ὡσεὶ ἀετοῦ, ὅτι ὑψώθη ὁ βασιλεὺς Ναβουχοδονόσορ, καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ ἐπήρθη. εἶτά φησιν, ἐξετίλη τὰ πτερὰ αὐτῆς, ὅτι καθῃρέθη αὐτοῦ ἡ δόξα· ἐξεδιώχθη γὰρ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτοῦ. τὸ δὲ εἰπεῖν, καρδία ἀνθρώπου ἐδόθη αὐτῇ, καὶ ἐπὶ ποδῶν ἀνθρώπου ἐστάθη· ὅτι μετενόησεν, ἐπιγνοὺς ἑαυτὸν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστι· καὶ ἔδωκε τὴν δόξαν τῷ Θεῷ.

B XXIII. Quia igitur quæ sic arcano sensu dicta sunt, nonnullis videntur captu difficilia; eorum nihil abscondemus, ut intelligant qui sana mente præditi sunt. Leænam enim dicendo ascendentem e mari, Babyloniorum regnum in mundo significavit, quod hujus simulacri erat caput aureum. Quod autem dicit, *Alæ ejus quasi aquilæ*; quia exaltatus est rex Nabuchodonosor & adversus Deum elatus. Tum ait, *Evulsæ sunt alæ ejus*; quia ejus ablata gloria est: fuit enim ejectus e regno suo. Dicendo autem, *Cor hominis datum est ei, & super pedes hominis stetit*; quia ductus pœnitentia est, ipse se ipsum agnoscens, quod homo esset; & dedit gloriam Deo.

Μετὰ γοῦν τὴν λέαιναν, δεύτερον θηρίον ὁρᾷ ὅμοιον ἄρκτῳ, ὅπερ ἦσαν οἱ Πέρσαι. μετὰ γὰρ Βαβυλωνίους Πέρσαι διεκράτησαν. τὸ δὲ λέγειν, τρία πλευρὰ ἐν τῷ στόματι αὐτῆς, τρία ἔθνη ἔδειξε, Πέρσας, καὶ Μήδους, καὶ Βαβυλωνίους, ὅπερ δέδεικται μετὰ τὸν χρυσὸν ὁ ἄργυρος ἐν τῇ εἰκόνι. ἔπειτα τὸ τρίτον θηρίον πάρδαλις, οἵτινες ἦσαν οἱ Ἕλληνες. μετὰ γὰρ Πέρσας Ἀλέξανδρος ἐκράτησεν ὁ Μακεδὼν, καθελὼν Δαρεῖον, ὡς [2] δέδεικται ἐν τῇ εἰκόνι ὁ χαλκός. τὸ δὲ λέγειν, πτερὰ τέσσαρα πετεινοῦ, σαφέστατα ἐδίδαξε, πῶς διεμερίσθη ἡ βασιλεία Ἀλεξάνδρου· τέσσαρας γὰρ κεφαλὰς εἰπὼν, τοὺς τέσσαρας βασιλεῖς, τοὺς ἐξ αὐτῆς ἀναστάντας ἐμνημόνευσε. τελευτῶν [3] γὰρ Ἀλέξανδρος διεῖλε τὴν βασιλείαν αὐτοῦ εἰς τέσσαρα μέρη.

C XXIV. Post leænam ergo, secundum animal videt urso simile, quod sunt Persæ. Post Babylonios enim Persæ rerum potiti sunt. Dicendo autem, *Tres costæ* (sive ordines) *in ore ejus*, tres gentes significavit, Persas, Medos & Babylonios: idque ostendit argentum adjunctum auro in simulacro. Sequitur tertia bestia, Pardus, nempe Græci. Post Persas enim Alexander Macedo rerum potitus est, debellato Dario, qui in simulacro, æris specie ostensus est. Dicendo autem, *Quatuor alas volucris*, apertissime docuit quomodo Alexandri imperium divisum fuit. Dicendo enim *quatuor capita*, quatuor qui ex illo surrexerunt, reges memoravit. Alexander enim moriens, imperium solidum in quatuor partes divisit.

D


Ἔπειτά φησι, θηρίον τέταρτον φοβερὸν καὶ ἔκθαμβον· οἱ ὀδόντες αὐτοῦ σιδηροῖ, καὶ οἱ ὄνυχες αὐτοῦ χαλκοῖ. τίνες οὗτοι ἀλλ' ἢ Ῥωμαῖοι; ὅπερ ἐστὶν ὁ σίδηρος, ἡ νῦν ἑστῶσα βασιλεία· αἱ κνῆμαι γὰρ αὐτῆς σιδηραῖ. μετὰ γὰρ τοῦτο [4] τί παραλέλειπται, ἀγαπητὲ, ἀλλ' ἢ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν τῆς εἰκόνος, ἐν οἷς μέρος [5] μέντοι ἐστὶ σιδηροῦν, μέρος δέ τι ὀστράκινον, [6] ἀναμεμιγμένον εἰς ἄλληλα; μυστικῶς ἐδήλωσε διὰ τῶν δακτύλων τῶν ποδῶν τοὺς βασιλεῖς, τοὺς ἐξ αὐτῶν ἐγειρομένους, ἅπερ λέ-

XXV. Deinde ait: *Bestia quarta terribilis ac stupenda: dentes ejus ferrei, & ungues ejus ænei.* Quinam isti nisi Romani? quod est ferrum, quod nunc stat manetque imperium: crura enim ejus ferrea. Post hæc enim, quid aliud superat, carissime, præter vestigia pedum simulacri, in quibus pars quædam ferrea, pars vero testea est, commixtis inter se speciebus? Per ungues pedum arcano sensu reges ex illo ortum habituros designavit, uti Da-

a Dan. VII. 13. 14.

1. Τὸ δὲ] Leg. τῷ δέ. Sic & mox infra. GUD.
2. Ὡς δέδ.] Combef. ὃς δέδ.
3. Τελευτῶν γὰρ Ἀλέξανδρος]. Variæ sunt sententiæ de hac Alexandri instituta successione. Audaciusculum est, quod Gudius margini adscripsit, *Secutum heic Hippolytum ἀντιστρατεύειν auctoris libri I. Maccabæorum*; quo supercilio sic brevis ætatis homo, nedum divinam, sed & humanam fidem illi detrahit. Quidquid sit de Hippolyto, qui ut homo falli potuit, nec illis rebus æqualis aut suppar fuit; Auctoris libri I. Maccabæorum, nihil est cur nobis fides aut diligentia nutet; cum vel si ipse vivus Alexander non divisit, divisisse merito dicatur, quod saltem imperio dividendum reliquit, dato in eam rem Perdiccæ annulo signatorio, cum eum vox deficeret, ut auctor est Justinus lib. II. Aliquid certe ejus nutus intercessisse, ut in tantos, quasi ex condicto, tanta hæc Imperii moles divideretur, cui nemo unus præter Alexandrum par fore videretur, indicio est, quod nullo sibi Monarchiam universam usurpante, quisque parte contentus, æmulo cede- E re visus est: etsi hæc πολυκοιρανίη, inter Alexandri successores bellorum seminarium fuit. Curtius l. 10. c. 10. *Crediderunt*, inquit, *quidam testamento Alexandri distributas esse provincias*: idque a variis auctoribus traditum asserit, licet ipse contrarium sentiat. Quod vel si ita dixisset sacer auctor, major nobis fides esset, quam eorum qui a Perdicca factam volunt eam divisionem, modo illo a nobis ex Justino indicato, & ab illo pluribus tradito: in quam sententiam ierunt Diodorus, Curtius, Orosius &c. Ipsum Alexandrum regnum divisisse asserit Josephus Gorionides l. 3. & Cyrillus Hierosolym. Catech. IV. *de sacra Scriptura* & alii; quibus Gudii dica, non facile adeo præscripserit. Longe sane est, ut rebus interfuerit: vel auctorem nobis sic ἰσοχρόνιον possit producere; cui qui adversentur, omnes ἀντιστρατεύειν hoc in negotio damnari merito ipsius πολυμαθείᾳ possint. COMBEF.
4. Τοῦτο, τί παραλέλειπται] Combef. ταῦτα, τί παραλέλειπται.
5. Μέντοι] Id. μέν τι.
6. Ἀναμεμιγμένον] Forte ἀναμεμιγμένων. GUD.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



γει Δανιήλ· προσενόουν τὸ θηρίον, καὶ ἰδοὺ δέκα κέρατα ὀπίσω αὐτοῦ, ἐν οἷς ἀναβήσεται ἕτερον παραφυάδιον, καὶ τρία τῶν πρὸ αὐτοῦ ἐκριζώσει· ὅπερ [1] δέδεικται οὐχ ἕτερον, ἀλλ' ἢ ὁ Ἀντίχριστος, ὃς καὶ αὐτὸς τὴν Ἰουδαίων βασιλείαν ἀναστήσει. τρία κέρατα λέγει ὑπ' αὐτοῦ ἐκριζοῦσθαι, τοὺς τρεῖς βασιλεῖς Αἰγύπτου, Λιβύων τε καὶ Αἰθιόπων, οὓς ἀναιρεῖ ἐν παρατάξει πολέμου· ὃς κρατήσας πάντων δεινῶς, [2] ὅμως τύραννος ὤν, θλῖψιν καὶ διωγμὸν ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους ποιήσει, ἐπαιρόμενος κατ' αὐτῶν. λέγει γὰρ Δανιήλ· προσενόουν τῷ κέρατι, καὶ ἰδοὺ τὸ κέρας ἐκεῖνο ἐποίει πόλεμον μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ ἴσχυε πρὸς αὐτοὺς, ἕως ἀνῃρέθη τὸ θηρίον καὶ ἀπώλετο, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐδόθη εἰς καῦσιν πυρός.

A niel ait: *Cogitabam bestiam; & ecce decem cornua retro eam: inter quæ surget minusculus stolo alius, & tria quæ ante ipsum erant, cornua evellet.* Quo non aliud quam Antichristus monstratus est, qui & ipse Judæorum regnum suscitaturus est. Tria cornua per eum evulsa, tres reges vocat, Ægypti, Libyæ & Æthiopiæ, quos interficiet in belli acie. Hic nimirum omnium gravi imperio potitus, qui sævus tyrannus sit, tribulationem ac persecutionem in homines movebit, adversus quos efferetur. Ait enim Daniel [a]: *Attentiusque considerabam cornu; & ecce cornu illud faciebat bellum cum Sanctis, & prævalebat adversus eos: donec interfecta est bestia & interiit, & corpus ejus datum est in* B *combustionem ignis.*

Μετ' ὀλίγον ἥξει ἀπ' οὐρανῶν ὁ λίθος ὁ πατάξας τὴν εἰκόνα, καὶ συντρίψας αὐτὴν, καὶ μεταστήσας πάσας τὰς βασιλείας, καὶ δοὺς τὴν βασιλείαν ἁγίοις ὑψίστου. οὗτος ὁ γενηθεὶς εἰς ὄρος μέγα, καὶ πληρώσας πᾶσαν τὴν γῆν, περὶ οὗ Δανιὴλ λέγει· ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἔφθασε ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν, καὶ [3] προσηνέχθη· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ καὶ γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ· καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν τὴν δεδομένην παρὰ τοῦ πατρὸς τῷ υἱῷ ὑπέδειξεν, ὃς ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων βασιλεὺς καὶ κριτὴς πάντων ἀποδέδεικται. ἐπουρανίων μὲν, ὅτι λόγος τοῦ πατρὸς πρὸ πάντων γεγενημένος ἦν· ἐπιγείων δὲ, ὅτι ἄνθρωπος ἐν ἀνθρώποις ἐγεννήθη, ἀναπλάσσων δι' ἑαυτοῦ τὸν Ἀδάμ· καταχθονίων δὲ, ὅτι καὶ ἐν νεκροῖς κατελογίσθη, εὐαγγελιζόμενος τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς, διὰ θανάτου τὸν θάνατον νικῶν.

1. Βδέλυγμα ἐρημώσεως.] Græca Vulg. ἠφανισμένον. Videtur Hippolytus ex memoria hæc scripsisse; ut qui dies mille ducentos nonaginta quinque ponit, ubi Hebræa omnesque Interpretes mille trecentos triginta quinque habent, quamquam nusquam proclivior διαφωνία & error, quam in numeris. Etiam Matthæi verba parum luxata, aliter ac Græca vulg. omnesque alii habent. COMBEF.

2. Ἐπ' αὐτῆς.] Et hoc singulare. Græca vulg. ἐπ' αὐτὸν, referendo ad Christum, non ad adventum, τῆς παρουσίας. Sensus tamen altus est & expeditus, ut respiciat raptum electorum ac præstantium Justorum ad eum in aera: quæ eorum aggregatio in ipso Domini adventu, cujus commo- E nefacere potuit Paullus eosdem Thessalonicenses, eorumque animos ad eum erigere. IDEM.

3. Ὅτι] Gud. ὡς ὅτι.

4. Τῶν δύο προφητῶν.] In spurio illo tractatu *de Antichristo & mundi consummatione* a Pico vulgato, tertius testis & præcursor gloriosi Domini adventus, Joannes asseritur; quod minus probatum est, ut & opinio, quæ adhuc superstitem in carne mortali eum affirmat: quamquam non sic dura digna censura videtur, ac inurit idem Picus, & quasi ea res ad fidem spectet. Nam Ephræmus Theopolitanus episcopus apud Photium, inter eas recenset quæstiones, quibus nihil fides lædatur, quidquid statuas. COMBEF.

ρεται ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ φαίνεται ἄχρι δυσμῶν, οὕτως ἔσται καὶ ἡ παρουσία τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ὅπου ἂν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί. πτῶμα δὲ γεγένηται ἐν παραδείσῳ· ἐκεῖ γὰρ Ἀδὰμ πέπτωκεν. ὃς καὶ πάλιν λέγει· τότε ἀποστελεῖ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἐπισυνάξει τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων τοῦ οὐρανοῦ. καὶ Δαβὶδ προμηνύων τὴν κρίσιν καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Κυρίου, φησίν· ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ, καὶ τὸ κατάντημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τῆς θέρμης αὐτοῦ. θέρμην δὲ λέγει τὴν ἐκπύρωσιν. Ἡσαΐας δὲ οὕτω· βάδιζε λαός μου, εἴσελθε εἰς τὸ ταμεῖόν σου, ἀπόκλεισον τὴν θύραν σου, ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον, ἕως ἂν παρέλθῃ ἡ ὀργὴ Κυρίου. Παῦλος δὲ ὁμοίως· ἀποκαλύπτεται γὰρ ὀργὴ Θεοῦ ἀπ' οὐρανοῦ ἐπὶ πᾶσαν ἀσέβειαν καὶ ἀνομίαν ἀνθρώπων, τῶν τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων.

ab Oriente, & fulget usque ad Occidentem, sic erit & adventus Filii hominis, Ubicumque fuerit cadaver, illic congregabuntur & aquilæ. Fuit autem cadaver in paradiso: ibi enim Adamus cecidit. Aitque rursus; [a] *Tunc mittet Filius hominis Angelos suos, & congregabit electos suos a quatuor ventis cæli.* David quoque prænuntians judicium Dominique apparitionem: [b] *A summo cælo egressio ejus*, inquit, *& occursus ejus usque ad summum cæli: & non est qui se abscondat a calore ejus.* Calorem vero, conflagrationem vocat. Sic autem Isaias: [c] *Vade populus meus, intra in cubiculum tuum: claude ostium tuum: abscondere modicum aliquantulum, donec pertranseat ira Domini.* Paullus item: [d] *Revelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem & injustitiam hominum, qui veritatem Dei in injustitia detinent.*

Περὶ μὲν οὖν τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς βασιλείας τῶν ἁγίων, λέγει Δανιήλ· καὶ πολλοὶ τῶν καθευδόντων ἐν γῆς χώματι, ἀναστήσονται· οὗτοι εἰς ζωὴν αἰώνιον [καὶ οὗτοι εἰς ὀνειδισμὸν καὶ αἰσχύνην αἰώνιον.] Ἡσαΐας λέγει· ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, ὅτι ἡ δρόσος ἡ παρὰ σοῦ ἴαμα αὐτοῖς ἐστιν. ὁ Κύριος λέγει· πολλοὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσονται. ὁ δὲ προφήτης [1] λέγει· ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἐξεγέρθητι ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός. Ἰωάννης δὲ λέγει· μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ· ἐπὶ τοῦτον ὁ δεύτερος θάνατος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν. ὁ γὰρ δεύτερος θάνατός ἐστιν ἡ λίμνη τοῦ πυρὸς τοῦ καιομένου. καὶ πάλιν ὁ Κύριος λέγει· τότε οἱ δίκαιοι ἐκλάμψουσιν ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. καὶ τοῖς ἁγίοις ἐρεῖ· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. πρὸς δὲ τοὺς ἀνόμους τί φησιν; ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι, εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ὃ ἡτοίμασεν ὁ πατήρ μου. Ἰωάννης δὲ λέγει· ἔξω οἱ κύνες, καὶ οἱ φαρμακοὶ, καὶ πόρνοι, καὶ φονεῖς, καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ποιῶν καὶ φιλῶν ψεῦδος· ὅτι τὸ μέρος ὑμῶν ἐστιν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. ὁμοίως δὲ καὶ Ἡσαΐας φησί· καὶ ἐξελεύσονται καὶ ὄψονται τὰ κῶλα τῶν παραβεβηκότων ἐν ἐμοί. καὶ ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.

LXV. Ceterum de resurrectione & regno cælorum, ait Daniel: [e] *Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, resurgent: alii in vitam æternam, alii in opprobrium & probrum sempiternum.* Isaias quoque dicit: [f] *Resurgent mortui, & evigilabunt qui in monumentis sunt: quia ros lucis qui a te est, sanitas illis est.* At Dominus: [g] *Multi in illa die audient vocem Filii Dei, & qui audierint, vivent.* Propheta quoque: [h] *Excitare qui dormis, & expergiscere a mortuis, & illucebit tibi Christus.* Joannes item: [i] *Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in hunc secunda mors non habet potestatem.* Nam [k] *secunda mors, stagnum est ignis urentis.* Rursusque Dominus ait: [l] *Tunc justi fulgebunt*, sicut sol lucet in claritate sua. Et dicet Sanctis: [m] *Venite benedicti Patris mei: possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi.* Ad improbos vero quid dicit? [n] *Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus*; quem paravit Pater meus. Joannes vero dicit: [o] *Foris canes & venefici, & scortatores & homicidæ, & idolis servientes, & omnis qui facit & amat mendacium*, quia pars vestra est in gehenna ignis. Similiter autem & Isaias ait: [p] *Et egredientur, & videbunt cadavera eorum qui prævaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt in visionem omni carni.*

Παῦλος δὲ ὁ ἀπόστολος περὶ ἀναστάσεως τῶν δικαίων πρὸς Θεσσαλονικεῖς γράφων φησίν· οὐ θέλομεν ὑμᾶς ἀγνοεῖν περὶ τῶν κεκοιμημένων, ἵνα μὴ λυπῆσθε ὡς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα. εἰ γὰρ πιστεύομεν ὅτι Ἰησοῦς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς κοιμηθέντας διὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἄξει σὺν αὐτῷ. τοῦτο γὰρ ὑμῖν λέγομεν ἐν λόγῳ Κυρίου, ὅτι ἡμεῖς

LXVI. Paullus autem Apostolus de resurrectione justorum ad Thessalonicenses scribens, ait: [q] *Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Jesus mortuus est & resurrexit; ita & Deus eos qui dormierunt per Jesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui residui sumus*

a Matth. XXIV. 31. b Psal. XVIII. 7. c Isa. XXVI. 20. d Rom. I. 17. e Dan. XII. 2. f Isa. XXVI. 19. g Joan. V. 25. h Ephes. V. 14. i Apoc. XX. 6. k Ibid. 14. l Matth. XIII. 43. m Matth. XXV. 34. n Ibid. 41. o Apoc. XXII. 15. & XXI. 8. p Isa. LXVI. 24. q II. Thess. IV. 12-16.

1. Ὁ δὲ προφήτης λέγει.] Existimat Epiphanius aliique desumta hæc ex Jeremiæ apocryphis, quod ipsum Hieronymus suspicatur. Georgius Syncellus, qui illa apocrypha versare potuit: *πλὴν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος σπανίως ἐχρήσατό τισιν ἐξ ἀποκρύφων χρήσεσιν. ὡς ὅταν φησὶν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ· ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, καὶ τὰ ἑξῆς, ἐκ τῶν Ἠλίου ἀποκρύφων. καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας, ἐκ τῆς Μωσέως ἀποκαλύψεως· οὔτε περιτομή τί ἐστιν, οὔτε ἀκροβυστία, ἀλλὰ καινὴ κτίσις. καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους, ἐκ τῶν Ἱερεμίου λεγομένων ἀποκρύφων· ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἀνάστα ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός.* „ Ceterum etiam „ beatus Paullus nonnumquam, raro tamen, quibusdam „ auctoritatibus usus est, petitis ex libris apocryphis. Ut „ cum ait in Epistola ad Corinthios: *Quæ oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascenderunt*, „ *&c.* ex Eliæ apocryphis. Et rursus in Epistola ad Galatas, ex Mosis Apocalypsi: *Neque circumcisio aliquid* „ *est, neque præputium, sed nova creatura.* In Epistola quo- „ que ad Ephesios: *Surge qui dormis, & exsurge a mor-* „ *tuis, & illucescet tibi Christus*, ex Jeremiæ, quos vo- „ cant, apocryphis. „ Nec his absimilia Origenes, etsi locus non occurrit; qui ipse in multis locis apocryphis utitur, ac quandoque suum ex illis errorem confirmat præexistentiæ animarum, Matth. 14. Joan. 1. &c. Hippolytus quoque propheticum hoc dictum Paullo usurpatum existimavit; sive ex apocrypho jam relato, sive quod ipsa veri Isaiæ 60. *Surge, illuminare Jerusalem*, &c. ita composuit, & in veram lucem Christum usurpavit, ut S. Doctor haud improbabiliter sensit. COMBEF.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυ- A ρίου, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας. ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ καὶ σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται πρῶτον, ἔπειτα ἡμεῖς οἱ ζῶντες, οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ Κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα.

in adventum Domini, non præveniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in jussu, & in voce & tuba Dei descendet de cælo: & mortui in Christo resurgent primum. Deinde nos qui vivimus, qui residui sumus, simul cum eis rapiemur in occursum Domini in aera; & sic semper cum Domino erimus.

Ταῦτά σοι παρέστησα διὰ βραχέων, ἀρυσάμενος, Θεόφιλε, ὅπως φυλάσσων μετὰ πίστεως τὰ γεγραμμένα, καὶ προβλέπων τὰ ἐσόμενα, ἀπρόσκοπον ἑαυτὸν καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις φυλάξῃς, προσδεχόμενος τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος B ἡμῶν, ἐν ᾗ ἀναστήσας τοὺς ἁγίους ἡμῶν, σὺν αὐτοῖς εὐφρανθήσεται, δοξάζων Πατέρα. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

LXVII. Hæc tibi paucis exposui, o Theophile, ex divinis Scripturis hausta, ut servans fide quæ scripta sunt, prospiciensque futura, inoffensum te Deo ac hominibus serves, exspectans [a] beatam spem, & illustrationem Dei & Salvatoris nostri, in qua suscitatis Sanctis nostris, cum eis lætabitur glorificans Patrem. Ipsi gloria in sempiterna sæcula sæculorum. Amen.

[a] Tit. II. 13.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΩΣΑΝΝΑΝ.

HIPPOLYTI

ROMÆ EPISCOPI

IN SUSANNAM.

FRANCISCO COMBEFISIO *interprete*.

Αὕτη μὲν οὖν ἡ ἱστορία γεγένηται ὕστερον, A προεγράφη δὲ τῆς βίβλου πρώτης. ἔθος γὰρ ἦν τοῖς γραμματεῦσιν ὑστερόπρωτα πολλὰ ἐν ταῖς γραφαῖς τιθέναι. εὑρίσκομεν γὰρ καὶ ἐν τοῖς προφήταις ὁράσεις τινὰς πρώτας γεγραμμένας, καὶ ἐπ' ἐσχάτων πεπληρωμένας· καὶ αὖ πάλιν ἐπ' ἐσχάτων εἰρημένας, καὶ πρώτας γεγενημένας. τοῦτο δὲ οἰκονομία τοῦ πνεύματος ἐγίνετο, ἵνα μὴ ὁ διάβολος συνίῃ τὰ ὑπὸ τῶν προφητῶν ἐν παραβολαῖς λελαλημένα, καὶ παγιδεύσας ἐκ δευτέρου πάλιν ἀποκτείνῃ τὸν ἄνθρωπον.

Quod heic narratur, [a] posterius gestum est, etsi ante primum librum scriptum est. Sic enim scriptorum moribus comparatum est, ut non pauca inverso ordine, litterarum monumentis consignata tradant. Nam etiam in prophetis quasdam visiones offendimus prius conscriptas; ac rursus in postremis relatas, quæ primo contigerunt. Id vero peculiari Spiritus numine ac consilio fiebat, ne diabolus intelligeret quæ prophetis in parabolis dicta erant, ac denuo ad perdendum rursus hominem laqueos tenderet.

Καὶ ὄνομα αὐτῷ Ἰωακείμ. οὗτος ὁ Ἰωακεὶμ πάροικος γενόμενος ἐν Βαβυλῶνι, λαμβάνει τὴν Σωσάνναν εἰς γυναῖκα. αὕτη δὲ ἦν θυγάτηρ Χελκίου τοῦ ἱερέως, τοῦ εὑρόντος τὸ βιβλίον τοῦ νόμου ἐν τῷ οἴκῳ Κυ- B ρίου, ἡνίκα Ἰωσίας ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν αὐτὸν καθαρίσαι τὰ ἅγια τῶν ἁγίων. ἀδελφὸς γίνεται Ἱερεμίας ὁ προφήτης, ὃς ἅμα τοῖς ἐπιλοίποις, μετὰ τὴν γενομένην τοῦ λαοῦ ἐν Βαβυλῶνι μετοικίαν, ἀνήχθη εἰς Αἴγυπτον, καὶ παρῴκησεν ἐν Τάφναις· κἀκεῖ προφητεύων λιθοβοληθεὶς ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθη.

v. 1. *Et nomen ejus Joacim*. Hic Joacim advena Babylone factus, Susannam uxorem ducit. Porro Susanna filia erat Helciæ sacerdotis, ejus qui librum Legis in domo Domini invenit, quando rex Josias [b] mundari Sancta sanctorum præcepit. Ejus frater est Jeremias propheta, qui una cum residuis, post transmigrationem populi Babylonem, ductus est in Ægyptum, & habitavit in Taphnis [c]; ubi prophetans lapidibus obrutus sublatus est.

Καλὴ σφόδρα καὶ φοβουμένη τὸν Κύριον. ἐκ γὰρ τοῦ καρποῦ, τοῦ ἐξ αὐτῶν προβλήματος, εὐκόλως καὶ τὸ δένδρον γινώσκεται. ἄνδρες γὰρ εὐλαβεῖς καὶ ζηλωταὶ τοῦ νόμου γεγενημένοι, ἄξια Θεοῦ τέκνα ἐν κόσμῳ προηγάγοντο· τὸν μὲν προφήτην καὶ μάρτυρα Χριστοῦ γεγενημένον, τὴν δὲ σώφρονα καὶ πιστὴν εὑρημένην ἐν Βαβυλῶνι· ἧς τὸ σεμνὸν καὶ σῶφρον, τὸν μακάριον Δανιὴλ προφήτην ἀπέδειξεν.

Pulcra valde & timens Dominum. Ex fructu enim, illorum germinis, facile quoque arbor cognoscitur. Viri enim religiosi legisque æmulatores facti, dignos Deo liberos in mundo produxerunt: alterum, Christi prophetam atque martyrem; alterum, castam integræque fidei Babylone repertam: cujus pudicitia atque castitas, ratio fuit ut innotesceret Daniel propheta.

[a] Dan. XIII. [b] IV. Reg. XXII. 8. [c] Jer. XLIII. 8.

A Καὶ ἦν Ἰωακεὶμ πλούσιος σφόδρα. δεῖ οὖν ἐπιζητεῖν τὸ αἴτιον· πῶς γὰρ αἰχμάλωτοι ὑπάρχοντες καὶ ὑπόδουλοι Βαβυλωνίοις γεγενημένοι, ἠδύναντο συνέρχεσθαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὡς αὐτεξούσιοι; ἐν τούτῳ δεῖ νοεῖν, ὅτι μετοικίσας αὐτοὺς Ναβουχοδονόσορ, φιλανθρώπως αὐτοῖς ἐχρήσατο, καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοὺς συνερχομένους, πάντα τὰ κατὰ τὸν νόμον πράσσειν.

v. 4. *Et erat Joacim dives valde*. Quærenda caussa est: Quomodo enim qui captivi essent & Babyloniis mancipati, in unum convenire poterant, quasi sui juris essent atque liberi? Qua in re considerandum est, Nabuchodonosorem qui eos transtulerat, mitius illis usum esse, ac permisisse, ut liberis conventibus, cuncta ex Legis rationibus agerent.

Καὶ μεσούσης τῆς ἡμέρας εἰσεπορεύετο Σωσάννα. ἡ Σωσάννα προετυποῦτο εἰς τὴν ἐκκλησίαν· Ἰωακεὶμ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, εἰς τὸν Χριστόν· ὁ δὲ παράδεισος, ἡ κλῆσις τῶν ἁγίων, ὡς δένδρων καρποφόρων ἐν ἐκκλησίᾳ πεφυτευμένων. Βαβυλὼν δέ ἐστιν ὁ κόσμος· οἱ δὲ δύο πρεσβύτεροι, εἰς τύπον δείκνυνται τῶν δύο λαῶν τῶν ἐπιβουλευόντων τῇ ἐκκλησίᾳ· εἷς μὲν, ὁ ἐκ περιτομῆς, καὶ εἷς, ὁ ἐξ ἐθνῶν. τὸ γὰρ λέγειν, ἀπεδείχθησαν ἄρχοντες τοῦ λαοῦ καὶ κριταί· ὅτι ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ ἐξουσιάζουσι καὶ ἄρχουσι, κρίνοντες ἀδίκως δικαίους.

v. 7. *Et meridie ingrediebatur Susanna*. Susanna Ecclesiam præfigurabat: Joacim vero vir ejus, Christum. Hortus seu pomarium: vocatio Sanctorum, qui tamquam fructiferæ arbores in Ecclesia plantati sunt. Babylon, mundus est. Duo seniores, duos populos figurare noscuntur, qui Ecclesiæ insidias struunt: alterum qui ex Circumcisione, alterum qui ex Gentibus. Nam quod ait, v. 5. *Fuisse constitutos populi præsides atque judices*; ideo est, quod hoc ævo potestatem exercent præsidentque, injuste judicando justos.

B Καὶ ἐθεώρουν αὐτὴν οἱ δύο πρεσβύτεροι. ταῦτα μὲν οὖν οἱ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντες βούλονται νῦν περικόπτειν τῆς βίβλου, φάσκοντες μὴ γενέσθαι ταῦτα ἐν Βαβυλῶνι· αἰσχυνόμενοι τὸ ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν γεγενημένον.

v. 8. *Et videbant eam duo seniores*. Hæc enimvero Judæorum principes nunc e libro volunt amputare, dicentes ea non gesta esse Babylone: quos nempe pudeat, tanti illius per id tempus seniorum facinoris.

C Καὶ διέστρεψαν τὸν ἑαυτῶν νοῦν. οἱ γὰρ ἐπίβουλοι καὶ φθορεῖς τῆς ἐκκλησίας γενόμενοι, πῶς δύνανται δίκαια κρίνειν, ἢ καθαρᾷ καρδίᾳ ἀναβλέπειν εἰς τὸν οὐρανὸν, τῷ ἄρχοντι τοῦ αἰῶνος τούτου δεδουλωμένοι;

v. 9. *Et everterunt sensum suum*. Qui enim Ecclesiæ insidias struxerunt ejusque corruptores fuerunt, quonam modo justa judicare possint; aut mundo corde in cælum suspicere, qui principi hujus sæculi sint mancipati?

Καὶ ἦσαν ἀμφότεροι κατανενυγμένοι περὶ αὐτῆς. καὶ γάρ ἐστιν ἀληθῶς καταλαβέσθαι τὸ εἰρημένον, ὅτι πάντοτε οἱ δύο λαοὶ κατανυσσόμενοι ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἐνεργοῦντος σατανᾶ, βούλονται διωγμοὺς καὶ θλίψεις ἐγείρειν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, ζητοῦντες ὅπως διαφθείρωσιν αὐτὴν, ἑαυτοῖς μὴ συμφωνοῦντες.

v. 10. *Erantque ambo erga eam stimulis agitati*. Vere enim accipi potest quod ita dictum est; semper enim duo populi, satanæ cujus afflatu aguntur, stimulis incitati, persecutionum procellas ærumnasque adversus Ecclesiam suscitare student; quærentes qua demum ratione eam corrumpant, cum secum ipsi non consentiant.

D Καὶ παρετηροῦντο φιλοτίμως. σημειωτέον δὲ τοῦτο· ὅτι ἕως νῦν παρατηροῦνται καὶ περιεργάζονται τὰ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πραττόμενα, οἵ τε ἐξ ἐθνῶν καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς Ἰουδαῖοι, βουλόμενοι ψευδεῖς μάρτυρας καταφέρειν καθ' ἡμῶν, ὡς ὁ ἀπόστολος λέγει· διὰ δὲ τοὺς παρεισαχθέντας ψευδαδέλφους, οἵτινες εἰσῆλθον κατασκοπῆσαι τὴν ἐλευθερίαν ἡμῶν, ἣν ἔχομεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ.

v. 12. *Et observabant solicite*. Id vero animadvertamus operæ pretium est: hactenus scilicet observare ac curiosius inquirere quæ in Ecclesia fiant, tum Gentiles, tum ex Circumcisione Judæos; qui videlicet falsos testes adversum nos velint subornare, quemadmodum ait Apostolus:[a] *Propter autem subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo*.

Εἶδος ἁμαρτίας, τὸ ζητεῖν προσέχειν γυναιξίν.

Peccati genus est, quærere ut feminis attendas animum.

E Καὶ ἐξελθόντες διεχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων. τὸ οὖν Διεχωρίσθησαν ἀπ' ἀλλήλων τῇ ὥρᾳ τοῦ ἀρίστου, τοῦτο σημαίνει· ὅτι ἐν μὲν τοῖς βρώμασι τοῖς ἐπιγείοις οἱ Ἰουδαῖοι τῶν ἐθνῶν οὐ συμφωνοῦσιν· ἐν δὲ ταῖς θεωρίαις καὶ παντὶ κοσμικῷ πράγματι, τούτοις συνερχόμενοι κοινωνοῦσιν.

v. 13. *Et egressi recesserunt a se mutuo*. Quod ergo a se mutuo recesserunt hora prandii, hoc significat: in terrenis quidem cibis non consentire Judæos cum Gentibus; in sensu vero cunctisque rebus ad sæculi usum spectantibus, convenire ac communicare.

Καὶ ἀνετάζοντες ἀλλήλους τὴν αἰτίαν, ὡμολόγησαν τὴν ἐπιθυμίαν. αὐτοὶ ἑαυτοῖς προφητεύονται, ὡς μελλήσουσιν ὑπὸ λογισμῶν ἐταζόμενοι λόγον δοῦναι τῷ Θεῷ, ὑπὲρ πάσης ἁμαρτίας ἧς ἔπραξαν, ὡς Σολομὼν λέγει· ἐτασμὸς δὲ ἀσεβεῖς ὀλεῖ. ἁλίσκονται γὰρ οὗτοι ὑπὸ ἐτάσεως.


v. 14. *Et sciscitantes ad invicem caussam, confessi sunt suam concupiscentiam*. Ipsi sibi vaticinantur, sciscitantibus cogitationibus[b] reddituros esse Deo rationem, pro omnibus quæ peccaverint, quemadmodum Salomon ait:[c] *Sciscitatio (seu examen) perdet impios*. Capiuntur enim hi sciscitatione.

Ἐν τῷ παρατηρεῖν αὐτοὺς ἡμέραν εὔθετον. ποίαν εὔθετον, ἀλλ' ἢ τὴν τοῦ πάσχα, ἐν ᾗ τὸ λουτρὸν ἐν παραδείσῳ τοῖς καιομένοις ἑτοιμάζεται, καὶ Σωσάννα ἀπολουομένη, καθαρὰ νύμφη Θεῷ παρίσταται;

v. 15. *Dum observarent diem aptum*. Quem porro nisi diem Paschæ, per quem lavacrum in pomario æstuantibus paratur, & Susanna lavans, munda Deo sponsa sistitur?

[a] Gal. II. 4. [b] Rom. II. 15. [c] Prov. I. 32.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



Μετὰ δύο μόνον κορασίων. ἡνίκα γὰρ ἂν τὸ κατὰ A συνήθες ἐπιθυμῇ λουτρὸν λαβεῖν ἡ ἐκκλησία, ἐξ ἀνάγκης ταύτῃ δύο παιδίσκας δεῖ παρακολουθεῖν· διὰ γὰρ τῆς πίστεως εἰς Χριστὸν, καὶ διὰ τῆς ἀγάπης τῆς πρὸς τὸν Θεὸν λαμβάνει τὸ λουτρὸν ὁμολογοῦσα ἡ ἐκκλησία.

Cum duabus solis puellis. Quando enim Ecclesia ex more cupit lavacrum suscipere, duas necessario ancillas comites habet. Etenim Ecclesia per fidem in Christum & per caritatem in Deum confessa recipit lavacrum.

Καὶ εἶπε τοῖς κορασίοις· ἐνέγκατε δή μοι ἔλαιον. ὡς πίστις καὶ ἀγάπη τὸ ἔλαιον, καὶ τὰ σμήγματα τοῖς λουομένοις ἑτοιμάζουσι. τίνα δὲ ἦν τὰ σμήγματα, ἀλλ' ἢ τοῦ ἁγίου λόγου ἐντολαί; τί δὲ τὸ ἔλαιον, ἀλλ' ἢ τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμις; οἷς μετὰ τὸ λουτρὸν ὡς μύρου χρίονται οἱ πιστεύοντες. ταῦτα πάντα διετυποῦτο διὰ τῆς μακαρίας Σωσάννης δι' ἡμᾶς· ἵνα νῦν ἡμεῖς, οἱ τῷ Θεῷ πιστεύοντες, μὴ ὡς ξένα τὸ νῦν γενόμενα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ νοήσωμεν, ἀλλ' ἢ πάντα ταῦτα διὰ B τῶν πατριαρχῶν προτετυπωμένα πιστεύσωμεν, καθὰ καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει· ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησαν.

v. 17. *Dixitque puellis: Afferte mihi oleum.* Proinde fides & caritas, oleum & smegmata lavantibus parant. Quænam vero smegmata, nisi Verbi mandata? quodnam autem oleum, nisi virtus Spiritus sancti? quibus post lavacrum tamquam unguento fideles perunguntur. Cuncta hæc per beatam Susannam nostri caussa figurabantur: ne modo scilicet, qui Deo credimus, ea quæ impræsentiarum in Ecclesia fiunt, tamquam nova ac peregrina existimemus; sed cuncta hæc olim per Patriarchas figurata credamus, quemadmodum etiam Apostolus ait: [a] *Hæc contingebant illis in figuris: scripta autem sunt ad nostram exhortationem, in quos fines sæculi devenerunt.*

Καὶ ἐξῆλθον κατὰ τὰς πλαγίας θύρας. προμηνύεται, ὅτι ὁ βουλόμενος τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ ὕδατος μεταλαβεῖν, ἀποτάξασθαι μὲν ὀφείλει τῇ πλατείᾳ θύρᾳ· διὰ δὲ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης εἰσελθεῖν.

v. 18. *Et exierunt per posticum*. Nempe præsignantes, qui velit in pomario aqua intingi, debere nuntium remittere portæ latæ [b], & per arctam & coangustatam ingredi.

Καὶ οὐκ εἶδον τοὺς πρεσβυτέρους. ὥσπερ γὰρ τότε ἐν τῷ παραδείσῳ συνεκρύβη ὁ διάβολος ἐν τῷ ὄφει, οὕτω καὶ νῦν ἐν τοῖς πρεσβυτέροις ἐγκρυβεὶς, τὴν ἑαυτοῦ ἐνεκίσσησεν ἐπιθυμίαν, ἵνα πάλιν ἐκ δευτέρου διαφθείρῃ τὴν Εὔαν. C

Et non viderunt seniores. Quemadmodum enim tunc in pomario (paradiso) delituit diabolus in serpente [c]; sic nunc quoque in senioribus latitans, sua illos concupiscentia accendit, ut rursus denuo corrumpat Evam.

Ιδοὺ αἱ θύραι τοῦ παραδείσου κέκλεινται. ὦ παρανόμων ἀρχόντων καὶ διαβολικῆς ἐνεργείας μεμεστωμένων· ταῦτα ὑμῖν παρέδωκε Μωϋσῆς; οὕτω δὲ τὸν νόμον ἀναγινώσκοντες ἑτέρους διδάσκετε; ὁ λέγων μὴ φονεύειν, αὐτὸς φονεύεις; ὁ λέγων μὴ ἐπιθυμεῖν, αὐτὸς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον διαφθείρειν θέλεις;

v. 19. *Ecce ostia pomarii clausa sunt*. O sceleratos judices plenosque diabolico afflatu! Num hæc vobis tradidit Moyses? Sicne legentes Legem alios docetis? [d] *Qui dicis non mœchandum, mœcharis?* Qui prædicas non faciendum homicidium, homicidium facis? Qui dicis non concupiscendum, ipse uxorem proximi corrumpere cupis?

Καὶ ἐν ἐπιθυμίᾳ σου ἐσμέν. τί ἀναπείθετε ἄνομοι σώφρονα καὶ ἀκέραιον ψυχὴν λόγοις ψεύδεσιν, ἵνα τὴν οἰκείαν ἐπιθυμίαν στήσητε;

Et in concupiscentia tui sumus. Ut quid scelesti castam animam atque simplicem verbis mendacibus a mentis sententia avocatis, ut libidinem vestram statuatis?

D

Εἰ δὲ μὴ, καταμαρτυρήσομέν σου. ταῦτα ὑμῶν τὰ ἀπ' ἀρχῆς δεινὰ τολμήματα, διὰ τὸν ἀπ' ἀρχῆς ἐν ὑμῖν ἐμφωλεύσαντα πλάνον. ἦν γὰρ ὄντως μετὰ ταύτης [1] νεανίσκος ἀπ' οὐρανῶν ὑμέτερος. οὐ συγγινόμενος αὐτῇ, ἀλλὰ συμμαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ.

v. 21. *Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium*. Hæc vestra ab initio projectæ mentis ausa improba, seductoris gratia qui in vobis ab initio latitaret. Erat namque vere cum ea vester e cælis Juvenis, non qui cum illa commisceretur, sed qui testis foret veritati.

Καὶ ἀνεστέναξεν Σωσάννα. τούτων οὖν τῶν ῥημάτων ἀκούσασα ἡ μακαρία Σωσάννα, κατενύγη τὴν καρδίαν, καὶ ἔφραξε τὸ στόμα, μὴ βουλομένη ὑπὸ ἀνόμων πρεσβυτέρων μιανθῆναι. ἔστι δὲ καὶ καταλαβέσθαι ἀληθῶς τὸ συμβὰν ἐπὶ τῇ Σωσάννῃ. τοῦτο γὰρ νῦν καὶ ἐπὶ τῇ ἐκκλησίᾳ πληρούμενον εὕροις. ἡνίκα γὰρ οἱ δύο λαοὶ συμφωνήσουσι διαφθεῖραί τινας τῶν ἁγίων, παρα- E τηροῦνται ἡμέραν εὔθετον, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ, προσευχομένων ἐκεῖ πάντων καὶ τὸν Θεὸν ὑμνούντων, ἐπιλαβόμενοι ἕλκουσί τινας καὶ κρατοῦσι, λέγοντες· δεῦτε, συγκαθέσθε ἡμῖν, καὶ τοὺς θεοὺς θρησκεύετε· εἰ δὲ μὴ, καταμαρτυρήσομεν ὑμῶν. τοὺς δὲ μὴ βουλομένους, προσάγουσιν αὐτοὺς πρὸς τὰ βήματα καὶ κατηγοροῦσιν, ὡς ἐναντία τοῦ δόγματος Καίσαρος πράττοντας, καὶ κατακρίνουσι θανάτῳ.

v. 22. *Et ingemuit Susanna*. His itaque verbis auditis, beata Susanna doloris aculeum animo sensit, osque obturavit, quæ nollet sceleftissimorum seniorum injuria constuprari. Licet vero etiam vere intelligere, quod in Susanna contigit. Hoc enim nunc quoque in Ecclesia impleri invenias. Cum enim duo populi consenserint, ut quosdam de Ecclesia perdant, diem aptum observant; ingressique in domum Dei, cunctis ibi orantibus Deumque laudantibus, apprehensos quosdam trahunt, tenentque dicentes: *Venite, idemque ipsi ac nos sentite, ac diis cultum adhibete. Quod si nolueritis, testimonium adversum vos dicemus*. Eos autem qui noluerint, ad tribunalia adducunt, & accusant velut qui agant contra decretum Cæsaris, ac morte eos damnant.

Στενά μοι πάντοθεν. ἴδετε ῥήματα σωφρονούσης γυναικὸς, καὶ Θεῷ μεμελημένης. στενά μοι φησὶ πάν-

Angustiæ sunt mihi undique. Videte verba castæ mulieris, ac cujus Deo cura est. *Angustiæ*, in-

a I. Cor. x. 11. b Matth. VII. 13. 14. c Gen. III. 1. d Rom. II. 22.

1. Νεανίσκος ὑμέτερος] Id est Daniel, spiritu prophetico præsens. COMBEF.

τοθεν· ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐ μόνον ὑπὸ Ἰουδαίων θλί- A βεται καὶ στενοχωρεῖται, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἐθνῶν, καὶ ὑπὸ τῶν λεγομένων μὲν, οὐκ ὄντων δὲ Χριστιανῶν· οἱονεὶ τὸ σῶφρον καὶ εὐπαθὲς ταύτης ἐνορῶντες, φθείρειν ταύτην βιάζονται.

Ἐάν τι γὰρ τοῦτο πράξω, θάνατός μοί ἐστιν. τὸ γὰρ παρακοῦσαι Θεοῦ, καὶ ὑπακοῦσαι ἀνθρώποις, θάνατον καὶ κόλασιν αἰώνιον ἐργάζεται.

Ἐὰν δὲ μὴ πράξω, οὐκ ἐκφεύξομαι τὰς χεῖρας ὑμῶν. καὶ τοῦτο ἀληθὲς εἴρηκεν. οἱ γὰρ προσαγόμενοι ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ, ἐὰν μὲν πράξωσι τὸ ὑπ' ἀνθρώπων κελευόμενον, ἀποθνήσκουσι τῷ Θεῷ· ζήσουσι δὲ ἐν κόσμῳ. ἐὰν δὲ μὴ πράξωσι τὸ ὑπὸ ἀνθρώπων B κελευόμενον, οὐκ ἐκφεύγουσι τὰς χεῖρας τῶν δικαστῶν, ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων κατακρινόμενοι.

Αἱρετόν μοί ἐστι μὴ πράξασαν. τοῦτο γὰρ διαφορώτερον, ἀποθανεῖν ὑπὸ ἀνθρώπων ἀδίκων, ἵνα παρὰ Θεῷ ζήσωσιν· ἢ συνθεμένους αὐτοῖς, καὶ ἀπολυθέντας ὑπ' αὐτῶν, ἐμπεσεῖν εἰς τὰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ.

Καὶ ἀνεβόησε φωνῇ μεγάλῃ. πρὸς τίνα οὖν ἀνεβόησεν ἡ Σωσάννα, ἀλλ' ἢ πρὸς Θεόν; ὡς Ἡσαΐας λέγει· τότε βοήσεις, καὶ ὁ Θεὸς εἰσακούσεταί σου· ἔτι λαλοῦντός σου, ἐρεῖ· ἰδοὺ πάρειμι.

Ἀνεβόησαν καὶ οἱ δύο πρεσβύτεροι κατέναντι αὐτῆς. C οἱ γὰρ ἄνομοι οὐ παύονται βοῶντες καθ' ἡμῶν, καὶ λέγοντες· αἶρε ἐκ τῆς γῆς τοὺς τοιούτους, οὐ γὰρ καθήκον αὐτοὺς ζῆν.

Εὐαγγελικῶς ἡ Σωσάννα κατεφρόνησε τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, ἵνα σώσῃ τὴν ψυχὴν ἑαυτῆς ἐκ θανάτου. θάνατος δὲ ψυχῆς, ἡ ἁμαρτία, ἐξαιρέτως δὲ ἡ μοιχεία. ἐπειδὴ γὰρ ἡ συναφθεῖσα τῷ Χριστῷ ψυχὴ, ἀποστᾶσα τῆς πίστεως εἰς τὸν διηνεκῆ παραπέμπεται θάνατον, τὴν αἰώνιον κόλασιν· πρὸς πίστιν τούτου, καὶ ἐπὶ τῶν σωματικῶν γάμων παραλυομένων καὶ διορυττομένων, θάνατον ὥρισεν ὁ νόμος ἐπιτίμιον.

Καὶ δραμὼν ὁ εἷς, ἤνοιξε τὰς θύρας. τὴν πλα- D τεῖαν καὶ εὐρύχωρον ὁδὸν ἐπιδεικνύων, δι' ἧς οἱ τούτοις πειθόμενοι ἀπόλλυνται.

Ἡ δὲ Σωσάννα ἦν τρυφερὰ σφόδρα. οὐ κάλλος περὶ σῶμα πορνικὸν, ὃν τρόπον περιέκειτο τῇ Ἰεζάβελ, οὐδὲ ὄψις ποικίλοις χρώμασι πεφυκωμένη· ἀλλ' εἶχε κάλλος πίστεως καὶ σωφροσύνης καὶ ἁγιασμοῦ.

Ἔθηκαν τὰς χεῖρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς. ἵνα κἂν ἐν τῷ ἅψασθαι αὐτῆς, τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας τὸν κόρον πλήσωσι.

Ἡ δὲ ἦν κλαίουσα. διὰ γὰρ τῶν δακρύων ἐφείλκετο τὸν ἀπ' οὐρανῶν λόγον, τὸν μέλλοντα διὰ δα- E κρύων ἐγείρειν τὸν Λάζαρον τεθνηκότα.

Καὶ ἐπίστευσεν αὐτοῖς ἡ συναγωγή. δεῖ οὖν ἡμᾶς ἐν παντὶ πράγματι ἑδραίους γενομένους, μὴ τοῖς ψεύδεσιν προσέχειν, μηδὲ προσώποις ἀρχόντων ἁπλῶς συναρπαζομένους πείθεσθαι, γινώσκοντας, ὅτι λόγον ἔχομεν δοῦναι τῷ Θεῷ· ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ στοιχοῦντες, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς πίστεως ἐπιζητοῦντες, εὐάρεστοι ἐσόμεθα τῷ Θεῷ.

Καὶ εἰσήκουσεν ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς αὐτῆς. ὅσοι γὰρ ἐπικαλοῦνται αὐτὸν ἐκ καθαρᾶς καρδίας, τούτων ὁ

quit, *sunt mihi undique*. Ecclesia enim nedum a Judæis affligitur ac angustias patitur, verum etiam a Gentibus; nec non ab iis qui Christiani dicuntur, nec tamen sunt. Ejus enim pudicitiam ac felicitatem velut contuentes, corrumpere eam nituntur.

Sive enim hoc egero, mors mihi est. Deo enim inobedientem esse, ac hominibus obedire, æternam mortem ac supplicium parit.

Si autem non egero, non effugiam manus vestras. Hoc quoque vere dixit. Qui enim adducuntur propter nomen Dei, si quidem fecerint quod jubentur ab hominibus, Deo moriuntur, ac in mundo vivunt; si autem non egerint quod illi imperant, non effugiunt judicum manus, a quibus ipsis morte damnantur.

v. 23. *Melius est mihi sine opere*. Hoc namque præstantius, ab iniquis hominibus mori, ut cum Deo vivant; quam illis consentiendo & ab eis solutos, incidere in manus Dei.

v. 24. *Et clamavit voce magna*. Ad quem rogo clamavit Susanna, nisi ad Deum? quemadmodum ait Isaias: [a] *Tunc clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc loquente te dicet, Ecce adsum*.

Clamaverunt & duo seniores contra eam. Iniqui enim & improbi non cessant clamare adversum nos, & dicere: *Tolle e terra, qui tales sint: non enim decet eos vivere*.

Evangelico sensu, Susanna contemsit eos qui occidunt corpus [b], ut salvaret animam suam a morte. Nam peccatum, mors animæ est: præsertim autem mœchia. Quia enim anima Christo copulata, discessione a fide in perennem traditur mortem, pœnam scilicet æternam; ad ejus rei fidem, violato quoque corporalium nuptiarum fœdere perversisque thalamis, lex pœnam mortis indixit.

v. 25. *Et cucurrit unus, & apeuit ostia*. Nempe latam & spatiosam ostendens viam, quam incedendo, qui illis morem gerunt, pereunt.

v. 30. *Porro Susanna erat delicata valde*. Non quod meretricios fucos corpori adspersos haberet, uti habebat Jezabel, autve oculos variis pigmentis cerussaque ac minio oblitos; sed fidei & castitatis ac sanctimoniæ decore pollebat.

v. 34. *Et posuerunt manus super caput ejus*. Ut vel ejus contactu, libidinem suam exsatiarent.


v. 35. *At illa flebat*. Lacrymis enim & fletu e cælis Verbum excibat, quod lacrymis suscitaturum erat [c] mortuum Lazarum.

v. 41. *Et credidit eis multitudo*. Operæ pretium igitur est, ut in omni firmi negotio, mendacibus animum non attendamus; nec facile judicum personis ut obsequamur adduci nos sinamus, qui nos Deo rationem reddituros esse non nesciamus: sed sectando veritatem, accuratam fidei rationem inquirendo, Deo accepti erimus.

v. 44. *Et exaudivit Deus vocem ejus*. Quicumque enim invocant eum ex corde puro, hos exau-

a Isa. LI. 9. b Matth. x. 28. c Joan. XI. 35.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
226.



Θεὸς ὑπακούει· ὅσοι δὲ ἐν δόλῳ καὶ ὑποκρίσει, ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' αὐτῶν,

A dit Deus; quicumque vero in dolo & hypocrisi, ab eis Deus faciem suam avertit.

Πεπαλαιωμένε ἡμερῶν κακῶν, ἐπειδὴ δὲ φθάσαντες ἐν τῷ προοιμίῳ, διηγησάμεθα, ὅτι οἱ δύο πρεσβύτεροι εἰς τύπον ἀναφέρονται τῶν δύο λαῶν, τοῦ τε ἐκ περιτομῆς καὶ τοῦ ἐξ ἐθνῶν, οἱ καὶ ἀεὶ ἐπίβουλοι γίνονται τῆς ἐκκλησίας· ἴδωμεν τὰ ῥήματα αὐτοῦ τοῦ Δανιὴλ, καὶ μάθωμεν, ὅτι ἐν μηδενὶ ἡμᾶς διαψεύδεται ἡ γραφή, τῷ γὰρ πρώτῳ πρεσβυτέρῳ διαλεγόμενος, ὡς νομοθέτῃ ἐπιτιμᾷ· τῷ δὲ ἑτέρῳ, ὡς ἐθνικῷ διαλέγεται, Σπέρμα Χαναὰν ἀποκαλῶν· καίτοι ὄντα ἐν περιτομῇ.

v. 52. *Inveterate dierum malorum*. Quia jam initio ipsoque exordio exposuimus, duos seniores assumi in typum duorum populorum, ejus scilicet qui ex Circumcisione & qui ex Gentibus, qui semper Ecclesiæ insidias struunt; videamus ipsas Danielis voces, ac intelligamus, nulla re nos Scripturam fallere. Nam primum seniorem alloquens, ut legisperitum eum increpat: alteri vero ut Gentili loquitur, v. 56. *Semen Chanaan* ipsum vocans: tametsi in Circumcisione & Judæus erat,

Ἤδη γὰρ ἄγγελος Θεοῦ. δηλοῖ δὲ, ὅτι ἡνίκα προσηύξατο ἡ Σωσάννα πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἰσηκούσθη, τότε ἐξαπεστάλη ὁ ἄγγελος βοηθήσων αὐτῇ, ὃν τρόπον ἐπὶ τοῦ Τωβία καὶ τῆς Σάῤῥας συνέβη, προσδεξαμένων γὰρ αὐτῶν, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ αὐτῇ ὥρᾳ εἰσηκούσθη ἡ δέησις ἀμφοτέρων, καὶ ἀπεστάλη ὁ ἄγγελος Ραφαὴλ ἰάσασθαι τοὺς δύο,

v. 55. *Jam enim Angelus Dei*. Porro ostendit,
B quo tempore Susanna ad Deum oravit, fuitque exaudita, missum ei fuisse Angelum qui eam adjuvaret, haud secus ac se res in Tobia & Sarra habuit [a]: ambobus enim eadem die eademque hora orantibus, exaudita est amborum oratio, missusque est Angelus Raphael qui eos sanaret,

Καὶ ἀνέστησαν ἐπὶ τοὺς δύο πρεσβυτέρους, ἵνα πληρωθῇ τὸ εἰρημένον· Ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον αὐτοῦ, εἰς αὐτὸν ἐμπεσεῖται,

v. 61. *Et consurrexerunt adversus duos seniores*. Ut impleretur quod dictum est: [b] *Qui fodit foveam proximo suo, incidet in eam*.

Προσέχειν οὖν ὀφείλομεν πᾶσιν, ἀγαπητοὶ, φοβούμενοι μή τις ἔν τινι παραπτώματι κρατηθεὶς, αὐτὸς τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἔνοχος γένηται, γινώσκοντες ὅτι ἔκδικος ὁ Θεὸς περὶ πάντων γίνεται· αὐτὸς ὢν ὁ λόγος [1] ὀφθαλμός· λανθάνει δὲ τοῦτον τῶν ἐν κόσμῳ πραττομένων οὐδέν. δι' ὃ ἀεὶ ἐγρήγοροι καρδίας καὶ σωφρόνως βιοῦντες, τὴν Σωσάνναν μιμησώμεθα.

In omnibus itaque attendere debemus, carissimi, timentes ne quis in aliquo delicto deprehensus, suæ ipsius animæ obnoxius fiat, scientes quia vindex est
C Deus de omnibus: cum Verbum ipsum sit oculus, quem nihil latet eorum quæ in mundo fiunt. Idcirco semper pervigiles animo ac caste viventes, Susannam imitemur,

ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ,

SANCTISSIMI HIPPOLYTI ROMÆ EPISCOPI.

Τὴν ἀκρίβειαν τῶν χρόνων τῆς γεγενημένης αἰχμαλωσίας τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐν Βαβυλῶνι ἐπιδείξασθαι βουλόμενος, καὶ τὰς τοῦ μακαρίου Δανιὴλ τῶν ὁραμάτων προφητείας· τὴν τούτου ἐν Βαβυλῶνι ἐκ παιδὸς ἀναστροφὴν, πρόσειμι καὶ αὐτὸς μαρτυρήσων ὁσίῳ καὶ δικαίῳ ἀνδρὶ προφήτῃ καὶ μάρτυρι Χριστοῦ γεγενημένῳ· ὃς οὐ μόνον τὰ τοῦ βασιλέως Ναβουχοδονόσορ ὁράματα τοῖς τότε καιροῖς ἀπεκάλυψεν, ἀλλὰ καὶ ὁμοίους αὐτῷ παῖδας ἐκδιδάξας, μάρτυρας πιστοὺς ἐν κόσμῳ προήγαγεν. οὗτος τοίνυν γίνεται κατὰ τοὺς χρόνους τῆς προφητείας τοῦ μακαρίου Ἱερεμίου, τῆς δὲ βασιλείας Ἰωακεὶμ τοῦ Ἐλιακείμ· ὃς ἅμα τοῖς λοιποῖς αἰχμαλώτοις ληφθεὶς, ἄγεται μετ' αὐτῶν εἰς Βαβυλῶνα. πέντε γὰρ οὗτοι υἱοὶ γίνονται τοῦ μακαρίου Ἰωσίου, Ἰωάχας, Ἐλιακεὶμ καὶ Ἰωάννα, Σεδεκίας ὁ καὶ Ἰεχονίας, καὶ Σαδούμ. καὶ ὁ μὲν Ἰωάχας, μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ χρίεται ὑπὸ τοῦ λαοῦ εἰς βασιλέα, ὢν ἐτῶν κγ΄. ἐπὶ τοῦτον ἀναβαίνει Φαραὼ Νεχαὼ, ἐν τῷ μηνὶ τῷ τρίτῳ τῆς βασιλείας αὐτοῦ· καὶ λαβὼν αὐτὸν δέσμιον, ἄγει εἰς Αἴγυπτον· καὶ ἐπιτίθησι φόρον τῇ γῇ, ἑκατὸν τάλαντα ἀργυρίου, καὶ δέκα τάλαντα χρυσίου. καὶ καθιστᾷ ἀντ' αὐτοῦ Ἐλιακεὶμ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βασιλέα ἐπὶ τῆς γῆς, ὃν μετωνόμασεν Ἰωακεὶμ, ἐπὶ ἔτη ἕνδεκα. ἐπὶ τοῦτον ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, καὶ λαβὼν αὐτὸν δέσμιον, ἄγει εἰς Βαβυλῶνα, καὶ μέρος τι τῶν σκευῶν οἴκου τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ. οὗτος κατάκλειστος γενόμενος, ὡς φίλος τοῦ Φαραὼ καὶ ὑπ' αὐτοῦ βασιλεὺς κατασταθεὶς, ἐν τῷ λζ΄. ἔτει ἐξάγεται ὑπὸ Εὐϊλὰτ Μαρωδὰχ βασιλέως Βαβυλῶνος, καὶ ἔκειρεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἦν αὐτοῦ σύμβουλος, καὶ ἤσθιεν ἐν τῇ τραπέζῃ αὐτοῦ ἕως τῆς ἡμέρας ἧς

Cui constitutum sit, ut diligenter ostendam tempora captivitatis Babylonicæ filiorum Israel, ac beati Danielis visionum oracula; ejus scilicet a puero Babylone vitam ac conversationem: venio & ipse ut viro sancto & justo prophetæ Christique martyri testimonium perhibeam. Is namque nedum Regis Nabuchodonosoris visa per hæc tempora declaravit, ve-
D rum etiam sibi similes pueros edocens, fideles in mundo testes produxit. Natus itaque Daniel est, quo tempore beatus Jeremias Propheta claruit, & quo Joacim filius Eliacim, rex fuit. Is una cum reliquis captivis ac manubiis captus, pari sorte Babylonem ducitur, Sunt enim hi quinque beati Josiæ filii, Joachas, Eliacim & Joannan, Sedecias (qui & Jechonias) & Sedum. Et quidem Joachas [c] post mortem patris a populo in regem ungitur, cum esset annorum trium supra viginti. Adversus hunc ascendit Pharao Nechao mense tertio regni ejus; vinctumque captum ducit in Ægyptum, ac mulctam terræ imposuit, centum talenta argenti & decem auri. Constituitque pro eo regem super terram fratrem ejus Eliacim, cui nomen vertit Joacim, an-
E nis undecim. Adversus hunc ascendit Nabuchodonosor [d] rex Babylonis, vinctumque captum, Babylonem ducit, partemque vasorum domus quæ erant Hierosolymis. Hic, cum in carcerem conjectus esset eoque teneretur, ut qui Pharaonis amicus extitisset, & ab eo rex constitutus fuisset, anno septimo supra tricesimum educitur ab Evilat Marodach rege Babylonis [e]; detonditque illius caput, & erat ei a consiliis, & comedebat in mensa ejus, ad

a Tob. III. 24. b Prov. XXVI. 27. c IV. Reg. XXIII. 30-34. d IV. Reg. XXIV. 10. e IV. Reg. XXV. 27.

1. Αὐτὸς ὢν ὁ λόγος ὀφθαλμός] Cotelerius tom. II. *Monument.* pag. 525. legit, αὐτὸς ὢν ὅλος ὀφθαλμός. FABRIC.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

A ἀπέθανε. τούτου οὖν μεταχθέντος, βασιλεύει ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἰωακεὶμ, [1] ἔτη τρία. καὶ ἐπὶ τοῦτον ἀνέβη Ναβουχοδονόσορ, καὶ μετοικίζει [2] αὐτόν τε καὶ τοῦ λαοῦ δέκα χιλιάδας ἀνδρῶν εἰς Βαβυλῶνα· καὶ καθιστᾷ ἀντ' αὐτοῦ τὸν ἀδελφὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ὃν καὶ μετωνόμασε Σεδεκίαν· μεθ' οὗ ὅρκια καὶ συνθήκας ποιησάμενος, ἄπεισιν εἰς Βαβυλῶνα. οὗτος βασιλεύσας ἔτη ια. ἀπέστη ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν πρὸς Φαραὼ βασιλέα Αἰγύπτου. ἐν δὲ τῷ δεκάτῳ ἔτει ἦλθεν ἐπ' αὐτὸν Ναβουχοδονόσορ ἐκ γῆς Χαλδαίων, καὶ περιεχαράκωσε τὴν πόλιν καὶ περιεκάθισεν αὐτὴν κύκλωθεν, καὶ συνεῖχεν αὐτὴν πάντοθεν. ὅθεν οἱ πλείονες αὐτῶν ἐν λιμῷ διεφθάρησαν, οἱ δὲ ἐν ῥομφαίᾳ ἀπώλοντο· τινὲς δὲ αὐτῶν αἰχμάλωτοι ἐλήφθησαν· ἡ δὲ πόλις ἐνεπυρίσθη ἐν πυρί· καὶ ὁ ναὸς καὶ τὸ τεῖχος καθῃρέθη, B καὶ πάντας τοὺς θησαυροὺς τοὺς εὑρεθέντας ἐν οἴκῳ Κυρίου, ἔλαβεν ἡ δύναμις τῶν Χαλδαίων, καὶ πάντα τὰ σκεύη, τά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ. καὶ πάντα χαλκὸν ἐξέκοψε Ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος, καὶ ἤνεγκεν αὐτὰ εἰς Βαβυλῶνα. αὐτὸν δὲ τὸν Σεδεκίαν διὰ νυκτὸς φεύγοντα μετὰ ἀνδρῶν ἑπτακοσίων, κατεδίωξεν ἡ δύναμις τῶν Χαλδαίων, καὶ κατέλαβον αὐτὸν ἐν Ἱεριχῷ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς βασιλέα Βαβυλῶνος εἰς Ῥεβλαθά. καὶ ἐκρίθη μετ' αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς ἐν θυμῷ, ἐν τῷ παραβεβηκέναι αὐτὸν τὸν ὅρκον Κυρίου, καὶ τὴν διαθήκην ἣν διέθετο πρὸς αὐτόν· καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἔσφαξεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς Σεδεκίου ἐξετύφλωσεν· καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐν πέδαις σιδηραῖς καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα· καὶ ἦν ἀλήθων ἐν τῷ μύλωνι, C ἕως τῆς ἡμέρας ἧς ἀπέθανεν. καὶ ἐν τῷ ἀποθανεῖν αὐτὸν, λαβόντες τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἔρριψαν ὀπίσω τοῦ τείχους Νινευΐ. ἐπὶ τούτου πληροῦται ἡ προφητεία Ἱερεμίου λέγοντος· ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος· ἐὰν γενόμενος γένηται Ἰεχονίας υἱὸς Ἰωακεὶμ βασιλεὺς Ἰούδα ἀποσφράγισμα ἐπὶ τῆς χειρός μου τῆς δεξιᾶς, ἐκεῖθεν ἐκσπάσω σε, καὶ δώσω σε εἰς χεῖρας τῶν ζητούντων τὴν ψυχήν σου· ὧν σὺ εὐλαβῇ ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, εἰς χεῖρας τῶν Χαλδαίων. καὶ ἀπορρίψω σε καὶ τὴν μητέρα σου τὴν τεκοῦσάν σε εἰς γῆν οὗ οὐκ ἐτέχθης ἐκεῖ· κἀκεῖ ἀποθανεῖσθε. εἰς δὲ τὴν γῆν ἣν αὐτοὶ εὔχονται ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, οὐ μὴ ἐπιστρέψω σε. ἠτιμώθη Ἰεχονίας ὡς σκεῦος ἄχρηστον, οὗ οὐκ ἔστι χρεία· διότι ἐξερρίφη καὶ ἐξεβλήθη εἰς γῆν ἣν οὐκ ᾔδει. γῆ ἄκουε λόγον Κυρίου· γράψον τὸν ἄνδρα τοῦτον D ἐκκήρυκτον ἄνθρωπον· ὅτι οὐ μὴ αὐξηθῇ ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ καθήμενος ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ ἄρχων ἔτι ἐν τῷ Ἰούδα. γεγένηται οὖν ἡ αἰχμαλωσία αὐτοῖς εἰς Βαβυλῶνα μετὰ τὴν ἔξοδον τὴν ἐξ Αἰγύπτου. τοῦ οὖν λαοῦ παντὸς μετοικισθέντος καὶ τῆς πόλεως ἐρημωθείσης, τοῦ τε ἁγιάσματος καθῃρημένου εἰς τὸ πληρωθῆναι τὸν λόγον Κυρίου, ὃν ἐλάλησεν διὰ στόματος τοῦ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου λέγοντος· ὅτι ἔρημον ἔσται τὸ ἁγίασμα ἑβδομήκοντα ἔτη· εὑρίσκομεν τὸν μακάριον Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προφητεύσαντα, καὶ ἔκδικον τῆς Σωσάννης γενόμενον.

eum usque diem quo mortuus est. Cum hic igitur abductus fuisset, regnat filius ejus Joacim annis tribus. Ascenditque in eum Nabuchodonosor, ipsumque ac reliquæ plebis decem millia virorum Babylonem traducit; atque ejus patruum regem pro eo constituit, quem mutato nomine Sedeciam vocavit: pactisque cum eo juramentis ictoque fœdere, Babylonem redit. Hic, cum regnasset annos undecim, ab eo deficiens, in Pharaonis regis Ægypti partes transivit. Anno itaque decimo, venit in eum ex Chaldæa Nabuchodonosor, urbemque vallo cinxit atque obsedit, omnique ex parte arctavit. Quamobrem magna eorum pars fame interierunt: alii gladio cæsi, nonnulli inter spolia ac manubias capti: urbs igne succensa; templum murique destructi. Omnes thesauros inventos in domo Domini abstulit exercitus Chaldæorum, cunctaque vasa aurea & argentea: omneque æs contrivit Nabuzardan princeps coquorum, & tulit ea in Babylonem. Ipsum vero Sedeciam per noctis silentia fugientem cum septingentis viris, persecutus exercitus Chaldæorum, inque Jericho eum assecutus, adduxit ad regem Babylonis in Reblatha: qui judicio de illo in ira furoris instituto, ob violatum Domini jusjurandum, & fœdus quod cum illo pepigerat, ejus filios coram ipso jugulavit, ac Sedeciæ oculos cæcavit; ipsumque ferreo vinxit pondere, ac Babylonem duxit, ubi erat molens in molendino donec diem obiit. Defunctique arreptum cadaver, retro muros Ninives projecerunt. In eo completum Jeremiæ oraculum, dicentis: [a] *Vivo ego, dicit Dominus; Quia si fuerit Jechonias filius Joacim rex Juda annulus in manu dextera mea, inde evellam te. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, a quorum facie tu formidas, in manu Chaldæorum. Et projiciam te, & matrem quæ peperit te, in terram alienam, & moriemini ibi. In terram autem quam votis expetunt animabus suis, non reducam te. Inhonoratus est Jechonias, ut vas inutile, cujus nullus est usus: idcirco projectus est atque ejectus in terram, quam non noverat. Audi terra sermonem Domini: Scribe virum istum abdicatum, quia ex semine ejus non adolescet princeps qui sedeat in sede David in Juda.* Contigit ergo captivos transferri Babylonem, postquam exierant ex Ægypto. Cum igitur populus omnis translatus fuisset, civitas quoque desolata, ac destructa sanctificatio esset, ut impleretur sermo Domini quem locutus erat per os Jeremiæ Prophetæ, dicentis: [b] *Quia desolata erit sanctificatio annis septuaginta*: invenimus beatum Danielem Babylone vaticinatum esse, ac Susannæ vindicem exstitisse.

a Jer. XXII. 24-30. *b* Jer. XXV. 11.

1. Ἔτη τρία] Al. τρίμηνιον, *menses tres*. COMBEF.
2. Αὐτόν τε] Sic emendavimus ex Combefisio, ut ipsemet admonuit in erratis ad calcem tomi I. *Auctarii novissimi* adnotatis; ubi & versionem ita restituendam jussit: *ipsumque ac reliquæ plebis*. Emendanda Combefisiana tum in textu tum in versione, sive heic sive alibi, neglexit Fabricius, qui hoc loci habet αὐτοῦ τε: *ejusque ac reliqua plebis*.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 226.

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ
ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ
ΑΠΟΔΕΙΚΤΙΚΗ ΠΡΟΣ ΙΟΥΔΑΙΟΥΣ.

S. HIPPOLYTI
EPISCOPI ET MARTYRIS
DEMONSTRATIO ADVERSUS JUDÆOS.

Francisco Turriano *interprete*.

Οὐκοῦν κλῖνον τὸ οὖς σου ἐμοί, καὶ εἰσάκουσον τῶν ῥημάτων μου, καὶ πρόσεχε ὦ Ἰουδαῖε. Σὺ δὲ πολλάκις ἐκκαυχώμενος, ὅτι τὸν Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον θανάτῳ κατέκρινας, καὶ ὄξος καὶ χολὴν αὐτὸν ἐπότισας· καὶ σεμνύνῃ ἐπὶ τούτῳ. Δεῦρο οὖν κοινῶς ἐπισκεψώμεθα μήπως ἀδίκως καυχᾶσαι ὦ Ἰσραήλ, μήπως σοι τὸ μικρὸν ἐκεῖνο ὄξος καὶ ἡ χολὴ τὴν φοβεράν σοι ταύτην ἐπήγαγεν ἀπειλήν· μήπως δι' αὐτοῦ ἐν τοῖς μυρίοις τούτοις ὑπάρχεις δεινοῖς.

Προαγέσθω τοίνυν εἰς μέσον ὁ διὰ πνεύματος ἁγίου λαλῶν, ἀψευδὴς ὑπάρχων, Δαυῒδ ὁ τοῦ Ἰεσσαί. οὗτος ψάλλων τινὰ προφητικῶς εἰς τὸν ἀληθῆ Χριστὸν, τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐμελῴδησεν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος, πάντα τὰ ὑπὸ Ἰουδαίων εἰς αὐτὸν ἐν τῷ πάθει γινόμενα σαφῶς κατηγγείλατο· ἐν ᾧ ὁ Χριστὸς ὁ ταπεινώσας ἑαυτὸν καὶ τὴν μορφὴν τοῦ δούλου Ἀδὰμ ἐνδυσάμενος, ὡς ἐκ προσώπου ἡμῶν ἐπικαλεῖται τὸν ἐν οὐρανοῖς Θεὸν πατέρα, καὶ λέγει ἐν [1] τῷ ξή. ψαλμῷ· Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσήλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου. ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, τουτέστιν εἰς τὴν φθορὰν τοῦ ᾅδου διὰ τῆς ἐν παραδείσῳ παρακοῆς· καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις, ἤγουν ἀντίληψις. Ἐξέλειπον οἱ ὀφθαλμοί μου ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν Θεόν μου, πότε ἥξει καὶ σώσει με.

Εἶτα εἰπὼν τὰ ἑξῆς λέγει λοιπὸν ὡς ἐξ οἰκείου προσώπου ὁ Χριστός· ἃ οὐχ ἥρπαζον, φησιν, τότε ἀπετίννυον· τουτέστιν, ἅπερ οὐχ ἥμαρτον, ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτήματος Ἀδὰμ ὑπέμεινα τὸν θάνατον. ἐπεὶ, ὁ Θεὸς, σὺ οἶδας τὴν ἀφροσύνην μου, καὶ αἱ πλημμέλειαί μου ἀπὸ σοῦ οὐκ ἀπεκρύβησαν· τουτέστιν, οὐ γὰρ ἐπλημμέλησα, φησιν· δι' ὃ μὴ αἰσχυνθείησαν οἱ ὑπομένοντές με ἰδεῖν τὴν τριήμερον ἀνάστασιν, τουτέστιν οἱ ἀπόστολοι. ὅτι ἕνεκά σου, χάριν τοῦ ὑπακοῦσαί σου, ὑπήνεγκα ὀνειδισμὸν, τουτέστιν τὸν σταυρόν· ὅτε ἐκάλυψαν ἐντροπῇ τὸ πρόσωπόν μου οἱ Ἰουδαῖοι· ὅτε ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς κατὰ σάρκα ἀδελφοῖς μου, καὶ ξένος τοῖς υἱοῖς τῆς μητρός μου, τουτέστι, Συναγωγῆς. Διότι ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου, πάτερ, κατέφαγέ με, καὶ οἱ ὀνειδισμοὶ τῶν ὀνειδιζόντων σε, καὶ θυόντων τοῖς εἰδώλοις, ἐπέπεσαν ἐπ' ἐμέ. Διὸ κατ' ἐμοῦ ἠδολέσχουν οἱ καθήμενοι ἐν πύλαις· ἔξω γὰρ τῆς πύλης με ἐσταύρωσαν· καὶ εἰς ἐμὲ ἔψαλλον οἱ πίνοντες οἶνον, τουτέστι τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ. Ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου πρὸς σὲ, Κύριε, ἔλεγον· πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, τοῖς


A I. Inclina aurem tuam Judæe, & audi verba mea, & attende. Sæpe gloriaris tu, quod Jesum Nazarenum mortis condemnasti; & quod acetum & fel ei ad bibendum porrexisti; & hoc gloriosum putas. Accede igitur, & consideremus communiter, utrum ne injuste gloriaris o Israel, & illud parum aceti & fellis has horribiles minas tibi intulit; utrum ne propter illud in istis infinitis calamitatibus es.

II. Procedat igitur in medium, qui per Spiritum sanctum loquitur, & verax est, David filius Jesse. Hic, cum quædam prophetice de vero Christo caneret, & Deum nostrum per Spiritum sanctum ca-B nendo celebraret, omnia quæ a Judæis in passione ejus facta sunt, clare denuntiavit; ubi Christus qui se humiliavit, & formam servi Adam induit, tamquam ex persona nostra, invocat Deum Patrem qui in cælis est, & ait Psalm. 68. [a] *Serva me, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam: infixus sum in limo profundi*: id est, in corruptionem inferni propter obedientiam in paradiso abjectam: *& non est substantia*, id est, auxilium. *Defecerunt oculi mei, dum spero in Deo meo; quando veniet, & salvum me faciet*. Et quæ sequuntur.

III. Postea dicit tamquam ex persona sua Christus: *Quæ non rapui*, inquit, *tunc solvebam*: id est, qui C non peccavi, pro peccato Adæ sustinui mortem. *Quoniam tu Deus scis insipientiam meam; & delicta mea a te non sunt abscondita*: id est, non enim, inquit, deliqui, quamobrem *non erubescant, qui exspectant videre* meam post triduum resurrectionem: id est Apostoli. *Quoniam propter te*, ut tibi obedirem, *sustinui opprobrium*, id est, crucem: quando Judæi *operuerunt confusione faciem meam*; quando *alienus factus sum fratribus meis* secundum carnem, *& peregrinus filiis matris meæ*, id est, Synagogæ. *Quoniam zelus domus tuæ* (Pater) *comedit me, & improperia improperantium tibi*, & sacrificantium idolis, *ceciderunt super me*. Quamobrem *contra me loquebantur, qui* D *sedebant in portis*; extra portam enim crucifixerunt eum (me); *& in me psallebant qui bibebant vinum*, id est, in festo Paschæ. *Ego vero oratione mea ad te, Domine* dicebam: *Pater re-*

[a] Psal. LXVIII. 1. seq.

1. Ἐν τῷ ξή. ψαλμῷ] Annumerare Psalmos sive eorum numerum allegare, solemne illa jampridem ætate fuit scriptoribus: ut ex Origene, Cypriano, Lactantio, aliisque etiam antiquioribus constat. Fabric.



ἔθνεσιν, διότι καιρὸς εὐδοκίας τῶν ἐθνῶν. Μὴ τοίνυν A καταποντισάτω με καταιγὶς πειρασμῶν, μηδὲ καταπιέτω με βυθὸς, τουτέστιν, ὁ ᾅδης. οὐ γὰρ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην· μηδὲ συσχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ τὸ στόμα αὐτοῦ, τουτέστι τὸ μνημεῖον. Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου ῥῦσαί με, ἵνα μὴ καυχήσωνται οἱ Ἰουδαῖοι λέγοντες· καταπίωμεν αὐτόν.

A mitte ipsis, gentibus; quoniam tempus beneplaciti gentium. *Ne igitur demergat me tempestas* tentationum, *nec absorbeat me profundum*, id est, infernus: [a] *Non enim relinques animam meam in inferno;* [b] *nec urgeat super me puteus os suum*, id est, sepulcrum. *Propter inimicos meos eripe me*, ne glorientur Judæi dicentes: absorbeamus eum.

Ταῦτα δὲ πάντα Χριστὸς οἰκονομικῶς ὡς ἄνθρωπος ηὔχετο, Θεὸς ὢν ἀληθινός. Ἀλλ' ὡς φθάσας εἶπον, ἡ μορφὴ τοῦ δούλου ἦν ταῦτα λέγουσα καὶ πάσχουσα. δι' ὃ ἐπήγαγε λέγων· ὀνειδισμὸν προσεδόκησεν ἡ ψυχή μου καὶ ταλαιπωρίαν, τουτέστιν ἑκουσίως ἔπαθον, οὐκ ἔκ τινος βίας. ὅμως ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐχ ὑπῆρξεν. ἀφέντες γὰρ πάντες οἱ ἐμοὶ μαθηταὶ ἔφυγον· καὶ παρακαλοῦντα, καὶ οὐχ εὗρον.

IV. Hæc omnia Christus œconomice tamquam homo precabatur, qui erat verus Deus. Sed ut antea dixi, [c] *forma servi erat*, quæ hæc loquebatur & patiebatur. Quamobrem subjunxit [d]: *improperium exspectavit anima mea, & miseriam*; id est, non invitus passus sum, neque per vim: *exspectavi* tamen, *qui simul contristaretur, & non fuit*. Domino (me) enim B derelicto, omnes (mei) discipuli fugerunt: *&* exspectavi *qui consolaretur, & non inveni*.

Ἄκουσον νουνεχῶς, ὦ Ἰουδαῖε, τί φησὶν [1] ὁ Χριστός. ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολὴν, καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος. καὶ ταῦτα μὲν ἔπαθεν ἐξ ὑμῶν. Ἄκουσον τοῦ ἁγίου πνεύματος λέγοντος καὶ τί ἀνταπέδωκεν ὑμῖν ἀντὶ τοῦ μικροῦ ἐκείνου ὄξους. λέγει γὰρ ὁ προφήτης, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. γενηθήτω ἡ τράπεζα αὐτῶν εἰς παγίδα καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν. ποίαν ἀνταπόδοσιν λέγει; εὔδηλον, τὴν νῦν κατέχουσάν σε δυστυχίαν.

V. Audi & adverte Judæe, quid dicat Christus: *Dederunt in cibum meum fel, & in siti mea potaverunt me aceto*. Et hæc passus est a vobis. Audi Spiritum sanctum dicentem quid retribuit vobis pro illo modico aceto: ait enim Propheta tamquam ex persona Dei: [e] *Fiat mensa eorum in laqueum, & in retributionem*. Quam retributionem dicit? manifestum est, eam miseriam dicere, in qua nunc (es) sunt Judæi.

Εἶτα ἄκουσον καὶ τὰ ἑξῆς. σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν. ἀλλ' ἐσκοτίσθητε τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς σκοτισμὸν ἀφεγγῆ καὶ αἰώνιον. Ἀνατείλαντος γὰρ τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ, ὑμεῖς ὡς ἐν νυκτὶ πλανᾶσθε, καὶ ἀνοδίαις προσκόπτοντες καὶ κρημνιζόμενοι ὡς καταλείψαντες τὴν ὁδὸν τὴν λέγουσαν· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός. εἶτα ἄκουσον χαλεπώτερον· καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διαπαντὸς σύγκαμψον· τουτέστιν, ἵνα δουλεύωσιν τοῖς ἔθνεσιν, οὐ τετρακόσια ἔτη καὶ τριάκοντα, ὡς ἐν Αἰγύπτῳ· οὔτε ἑβδομήκοντα, ὡς ἐν Βαβυλῶνι, ἀλλὰ διαπαντός φησιν, εἰς δουλείαν σύγκαμψον. λοιπὸν τί κενὰς ἐλπίδας ἔχεις ἀπαλλαγῆναι προσδοκῶν τῆς κατεχούσης σε ταλαιπωρίας; τὸ γὰρ παραδοξότερον· καὶ οὐκ ἀδίκως τὴν τῶν ὀμμάτων σου τύφλωσιν ἐπηύξατο, ἀλλ' ὅτι ἐκάλυψας τὰ τοῦ Χριστοῦ ὄμματα, [2] οὕτως αὐτὸν ἐράπιζες· καὶ διὰ τοῦτο τὸ νῶτόν σου διαπαντὸς σύγκαμψον εἰς δουλείαν. καὶ ἐπειδὴ τὸ αἷμα αὐτοῦ μετὰ ὀργῆς ἐξέχεας, ἄκουσον τὸ ἀντίδωρον· ἔκχεον ἐπ' αὐτοὺς τὴν ὀργήν σου, καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτούς. καὶ γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη· πρόδηλον ὁ ναὸς ὁ περιβόητος.

VI. Quod autem dicit Apostolus: [h] *Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula*: pulchre enarrat & dilucide mysterium veritatis. Hic qui est super omnia, Deus est (sic enim audet dicere: [i] *Omnia mihi tradita sunt a Patre*). Qui est super omnia Deus benedictus, genitus est; & factus homo, Deus est in sæcula. Sic enim Joannes ait: [k] *Qui est, & qui erat, & qui venturus est, Deus omnipotens*. Recte vocavit omnipotentem Christum. Hoc enim dixit, quod quidem Christus testabitur. Tribuens enim testimonium: [l] *Omnia*, inquit, *mihi tradita sunt a Patre*: & omnium dominatum tenet; omnipotens a Patre constitutus est Christus. Immo & Paullus docens omnia ei data esse, sic dixit: [m] *Primitiæ Christus: deinde, qui sunt Christi in adventum ejus: postea finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri; cum evacuaverit omnem principatum, & omnem potestatem & virtutem. Oportet enim ipsum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus ejus. Novissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cum autem dicat, Omnia subjecta sunt ei; sine dubio, præ-*

a Dan. VII. 13. b Baruch. III. 36. c Ibid. ℣. 36. 37. d Matth. XVII. 5. III. 17. e Baruch. III. 38. f Joan. I. 18. g Joan. III. 11. 13. h Rom. IX. 15. i Matth. XI. 27. k Apoc. I. 8. l Matth. XI. 27. m I. Cor. XV. 23-28.

1. Ἰσραὴλ κ. τ. λ.] Nomen ישראל Philoni *de præmiis & pœnis* pag. 710. atque alibi exponitur *ὁρῶν Θεόν*. איש ראה אל Sic & Constitutiones Apostol. VII. 37. VIII. 15. Eusebius XI. 6. pag. 519. *Præparat.* multique alii. Quo etiam referes eos quibus Israel est *ὁρατικὸς ἀνὴρ καὶ θεωρητικὸς*, ut Eusebio pag. 310. *Præparat.* vel *νοῦς ὁρῶν Θεὸν*, ut S. Optato in fine libri 2. Didymo apud Hieron. & Hieronymo ipsi pluribus locis, S. Maximo T. I. p. 284. Olympiodoro in c. 1. Ecclesiastæ, Leontio *de sectis* p. 592. Theophani Cerameo homil. 4. p. 22. &c. Aliam etymologiam probat Justinus Martyr dialogo cum Tryphone pag. 354. *ἄνθρωπος νικῶν δύναμιν. τὸ γὰρ ἴσρα ἄνθρωπος νικῶν ἐστι, τὸ δὲ ἢλ δύναμις*. Sane איש virum denotat, & שור est dominari ac vincere, אל & potentiam sonat & Angelum, unde Josephus lib. 1. *Antiq.* pag. 33. exponit *τὸν ἀντιστάντα ἀγγέλῳ θείῳ*, & Deum: unde Moyse ipso auctore *Genes.* XXXII. 23. interpretantur alii *adversus Deum fortis*, *ἄρχων πρὸς Θεόν*; ita Symmachus. At Eucherius, *princeps cum* E *Deo*. Aquila: *ἄρχων μετὰ Θεοῦ*. Ita & Gallus confessor p. 18. Theodotion & LXX. *ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ*. Symmachi interpretationem probat Hieronymus in quæst. Hebr. Idem in Es. XLIV. *Proprie juxta Hebræos & litterarum fidem Israel εὐθύτατος Θεοῦ, rectus Dei* ישר אל *dicitur. Vir autem videns Deum, non in elementis, sed in sono vocis est*. Confer Drusium 2. animadvers. c. 27. Frontonem Ducæum ad Paullini Epist. 1. Cotelerium T. I. PP. Apostol. p. 376. Joh. Dallæum de pseudepigraphis Apostolicis pag. 189. Combefisium ad S. Maximum T. I. pag. 683. FABRIC.

2. Ὁ παῖς] *Filius*, ut infra cap. VII. & XI. ID.

3. Λαμπρόν] Interpres legit λαμπρῶς. ID.

4. Ἰωάννης εἶπεν] Quod Joannes in Apocalypsi cap. 1. ait: *Qui est, & qui erat & qui venturus est*; Paullus ait ad Rom. cap. IX. 5. *Deus in sæcula*. Propter divinitatem enim Deus ante sæcula, & propter carnem Deus in sæcula: & propter carnem qui est, & qui erat, & qui venturus est, Deus omnipotens. FRANCISCUS TURRIANUS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

αὐτῷ, δῆλον ὅτι ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος αὐτῷ τὰ πάντα. τότε καὶ αὐτὸς ὑποταγήσεται τῷ ὑποτάξαντι αὐτῷ τὰ πάντα, ἵνα ᾖ ὁ Θεὸς πάντα ἐν πᾶσιν. εἰ οὖν τὰ πάντα ὑποτέτακται αὐτῷ ἐκτὸς τοῦ ὑποτάξαντος, πάντων κρατεῖ, αὐτοῦ δὲ ὁ Πατήρ· ἵνα ἐν πᾶσιν εἷς Θεὸς φανῇ, ᾧ τὰ πάντα ὑποτάσσεται ἅμα Χριστῷ, ᾧ τὰ πάντα Πατὴρ ὑπέταξεν παρὲξ ἑαυτοῦ. τοῦτο γὰρ Χριστὸς ἔφη, ὡς ἐν τῷ εὐαγγελίῳ καὶ Πατέρα ἴδιον καὶ Θεὸν ὡμολόγησεν. λέγει γὰρ οὕτως· ὑπάγω πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. εἰ οὖν Νόητος τολμᾷ λέγειν αὐτὸν εἶναι τὸν Πατέρα, πρὸς ποῖον Πατέρα ἐρεῖ πορεύεσθαι Χριστὸν κατὰ τὴν εὐαγγελικὴν φωνήν; εἰ δὲ ἀξιοῖ καταλείψαντας ἡμᾶς τὸ εὐαγγέλιον, τῇ αὐτοῦ ἀφροσύνῃ πιστεύειν, μάτην κάμνει. πειθαρχεῖν γὰρ δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις.

Ἐὰν δὲ λέγει, αὐτὸς εἶπεν· ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. ἐπιστανέτω τὸν νοῦν καὶ μανθανέτω, ὅτι οὐκ εἶπεν· ὅτι ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν εἰμι, ἀλλὰ ἕν ἐσμεν. τὸ γὰρ ἐσμεν, οὐκ ἐφ᾽ ἑνὸς λέγεται, ἀλλ᾽ ἐπὶ δύο πρόσωπα ἔδειξεν, δύναμιν δὲ μίαν. αὐτὸς δὲ αὐτὸ ἀπέλυσεν εἰπὼν περὶ μαθητῶν πρὸς τὸν Πατέρα· τὴν δόξαν ἣν ἔδωκάς μοι, ἔδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς ἡμεῖς ἕν. ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοί, ἵνα ὦσιν τετελειωμένοι εἰς ἕν, ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος ὅτι σύ με ἀπέστειλας. τί πρὸς ταῦτα ἔχουσι λέγειν οἱ Νοητιανοί; μὴ πάντες ἓν σῶμά ἐστιν κατὰ τὴν οὐσίαν, ἢ τῇ δυνάμει καὶ τῇ διαθέσει τῆς ὁμοφρονίας ἓν γινόμεθα; τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον [1] ὁ παῖς ὁ πεμφθεὶς καὶ ὑπ᾽ αὐτῶν μὴ γινωσκόμενος ὄντων ἐν κόσμῳ, ὡμολόγησεν εἶναι ἐν τῷ Πατρὶ [2] δυνάμει [καὶ] διαθέσει· εἷς [3] γὰρ νοῦς Πατρὸς ὁ παῖς. οἱ νοῦν Πατρὸς ἔχοντες οὕτω πιστεύομεν· οἱ δὲ τὸν νοῦν μὴ ἔχοντες τὸν υἱὸν ἤρνηνται. εἰ δὲ καὶ Φίλιππον ἐπερωτᾷν περὶ Πατρὸς, βούλοιντο λέγειν, δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· πρὸς ὃν ἀπεκρίθη ὁ Κύριος, λέγων· τοσοῦτον χρόνον μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι, Φίλιππε, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; καὶ θέλουσι λέγειν, διὰ τούτου κρατύνεσθαι τὸ δόγμα αὐτῶν, ὁμολογοῦντος αὐτοῦ ἑαυτὸν Πατέρα· γνώτωσαν ὅτι μέγιστον ἑαυτοῖς ἐναντίωμα ἐπιφέρουσιν, ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ ῥητοῦ ἐλεγχόμενοι. τοῦ γὰρ Χριστοῦ ἑαυτὸν ἐν πᾶσιν υἱὸν εἰπόντος καὶ δείξαντος, οὐκ ἐπέγνωσαν οὐδὲ καταλαβέσθαι ἢ ἀτενίσαι τὴν δύναμιν ἐδυνήθησαν. καὶ τοῦτο μὴ χωρήσας Φίλιππος, καθ᾽ ὃ ἦν ἰδεῖν, τὸν Πατέρα ἠξίου βλέπειν. πρὸς ὃν ὁ Κύριος ἔφη· Φίλιππε, τοσοῦτον χρόνον μεθ᾽ ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με; ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. τουτέστιν, εἰ ἐμὲ ἑώρακας, δι᾽ ἐμοῦ τὸν

A ter eum qui *subjecit ei omnia. Cum autem subjecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subjectus erit ei qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus*. Si igitur omnia subjecta sunt ei præter eum qui ei subjecit omnia, omnium tenet dominatum; ipsius vero dominatum tenet Pater: ut in omnibus unus Deus reperiatur, cui omnia subjecta sunt simul cum Christo, cui omnia Pater subjecit præter se ipsum. Hoc enim Christus dixit, sicut in evangelio & Patrem suum & Deum confessus est. Ait enim sic: [a] *Vado ad Patrem meum & Patrem vestrum; & Deum meum & Deum vestrum*. Si ergo Noetus audet dicere, ipsum esse Patrem; ad quem Patrem dicet ire Christum secundum vocem B evangelii? Sin vero vult ut relicto evangelio, amentiæ ejus credamus, frustra laborat: [b] *oportet enim obedire magis Deo, quam hominibus*.


VII. Si autem dicat; Ipse dixit: [c] *Ego & Pater unum sumus*; advertat animum, & intelligat quod non dixit: *Ego & Pater unum sum*; sed *unum sumus*. Illud enim, *sumus*, non dicitur de uno; sed sic dixit, quia duas personas demonstravit, unam autem potentiam, sive virtutem. Ipse hoc explicavit, cum dixit de discipulis ad Patrem: [d] *Gloriam quam dedisti mihi, dedi eis; ut sint unum, sicut nos unum sumus. Ego in ipsis, & tu in me; ut sint perfecti in unum; ut cognoscat mundus quod tu me misisti*. Quid C ad hæc dicere possunt Noetiani? Numquid omnes unum corpus sunt secundum substantiam? an vero potestate & affectione consensionis & concordiæ unum efficimur? Ad eumdem modum puer missus, & iis qui in mundo erant [e] non cognitus, confessus est se esse in Patre potestate & affectione consensionis: una enim mens Patris est puer. Qui autem mentem Patris habemus, sic credimus: qui vero non habent, Filium negaverunt. Si autem velint dicere quod Philippus de Patre interrogans: [f] *Ostende*, inquit, *nobis Patrem, & sufficit nobis*; cui respondit Dominus inquiens: *Tanto tempore vobiscum sum, Philippe, & non cognovisti me? Qui vidit me, vidit & Patrem. Non credis quia ego in Patre, &* D *Pater in me est?* & volunt dicere quod his verbis eorum dogma confirmatur, ipso confitente se esse Patrem: sciant maximam repugnantiam in se ipsos inducere, Scriptura eos redarguente & convincente. Cum enim Christus in omnibus se Filium dixisset & demonstrasset, non tamen cognoverant eum, neque virtutem ejus intelligere aut intueri potuerant. Et hoc Philippus cum capere non posset, quoad videre licebat, volebat videre Patrem. Cui Dominus dixit: *Philippe, tanto tempore vobiscum sum, & non cognovisti me? qu vidit me, vidit Patrem*. Id est, si me vidisti, per me potes Patrem cognoscere. Per imaginem

a Joan. xx. 17. *b* Act. V. 29. IV. 19. *c* Joan. x. 30. *d* Joan. XVII. 22. 23. *e* Joan. I. 10. *f* Joan. XIV. 8. 9.

1. Ὁ παῖς] *Filius*. Sic & paullo post, ut supra cap. v. & infra cap. XI. Per *puerum*, Filium intellige. FABRIC.

2. Δυνάμει, διαθέσει] Confessus est se esse in Patre, potestate & affectione, multis in locis Evangelii. *Joan.* cap. x. 38. *Si mihi non vultis credere, operibus credite: ut cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre*. Opera autem erant non solum miracula quæ secundum divinitatem operabatur, sed virtutes quas secundum humanitatem, sicut de eo scriptum est, *Hebr.* cap. I. ex *Psal.* 44. *Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis*. Item Joan. cap. 12. *Qui videt me, videt eum qui misit me*. Et paullo post: *Sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar: & scio quia mandatum ejus est vita æterna*. Erat igitur in Patre potestate secundum operationem mandatorum ejus, id est, caritatis & omnis virtutis. Et cap. 14. *Pater autem in me manens, ipse facit ope-* E *ra. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? alioqui propter opera ipsa credite*. Quia semper hic homo operabatur justitiam, misericordiam, caritatem & ceteras virtutes immutabiliter secundum Dei voluntatem; hac etiam ratione, id est, potestate & consensione mentis & voluntatis, & non solum secundum substantiam, ipse & Pater unum erant, sicut volebat discipulos suos esse unum in Christo & in Patre, potestate & consensione voluntatis suæ cum voluntate Patris & Filii. FR. TURRIANUS.

3. Εἷς γὰρ νοῦς Πατρὸς ὁ παῖς] Id est, mens humana Christi non discrepat a mente divina Patris; & hac ratione mens humana Christi etsi non erat essentialiter mens divina, erat tamen potestate & affectione, sive dispositione consensionis, quia afficiebatur secundum voluntatem Dei voluntas & mens humana Christi; ita ut δυνάμει una essent, quæ erant secundum substantiam duæ mentes. FR. TURRIANUS.



Πατέρα γνῶναι δύνῃ. διὰ γὰρ τῆς εἰκόνος ὁμοίας τυγχανούσης εὔγνωστος ὁ Πατὴρ γίνεται. εἰ δὲ τὴν εἰκόνα, ἥτις ἐστὶν ὁ υἱὸς, οὐκ ἔγνως, πῶς ἰδεῖν θέλεις τὸν Πατέρα; ὅτι ταῦτ' οὕτως ἔχει, τὰ ἐπικείμενα τῷ κεφαλαίῳ καὶ ὑποκείμενα ἀπολύει, τὸν προκείμενον υἱὸν ἀπεσταλμένον παρὰ Πατρὸς καὶ πρὸς Πατέρα πορευόμενον σημαίνονται.

A enim quæ similis est, potest facile Pater cognosci. Sin vero imaginem quæ est Filius, non cognovisti: quomodo vis Patrem videre? Quod autem hæc ita sint, quæ in ipso capite adjecta & subjecta sunt, explicant; quæ significant, Filium *propositum* [a] *missum esse a Patre* [b] & *ad Patrem ire*. [c]

Πολλὰ δὲ καὶ ἕτερα, μᾶλλον δὲ πάντα ἐστὶν μαρτυροῦντα τῇ ἀληθείᾳ. ἀνάγκην οὖν ἔχει καὶ μὴ θέλων ὁμολογεῖν Πατέρα Θεὸν παντοκράτορα, καὶ Χριστὸν Ἰησοῦν υἱὸν Θεοῦ Θεὸν ἄνθρωπον γενόμενον, ᾧ πάντα Πατὴρ ὑπέταξε παρεκτὸς ἑαυτοῦ, καὶ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τούτους εἶναι οὕτως τρία. εἰ δὲ βούλεται μαθεῖν, πῶς εἷς Θεὸς ἀποδείκνυται, γινωσκέτω ὅτι μία δύναμις τούτου. καὶ ὅσον μὲν κατὰ τὴν δύναμιν, εἷς ἐστι Θεός· ὅσον δὲ κατὰ τὴν οἰκονομίαν [1], τριχὴς ἡ ἐπίδειξις, ὡς ὕστερον ἀποδειχθήσεται ἀποδιδόντων ἡμῶν περὶ ἀληθείας λόγον. ταῦτα μὲν οὖν, ἀδελφοὶ, δείκνυται ἡμῖν συμφώνως εἰρημένα. εἷς γὰρ Θεός ἐστιν ᾧ δεῖ πιστεύειν, ἀλλ' ἀγένητος, ἀπαθὴς, ἀθάνατος, πάντα ποιῶν ὡς θέλει, καθὼς θέλει, ὅτε θέλει. τί οὖν πρὸς ταῦτα τολμήσει Νόητος, μὴ νοῶν τὴν ἀλήθειαν; ἐπειδὴ οὖν ἤδη καὶ ὁ Νόητος ἀνατέτραπται, ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἀπόδειξιν, ἵνα συστήσωμεν τὴν ἀλήθειαν· καθ' ἧς πᾶσαι τοσαῦται [2] αἱρέσεις γεγένηνται, μηδὲν δυνάμεναι εἰπεῖν.

VIII. Multa alia, immo vero omnia huic veritati adstipulantur. Necesse ergo est, ut quamvis nolit, confiteatur Patrem Deum omnipotentem, & Christum Jesum Filium Dei, Deum factum hominem, cui omnia Pater subjecit præter se, & Spiritum sanctum; & hos esse vere tres. Quod si vult scire quomodo unus Deus demonstratur, sciat unam esse virtutem B sive potentiam hujus. Et quantum quidem ad virtutem pertinet, unus est Deus; quantum vero ad œconomiam sive dispositionem, trina est ostensio; ut paullo post docebimus, cum reddemus rationem de veritate. Hæc igitur, fratres, dicta nobis sunt, de quibus inter omnes convenit. Unus enim est Deus, cui credere oportet; sed ingenitus, impatibilis, immortalis, qui omnia facit quæ vult, sicut vult & quando vult. Quid igitur ad hæc audebit dicere Noetus, non intelligens veritatem? Quandoquidem igitur hactenus Noetus confutatus est, veniamus ad demonstrationem veritatis, ut confirmemus veritatem; contra quam tot & tantæ hæreses ortæ sunt, quæ nihil dicere potuerunt.

Εἷς Θεὸς, ὃν οὐκ ἄλλοθεν ἐπιγινώσκομεν, ἀδελφοὶ, ἢ [ἐκ] τῶν ἁγίων γραφῶν. ὃν γὰρ τρόπον ἐάν τις βουληθῇ τὴν σοφίαν τοῦ αἰῶνος τούτου ἀσκεῖν, οὐκ ἄλλως δυνήσεται τούτου τυχεῖν, ἐὰν μὴ δόγμασι φιλοσόφων ἐντύχῃ· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὅσοι θεοσέβειαν ἀσκεῖν βουλόμεθα, οὐκ [3] ἄλλοθεν ἀσκήσομεν ἢ ἐκ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ. ὅσα τοίνυν κηρύσσουσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ, ἴδωμεν, καὶ ὅσα διδάσκουσιν, ἐπιγνῶμεν, καὶ ὡς θέλει Πατὴρ πιστεύεσθαι, πιστεύσωμεν, καὶ ὡς θέλει Υἱὸν δοξάζεσθαι, δοξάσωμεν, καὶ ὡς θέλει Πνεῦμα ἅγιον δωρεῖσθαι, λάβωμεν. μὴ κατ' ἰδίαν προαίρεσιν, μηδὲ κατ' ἴδιον νοῦν, μηδὲ βιαζόμενοι τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένα· ἀλλ' ὃν τρόπον αὐτὸς ἐβουλήθη διὰ τῶν ἁγίων γραφῶν δεῖξαι, οὕτως ἴδωμεν.

C IX. Unus Deus est, quem non aliunde, fratres, agnoscimus, quam ex sanctis Scripturis. Quemadmodum enim si quis vellet sapientiam hujus sæculi exercere, non aliter hoc consequi poterit, nisi dogmata Philosophorum legat: sic quicumque volumus pietatem in Deum exercere, non aliunde discemus, quam ex Scripturis divinis. Quæcumque ergo divinæ Scripturæ prædicant, sciamus; & quæcumque docent, cognoscamus: & sicut vult Pater credi, sic credamus; & sicut vult Filium glorificari, sic glorificemus; & sicut vult donari Spiritum sanctum, sic accipiamus. Non secundum propriam voluntatem, neque secundum proprium sensum, neque vim inferentes iis quæ a Deo data sunt; sed quomodo ipse per sanctas D Scripturas docere voluit, sic intelligamus.

Θεὸς μόνος ὑπάρχων, καὶ μηδὲν ἔχων ἑαυτῷ σύγχρονον, ἐβουλήθη κόσμον κτίσαι. ὁ κόσμον ἐννοηθεὶς, θελήσας τε καὶ φθεγξάμενος ἐποίησεν, ᾧ παραυτίκα παρέστη τὸ γενόμενον ὡς ἠθέλησεν. αὐταρκὲς οὖν ἡμῖν ἐστιν μόνον εἰδέναι ὅτι σύγχρο-

X. Deus solus cum esset, nihilque sibi coævum haberet, voluit mundum efficere. Et mundum cogitans ac volens & dicens effecit; continuoque exstitit ei factus sicut voluit, & sicut voluit, perfecit. Satis igitur nobis est scire solum, nihil esse Deo


a Rom. III. 25. *b* Joan. V. 30. VI. 29. VIII. 16. 18. &c. *c* Joan. XIII. 1. XIV. 12.

1. Κατὰ τὴν οἰκονομ.] Interpres Turrianus hunc locum ita reddidit: *Quantum vero ad incarnationem pertinet, tertia est ostensio*. Sequi maluimus versionem cl. Marani *de Divinit. J. C.* lib. IV. cap. XIII. §. II. pag. 456.

2. Τοσαῦται αἱρέσεις] Non Noeti tantum, sed & aliæ XXXI. quas hactenus Hippolytus oppugnaverat. Ex his verbis clarissime apparet clausulam hanc esse libri, adversus hæreses. Apparet etiam Epiphanium Hippolyti exemplo opus suum adversus hæreses expositione fidei obsignasse. FABRIC.

3. Οὐκ ἄλλοθεν ἀσκ. ἢ ἐκ τῶν λογίων τοῦ Θεοῦ] Visus est sibi Fabricius in hoc loco *insigne de Scripturæ sufficientia testimonium* animadvertere. Sed Traditionem a Scriptura non dissociat Hippolytus, dum pietatem *non aliunde* repetit, *quam ex Scripturis divinis*. Non enim aliam defendit contra hæreticos interpretationem Scripturæ, quam quæ Ecclesiæ Traditione nitebatur. Quapropter verbis modo citatis paullo post hæc addit: Μὴ κατ' ἰδίαν προαίρεσιν, μηδὲ κατ' ἴδιον νοῦν, μηδὲ βιαζόμενοι τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δεδομένα. „ Non secundum propriam voluntatem, neque secundum „ proprium sensum, neque vim inferentes iis, quæ a Deo „ data sunt. „ Præterea Noetum merito ejectum a Pres- E byteris narrat cap. I. quod Ecclesiæ Traditionem quam ei objiciebant, contemserit. Dicebant enim Noeto Presbyteri Ecclesiæ: Ταῦτα λέγομεν ἃ ἐμάθομεν. *Hæc dicimus, quæ didicimus*. His adde, non dubium esse quin sanctus Martyr in hoc adversus hæreses opere, cujus materiam ex libris Irenæi mutuo sumserat, Traditionem & Ecclesiæ auctoritatem Irenæi exemplo acerrime defenderit. MARAN. l. c. — Hinc item eliditur alterum ejusdem Fabricii hac ipsa de re commentum, quo iterum sibi finxit Hippolytum veluti *Scripturæ sufficientiam* adstruentem infra cap. XVII. ubi sanctus Pater ad credendum κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν Ἀποστόλων, *secundum traditionem Apostolorum*, fideles hortatur. Ibi namque ne quis putet Traditionem quoque præter Scripturam, sanctum Martyrem admittere, sollicite Fabricius hæc adnotat: *En* παράδοσιν ἀποστολικὴν, *sed* [illegible] *mox ex scriptis apostolicis clarissime testatam facit Hipp*[illegible]. Incassum laborat hic scholiastes. Siquidem sanctus Pater lib. *de Antichristo* cap. I. Paulli Apostoli exemplum secutus, qui Timotheum ad *depositum custodiendum*, atque *ad ea fidelibus hominibus commendanda quæ abs se per multas exhortationes* [illegible]. hortabatur. [illegible] ratione Theophilum suum Traditionem [illegible] compellit.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



νον Θεοῦ. οὐδὲν πλὴν αὐτὸς ἦν· αὐτὸς [1] δὲ μόνος ὢν, πολὺς ἦν. οὔτε γὰρ ἄλογος, οὔτε ἄσοφος, οὔτε ἀδύνατος, οὔτε ἀβούλευτος ἦν. πάντα δὲ ἦν ἐν αὐτῷ, αὐτὸς δὲ ἦν τὸ πᾶν. ὅτε ἠθέλησεν [2], καθὼς ἠθέλησεν, ἔδειξε τὸν Λόγον αὐτοῦ καιροῖς ὡρισμένοις παρ' αὐτῷ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν. ὅτε μὲν θέλει, ποιεῖ, ὅτε δὲ ἐνθυμεῖται, τελεῖ, ὅτε δὲ φθέγγεται, δεικνύει, ὅτε πλάσσει, σοφίζεται. πάντα γὰρ τὰ γενόμενα, διὰ Λόγου καὶ σοφίας τεχνάζεται, Λόγῳ μὲν κτίζων, Σοφίᾳ δὲ κοσμῶν. ἐποίησεν οὖν ὡς ἠθέλησεν, Θεὸς γὰρ ἦν. τῶν δὲ γινομένων ἀρχηγὸν καὶ σύμβουλον καὶ ἐργάτην ἐγέννα [3] Λόγον, ὃν Λόγον ἔχων ἐν ἑαυτῷ, ἀόρατόν τε ὄντα τῷ κτιζομένῳ κόσμῳ, ὁρατὸν ποιεῖ, προτέραν φωνὴν φθεγγόμενος, καὶ φῶς [4] ἐκ φωτὸς γεννῶν, προῆκεν τῇ κτίσει Κύριον, τὸν ἴδιον [5] νοῦν, αὐτῷ μόνῳ πρότερον ὁρατὸν ὑπάρχοντα, τῷ δὲ γινομένῳ κόσμῳ ἀόρατον ὄντα, ὁρατὸν ποιεῖ, ὅπως διὰ τοῦ φανῆναι ἰδὼν ὁ κόσμος, σωθῆναι δυνηθῇ.

coævum. Nihil erat præter ipsum; ipse solus, multus erat. Nec enim erat sine ratione, sine sapientia, sine potentia, sine consilio. Omnia erant in eo: ipse erat omnia. Quando voluit, & quomodo voluit, ostendit Verbum suum temporibus apud eum definitis; per quod omnia fecit. Qui cum vult, facit; quando cogitat, perficit; quando loquitur, ostendit; quando format, sapientiam edit. Omnia enim quæ facta sunt, ratione & sapientia fabrefacit; ratione quidem creat, sapientia vero ornat. Fecit igitur sicut voluit: Deus enim erat. Eorum autem quæ facta sunt, ducem, consiliarium & operarium generabat Verbum: quod Verbum cum in se haberet, essetque mundo creato inadspectabile, fecit adspectabile, emittens priorem vocem; & lumen ex lumine generans, depromsit ipsi creaturæ Dominum, sensum suum: & qui prius ipsi tantum erat visibilis, mundo autem invisibilis; hunc visibilem facit, ut mundus cum eum qui apparuit, videret, salvus fieri posset.

Καὶ οὕτως παρίστατο αὐτῷ ἕτερος. ἕτερον [6] δὲ λέγων οὐ δύο Θεὸς λέγω, ἀλλ' ὡς φῶς ἐκ φωτὸς, ἢ ὡς ὕδωρ ἐκ πηγῆς, ἢ ὡς ἀκτῖνα ἀπὸ ἡλίου. δύναμις γὰρ μία ἡ ἐκ τοῦ παντός· τὸ δὲ πᾶν Πατὴρ, ἐξ οὗ δύναμις Λόγος. οὗτος [7] δὲ νοῦς, ὃς προβὰς ἐν κόσμῳ ἐδείκνυτο παῖς Θεοῦ. πάντα τοίνυν δι' αὐτοῦ, αὐτὸς δὲ μόνος ἐκ Πατρός. τίς τοίνυν ἀποφαίνεται πληθὺν θεῶν παρεμβαλλομένην κατὰ καιρούς; καὶ γὰρ πάντες ἀπεκλείσθησαν εἰς τοῦτο ἄκοντες εἰπεῖν, ὅτι τὸ πᾶν εἰς ἕνα ἀνατρέχει. εἰ οὖν τὰ πάντα εἰς ἕνα ἀνατρέχει, καὶ κατὰ Οὐαλεντῖνον καὶ κατὰ Μαρκίωνα, Κήρινθόν τε καὶ πᾶσαν τὴν ἐκείνων φλυαρίαν, καὶ ἄκοντες εἰς τοῦτο περιέπεσαν, ἵνα τὸν ἕνα ὁμολογήσωσιν αἴτιον τῶν πάντων. οὕτως οὖν συντρέχουσιν καὶ αὐτοὶ μὴ θέλοντες τῇ ἀληθείᾳ ἕνα Θεὸν λέγειν ποιήσαντα ὡς ἠθέλησεν. οὗτος δὲ ἔδωκεν νόμον καὶ προφήτας, καὶ δοὺς διὰ πνεύματος ἁγίου ἠνάγκασεν [8] τούτους φθέγξασθαι, ὅπως τῆς πατρῴας δυνάμεως τὴν ἀποπνοίαν λαβόντες, τὴν βουλὴν καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς καταγγείλωσιν.

XI. Atque ita adstitit ei alius. Cum alium dico, non duos Deos dico; sed tamquam lumen ex lumine, & aquam ex fonte, aut radium a sole. Una enim virtus quæ ex toto est: totum vero Pater, ex quo virtus Verbum. Hoc vero mens est, quod prodiens in mundum, ostensum est puer Dei. Omnia igitur [a] per ipsum, ipse autem solus ex Patre. Quis ergo profert multitudinem deorum, quæ per curricula temporum appulsa fuit? Omnes enim eo redacti sunt inviti, ut dicant omnia ad unum recurrere, etiam secundum Valentinum, & Marcionem, & Cerinthum, & omnem illorum nugacitatem; & huc nolentes reciderunt, ut unam omnium caussam confiteantur. Igitur veritati nolentes consentiunt, esse scilicet unum Deum, qui fecit omnia sicut voluit. Hic autem dedit legem & Prophetas; & dando coegit hos per Spiritum sanctum loqui, ut accipientes virtutis paternæ inspirationem, consilium & voluntatem Patris nuntiarent.

Ἐν τούτοις τοίνυν πολιτευόμενος ὁ Λόγος ἐφθέγγετο περὶ ἑαυτοῦ. ἤδη γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ κῆρυξ ἐγένετο, δεικνύων μέλλοντα Λόγον φαίνεσθαι ἐν ἀνθρώποις, δι' ἣν αἰτίαν οὕτως ἐβόα· ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν. τίς δέ ἐστιν ὁ ἐμφανὴς γενόμενος, ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος τοῦ Πατρός; ὃν ἀποστέλλων Πατὴρ ἐδείκνυεν ἀνθρώποις τὴν παρ' ἑαυτοῦ ἐξουσίαν. οὕτως οὖν ἐμ-

XII. In his igitur Verbum versabatur, loquens de se ipso. Jam enim ipse suus præco erat: ostendebatque futurum esse, ut Verbum in hominibus appareret. Idcirco sic clamabat: [b] *Factus sum manifestus iis qui non quærebant me; inventus sum ab iis qui non interrogabant me*. Quis vero est qui factus est manifestus, nisi Verbum Patris? quod cum Pater misit, potestatem suam

[a] Joan. I. 3. [b] Isa. LXV. 1.

1. Αὐτὸς δὲ μόνος ὢν, πολὺς ἦν] Hunc locum egregie illustrat Georgius Bullus *Defens. fid. Nic.* sect. III. cap. VIII. §. 2. pag. 219.

2. Ὅτε ἠθέλησεν, κ. τ. λ.] Hæc & sequentia mirum in modum explanat simul & strenue tuetur contra Jurium, doctissimus Bossuetius Meldensis episcopus, *Avertiss.* VI. §. LXVIII. *sur les Lettres de M. Jurieu.*

3. Ἐγέννα Λόγον] Ait Hippolytus Deum generasse Verbum, quod ab æterno in se habuerat. Quomodo? *Ipsum*, inquit, *temporibus apud se definitis ostendit: ipsum creaturæ ut Dominum depromsit: ipsum denique sibimet soli prius notum, mundo visibilem fecit*. Itaque generatio qua de loquitur Hippolytus, non est Verbi productio; sed ipsius, ex æterno Patri coexistentis, ostensio, depromtio & manifestatio quæ res creatas respexerit. BULLUS & BOSSUETIUS ll. cc. Neque aliter Maranus *de Divinit. J. C.* lib. IV. cap. XIII. §. III. pag. 458.

4. Φῶς ἐκ φωτός] Sic locuti ante Patres Nicænos, præter Hippolytum nostrum, sunt Justinus Martyr, Tatianus & Athenagoras ut notatum doctissimo Grabio ad Irenæum lib. 2. c. 23. His adde Methodium in homilia de Simeone & Anna pag. 152. σὺ εἶ φῶς ἀληθινὸν ἐκ φωτὸς ἀληθινοῦ, Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. Athanasius postea dixit λύχνον ἐκ λύχνου tom. 1. pag. 881. edit. Lipsiens. FABRIC.


5. Ἴδιον νοῦν] Filius, νοῦς, σοφία Patris, & infra c. XIII. Voluntas. ID.

6. Ἕτερον δὲ λέγ.] Justino Martyri quando Filius ἕτερόν τι a Patre esse dicitur, & Tertulliano quando *Filium & Patrem esse aliud ab alio* affirmat, eadem quæ Hippolyto mens, ut personarum distinctionem ostendant, non ut ὁμοούσιον infitientur. ID.

7. Οὗτος δὲ νοῦς] Turrianus hunc locum sic reddiderat: *Hoc vero mens sive sensus, qui prodiens in mundum, ostensus est puer Dei. Omnia igitur per eum facta sunt; ipse solus ex Patre genitus*. Græcis pressius inhærentem Maranum secuti sumus l. c. pag. 459. quem adeas velim.

8. Ἠνάγκασεν τούτους φθεγ.] *Coegit hos per Spiritum sanctum loqui*. Cogebat sanctos Prophetas, quatenus volentes sequi voluntatem Dei, non poterant non loqui illa quæ loquebantur. Sic Petrus in Actis Apostol. c. 3. *Non possumus*, inquit, *quæ vidimus & audivimus non loqui*. Sic Prophetæ audiebant Spiritum Verbi Dei intus loquentem, & non poterant, sicut Petrus heic dixit, non loqui quæ audiebant. FR. TURRIANUS.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
226.



φανὴς ἐγένετο ὁ Λόγ☉, καθὼς λέγει, ἀνακεφαλαιοῦται γὰρ ὁ μακάει☉ Ιωάννης τὰ διὰ τῶν προφητῶν εἰρημένα, δεικνὺς τοῦτον εἶναι τὸν Λόγον, δἰ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. φησὶν γὰρ οὕτω· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγ☉, καὶ ὁ Λόγ☉ ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγ☉. πάντα δἰ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωεὶς αὐτοῦ ἐγένετο [1] οὐδὲ ἕν. ὑπο (βὰς) δὲ ἔφη· ὁ κόσμ☉ δἰ αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμ☉ αὐτὸν οὐκ ἔγνω. εἰς τὰ ἴδια ἦλθεν, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. εἰ οὖν, ἔφη, ὁ κόσμ☉ δἰ αὐτοῦ γεγένηται, καθὼς λέγει ὁ προφήτης· τῷ Λόγῳ Κυείου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· ἄρα οὗτός ἐστιν ὁ Λόγος ὁ καὶ ἐμφανὴς δεικνύμενος. οὐκοῦν ἔνσαρκον Λόγον θεωροῦμεν, Πατέρα δἰ αὐτοῦ νοοῦμεν, υἱῷ δὲ πιστεύομεν, Πνεύματι ἁγίῳ προσκυνοῦμεν. ἴδωμεν οὖν τὰ γεγραμμένα, ὅτι μὲν ἐμφανὴς ὁ Λόγος ἐσόμενος ἐκηρύσσετο.

ostendit hominibus. Sic igitur factum est manifestum Verbum, sicut ait beatus Joannes. Repetit enim summatim quæ a Prophetis dicta sunt, demonstrans hoc esse Verbum per quod omnia facta sunt. Sic enim ait: [a] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et infra ait: [b] *Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt.* Si mundus, inquit, per ipsum factus est, sicut ait Propheta: [c] *Verbo Domini cæli firmati sunt*: igitur hoc est Verbum, quod factum est manifestum. Ergo Verbum incarnatum cernimus; Patrem per eum intelligimus; Filio credimus; Spiritum sanctum adoramus. Videamus igitur quæ scripta sunt, quod prædicabatur quidem Verbum futurum manifestum.

Καὶ Ιερεμίας λέγει· [2] τίς ἔστη ἐν ὑποστήματι Κυείου, καὶ ἴδεν τὸν Λόγον αὐτοῦ; Λόγ☉ δὲ Θεοῦ μόν☉ ὁρατὸς, ἀνθρώπου δὲ ἀκουστὸς. ὅπου ὁρᾷν τὸν Λόγον λέγει, ἀνάγκην ἔχω πιστεύειν ὁρατὸν τοῦτον ἀπεσταλμένον. οὐκ ἄλλ☉ ἦν ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος. ὅτι δὲ ἀπεστάλθη, μαρτυρεῖ Πέτρος, πρὸς τὸν ἑκατόνταρχον Κορνήλιον λέγων· ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Λόγον αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ διὰ κηρύγματος Ιησοῦ Χειστοῦ. οὗτός ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ πάντων Κύειος. εἰ δὲ οὖν Λόγος ἀποστέλλεται διὰ Ιησοῦ Χειστοῦ, τὸ θέλημα [3] τοῦ Πατρός ἐστιν Ιησοῦς Χειστός.

XIII. Hieremias etiam dicit: [d] *Quis stetit in hypostasi Domini, & vidit Verbum ejus?* Verbum autem Dei solum est visibile; verbum vero hominis audibile. Quando dicit videre Verbum, necesse est mihi ut credam, hoc visibile missum esse. Missus autem non est alius quam Verbum. Quod autem missum fuit, testatur Petrus, cum dixit Cornelio centurioni: [e] *Misit Deus Verbum suum filiis Israel per prædicationem Jesu Christi. Hic est Deus, omnium Dominus.* Si ergo Verbum mittitur per Jesum Christum, voluntas Patris est Jesus Christus.

Ταῦτα μὲν οὖν ἀδελφοὶ σημαίνουσιν αἱ γραφαί. ταύτην τὴν οἰκονομίαν παραδίδωσιν ἡμῖν καὶ ὁ μακάειος Ιωάννης ἐν εὐαγγελίῳ μαρτυρῶν, καὶ τοῦτον τὸν Λόγον Θεὸν ὁμολογεῖ οὕτως λέγων· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. εἰ δὲ οὖν ὁ Λόγος πρὸς τὸν Θεὸν, Θεὸς ὤν, τί οὖν φήσειεν ἄν τις δύο λέγειν θεούς; δύο [4] μὲν οὐκ ἐρῶ θεοὺς, ἀλλ' ἢ ἕνα, πρόσωπα δὲ δύο, οἰκονομίαν δὲ τείτην, τὴν χάειν τοῦ ἁγίου πνεύματος. Πατὴρ μὲν γὰρ εἷς, πρόσωπα δὲ δύο, ὅτι καὶ ὁ υἱὸς, τὸ δὲ τείτον τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Πατὴρ ἐντέλλεται, Λόγος ἀποτελεῖ, Υἱὸς δὲ δείκνυται δἰ οὗ Πατὴρ πιστεύεται. οἰκονομία συμφωνίας συνάγεται εἰς ἕνα Θεόν· εἷς γάρ ἐστιν ὁ Θεός· ὁ γὰρ κελεύων [5] Πατὴρ, ὁ δὲ ὑπακούων υἱὸς, τὸ δὲ συνετίζον, ἅγιον Πνεῦμα. ὁ ὢν Πατὴρ [6] ἐπὶ πάντων, ὁ δὲ υἱὸς διὰ πάντων,

XIV. Hæc igitur, fratres, significant nobis Scripturæ. Hanc œconomiam tradit nobis Joannes in evangelio, testimonio suo; & hoc Verbum confitetur Deum, sic inquiens: [f] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Si ergo Verbum erat apud Deum, & Deus erat, quid ergo? dicet ne aliquis dicere Joannem duos deos? Duos quidem deos non dicam, sed unum; personas vero duas; œconomiam tertiam, gratiam dico sancti Spiritus. Pater quidem unus, personæ vero duæ, quia & Filius; tertia autem Spiritus sanctus. Pater mandat, Verbum perficit, Filius autem ostenditur per quem Pater creditur. Oeconomia consensionis redigitur ad unum Deum: unus enim est Deus qui mandat, Pater; qui obedit, Filius; qui docet scientiam, Spiritus sanctus. Pater qui est *super omnia*, Filius *per omnia*, Spi-

a Joan. I. 1-3. *b* Ibid. 10. 11. *c* Psal. XXXII. 6. *d* Jer. XXIII. 18. *e* Act. X. 36. *f* Joan. I. 1.

1. Οὐδὲ ἕν.] Post οὐδὲ ἕν in verbis Joannis στιγμὴν præter Hippolytum faciunt Irenæus, Clemens Alex. Origenes, Theophilus Antiochenus & Eusebius pluribus locis: atque e Latinis Tertullianus ac Lactantius, Victorinus, Augustinus, & longe post Honorius Augustodunensis lib. I. *de imagine Mundi*, c. 2. Quoniam vero eadem interpunctio placuit etiam hæreticis Valentino, Heracleoni, Theodoto, & Macedonianis, Eunomianisque; hinc ab Epiphanio T. 2. pag. 80. & a Chrysostomo rejicitur. FABRIC.

2. Τίς ἔστη ἐν ὑποστήματι] Victor in Catena: ἐν τῇ ὑποστάσει: pro quo Symmachus, ἐν τῇ ὁμιλίᾳ edidit. ID.


3. Τὸ θέλημα — Χειστός] Sic Filium βούλησιν sive θέλημα Patris dixere multi veteres; quorum loca vide, si placet, apud Petavium lib. VI. *de SS. Trinitate* cap. VIII. §. XXI. & lib. VII. cap. XII. §. XII. ID.

4. Δύο μὲν οὐκ ἐρῶ θεοὺς — ἅγιον Πνεῦμα] Liquet ex hoc testimonio unum omnino Deum, tres personas ab Hippolyto doceri. Paullo ante cap. VIII. dixerat unum Deum esse secundum virtutem, sive secundum essentiam divinam, quæ una prorsus est in tribus personis; secundum autem œconomiam tres personas ostendi. Intelligit ergo, ut Tertullianus adversus Praxeam cap. III. œconomiæ nomine *numerum & dispositionem Trinitatis*. Hoc autem loco gratiam Spiritus sancti appellat *tertiam œconomiam*; sed eodem sensu ac Tertullianus, qui Spiritum sanctum appellat *tertium gradum*. Nam gradus, forma, species, dispositio sive œconomia, idem sonant apud Tertullianum. Quare si Spiritus sanctus dicitur tertius gradus, dici etiam potest tertia dispositio sive œconomia. Minus accurate in Latina interpretatione Incarnatio *œconomiæ* nomine designatur, in his verbis quæ leguntur cap. III. Τίς γὰρ οὐκ ἐρεῖ ἕνα Θεὸν εἶναι; ἀλλ' οὐ τὴν οἰκονομίαν ἀναιρήσει. „ Quis „ enim non dicet unum esse Deum? Non tamen continuo „ œconomiam, id est, Incarnationem, negabit. „ Non Incarnationem, sed numerum & dispositionem Trinitatis considerat Hippolytus hoc in loco & in pluribus aliis. MARANUS l. c. pag. 457.

5. Κελεύων Πατὴρ — ὑπακούων υἱός] Hoc *mandandi* & *præcipiendi* vocabulo de Patre, & *obediendi* de Filio, sine ulla offensione usi sunt non modo ante concilium Nicænum S. Irenæus, Hippolytus noster, Origenes & alii; sed & post illud concilium, adversarii & hostes Arianæ hæreseos acerrimi, Athanasius, Basilius, Marius Victorinus, Hilarius, Prosper cet. Vide Petavium lib. I. *de Trinit.* cap. VII. §. VII. & Bullum in *Defens. fid. Nic.* pagg. 138. 164. 167. 170. FABRIC.

6. Πατὴρ ἐπὶ πάντων] Quum Paullus ait de Deo *Ephes.* IV. 6. *Qui est super omnia, & per omnia, & in omnibus*; tres personas designat, & unitatem Dei in illis: quia unius ejusdemque virtutis ac potentiæ est, esse super omnia, &

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



τὸ δὲ ἅγιον Πνεῦμα ἐν πᾶσιν. ἄλλως [1] τε ἕνα Θεὸν νομίσαι μὴ δυνάμεθα, ἐὰν μὴ ὄντως Πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι πιστεύσωμεν. Ἰουδαῖοι μὲν γὰρ ἐδόξασαν Πατέρα, ἀλλ' οὐκ ηὐχαρίστησαν, υἱὸν γὰρ οὐκ ἐπέγνωσαν. μαθηταὶ ἐπέγνωσαν υἱὸν, ἀλλ' οὐκ ἐν πνεύματι ἁγίῳ, δι' ὃ καὶ [2] ἠρνήσαντο. γινώσκων οὖν ὁ πατρῷος Λόγος τὴν οἰκονομίαν καὶ τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, ὅτι οὐκ ἄλλως βούλεται δοξάζεσθαι ὁ Πατὴρ ἢ οὕτως, ἀναστὰς παρέδωκεν τοῖς μαθηταῖς λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, δεικνύων ὅτι πᾶς ὃς ἂν ἕν τι τούτων ἐκλίπῃ, τελείως Θεὸν οὐκ ἐδόξασεν. διὰ γὰρ τῆς Τριάδος ταύτης Πατὴρ δοξάζεται. Πατὴρ γὰρ ἠθέλησεν, Υἱὸς ἐποίησεν, Πνεῦμα ἐφανέρωσεν. πᾶσαι τοίνυν αἱ γραφαὶ περὶ τούτου κηρύσσουσι.

A ritus sanctus *in omnibus*. Aliter Deum unum intelligere non possumus, nisi vere Patri & Filio & Spiritui sancto credamus. Etenim Judæi Patrem glorificaverunt, sed non egerunt gratias; siquidem non agnoverunt Filium. Discipuli agnoverunt Filium, sed non in Spiritu sancto; idcirco negaverunt. Sciens igitur Verbum Patris, œconomiam & voluntatem Patris, quod non vult aliter Pater glorificari, nisi sic; cum resurrexisset, tradidit hoc discipulis: [a] ***Euntes**, inquit, **docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti***. Docuit heic, quod quicumque unum quid horum omiserit, is perfecte Deum non glorificavit. Per hanc enim Trinitatem Pater glo- B rificatur. Pater enim voluit, Filius fecit, Spiritus sanctus manifestum fecit. Omnes igitur Scripturæ de hoc prædicant.

Ἀλλ' ἐρεῖ μοί τις· ξένον [3] μοι φέρεις, Λόγον λέγων υἱόν. Ἰωάννης μὲν γὰρ λέγει Λόγον, ἀλλ' ἄλλως [4] ἀλληγορεῖ. οὕτως γὰρ δεικνύων τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ τοῦτον ὄντα ἀπ' ἀρχῆς καὶ νῦν ἀπεσταλμένον, ὑποβὰς ἐν τῇ Ἀποκαλύψει ἔφη· καὶ ἴδον τὸν οὐρανὸν ἠνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκὸς, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτοῦ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ φλὸξ πυρός· καὶ διαδήματα πολλὰ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ἔχων ὄνομα γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός. καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον ἐρραντισμένον αἵματι· καὶ κέκληται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ. ὁρᾶτε οὖν, ἀδελφοὶ, πῶς ἐν [5] συμβόλῳ τὸ ἱμάτιον τὸ ἐρραντισμένον αἵματι, τὴν σάρκα διηγήσατο, δι' ἧς καὶ ὑπὸ πάθος ἦλθεν, ὁ ἀπαθὴς τοῦ Θεοῦ Λόγος, καθὼς μαρτυροῦσίν μοι οἱ προφῆται. λέγει γὰρ οὕτως ὁ μακάριος Μιχαίας· οἶκος Ἰακὼβ παρώργισε πνεῦμα Κυρίου. ταῦτα τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῖς ἐστιν. οὐχ οἱ λόγοι αὐτοῦ καλοὶ μετ' αὐτῶν, καὶ ὀρθοὶ πορεύονται; καὶ αὐτοὶ ἀντέστησαν εἰς ἔχθραν κατὰ πρόσωπον τῆς εἰρήνης αὐτοῦ, τὴν [6] δόξαν ἐξέδειραν αὐτοῦ. τουτέστιν, τὸ σαρκὶ παθεῖν αὐτόν. ὡσαύτως καὶ ὁ μακάριος Παῦλος λέγει· τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει, ὁ Θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας [7] κατέκρινεν τὴν ἁμαρτίαν τῇ σαρκὶ, ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου φανερωθῇ ἐν ἡμῖν τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. ποῖον οὖν υἱὸν ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς διὰ τῆς σαρκὸς κατέπεμψεν ἀλλ' ἢ τὸν Λόγον, ὃν υἱὸν προσηγόρευε διὰ τὸ μέλλειν αὐτὸν γενέσθαι; καὶ τὸ κοινὸν ὄνομα [8] τῆς εἰς ἀνθρώπους

XV. Sed dicet mihi aliquis: Rem novam mihi adfers, quum Verbum appellas Filium. Joannes enim Verbum quidem dicit, sed aliter per allegoriam interpretatur. Immo, non aliter per allegoriam interpretatur: sic enim ostendens hoc Verbum Dei quod ab initio erat, & nunc missum est, dixit postea in Apocalypsi: [b] ***Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat in eo, fidelis & verax, & in justitia judicat & pugnat. Oculi ejus sicut flamma ignis: & in capite ejus diademata*** C ***multa; babens nomen scriptum, quod nemo novit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatum est nomen ejus, Verbum Dei***. Videte igitur, fratres, quomodo vestis sanguine aspersa, in symbolo significavit carnem, qua venit ad subeundam passionem impatibile Dei Verbum, sicut mihi Prophetæ testantur. Sic enim ait beatus Michæas: [c] ***Domus Jacob irritavit Spiritum Domini. Hæc sunt eorum studia. Nonne boni sermones ejus; & recte cum ipsis ambulant? Et ipsi suscitaverunt inimicitiam contra pacem ejus, gloriam ejus detraxerunt***. Id est, fecerunt eum pati in carne. Similiter beatus Paullus ait: [d] ***Quod enim impossibile erat legis in quo infirmabatur per carnem; Deus Filium suum mittens in*** D ***similitudine carnis peccati, damnavit peccatum in carne: ut justificatio legis ostenderetur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum***. Qualem igitur Filium suum Deus per carnem misit, nisi Verbum, quod a principio scilicet Filium vocavit, quia futurum erat ut ortum caperet? Et cum Filius vocatur, commune nomen amoris erga

a Matth. XXVIII. 19. *b* Apoc. XIX. 11-13. *c* Mich. II. 7. 8. *d* Rom. VIII. 3. 4.

per omnia, & in omnibus; & secundum ordinem confessionis sanctæ Trinitatis, primum tribuit Patri, secundum Filio, tertium Spiritui sancto; quia est tertia persona secundum ordinem confessionis, ut antiqui Theologi loquuntur, & nos loqui docuerunt. FR. TURRIANUS.

1. Ἄλλως τε ἕνα Θεὸν ---- Πνεῦμα ἐφανέρωσεν] Non poterat accuratius exponi dogma Christianorum. Non solum enim numerum personarum nihil de Dei singularitate detrahere contendit; sed etiam ipsam Dei singularitatem sine hoc personarum numero nec consistere, nec coli posse. MARANUS l. c. pag. 458.

2. Ἠρνήσαντο] Hoc dicit propter Petrum, quem legimus in evangelio Christum negasse. FR. TURRIANUS.

3. Ξένον μοι φέρεις, Λόγον λέγων υἱόν.] Hunc locum puto a Turriano minus bene sic redditum: *Novum verbum mihi affers, quum Filium vocas*: atque Hippolytum potius in hanc sententiam scripsisse: *Novum mihi affers, quum Filium Verbum vocas*, sive Verbi appellas nomine. FABRIC. ---- Neque aliter Wesselingius *Probabil.* cap. XXVI. pag. 232. cujus proinde versionem expressimus.

4. Ἀλλ' ἄλλως ἀλληγορεῖ] *Sed aliter interpretatur*. Statimque ista in versione subduntur: *Immo, non aliter per allegoriam interpretatur*; adeoque legerit interpres: μενοῦνγε οὐκ ἄλλως ἀλληγορεῖ; quæ quidem sive exscriptori sive typothetæ ob repetitum ἀλληγορεῖ exciderint. Ea siquidem contextus postulare videtur. Ad hunc autem locum hæc adnotat Turrianus: „ Verbum Dei non allegorice, sed proprie Filium Dei significat. Hoc ipsum beatus Cyrillus lib. VII. *Thesauri* cap. I. contra Eunomium docuit; & per Scripturas probavit, esse Verbum, proprium nomen Filii: id est, hanc vocem, *Verbum*, proprie & decenter, & non per abusionem aut allegoriam, Filium Dei significare. „

E 5. Ἐν συμβόλῳ] Hoc est, in figura, qua utitur etiam propheta Esaias LXIII. 1. FABRIC.

6. Τὴν δόξαν] Sic habebant LXX. in exemplari Hippolyti, δόξαν, non δοράν, ut nunc in nostris. Convenit hæc lectio cum *Esa.* LIII. 2. *Non est species ei, neque decor.* FR. TURR.

7. Ἁμαρτίας] Omittit verba, καὶ περὶ ἁμαρτίας, quæ & in uno Covelli codice absunt: sed ab aliis codicibus, quemadmodum & versionibus antiquis epistolæ ad Romanos, agnoscuntur. FABRIC.

8. Τὸ κοινὸν ὄνομα τῆς ---- φιλοστοργίας] *Commune nomen amoris*. Filius Dei, filius hominis nominatus est & fuit, ut nos filii Dei nominemur & simus: quod fuit summæ erga nos caritatis. *Videte*, inquit Joannes in epist. I. cap. I. 1. *qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur & simus*! Nisi enim sic Pater dilexisset mundum, ut Filium suum factum filium hominis pro nobis in mortem tradidisset, adoptionem filiorum Dei quam accepimus, non accepissemus. FR. TURRIAN.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

φιλοστοργίας ἀναλαμβάνει ὁ υἱὸς καλούμενος. οὔτε γὰρ [1] ἄσαρκος καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ Λόγος, τέλειος ἦν υἱὸς, καίτοι τέλειος Λόγος ὢν, μονογενής. οὔθ' ἡ σὰρξ καθ' ἑαυτὴν δίχα τοῦ Λόγου ὑποστῆναι ἠδύνατο, διὰ τὸ ἐν Λόγῳ τὴν σύστασιν ἔχειν. οὕτως [2] οὖν εἷς υἱὸς τέλειος Θεοῦ ἐφανερώθη.

A homines sumit. Nec enim Verbum per se & sine carne, perfectus Filius erat, cum tamen esset perfectum Verbum, Unigenitus. Neque caro per se sine Verbo subsistere poterat, quia in Verbo habebat τὴν σύστασιν, id est, in Verbo subsistebat. Sic ergo unus Filius Dei perfectus, manifestatus est.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ σαρκώσεως τοῦ Λόγου μαρτύρια· ἔστιν δὲ καὶ ἕτερα πλεῖστα. ἴδωμεν δὲ καὶ τὸ προκείμενον· ὅτι ὄντως, ἀδελφοὶ, ἡ δύναμις ἡ πατρῴα, ὅ ἐστιν Λόγος, ἀπ' οὐρανοῦ κατῆλθεν, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ Πατήρ. λέγει γὰρ οὕτως· ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω. τί δέ ἐστιν τὸ, ἐξῆλθον ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀλλ' ἢ ὁ Λόγος; τί δὲ τὸ ἐξ αὐτοῦ γεννηθὲν, ἀλλ' ἢ [3] Πνεῦμα, τουτέστιν ὁ Λόγος; ἀλλ' ἐρεῖς μοι· πῶς γεγέννηται;. τὴν μὲν κατά σε διήγησιν, ὡς ἐγέννησαι, οὐ δύνῃ ἐξειπεῖν, καίτοι τῆς ἑκάστης ἡμέρας, ὁρῶν τὴν κατὰ ἄνθρωπον αἰτίαν, καὶ τὴν περὶ τοῦτον οἰκονομίαν ἀκριβῶς ἐξειπεῖν οὐ δύνασαι. οὐ γὰρ πάρεστίν σοι γινώσκειν τὴν τοῦ δημιουργήσαντος ἔμπειρον καὶ ἀνεκδιήγητον τέχνην, ἀλλ' ἢ μόνον ὁρῶντα νοεῖν καὶ πιστεύειν ὅτι ἔργον Θεοῦ ἄνθρωπος. περὶ δὲ Λόγου γένεσιν ζητεῖς, ὅνπερ βουληθεὶς ὁ Θεὸς Πατὴρ ἐγέννησεν ὡς ἠθέλησεν. οὐ γὰρ αὐτάρκες σοί ἐστιν μαθεῖν ὅτι κόσμον ὁ Θεὸς ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ πόθεν ἐποίησεν, τολμᾷς ἐπιζητεῖν; ἢ οὐκ αὐτάρκες σοί ἐστιν μαθεῖν, ὅτι υἱὸς Θεοῦ σοι ἐφανερώθη εἰς σωτηρίαν, ἐὰν πιστεύσῃς, ἀλλὰ καὶ πῶς ἐγεννήθη κατὰ πνεῦμα, πολυπραγμονεῖς; καὶ τὴν μὲν κατὰ σάρκα γέννησιν αὐτοῦ οὐ πλείονες ἐπιστεύθησαν διηγήσασθαι πλὴν [4] δύο· καὶ σὺ τολμᾷς ἐπιζητεῖν τὴν κατὰ πνεῦμα διήγησιν, ἣν παρ' ἑαυτῷ φυλάττει Πατὴρ, ἀποκαλύπτειν μέλλων τότε τοῖς ἁγίοις καὶ ἀξίοις ἰδεῖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ; αὐτάρκες σοι ἤτω τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ· ὅτι τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν· καθὼς διὰ τοῦ προφήτου τὴν τοῦ Λόγου γέννησιν σημαίνων ὅτι γεγέννηται, τὸ δὲ πῶς φυλάσσει καιρῷ ὡρισμένῳ παρ' αὐτῷ μέλλων ἀποκαλύπτειν. λέγει δὲ οὕτως· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐξεγέννησά σε.

XVI. Atque hæc quidem sunt de incarnatione Verbi testimonia: suntque & alia plurima. Videamus nunc quod propositum nobis est; quod vere, fratres, virtus Patris, quod est Verbum Dei, e cælo descendit, & non ipse Pater. Sic enim ait: [a] *Ego ex Patre exivi, & venio.* Quid est autem quod ex Patre exivit, nisi Verbum? Quid est quod B ex ipso genitum est, nisi Spiritus, id est, Verbum? Sed dices mihi: Quomodo genitum est? Explicationem quomodo tu genitus es, non potes expromere; quamvis quotidie vides causam humanam, & modum generationis non potes perfecte efferre. Non enim licet tibi cognoscere artem ejus qui creavit, in experientia & usu positam, & non enarrabilem; sed solum videndo intelligere & credere, quod opus Dei est homo. De Verbi autem generationis ratione quæris, qua Deus Pater generare voluit; generavit sicut voluit. Non satis est tibi scire quod Deus mundum condidit, nisi audeas inquirere, quomodo condidit? Non sufficit tibi cognoscere, quod Filius Dei tibi apparuit ad salutem, si tamen id C credis; sed insuper quomodo genitus est secundum Spiritum, curiose indagas? Atqui generationem ejus secundum carnem enarrare, non pluribus quam duobus concreditum est: & tu audes generationem secundum Spiritum scrutari, quam apud se Pater servat, revelaturus tunc Sanctis, qui ut faciem ejus videant digni erunt? Satis habe quod a Christo dictum est: [b] *Quod natum est ex spiritu, spiritus est*: sicut per Prophetam significat Verbi generationem quod genitus est: quomodo vero, reservat apud se in tempus certum ac præfinitum, cum illud revelaturus est. Sic enim ait: [c] *Ex utero ante luciferum genui te.*

Αὐτάρκεις αὗται αἱ μαρτυρίαι πιστοῖς ἀλήθειαν ἀσκοῦσιν· οἱ δὲ ἄπιστοι οὐδενὶ πιστεύουσιν. καὶ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ προσώπου τῶν ἀποστόλων διεμαρτύρατο, λέγων· καὶ τίς ἐπίστευσεν τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ὥστε μὴ γενώμεθα ἄπιστοι, μήποτε ἐφ' ἡμῖν πλεσθῇ τὸ εἰρημένον. πιστεύσωμεν οὖν, μακάριοι ἀδελφοὶ, κατὰ [5] τὴν παράδοσιν τῶν ἀποστόλων, ὅτι Θεὸς Λόγος ἀπ' οὐρανῶν κατῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, ἵνα σαρκωθεὶς ἐξ αὐτῆς, λαβὼν δὲ καὶ ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην, λογικὴν δὲ λέγω, γεγονὼς πάντα ὅσα ἐστὶν ἄνθρωπος, ἐκτὸς ἁμαρ-

D XVII. Sufficiunt hæc testimonia fidelibus veritatis studiosis: infideles enim nulli credunt. Etenim Spiritus sanctus ut terreret, in persona Apostolorum testatus est: [d] *Domine, quis credidit auditui nostro?* Quamobrem ne simus infideles, ne quando in nobis, quod dictum est, impleatur. Credamus igitur, dilecti fratres, secundum traditionem Apostolorum, quod Deus Verbum e cælis descendit in sanctam virginem Mariam, ut ex ea incarnatus sumta anima humana, rationis inquam participe, factus omnia quæcumque homo est, excepto peccato, salvaret Adam qui ce-

[a] Joan. XVI. 28. [b] Joan. III. 6. [c] Psal. CIX. 3. [d] Isa. LIII. 1.

1. Οὔτε γὰρ ----- τέλειος ἦν υἱός] *Nec enim perfectus filius erat.* Nihil deerat Filio Dei ad perfectionem generationis æternæ ex Patre, antequam fieret filius hominis: sed ad perfectum mysterium œconomiæ deerat Christo filio Dei, ut fieret filius hominis, & sic esset perfectus Christus. Cum carne itaque factus est perfectus Christus, & perfectus sive completus filius; Filius scilicet Dei, & filius hominis: quia hypostasis Christi, ut antiqui Theologi & ecclesiastici Patres tradunt, est quid completum ex duabus naturis, divina scilicet & humana unita Verbo. Et beatus Cyrillus lib. II. contra Nestorium: *Corpus*, inquit, *ex muliere natum, unitum Verbo secundum hypostasin, Christum unum & filium & Dominum perfecit, sive complevit eumdem Deum & hominem*: quod perinde est ut diceret, Filium Dei & eumdem filium hominis. Conveniunt cum his quæ Leontius Byzantius lib. I. *contra Nestorianos & Eutychianos* scripsit, duplicem esse perfectionem in Christo; unam quæ simpliciter dicitur, alteram quæ in habitudine cernitur, secundum magnum Gregorium. *Perfectum* E *enim, inquit, est Verbum & plenum, & præbens perfectionem: perfecta autem est & anima hominis, quantum ad definitionem essentiæ suæ: sed tamen neque Verbum est perfectus Christus non unita humanitate, quamvis perfectus Deus sit; sicut nec anima perfectus homo est sine corpore, etsi perfectam substantiam habet.* Hactenus Leontius. FR. TURRIAN.


2. Οὕτως οὖν εἷς υἱὸς τέλειος Θεοῦ ἐφανερώθη] Hic locus quo plurimum se efferunt Unitarii, adstruitur atque illustratur superius in Prolegomenis §, ubi de hoc Hippolyti opusculo sermo recurrit.

3. Ἀλλ' ἢ Πνεῦμα] Divina Christi natura, uti est, ita passim etiam dicitur *Spiritus* antiquis Ecclesiæ Doctoribus διὰ τὸ ἀσχημάτιστον, ut loquitur Proclus Cpolitanus. Vide Hugonem Grotium ad *Marc.* II. 8. FABRIC.

4. Πλὴν δύο] Matthæo nimirum, & Lucæ in evangel. FR. TURRIANUS.

5. Κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν ἀποστόλων] Vide in hunc locum adnotata supra ad cap. IX.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



πίας, σώσῃ τὸν πεπτωκότα, καὶ ἀφθαρσίαν ἀνθρώ- A ποις παράσχῃ τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ. ἐν πᾶσιν οὖν ἀποδέδεικται ἡμῖν τῆς ἀληθείας λόγος, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Πατὴρ, οὗ πάρεστι Λόγος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν· ὃν ὑστέροις καιροῖς, καθὼς εἴπαμεν ἀνωτέρω, ἀπέστειλεν ὁ Πατὴρ πρὸς σωτηρίαν ἀνθρώπων. οὗτος διὰ νόμου καὶ προφητῶν ἐκηρύχθη παρεσόμενος εἰς τὸν κόσμον. καθ' ὃν οὖν τρόπον ἐκηρύχθη, κατὰ τοῦτον καὶ παρὼν ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ἐκ παρθένου καὶ ἁγίου Πνεύματος, καινὸς ἄνθρωπος γενόμενος· τὸ μὲν οὐράνιον ἔχων τὸ πατρῷον ὡς Λόγος, τὸ δὲ ἐπίγειον ὡς ἐκ παλαιοῦ Ἀδὰμ διὰ παρθένου σαρκούμενος. οὗτος προελθὼν εἰς κόσμον Θεὸς ἐν σώματι ἐφανερώθη, ἄνθρωπος τέλειος προελθών. οὐ γὰρ κατὰ φαντασίαν ἢ τροπὴν, ἀλλ' ἀληθῶς γενόμενος B ἄνθρωπος.

ciderat, & immortalitatem hominibus largiretur iis qui crederent in nomine suo. In omnibus igitur demonstratum est nobis verbum veritatis, quod unus est Pater, cujus adest Verbum per quod omnia fecit; quod posterioribus temporibus, sicut superius diximus, misit Pater ad salutem hominum. Hoc per legem & prophetas prædicatum est venturum esse in mundum. Sicut ergo prædicatum est, sic præsens se ipsum manifestum fecit ex Virgine & Spiritu sancto novus homo factus: habens cæleste quod paternum erat, tamquam Verbum; terrenum vero tamquam ex vetere Adam, per Virginem incarnatus. Sic in mundum egressus, Deus corporatus apparuit, egressus perfectus homo. Non enim per fictionem aut mutationem, sed vere factus est homo.

Οὕτως οὖν καὶ τὰ ἀνθρώπινα ἑαυτοῦ οὐκ ἀπαναίνεται ἐνδεικνύμενος Θεὸς ὢν, ὅτε [1] πεινᾷ καὶ κοπιᾷ, καὶ κάμνων διψᾷ· καὶ δειλιῶν φεύγει, καὶ προσευχόμενος λυπεῖται, καὶ ἐπὶ προσκεφάλαιον καθεύδει, ὁ ἄϋπνον ἔχων τὴν φύσιν ὡς Θεός· καὶ ποτηρίου πάθος παραιτεῖται, ὁ διὰ τοῦτο παραγεγονὼς ἐν κόσμῳ· καὶ ἀγωνιῶν ἱδροῖ, καὶ ὑπ' ἀγγέλου ἐνδυναμοῦται, ὁ ἐνδυναμῶν τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας, καὶ θανάτου καταφρονεῖν ἔργῳ διδάξας· καὶ ὑπὸ Ἰούδα παραδίδοται, ὁ γινώσκων τὸν Ἰούδαν τίς ἐστιν· καὶ ἀτιμάζεται ὑπὸ Καϊάφα, ὁ πρότερον ὑπ' αὐτοῦ ἱερατευόμενος [2] ὡς Θεός· καὶ ὑπὸ Ἡρώδου ἐξουθενεῖται, ὁ μέλ- C λων κρίνειν πᾶσαν τὴν γῆν· καὶ μαστίζεται ὑπὸ Πιλάτου, ὁ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναδεξάμενος· καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν παίζεται, ᾧ παρεστήκασι χίλιαι χιλιάδες καὶ μυρίαι μυριάδες ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων· καὶ ὑπὸ Ἰουδαίων ξύλῳ προσπήγνυται, ὁ πήξας ὡς καμάραν τὸν οὐρανόν· καὶ πρὸς Πατέρα βοῶν παρατίθεται τὸ πνεῦμα, ὁ ἀχώριστος τοῦ Πατρός· καὶ κλίνων κεφαλὴν, ἐκπνεῖ, ὁ εἴπας, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν. ὅτι δὲ οὐκ ἐκυριεύετο ὑπὸ θανάτου, ὡς ζωὴ, εἶπεν· ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ τίθημι αὐτήν· καὶ πλευρὰν λόγχῃ νύσσεται, ὁ τὴν ζωὴν πᾶσιν χαριζόμενος· καὶ σινδόνι ἑλισσόμενος ἐν μνημείῳ τίθεται, ὁ τοὺς νεκροὺς ἐγείρων· καὶ τριήμερος ὑπὸ Πατρὸς ἀνίσταται, αὐτὸς ὢν ἡ ἀνάστασις καὶ ἡ ζωή. D ταῦτα γὰρ πάντα ἡμῖν κατόρθωσεν, ὃς δι' ἡμᾶς γέγονεν καθ' ἡμᾶς. αὐτὸς γὰρ τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀνεδέξατο καὶ τὰς νόσσους ἐβάστασεν, καὶ περὶ ἡμῶν ὠδυνᾶτο, καθὼς εἶπεν Ἡσαΐας ὁ προφήτης· ὁ ὑπ' ἀγγέλων ὑμνούμενος καὶ ὑπὸ ποιμένων θεωρούμενος, καὶ ὑπὸ Συμεῶνος προσδοκώμενος, καὶ ὑπὸ Ἄννα μαρτυρούμενος. οὗτος ἦν ὁ ζητούμενος ὑπὸ Μάγων, καὶ σημαινόμενος ὑπ' ἀστέρος· ὁ καὶ ἐν οἴκῳ Πατρὸς πολιτευόμενος, καὶ ὑπὸ Ἰωάννου δακτυλοδεικτούμενος· ὁ ὑπὸ Πατρὸς ἄνωθεν μαρτυρούμενος· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἀκούετε αὐτοῦ. οὗτος στεφανοῦται [3] κατὰ διαβόλου. οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ Ναζαραῖος ὁ ἐν Κανᾷ ἐν γάμοις κληθεὶς, καὶ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταβαλὼν, καὶ θαλάσσῃ ὑπὸ βίας ἀνέμων κινουμένῃ ἐπιτιμῶν, E καὶ ἐπὶ θαλάσσης περιπατῶν ὡς ἐπὶ ξηρᾶς γῆς, καὶ τυφλὸν ἐκ γενετῆς ὁρᾷν ποιῶν, καὶ νεκρὸν Λάζαρον τετραήμερον ἀνιστῶν, καὶ ποικίλας δυνάμεις ἀποτελῶν, καὶ ἁμαρτίας ἀφεὶς, καὶ ἐξουσίαν διδοὺς μαθηταῖς, καὶ αἷμα καὶ ὕδωρ ἐξ ἁγίας πλευρᾶς ῥεύσας, λόγχῃ νυγείς. τούτου χάριν ἥλιος σκοτίζε-

XVIII. Sic igitur humana sua non recusat qui demonstrabatur esse Deus, cum esurit & laborat, & defatigatus sitit; cum formidans fugit, & orans tristatur, & super pulvinum dormit, qui naturam habet insomnem ut Deus: cum calicem passionis refugit, qui propter hoc in mundum advenerat: cum in anxietate sudat & ab Angelo roboratur, qui eos qui in se credunt roborat, & opere docuit mortem contemnere: cum a Juda proditur, qui cognoscebat Judam quis esset; & a Caipha inhonoratur, qui erat ab eo sacerdotio fungente paullo ante tamquam Deus honoratus: cum ab Herode spernitur, qui totam terram judicaturus est; & verberatur a Pilato, is qui infirmitates nostras suscepit: & a militibus illuditur is, cui adstant millia millium, & decies centena millia Angelorum & Archangelorum: & a Judæis in ligno figitur, qui tamquam cameram cælum fixit: & clamans ad Patrem spiritum commendat, qui est a Patre inseparabilis: & inclinato capite exspirat, qui dixit: [a] *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam*. Quod autem non dominabatur ei mors qui vita erat, significat cum dixit: [b] *Ego a me ipso pono eam*. Et latus lancea aperitur ei, qui vitam omnibus largitur: & linteo involutus, in monumento ponitur, qui mortuos suscitat: & tertia die a Patre excitatur, qui est ipse resurrectio & vita. Hæc enim omnia nobis operatus est, qui propter nos factus est sicut nos: *ipse enim infirmitates nostras suscepit, & languores nostros portavit*, & pro nobis dolet, sicut dixit Esaias Propheta [c]. Ab Angelis laudatus, a pastoribus visus, a Symeone exspectatus, ab Anna testatus, a Magis quæsitus, ab stella significatus, in domo Patris versatus, a Joanne digito ostensus; cui Pater superne testimonium dedit dicens: [d] *Hic est Filius meus dilectus: ipsum audite*. Hic coronatur contra diabolum. Hic est Jesus Nazaræus, qui in Cana Galilææ ad nuptias vocatus, aquam in vinum mutavit; & mare vi ventorum agitatum, increpavit; & super mare tamquam super terram siccam ambulavit; cæcum a nativitate videre fecit; Lazarum jam quatriduo mortuum excitavit; varia miracula edidit; peccata remisit; dedit Apostolis potestatem; lancea ictus sanguinem & aquam ex sancto latere fudit. Propter hunc sol obtenebrescit, dies non illuminatur, rumpun-

a Joan. x. 18. b Ibid. c Isa. LIII. 4. d Matth. XVII. 5.

1. Οτε πεινᾷ καὶ κοπιᾷ κ. τ. λ.] Quæ heic sequuntur, ad verbum fere conveniunt cum iis quæ ex S. Hippolyti *Memoria hæresium* laudat S. Gelasius *de duabus naturis in Christo*, tom. VIII. bibl. Patrum edit. Lugd. pag. 704. FABRIC.


2. Ἱερατευόμενος ὡς Θεός] *Tamquam Deus honoratus*. Quia quum esset pontifex anni illius, prophetavit Caiphas Joan. XI. 51. 52. *quod Jesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum*: quod quidem facere non poterat, nisi Deus esset. FR. TURRIAN.

3. Στεφανοῦται κατὰ διαβόλου] *Matth.* XXVII. 29. Victores in certaminibus coronabantur: de quo multa Carolus Paschalius lib. VI. *de Coronis*. FABRIC.

ται, ἡμέρα ἐ φωτίζεται, ῥήγνυνται πέτραι, σχίζεται καταπέτασμα, τὰ θεμέλια γῆς σείεται, ἀνοίγονται τάφοι ϗ ἐγείρονται νεκροὶ, ϗ ἄρχοντες καταισχύνονται, τὸν γὰρ κοσμήτορα τȣ̃ παντὸς ἐπὶ ςαυρȣ̃ βλέποντες καμμύσαντα τὸν ὀφθαλμὸν ϗ παραδώσαντα τὸ πνεῦμα· ἰδȣ̃σα ἡ κτίσις ἐταράσσετο, ϗ τὴν αὐτȣ̃ ὑπερβάλλȣσαν δόξαν χωρῆσαι ȣ̓ δυναμένη ἐσκοτίζετο. οὗτος ἐμφυσῶν δίδωσι τὸ Πνεῦμα μαθηταῖς, ϗ θυρῶν κεκλεισμένων εἰσέρχεται· καὶ βλεπόντων μαθητῶν ὑπὸ νεφέλης ἀναλαμβάνεται εἰς οὐρανȣ̀ς, ϗ ἐκ δεξιῶν Πατρὸς καθίζεται, ϗ ζώντων ϗ νεκρῶν παραγίνεται κριτής. ȣ̃τος ὁ Θεὸς, ὁ ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς γεγονὼς, ᾧ πάντα ὑπέταξεν Πατήρ. αὐτῷ ἡ δόξα ϗ τὸ κράτος ἅμα Πατρὶ ϗ ἁγίῳ Πνεύματι, ἐν τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ ϗ νῦν ϗ ἀεὶ ϗ εἰς τȣ̀ς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

A tur petræ, ſcinditur velum, fundamenta terræ quatiuntur, aperiuntur ſepulcra, & reſurgunt mortui; & principes pudore afficiuntur, cum vident in cruce eum qui univerſum ornavit, claudentem oculos & tradentem ſpiritum. Hæc cum creatura videret, turbabatur; & cum gloriam illius capere non poſſet, tenebras ſibi obducebat. Hic inſufflans dat diſcipulis Spiritum, & januis clauſis ingreditur. Hic videntibus Apoſtolis a nube in cælum ſuſceptus eſt, ſedetque ad dexteram Patris, venturus judex vivorum & mortuorum. Hic Deus & homo propter nos factus, cui omnia ſubjecit Pater. Ipſi gloria & imperium cum Patre & ſancto Spiritu, in ſancta Eccleſia, & nunc & in ſæcula ſæculorum, Amen.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΠΟΡΤΟΥ, ΗΓΟΥΝ ΤΟΥ ΛΙΜΕΝΟΣ, ΡΩΜΗΣ,


ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ ΤΗΣ ΑΛΗΘΕΙΑΣ.

Ἐκ τȣ̃ [1] κατὰ Βήρωνος καὶ Ἥλικος τῶν αἱρετικῶν περὶ Θεολογίας καὶ Σαρκώσεως [2] κατὰ ςοιχεῖον λόγȣ, ȣ̃ ἡ ἀρχὴ,

ΑΓΙΟϹ, ΑΓΙΟϹ, ΑΓΙΟϹ,

Κύριος Σαβαώθ,

ἀσιγήτῳ φωνῇ βοῶντα τὰ Σεραφὶμ τὸν Θεὸν δοξάζȣσιν.



SANCTI HIPPOLYTI

EPISCOPI PORTUS ROMANI,

ET MARTYRIS VERITATIS.

Ex Sermone qui eſt per elementum, *de Theologia & Incarnatione*, contra Beronem & Heliconem hæreticos, cujus initium eſt:

ΑΓΙΟϹ, ΑΓΙΟϹ, ΑΓΙΟϹ,

Dominus Sabaoth,

inceſſanti voce clamantes Seraphim Deum glorificant.

ANASTASIO Presbytero *interprete*.

Ἀπειροδυνάμῳ γὰρ θελήσει τȣ̃ Θεȣ̃ καὶ γέγονε πάντα, καὶ σώζεται τὰ γενόμενα, κατὰ τȣ̀ς [3] ἑαυτῶν ἀνελλιπῶς ἕκαςα συντηρȣ́μενα λόγȣς, αὐτῷ τῷ κατὰ φύσιν ἀπειροδυνάμῳ Θεῷ, καὶ ποιητῇ τῶν ὅλων· τῆς θείας αὐτȣ̃ θελήσεως, ἣ τὰ πάντα πεποίηκέ τε καὶ κινεῖ, τοῖς ἑαυτῶν ἕκαςα φυσικοῖς διεξαγόμενα νόμοις, ἀκινήτου συνδιαμενούσης. τὸ γὰρ ἄπειρον κατ' οὐδένα τρόπον, ἢ λόγον, ἐπιδέχεται κίνησιν, οὐκ ἔχον ὅποι καὶ περὶ ὃ κινηθήσεται. τροπὴ γὰρ τοῦ κατὰ φύσιν ἀπείρου, κινεῖ-

A I. IMmenſæ quippe virtutis voluntate Dei & facta ſunt omnia, & ſalvantur quæ facta ſunt, ſecundum ſuas ipſius opportune ſingula conſervata rationes, ei qui eſt ſecundum naturam immenſæ virtutis Deus & factor univerſorum; divina voluntate, quæ omnia fecit ac movet, (α) ſuis unaquæque naturalibus producta legibus, immobili permanente. Quod enim immenſum eſt, nulla ratione vel modo recipit motum, non habens quo & circa quod moveatur. (β) Vertibilitas enim ejus, qui eſt inexpers motionis, mo-

1. Κατὰ Βήρωνος καὶ Ἥλικος] De Berone Hippolytus infra cap. v. Pro Ἥλικος, codex regius & Colbertinus Nicephori CP. in cujus Antirrheticis adverſus Iconomachos Hippolyti fragmenta Græce ſervata ſunt, præfert ἡλικιώτου τῶν αἱρετικῶν: pro quo lib. v. Bibl. Græcae pag. 207. jam notavi me legendum ſuſpicari ἡλικιωτῶν αἱρετικῶν, ut ſenſus ſit: *Adverſus Beronem & Hæreticos alios ejus æquales*. FABRIC.

B 2. Ἐκ τȣ̃ —— κατὰ ςοιχεῖον λόγȣ] Hæc verba non debent reddi, *ex ſermone qui eſt per elementum*, ſed *ex ſermone qui alphabetico litterarum ordine digeſtus eſt*. CAPPERONN. —— Jam reliquas V. C. CLAUDII CAPPERONNIER *Animadverſiones* in verſionem Anaſtaſianam, huic Hippolyti opuſculo ſubjiciendas curavimus, eas interim litteris Græcis α β γ δ heic indicaſſe contenti.

3. Ἑαυτῶν] *Ipſorum*. COMBEF.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



σθαι μὴ πεφυκότος, ἡ κίνησις. διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἀληθῶς γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἀνθρωπίνως ὅσα τῆς φύσεώς ἐστιν ἀναμάρτητα, καὶ φυσικῆς σαρκὸς περιγραφῆς ἀνασχόμενος δι' ἡμᾶς, τροπὴν οὐκ ὑπέμεινεν, [1] μηδ' ἑνὶ παντελῶς ὃ ταυτόν ἐστι τῷ Πατρὶ, γενόμενος ταυτὸν τῇ σαρκὶ διὰ τὴν κένωσιν. ἀλλ' ὥσπερ ἦν δίχα σαρκὸς, πάσης ἔξω περιγραφῆς μεμένηκε· καὶ διὰ σαρκὸς θεϊκῶς ἐνεργήσας ἅπερ θεότητός ἐστιν· ἀμφότερα δεικνὺς ἑαυτὸν, δι' ὧν ἀμφοτέρως, θεϊκῶς δή φημι καὶ ἀνθρωπίνως, ἐνήργησε, κατ' αὐτὴν τὴν ὄντως ἀληθῆ καὶ φυσικὴν ὕπαρξιν· Θεὸν ἄπειρον ὁμοῦ καὶ περιγραπτὸν ἄνθρωπον ὄντα τε καὶ νοούμενον, τὴν οὐσίαν ἑκατέρου τελείως ἔχοντα, μετὰ τῆς αὐτῆς ἐνεργείας, ἤγουν φυσικῆς ἰδιότητος· ἐξ ὧν μένουσαν ἀεὶ κατὰ φύσιν δίχα τροπῆς τὴν αὐτῶν ἴσμεν διαφοράν. ἀλλ' οὐχ ὥς τινές φασι κατὰ σύγκρισιν· ἵνα μὴ τὸν αὐτὸν ἑαυτῷ κατὰ τὸ αὐτὸ, παρ' ὃ δεῖ, μείζονα καὶ μείονα λέγωμεν. ὁμοφυῶν γὰρ, οὐχ ἑτεροφυῶν, αἱ συγκρίσεις. Θεῷ δὲ ποιητῇ τῶν ὅλων ποιητὸν, ἀπείρῳ περατὸν, καὶ ἀπειρίᾳ πέρας, κατ' οὐδένα συγκρίνεται λόγον, ἀεὶ κατὰ πάντα φυσικῶς, ἀλλ' οὐ συγκριτικῶς, ἀλλήλων διαφέροντα. κἂν ἄῤῥητός τις καὶ ἄῤῥηκτος εἰς μίαν [2] ὑπόστασιν ἀμφοτέρων γέγονεν ἕνωσις, πᾶσαν παντὸς γεννητοῦ παντελῶς διαφεύγουσα γνῶσιν. τὸ γὰρ θεῖον, ὡς ἦν πρὸ σαρκώσεως, ἔστι καὶ μετὰ σάρκωσιν, κατὰ φύσιν ἄπειρον, ἄσχετον, ἀπαθὲς, ἀσύγκριτον, ἀναλλοίωτον, ἄτρεπτον, αὐτοσθενὲς, καὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ὑφεστὼς οὐσιῶδες μόνον ἀπειροσθενὲς ἀγαθόν.

A tus est. Propter quod secundum nos veraciter factum homo absque peccato Dei Verbum, operatumque ac patiens humanitus quæcumque naturæ sunt sine peccato, & naturalis carnis circumscriptionem propter nos sustinens, nullam omnino propter exinanitionem vicissitudinem pertulit: cui idipsum est Patri factum, id ipsum carni. Sed sicut erat sine carne, (γ) omni etiam excepta circumscriptione permansit: & per carnem deifice operans quæ Deitatis sunt; utraque ostendens se per quæ dupliciter, divine scilicet & humane, operatum est (δ) secundum eamdem, quæ veraciter vera est & naturalis substantia: Deum immensum simul & circumscriptum hominem exsistentem & intellectum, (ε) utriusque perfecte perfectionem habentem, cum eaB dem operatione, id est naturali proprietate; ex quibus manentem semper secundum naturam sine convertibilitate earum differentiam scimus. (ζ) Sed non sicut quidam ajunt, secundum comparationem, ne eumdem sibi secundum ipsum, præter quod oportet, majorem ac minorem dicamus. Connaturalium quippe, & non eorum quæ alterius sunt naturæ, comparationes exsistunt. Deo enim factori omnium factum, infinitoque finitivum, & infinitati finis secundum nullam comparatur rationem, cum semper & per omnia naturaliter ad invicem, sed non comparative differant. (η) Quamquam ineffabilis quædam & indirumpibilis in unam subsistentiam utriusque facta sit unitas, omnem penitus omnis facti scientiam fugiens. Divinitas enim, ut erat ante incarnationem, C est & post incarnationem, secundum naturam infinita, incomprehensibilis, impassibilis, inconvertibilis, per se potens; & ut totum dicamus, subsistens substantialis, sola infinitæ virtutis bonum.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. β'.

Γέγονεν οὖν ἀληθῶς, κατὰ τὰς γραφὰς, μὴ τραπεὶς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἄνθρωπος ἀναμάρτητος· ὡς οἶδεν αὐτὸς μόνος, ὑπάρχων τεχνίτης φυσικὸς τῶν ὑπὲρ ἔννοιαν· κατ' αὐτὴν ἅμα τὴν σωτήριον σάρκωσιν, τῆς ἰδίας θεότητος ἐμποιήσας τῇ σαρκὶ τὴν ἐνέργειαν, οὐ περιγραφομένην αὐτῇ διὰ τὴν κένωσιν· οὐδ' ὥσπερ τῆς αὐτοῦ θεότητος, οὕτω καὶ αὐτῆς φυσικῶς [3] ἐκφυομένην· ἀλλ' ἐν οἷς ἂν σαρκωθεὶς θεϊκῶς ἐνήργησε, δι' αὐτῆς ἐκφαινομένην. οὐ γὰρ γέγονε φύσει θεότης μεταβληθεῖσα τὴν φύσιν, ἡ σὰρξ γενομένη τῇ φύσει θεότητος σάρξ· ἀλλ' ὅπερ ἦν καὶ θεότητι συμφυεῖσα [4] μεμένηκε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν· καθὼς εἶπεν ὁ Σωτήρ· [5] τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· καθ' ἣν ἐνεργήσας τε καὶ παθὼν ἅπερ ἦν ἀναμαρτήτου σαρκὸς, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν [6] ἐπιστώσατο κένωσιν θεότητος, θαύμασι καὶ σαρκὸς παθήμασι φυσικῶς βεβαιουμένην. διὰ γὰρ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἵνα σαρκὶ μὲν παθητῇ πάσχων, ἅπαν ἡμῶν τὸ τῷ θανάτῳ πραθὲν λυτρώσηται γένος· ἀπαθεῖ δὲ θεότητι διὰ σαρκὸς θαυματουργῶν, πρὸς τὴν ἀκήρατον αὐτοῦ καὶ μακαρίαν ἐπαναγάγῃ ζωήν· ἧς [7] ἀπέπεσεν τῷ διαβόλῳ

EJUSDEM, *ex eodem Sermone*. II.

II. Factus ergo veraciter secundum Scripturas, non conversus universorum Deus, homo sine peccato, ut novit ipse solus, cum sit artifex naturalis eorum quæ sunt supra sensum, in ipsa simul salutari incarnatione deitatis suæ coaptans carni operationem, non circumscriptam ea propter evacuationem, nec sicut ex deitate sua, ita & ex ipsa naturaliter enatam; sed in qui-D buscumque incarnatus deifice operatus est, per ipsam declaratam. Non enim caro facta est per naturam deitas translata natura, facta videlicet secundum naturam deitatis caro: sed quod erat etiam deitati coaptata mansit, id est caro infirma & passibilis natura & operatione; quemadmodum Salvator ait: [a] *Spiritus quidem promtus; caro autem infirma*: in qua operatus & passus quæ erant carnis absque peccato, exinanitionem pro nobis indicavit divinitatis, miraculis & carnis passionibus naturaliter roboratam. Propter hoc enim factus est homo universorum Deus, ut carne quidem passibili patiens, totum nostrum morti venditum redimeret genus: impassibili vero deitate per carnem mirabiliter operans, ad immortalem il-E lud & beatam reduceret vitam, de qua ceciderat diabolo parens. Atque sanctos intellectualium sub-

[a] Matth. XXVI. 42.

1. Μηδ' ἑνὶ —— διὰ τὴν κένωσιν] Anastasii versionem mutilam, nec sensu sanam, ita emendat Combefisius: *Nullo omnino quod idipsum est Patri, idipsum factum carni propter exinanitionem*. Paullo aliter, & quidem clarius, eruditissimus Baunius Sirmondianorum editor: *Nulla re omnino* Verbum, *quod idem est cum Patre, factum est idem cum carne propter unionem*: secutus nimirum lectionem Græci codicis Nicephori, qui pro κένωσιν exhibet ἕνωσιν. Quæ quidem lectio magis probatur Basnagio: heic enim, inquit, de unione agitur. Infra sub initium cap. II. rursus legimus διὰ τὴν κένωσιν. —— Verbum autem *idem cum Patre* dicitur propter τὸ ὁμοούσιον. Vide Bullum in *Defens. fid. Nic.* pag. 161. FABRIC.

2. Ὑπόστασιν] *Substantiam* edidit Fabricius in versione Anastasii: quod mendum typothetæ existimaverim. Sirmondiana & Combefisiana editiones habent *subsistentiam*. Vide mox infra Capperonnierii *Animadvers.* Paullo ante editi, *omnium factorum*.

3. Ἐκφυομένην] *Enatam*. Male edit. *cognatam* (al. *cognitam*). COMBEF.


4. Μεμένηκε τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν] Omnino legendum videtur: *μεμένηκεν ἤγουν σὰρξ ἀσθενὴς καὶ παθητὴ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἐνέργειαν*. CAPPERONN.

5. Τὸ μὲν πνεῦμα κ.τ.λ.] Spiritus, τὸ νοητὸν in Christo, ipsa Deitas: sic Athan. &c. caro, τὸ ὁρώμενον. COMBEFIS.

6. Ἐπιστώσατο] *Probavit, persuasit*. BAUN.

7. Ἧς —— πειθόμενος.] Hæc in editt. Sirmond. & Fabric. male omittuntur, quæ agnoscit Interpres.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
226.



πειθόμενος. [1] κ̀ τὰ κατ' ὐρανὒς ἅγια τάγματα τῶν νοερῶν οὐσιῶν στομώσῃ πρὸς ἀτρεψίαν τῷ μυστηρίῳ τῆς αὐτοῦ σωματώσεως· ἧς ἔργον ἡ τῶν ὅλων ἐστὶν εἰς αὐτὸν ἀνακεφαλαίωσις. μεμένηκεν οὖν κ̀ σαρκωθεὶς κατὰ τὴν φύσιν Θεὸς ὑπεράπειρος, τὴν ἑαυτῷ συγγενῆ καὶ κατάλληλον ἔχων ἐνέργειαν· τῆς μὲν θεότητος οὐσιωδῶς ἐκφυομένην·. διὰ δὲ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς ἐν τοῖς θαύμασιν οἰκονομικῶς ἐκφαινομένην· ἵνα πιστευθῇ Θεὸς εἶναι, δι' ἀσθενὒς φύσει σαρκὸς αὐτουργῶν τὴν τὒ παντὸς σωτηρίαν.

stantiarum cæli ordines ad inconvertibilitatem mysterio suæ stabiliret incorporationis. Cujus opus omnium in eum recapitulatio est. Mansit ergo etiam incarnatus secundum naturam Deus superimmensus, sibi cognatam & convenientem habens operationem: ex Deitate quidem substantialiter natam; per sanctissimam vero carnem in miraculis dispensatorie declaratam: ut credatur Deus esse, per infirmam natura carnem per se operans universitatis salutem.

Τὒ αὐτὒ, ἐκ τὒ αὐτὒ λόγὒ. γ'.

Κἀμοὶ γὰρ, ἵνα τρανώσω παραδείγματι τὸ περὶ Σωτῆρος λεχθὲν, ὁ φυσικός μου λόγος συγγενής ἐστι κ̀ κατάλληλος ὄντι λογικῷ τε κ̀ νοερῷ τὴν ψυχήν· ἧς κατὰ φύσιν ἐστὶν αὐτοκίνητος ἐνέργειά τε κ̀ πρώτη δύναμις, ἀεικίνητος, ὁ λόγος φυσικῶς αὐτῆς πηγαζόμενος. ὃν ῥηματίσας τε κ̀ γραμμαῖς δὲ χαράξας, γλώσσῃ μὲν ὀργανικῶς, ὅτε χρὴ προφέρω, κ̀ γράμμασι τεχνικῶς διὰ τῶν ἀνομοίων μὲν [2] ὑπάρχοντα καὶ διὰ τῶν ἀνομοίων μὴ τραπέντα δεικνὺς αὐτὸν ἐξακουόμενον. οὐ γὰρ γλώσσης καὶ γραμμάτων ὁ φυσικός μου λόγος ἐστὶ, κἂν δι' αὐτῶν αὐτοῦ ποιοῦμαι τὴν προφοράν· ἀλλ' ἐμοῦ τοῦ κατὰ φύσιν λαλοῦντος, κ̀ δι' ἀμφοῖν αὐτὸν ὡς ἐμὸν ἐκφωνοῦντος. τῆς μὲν νοερᾶς μου ψυχῆς φυσικῶς ἀεὶ πηγαζόμενον· διὰ δὲ τῆς σωματικῆς μου γλώσσης ὀργανικῶς, ὡς ἔφην, ὅτε χρὴ προφερόμενον. [3] ὥσπερ οὖν ἐφ' ἡμῶν, ὅσον εἰκάσαι τὸ παντελῶς ἀνείκαστον, διὰ τῆς σωματικῆς ἡμῶν γλώσσης ἀτρέπτως ἡ κατὰ φύσιν τῆς ψυχῆς λογικὴ προφέρεται δύναμις· οὕτω κ̀ ἐπὶ τῆς ὑπερφυοῦς τοῦ Θεοῦ σωματώσεως, διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, ἐν οἷς ἂν θεϊκῶς ἐνήργησε, δίχα τροπῆς ἡ παντοκρατορικὴ, κ̀ τῶν ὅλων ποιητικὴ τῆς ὅλης θεότητος ἐνέργεια [4] διαδείκνυται, πάσης ἐκτὸς κατὰ φύσιν περιγραφῆς διαμένουσα, κἂν διὰ σαρκὸς διέλαμψε φύσει [5] πεπερασμένης. οὐ γὰρ πέφυκε περιγράφεσθαι γεννητῇ φύσει τὸ κατὰ φύσιν ἀγένητον· κἂν συνέφυ αὐτῷ κατὰ σύλληψιν πάντα περιγράφουσαν νοῦν· οὔτε μὴν εἰς τ' αὐτὸν αὐτῷ φέρεσθαι [6] φύσεώς ποτε κ̀ φυσικῆς ἐνεργείας, ἕως ἂν ἑκάτερον τῆς ἰδίας ἐντὸς μένει φυσικῆς ἀτρεψίας. ὁμοφυῶν γὰρ μόνων ἡ ταυτουργός ἐστι κίνησις σημαίνουσα τὴν οὐσίαν, ἧς φυσικὴ καθέστηκε δύναμις, ἑτεροφυοῦς ἰδιότητος οὐσίας εἶναι κατὒδένα λόγον, ἢ γενέσθαι δίχα τροπῆς δυναμένην.

Ejusdem, *ex eodem Sermone*. *III*.

III. Etenim & mihi, ut paradigmate quod de Salvatore dictum est exprimam, naturalis sermo meus cognatus est & competens, cum sim rationalis & intellectualis anima; cujus secundum naturam est a se mobilis operatio ac prima virtus, semper mobilis, sermo naturaliter ex ea profluens. Quem verbis prolatum, & lineis exaratum, lingua quidem organice cum oportet produco, & litteris artificiose (ϑ) per indissimilia non exsistentem, & dissimilibus non fugientem ostendens eum subauditum. Non enim linguæ ac litterarum naturalis sermo meus est; licet per eas ipsius faciamus pronuntiationem; sed meus, qui secundum naturam loquor, & per utrasque illum ut meum pronuntio. Ab intellectuali quidem anima mea semper naturaliter dirivatum: per corporalem vero linguam meam organice, ut dixi, cum oportet, productum. Sicut ergo in nobis, quantum (ι) æstimare possumus quod modis omnibus est inæstimabile, per corporalem linguam nostram inconvertibiliter, quæ secundum naturam est, animæ rationabilis producitur virtus: ita & in gloriosa Dei incarnatione, per sanctissimam carnem suam in quibuscumque divine operaretur, sine convertibilitate omnipotentiva & cunctorum factiva, totius deitatis operatio monstrabatur, absque omni secundum naturam circumscriptione permanens, (κ) licet per carnem fulgeret natura circumfinita. Non enim circumscribitur factitia natura quod secundum naturam factum non est, licet (λ) cooriatur ei per conceptionem omnem sensum circumscribentem: (μ) nec etiam in eodem ipso sibi natura differtur aliquando & naturalis operatio, donec utrumque intra propriam manet naturalem inconvertibilitatem. (ν) Connaturalium enim tantum per se operans est motus, manifestans substantiam, cujus naturalem constat esse virtutem: diversæ naturæ proprietatis substantia nulla ratione esse vel fieri sine convertibilitate valente.

Τὒ αὐτὒ, ἐκ τὒ αὐτὒ λόγὒ. δ'.

Τὸ γὰρ μυστήριον τῆς θείας σαρκώσεως, ἀποστόλοις τε, κ̀ προφήταις, κ̀ διδασκάλοις, διττὴν καὶ διαφορὰν ἔχον διέγνωσται τὴν ἐν πᾶσι φυσικὴν θεωρίαν· ἀνελλιποῦς ὑπάρχον θεότητος, κ̀ πλήρους ἐνδεικτικὸν ἀνθρωπότητος ὄν. ἕως [7] ἂν οὐχ εἷς κατὰ τὴν οὐσίαν γνωρίζεται Λόγος μιᾶς ἐνεργείας, οὐδέποτε καθ' ὁτιοῦν ἀμφοτέρων γνωσθήσεται κίνησις. ὁ γὰρ ἀεὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ὑπεραπείρῳ δυνάμει γενόμενος ὡς ἠθέ-

Ejusdem, *ex eodem Sermone*. *IV*.

IV. Mysterium namque divinæ incarnationis Apostolis & Prophetis atque Doctoribus duplam ac diversam in omnibus habere naturalem theoriam dinoscitur, cum sit perfectæ deitatis & plenæ demonstrativum humanitatis. (ξ) Quarum donec unum secundum substantiam non cognitum fuerit Verbum unius operationis, cum utriusque sit, numquam aliquando cognoscetur motus. Cum enim semper secundum naturam exsistat Deus, superinfinita virtute factus,

1. Καὶ τὰ κατ' ὐραν.] Atqui Angeli ante Christi incorporationem alioque ordine confirmati. Combef. -- Respexisse videtur S. Pater ad illud *Ephes.* 1. 10. *In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt, in ipso.*

2. Μὲν ὑπάρχ.] Anastasius legit μὴ. Et mox, ποιοῦμαι. Combefisius tamen edidit ποιουμένου; atque ita interpretatur: *licet per eas* litteras *ipsum* sermonem *profero*.

3. Ὥσπερ οὖν] Nicephorus Patriarcha CP. citat hunc locum in libro contra impugnatores imaginum, qui ms. exstat in Bibliotheca regia & in Colbertina. Sirmond.

4. Διαδείκνυται] Legebat Anastasius διεδείκνυτο. Baun.

5. Πεπερασμένης] Addit Nicephorus hanc annotationem: σημειωτέον ὅτι τὸ πεπερασμένης τ' αὐτόν ἐστι τῷ περιγεγραμμένης. Sirmond.

6. Φέρεσθαι] Supple πέφυκε. Capperonn.

7. Ἕως ἂν οὐχ] Persuasum habet Capperonnierius, legendum heic esse ἕως ἂν ἓν. Ipsum adeas infra not ξ. Nemo autem non videt, in Anastasii versione pro *Quarum* quod habent editt. Sirmondi & Fabricii, legendum cum Combefisio *Quamdiu*; qui & heic adnotat: „ Eadem „ fere Concilium Chalced. Leo Papa &c. „

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

λησεν ἄνθρωπος ἀναμάρτητος, ὅπερ ἦν ἐστι, μεθ' ὅσων νοεῖται Θεός· καὶ ὅπερ γέγονεν, ἔστι μεθ' ὅσων νοεῖται καὶ γνωρίζεσθαι πέφυκεν ἄνθρωπος· ἑαυτοῦ καθ' ἑκάτερον ἀεὶ μένων ἀνέκπτωτος, οἷς θεϊκῶς ὁμοῦ καὶ ἀνθρωπίνως ἐνήργησε, τέλειον κατὰ τὸν ἑκατέρου λόγον σώζων ἑαυτοῦ φυσικῶς ἀναλλοίωτον.

sicut voluit, homo sine peccato, quod erat est, cum quantis cognoscitur Deus: & quod factus est, est cum quantis esse cognoscitur homo. (ο) Secundum utrumque suum semper permanens sine casu, quibus divine pariter & humane operatus est: perfectionem per omnem utriusque rationem sibi naturaliter incommutabilem salvans.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ε.

Βήρων γάρ τις ἔναγχος, μεθ' ἑτέρων τινῶν, τὴν Βαλεντίνου φαντασίαν ἀφέντες, χείρονι κακῷ κατεπάρησαν, λέγοντες, τὴν μὲν προσληφθεῖσαν τῷ Λόγῳ σάρκα γενέσθαι ταυτουργὸν τῇ θεότητι, διὰ τὴν πρόσληψιν· τὴν θεότητα δὲ γενέσθαι ταυτοπαθῆ τῇ σαρκὶ, διὰ κένωσιν· τροπὴν ὁμοῦ, καὶ φύρσιν, καὶ σύγχυσιν, καὶ τὴν εἰς ἀλλήλους ἀμφοτέρων μεταβολὴν δογματίζοντες. εἰ γὰρ προσληφθεῖσα ἡ σὰρξ γέγονε ταυτουργὸς τῇ θεότητι, δηλονότι καὶ φύσει Θεὸς μεθ' ὅσων φυσικῶς νοεῖται Θεός· καὶ εἰ γέγονε κενωθεῖσα τῇ σαρκὶ ταυτοπαθὴς ἡ θεότης, δηλονότι καὶ φύσει σὰρξ, μεθ' ὅσων φυσικῶς γνωρίζεσθαι πέφυκε σάρξ. τὰ γὰρ ἀλλήλοις ὁμοεργῆ, καὶ ταυτουργὰ, καὶ ὁμόφυλα πάντως, καὶ ταυτοπαθῆ, διαφορὰν οὐκ ἐπιδέχεται φύσεως· καὶ φύσεων αὐτοῖς συγκεχυμένων ἔσται δυὰς ὁ Χριστὸς, καὶ προσώπων μεμερισμένων τετρὰς, τὸ φευκτότατον. καὶ πῶς αὐτοῖς εἷς καὶ ὁ αὐτὸς, Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος, ὁ Χριστός; ποίαν δὲ κατ' αὐτοὺς ἕξει τὴν ὕπαρξιν, μεταβολῇ θεότητος γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ σαρκὸς μεταποιήσει Θεός; ἡ γὰρ εἰς ἀλλήλας τούτων μετάπτωσις, παντελής ἐστιν ἀμφοτέρων ἀναίρεσις. σκοπείσθω δὴ πάλιν ἡμῖν ἑτέρως ὁ λόγος.

EJUSDEM, *ex eodem Sermone. V.*

V. Bero enim quidam nuper, & alii quidam, Valentini phantasia deserta, deteriori irretiti sunt pravitati, dicentes assumtam a Verbo carnem, fuisse eadem quæ divinitas operata est operatam: divinitatem vero compassibilem carni propter exinanitionem; convertibilitatem simul & commixtionem; seu confusionem, atque utriusque in invicem mutationem dogmatizantes. Si enim assumta caro facta est cooperatrix divinitati, liquet quod & natura Deus cum quotquot est intelligatur Deus: & si facta est exinanita compassibilis carni divinitas, liquet quod & natura caro cum quotquot est naturaliter esse intelligatur caro. Ea quippe quæ mutuo sunt cooperantia, & eadem operantia, & ejusdem originis; profecto & compassibilia naturæ non suscipientia differentiam: & naturis sibi confusis erit dualitas Christus, & personis separatis fiet quaternitas; quod est nimium fugiendum. Et quomodo illis unus & idem ipse erit, Deus natura simul & homo, Christus? (π) quam etiam secundum ipsos habebit essentiam mutatione divinitatis factus homo, & carnis translatione Deus? Casus enim in alterutras, omnimoda est utrarumque peremtio. Inspiciatur itaque a nobis aliter sermo.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ς'.

Εὐσεβὲς κεκύρωται δόγμα Χριστιανοῖς, κατ' αὐτήν τε φύσιν, καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ πᾶν ἕτερον αὐτῷ προσφυὲς, ἴσον ἑαυτῷ καὶ ταυτὸν εἶναι τὸν Θεόν· μηδὲν ἑαυτῷ τῶν ἑαυτοῦ παντελῶς ἄνισον ἔχοντα, καὶ ἀκατάλληλον. εἰ τοίνυν κατὰ Βήρωνα τῆς αὐτῆς αὐτῷ προσληφθεῖσα φυσικῆς ἐνεργείας γέγονεν ἡ σὰρξ, δηλονότι καὶ τῆς αὐτῆς αὐτῷ γέγονε φύσεως μεθ' ὅσων ἡ φύσις, ἀναρχίας, ἀγεννησίας, ἀπειρίας, ἀϊδιότητος, ἀκαταληψίας, καὶ τῶν ὅσα τούτων καθ' ὑπεροχὴν ὁ θεολογικὸς ὑπερφυῶς ἐνορᾷ τῇ θεότητι λόγος· καὶ τροπὴν ἀμφότερα πέπονθεν, μηδετέρου τὸν τῆς ἰδίας φύσεως οὐσιώδη λόγον ἔτι σωζόμενον ἔχοντος. ὁ γὰρ ἑτεροφυῶν εἰδὼς ταυτουργίαν, σύγχυσιν ὁμοῦ φυσικὴν, καὶ διαίρεσιν αὐτῶν εἰσηγεῖται προσωπικήν· ἀδιαγνώστου παντελῶς τῇ τῶν ἰδιωμάτων μεταβολῇ τῆς φυσικῆς αὐτῶν γενομένης ὑπάρξεως.

EJUSDEM, *ex eodem Sermone. VI.*

VI. Pium Christianis constitutum est dogma credentibus, (ρ) secundum eamdem naturam ac operationem, & omne aliud sibi conveniens, æqualem sibi & eumdem ipsum esse Deum, nihil omnino eorum quæ sua sunt inæquale habentem & inconveniens. Si igitur secundum Beronem assumta sibi caro ejusdem operationis effecta est, haud dubium quin & ejusdem facta est sibi naturæ, cum quotquot est natura, id est, inprincipalitate, infactione, infinitate, sempiternitate, incomprehensibilitate, & quæcumque horum secundum magnitudinem theologica amplissime in Deitate ratio contemplatur: & vicissitudinem utraque passa sunt, neutro naturæ suæ substantialem rationem ultra salvandam habente. Qui enim eorum quæ alterius sunt naturæ sentit eamdem operationem, confusionem simul naturalem, & divisionem eorum personalem introducit: incognita prorsus idiomatum commutatione naturali eorum facta exsistentia.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. ζ.

Εἰ δὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ μὴ γέγονε φύσεως, οὐδὲ τῆς αὐτῆς αὐτῷ ποτε γενήσεται φυσικῆς ἐνεργείας· ἵνα [1] μὴ δειχθῇ τῇ φύσει τὴν ἐνέργειαν ἄνισον ἔχων, καὶ ἀκατάλληλον· καὶ τῆς αὐτοῦ δι' ὅλων τῶν ἑαυτοῦ φυσικῆς ἔξω γεγονὼς ἰσότητος, καὶ ταυτότητος· ὅπερ ἀσεβές.

EJUSDEM, *ex eodem Sermone. VII.*

VII. Si vero ejusdem sibi non fuit naturæ, nec ejusdem sibi aliquando fiet naturalis operationis; ne appareat secundum naturam operationem inæqualem habere & inconvenientem, (σ) & suæ ipsius per omnia eorum quæ sua sunt naturalis extraneus factus æqualitatis & identitatis: quod est penitus impium.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου. η.

Εἰς ταύτην δὲ τὴν πλάνην κατήχθησαν, κακῶς πεισθέντες ἰδίαν γενέσθαι τῆς σαρκὸς τὴν δι' αὐτῆς ἐκφανθεῖσαν ἐν τοῖς θαύμασι θείαν ἐνέργειαν· ἢ τὸ πᾶν ὁ Χριστὸς οὐσιώσας καθ' ὃ νοεῖται Θεὸς,

EJUSDEM, *ex eodem Sermone. VIII.*


VIII. In hunc autem errorem illati sunt, male credentes propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; (τ) qua totum Christus substantians secundum quod in-

1. Μὴ] Ita cum Interprete Combefisius. Editi Sirmond. & Fabric. præter rem, μίν.

συνέχει κρατούμενον. οὐ γὰρ ἔγνωσαν, ἀδιάκτον εἶναι θείας ἐνέργειαν φύσεως ἑτεροφανοῦς οὐσίας ἰδίωμα γενέσθαι δίχα τροπῆς· οὐδὲ συνῆκαν, ὡς οὐ παντὸς ἴδιόν ἐστι σαρκὸς, τὸ δι᾽ αὐτῆς μὲν ἐκφαινόμενον, οὐκ αὐτῆς δὲ φυσικῶς ἐκφυόμενον· καί τοι σαφοῦς αὐτοῖς οὔσης, καὶ προφανοῦς τῆς ἀποδείξεως. ἐγὼ γὰρ γλώσσῃ λαλῶν, καὶ χειρὶ γράφων, μίαν καὶ αὐτὴν δι᾽ ἀμφοῖν τῆς νοερᾶς μου ψυχῆς ἐκφαίνω διάνοιαν, ἐνέργειαν αὐτῆς ὑπάρχουσαν φυσικήν· μηδενὶ λόγῳ δείξας αὐτὴν γλώσσης, ἢ χειρὸς, φυσικῶς ἐκφυομένην· μήτε μὴν γενομένην αὐτῶν ἢ λεγομένην διάνοιαν, διὰ τὴν δι᾽ ἀμφοῖν αὐτῆς ἔκφανσιν. γλῶσσαν γὰρ, ἢ χεῖρα, διανοητικὴν συνετὸς οἶδεν οὐδείς· ὥσπερ οὐδὲ τὴν παναγίαν τοῦ Θεοῦ σάρκα, διὰ τὸ προσληφθῆναι, A καὶ τὸ δι᾽ αὐτῆς ἐκφανθῆναι τὴν θείαν ἐνέργειαν, γενομένην κατ᾽ αὐτὸν φύσει δημιουργόν. ἀλλ᾽ εὐσεβῶς ὁμολογεῖ πιστεύων, ὅτι διὰ τὴν ἡμῶν σωτηρίαν, καὶ τὸ δῆσαι πρὸς ἀτρεψίαν τὸ πᾶν, ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς ἐκ τῆς παναγίας ἀειπαρθένου Μαρίας, κατὰ σύλληψιν ἄχραντον, δίχα τροπῆς, ἐνουσιώσας ἑαυτῷ ψυχὴν νοερὰν μετὰ αἰσθητικοῦ σώματος, γέγονεν ἄνθρωπος φύσει κακίας ἀλλότριος· ὅλος Θεὸς [1] ὁ αὐτὸς, καὶ ὅλος ἄνθρωπος ὁ αὐτός· ὅλος Θεὸς ὁμοῦ φύσει καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτός. θεότητι μὲν τὰ θεῖα διὰ τῆς αὐτοῦ παναγίας σαρκὸς, οὐκ ὄντα φύσει τῆς σαρκὸς ἐνεργῶν· ἀνθρωπότητι δὲ τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ὄντα φύσει θεότητος, ἀνοχῇ πάσχων θεότητος. μηδὲν θεῖον γυμνὸν σώματος ἐνεργήσας· C μηδὲ ἀνθρώπινον ὁ αὐτὸς ἄμοιρον δράσας θεότητος· τηρῶν ἑαυτῷ καὶ καθ᾽ ὃν ἐνήργησεν ἀμφότερα [2] καινοπρεπῆ τρόπον, τὸ κατ᾽ ἄμφω φυσικῶς ἀναλλοίωτον· εἰς πίστωσιν τῆς ἑαυτοῦ τελείας ἐνανθρωπήσεως, τῆς ὄντως ἀληθοῦς, καὶ μηδὲν ἐχούσης φαυλότητος. ὁ μὲν οὖν Βήρων, οὕτως ἔχων ὡς ἔφην, ἐνεργείας μονάδι τὴν θεότητα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ἀνθρωπότητα συγχέας ὁμοῦ φυσικῶς, καὶ προσωπικῶς μερίζων, καταλύει τὸν βίον· ἀγνοήσας μόνης τῆς τῶν ὁμοφυῶν προσώπων ὁμοφυοῦς ταυτότητος τὴν ταυτουργίαν εἶναι δηλωτικήν.

A telligitur Deus, tenet retentum. Non enim cognoverunt, impossibile esse divinæ operationem naturæ, alterius naturæ substantiæ idioma fieri absque convertibilitate: neque intellexerunt, quod non utique proprium sit carnis, quod per eam quidem ostensum est, non ex ea naturaliter ortum, præsertim cum claræ sit eis & manifestæ probationis. Ego enim lingua loquens & manu scribens, unam & eamdem per utramque intellectualis animæ meæ profero cogitationem; operationem ejus exsistentem naturalem: nulla ratione ostendens eam lingua vel manu naturaliter ortam; sed nec effectam earum vel dictam cogitationem propter ejus ex utraque manifestationem. Linguam enim vel manum cogitativam sapienter novit nemo: sicut nec sanctissimam Dei carnem, B pro eo quod assumta sit, & per eam divina sit operatio clara effecta, secundum naturam conditricem. Sed pie confitetur credens, quia propter salutem nostram, & ut ad inconversibilitatem ligaret universitatem, universorum conditor ex sanctissima semper Virgine Maria per conceptionem inviolabilem sine conversibilitate substantians sibimet animam intellectualem cum sensivo corpore, natura factus est homo malitiæ alienus: totus Deus ipse, totus homo idem ipse: totus Deus pariter natura & homo idem ipse. Deitate quidem, divina per suam ipsius sanctissimam carnem, non exsistentia natura carnis, operans; humanitate vero, humana, non exsistentia natura deitatis, deitatis indulgentia patiens. Nil divinum nudum corpore operatur: C nil humanum idem ipse privatum divinitate gerens; servans sibimet modum secundum utrumque immutablem, per quem operatus est utraque decenti more, ad approbationem perfectæ ac veræ, nihilque habentis pravitatis inhumanationis suæ. Itaque Bero quidem sic se habens, ut dixi, operationis monade deitatem Christi & humanitatem naturaliter simul confundens, & partiens personaliter, dissolvit vitam: (v) ignorans solius contra naturalium personarum connaturalis identitatis eamdem ipsam operationem esse significativam.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



SYLLOGISMI

De [3] suppositis divinitus sapientibus Testimoniis, & aliis, ejusdem S. ANASTASII.

„ I. ECce nunc & sacratissimus hic & magnus D „ Doctor, veritatisque testis fidelis, concorditer cum aliis omnibus sanctis catholicæ Dei ac „ apostolicæ institutoribus Ecclesiæ, duas secundum „ unitionem inconfusam & impartibilem, quemadmodum naturas, ita etiam duas voluntates & „ duas operationes congruentes & convenientes naturis, divinam ut dictum est & humanam, increatam & creatam, non inceptam & cœptam, „ tamquam Dei simul & hominis unius & ejusdem „ Domini nostri Jesu Christi, magna voce confitetur ac prædicat, & confiteri nobis sine prævaricatione jubet. Difficillimum autem esse, ac modis omnibus impossibile definit, ut unam voluntatem & operationem, aut naturam unam deitatis & humanitatis ejus confiteantur hi, qui pie „ vivere volunt. Propter quod & tale quid in eo „ dogmatizantes, tamquam impios & alienos immaculatæ nostræ Christianorum fidei abjicit & „ condemnat, nosque hoc facere protestatur. De „ duabus enim Salvatoris nostri Christi naturis & „ operationibus, ut breviter pauca ex sacris illius „ eloquiis expediam, hæc evidenter affatur.

Ex editione Sirmondiana.

II. [4] Utraque ostendens super quæ dupliciter, E

Ex editione Combefisiana. *

II. Utraque ostendens se, eo quod dupliciter (divi-

1. Ὅλος Θεὸς — θεότητι] Ita cum Interprete Combefisius. Reliqui, Sirmond. Fabric. & Basnag. ὁ λόγος Θεὸς ὁ αὐτός· θεότητι κ. τ. λ. Interjecta, ob repetitam vocem αὐτός, excidisse videntur. Hæc item ex Combefisio in interpretatione restituimus, *deitatis indulgentia patiens*: quæ in aliis editis desunt.


2. Καινοπρεπῆ τρόπον] *Nova decentique ratione*. Affine istud τῷ, καινήν τινα ἐνέργειαν ἡμῖν πολιτευσάμενος. Dionys. epist. IV. ad Cajum. COMBEFIS.

3. *Suppositis*] Id est, supra positis. FABRIC.

4. *Utraque*] Supra cap. I. seu Testimon. I.

* Hæc testimonia, ex superiore S. HIPPOLYTI *Sermone contra Beronem* ab *Anastasio* desumta, recensuit castigavitque Combefisius in editione operum S. MAXIMI, tom. I. pag. LXXVI. eo quod in edito Sirmondiano ANASTASII versio implexa passim ac mendosa noscatur. Utraque sive cum textu, sive cum notis & animadversionibus CAPPERONNIERII superius relatis conferenda.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



Ex editione Sirmondiana.

A divine ſcilicet & humane, operatum eſt ſecundum eamdem quæ veraciter vera eſt, & naturalis ſubſtantia, Deum immenſum ſimul & circumſcriptum hominem exſiſtentem & intellectum, ſubſtantiam utriuſque perfecte perfectam habentem cum operatione ſua, id eſt naturali proprietate. ET RURSUS. [1] Non enim facta eſt natura deitas tranſmutata natura caro, facta natura divinitatis caro: ſed quod erat etiam deitati coaptata manſit caro, infirma & paſſibilis natura & operatione, ſicut ait Salvator: [a] *Spiritus quidem promtus, caro autem infirma.* ET ITERUM. [2] Per quam operatus & patiens quæ erant carnis ſine peccato, pro nobis indicavit exinanitionem dei- B tatis, miraculis & carnis paſſionibus naturaliter roboratam. ET ITERUM. [3] Myſterium divinæ incarnationis Apoſtolis & Prophetis atque Doctoribus duplam & diverſam habere dinoſcitur naturalem in omnibus theoriam, indiminutæ deitatis exſiſtens, & plenæ demonſtrativum humanitatis. ET ITERUM. [4] Quibus divine pariter & humane operatus eſt, perfectionem, per omnem utriuſque rationem, ſibi naturaliter incommutabilem ſalvans. ET ITERUM. [5] Nil divinum nudum corpore operatus, nil humanum idem ipſe privatum divinitate gerens: ſervans ſibimet modum ſecundum utrumque immutabilem, per quem operatus eſt utraque decenti more, ad approbationem perfectæ ac veræ C nihilque habentis pravitatis inhumanationis ſuæ.

„ III. *De his vero, qui unam deitatis & humanitatis ejus operationem*, & naturam unam „ *dogmatizant, dicit*: „ [6] Non enim circumſcribitur factitia natura id quod per naturam factum non eſt, licet cooriatur ei per conceptionem, omnem circumſcribentem ſenſum: nec etiam in eodem ipſo ſibi natura differtur aliquando & naturalis operatio, donec utrumque intra propriam manet naturalem inconverſibilitatem. ET ITEM. [7] Connaturalium quippe tantum eſt eadem ipſa operans motus, eſſentiam indicans, cujus naturalem conſtat eſſe virtutem, alterius naturæ proprietate ſubſtantiæ D ſecundum nullam rationem eſſe vel fieri ſine converſibilitate valente. ITEM. [8] Ea quippe, quæ mutuo ſunt cooperantia, & eadem operantia, & ejuſdem originis; profecto & compaſſibilia naturæ non ſuſcipientia differentiam: & naturis ſibi confuſis erit dualitas Chriſtus, & perſonis ſeparatis fiet quaternitas: quod eſt nimium fugiendum. ET ITERUM. [9] Si igitur ſecundum Beronem aſſumta ſibi caro ejuſdem operationis effecta eſt, haud dubium quin & ejuſdem facta eſt ſibi naturæ, cum quotquot eſt natura, id eſt inprincipalitate, infactione, infinitate, ſempiternitate, incomprehenſibilitate; & quæcumque horum ſecundum magnitudinem theologica ampliſſime in deitate ratio contemplatur: & E viciſſitudinem utraque paſſa ſunt, neutro naturæ ſuæ ſubſtantialem rationem ultra ſalvandam habente. ET RURSUS. [10] Qui enim eorum, quæ alterius ſunt naturæ, eamdem ipſam ſentit operationem; confuſionem pariter naturalem, & diviſionem eorum inducit perſonalem; incognita prorſus idiomatum tranſlatione naturali eorum facta eſſentia. ITEM. [11] Si vero ejuſdem ſibi non fuit naturæ,

Ex editione Combefiſiana.


ne ſcilicet & humane) operatum eſt, ſecundum eamdem quæ veraciter vera & naturalis ſubſtantia eſt, Deum immenſum ſimul, & circumſcriptum exſiſtere ac intelligi hominem; utriuſque perfecte perfectam eſſentiam habentem, cum illius operatione, id eſt, naturali proprietate. ET RURSUS. Non enim caro facta eſt natura deitas, translata natura, facta videlicet ſecundum naturam divinitatis caro; ſed quod erat, etiam deitati coapta, manſit, id eſt, caro infirma & paſſibilis natura & operatione, ſicut ait Salvator: *Spiritus quidem promtus, caro autem infirma.* ET RURSUS. Qua operatus & paſſus, quæ erant carnis ab omni peccato immunis, divinitatis pro nobis exinanitionem miraculis & carnis paſſionibus naturaliter confirmatam, probavit. ET ITERUM. Myſterium divinæ incarnationis, Apoſtolis & Prophetis atque Doctoribus, duplam ac diverſam in omnibus habere compertum eſt naturalem conſiderationem; cum perfectæ deitatis, & plenæ vim habeat oſtendendæ humanitatis. ET ITERUM. Quibus divine pariter & humane operatus eſt, perfecte utroque ſui rationem natura ſervans incommutabilem. ET ITERUM. Nihil divinum nudum corpore operatus, nihil humanum idem ipſe gerens quod expers eſſet deitatis: qua ipſa nova decentique ratione utraque operatus eſt, utriuſque ratione immunem ſe a mutatione ſervans, ad perfectæ ſuæ humanationis, quæ plane vera ſit, nihilque aut vitii aut labis admittat, fidem adſtruendam.

„ III. *De his vero, qui unam deitatis & humanitatis ejus operationem, & naturam dogmatizant,* „ *dicit*: „ Non enim circumſcribi natura genita comparatum eſt, quod ſecundum naturam ingenitum eſt, tametſi ei coaluit, per conceptionem, quæ vim omnem mentis circumſcribit: ac nec umquam in eamdem naturam naturalemque virtutem ſeu operationem vertantur, donec utrumque intra propriam naturalem inconvertibilitatem manet. ET ITEM. Eorum enim dumtaxat, quæ ejuſdem naturæ ſunt, motus ejuſdem virtutis ac efficaciæ eſt, ſubſtantiam deſignans, cujus eſt naturalis virtus; cum ſubſtantia diverſæ natura proprietatis nulla ratione eſſe poſſit aut fieri, abſque convertibilitate. ITEM. Ea enim, quæ ejuſdem inter ſe virtutis ſunt & operationis, ejuſdemque prorſus originis ac earumdem paſſionum, ea naturæ diſtinctionem non admittunt; cunfuſiſque ſecum naturis, erit Chriſtus dualitas, perſoniſque diviſis fiet quaternitas: quod omnium maxime cavendum. ET ITERUM. Si quidem igitur, ut auctor Bero eſt, aſſumta illi caro ejuſdem ac ipſe virtutis ſeu operationis facta eſt; plane etiam ejuſdem facta eſt naturæ, cum quibus omnibus natura eſt, quod principii expers, quod ingenita, quod infinita, quod ſempiterna, quod incomprehenſa, & ſi qua ejuſmodi ſecundum excellentiam theologicus ſermo eximie in deitate contemplatur: & viciſſitudinem utraque paſſa ſunt, neutro ſubſtantialem naturæ ſuæ rationem ultra incolumem ſervante. ET RURSUS. Qui enim eorum, quæ ſunt diverſæ naturæ, eamdem ſentit operationem; confuſionem pariter naturalem diviſionemque ipſorum inducit naturalem; ignota prorſus ac obſcurata per idiomatum commutationem naturali eorum ſubſtantia exſiſtentiaque. ITEM. Si vero non ejuſdem ac ille facta eſt naturæ, nec ejuſdem umquam fiet

a Matth, XXVI. 42.

1. *Non enim*] Teſtim. II.
2. *Per quam*] Ibid.
3. *Myſterium*] Teſtim. IV.
4. *Quibus*] Ibid.
5. *Nil divinum*] Teſtim. VIII.
6. *Non enim*] Teſtim. III.
7. *Connaturalium*] Ibid.
8. *Ea quippe*] Teſtim. V.
9. *Si igitur*] Teſtim. VI.
10. *Qui enim*] Ibid.
11. *Si vero*] Teſtim. VII.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



Ex editione Sirmondiana.

neque ejusdem sibi fiet naturalis operationis. ET ITERUM. [1] In eumdem autem errorem illati sunt, male credentes propriam factam carnis divinam operationem, quæ in miraculis per ipsam apparuit, qua totum Christus substantians secundum quod intelligitur Deus continet retentum. ET ITERUM. [2] Non enim cognoverunt impossibile esse divinæ operationem naturæ idioma fieri sine convertibilitate. ET ITERUM. [3] Quarum donec unam secundum substantiam cognoscatur Verbum unius operationis, numquam aliquando eo quod utriusque sit cognoscetur motus. ET ITERUM. [4] Itaque Bero quidem sic se habens ut dixi operationis unalitate deitatem Christi & humanitatem simul confundens naturaliter, & partiens personaliter, dissolvit vitam; ignorans solius connaturalium personarum connaturalis identitatis eamdem ipsam operationem esse significativam.

A *Ex editione Combefisiana.*

operationis. ET ITERUM. In hunc autem errorem impegerunt, credentes male propriam carnis effectam divinam operationem, quæ per ipsam in miraculis manifestata est; qua Christus, rerum hac universitate condita, secundum quod intelligitur Deus, quod ita conditum est, tenet ac conservat. ET ITERUM. Non enim cognoverunt, Fieri non posse, ut divinæ naturæ operatio, alterius diversæque substantiæ proprietas fieret, absque convertibilitate. ET ITERUM. Quamdiu non unum secundum essentiam unius noscitur Verbum operationis, nulla umquam ratione fiat, ut amborum motus cognoscatur. ET ITERUM. Itaque Bero, qui sic habeat, ut dicebam, una operatione Christi pariter deitatem & humanitatem natura confundens ac personis dividens, vitam dissolvit; qui nempe nesciat, Eamdem operationem, personarum quæ ejusdem naturæ sint, identitatem dumtaxat designare.


„ IV. His igitur ita & ab hoc quoque sacratissimo & magno Doctore ac martyre veritatis, (id ipsum autem est, si dicamus a sanctissimo, qui in eo loquitur, Spiritu) manifestius dictis, diligenter intendant qui volunt, & maxime qui communicant his, qui novitates nunc operati sunt: & sciant certissime, quia qui duas Salvatoris nostri Christi voluntates naturales, & operationes denegant & abjiciunt, impiam ac alienam Christianici dogmatis tam sacram & orthodoxam confessionem appellant, unamque deitatis & humanitatis ejus voluntatem & operationem dogmatizant, eos qui taliter sibi consone non confitentur anathematizantes, liquido & absque ullo tegente velamine sanctos Prophetas atque Apostolos atque Doctores; vel etiam ut verius dicatur sanctissimum Spiritum qui in illis locutus est, quin immo & loquitur, anathematizant, & ab eo per illos traditam nobis sacram & orthodoxam confessionem abnegant & abjiciunt, atque impiam & alienam a Christianico dogmate esse asseverant, & æque ut prædictus hæreticus, quin potius ut omnes simul profani hæretici, qui in confusione ac phantasia & divisione decepti sunt, solum supersubstantialis theologiæ ac incarnatæ dispensationis non abnegant & subvertunt mysterium: quaternitatem quidem personarum sanctam confitentes Trinitatem: at vero unum hujus, id est Dominum nostrum Jesum Christum, inanimatum, & sine intellectu ac sine ratione, secundum quod propter nos factus est homo, introducentes, & convertibilitatem simul & conspersionem ac mutabilitatem, confusionemque ac phantasiam & divisionem utriusque naturæ ipsius pronuntiantes, & puri per hoc hominis, vel prodigii cujusdam matrem sanctam semper virginem ac Dei genitricem Mariam scribentes.

„ V. Deinde vero hanc, quæ videlicet in eo ab illis dogmatizata est, unam voluntatem & unam operationem respuentes, & neque unam, neque duas, id est divinam & humanam voluntatem vel operationem in eo, vel quamdam ex omnibus confiteri volentes, non solum instabiles & tergiversatores, sed & hæreticis qui in confusione ac phantasia & divisione erraverunt, magis impios ipsi se ipsos propriis verbis & dogmatibus monstrant. Nam illi quidem vel unam, isti vero nec unam voluntatem vel operationem eum habere volunt, ac per hoc insubstantialem illum & inessentialem; minus enim est dicere sine voluntate ac [5] impotem secundum utrasque naturas pronuntiant, cum juxta sacras definitiones & rationes corruptio, id est interemtio & inexsistentia naturæ, naturalium habitudinum & operationum atque virtutum infirmitas & defectus exsistat, & quod universaliter voluntate naturali ac substantiali operatione privatur, neque est, neque aliquid est, neque est quævis ejus essentia.

„ VI. Et non ipsum tantum, sed & Patrem, & Spiritum sanctum, insubstantivum astruunt & inexsistentem. Ejusdem enim utrisque illis substantiæ, id est deitatis, & voluntatis, ac operationis Salvator exsistit, secundum quod est & dicitur natura Deus: ita ut subsequenter & Dominam nostram vere sanctissimam, super omnes Sanctos venerandam scilicet & laudandam, ut proprie ac non fallaciter, veraciter Dei genitricem semperque virginem, non proprie ac veraciter matrem Dei describant, sed ejus qui nullo modo secundum ipsos exsistit. Et isti quidem talibus ac tantis impietatibus capti, per sua [6] ipsius dogmata propalantur. Hi vero, qui simul cum duabus voluntatibus & operationibus, quæ sanctis catholicæ institutoribus Ecclesiæ pie in Salvatore nostro Christo dicuntur, aliam unam nescio unde fingentes confiteri volunt, & anathematizant eos qui non consone sibi unam & duas, id est tres voluntates & operationes in eo confitentur. Nihilominus & isti sanctos Prophetas & Apostolos ac Doctores, quin & super hos, qui in ipsis locutus est, immo & nunc per eos affatur, sanctissimum Spiritum anathematizant, & traditam per eos nobis ab illo sanctam & immaculatam fidem novis adulterantes adinventionibus abnegant, & aliam in Salvatore Christo naturam præter divinam & humanam, extraneam quamdam [7] & omnium alienam exsistentium fingunt, cujus esse volunt a se fictam in illo unam voluntatem & operationem. Quoniam omnis voluntas naturalis & substantialis operatio, naturæ profecto voluntativæ ac operativæ idiomata sunt. Et omnis operatio naturalis substantiam indicat, ex qua

1. *In eumdem*] Testim. VIII.
2. *Non enim*] Ibid.
3. *Quarum*] Testim. IV.
4. *Itaque Bero*] Testim. VIII.
5. *Impotem*] Impotentem. BAUN.
6. *Ipsius*] Ipsorum. ID.
7. *Et omnium — fingunt*] Et ab omnibus quæ sunt in rebus alienam, fingunt. COMBEF.

SAECUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



,, procedit [1] & inest: & indicativum uniuscujusque A naturae operatio & est & cognoscitur naturalis: & omnis natura propriae operationis substantiali ratione cognoscitur, & omnis natura convenientem sibi seque significantem habet operationem, hanc ab aliis discernentem, definitionesque substantiarum naturales earum operationes vera ratio novit. Et ut compendiose dicatur, nec naturam sine operatione quae illam substantialiter characterizet, nec rursus voluntatem vel operationem [2] constat esse sine quadam substantia, id est possibile; quemadmodum divina concionantur eloquia, & ipsa rerum natura clamat.

,, VII. Igitur voluntatem & operationem unam B praeter duas circa Salvatorem Christum fingentes, [3] & necessitate etiam aliam naturam praeter divinam, ut dictum est, & humanam extraneam quamdam exsistentium omnium alienam plasmantes applicant ei, [4] cujus esse jam dictam a se unam voluntatem, quae inane figmentum fictae cogitationis est, & germen quod ab idololatria nil penitus differt. Deus enim simul & homo Salvator exsistens, duas tantum congruentes sibi naturas & voluntates & operationes, id est divinam & humanam habet, quemadmodum inclyti praeceptores nostri ac doctores affirmant: non unam & duas, id est tres, ut adversarii dogmatizant; quo illud evidentissime gerant, quod C olim a Deo per Esaiam prophetam in calumniam dicitur, id est: [a] *Caupones tui vinum aqua miscent*. Ut enim apparet, & isti verbum veritatis cauponum more adulterando, naturalem dualitatem voluntatum & operationum Salvatoris nostri Christi una voluntate ac operatione, quae in ipso ab haereticis qui in confusione ac divisione seu phantasia decepti sunt, impie dogmatizata est, veluti vinum aqua miscentes, utrasque sectas confiteri compellunt: quod impium veraciter est & alienum immaculatae fidei nostrae Christianorum: qui ex diametro similiter ut praecessores sui etiam per hunc a veritate decidunt modum. Aequale quippe ex diametro & simile malum est cum D haeretica opinione, paternam projicere ac reprobare orthodoxiam, & e diverso cum hac pariter & illam confiteri & approbare: [b] *Quae enim participatio justitiae & iniquitati? aut quae societas luci ad tenebras? aut quae conventio Christi ad Belial? aut quae pars fideli cum infideli? qui autem consensus templo Dei cum idolis?* divinus ait Apostolus. Inquam vero & ipse: Quae participatio, vel communicatio, conventio, aut pars, aut consensus paternae orthodoxiae, ad nequam haereticorum opinionem, ut cum altera altera praedicetur, vel etiam respuatur?

,, VIII. Et hoc quoque diligenter intendant, E quia si quemadmodum magnus [5] ab immortalitate cognominatus, immo vero cunctus Sanctorum chorus affirmat, quod paene fides Salvatoris nostri non admittat, cum hoc instabile quiddam secundum suam ipsius rationem exsistat. Quod si hoc fuerit passa, & quod huic est contrarium procul dubio sustinebit, additamentum scilicet, & quomodo manebit ulterius fides defectibus ac profectibus immutata? *Dicant*, inquit, *nobis*, *qui per singulos dies Fides creant*, *immo Deos sibi diversos fingunt*, *quoniam cum fidei verbo mutatur atque multiplicatur a talibus id quod creditur*. Ergo & adversarii Fides sibi condentes diversas, absque omni contradictione secundum qualitatem & quantitatem atque immutationem dogmatum suorum, immutant simul & multiplicant id quod creditur, & quinque Christos eatenus plasmasse monstrantur. Hunc quidem unam operationem, illum vero nec unam operationem, & alium unam voluntatem, & alterum nec unam voluntatem: porro quintum unam & duas, atque unam & duas, id est tres operationes & tres voluntates, ut ajunt, habentem. Et dicant si volunt illi ipsi, quia talia exponunt dogmata, & qui communicant eis, in quem talium ac tot Christorum a se fictorum credentes baptizati sunt vel baptizantur: aut cujus eorum corpus & sanguinem sumunt atque distribuunt: utrum ejus qui unam, an qui nec unam operationem; ejus qui unam voluntatem, an ejus qui unam & duas, & unam & duas, id est tres operationes & tres voluntates, & propterea jam ex necessitate tres etiam naturas habet. Sed [c] *non erat vox*, *& non erat auditio*, quemadmodum ait Propheta magnus Helias, scelestos sacerdotes & pseudoprophetas confusionis redarguens.

Intelligitur etiam convenienter per *adolescentiorem* sive *juniorem*. Apparuit enim in ultimis ævi temporibus, & post sanctorum Prophetarum B gloriosum & dignum amore chorum, & simpliciter ac semel ut dicam, post omnes quotquot ante tempus incarnationis, in ordine filiorum ob virtutem computati sunt. *Zelatus* autem quod dicitur Emmanuel, est quodammodo ambiguum. Immo vero Zelatus sive æmulandus est sanctis, qui vestigia ejus sectari studentes ad divinam ejus pulcritudinem se conformant, & ipsum sibi proponunt præscriptum eorum quæ agere debeant, summamque inde gloriam referunt. Zelatus vero etiam in alium intelligi modum potest, hoc est invidia petitus ab iis qui eum non diligunt; ducibus inquam Judæorum, sive Scribis atque Pharisæis; qui acerbum in se parturientes zelum, & C invidiæ materiam facientes sibi ex ejus quæ eripi illi non potest gloria, multis modis eum captabant. Christus quidem in vitam revocaverat mortuos jam fœtentes & corruptos, & alia divina signa ediderat; unde fas erat illos stupentes ad ista, credere neque amplius dubitare. At illi hoc neutiquam faciebant; verum invidia vexabantur & acerbum animo mœrorem concipiebant.

Post Cyrilli nonnulla.

Hippolytus. Τίς ἄλλος οὗτος, ἢ καθὼς δείκνυται ἡμῖν διὰ τοῦ ἀποστόλου, ὅτι ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, τὸν ποιήσαντα τὸ θέλημα τοῦ πατρὸς εἶπεν [2] ὁ ἔσχατος. τῷ δὲ, πρός με ἀναστρέψον, δηλοῦται ἡμῖν ἡ μετὰ τὸ πάθος ἀνάληψις εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν Πατέρα. τῷ δὲ, εἰς ὃν διαβουλευόμενοι ἐλοιδώρουν, τίνες εἰ μὴ ὁ λαὸς κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν; καὶ ἐνεῖχον αὐτῷ· τίνες ἐνεῖχον αὐτῷ, οἱ καὶ μέχρι σήμερον ἐνέχουσιν; οὗτοι, κύριοι τοξευμάτων οἱ καταπολεμεῖν τὸν Κύριον δοκοῦντες. εἰ γὰρ καὶ ἐνίσχυσαν τοῦ ἀναιρεθῆναι αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ συνετρίβησαν μετὰ κράτους τὰ τόξα αὐτῶν. φανερῶς δὲ ἡμῖν δηλοῦται, ὅτι μετὰ τὴν ἀνάστασιν συντέτριπται τὰ τόξα αὐτῶν μετὰ κράτους· τουτέστιν οἱ τῶν λαῶν ἡγούμενοι, οἱ ἐπ' αὐτὸν παραθήγοντες τὰς οἱονεὶ τραυματίζοντας ἀκίδων ἐν τάξει· μόνον δὲ οὐχὶ καὶ ἐμπηγνυμένας, διὰ τὸ δρᾷν ἃ μὴ θέμις, καὶ ἀποτολμᾷν οἱ καὶ θηρίων ἀγρίων ἐπέθρωσκον δίκην.

Ὑπερίσχυσας ὑπὲρ εὐλογίας ὀρέων μονίμων. ὄρη


Ecquis alius iste, quam sicut demonstratum nobis est ab Apostolo, [b] *secundus homo* Dominus *de cælo*. Atque in evangelio, [c] postremum ait fecisse voluntatem Patris. Verbis autem: *ad me revertere*, declaratur nobis Christi post passionem D assumtio in cælum ad Patrem. Illis vero: *in quem consilia conferentes maledicebant*, quinam innuuntur nisi populus Judaicus adversus Dominum nostrum? *Et intendebant*: quinam intenderunt adversus illum atque in hunc usque diem intendunt? Hi *domini sagittationum* qui putant se adversus Dominum bellasse. Licet vero valuerunt eum de vita tollere, attamen *contriti sunt cum potentia arcus eorum*. Manifeste his nobis declaratur, quod post resurrectionem *cum potentia contriti sunt arcus eorum*: hoc est, principes populi, qui velut in acie adversus Dominum acuerunt sua tela ad infligenda vulnera, & tantum non inflixerunt; quandoquidem fecere quæ minime E fas, atque ausi sunt etiam ferarum bestiarum more in eum irruere.

Prævaluisti super benedictiones montium stabilium.

a Joan. XVII. 5. b I. Cor. XV. 47. c Matth. XXI. 31.

1. Κατὰ τὸ ἀληθές] Male apud Fabricium, καὶ τὸ ἀληθές.

2. Ὁ ἔσχατος] Observat Fabricius post Millium, codices nonnullos ut Cantabr. legere, ut heic Hippolytus. Sanctus Hieronymus *Comment. in Matth.* lib. III. ad cap. XXI. 31. „ *Sciendum est*, inquit, in veris exemplaribus non „ haberi *novissimum*, sed *primum*, ut proprio judicio con„ demnentur. Si autem *novissimum* voluerimus legere, ma„ nifesta est interpretatio: ut dicamus intelligere quidem „ veritatem Judæos, sed tergiversari, & nolle dicere quod „ sentiunt. “ Wetstenius in sua *Nov. Test. Græci* editione, tom. I. pag. 467. hunc ipsum Hippolyti locum in medium profert, licet minus emendate, subditque Doctoris maximi verbis recitatis: „ Nimirum recordatus aliquis, „ ultimos fore primos, quod dicitur *Matth.* XX. 16. puta„ vit publicanos rectius ultimos vocari: quam emenda„ tionem quidam eo usque extenderunt, ut etiam respon„ siones migrarent. “ Quam quidem V. C. conjecturam eruditorum judicio permittimus. Ceterum haud prætermittendum videtur, vocem ἔσχατος pro πρῶτος nonnumquam fuisse usurpatam. Vide sis quæ tom. I. nostræ Bibliothecæ pag. LXV. ad fragmentum II. Polycarpianum adnotavimus.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

A αἰώνια καὶ μονιμώτατα καὶ θῖνας αἰωνίους, τοὺς ἁγίους φησὶ διὰ τὸ ἦρθαι τῆς γῆς· φωνεῖν μὲν οὐδὲν τῶν κατερριμμένων, ζητεῖν δὲ τὰ ἄνω, καὶ εἰς τὰ τῶν ἀρετῶν εὖ μάλα διάττειν ὑψώματα· κατόπιν οὖν ἄρα τῆς Χριστοῦ δόξης καὶ οἱ τῶν πατέρων ἐπισημότατοι καὶ εἰς λῆξιν ἥκοντες ἀρετῆς. οἱ μὲν γὰρ ἦσαν οἰκέται· ὁ δὲ Κύριος υἱὸς τὰ δι' ὧν ἐκεῖνοι γεγόνασι λαμπροὶ, κεχορήγηκεν αὐτοῖς. τοιγάρτοι καὶ λέγουσιν, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν.

Καὶ ἐβοήθησέ σοι ὁ Θεός. σαφῶς ἡμῖν δείκνυται ὅτι ἡ βοήθεια καὶ ἀντίληψις τοῦ παιδὸς οὐ παρ' ἄλλου τινὸς ἢ παρὰ τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ ἡμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. τῷ δὲ, Θεός μου, δηλοῦται, ὅτι τὸ πνεῦμα λέγει διὰ τοῦ Ιακώβ. B

EUSEB. Τὰ νεῦρα βραχιόνων. οὐκ ἠδύνατο χειρῶν εἰπεῖν ἢ ὤμων· ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ ἐν μέσῳ τοῦ τόξου πλατέα βραχίονες λέγεται, εὐκαίρως βραχίονας λέγει.

HIPPOLYTUS. Εὐλογίας μαστῶν καὶ μήτρας. τούτῳ ἡμῖν δηλοῦται ὅτι ἡ μὲν εὐλογία ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐστι τὸ Πνεῦμα κατελθὸν διὰ τοῦ Λόγου ἐπὶ τὴν σάρκα. μαστῶν δὲ καὶ μήτρας τῆς παρθένου εὐλογίας λέγει. τὸ δὲ, Πατρὸς [1] καὶ μητρός σου, τοῦτο λέγει καὶ εὐλογίαν Πατρὸς ἣν ἐλάβομεν ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ.

Βενιαμὶν λύκος ἅρπαξ, τὸ πρωϊνὸν ἔδεται ἔτι, καὶ εἰς τὸ ἑσπέρας δίδωσιν τροφήν.

HIPPOLYTUS. Συναρμόζει πάνυ τῷ ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν Παύλῳ. ὅτε γὰρ ἦν νέος, λύκος ἦν ἅρπαξ. δέδωκε δὲ τροφὴν πιστεύσας. δηλοῦται ἡμῖν καὶ τοῦτο διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἡ Βενιαμὶν φυλὴ ἐν ταῖς ἀρχαῖς, ὅπερ ἐστὶ τὸ πρωϊνὸν, διώκει. ὁ γὰρ Σαοὺλ ὃς ἦν ἐκ τῆς Βενιαμὶν φυλῆς, τὸν εἰς τύπον τοῦ Κυρίου κείμενον Δαυὶδ ἐδίωκεν.

Per montes sempiternos & stabiles maxime & colles æternos, innuit sanctos, quoniam terrenis subtracti sunt, & nihil rerum caducarum crepant, sed quærunt quæ supra sunt, & ad virtutum sublimia cacumina vehementer desiderant eniti: post gloriam Christi nimirum etiam Patrum insignes maxime & qui ad summum virtutis pervenerunt. Hi porro servi. Dominus autem, Filius, illis suppeditavit ea quibus ipsi præclari facti sunt. Quamobrem & ipsi profitentur, quod [a] *ex plenitudine ejus nos omnes accepimus.*

Et adjuvit te Deus meus. Perspicue nobis ostenditur, quod auxilium & adjumentum Filii non ab alio quam a Patre & Deo nostro qui in cælis est. Verbis *Deus meus*, declaratur, quod Spiritus ait per Jacobum [b].

Nervi brachiorum. Non potuit manuum dicere vel humerorum: sed quandoquidem media lata in arcu brachia dicuntur, opportune dixit *brachia.*

Benedictionem uberum & uteri. His verbis nobis significatur, quod benedictio de cælo est Spiritus descendens per Verbum in carnem. *Uberum* vero *& uteri*, Virginis notat benedictiones. *Patris tui & matris tuæ*, hoc designat benedictionem Patris quam accepimus in ecclesiam per Dominum nostrum Jesum Christum.

Genes. XLIX. 27. *Benjamin lupus rapax: mane comedet adhuc, & ad vesperam dat escam.*

C Omnino quadrat in Paullum Apostolum qui e tribu Benjamin fuit. Cum enim juvenis esset, lupus fuit rapax: postquam vero credidit, præbuit cibum. Declaratur nobis & hoc per gratiam Domini nostri Jesu Christi, quod tribus Benjamin in principatibus, hoc enim est *mane*, persequitur. Saul enim qui e tribu Benjamin fuit, Davidem figuram Christi gerentem est persecutus.

a Joan. I. 16. b Gen. XLVIII. 3. 4.

1. Πατρὸς καὶ μητρός] Grabius l. c. e schedis Vossianis Romæ descriptis, in hunc Geneseos locum Hippolyti commentariorum fragmentum profert, quod huc adferre operæ pretium fuerit. Sic autem Grabius: Ad ista verba, εὐλογίας πατρὸς καὶ μητρὸς, ita commentatur Hippolytus: Σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς ἥ τε ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς γέννησις τοῦ μονογενοῦς, καὶ διὰ τῆς ἁγίας παρθένου σημαίνεται, καθὸ νοεῖσθαι καὶ πέφυκεν ἄνθρωπος. υἱὸς γὰρ ὑπάρχων φυσικῶς τε καὶ ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δι' ἡμᾶς ἀνέτλη τὴν διὰ γυναικός τε καὶ μήτρας γέννησιν, καὶ μαστοὺς τεθήλακεν. Οὐ γέτοι κατά τινας δοκήσει γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς τοῦτο κατὰ ἀλήθειαν πέφυκεν ὅπερ ἐσμέν, αὐτοὶ τοῖς τῆς φύσεως ἑπόμενοι νόμοις, καὶ τροφῆς ἠνέσχησεν, καίτοι ζωὴν αὐτὸς τῷ κόσμῳ διδούς. „ Clare atque manifeste ea pariter quæ est ex Deo „ & Patre generatio Unigeniti, ac quæ per sanctam Virginem facta est, indicatur, juxta quam creditur & visus est homo. Filius enim Dei & Patris naturaliter ac „ vere exsistens, propter nos eam sustinuit quæ fuit per „ mulierem & uterum generationem, & ubera suxit. Neque enim, ut quibusdam videtur, putative fuit homo; „ sed idem vere apparuit quod nos sumus qui naturæ „ leges sequimur, & nutrimento usus est, quamvis ipse „ mundo vitam daret. “



S. HIPPOLYTI
EPISCOPI ET MARTYRIS
ALIA FRAGMENTA
EX COMMENTARIIS
In varios sacræ Scripturæ libros.

I.

In HEXAEMERON [1].

Apud S. JOANNEM DAMASCENUM *in* sacris Parallelis, *opp. tom.* II. *pag.* 787.

Τ8 ἁγίȣ Ιππολύτȣ Ρώμης. A S. HIPPOLYTI *episcopi Romæ*.

ΤΑῦτα δὲ κατ' ἀνάγκlω ἔχομεν διηγήσασθαι, ὅπως τὴν ὑπόνοιαν τὴν τῶν λοιπῶν ἀνέλωμεν. τινὲς γὰρ βȣ́λονται λέγειν, εἰς τὸν ȣ̓ρανὸν εἶναι τὸν παράδεισον, καὶ μὴ εἶναι ἐκ τῆς κτίσεως. ὁπότε τοίνυν ὁρῶνται οἱ ποταμοὶ ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἐκπορευόμενοι ἐξ αὐτȣ̃, ἐν οἷς καὶ σήμερόν ἐστι πάντας ἱστορεῖν τȣ̀ς θέλοντας, ἄρα λογιζέσθω πᾶς, ὅτι ȣ̓κ εἰς ȣ̓ρανὸν, ἀλλ' ὄντως ἐν τῇ κτίσει πεφύτευται. ἔστι δὲ καὶ τόπος τῆς ἀνατολῆς, καὶ χωρίον ἐκλογῆς.

Hæc porro nos oportuit edisserere, ut multorum suspicionem adimamus. Nonnulli siquidem dicere volunt, paradisum in cælo exsistere, nec esse ex rebus condiris. Quando itaque oculis nostris cernuntur fluvii qui ex ipso profluunt, quos omnes qui voluerint, etiamnum licet intueri: unusquisque igitur inferat, non in cælis, sed vere inter res creatas plantatum illum fuisse. Atqui locus etiam est orientis, ac prædium electionis.

I I.

In GENESIN.

Apud S. HIERONYMUM Epist. XXXVI. *ad* DAMASUM *num.* 18. *ex edit. Veron. opp. tom.* I. *pag.* 167. *seq.*

[2] Isaac portat imaginem Dei Patris. Rebecca Spiritus sancti. Esau populi prioris, & diaboli. Jacob ecclesiæ, sive Christi. Senuisse Isaac, consummationem orbis ostendit: oculis caligasse, fidem periisse de mundo, & religionis lumen ante eum neglectum esse significat. Quod filius major vocatur, acceptio legis est Judæorum. Quod escas ejus atque capturam diligit pater, homines sunt ab errore salvati, quos per doctrinam justus quisque venatur. Sermo Dei, benedictionis est repromissio, & spes regni futuri; in quo cum Christo sancti sunt regnaturi, & verum sabbatum celebraturi. Rebecca plena Spiritu sancto, sciens quid audisset antequam pareret [a], *quia major serviet minori*; magis autem forma Spiritus sancti, in Jacob ante [3] meditatur: loquitur ad filium minorem: [b] *Vade ad gregem, & accipe mihi duos hœdos*; præfigurans carneum Salvatoris adventum, in quo eos vel maxime liberaret, qui peccatis tenebantur obnoxii: siquidem in omnibus scripturis hœdi pro peccatoribus accipiuntur. Quod B autem *duos* jubetur afferre, duorum populorum significabatur assumtio: quod *teneros* & *bonos*, dociles & innocentes animæ [4]. Stola vel vestimentum Esau, fides & scripturæ sunt Hebræorum, quibus gentilium indutus est populus. Pelles quæ ejus brachiis circumdatæ sunt, peccata utriusque sunt plebis, quæ Christus in extensione manuum cruci secum pariter affixit. Quod Isaac quærit ab Jacob, [c] cur tam cito venerit [5], admiratur celerem credentium fidem. Quod cibi delectabiles offeruntur, hostia placens Deo, salus est peccatorum. Post esum sequitur benedictio, & ejus odore perfruitur; virtutem resurrectionis & regni, aperta voce pronuntians: quomodo etiam, adorent eum fratres sui & serviant ei, cre- C dentes ex Israel. Quia igitur iniquitas est inimica justitiæ, Esau in discordiam concitatur, & necem fraudulentus excogitat dicens in corde suo: [d] *Appropinquent* [6] *dies passionis patris mei, & occidam Jacob fratrem meum*. Diabolus fratricidas Judæos in Cain ante præmeditans, in Esau manifestissime confitetur, tem-

a Gen. XXV. 23. *b* Gen. XXVII. 9. *c* Ibid. 20. *d* Ibid. 41.

1. Eis τlω ἑξαήμερον scripsisse sanctus Hippolytus traditur ab Eusebio *Hist. eccl.* lib. VI. cap. XXII. atque inde ab Hieronymo, Syncello, Honorio, Freculfo aliisque junioribus. Sed non omittendus locus ejusdem Hieronymi ex Epistola XLI. al. LXV. ad Pammachium & Oceanum: *Nuper*, inquit, *sanctus Ambrosius sic Hexaemeron Origenis compilavit, ut magis* HIPPOLYTI *sententias Basiliique sequeretur*. FABRIC.

2. Iis quæ refert sanctus Doctor, ex Hippolyti commentario in Genesin descripta, ista præmittit: *Quoniam autem polliciti sumus & de eo* (Isaaco & Rebecca *Gen.* XXVII.) *quid significaret in figura, adjungere;* HIPPOLYTI *martyris verba ponamus, a quo & Victorinus noster non plurimum discre-* D *pat: non quod omnia plenius exsecutus sit, sed quod possit occasionem præbere lectori ad intelligentiam latiorem*.


3. Quidam mss. *meditatur & loquitur*. VALLARS.

4. Subaudi *significantur:* nec enim placet quod habent veteres editi, *dociles & innocentes animæ significat*. Proxime vero *vel vestimentum*, ex iisdem editis, Vaticano aliisque nonnullis mss. reposuimus. ID.

5. Duo mss. *admiratur, ut loquatur* cet. Antea erat, *admirabatur*. ID.

6. Victorius *adpropinquant* immutavit contra mss. fidem. Deinde duo vetera exemplaria, *dies mortis:* quam tamen infra lectionem haud servant. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



pus quoque interfectionis ostendens: *Appropinquent*, inquit, *dies passionis patris ut interficiam fratrem meum*. Quapropter Rebecca, id est, patientia, nuntiavit viro fratris insidias; qui vocato Jacob, præcepit ei, ut in Mesopotamiam pergeret, & inde A acciperet uxorem de genere Laban Syri fratris matris suæ. Quomodo itaque fratris dolos fugiens, Mesopotamiam tendit Jacob; ita & Christus Judæorum incredulitate compulsus, proficiscitur in Galilæam; inde sibi ex gentibus sponsam sumturus Ecclesiam [1].

III.

In NUMEROS.

Apud LEONTIUM BYZANT. *lib.* I. contra Nestorium & Eutychen. *Græce quidem ex ms. biblioth. Bodleianæ inter codices Laudianos A.* 33. *Latine vero e biblioth. Patrum edit. Lugdun. tom.* IX. *pag.* 628.

Τῦ ἁγίυ Ιππολύτυ ἐπισκόπυ ϗ̀ μάρτυρος, ἐκ τῶν εὐλογιῶν τῦ Αβραάμ [2]. B

Ινα δὲ δειχθῇ τὸ σιωαμφότερον ἔχων ἐν ἑαυτῷ, τήν τε τῦ Θεῦ ὐσίαν ϗ̀ τὴν ἐξ ἀνθρώπων, ὡς ϗαὶ ὁ ἀπόςολος λέγει· μεσίτης Θεῦ ϗ̀ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριςὸς Ιησῦς· ὁ δὲ μεσίτης [3] ἀνθρώπυ ὐ γίνεται, ἀλλὰ δύο· ἔδει ὖν τὸν Χριςὸν Θεῦ ϗ̀ ἀνθρώπων μεσίτlω γενόμενον, παρ᾽ ἀμφοτέρων ἀῤῥαβῶνά τινα εἰληφέναι, ἵνα φανῇ δύο προσώπων μεσίτης.

S. HIPPOLYTI *episcopi & martyris, ex benedictionibus Abrahami.*

Ut autem demonstraretur utramque in se habere substantiam; Dei nimirum & hominum, sicut Apostolus ait: [a] *Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus*: [b] *mediator autem unius* hominis *non est*, sed duorum: oportebat ergo, ut Christus Dei & hominum mediator factus, ab utrisque arrham quamdam acciperet, ut appareret duarum naturarum mediator.

IV.

In PSALMOS [4].

E ms. Cl. V. Thomæ Galei.

Ιππολύτυ ἐπισκόπυ Ρώμης, ὑπόθεσις [5] διηγήσεως εἰς τὺς Ψαλμύς. C

Η βίβλ☉ τῶν ψαλμῶν καινὴν διδασκαλίαν περιέχει κατὰ τὴν Μωϋσέως νομοθεσίαν. καὶ ὅτι δεύτερα μετὰ τὴν Μωϋσέως γραφὴν διδασκαλικὴ βίβλος τυγχάνει. μετὰ γοῦν τὴν Μωϋσέως ϗ̀ Ιησῦ τελευτὴν ϗ̀ μετὰ τὺς Κριτὰς, Δαβὶδ γενόμενος, ὡσανεὶ τοῦ Σωτῆρος αὐτὸς χρηματίσαι πατὴρ καταξιωθεὶς, καινὸν τρόπον τὸν τῆς Ψαλμῳδίας πρῶτος ἑβραίοις παρέδωκε, δι᾽ ἧς ἀναιρεῖ μὲν τὰ παρὰ τῷ Μωϋσῇ περὶ θυσιῶν νενομοθετημένα, καινὸν δὲ τὸν ὕμνον καὶ ἀλαλαγμοῦ τρόπον τῆς τοῦ Θεοῦ λατρείας εἰσάγει, ϗ̀ ἄλλα δὲ πλεῖςα τὸν Μωϋσέως νόμον ὑπερβεβηκότα, δι᾽ ὅλης αὐτοῦ τῆς πραγματείας διδάσκει.

S. HIPPOLYTI *Episcopi Romæ, argumentum enarrationi in Psalmos præmissum.*

Liber Psalmorum novam doctrinam continet post Legem Moysis. Alter enim hic post Moysis scripturam doctrinalis liber est. Post Moysis igitur & Josuæ obitum & post Judices, David exstitit, qui dignus habitus ut Salvatoris etiam ipse pater appellaretur, novam rationem Hymnorum concinendorum primus tradidit, per quam sustulit quæ a Moyse sancita lege erant de sacrificiis, & novum Hymnum atque modum jubilo colendi Deum introduxit, aliaque plurima Legem Moysis supergredientia, in tota sua tractatione D docuit.

V.

In Psalm. II.

Apud THEODORITUM *Dial.* II. *qui* Ασύγχυτος *inscribitur, pag.* 89.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἑρμlωείας τοῦ β′ ψαλμοῦ.

Οὗτος [6] ὁ προελθὼν εἰς τὸν κόσμον, Θεὸς ϗ̀ ἄνθρωπος ἐφανερώθη. ϗ̀ τὸν μὲν ἄνθρωπον αὐτῦ εὐκόλως ἐςὶ νοεῖν, ὅτε πεινᾷ, ϗαὶ κοπιᾷ, ϗ̀ κάμνων δι-

EJUSDEM *ex interpretatione secundi Psalmi.*

Hic veniens in mundum Deus & homo manifestatus est. Et hominem quidem facile est agnoscere, quando esurit & defatigatur, & fatigatus

a I. Tim. II. 5. b Gal. III. 20.

1. Hujusmodi fragmentum Hippolyti claudit sanctus Doctor his verbis: *Hæc supradictus vir*.

2. Τῦ Αβραάμ] In Latina versione, *ex benedictionibus Balaam*. Et sic sane Græce quoque legendum videtur. Neque enim demum in sacris litteris Abrahami benedictiones occurrunt: Balaami quidem enarrantur *Num.* XXIII. & XXIV. Unde puto codicis Bodleiani exscriptorem errasse. Grabius enimvero in Annotatis ad Bulli *Defens. fid. Nic.* pag. 104. qui in se receperat idem fragmentum ex illo codice Græce editurum in Spicilegio Patrum sæculi III. *Balaami*, non *Abrahami* legisse comperitur.


3. Ανθρώπυ] Vox importuna tum Apostoli textui, tum E ecclesiastici scriptoris sententiæ, ut quidem videtur. Neque enim agitur de *duorum* hominum, sed de *Dei & hominum* mediatore.

4. Ita laterculus marmoreus scriptorum S. Hippolyti; Hieronymus, & ex eo Honorius ac Freculfus: *de Psalmis*. Nicephorus, περὶ Ψαλμῶν. FABRIC.

5. Υπόθεσις] Hunc locum, sed minus integrum minusque emendatum, produxit Stephanus le Moyne in notis ad *Varia sacra* pag. 977. itidem Alexander Morus in notis ad Nov. Test. *Heb.* X. 5. ID.

6. Οὗτ☉ ὁ προελθὼν] Eadem ferme leguntur in scripto *contra Noetum*, cap. XVIII. ID.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
226.



A ψῆ, καὶ δειλιῶν φεύγει, καὶ προσευχόμενος λυπεῖται, καὶ ἐπὶ προσκεφαλαίου καθεύδει, καὶ ποτήριον πάθους παραιτεῖται, καὶ ἀγωνιῶν ἱδροῖ, καὶ ὑπ' ἀγγέλου δυναμοῦται, καὶ ὑπὸ Ἰούδα παραδίδοται, καὶ ἀτιμάζεται ὑπὸ Καϊάφα, καὶ ἀπὸ Ἡρώδου ἐξουθενεῖται, μαστίζεταί τε ὑπὸ Πιλάτου, καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν παίζεται, καὶ ὑπὸ Ἰουδαίων ξύλῳ προσπήγνυται, καὶ πρὸς πατέρα βοῶν παρατίθεται τὸ πνεῦμα, καὶ κλίνων κεφαλὴν ἐκπνεῖ, καὶ πλευρὰν λόγχῃ νύσσεται, καὶ σίνδονι ἑλισσόμενος ἐν μνημείῳ τίθεται, καὶ τριήμερος ὑπὸ πατρὸς ἀνίσταται. τὸ δὲ θεϊκὸν αὐτοῦ πάλιν φανερῶς ἐστιν ἰδεῖν, ὅτε ὑπ' ἀγγέλων προσκυνεῖται, καὶ θεωρεῖται ὑπὸ ποιμένων, καὶ προσδοκᾶται ὑπὸ Συμεὼν, καὶ ὑπὸ Ἄννης μαρτυρεῖται, καὶ ζητεῖται ὑπὸ μάγων, καὶ σημαίνεται δι' ἀστέρος, καὶ ὕδωρ B ἐν γάμοις οἶνον ἀπεργάζεται, καὶ θαλάττῃ ὑπὸ βίας ἀνέμων κινουμένῃ ἐπιτιμᾷ, καὶ ἐπὶ θαλάσσης περιπατεῖ, καὶ τυφλὸν ἐκ γενετῆς ὁρᾷν ποιεῖ, καὶ νεκρὸν Λάζαρον τετραήμερον ἀνιστᾷ, καὶ ποικίλας δυνάμεις τελεῖ, καὶ ἁμαρτίας ἀφίησι, καὶ ἐξουσίαν δίδωσι μαθηταῖς.

sitit, & metuens fugit, & orans tristitia afficitur, & in cervicali dormit, & calicem passionis deprecatur, & in angore sudat, & ab angelo confirmatur, & a Juda traditur, & contumelia afficitur a Caipha, & ab Herode despicitur, & a Pilato flagellatur, & a militibus deridetur, & a Judæis ligno affigitur, & ad Patrem clamans spiritum commendat, & inclinans caput exspirat, & lancea latus confoditur, & sindone involutus in monumento ponitur, & tertio die a Patre suscitatur: Divinam vero ipsius naturam aperte rursus videre est, quando ab angelis adoratur, & a pastoribus spectatur, & exspectatur a Symeone, & Annæ testimonio ornatur, & quæritur a Magis, & indicatur a stella, & ex aqua in nuptiis vinum facit, & mare vi ventorum agitatum increpat, & super mare ambulat, & cæco a nativitate visum largitur, & Lazarum quatriduanum resuscitat, & varias virtutes perficit, & peccata remittit, & potestatem remittendi dat discipulis.

VI.

In Psalm. XXIII.

Apud eumdem THEODORITUM, *ibid.*

C

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὸν κγ'. ψαλμόν.

Ἔρχεται ἐπὶ τὰς οὐρανίας πύλας, ἄγγελοι αὐτῷ συνοδεύουσι, καὶ κεκλεισμέναι εἰσὶν αἱ πύλαι τῶν οὐρανῶν. οὐδέπω γὰρ ἀναβέβηκεν εἰς οὐρανούς. πρῶτος νῦν φαίνεται ταῖς δυνάμεσι ταῖς οὐρανίαις σὰρξ ἀναβαίνουσα. λέγεται οὖν ταῖς δυνάμεσιν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων τῶν προτρεχόντων τὸν σωτῆρα, καὶ κύριον· ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

EJUSDEM, *ex enarratione Psalmi tertii & vicesimi.*

Venit ad cælestes portas; angeli eum comitantur, & clausæ sunt portæ cælorum. Nondum enim in cælos ascendit. Nunc primum a potestatibus cælestibus cernitur caro ascendens. Dicitur ergo potestatibus ab angelis, qui Salvatorem & Dominum præcurrunt: [a] *Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.*

VII.

In PROVERBIA.

Ex CATENA GRÆCORUM PATRUM *in* Proverb. I. *Latine edita ex Theodori Peltani versione, Antuerpiæ* 1614. 8.

HIPPOLYTUS. *Paroemiæ* sunt sermones exhortatorii ad omnem vitæ viam recte instituendam commodi: siquidem iis qui mentis affectu recta ad Deum D tendunt, iter ostendunt. Habent se enim instar viarum indicum, qui itineris molestia & longitudine defatigatos recreant nonnihil & refocillant.

Salomonis.


HIPPOL. Sunt autem Proverbia hæc non vulgaris cujuspiam hominis, sed *Salomonis*: quod nomen si Latine interpreteris, *Pacificum* sonat; recteque convenit in CHRISTUM nostrum Servatorem; sicut universa quoque doctrina quæ a Salomone heic traditur, CHRISTI doctrinæ per omnia est consentanea.

Filii David.

HIPPOL. Non suum tantum nomen libri hujus auctor prodit, sed suum quoque ortum & officium: facit id autem, ne quis cognati nominis homonymia nobis imponat. Tum etiam quo docentis auctoritas, singularisque ejusdem dignitas, doctrinam hanc commendatiorem reddat, debitamque adeo attentionem ab auditore impetret. Sunt enim Proverbia hæc non cujusvis promiscue, sed illius Salomonis ad quem Dominus aliquando ajebat: E [b] *Ecce, dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, neque post te surrecturus sit.* Et quæ alibi de illo scripta exstant. Erat autem hic *Salomon* apprime sapiens, nempe sapientis Davidis genus sortitus, & jam inde ab infantia in sacrarum litterarum sapientia diligenter institutus: neque forte ad imperium accitus, aut vi in illud intrusus, sed certo Spiritus sancti indicio divinoque decreto ad regnum evectus.

a Psal. XXIII. 7. b III. Reg. III. 12.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



HIPPOL. Ut ille qui Dei sapientia præditus est, scientiam & lucem ab illo accipit, per quem sermonum mysteria intelligit: ita qui veram illam cælestemque sapientiam semel perceperunt, haud magna difficultate dicta illius capiunt. Ob id ergo: [a] A *Ad suscipiendum sermonum flexus & inversiones.* Quæ enim a Spiritu sancto ex obliquo, & quasi præpostero ordine prolata sunt, ea ab illis qui cor fidum beneque erga Deum affectum gerunt, facile intelliguntur.

Abscondamus in terram virum justum injuste. Prov. I. 11.

HIPPOL. In terra illos abdunt, & quasi defodiunt, quos ut terrena sapiant edocuerunt, suisque incitamentis impulerunt. *Virum* autem *justum* illum intelligas, qui cælestem adeptus est prudentiam. Possunt hæc quoque ad Christum & Judæorum populum referri.

VIII.

[1] Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου πάπα Ῥώμης εἰς τό· Σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον.

Χριστός, φησιν, ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς Σοφία καὶ δύναμις ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, τὴν ἐκ παρθένου σάρκωσιν, καθὼς προείρηκεν· ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. ὡς μαρτυρεῖ καὶ ὁ σοφὸς προφήτης· [2] ἡ πρὸ τοῦ αἰῶνος, φησὶ, καὶ παρεκτικὴ ζωῆς, ἡ ἄπειρος Σοφία τοῦ Θεοῦ ᾠκοδόμησε τὸν οἶκον ἑαυτῇ ἐξ ἀπειράνδρου μητρὸς, ναὸν γοῦν σωματικῶς περιθέμενος. καὶ [3] ὑπήρησε στύλους ἑπτά· τὴν τοῦ πανάγιου πνεύματος εὐωδίαν, ὥς φησιν Ἡσαΐας· καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ. ἄλλοι δὲ λέγουσιν εἶναι στύλους ἑπτὰ, τὰ ἑπτὰ θεῖα τάγματα τὰ διὰ τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ καὶ θεοπνεύστου διδασκαλίας τὴν κτίσιν βαστάζοντα, ἤγουν τοὺς προφήτας, τοὺς ἀποστόλους, τοὺς μάρτυρας, τοὺς ἱεράρχας, τοὺς ἀσκητὰς, τοὺς ὁσίους καὶ τοὺς δικαίους. τὸ δὲ ἔσφαξε τὰ ἑαυτῆς θύματα, τοὺς προφήτας φησὶ καὶ μάρτυρας, τοὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν καθ' ἑκάστην ὑπὸ τῶν ἀπίστων ὥσπερ ἄρνας ἀναιρουμένους ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ βοῶντας· ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν· ἐλογίσθημεν ὡς πρόβατα σφαγῆς. καὶ ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον, εἰς τὴν παρθένον τὴν ἑαυτοῦ θεότητα ἑνώσας τῇ σαρκὶ ὡς οἶνον ἄκρατον, ὁ Σωτὴρ ἐγεννήθη ἐξ αὐτῆς ἀσυγχύτως Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. καὶ ἡτοιμάσατο τὴν ἑαυτῆς τράπεζαν, τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἁγίας Τριάδος καταπαγγελλομένην· καὶ τὸ τίμιον καὶ ἄχραντον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα, ἅπερ ἐν τῇ μυστικῇ καὶ θείᾳ τραπέζῃ καθ' ἑκάστην ἐπιτελοῦνται θυόμενα εἰς ἀνάμνησιν τῆς ἀειμνήστου καὶ πρώτης ἐκείνης τραπέζης τοῦ μυστικοῦ θείου δείπνου. τὸ δὲ ἀπέστειλε τοὺς ἑαυτῆς δούλους, ἡ Σοφία, ὁ Χριστὸς δηλονότι συγκαλοῦσα μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος. ὅς ἐστιν ἄφρων, ἐκκλινάτω πρός με, φάσκουσα, τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους πρόδηλον, τοὺς εἰς τὸν σύμπαντα κόσμον διαδραμόντας καὶ προσκαλέσαντας τὰ ἔθνη εἰς τὴν ἐκείνου ἐπίγνωσιν ἀληθῶς τῷ ὑψηλῷ καὶ θείῳ τούτων κηρύγματι. Τὸ δὲ καὶ τοῖς ἐνδεέσι φρενῶν εἶπε, τοῖς μήπω κεκτημένοις τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος δύναμιν δηλονότι· ἔλθετε, φάγετε τὸν ἐμὸν ἄρτον, καὶ πίετε οἶνον ὃν κέκρακα ὑμῖν, τὴν θείαν αὐτοῦ σάρκα καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ αἷμα δέδωκεν ἡμῖν, φησιν, ἐσθίειν καὶ πίνειν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν.

B S. HIPPOLYTI papæ Romæ, in illud Prov. IX. 1. *Sapientia ædificavit sibi domum.*

Christus, inquit, Dei & Patris Sapientia & Virtus, ædificavit sibi domum, carnem ex Virgine, ut prædixerat: [b] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.* Hoc idem sapientissimus testatur Propheta: Quæ ante sæcula fuit, inquit, & præbet omnibus vitam, infinita Dei *sapientia ædificavit sibi domum*, ex matre virum haud experta, templum corporaliter induens. *Et extulit columnas septem*, sacrosancti Spiritus dona fragrantissima, sicut ait Esaias: [c] *Et requiescent super eum septem spiritus Dei.* Alii septem columnas dicunt esse septem divinos ordines; C quibus per sanctam atque inspiratam divinitus ejus doctrinam creatura sustentatur; hoc est Prophetas, Apostolos, Martyres, Hierarchas sive sacerdotes, ascetas, sanctos, justosque. Illud vero, *immolavit victimas suas*, Prophetas denotat & Martyres qui in nulla non civitate & regione ab infidelibus ovium instar mactantur quotidie pro veritate, & clamant: [d] *Propter te morte afficimur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis.* Et *miscuit* in poculo suo *vinum*, in Virgine divinitatem suam uniens cum carne tamquam vinum merum ac purissimum, Salvator ex ea natus est sine confusione Deus & homo. *Et paravit mensam suam*, D promissam sanctæ Trinitatis cognitionem, nec non venerandum sanctumque ejus corpus ac sanguinem, quæ in arcana & divina mensa quotidie perficiuntur & sacrificantur, in memoriam numquam non recolendæ memoria & primæ illius divinæ & arcanæ divinæ Cœnæ. Illud porro, *misit servos suos* Sapientia, Christus nimirum, convocans alta præconii voce: *Si quis est*, inquit, *insipiens veniat ad me*, sanctos utique misit Apostolos universum permeantes mundum, qui gentes ad ipsius agnitionem vocarent vere sublimi ac divina illorum prædicatione. Insipientes vero appellat eos qui sancti Spiritus virtutem nondum sunt assecuti: *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis:* E divinam ipsius carnem, ac venerabilem ejus sanguinem, inquit, dedit nobis edendum bibendumque in remissionem peccatorum.


a Prov. I. 3. *b* Joan. I. 14. *c* Isa. XI. 2. *d* Psal. XLIII. 22.

1. Græce descripsit fragmentum istud e codice Taurinensi 82. excerpta varia veterum scriptorum complectente, V. C. Matthæus Pfaffius. FABRIC.

2. Ο σόφος προφήτης] Salomon, cujus deinceps verba interpretatur. ID.

3. Υπήρησε] Al. ὑπήρεισε, excidit. ID.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
226.



IX.

In CANTICUM CANTICORUM. [1]

Apud ANASTASIUM SINAITAM, Quæst. XLI. *pag.* 320.

Ἱππολύτου, ἐκ τοῦ εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. A

Καὶ ποῦ πᾶσα ἡ πλουσία αὕτη γνῶσις; ποῦ δὲ τὰ μυστήρια ταῦτα; καὶ ποῦ αἱ βίβλοι; ἀναφέρονται γὰρ μόναι αἱ παροιμίαι, καὶ ἡ σοφία, καὶ ὁ ἐκκλησιαστὴς, καὶ τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. τί οὖν; ψεύδεται ἡ γραφή; μὴ γένοιτο· ἀλλὰ πολλὴ μέν τις ὕλη γέγονε τῶν γραμμάτων, ὡς δηλοῖ τὸ λέγειν ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. σημαίνει γὰρ ὅτι, ἅπερ εἶχον αἱ πεντακισχίλιαι ᾠδαὶ ἐν τῷ ἑνὶ διηγήσατο· ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Εζεκίου τὰ μὲν τῶν βιβλίων ἐξελέχθησαν, τὰ δὲ περιώφθησαν. ὅθεν φησὶν ἡ γραφή· αὗται αἱ παροιμίαι Σολομῶντος αἱ ἀδιάκριτοι, ἃς ἐγράψαντο οἱ φίλοι Εζεκίου τοῦ βασιλέως· πόθεν δὲ ἐξελέξαντο, ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν βιβλίων τῶν ἐγκειμένων ἐν αἷς λέγει ταῖς B τρισχιλίαις παραβολαῖς καὶ πεντακισχιλίαις ᾠδαῖς; ἐξ αὐτῶν οὖν τούτων οἱ φίλοι Εζεκίου σοφοὶ ὑπάρχοντες ἐξελέξαντο τὰ πρὸς οἰκοδομὴν τῆς ἐκκλησίας. τάς τε [2] βίβλους τοῦ Σολομῶντος τὰς περὶ τῶν παραβολῶν καὶ ᾠδῶν, ἐν αἷς περὶ φυτῶν καὶ παντοίων ζώων φυσιολογίας, χερσαίων, πετεινῶν τε καὶ νηκτῶν, καὶ ἰαμάτων πάθους, πάντως γραφείσας αὐτῷ ἀφανεῖς ἐποίησεν Εζεκίας [3] διὰ τὸ τὰς θεραπείας τῶν νοσημάτων ἔνθεν κομίζεσθαι τὸν λαὸν, καὶ περιορᾷν αὐτῶν παρὰ Θεῷ τὰς ἰάσεις.

HIPPOLYTI *in Canticum Canticorum*.

Et ubinam est copiosissima illa scientia? ubi illa mysteria? & ubi libri? exstant enim sola Proverbia, & Sapientia & Ecclesiastes & Canticum Canticorum. Quid ergo? falsumne dicit Scriptura? absit. Sed fuit quidem magna eorum quæ scripsit, materia & diversitas; idque ostendit dicendo *Canticum Canticorum*: significat enim se id quod continebatur [a] ter mille odis seu canticis, hoc uno comprehendisse. In diebus autem Ezechiæ alii quidem libri fuerunt electi, alii vero neglecti. Unde dicit scriptura: [b] *Hæc sunt Proverbia Salomonis discreta, quæ scripserunt amici Ezechiæ regis*. Unde autem selegerunt nisi ex libris qui inerant in ter mille proverbiis & quinquies mille odis seu Canticis? Ex ipsis igitur sapientes amici Ezechiæ elegerunt ea quæ pertinebant ad ædificationem Ecclesiæ. Libros vero Salomonis Parabolarum & Canticorum, in quibus scripserat de plantarum & omnis generis animalium natura, terrestrium, volatilium, natatilium, & de morbis sanandis, Ezechias abolevit; quod populus exinde peteret medelas morborum, eorumque sanationem a Deo petere negligeret.

X.

In ISAIAM.

Ex Codice bibliothecæ Coislinianæ, *num.* CXCIII. *fol.* 36.

Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης, περὶ Εζεκίου. C

Ετι [4] μαλακισθέντος τοῦ Εζεκίου τοῦ βασιλέως τῆς Ιουδαίας, καὶ κλαύσαντος, ἦλθεν ἄγγελος καὶ εἶπεν αὐτῷ· εἶδον τὰ δάκρυά σου, καὶ ἤκουσα τῆς φωνῆς σου. ἰδοὺ προστίθημι εἰς τὸν χρόνον σου ἔτη ιέ. τοῦτο δέ σοι τὸ σημεῖον παρὰ Κυρίου· ἰδοὺ στρέφω τὴν σκιὰν τῶν ἀναβαθμῶν τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, οὓς κατέβη ὁ ἥλιος, τοὺς [5] δέκα ἀναβαθμοὺς, οὓς κατέβη ἡ σκιὰ, ὥστε γενέσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν λβ'. τοῦ γὰρ ἡλίου δραμόντος ἐπὶ τὴν δεκάτην ὥραν, πάλιν ἀνεπόδισε. καὶ πάλιν ἡνίκα Ιησοῦς ὁ τοῦ Ναυὴ ἐπολέμει τοὺς Αμοῤῥαίους, τοῦ ἡλίου ἤδη εἰς δυσμὰς κλίνοντος, καὶ τοῦ πολέμου ἀθρόως ἐπικειμένου, ἀλαβηθεὶς Ιησοῦς, μήποτε νυκτὸς ἐπιγενομένης διαφύγωσιν οἱ ἀλλόφυλοι, ἐβόησε D λέγων· στήτω ὁ ἥλιος κατὰ Γαβαὼν, καὶ ἡ σελήνη κατὰ φάραγγα Ελών· ἕως ἂν ἐκπολεμήσω τὸν λαὸν τοῦτον. καὶ ἔστη ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη ἐν τῇ στάσει αὐτῶν, ὥστε γενέσθαι τὴν ἡμέραν ἐκείνην ὡρῶν κδ'. καὶ ἀνέστρεψεν ἐπὶ Εζεκίου σὺν τῷ ἡλίῳ, καὶ σελήνη εἰς τοὐπίσω· ἵνα μὴ ἡ σύγκρουσις τῶν δύο στοιχείων γένηται ἀτάκτως ἀλλήλων ἐπιφερομένων. καὶ καταπλαγεὶς τότε Μαροδαχῶν ὁ Χαλδαῖος ὁ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, διὰ τὸ τὴν ἀστρολογικὴν τέχνην ἀσκεῖν, καὶ τὸν τούτων δρό-

HIPPOLYTI *episcopi Romæ, de Ezechia*.

Adhuc ægrotante Ezechia rege Judææ & flente, accessit Angelus & dixit ad eum: [c] *Vidi lacrymas tuas & audivi vocem tuam. Ecce addo ætati tuæ annos quindecim. Hoc vero tibi signum esto a Domino. Ecce converto umbram graduum domus patris tui quos descendit sol, decem gradus quos descendit umbra*, ut dies ista fiat horarum XXXII. Sol enim cum jam ad decimam horam decucurrisset, iterum reversus est. Itidem ut cum Jesus Nave belligeraret adversus Amoræos, sole jam ad occasum vergente, & bello confertim incumbente, veritus Josue ne per noctem ingruentem alienigenæ effugerent, exclamavit: [d] *Stet sol in Gabaon, & luna in valle Elon*, donec populum hunc debellavero. *Et stetit sol ac luna in statione sua*, ut esset dies illa horarum XXIV. Atque sub Ezechia etiam cum sole recessit luna, ne duo elementa cæli inordinate invicem congredientes colliderentur. Et perculsus tunc Marodachon Chaldæus rex Babylonis, quod astrologicam artem colebat astrorumque cursum accurate metiebatur, caussa cognita epistolam &

a III. Reg. IV. 32. *b* Prov. XXVI. 1. sec. LXX. *c* Isa. XXXVIII. 5. 7. 8. *d* Jos. X. 12.


1. Eusebius, εἰς τὸ ᾆσμα. S. Hieronymus, *in Canticum Canticorum*. Syncellus, εἰς τὰ ᾄσματα. Nicephorus, εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων. FABRIC.

2. Τάς τε βίβλ.] Quæ sequuntur, e codice ms. bibliothecæ Cæsar. edidit Lambecius lib. VIII. pag. 390. ID.

3. Διὰ τὸ κ. τ. λ.] Eadem referunt Suidas in E[illegible]. Syncellus & alii, ut dixi in *Codice pseudepigrapho V*[illegible] pag. 1043. seq. ID.

4. Μαλακισθέντος] In B[illegible] C[illegible] edita a cl. Montfauconio, citatur fragmentum illud pag. 245. ubi tamen mendose excusum μακαρισθέντος: atque idem error in Hippolytum Fabricianum irrepsit tom. I. pag. 271.

5. Τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς κ. τ. λ.] Hæc recitat Michael Glycas in Anal. part. II. pag. 194.



μον ἀκριβῶς καταμετρεῖν, μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἔπεμψεν ἐπιστολὴν καὶ δῶρα τῷ Ἐζεκίᾳ, ὃν τρόπον ἐποίησαν καὶ οἱ μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν πρὸς Χριστόν.

A dona misit ad Ezechiam; quem in modum Christo fecere etiam ex oriente Magi.

X I.

In DANIELEM.

Apud ANASTASIUM SINAITAM, Quæst. XLVIII. *pag.* 327.

Ἱππολύτου εἰς τὸν Δανιὴλ [1].

Τῶν γὰρ σιδηρῶν κνημῶν τῶν νῦν ἐπικρατουσῶν ἐπὶ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν, καὶ τοὺς δακτύλους χωρησάντων, κατὰ τὴν τοῦ φοβεροῦ θηρίου δεῖξιν, καθὼς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν καιροῖς σεσήμανται, ἥξει ἀπ᾽ οὐρανῶν ὁ λίθος ὁ πατάξας τὴν εἰκόνα, καὶ συντρίψας αὐτὴν, καὶ μεταστήσει πάσας τὰς βασιλείας, καὶ δώσει τὴν βασιλείαν ἁγίοις ὑψίστου. οὗτος ὁ γεννηθεὶς ὄρος μέγα, καὶ πληρώσας τὴν γῆν, περὶ οὗ εἴρηται· ἐθεώρουν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος ὡς υἱὸς ἀνθρώπου· καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία· καὶ πάντες λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι δουλεύσουσιν αὐτῷ· ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται.

HIPPOLYTI *in Danielem*.

Quum enim tibiæ ferreæ quæ nunc dominatum obtinent, ad vestigia pedum & digitos processerint, congruenter terribilis bestiæ ostensioni, sicut est significa-B tum prioribus temporibus, e cælis veniet lapis, qui, percussa statua & contrita, transferet omnia regna, & dabit regnum Sanctis Altissimi. Hic est qui factus est mons magnus, & implevit terram, de quo dictum est: [a] *Contemplabar in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli veniens tamquam filius hominis, & usque ad antiquum dierum pervenit; & ei datus est principatus & honor & regnum: & omnes populi, tribus & linguæ servient ipsi: potestas ejus, potestas æterna quæ non transibit, & regnum ejus non interibit.*

X I I.

In CANTICUM TRIUM PUERORUM.

Ex Catena Patrum in Psalmos & Cantica sacræ Scripturæ *tom.* **III.** *edit.* Corderianæ *pag.* 951. *ad* ℣. 87.

Εὐλογεῖτε Ἀνανία, Ἀζαρία, Μισαὴλ τὸν κύριον· εὐλογεῖτε ἀπόστολοι, προφῆται καὶ μάρτυρες κυρίου τὸν κύριον, ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

C *Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino: benedicite Apostoli, Prophetæ & Martyres Domini Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.*

ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΡΩΜΗΣ.

Θαυμάσαι δέ ἐστιν, ἀγαπητοὶ, τὰ ὑπὸ τῶν τριῶν παίδων ἐν τῇ καμίνῳ λεγόμενα· πῶς οὐδὲν παρέλιπον τῶν ἐκτισμένων, ἵνα μὴ ὡς ἐλεύθερον αὐτεξούσιον νομισθῇ· ἀλλὰ πάντα συμπεριλαβόντες καὶ ὀνομάσαντες τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ ἐπίγεια καὶ τὰ καταχθόνια, πάντα δοῦλα ἔδειξαν εἶναι τοῦ Θεοῦ τοῦ πάντα διὰ τοῦ λόγου κτίσαντος, ἵνα μή τις καυχήσεται ὡς ἀγέννητόν τι καὶ ἄναρχον εἴη τῶν κτισμάτων.


HIPPOLYTI episcopi Romani.

Admiranda sunt, o dilecti, quæ a tribus pueris in camino dicta sunt: quomodo nihil ex rebus creatis prætererierunt, ut nempe nihil quasi liberum vel sui juris esse putaretur: sed quum omnia comprehendissent ac nominassent, cælestia, terrestria & subterranea; omnia Deo subjecta esse ostenderunt, ut qui omnia verbo creaverit: ne quis ullam creaturam vel increatam vel sine principio esse gloriaretur.

[a] Dan. VII. 13. 14.

1. Εἰς τὸν Δανιὴλ] Meminere Hippolyti ἑρμηνείας in Danielem, Hieronymus cap. LXI. *de vir. illustr.* Photius codd. CCII. & CCLXI. Oecumenius proœmio in Apocalypsin, edito in bibl. Coisliniana pag. 278. Suidas in Ἱππόλυτος, aliique. FABRIC. ---- Vide infra inter *Homiliarum fragmenta* §. IX.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
226.



ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΛΟΓΟΣ ΕΙΣ ΤΑ ΑΓΙΑ ΘΕΟΦΑΝΕΙΑ.

HIPPOLYTI

EPISCOPI ET MARTYRIS.

SERMO IN SANCTA THEOPHANIA.

ΠΑντα μὲν καλὰ, καὶ καλὰ λίαν τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν δημιουργήματα, ὅσα τε ὀφθαλμὸς ὁρᾷ, καὶ ὅσα ψυχὴ διανοεῖται· ὅσα τε λόγος ἑρμηνεύει, καὶ ὅσα χεὶρ περιστρέφει· ὅσα ἡ διάνοια περιέχει, καὶ ὅσα ἡ ἀνθρωπότης καταλαμβάνει. τί γὰρ τοῦ οὐρανίου δίσκου πολυμορφώτερον κάλλος; τί δὲ τοῦ ἐπιγείου χωρίου πολυανθέστερον εἶδος; τί δὲ τοῦ ἡλιακοῦ ἅρματος ὀξυπκώτερον εἰς δρόμον; τί δὲ τοῦ σεληνιακοῦ στοιχείου χαριέστερον ζεῦγος; τί δὲ τοῦ πολυπηγήτου τῶν ἄστρων μουσείου, ἀξιαγαστότερον ἔργον; τί δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἀνέμων πλουσιώτερον εἰς πρόσοδον; τί δὲ τοῦ ἡμερινοῦ φωτὸς ἀκηλιδώτερον ἔσοπτρον; τί δὲ τοῦ ἀνθρώπου ἐντιμότερον ζῶον; πάντα μὲν οὖν καλὰ λίαν τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν δημιουργήματα. τί δὲ καὶ τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως ἀναγκαιότερον χάρισμα; πάντα γὰρ τοῖς ὕδασιν καὶ λούεται, καὶ τρέφεται, καὶ καθαίρεται καὶ ἀρδεύεται. ὕδωρ τὴν γῆν βαστάζει, ὕδωρ τὴν δρόσον τίκτει, τὴν ἄμπελον ἱλαρύνει· ὕδωρ τὸν στάχυν τελεσφορεῖ, ὕδωρ τὸν βότρυν ἀπομφακίζει, ὕδωρ ἔλαιον ἀπαλύνει, ὕδωρ τὸν φοίνικα γλυκαίνει, ὕδωρ τὸ ῥόδον ἐρυθραίνει, καὶ τὸ ἴον ἀνθίζει, ὕδωρ τὸ κρίνον λαμπροῖς τοῖς κάλυξιν τρέφει. καὶ τί μακρολογῶ; ἄνευ τῆς τῶν ὑδάτων φύσεως οὐδὲν τῶν παρόντων συνίσταται· οὕτως ἡ τῶν ὑδάτων φύσις ἀναγκαία, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα στοιχεῖα ὑπὸ τῶν καμαρωδεστάτων οὐρανῶν τὴν οἴκησιν ἔλαβεν· ἡ δὲ τῶν ὑδάτων φύσις καὶ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν τὴν μονὴν ἐδέξατο. καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ προφήτης βοῶν· αἰνεῖτε τὸν Κύριον οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν.


Οὐ μόνον δὲ τοῦτο τὴν ἀξιοπιστίαν τοῦ ὕδατος παρίστησιν, ἀλλὰ καὶ τὸ πάντων αἰδεσιμώτερον, ὅτι ὁ πάντων δημιουργὸς Χριστὸς, ὡς ὑετὸς κατῆλθεν, καὶ ὡς πηγὴ ἐγνώσθη, καὶ ὡς ποταμὸς διεδόθη, καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐβαπτίσθη. ἤκουες γὰρ ἀρτίως πῶς ἐλθὼν ὁ Ἰησοῦς πρὸς τὸν Ἰωάννην ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ἐβαπτίσθη ὑπ᾽ αὐτοῦ. ὢ παραδόξων πραγμάτων. πῶς ὁ ἀπερίγραπτος ποταμὸς ὁ εὐφραίνων τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ, ἐν ὀλίγῳ ὕδατι ἐλούετο. ἡ ἀκατάληπτος πηγὴ, ἡ ζωὴν βλαστάνουσα πᾶσιν ἀνθρώποις καὶ τέλος μὴ ἔχουσα, ὑπὸ πενιχρῶν καὶ προσκαίρων ὑδάτων ἐκαλύπτετο. ὁ παντῇ παρὼν, καὶ μηδαμοῦ ἀπολιμπανόμενος. ὁ ἀκατάληπτος ἀγγέλοις καὶ ἀόρατος ἀνθρώποις, ἐπὶ τὸ βάπτισμα ἔρχεται, ὡς ηὐδόκησεν. ταῦτα ἀκούων, ἀγαπητὲ, μὴ φυσικῶς ἐκλάμβανε τὰ λεγόμενα, ἀλλ᾽ οἰκονομικῶς δέχου τὰ παρατιθέμενα. διὸ καὶ ὁ Κύριος τῇ φιλανθρωπίᾳ τῆς συγκαταβάσεως οὐκ ἔλαθεν τὴν τῶν ὑδάτων φύσιν, ὅπερ ἐποίησεν ἐν κρυφῇ. εἶδον γὰρ αὐτὸν τὰ ὕδατα, καὶ ἐφοβήθησαν. ἐξέστησαν μικροῦ δεῖν, καὶ τῆς ὁροθεσίας ἀπέφυγον. ὅθεν ὁ προφήτης ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων τοῦτο θεωρήσας, ἐπερωτᾷ λέγων· τί σοι ἐστὶ θάλασσα ὅτι ἔφυγες, καὶ σὺ Ἰορδάνη ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω;

A I. OMnia certe Dei & Salvatoris noſtri opera, bona ſunt ac bona valde, quotquot eorum vel oculus videt vel mens cogitat, quotquot vel ſermo eloquitur vel manus contrectat, quotquot intellectus comprehendit, & humana natura capit. Quæ enim orbe cæleſti multiformior pulcritudo? vel quænam terreſtri ſolo florida magis ac variegata exſtat ſpecies? quid celerius ad curſum curru ſolari? quænam alia lunæ ſidere jucundior biga? ecquid vero dignius admiratione quam inenarrabile opus muſivum aſtrorum? quid tempeſtivis ventis fecundius ad frugum proventum? quodnam luce diurna ſpecular purius? ecquod animal præſtantius homine? adeo omnia Dei B & Salvatoris noſtri opera, bona ſunt valde. Quodnam vero vel aquæ natura neceſſarium magis munus reperitur? nihil enim non aquis abluitur, aquis alitur, purgatur, rigaturve. Aqua terras fert, aqua rorem generat, lætificat vitem, ſpicam maturat, uvam acerbitate exuit, olivam emollit, palmulam edulcorat: aqua roſam rubeo pingit colore, violæ protrudit florem, lilium ſplendidis conſpiciendum calicibus alit. Et quid multa verba facio? ſine aquæ natura nihil rerum quas videmus conſiſtere valet: uſque adeo neceſſaria illa eſt, ut cetera elementa infra concamerationem cælorum habitent; aqua etiam ſupra cælos locum ſibi ceperit. Cujus rei teſtis Propheta: [a] *Laudate*, inquit, C *Dominum cæli cælorum, & aqua ſupra cælos.*

II. Neque hoc tantummodo dignitatem aquæ evincit; ſed & quod omnibus aliis rebus eſt venerabilius, opifex omnium Chriſtus pluviæ [b] in morem deſcendit, ut fons [c] eſt cognitus, tamquam flumen [d] ſeſe diffudit, & in Jordane baptizatus eſt. Jam enim modo audiiſti quod ad Joannem [e] venit Jeſus, & baptiſmum ab eo ſuſcepit. O res digniſſimas admiratione! Infinitum flumen quod lætificat civitatem Dei [f], exigua abluitur aqua. Fons incomprehenſibilis qui vitam omnibus hominibus progerminat & termino caret, a parvis & temporariis aquis obruitur. Qui ubique præſens eſt nec uſquam abeſt, incom- D prehenſibilis angelis & ab hominum conſpectu remotus, ad baptiſmum accedit ut ipſi placuit. Hæc cum audis, dilecte, ne naturali more dicta accipe, ſed per diſpenſationem appoſita ſuſcipito. Ideoque nec aquas latuit quod Dominus ex amore in homines ſe demittens, in occulto operabatur: [g] *Viderunt enim eum aquæ, & timuerunt.* Parum abfuit quin exſurgerent atque limitibus ſuis poſitis erumperent. Unde Propheta longo tempore ante hoc videns eas interrogat & ait: [h] *Quid eſt tibi mare, quod fugiſti? & tu Jordanis quod converſus es retrorſum?* Illæ vero reſpondent: omnium rerum conditorem

[a] Pſal. CXLVIII. 4. [b] Oſee VI. 3. [c] Joan. IV. 14. [d] Joan. VII. 38. [e] Matth. III. 13.
[f] Pſal. XLV. 5. [g] Pſal. LXXVI. 17. [h] Pſal. CXIII. 5.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



αὐτῷ δὲ ἀποκριθέντα εἶπον· τὸν πάντων κτιστὴν ἐν μορφῇ δούλου εἴδομεν, καὶ τὸ μυστήριον τῆς οἰκονομίας ἀγνοήσαντες, ἀπὸ τῆς δειλίας ἐλαυνόμεθα.

Νῦν δὲ γνόντες τὴν οἰκονομίαν, προσκυνοῦμεν αὐτοῦ τὴν εὐσπλαγχνίαν, ὅτι παραγέγονε σῶσαι καὶ οὐ κρῖναι τὴν οἰκουμένην. ὅθεν Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου πρόδρομος ἀγνοήσας τοῦτο τὸ μυστήριον, καὶ μαθὼν, ὅτι ἀληθῶς ὁ Κύριός ἐστιν, ἐβόα λέγων τοῖς ἀπερχομένοις, ὑπ' αὐτοῦ βαπτισθῆναι· γεννήματα ἐχιδνῶν, τί μοι σφοδρῶς ἀτενίζετε; οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός· ὑπηρέτης εἰμὶ καὶ οὐκ αὐθέντης· ἰδιώτης εἰμὶ, οὐ βασιλεύς· πρόβατόν εἰμι, οὐ ποιμήν· ἄνθρωπός εἰμι, οὐ Θεός. στείρωσιν ἔλυσα μητρὸς γεννηθεὶς, οὐ παρθενίαν [1] ἐστείρωσα. ἐκ τῶν κάτωθεν ἀνεδόθην, ἐκ τῶν ἄνωθεν οὐ κατῆλθον. πατρικὴν ἔδησα γλῶσσαν, οὐ θεϊκὴν ἥπλωσα χάριν. ὑπὸ μητρὸς ἐγνώσθην, ὑπὸ ἀστέρος δὲ οὐκ ἐμηνύθην. ἐγὼ εὐτελὴς καὶ ἐλάχιστος, ἔρχεται δὲ ὀπίσω μου ὃς ἔμπροσθέν μου ἐστίν· ὀπίσω διὰ τὸν χρόνον, ἔμπροσθεν δὲ διὰ τὸ ἀπρόσιτον καὶ ἀνέκφραστον τῆς θεότητος φῶς. ἔρχεται ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι, αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. ἐγὼ ὑπεξούσιος, αὐτὸς δὲ αὐτεξούσιος. ἐγὼ ἁμαρτιῶν ἔνοχος, αὐτὸς δὲ ἁμαρτιῶν ἀφαιρέτης. ἐγὼ τὸν νόμον παράπτω, αὐτὸς δὲ τὴν χάριν φωταγωγεῖ. ἐγὼ ὡς δοῦλος κατηχῶ, αὐτὸς δὲ ὡς δεσπότης κρίνων. ἐγὼ τὸ ἔδαφος κλίνην ἔχω, αὐτὸς τὸν οὐρανὸν ἔχει. ἐγὼ μετανοίας βαπτίζω βάπτισμα, αὐτὸς δὲ υἱοθεσίας δωρεῖται χάρισμα. αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. τί ἐμοὶ προσανέχετε; οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.

Ταῦτα τοῦ Ἰωάννου πρὸς τὸν ὄχλον λέγοντος καὶ τοῦ λαοῦ καραδοκοῦντος ξένον τι θέαμα τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς θεάσασθαι, καὶ τοῦ διαβόλου [2] καταπληττομένου ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ τοῦ Ἰωάννου μαρτυρίᾳ· ἰδοὺ ὁ Κύριος παραγίνεται λιτὸς, μόνος, γυμνὸς, ἀπροστάτευτος, ἔνδυμα ἔχων τὸ ἀνθρώπινον σῶμα, κρύπτων δὲ τὸ τῆς θεότητος ἀξίωμα, ἵνα λάθῃ τοῦ δράκοντος τὸ πανούργημα. καὶ οὐ μόνον ὡς κύριος ἐκτὸς τῆς βασιλικῆς δορυφορίας πρὸς τὸν Ἰωάννην παραγέγονεν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἄνθρωπος λιτὸς καὶ ὑπόχρεως ἁμαρτιῶν, ἔκλινεν τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ βαπτισθῆναι ὑπὸ Ἰωάννου. ὅθεν ὁ Ἰωάννης θεασάμενος τὴν τοσαύτην ταπεινοφροσύνην, θαμβηθεὶς ἐπὶ τῷ πράγματι, ἤρξατο διακωλύειν αὐτὸν λέγων, καθὼς ἀρτίως ἠκούσατε· ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; τί ποιεῖς ὦ δέσποτα; ἀκανόνιστα δογματίζεις. ἄλλα κατήγγειλα, καὶ ἄλλα μετέσχη· ἄλλα ἤκουσεν ὁ διάβολος, καὶ ἄλλα κατανοεῖ. βάπτισόν με τῷ πυρὶ τῆς θεότητος, τί περιμένεις τὸ ὕδωρ; φώτισον τῷ πνεύματι, τί προσανέχεις τῷ κτίσματι; βάπτισόν με τὸν βαπτιστὴν, ἵνα γνωσθῇ σου ἡ ὑπεροχή. ἐγὼ δέσποτα, μετανοίας βαπτίζω βάπτισμα, καὶ τοὺς προσερχομένους πρός με ἀμήχανον βαπτίσαι ἐὰν μὴ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν ἐξομολογήσωνται. κείσθω ὅτι βαπτίζω σε, τί ἔχεις ἐξομολογήσασθαι; ἁμαρτιῶν ἀφαιρέτης ὑπάρχεις, καὶ τὸ τῆς μετανοίας θέλεις βαπτισθῆναι βάπτισμα; εἰ καὶ ἐγώ σε τολμήσω βαπτίσαι, ὁ Ἰορδάνης οὐ τολμᾷ πλησιάσαι. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με;

Τί οὖν ὁ Κύριος πρὸς αὐτόν; ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστιν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. ἄφες ἄρτι Ἰωάννη, οὐκ εἶ μου σοφώτερος. σὺ ὡς ἄνθρωπος

A in forma servi [a] vidimus; & hoc mysterium dispensationis cum ignoraremus, præ metu commotæ sumus.

III. Nos vero quibus œconomia illa cognita jam est, adoramus ejus misericordiam, quod venit servatum terram, non judicatum. Unde etiam Joannes præcursor Domini, cum hoc mysterium quod nesciverat antea edoctus cognovisset, quod vere Dominus esset, exclamavit ad hos qui ad eum baptizandi venerant: [b] *Progenies viperarum* quid in me tam vehementer intuemini: [c] *Non sum ego Christus*: minister, non Dominus ego sum: privatus, non Rex: ovis sum, non Pastor: homo, non Deus. Sterilitatem matris meæ cum nascerer solvi, non virginitatem reliqui sterilem. Infra emersi, non desuper descendi. Patris linguam ligavi [d], non divinam gratiam explicui. A matre agnitus, non a stella [e] præsignificatus sum. Tenuis ego & minimus: venit autem post me qui ante me est [f]: post me quidem ratione temporis, ante me autem propter inaccessum & inenarrabile lumen divinitatis. [g] *Venit fortior me, cujus ego non sum dignus portare calceamenta: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.* Ego potestati obnoxius, ipse per se potestatem habens. Ego peccatorum reus, ipse est qui aufert peccata. [h] Ego legem inculco, ille gratiæ lucem præfert. Ego ut servus instituo, ille judicat ut Dominus. Mihi solum lectus est, ipse cælum tenet. Ego pœnitentiæ baptizo baptismate, ille adoptionis donat gratiam: ipse vos Spiritu sancto & igne baptizabit. Quid mihi attenditis? non ego Christus sum.

IV. Hæc Joannes ad populum cum dixisset, & hic arrectis capitibus exspectaret novum aliquid spectaculum oculis corporis cernere, diabolo etiam ad hoc Joannis testimonium perculso; ecce Dominus præsens adest simplex, solus, nudus sine comitatu, humano corpore veluti veste indutus, dignitatemque divinitatis occultans, ut lateret draconis fraudes. Nec tantum ut Dominus sine regio satellitio ad Joannem accessit; sed etiam ut simplex homo & obnoxius peccatis, caput suum inclinavit ut a Joanne baptizaretur. Unde ille videns tantam demissionem, rei admiratione stupens cœpit eum prohibere, atque ut modo audivistis ad eum dixit: [i] *Mihi opus est baptizari a te, & tu ad me venis?* Quid facis Domine? doces quæ cum regula non bene congruunt. Alia de te prædicavi, & alia tu obis. Alia audivit diabolus, & alia videt. Baptiza tu me igne divinitatis: quid aquam exspectas? illumina me Spiritu; quid rem creatam præstolaris? me baptistam baptiza, ut prærogativa tua nota fiat. Ego, Domine, baptisma pœnitentiæ baptizo, neque eos qui ad me accedunt possum baptizare, nisi peccata sua confessi prius fuerint. Etiamsi baptizare te velim, quid habes quod confitearis? Tu es qui tollis peccata, & baptismo vis baptizari pœnitentiæ? Etiamsi ego te baptizare sustinuero, Jordanes non audet propius ad te accedere. *Ego opus habeo a te baptizari, & tu venis ad me?*


V. Quid igitur ei Dominus respondet? *Permitte jam, ita enim decet nos implere omnem justitiam.* Permitte jam, Joannes, non es me sapientior. Tu ut

a Philipp. II. 7. b Matth. III. 7. c Joan. I. 20. d Luc. I. 20. e Matth. II. 9. f Joan. I. 27.
g Matth. III. 11. h Joan. I. 29. i Matth. III. 14.

1. Οὐ παρθενίαν ἐστείρωσα] Gregorius Thaumaturgus *in sancta Theophania*, pag. 106. edit. Vossii: Σὺ δὲ τεχθεὶς ἐκ τῆς παρθένου Μαρίας — οὐκ ἔλυσας παρθενίαν αὐτῆς· ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐφρούρησας, καὶ τῆς μητρὸς αὐτῇ προσηγορίαν δεδώρησαι. „ Tu vero ex Maria natus virgine, — „ non solvisti virginitatem ejus: sed & hanc custodisti, „ & ipsam matris appellatione donasti. " FABRIC.

2. Τοῦ διαβόλου καταπλ.] Communis veterum sententia est, diabolum ignorasse œconomiæ mysterium, ex *Matth.* IV. 3. & I. Cor. II. 8. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



βλέπεις, ἐγὼ ὡς Θεὸς προγινώσκω. πρῶτον με δεῖ ποιῆσαι, καὶ οὕτως διδάξαι. οὐδὲν ἀπρεπὲς μετέρχομαι, εὐπρέπειαν γὰρ περιβέβλημαι. θαυμάζεις ὦ Ἰωάννη, ὅτι οὐκ ἦλθον μετὰ τοῦ ἀξιώματός μου; ἰδιώτῃ μὲν γὰρ οὐ πρέπει βασιλικὴ ἁλουργὶς, βασιλεῖ δὲ πρέπει στρατιωτικὸν σχῆμα· πρὸς τύραννον ἦλθον, μὴ γὰρ πρὸς φίλον; ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστιν, πᾶσαν δικαιοσύνην πληρῶσαι. πληρωτής εἰμι νόμου, οὐδὲν βούλομαι ἐλλιπὲς καταλεῖψαι εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα ἵνα μετ' ἐμὲ βοήσῃ ὁ Παῦλος· πλήρωμα νόμου ὁ Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστιν, πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. βάπτισόν με Ἰωάννη, ἵνα μηδεὶς βαπτίσματος καταφρονήσῃ. ὑπὸ σοῦ τοῦ δούλου βαπτίζομαι, ἵνα μηδεὶς βασιλέων ἢ ὑπερεχόντων διαπτύσῃ ὑπὸ πενιχροῦ ἱερέως βαπτισθῆναι. ἄφες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ B κατέλθω, ἵνα ἀκούσωσιν τὴν πατρῴαν μαρτυρίαν, καὶ ἐπιγνώσωνται τὴν τοῦ υἱοῦ δύναμιν. ἄφες ἄρτι, οὕτως γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστιν πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. τότε λοιπὸν ἀφίησιν αὐτὸν ὁ Ἰωάννης, καὶ βαπτισθεὶς ὁ Ἰησοῦς εὐθέως ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος· καὶ ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἰδοὺ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ κατέρχεται ἐν εἴδει περιστερᾶς, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν. καὶ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.

A homo, respicis, ego ut Deus novi. Primum me oportet facere, atque ita docere. Nihil indecens obeo, decore totus indutus. Miraris o Joannes, quod non veni cum dignitatis meæ insigniis? Privato enim non competit regia purpura; regem autem decet militaris ornatus: num adversus tyrannum, & non ad amicum veni? At permitte nunc, ita enim convenit nobis omnem justitiam implere. Impletor Legis sum; nihil volo prætermissum ad totius impletionem relinquere, ut post me exclamare possit Paulus: [a] *Impletio Legis Christus, in justitiam omni credenti.* [b] *Sine modo: sic enim decet nos implere omnem justitiam.* Baptiza me, Joannes, ne quis baptismum aspernetur. A te servo baptizor, ne quis regum aut superiorum respuat a contemto sacerdote baptizari. Permitte in Jordanem descendam, ut audiant Patris testimonium, & Filii potentiam cognoscant. Permitte nunc; ita enim decet omnem nos implere justitiam. Tunc deinceps Joannes ipsi permittit: [c] *Et baptizatus Jesus, statim iterum ex aqua ascendit: & aperti sunt ipsi cæli: & ecce Spiritus Dei descendit specie columbæ, & super ipso mansit. Et vox de cælo, dicens: hic est filius meus dilectus; in quo complacui.*

Ἴδες ἀγαπητὲ, πόσων καὶ πηλίκων ἀγαθῶν ἐμέλλομεν ζημιοῦσθαι, εἰ εἴξεν ὁ Κύριος τῇ τοῦ Ἰωάννου παρακλήσει, καὶ παρῃτήσατο τὸ βάπτισμα; κεκλεισμένοι γὰρ ἦσαν πρὸ τούτου οἱ οὐρανοὶ, ἄβατον ἦν τὸ ἄνω χωρίον. ἐν τοῖς κάτω κατείημεν, ἐν τοῖς ἄνω δὲ οὐκ ἀνίειμεν. μόνον δὲ ὁ δεσπότης ἐβαπτίσθη; καὶ τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον ἀνεκαίνισεν, καὶ τὰ σκῆπτρα τῆς υἱοθεσίας αὐτῷ πάλιν ἐπίστευσεν. εὐθέως γὰρ ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί. διαλλαγὴ γέγονεν τῶν ὁρατῶν πρὸς τὰ ἀόρατα· ἐχαροποιήθησαν τὰ οὐράνια τάγματα, ἰάθη τὰ ἐπίγεια νοσήματα, ἐγνώσθη τὰ ἀπόρρητα πράγματα, ἐφιλιώθη τὰ ἐχθραίνοντα. ἤκουες γὰρ τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος, ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοί· τριῶν παραδόξων πραγμάτων χάριν. τοῦ γὰρ νυμφίου Χριστοῦ βαπτιζομένου, ἔδει τὸν οὐράνιον θάλαμον τὰς λαμπροφόρους ἀνοῖξαι πύλας. ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς κατιόντος, καὶ τῆς πατρῴας φωνῆς πανταχοῦ διαδεδραμένης, ἔδει τὰς ἐπουρανίους πύλας ἐπηρμένας ὑπάρχειν. καὶ ἰδοὺ ἠνεῴχθησαν αὐτῷ οἱ οὐρανοὶ, καὶ φωνὴ ἐγένετο, λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα.

VI. Vides, dilecte, quot & quantorum bonorum jacturam facturi fuissemus, si Joannis monitioni Dominus cessisset, & baptismum non suscepisset? Clausi enim erant antehac cæli, inaccessa supera regio. In C inferiora descendimus: ad superiora autem non iterum adscendimus. Num vero solus Dominus baptizatus est? & veterem hominem renovavit, & sceptra adoptionis ipsi iterum credidit. Statim enim *aperti ipsi sunt cæli*. Reconciliatio facta est visibilium cum invisibilibus: cælestes ordines gaudio sunt impleti; sanatæ in terris ægritudines; res absconditæ quæ erant, patefactæ sunt; quæ hostium erant in numero, reddita fuere amica. Audisti enim Evangelistam dicentem: *patefacti sunt ipsi cæli*: ob tria hæc admirabilia. Sponso enim Christo baptizato oportebat cælestis thalami splendidas portas aperiri. Similiter & Spiritu sancto in columbæ specie descendente, & Patris voce omnia percurrente loca, D oportebat [d] *portas attolli cælestes*. Et ecce aperti sunt ei cæli, & vox facta est dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo complacui.*

Ἀγαπητὸς ἀγάπην γεννᾷ, καὶ [1] φῶς ἄϋλον, φῶς ἀπρόσιτον. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ὁ κάτω ἐπιφανεὶς καὶ τῶν πατρῴων κόλπων μὴ χωρισθεὶς, ἐπεφάνη οὐκ ἐφάνη. ἄλλο γὰρ τὸ φανῆναι, ἐπειδὴ πρὸς τὸ φαινόμενον ὁ βαπτίζων τοῦ βαπτιζομένου προέχει. τούτου ἕνεκεν ὁ πατὴρ οὐρανόθεν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπὶ τὸν βαπτιζόμενον κατέπεμπεν. ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ κιβωτῷ τοῦ Νῶε διὰ περιστερᾶς μηνύεται ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ, οὕτως καὶ νῦν τὸ ἐν εἴδει περιστερᾶς κατελθὸν πνεῦμα, ὡς καρπὸν ἐλαίας βαστάσαν, ἐπὶ τὸν μαρτυρούμενον κατέστη. διὰ τί; ἵνα καὶ τῆς πατρῴας φωνῆς τὸ βέβαιον γνωρισθῇ, καὶ ἡ προφητικὴ πρόρρησις ἐκ πολλῶν τῶν χρόνων πιστωθῇ. ποία ταύτη; φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων, ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησεν, Κύριος ἐπὶ ὑδάτων πολλῶν. ποία φωνή; οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ Ἰωσὴφ ὀνομαζόμενος υἱὸς, καὶ ἐμὸς μονογενὴς κατὰ τὴν θεϊκὴν οὐσίαν. οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς. ὁ πεινῶν, καὶ τρέφων μυριάδας. καὶ κοπιῶν, καὶ ἀναπαύων τοὺς κοπιῶντας. ὁ μὴ ἔχων ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, καὶ πάντα ἐν τῇ χειρὶ βαστάζων. ὁ πάσχων, καὶ τὰ πάθη ἰώμενος. ὁ ῥαπιζόμενος [2], καὶ ἐλευθερίαν τῷ κόσμῳ δωρούμενος. ὁ τὴν πλευρὰν νυττόμενος, καὶ [3] τὴν πλευρὰν τοῦ Ἀδὰμ διορθούμενος.

VII. Amatus amorem generat, & lux immaterialis lucem inaccessibilem. *Hic est filius meus dilectus*, qui infra apparuit, nec tamen a Patris sinu fuit separatus: apparuit & non apparuit. Aliud enim quod apparebat: siquidem prout apparuit, baptizans baptizato præstantior fuit. Itaque Pater de cælo Spiritum sanctum in baptizatum demisit. Sicut enim in arca Noe per columbam significatus est Dei in homines amor; sic & nunc Spiritus, columbæ descendens specie, velut fructum portans oleæ, super eum cui testimonium E perhibebatur substitit. Quare? ut paterna etiam vox certa & firma esse constaret, & propheticæ prædictioni multis ante temporibus factæ haberetur fides. Quænam illa? [e] *Vox Domini super aquas, Deus gloriæ tonuit, Dominus super aquas multas.* Quænam vox? *Hic est filius meus dilectus, in quo complacui.* Hic est qui Josephi nominatus est filius, & meus est unigenitus secundum divinam essentiam. *Hic est filius meus dile[illegible].* Esuriens ille qui innumera alit millia. Laborans, [illegible]que recreans laborantes. Non habens [f] ubi caput re[illegible]net suum, & omnia gerens manu. Qui patitur, & omnibus medetur passionibus. Qui cædi[illegible], [g] & mundum donat libertate. Qui in latere [h] [illegible]tur, & latus Adami [i] corrigit.


a Rom. x. 4. b Matth. III. 1[illegible]. c Ibid. 16. 17. d Psal. xxIII. 7. e Psal. xxvIII. 3. f Luc. IX. 5.
g Heb. I. 3. b Matth. xxv[illegible]. i Joan. xIx. 34.

1. Φῶς ἄϋλον γεννᾷ φῶς ἀπρόσιτον] Filius, *lumen de lumine* dictus etiam ab Hippolyto superius cap. x. contra Noetum. Φῶς ἀπρόσιτον respicit ad 1. *Tim.* vi. 16. FABRIC.

2. Ὁ ῥα[illegible] καὶ [illegible] τῷ κόσμῳ δωρύμ.] Alludit heic Hippolytus a[illegible] morem man[illegible] servos per alapam. I[illegible].

3. Τὴν πλευρὰν τοῦ Ἀδὰμ διορθ[illegible]] Id e[illegible]

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



Ἀλλὰ συντείνατέ μοι τὸν νοῦν, παρακαλῶ, μετὰ ἀκριβείας· βούλομαι γὰρ ἐπὶ τὴν πηγὴν τῆς ζωῆς ἀναδραμεῖν, καὶ θεάσασθαι τὴν πηγὴν τῶν ἰαμάτων πηγάζουσαν. ὁ τῆς ἀθανασίας πατὴρ, τὸν ἀθάνατον υἱὸν καὶ λόγον ἀπέστειλεν εἰς τὸν κόσμον· ὃς ἀφικόμενος εἰς τὸν ἄνθρωπον, λούσασθαι ὕδατι καὶ πνεύματι· καὶ ἀναγεννήσας πρὸς ἀφθαρσίαν ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐνεφύσησεν ἡμῖν πνεῦμα ζωῆς, περιαμφιάσας ἡμᾶς ἀφθάρτῳ πανοπλίᾳ. εἰ οὖν ἀθάνατος γέγονεν ὁ ἄνθρωπος, ἔσται [1] καὶ θεός. εἰ δὲ θεὸς δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἁγίου μετὰ τὴν τῆς κολυμβήθρας ἀναγέννησιν γίνεται, εὑρίσκεται καὶ συγκληρονόμος Χριστοῦ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν. διὸ κηρύσσω λέγων· δεῦτε πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος ἀθανασίαν. ζωὴν ὑμῖν εὐαγγελίζομαι, τοῖς ἐν τῷ ζόφῳ τῆς ἀγνωσίας ἐνδιατρίβουσιν. δεῦτε εἰς ἐλευθερίαν ἐκ δουλείας, εἰς βασιλείαν ἐκ τυραννίδος, εἰς ἀφθαρσίαν ἐκ τῆς φθορᾶς. καὶ πῶς, φησιν, ἐλευσόμεθα; πῶς; δι' ὕδατος καὶ ἁγίου πνεύματος. τοῦτο δέ ἐστιν τὸ ὕδωρ τὸ πνεύματι κοινωνοῦν, δι' οὗ παράδεισος ποτίζεται, δι' οὗ ἡ γῆ πιαίνεται, δι' οὗ φυτὸν αὔξει, δι' οὗ ζῶα τεκνογονεῖ· καὶ ἵνα πάντα συνελὼν εἴπω, δι' οὗ ἀναγεννώμενος ζωογονεῖται ἄνθρωπος, ἐν ᾧ καὶ ὁ Χριστὸς ἐβαπτίσατο, ἐν ᾧ καὶ τὸ πνεῦμα κατήρχετο ἐν εἴδει περιστερᾶς.

A VIII. Sed mentem quæso mihi accurate intendite: volo enim recurrere ad fontem vitæ, & fontem medelas scaturientem contemplari. Pater immortalitatis immortalem Filium ac Verbum in mundum misit, qui venit ad homines loturus eos aqua & Spiritu: & regeneraturus ad animæ corporisque incorruptibilitatem, inspiravit in nos spiritum vitæ, & incorruptibili armatura nos induit. Si igitur homo factus immortalis est, Deus etiam erit [a]. Si vero per aquam & Spiritum sanctum a regeneratione ex lavacro Deus fit, comperitur etiam post resurrectionem e mortuis [b] coheres Christi esse. Igitur præconis voce proclamo: venite omnes tribus gentium ad baptismatis immortalitatem. Vitam vobis qui in ignorantiæ caligine versati adhuc estis, fausto B significo nuntio. Venite ex servitute in libertatem, ex tyrannide ad regnum, ex corruptione ad incorruptibilitatem. Et quomodo, inquit, veniemus? Quomodo? Per aquam & Spiritum sanctum. Hæc est aqua cum Spiritu conjuncta, qua paradisus rigatur, terra pinguescit, incrementum plantæ capiunt, generant animalia: atque ut omnia compendio amplectar, per quam regeneratus homo vivificatur, qua Christus baptizatus est, in quam Spiritus sanctus columbæ specie descendit.

Τοῦτο δέ ἐστιν τὸ πνεῦμα, τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἐπιφερόμενον ἐπάνω τῶν ὑδάτων· δι' οὗ κόσμος κινεῖται, δι' οὗ κτίσις ἵσταται καὶ τὰ σύμπαντα ζωογονεῖται. τὸ ἐν προφήταις ἐνεργῆσαν, τὸ ἐπὶ Χριστὸν καταπτάν. τοῦτό ἐστιν τὸ πνεῦμα τὸ δοθὲν τοῖς ἀποστόλοις ἐν εἴδει πυρίνων γλωσσῶν. τοῦτο τὸ πνεῦμα ἐζήτει Δαβὶδ λέγων· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. περὶ τούτου καὶ Γαβριὴλ ἔλεγεν τῇ παρθένῳ· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. διὰ τούτου τοῦ πνεύματος Πέτρος ἐφθέγξατο τὴν μακαρίαν ἐκείνην φωνήν· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ζῶντος. διὰ τούτου τοῦ πνεύματος ἐστερεώθη ἡ Πέτρα τῆς ἐκκλησίας. τοῦτό ἐστιν τὸ πνεῦμα, ὁ παράκλητος, τὸ διὰ σὲ πεμπόμενον, ἵνα δείξῃ σε τέκνον Θεοῦ.

IX. Hic est Spiritus qui ab initio *ferebatur super aquas* [c]: per quem mundus movetur, natura creata consistit, & omnia vitam accipiunt. Qui in Prophe-C tis [d] operatus est, in Christum devolavit [e]. Hic est Spiritus specie linguarum ignearum datus Apostolis [f]. Hunc quærebat David cum dixit: [g] *Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innova in visceribus meis*. De hoc Gabriel ad Virginem: [h] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Per hunc Spiritum Petrus beatam illam vocem effatus est: [i] *Tu es Christus, filius Dei viventis*. Per hunc Spiritum firmata Ecclesiæ Petra [k] est. Hic est Spiritus Paracletus [l] propter te missus, ut demonstraret filium te esse Dei.

Δεῦρο τοίνυν ἀναγεννήθητι ἄνθρωπε εἰς υἱοθεσίαν Θεοῦ. καὶ πῶς; φησιν· ἐὰν μηκέτι [2] μοιχεύσῃς, μηδὲ φονεύσῃς, μηδὲ εἰδωλολατρεύσῃς· ἐὰν μὴ κρατηθῇς ὑφ' ἡδονῆς, ἐὰν μὴ πάθος ὑπερηφανίας κυριεύσῃ σου. ἐὰν ἀποξέσῃς τὸν ῥύπον τῆς ἀκαθαρσίας, καὶ ἀποῤῥίψῃς τὸ φορτίον τῆς ἁμαρτίας. ἐὰν ἀποδύσῃ τὴν πανοπλίαν τοῦ διαβόλου, καὶ ἐνδύσῃ τὸν θώρακα τῆς πίστεως, καθώς φησιν Ἡσαΐας· λούσασθε καὶ ζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὀρφανῷ, καὶ δικαιώσατε χήραν. καὶ δεῦτε καὶ διαλεχθῶμεν, λέγει κύριος. καὶ ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ· ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ. καὶ ἐὰν θέλητε καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσητε, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. ἴδες ἀγαπητὲ πῶς προεῖπεν ὁ προφήτης, τὸ τοῦ βαπτίσματος καθάρσιον; ὁ γὰρ καταβαίνων μετὰ πίστεως εἰς τὸ τῆς ἀναγεννήσεως λουτρὸν, διατάσσεται τῷ πονηρῷ, συντάσσεται δὲ τῷ Χριστῷ. ἀπαρνεῖται τὸν ἐχθρὸν, ὁμολογεῖ δὲ τὸ, Θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν. ἀποδύεται τὴν δουλείαν, ἐνδύεται δὲ τὴν υἱοθεσίαν. ἀνέρχεται ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος λαμπρὸς [3] ὡς ὁ ἥλιος, ἀπαστράπτων τὰς τῆς δικαιοσύνης ἀκτῖνας. τὸ δὲ μέγιστον, ἄνεισιν υἱὸς Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμος Χριστοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγίῳ καὶ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

X. Accede igitur & regenerare o homo ad adoptionem in filium Dei. Et quomodo? inquit. Si non D adulterium [m] nec cædem commiseris, nec idola colueris. Si non vincaris a voluptate, si non committas ut affectus superbiæ tibi dominetur. Si sordes impuritatis abstergas, & onus peccati a te abjicias. Si exuas armaturam diaboli & induas fidei loricam, sicut Esaias: [n] *Lavamini*, inquit, *& quærite judicium, eripite oppressum, judicate orphano, absolvite viduam. Et venite & disceptemus, ait Dominus. Et si sint peccata vestra sicut phœniceum, ut nivem dealbabo: sique fuerint ut coccinum, dealbabo ut lanam. Et quando vultis vocem meam audire, bona terræ comedetis*. Vides, dilecte, quomodo Propheta baptismi vim purgativam prædixit. Qui enim cum fide in hoc regenerationis E lavacrum descendit, renuntiat diabolo, & Christo se addicit. Hostem abnegat, at Christum Deum esse confitetur. Servitutem exuit, induit adoptionem. Redit ex baptismo splendidus ut sol, radios justitiæ effulgurans. Quod vero maximum est, revertitur filius Dei & Christi coheres. Ipsi gloria & potentia cum sanctissimo, bono & vivifico ejus Spiritu, nunc sit & semper & in omnia sæcula sæculorum. Amen.


a II. Pet. I. 4. *b* Rom. VIII. 17. *c* Gen. I. 2. *d* Act. XXVIII. 25. *e* Matth. III. 16. *f* Act. II. 3. *g* Psal. L. 12. *h* Luc. I. 35. *i* Matth. XVI. 16. *k* Ibid. ℣. 18. *l* Joan. XVI. 26. *m* Ephes. VI. 14. *n* Isa. I. 16-19.

per Evam introductum, quæ ex latere Adami formata a Deo fuerat. FABRIC.

1. Ἔσται καὶ θεός] Ad illud respicit II. Pet. I. 4. ἵνα διὰ τούτων γένησθε θείας κοινωνοὶ φύσεως: *Ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ*.

2. Ἐὰν μηκέτι μοιχ.] In hunc locum vide &c. Possinum ad S. Nili epistolam 2. FABRIC.

3. Λαμπρὸς ὡς ὁ ἥλιος] Illud videtur respicere, quod Poetæ dicunt de sole ex oceani undis emergente. ID.



S. HIPPOLYTI

SERMONUM SIVE HOMILIARUM FRAGMENTA,

I.

Ex Sermone de Resurrectione,

Apud ANASTASIUM SINAITAM *in* Hodego *pag.* 350.

Ἱππολύτου ἐπισκόπου Ῥώμης, ἐκ [1] τοῦ περὶ ἀναστάσεως καὶ ἀφθαρσίας λόγου.

Ἔσονται, φησιν, ἐν τῇ ἀναστάσει οἱ ἄνθρωποι, ὡς οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ· ἐν ἀφθαρσίᾳ δηλονότι, καὶ ἀθανασίᾳ, καὶ ἀφθαρσίᾳ. ἄφθαρτος γὰρ οὐσία οὐ γεννᾶται, οὐκ αὔξει, οὐχ ὑπνοῖ, οὐ πεινᾷ, οὐ διψᾷ, οὐ κοπιᾷ, οὐ πάσχει, οὐ θνήσκει, οὐ τιτρᾶται ὑπὸ ἥλων καὶ λόγχης, οὐχ ἱδροῖ, οὐχ αἱμορῥοεῖ. τοιαῦται οὐσίαι εἰσὶν ἥ τε τῶν ἀγγέλων, ἥτε τῶν ψυχῶν, τῶν ἐκ σωμάτων ἀπηλλαγμένων. ἐπειδὴ καὶ ἀμφότεραι ἑτερογενεῖς εἰσι, καὶ ἀλλότριαι τῆς ὁρωμένης, καὶ φθειρομένης ταύτης τοῦ κόσμου κτίσεως.

A HIPPOLYTI episcopi Romani, ex Sermone *de Resurrectione & incorruptione*.

ERunt, inquit, [a] *homines in resurrectione, sicut Angeli Dei*: nimirum corruptionis expertes, immortales, nihil defluxu aliquo deperdere soliti. Nam immortalis natura non generat, non generatur, non augetur, non dormit, non esurit, non sitit, non fatigatur, non patitur, non moritur, neque a clavis & lancea perforatur, non sudat, non fundit sanguinem. Ejusmodi naturis constant Angeli, & animæ corporeis vinculis exsolutæ. Ambæ enim istæ naturæ sunt alterius generis, & diversæ a creaturis hujus mundi, quæ B sub aspectum cadunt, & corruptioni subjiciuntur.

I I.

Ex Sermone Theologiæ, *id est*, Deitatis.

Exstat in ACTIS CONCILII LATERANENSIS *sub* Martino I. *ann.* 649. *celebrati*, Secretar. V. *pag.* 287. *tom.* VII. *edit. Veneto* — *Labb.*

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ Θεολογίας λόγου.

Τὸ θέλειν ἔχει ὁ Θεὸς, οὐ τὸ μὴ θέλειν· τρεπτοῦ γὰρ τοῦτο καὶ προαιρετοῦ. ἀϊδίῳ γὰρ θελήματι Θεοῦ ἕπεται τὰ γινόμενα, ᾧ καὶ γενόμενα μένει σωζόμενα.

Sancti HIPPOLYTI episcopi & martyris, ex Sermone *de Theologia*, id est, Deitate.

Velle habet Deus; non autem non velle: hoc enim vertibilis est, & eligentis: sed sempiternam C voluntatem Dei sequuntur quæ fiunt, per quem & facta manent servata.

I I I.

Ex homilia Dominicæ Paschæ.

Ibid. pag. 293.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς εἰς τὸ Πάσχα ἐξηγήσεως.

Ὅλος ἦν ἐν πᾶσι καὶ πανταχοῦ, γεμίσας δὲ τὸ πᾶν πρὸς πάσας τὰς ἀερίους ἀρχὰς γυμνὸς ἀντιπεδύσατο· καὶ πρὸς ὀλίγον βοᾷ παρελθεῖν τὸ ποτήριον, ἵνα δείξῃ ἀληθῶς ὅτι [2] καὶ ἄνθρωπος ἦν· μεμνημένος δὲ καὶ διὸ ἀπεστάλη, πληροῖ [3] τὴν οἰκονομίαν εἰς ἣν ἀπεστάλη, καὶ βοᾷ· Πάτερ, μὴ τὸ θέλημά μου· τὸ μὲν, πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής.

S. HIPPOLYTI episcopi & martyris, ex Homilia *Dominicæ Paschæ*.

Totus erat in omnibus & ubique; adimplens vero omnia ad omnes aerios principatus, nudus redespoliatus D est: & ad parvum clamat transire calicem, ut ostendat vere, quia & homo erat; reminiscens autem & propter quod missus est, perficiat dispensationem ad quam missus est; & clamat: [b] *Pater, non mea voluntas*. Et: [c] *Spiritus quidem promtus, caro autem infirma*.

a Matth. XXII. 30. *b* Luc. XXII. 42. *c* Matth. XXVI. 41.

1. Ἐκ τοῦ περὶ ἀναστάσεως λόγου] Meminere præter laterculum marmoreum, Hieronymus, Sophronius, Nicephorus, Honorius, Freculfus. FABRIC.

2. Ὅτι καὶ ἄνθρωπος] Nota dictum, *& homo*: quoniam scilicet aliam insuper naturam habebat, & DEUS erat. GRAB. ad Bulli *Defens. fid. Nic.* pag. 103.

3. Πληροῖ — ἀπεστάλη] Hæc perperam omissa in edit. Fabric.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

I V.

Ex Sermone in Elcanam & Annam.

Apud THEODORITUM Dial. I. *cui titulus*, Ἄτρεπτος. *opp. tom.* IV. *pag.* 36.

A Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸν Ἐλκανᾶν καὶ τὴν Ἄνναν.

Ἄγε δή μοι, ὦ Σαμουήλ, εἰς Βηθλεὲμ ἑλκομένην τὴν δάμαλιν, ἵνα ἐπιδείξῃς τὸν ἐκ Δαβὶδ βασιλέα τικτόμενον, καὶ τοῦτον ὑπὸ Πατρὸς βασιλέα καὶ ἱερέα χριόμενον.

S. HIPPOLYTI *episcopi & martyris*, *ex Sermone in Elcanam & Annam*.

Duc mihi, o Samuel, in Bethleem juvencam; ut ex Davide natum regem, & hunc a Patre regem & sacerdotem unctum ostendas.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Εἰπέ μοι, ὦ μακαρία Μαρία, τί ἦν τὸ ὑπὸ σοῦ ἐν τῇ κοιλίᾳ συνειλημμένον, καὶ τί ἦν τὸ ὑπὸ σοῦ ἐν παρθενικῇ μήτρᾳ βασταζόμενον; Λόγος γὰρ ἦν Θεοῦ πρωτότοκος ἀπ' οὐρανῶν ἐπὶ σὲ κατερχόμενος, καὶ ἄνθρωπος πρωτότοκος ἐν κοιλίᾳ πλασσόμενος· ἵν' ὁ B πρωτότοκος Λόγος Θεοῦ, πρωτοτόκῳ ἀνθρώπῳ συναπτόμενος δειχθῇ.

EJUSDEM *ex eodem Sermone*.

Dic mihi, o beata Maria, quid erat a te in utero conceptum, & quid a te in virginali matrice gestabatur? Verbum enim erat Dei primogenitum, de cælis in te descendens, & homo primogenitus in utero formatus; ut primogenitum Verbum Dei, homini primogenito unitum ostenderetur.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Τὴν δὲ δευτέραν τὴν διὰ τῶν προφητῶν ὡς διὰ τοῦ Σαμουὴλ ἀνακαλῶν, καὶ ἐπιστρέφων τὸν λαὸν ἀπὸ τῆς δουλείας τῶν ἀλλοφύλων. τὴν δὲ τρίτην, ἐν ᾗ ἔνσαρκος παρῆν τὸν ἐκ τῆς παρθένου ἄνθρωπον ἀναλαβὼν, ὃς καὶ ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ.

EJUSDEM *ex eodem Sermone*.

Secundam, per prophetas, ut per Samuelem revocans & liberans populum a servitute alienigenarum. Tertiam, quando incarnatus aderat, homine ex virgine assumto; qui & civitatem conspicatus, flevit super ipsam.

V.

Ex eodem Sermone.

Apud eumdem THEODORITUM Dial. II. *qui* Ἀσύγχυτος *inscribitur*.
Ibid. pag. 88.

Καὶ διὰ τοῦτο τρεῖς καιροὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ προετυποῦντο εἰς αὐτὸν τὸν σωτῆρα, ἵνα τὰ προφητευθέντα ἐπ' C αὐτοῦ μυστήρια ἐπιτελέσῃ. ἐν μὲν τῷ πάσχα, ἵνα ἑαυτὸν ἐπιδείξῃ τὸν μέλλοντα ὡς πρόβατον θύεσθαι, καὶ ἀληθινὸν πάσχα δείκνυσθαι, ὡς ὁ ἀπόστολος λέγει· τὸ δὲ πάσχα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν ἐτύθη Χριστὸς ὁ Θεός. ἐν δὲ τῇ πεντηκοστῇ, ἵνα προσημήνῃ τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· αὐτὸς πρῶτος εἰς οὐρανοὺς ἀναβὰς, καὶ τὸν ἄνθρωπον δῶρον τῷ Θεῷ προσενέγκας.

Hanc ob caussam tria anni tempora Servatorem ipsum præsignificabant, ut quæ de ipso prædicta erant mysteria perageret. In Paschate quidem, ut ostenderet se se tamquam ovem mactandum, & verum Pascha probandum, sicut dicit Apostolus: [a] *Pascha nostrum* pro nobis *immolatus est Christus* Deus. In Pentecoste vero, ut regnum cælorum præsignificaret; ut qui primus ad cælos ascendit, Deoque donum hominem obtulit.

V I.

Ex Oratione in illud, Dominus pascit me.

Apud eumdem THEODORITUM Dial. I. *pag.* 36.


Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ, Κύριος ποιμαίνει με.

Καὶ κιβωτὸς δὲ ἐκ ξύλων ἀσήπτων αὐτὸς ἦν ὁ σωτήρ· τὸ γὰρ ἄσηπτον αὐτοῦ καὶ ἀδιάφθορον σκῆνος ταύτῃ κατηγγέλλετο, τὸ μηδεμίαν ἁμαρτήματος σηπεδόνα φύσαν. ὁ γὰρ ἁμαρτήσας καὶ ἐξομολογούμενός φησι· προσώζεσαν καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου ἀπὸ προσώπου τῆς ἀφροσύνης μου. ὁ δὲ κύριος ἀναμάρτητος ἦν, ἐκ τῶν ἀσήπτων ξύλων τὸ κατὰ ἄνθρωπον, τουτέστιν ἐκ τῆς παρθένου καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ οἷα καθαρωτάτῳ χρυσίῳ περικεκαλυμμένος.

D *Sancti* HIPPOLYTI *episcopi & martyris*, *ex Oratione in illud*, Dominus pascit me.

Porro autem arca ex lignis quæ putrescere non poterant, erat ipse Salvator. Per hanc enim, putredinis & corruptionis expers ejus tabernaculum significabatur, quod nullam peccati putredinem genuit. Nam qui peccavit, confitetur & dicit: [b] *Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ*. Dominus autem peccati expers erat, & ex lignis putrefactioni non obnoxiis secundum hominem, hoc est ex Virgine & ex Spiritu sancto, intus & foris tamquam purissimo Verbi Dei auro circumtectus,

a I. Cor. V. 7. b Psal. XXXVII. 5.



VII.

Ex Sermone in magnum Canticum.

Apud eumdem THEODORITUM Dial. II. *ibid. pagg.* 88. 89.

A

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου, τοῦ εἰς τὴν ᾠδὴν τὴν μεγάλην.

Ὁ τὸν ἀπολωλότα ἐκ γῆς πρωτόπλαστον ἄνθρωπον, καὶ ἐν δεσμοῖς θανάτου κρατούμενον, ἐξ ᾅδου κατωτάτου ἑλκύσας· ὁ ἄνωθεν κατελθὼν, καὶ τὸν κάτω εἰς τὰ ἄνω ἀνενέγκας· ὁ τῶν νεκρῶν εὐαγγελιστὴς, καὶ τῶν ψυχῶν λυτρωτὴς, καὶ ἀνάστασις τῶν τεθαμμένων γινόμενος, οὗτος ἦν ὁ τοῦ νενικημένου ἀνθρώπου γεγενημένος βοηθὸς, κατ' αὐτὸν ὅμοιος αὐτῷ, πρωτότοκος Λόγος, τὸν πρωτόπλαστον Ἀδὰμ ἐν τῇ παρθένῳ ἐπισκεπτόμενος· ὁ πνευματικὸς τὸν χοϊκὸν ἐν τῇ μήτρᾳ ἐπιζητῶν· ὁ ἀεὶ ζῶν τὸν διὰ παρακοῆς ἀποθανόντα· ὁ οὐράνιος τὸν ἐπίγειον εἰς τὰ ἄνω καλῶν· ὁ εὐγενὴς τὸν δοῦλον διὰ τῆς ἰδίας B ὑπακοῆς ἐλεύθερον ἀποδεῖξαι θέλων. ὁ τὸν εἰς γῆν λυόμενον ἄνθρωπον καὶ βρῶμα ὄφεως γεγενημένον, εἰς ἀδάμαντα τρέψας, καὶ τοῦτον ἐπὶ ξύλου κρεμασθέντα, κύριον κατὰ τοῦ νενικηκότος ἀποδείξας, καὶ διὰ τοῦτο διὰ ξύλου, νικηφόρος εὑρίσκεται.

EJUSDEM, *ex Sermone in magnum Canticum.*

Qui perditum hominem ex terra formatum & vinculis mortis adstrictum, ex infimo inferno eripuit; qui desuper veniens, in sublime extulit humi jacentem; qui mortuorum evangelista, & animarum redemtor, & resurrectio sepultorum: hic devicti hominis fuit auxiliator, secundum ipsum similis illi, primogenitum Verbum primum parentem Adam in virgine visitans: spiritualis terrenum in matrice quærens; semper vivens, per inobedientiam mortuum; cælestis terrestrem ad superiora vocans; nobilis servum per propriam obedientiam libertate donare volens. Qui in terram resolutum hominem & pabulum serpentis effectum, in adamantem convertit; & hunc in ligno suspensum, dominum adversus victorem declaravit; atque ita per lignum victor invenitur.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

Οἱ γὰρ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἔνσαρκον νῦν μὴ ἐπιγινώσκοντες, ἐπιγνώσονται αὐτὸν κριτὴν ἐν δόξῃ παραγινόμενον, τὸν νῦν ἐν ἀδόξῳ σώματι ὑβριζόμενον.

EJUSDEM *ex eodem Sermone.*

Qui enim filium Dei incarnatum nunc non agnoscunt, agnoscent ipsum judicem in gloria venientem, quem nunc in corpore inglorio contumeliis afficiunt.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

C

Καὶ γὰρ οἱ ἀπόστολοι ἐλθόντες εἰς τὸ μνημεῖον τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, οὐχ εὗρισκον τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ· ὃν τρόπον υἱοὶ τοῦ Ἰσραὴλ τὴν ταφὴν τοῦ Μωϋσέως ἀναβάντες ἐν τῷ ὄρει ἐζήτουν, καὶ οὐχ εὕρισκον.

EJUSDEM *ex eodem Sermone.*

Etenim Apostoli cum venissent ad monumentum die tertio, non invenerunt corpus Jesu: quemadmodum filii Israel ascendentes in montem, sepulcrum Mosis quæsierunt, & non invenerunt.

VIII.

Ex Sermone in exordium Esaiæ.

Apud eumdem THEODORITUM, Dial. I. *ibid. pag.* 36.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ Ἡσαΐου.

D

Αἰγύπτῳ μὲν τὸν κόσμον ἀπείκασε, χειροποιήτοις δὲ τὴν εἰδωλολατρείαν, σεισμῷ δὲ τὴν μετανάστασιν καὶ κατάλυσιν αὐτῆς· Κύριον δὲ τὸν Λόγον, νεφέλην δὲ κούφην, τὸ καθαρώτατον σκῆνος, εἰς ὃ ἐνθρονισθεὶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰσῆλθεν εἰς τὸν βίον, σεῖσαι τὴν πλάνην.

Sancti HIPPOLYTI *ex Sermone in exordium Esaiæ.*

Ægypto quidem mundum comparavit, manufactis vero idololatriam, terræ motui denique interitum & eversionem ipsius: Dominum porro Verbum nubi levi, purissimo tabernaculo; in quo confidens Dominus noster Jesus Christus, in vitam ingressus est ut errorem concuteret.

IX.

Ex oratione secunda in Danielem.

Apud EUSTRATIUM *presbyterum CP. in* Tractatu adversus eos qui dicunt, animas statim atque e corpore solutæ sunt, non operari *&c. cap.* XIX.

Ex ALLATIO de utriusque Ecclesiæ occidentalis atque orientalis perpetua in dogmate de Purgatorio consensione, *pag.* 492.


Λέγει τοίνυν Ἱππόλυτος ὁ μάρτυς καὶ ἐπίσκοπος Ῥώμης ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ εἰς τὸν Δανιὴλ τοιαῦτα·

Ait ergo HIPPOLYTUS *martyr & episcopus Romæ, Oratione secunda in Danielem, sic:*

Τότε μὲν οὖν στὰς Ἀζαρίας ἅμα τοῖς λοιποῖς,

Tunc vero stans Azarias cum ceteris, hymno

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



διʼ ὕμνου καὶ εὐχῆς ἐξωμολογοῦντο τῷ Θεῷ ἐν μέσῳ τῆς καμίνου. ἀρξάμενοι οὖν ἀπὸ τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου καὶ μεγαλοπρεποῦς ὀνόματος, ἦλθον ἐπʼ αὐτὰ τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου, πρῶτον τὰ ἐπουράνια ὀνομάζοντες, καὶ ἐδόξαζον λέγοντες· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου τὸν Κύριον. ἔπειτα μετῆλθον ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ κατὰ τάξιν τὸν ὕμνον ἀναφέροντες, ἔπειτα τὰ καταχθόνια ὠνόμασαν πνεύματα ταρταρούχων ἀγγέλων καὶ ψυχὰς δικαίων, ἵνα καὶ αὐτοὶ σὺν αὐτοῖς τὸν Θεὸν ὑμνῶσιν.

A & precibus Deum laudabant in medio fornacis. Exordium itaque ducentes a sancto, glorioso & magnifico nomine, ad ipsa Domini opera devenerunt; & primum quidem cælestia compellantes, glorificabant dicentes: [a] *Benedicite omnia opera Domini Domino*. Post hæc ad filios hominum descenderunt, atque ordinatim hymnum emittentes, deinceps subterraneos advocarunt spiritus Angelorum qui tartara tenent, justorumque animas, ut & cum illis insimul divinas laudes concinerent.

X.

Ex Oratione de distributione talentorum,

Apud THEODORITUM, Dial. II. *ibid. pag.* 88.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ λόγου, τοῦ εἰς τὴν τῶν ταλάντων διανομήν.

B *Sancti* HIPPOLYTI *episcopi & martyris, ex Oratione de distributione talentorum*.

Τούτους δὲ καὶ τοὺς ἑτεροδόξους, φήσειεν ἄν τις γειτνιᾷν, σφαλλομένους παραπλησίως· καὶ γὰρ κἀκεῖνοι, ἤτοι ψιλὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦσι πεφυκέναι τὸν Χριστὸν εἰς τὸν βίον, τῆς θεότητος αὐτοῦ τὸ τάλαντον ἀρνούμενοι· ἤτοι, τὸν Θεὸν ὁμολογοῦντες, ἀναίνονται πάλιν τὸν ἄνθρωπον, πεφαντασιωκέναι διδάσκοντες τὰς ὄψεις αὐτῶν τῶν θεωμένων, ὡς ἄνθρωπον, οὐ φορέσαντα ἄνθρωπον, ἀλλὰ δόκησίν τινα φασματώδη μᾶλλον γεγονέναι· οἷον ὥσπερ Μαρκίων, καὶ Οὐαλεντῖνος καὶ οἱ Γνωστικοὶ τῆς σαρκὸς ἀποδιασπῶντες τὸν Λόγον, τὸ ἓν τάλαντον, ἀποβάλλονται τὴν ἐνανθρώπησιν.

Hos autem & eos qui aliter sentiunt, dixerit quispiam in simili errore versari. Nam & illi, vel nudum hominem confitentur apparuisse Christum in terra, divinitatis ejus talentum negantes; vel Deum confitentes, hominem rursus negant, docentes eum fallaci specie spectantium oculis illusisse, quum hominem non gestaverit, sed inane potius spectrum fuerit: sicut Marcion & Valentinus & Gnostici, Verbum a carne divellentes, talentum unum, hoc est, incarnationem abji-
C ciunt.

X I.

Ex Sermone de duobus latronibus.

Apud eumdem THEODORITUM, Dial. III. *qui* Ἀπαθὴς *inscribitur*, *ibid. pag.* 156.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τοὺς δύο λῃστάς.

EJUSDEM, *ex Sermone de duobus latronibus*.

Ἀμφότερα παρέσχε τὸ τοῦ κυρίου σῶμα τῷ κόσμῳ, αἷμα τὸ ἱερὸν, καὶ ὕδωρ τὸ ἅγιον.

Utrumque mundo præbuit Domini corpus, sanguinem sacrum & aquam sanctam.

D

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.

EJUSDEM, *ex eodem Sermone*.

Καὶ νεκρόν τε ὂν τὸ σῶμα κατὰ τὸν ἀνθρώπινον τρόπον, μεγάλην ἔχει ζωῆς ἐν αὐτῷ δύναμιν. ἃ γὰρ οὐ προχεῖται τῶν νεκρῶν σωμάτων, ταῦτα ἐξ αὐτοῦ προεχέθη, αἷμά τε καὶ ὕδωρ· ἵνʼ εἰδείημεν ἡλίκον ἡ κατασκηνώσασα δύναμις ἐν τῷ σώματι πρὸς ζωὴν δύναται, ὡς μή τε αὐτὸ τοῖς ἄλλοις ὅμοιον φαίνεσθαι νεκρὸν, ἡμῖν δὲ τὰ ζωῆς αἴτια προχεῖν δύνασθαι.

Et corpus, quamvis humano more mortuum, magnam in se vitæ vim habet. Quæ enim ex mortuis corporibus non profluunt; ex ipso manarunt, sanguis & aqua: ut sciremus quantum ad vitam valeat potestas quæ in corpore habitavit; ut nec ipsum simile aliis cadaver videatur, & nobis vitæ caussas possit effundere.

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ αὐτοῦ λόγου.


EJUSDEM, *ex eodem Sermone*.

Οὐ συντρίβεται δὲ ὀστοῦν τοῦ ἁγίου προβάτου, δεικνύντος τοῦ τύπου μὴ καθικνούμενον τῆς δυνάμεως τὸ πάθος. σώματος γὰρ ὀστέα δύναμις.

Non confringitur os sancti agni; ostendente figura, passionem non attingere virtutem. Corporis enim virtus sunt ossa.

[a] Dan. III. 57.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
226.



EX ALIIS S. HIPPOLYTI SCRIPTIS FRAGMENTA.

I.

Apud auctorem CHRONICI PASCHALIS, *ex editione* Cangii *pag. 6.*

Ἱππόλυτος τοίνυν τῆς εὐσεβείας μάρτυς, ἐπίσκοπος γεγονὼς τοῦ καλουμένου Πόρτου πλησίον τῆς Ῥώμης, ἐν τῷ πρὸς ἁπάσας αἱρέσεις συντάγματι ἔγραψεν ἐπὶ λέξεως οὕτως.

Ὁρῶ μὲν οὖν, ὅτι φιλονεικίας τὸ ἔργον. λέγει [1] γὰρ οὕτως· ἐποίησε τὸ πάσχα ὁ Χριστὸς τότε τῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἔπαθε· διὸ κἀμὲ δεῖ ὃν τρόπον ὁ Κύριος ἐποίησεν, οὕτω ποιεῖν. πεπλάνηται δὲ μὴ γινώσκων, ὅτι [ἐν ᾧ] τῷ καιρῷ ἔπασχεν ὁ Χριστὸς, οὐκ ἔφαγε τὸ κατὰ νόμον πάσχα. Οὗτος γὰρ ἦν τὸ πάσχα τὸ προκεκηρυγμένον, καὶ τελειούμενον τῇ ὡρισμένῃ ἡμέρᾳ.

A HIPPOLYTUS *igitur pietatis martyr, Portus juxta Romam episcopus, in libro quem adversus omnes hæreses confecit, hæc ita verbo tenus scripsit:*

Video equidem, in quo vis contentionis præcipue consistat. Sic enim ait: Fecit pascha Christus hac die & passus est: ideo necesse est, ut eodem modo faciam & ego, quo fecit Dominus. Verum fallitur, quum non advertat, illo quo passus est tempore, non manducasse Christum legale pascha. Erat enim ipse pascha, quod prænuntiatum fuerat, atque die statuta completum fuit.

II.

Ibidem.

Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ τοῦ περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα συγγράμματος εἴρηκεν οὕτως·

Οὐδὲ ἐν τοῖς πρώτοις, οὐδ᾽ ἐν τοῖς ἐσχάτοις ὡς οὐκ ἐψεύσατο, πρόδηλον, ὅτι ὁ πάλαι προειπὼν, ὅτι οὐκ ἔτι φάγομαι τὸ πάσχα, εἰκότως τὸ μὲν δεῖπνον ἐδείπνησε πρὸ τοῦ πάσχα· τὸ δὲ πάσχα οὐκ ἔφαγεν, ἀλλ᾽ ἔπαθεν. οὐδὲ γὰρ καιρὸς ἦν τῆς βρώσεως αὐτοῦ.

B *Et rursum idem* (HIPPOLYTUS) *in libro primo de sancto Pascha, sic loquitur:*

Neque in primis neque in postremis mentitum esse perspicuum est; nam qui olim prædixit: [a] *Quia non adbuc manduco pascha*, verisimiliter cœnam cœnavit ante pascha: pascha vero non manducavit, sed passus est: neque enim manducationis illius erat tempus.

III.

EX S. HIPPOLYTI EPISTOLA ad Reginam quamdam.

Apud THEODORITUM Dial. II. *qui inscribitur* Ἀσύγχυτος, *pag.* 88. & Dial. III. *cui titulus*, Ἀπαθὴς, *pag.* 155.

Τοῦ ἁγίου Ἱππολύτου τοῦ ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος, ἐκ τῆς πρὸς βασιλίδα τινὰ [2] ἐπιστολῆς.

Ἀπαρχὴν οὖν τοῦτον λέγει τῶν κεκοιμημένων, ἅτε πρωτότοκον τῶν νεκρῶν. ὃς ἀναστὰς καὶ βουλόμενος ἐπιδεικνύναι, ὅτι τοῦτο ἦν τὸ ἐγηγερμένον ὅπερ ἦν καὶ ἀποθνῆσκον, διστασζόντων τῶν μαθητῶν, προσκαλεσάμενος τὸν Θωμᾶν ἔφη· δεῦρο, ψηλάφησον καὶ ἴδε, ὅτι πνεῦμα ὀστοῦν καὶ σάρκα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα.

C *Sancti* HIPPOLYTI *episcopi & martyris, ex Epistola ad quamdam Reginam.*

Primitias igitur *dormientium* hunc vocat [b], & *primogenitum ex mortuis* [c]. Qui resurgens & volens ostendere, id ipsum suscitatum fuisse quod mortuum fuerat, dubitantibus discipulis, accersens Thomam dixit: [d] *Accede huc, tange & vide; quia* [e] *spiritus carnem & ossa non babet, sicut me videtis habere.*

Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς.

Ἀπαρχὴν τοῦτον εἰπὼν, ἐπεμαρτύρησε τῷ ὑφ᾽ ἡμῶν εἰρημένῳ, ὡς ἐκ τοῦ αὐτοῦ φυράματος σάρκα λαβὼν ὁ Σωτὴρ, ἤγειρε ταύτην, ἀπαρχὴν ποιούμενος τῆς τῶν δικαίων σαρκὸς, ἵν᾽ οἱ πάντες ἐπ᾽ ἐλπίδι τοῦ ἐγηγερμένου, προσδόκιμον τὴν ἀνάστασιν ἔξωμεν οἱ πιστεύσαντες.

EJUSDEM, *ex eadem Epistola.*

Primitias hunc vocans [f], id quod a nobis dictum est testimonio suo confirmavit, quod ex eadem massa carnem assumens Salvator, hanc suscitarit, D faciens eam primitias carnis justorum, ut nos omnes qui credidimus, resuscitati hujus fiducia, futuram exspectemus resurrectionem.

[a] Luc. XXII. 16. [b] 1. Cor. XV. 20. [c] Coloss. I. 18. [d] Joan. XX. 27. [e] Luc. XXIV. 39. [f] 1. Cor. XV. 23.

1. Λέγει γὰρ οὕτως] Sic nimirum ait Hippolyti adversarius, unus ex præcursoribus Quartadecimanorum. FABRIC.

2. Πρὸς βασιλίδα τινά] Qualis hæc fuerit βασιλὶς, Regina sive Augusta, vide Steph. le Moyne in not. ad *Varia sacra* pagg. 1103. 1112. Certe non alia videtur *Epistola* Hippolyti *ad Severinam*, quæ in monumento marmoreo celebratur. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

ΠΕΡΙ ΧΑΡΙΣΜΑΤΩΝ[1]

ΑΠΟΣΤΟΛΙΚΗ ΠΑΡΑΔΟΣΙΣ.

DE CHARISMATIBUS

APOSTOLICA TRADITIO.

Jo. BAPTISTA COTELERIO *interprete*.

A I. Τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας ἡμῖν παραδιδόντος μυστήριον, καὶ προσκαλουμένου Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας εἰς ἐπίγνωσιν τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καθὼς αὐτός που φησὶν εὐχαριστῶν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τῶν πιστευσάντων· ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις, τὸ ἔργον ὃ ἔδωκάς μοι, ἐτελείωσα· καὶ περὶ ἡμῶν λέγοντος τῷ πατρί· πάτερ ἅγιε, εἰ καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἀλλ' ἐγώ σε ἔγνων, καὶ [2] οὗτοί σε ἔγνωσαν· εἰκότως, ὡς ἂν τετελειωμένων ἡμῶν, φησὶ πᾶσιν ἅμα, περὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ διὰ τοῦ πνεύματος διδομένων χαρισμάτων· Σημεῖα δὲ τοῖς πιστεύσασι, ταῦτα παρακολουθήσει· ἐν τῷ ὀνόματί μου δαιμόνια ἐκβαλοῦσι· γλώσσαις καιναῖς λαλήσουσιν. ὄφεις ἀροῦσι· κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψει· ἐπὶ ἀρρώστους χεῖρας ἐπιθήσουσι, καὶ καλῶς ἕξουσι. B τούτων τῶν χαρισμάτων πρότερον μὲν ἡμῖν δοθέντων τοῖς ἀποστόλοις, μέλλουσι τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλειν πάσῃ τῇ κτίσει· ἔπειτα δὲ τοῖς δι' ἡμῶν πιστεύσασιν ἀναγκαίως χορηγουμένων· οὐκ εἰς τὴν τῶν ἐνεργούντων ὠφέλειαν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀπίστων συγκατάθεσιν, ἵνα οὓς οὐκ ἔπεισεν ὁ λόγος, τούτους ἡ τῶν σημείων δυσωπήσῃ δύναμις· τὰ γὰρ σημεῖα οὐ τοῖς πιστοῖς ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις, Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων· οὔτε γὰρ τὸ δαίμονας ἐκβάλλειν ἡμέτερον κέρδος, ἀλλὰ τῶν ἐνεργείᾳ κυρίου καθαιρομένων· καθὼς αὐτός που παιδεύων ἡμᾶς ὁ κύριος δείκνυσι λέγων· μὴ χαίρετε ὅτι τὰ πνεύματα ὑμῖν ὑπακούουσιν, C ἀλλὰ χαίρετε ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τῷ οὐρανῷ· ἐπειδὴ τὸ μὲν αὐτοῦ δυνάμει γίνεται, τὸ δὲ ἡμετέρᾳ εὐνοίᾳ καὶ σπουδῇ, δῆλον ὅτι βοηθουμένοις ὑπ' αὐτοῦ. οὐκ ἐπάναγκες οὖν πάντα πιστὸν δαίμονας ἐκβάλλειν, ἢ νεκροὺς ἀνιστᾶν, ἢ γλώσσαις λαλεῖν· ἀλλὰ τὸν ἀξιωθέντα χαρίσματος ἐπί τινι αἰτίᾳ χρησίμῃ, εἰς σωτηρίαν τῶν ἀπίστων, δυσωπουμένων πολλάκις οὐ τῇ τῶν λόγων ἀποδείξει, ἀλλὰ τῇ τῶν σημείων ἐνεργείᾳ, ἀξίων ὄντων σωτηρίας. οὐδὲ γὰρ πάντες οἱ ἀσεβεῖς ὑπὸ τῶν θαυμάτων ἐντρέπονται· καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ Θεός, ὡς ὅταν λέγῃ ἐν τῷ νόμῳ· ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις, καὶ οὐ μὴ πιστεύσουσιν. E οὔτε γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι ἐπίστευσαν τῷ Θεῷ, Μωϋσέως

I. CUM Deus & Salvator noster Jesus Christus *magnum pietatis Sacramentum* [a] nobis tradat, & Judæos Gentilesque invitet ad agnitionem unius ac solius veri Dei Patris sui; quemadmodum ipse alicubi, gratias de salute credentium agens, ait: [b] *Manifestavi nomen tuum hominibus; opus quod dedisti mihi, consummavi;* cumque de nobis dicat Patri: [c] *Pater sancte, etsi mundus te non cognovit; at ego te cognovi, & hi te cognoverunt:* merito omnibus simul, utpote qui simus consummati, ait de Charismatibus, quæ ipse per Spiritum dedit: [d] *Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis novis loquentur: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.* Quæ Charismata seu dona prius quidem nobis Apostolis tradita sunt, qui omni creaturæ prædicaturi eramus evangelium; postea vero necessario iis qui per nos crediderunt, præbentur; non ad utilitatem ea operantium, sed ad infidelium assensionem; ut quibus non persuasit sermo, hos virtus signorum flectat ac pudore afficiat. Signa enim non nobis fidelibus eduntur, sed infidelibus, cum Judæorum tum Græcorum. Neque enim dæmones ejicere, nostrum emolumentum est, sed eorum qui per Domini operationem purgantur; sicut ipse Dominus, nos erudiens, ostendit, dicendo: [e] *Nolite gaudere, quia spiritus vobis obediunt; sed gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælo:* quando illud quidem ipsius virtute fit; hoc autem nostro affectu ac studio, nobis videlicet ab eo adjutis. Non ergo necesse est, ut omnis fidelis dæmones expellat, aut suscitet mortuos, aut linguis loquatur; sed is qui Charismate dignatus est propter aliquam caussam utilem, ad salutem infidelium, qui sæpe non sermonum demonstratione, sed signorum operatione commoventur, quippe digni sunt salute: non enim omnes impii miraculis convertuntur; cujus rei testis ipse Deus; ut dum dicit in Lege: [f] *Quoniam in aliis linguis loquar populo*

a I. Tim. III. 16. b Joan. XVII. 6. 4. c Ibid. II. 25. d Mar. XVI. 17. 18. e Luc. X. 20. f Isa. XXVIII. 11. —— I. Cor. XIV. 21.


1. Περὶ χαρισμάτων] Memoratur in monumento marmoreo Hippolyti. Exstat autem in *Constit. Apost.* lib. VIII. capp. I. & II. In ms. Vindobonensi inscribitur: Διδασκαλία τῶν ἁγίων Ἀποστόλων περὶ χαρισμάτων. Similiter in Barocciano: Διδασκαλία πάντων τῶν ἁγίων Ἀποστόλων περὶ χαρισμάτων. FABRIC. heic qui & pag. 259. hæc habet: Παράδοσις Ἱππολύτου laudari a Syncello, notat V. C. Thomas Gale. At illæ aliæ sunt, & Pascha spectantes. In extremo lib. VI. Hist. eccl. Eusebii legas, ἐπιστολὴν διακονικὴν sive *de officio Diaconi*, a Dionysio Alexandrino Romanis inscriptam per Hippolytum missam. ἑξῆς ταύτῃ καὶ ἑτέρα τις ἐπιστολὴ τοῖς ἐν Ῥώμῃ τοῦ Διονυσίου φέρεται διακονική, διὰ Ἱππολύτου. Sed is junior Hippolytus fuisse videtur, quum epistolam illam scriptam fuisse necesse sit non ante annum Christi 248. quo Dionysius ille Origenis discipulus Alexandriæ episcopus factus est.

2. Καὶ οὗτοί σε ἔγνωσαν] Joan. XVII. 25. καὶ οὗτοι ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. *Et hi cognoverunt, quia tu me misisti.* At enim Nonni Paraphrasis:

Καί σε σοφὸς χορὸς οὗτος ἐμῶν δεδάηκεν ἑταίρων.

Chrysostomus in Catena Joannis: καὶ οὗτοι δέ σε ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας. Ubi in editionibus S. Doctoris, σε illud non comparet. COTELER.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.




τοσαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα πεποιηκότος· οὔτε τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων τῷ ὡς Μωϋσεῖ Χριστῷ, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν αὐτοῖς θεραπεύσαντι· καὶ οὔτε ἐκείνους ἐδυσώπησε ῥάβδος ἐμψυχουμένη εἰς ὄφιν, καὶ χεὶρ λευκαινομένη, καὶ Νεῖλος αἱματούμενος· οὔτε τούτους τυφλοὶ ἀναβλέποντες, καὶ χωλοὶ περιπατοῦντες, καὶ νεκροὶ ἀνιστάμενοι· καὶ τῷ μὲν ἀνθίσταντο Ἰαννὴς καὶ Μαμβρής· τῷ δὲ Ἄννας καὶ Καϊάφας· οὕτως οὐ πάντας δυσωπεῖ τὰ σημεῖα, ἀλλὰ μόνους τοὺς εὐγνώμονας, ὧν καὶ χάριν εὐδοκεῖ ὁ Θεὸς ἐπιτελεῖσθαι δυνάμεις, ὡς σοφὸς οἰκονόμος· οὐ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἰσχύϊ, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει. ταῦτα δέ φαμεν, ἐπὶ τὸ μὴ ἐπαίρεσθαι τοὺς λαβόντας χαρίσματα τοιάδε, κατὰ τῶν μὴ λαβόντων· χαρίσματα δὲ λέγομεν, τὰ διὰ τῶν σημείων· ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος πιστεύσας διὰ Χριστοῦ εἰς τὸν Θεὸν, ὃς οὐκ εἴληφε χάρισμα πνευματικόν· αὐτό τε γὰρ τὸ ἀπαλλαγῆναι πολυθέου ἀσεβείας, καὶ πιστεῦσαι Θεῷ πατρὶ διὰ Χριστοῦ, χάρισμά ἐστι Θεοῦ· τό τε ἀπορρίψαι τὸ Ἰουδαϊκὸν κάλυμμα, καὶ πιστεῦσαι ὅτι εὐδοκίᾳ Θεοῦ ὁ πρὸ αἰώνων μονογενὴς, ἐν ὑστέρῳ καιρῷ ἐκ παρθένου γεγένηται δίχα ὁμιλίας ἀνδρός· καὶ ὅτι ἐπολιτεύσατο ὡς ἄνθρωπος ἄνευ ἁμαρτίας, πληρώσας πᾶσαν δικαιοσύνην τὴν τοῦ νόμου· καὶ ὅτι συγχωρήσει Θεοῦ σταυρὸν ὑπέμεινεν, αἰσχύνης καταφρονήσας ὁ Θεὸς λόγος· καὶ ὅτι ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἀνέστη διὰ τριῶν ἡμερῶν, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τεσσαράκοντα ἡμέρας παραμείνας τοῖς ἀποστόλοις, καὶ πληρώσας πᾶσαν διάταξιν ἀνελήφθη ἐπ' ὄψεσιν αὐτῶν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν Θεὸν καὶ πατέρα. ὁ ταῦτα πιστεύσας, οὐκ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀλόγως, ἀλλὰ κρίσει καὶ πληροφορίᾳ, χάρισμα εἴληφεν ἐκ Θεοῦ· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πάσης αἱρέσεως ἀπαλλαγείς. μὴ οὖν τις τῶν ποιούντων σημεῖα καὶ τέρατα, κρινέτω τινὰ τῶν πιστῶν μὴ ἀξιωθέντα ἐνεργεῖν· διάφορα γάρ ἐστι τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίσματα, παρ' αὐτοῦ διὰ Χριστοῦ διδόμενα· καὶ σὺ μὲν εἴληφας τοῦτο· ἐκεῖνος δὲ ἄλλο τί· ἢ γὰρ λόγον σοφίας, ἢ γνώσεως, ἢ διακρίσεως πνευμάτων, ἢ πρόγνωσιν τῶν μελλόντων, ἢ λόγον διδακτικὸν, ἢ ἀνεξικακίαν, ἢ ἐγκράτειαν ἔννομον. καὶ γὰρ καὶ Μωϋσῆς ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιτελῶν τὰ σημεῖα, οὐ κατεπήρθη τῶν ὁμοφύλων· καὶ Θεὸς κληθεὶς, οὐκ ἠλαζονεύσατο κατὰ τοῦ ἰδίου προφήτου Ἀαρών· ἀλλ' οὔτε ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, ἡγησάμενος μετ' αὐτὸν τοῦ λαοῦ, κἂν τῷ πρὸς Ἰεβουσαίους πολέμῳ στήσας τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαὼν, καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα Αἰλὼν, διὰ τὸ μὴ αὐταρκεῖν πρὸς τὴν νίκην τὴν ἡμέραν, ἐπήρθη κατὰ τοῦ Φινεὲς, ἢ τοῦ Χαλέβ. οὔτε Σαμουὴλ τοσαῦτα παράδοξα ποιήσας, παρ' οὐδὲν ἡγήσατο τὸν θεοφιλῆ Δαβίδ. καίτοι ἀμφότεροι προφῆται· καὶ ὁ μὲν, ἀρχιερεὺς, ὁ δὲ, βασιλεύς. καὶ ἑπτὰ χιλιάδων ὑπαρχουσῶν ἐν Ἰσραὴλ ἁγίων, τῶν μὴ καμψάντων γόνυ τῇ Βάαλ, μόνος Ἠλίας ἐν αὐτοῖς, καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Ἐλισσαῖος θαυματοποιοὶ γεγένηνται· ἀλλ' οὔτε Ἠλίας τὸν οἰκονόμον Ἀβδιοὺ ἐξεμυκτήρισε, φοβούμενον μὲν τὸν Θεὸν, οὐ ποιοῦντα δὲ σημεῖα· οὔτε Ἐλισσαῖος τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν φρίττοντα τοὺς πολεμίους ὑπερεῖδεν. ἀλλὰ γὰρ οὔτε Δανιὴλ ὁ σοφὸς, ῥυσθεὶς δεύτερον ἐκ στόματος λεόντων, οὔτε οἱ τρεῖς παῖδες ἐκ καμίνου πυρὸς, ἐξουδένωσαν τοὺς λοιποὺς τῶν ὁμοφύλων· ἠπίσταντο γὰρ ὅτι οὐ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει περιεγένοντο τῶν δεινῶν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ ἰσχύϊ, καὶ σημεῖα ἐπετέλουν, καὶ τῶν δυσχερῶν ἀπηλλάττοντο. οὐκοῦν μηδεὶς ὑμῶν ἐπαιρέσθω κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, κἂν προφήτης ᾖ, κἂν θαυματοποιός. εἰ

A *huic, & in labiis aliis; & non credent*. Nec enim Ægyptii crediderunt Deo, cum Moyses tot tantaque signa & prodigia faceret: neque multitudo Judæorum credidit Christo, Moysis simili, [a] cum omnem morbum omnemque infirmitatem curaret: & neque illos permovit [b] virga in serpentem animata, & manus alba facta, Nilus in sanguinem versus; neque hos cæci [c] videntes, claudi ambulantes, & mortui suscitati: ac illi quidem resistebant [d] Jannes & Mambres; huic vero Annas & Caiphas. Sic non omnibus signa persuadent, sed iis dumtaxat qui candide de rebus judicant; quorum & caussa Deo tamquam sapienti moderatori placet ut miracula perpetrentur; non hominum viribus, sed illius B voluntate. Hæc autem ideo memoramus, ut qui Charismata hujusmodi acceperunt, non se in eos qui non acceperunt efferant; Charismata dicimus, quæ per miracula: quoniam nemo est, per Christum in Deum credens, qui non acceperit Charisma spirituale: ipsum etenim hoc, liberatum esse impio multorum deorum cultu, & credidisse Deo Patri per Christum, Charisma Dei est; ut &, abjecisse Judaicum velamen; ac credidisse quod Dei beneplacito Unigenitus qui ante sæcula exsistebat, in extremo tempore ex virgine natus est, sine viri concubitu; & quod in vita tamquam homo versatus est absque peccato, impleta omni justitia Legis; quodque permissione Dei Deus Verbum, [e] *spreto dedecore, crucem sustinuit*; & quod mortuus C est ac sepultus, & resurrexit in triduo, atque post resurrectionem cum Apostolis diebus quadraginta permansit, completaque omni constitutione, assumtus est in eorum conspectu ad Deum & Patrem qui eum miserat. Qui hæc credidit, non stolide ac citra rationem, sed cum judicio ac certitudine, is Charisma a Deo consecutus est: similiter etiam qui ab omni hæresi servatus fuit. Non ergo quispiam eorum qui signa & portenta faciunt, judicet ac damnet quemquam fidelium, qui donum ea operandi non sit adeptus: diversa quippe sunt Dei Charismata, ab ipso per Christum tributa: [f] ac tu quidem accepisti hoc; ille vero aliud quoddam; aut enim sermonem sapientiæ, vel scientiæ, aut rationem discernendorum spirituum, aut præcognitionem D futurorum, aut sermonem aptum ad docendum, aut patientiam, aut continentiam legitimam. Etenim Moyses homo Dei, cum in Ægypto signa perficeret, non se in populares suos extulit; cumque Deus appellatus fuisset, [g] non superbivit in suum prophetam Aaronem. Sed & Jesus Nave filius, qui post Moysem ductor fuit populi, quamvis in bello adversum Jebusæos, quod non sufficeret dies ad victoriam, solem stitisset [h] ad Gabaonem, & lunam ad vallem Ajalonem; non tamen in Phineem aut Chalebum arrogantia elatus est. Neque Samuel qui tot mira & inopinata fecit, pium ac Deo carum Davidem nihili duxit: sed ambo erant prophetæ; & ille quidem pontifex, hic vero rex. Et cum in Israele [i] essent septem E millia sanctorum, qui non curvaverant genu Baali; ex ipsis solus Elias, ejusque discipulus Elisæus miraculorum effectores fuerunt: non tamen Elias derisit Abdiam œconomum, timentem quidem Deum, at signa non facientem; neque Elisæus [k] discipulum suum hostes perhorrescentem despexit. Sed enim neque sapiens Daniel [l], bis ex ore leonum ereptus; neque tres pueri, ex ignis fornace liberati, nihili fecerunt reliquos suæ gentis homines: sciebant enim se non suis viribus pericula evasisse, sed Dei virtute cum signa peregisse, tum ab angustiis fuisse servatos. Itaque nemo vestrum, licet sit propheta, licet miraculorum

a Deut. XVIII. 15. b Exod. IV. 3. 6. c Matth. XI. 5. d II. Tim. III. 8. e Heb. XII. 2. f I. Cor. XII. 8.
g Exod. VII. 1. h Jos. X. 12. i III. Reg. XIX. 18. k IV. Reg. VI. 15. 16. l Dan. VI. & XIV. & III.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



γὰρ δοθῇ μηκέτι εἶναί που ἄπιστον, περιττὴ λοιπὸν ἔσται πᾶσα σημείων ἐνέργεια. τὸ μὲν γὰρ εἶναι εὐσεβῆ, ἐκ τῆς τοῦ τινος εὐνοίας· τὸ δὲ θαυματοποιεῖν ἐκ τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος δυνάμεως· ὧν, τὸ μὲν πρῶτον ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρᾷ, τὸ δὲ δεύτερον Θεὸν τὸν ἐνεργοῦντα, δι᾽ ἃς προείπομεν αἰτίας. οὐκοῦν μήτε βασιλεὺς ἐξουθενείτω τοὺς ὑπ᾽ αὐτὸν στρατηγούς· μήτε ἄρχοντες τοὺς ὑπηκόους· μὴ ὄντων γὰρ τῶν ἀρχομένων, περιττοὶ οἱ ἄρχοντες· καὶ μὴ ὄντων στρατηγῶν, οὐ στήσεται βασιλεία. ἀλλὰ μηδὲ ἐπίσκοπος ἐπαιρέσθω κατὰ τῶν διακόνων, ἢ τῶν πρεσβυτέρων, μήτε μὲν οἱ πρεσβύτεροι κατὰ τοῦ λαοῦ· ἐξ ἀλλήλων γάρ ἐστιν ἡ σύστασις τοῦ συναθροίσματος. οἵ τε γὰρ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, τινῶν εἰσιν ἱερεῖς· καὶ οἱ λαϊκοί, τινῶν εἰσι λαϊκοί. καὶ τὸ μὲν εἶναι χριστιανὸν, ἐφ᾽ ἡμῖν· τὸ δὲ ἀπόστολον, ἢ ἐπίσκοπον, ἢ ἄλλο τι, οὐκ ἐφ᾽ ἡμῖν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ διδόντι Θεῷ τὰ χαρίσματα. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω διὰ τοὺς ἀξιωθέντας χαρισμάτων ἢ ἀξιωμάτων.

A operator, se adversus fratrem extollat. Si enim id detur, ut nullus amplius sit infidelis, superflua deinceps erit omnis signorum operatio. Etenim esse pium, ex bona cujuspiam voluntate oritur; at miracula patrare, ex virtute illius qui operatur: quorum primum quidem nos ipsos respicit, secundum vero Deum ob caussas supra dictas operantem. Igitur neque imperator nihili pendat exercitus duces qui sub ipso sunt; neque præfecti eos qui ipsis parent. Nam si non sint quibus præficiatur, supervacui erunt præfecti; & si non sint duces exercitus, non stabit imperium. Quin etiam nec Episcopus in Diaconos vel Presbyteros extollat se; nec Presbyteri in plebem: ex utrisque enim cœtus compositio exstat. Episcopi quippe ac B Presbyteri, quorumdam sunt sacerdotes; & Laici, quorumdam sunt laici: ac esse quidem Christianum, in nostra consistit potestate; at esse Apostolum, aut Episcopum, aut quid simile, nostræ non est potestatis, verum ad Deum largitorem Charismatum pertinet. Hæc igitur hactenus dicta sint, propter eos qui digni habiti sunt ut Charismata vel dignitates acciperent.

Ἐκεῖνο δὲ [1] προστίθεμεν τῷ λόγῳ, ὅτι οὔτε πᾶς ὁ προφητεύων, ὅσιος· οὔτε πᾶς ὁ δαίμονας ἐλαύνων, ἅγιος. καὶ γὰρ καὶ Βαλαὰμ ὁ τοῦ Βεὼρ ὁ μάντις προεφήτευσεν, δυσσεβὴς ὤν, [2] καὶ Καϊάφας ὁ ψευδώνυμος ἀρχιερεύς· πολλὰ δὲ καὶ ὁ διάβολος προλέγει, καὶ οἱ ἀμφ᾽ αὐτὸν δαίμονες. καὶ οὐ παρὰ τοῦτο [3] μέν ἐστιν αὐτοῖς εὐσεβείας σπινθήρ· ἀγνοίᾳ γάρ εἰσι πεπιεσμένοι δι᾽ ἑκούσιον μοχθηρίαν. δῆλον οὖν ὅτι οἱ ἀσεβεῖς, κἂν προφητεύωσιν, [4] οὐ καλύπτουσι διὰ τῆς προφητείας τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν. οὐδὲ οἱ δαίμονας ἐλαύνοντες, ἐκ τῆς τούτων ὑποχωρήσεως ὁσιωθήσονται· ἀλλήλους γὰρ ἀπατῶσι· καθάπερ οἱ τὰς παιδιὰς γέλωτος ἕνεκα ἐπιδεικνύμενοι· καὶ τοὺς προσανέχοντας αὐτοῖς, ἀπολλύουσιν. οὔτε δὲ βασιλεὺς [5] δυσσεβὴς, ἔτι βασιλεὺς ὑπάρχει, ἀλλὰ τύραννος· οὔτε ἐπίσκοπος ἀγνοίᾳ ἢ κακονοίᾳ πεπιεσμένος, [6] ἐπίσκοπός ἐστιν, ἀλλὰ ψευδώνυμος, οὐ παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ παρὰ ἀνθρώπων προβληθείς· ὡς Ἀνανίας, καὶ [7] Σαμαίας ἐν Ἱερουσαλήμ, καὶ Σεδεκίας καὶ Ἀχίας οἱ ἐν Βαβυλῶνι ψευδοπροφῆται. ἀλλὰ καὶ Βαλαὰμ ὁ μάντις τιμωρίαν ἔτισε διαφθείρας τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῷ Βεελφεγώρ· καὶ [8] Καϊάφας ὕστερον αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο. καὶ οἱ υἱοὶ Σκευᾶ ἐπιχειροῦντες δαίμονας ἐλαύνειν, ὑπ᾽ αὐτῶν τραυματίαι γενόμενοι, ἔφυγον ἀπρεπῶς· καὶ οἱ βασιλεῖς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Ἰούδα ἀσεβήσαντες, παντοίας τιμωρίας ἔτισαν. δῆλον οὖν ὡς καὶ οἱ ψευδώνυμοι ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτεροι, οὐκ ἐκφεύξονται τὴν παρὰ Θεοῦ δίκην· ῥηθήσεται γὰρ αὐτοῖς καὶ νῦν· ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, οἱ φαυλίζοντές μου τὸ ὄνομα· παραδώσω ὑμᾶς εἰς σφαγήν· ὡς Σεδεκίαν, καὶ Ἀχίαν, οὓς ἀπετηγάνισε βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ὥς φησιν Ἱερεμίας ὁ προφήτης. ταῦτα δέ φαμεν, οὐ τὰς ἀληθεῖς προφητείας ἐξουθενοῦντες, ἴσμεν γὰρ αὐτὰς κατ᾽ ἐπίπνοιαν Θεοῦ ἐν τοῖς ὁσίοις ἐνεργεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ θράσος τῶν ἀλαζονευομένων καταστέλλοντες· καὶ προστιθέντες ἐκεῖνο, ὅτι τῶν τοιούτων Θεὸς περιαιρεῖ τὴν χάριν· ὑπερηφάνοις γὰρ ὁ Θεὸς ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Σίλας μὲν οὖν καὶ Ἄγαβος ἐφ᾽ ἡμῶν προφητεύσαντες, οὐ παρεξέτειναν ἑαυτοὺς τοῖς ἀποστόλοις, οὐδὲ ὑπερέβησαν τὰ ἑαυ-

II. Illud vero sermoni addimus; quod nec omnis qui prophetat, pius est; nec omnis qui dæmones expellit, sanctus. Etenim & Balaamus [a] filius Beoris vates, prophetavit, licet impius; & Caiphas [b], falso nominatus pontifex: multa quoque diabolus prædicit, C & illius dæmones; neque ideo quidem inest illis pietatis scintilla; ignorantia quippe opprimuntur, propter voluntariam improbitatem. Liquet igitur quod impii, quamvis prophetent, non obducunt per prophetiam impietatem suam; quodque qui dæmones expellunt, ex eorum discessu non efficiuntur sancti: nam se mutuo decipiunt; sicut qui ludicra risus caussa ostentant, eosque qui ad illos advertunt animum, perdunt. Neque vero rex impius, amplius rex est, sed tyrannus; neque Episcopus inscitia vel animi pravitate constrictus, Episcopus est, sed falsum nomen gerit, non a Deo, verum ab hominibus promotus; ut Ananias & Semeias Hierosolymis, & Sedecias atque Achias [c] pseudoprophetæ Babylone. Sed & Balaamus [d] vates pœ- D nas dedit, cum Israelem in Beelphegore corrupisset: & Caiphas postea sui ipsius interfector exstitit: ac filii Scevæ [e] aggressi expellere dæmones, ab iis vulnerati fugerunt turpiter: & reges Israelis ac Judæ, cum impie viverent, diversa supplicia penderunt. Constat igitur ementiti nominis Episcopos ac Presbyteros, non evasuros Dei vindictam: dicetur enim illis nunc quoque: [f] *Vos sacerdotes, qui despicitis nomen meum: tradam vos in occisionem; Sedeciam & Achiam, quos frixit rex Babylonis*; sicuti ait Jeremias Propheta. [g] Hæc autem dicimus, non quod veras prophetias contemnamus, quas scimus Dei afflatu in sanctis fieri; sed ut confidentiam arro- E gantium cohibeamus: illud addentes, Deum auferre gratiam: [h] *Superbis* enim *Deus resistit; humilibus autem dat gratiam*. Sane quidem Silas & Agabus [i], nostri temporis prophetæ, non se coæquarunt Apostolis, neque supergressi sunt fines suos, etsi a Deo amarentur. Sed & mulieres prophetave-

a Num. XXIII. XXIV. *b* Joan. XI. 51. *c* Jer. XXVIII. & XXIX. *d* Num. XXI. & XXXI. *e* Act. XIX. 14.
f Malach. I. 6. *g* Jer. XXIX. 22. *h* Jac. IV. 6. ---- I. Pet. V. 5. *i* Act. XV. 32. & XXI. 10.

1. Ἐκεῖνο δὲ κ.τ.λ.] Laudat Anastasius *Quæst.* XX. COTELER.
2. Καὶ Καϊάφ.] Anastasius, καὶ Σαοὺλ, καὶ K. ID.
3. Μέν ἐστιν] Anast. μέτεστιν. ID.
4. Οὐ καλύπτ.] Anast. οὐκ ἀποκαλύπτουσι διὰ τῆς προφητείας αὐτῶν εὐσέβειαν. *Perspicuum est ergo quod impii, etiamsi prophetent, per prophetiam suam non revelent pietatem.*
5. Οὔτε δὲ βασιλ.] Citatur ab Anastasio, *Quæst.* XVI. & ab auctore *Oper. imperf. in Matth. ad Matth.* XXV. 18. COTELER.
6. Ἐπίσκοπ.] Anastas. ἔτι ἐπίσκοπ.
7. Σαμαίας] Anast. Σαμίας. Et statim, al. ἐν Ἰσραήλ. IDEM.
8. Καὶ Καϊάφας] Anast. *Quæst.* XX. Σαοὺλ καὶ Καϊάφας αὐτοφονευταὶ γεγόνασι. ID.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 226.

των μέτρα, καὶ τοι θεοφιλεῖς ὄντες. προεφήτευσαν δὲ καὶ γυναῖκες· τὸ μὲν παλαιὸν Μαριὰμ ἡ Μωϋσέως καὶ Ααρὼν ἀδελφή· μετὰ δὲ ταύτην Δεβόῤῥα· καὶ μετὰ ταύτας, Ολδὰ καὶ Ιουδὴθ, ἡ μὲν ἐπὶ Ιωσίου, ἡ δὲ ἐπὶ Δαρείου. καὶ ἡ μήτηρ δὲ τοῦ κυρίου προεφήτευσε, καὶ ἡ Ελισάβετ ἡ συγγενὴς αὐτῆς, καὶ Αννα· καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν αἱ Φιλίππου θυγατέρες. ἀλλ᾽ οὐκ ἐπήρθησαν κατὰ τῶν ἀνδρῶν αὗται, ἀλλ᾽ ἐφύλαξαν τὰ οἰκεῖα μέτρα. οὐκοῦν καὶ ἐν ὑμῖν κἂν ἀνήρ τις ᾖ, κἂν γυνὴ, καὶ τύχῃ τοιαύτης τινὸς χάριτος, ταπεινοφρονείτω, ἵνα ἐπ᾽ αὐτῷ εὐδοκῇ ὁ Θεός· ἐπὶ τίνα γάρ, φησιν, ἐπιβλέψω, ἀλλ᾽ ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους;

A runt: olim quidem Maria Moysis & Aaronis soror; [a] post eam vero Debora; [b] postque illas Holda [c] & Juditha, [d] illa sub Josia, hæc sub Dario. Mater etiam Domini [e] propheravit, & Elisabeta cognata ejus, & Anna; ac nostra ætate [f] filiæ Philippi. Verumtamen illæ non se adversum viros extulerunt, sed custodierunt modum suum. Itaque si & in vobis vir quispiam sit aut mulier, alicujus hujusmodi gratiæ particeps, humiliter de se sentiat, ut Deum habeat benevolum: [g] *Super quem enim*, inquit, *respiciam, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?*

a Exod. XV. 20. *b* Judic. IV. 4. *c* IV. Reg. XXII. 14. *d* Judith. VIII. *e* Luc. I. & II. *f* Act. XVI. 9. *g* Isa. LXVI. 2.

Δ Ι Α Τ Α Ξ Ε Ι Σ
ΤΩΝ ΑΥΤΩΝ
ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

CONSTITUTIONES
EORUMDEM
SS. APOSTOLORUM.

Jo. Ernesto Grabe *interprete.*
Ex codd. Vindob. & Barocc. 26.

Περὶ Χειροτονιῶν [1] διὰ Ιππολύτου.

A Μα τοίνυν ὑπάρχοντες ἡμεῖς οἱ δώδεκα τοῦ κυρίου ἀπόστολοι τάσδε τὰς θείας ὑμῖν ἐντελλόμεθα διατάξεις περὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ τύπου, [2] συμπαρόντων ἡμῖν καὶ τοῦ τῆς [3] ἐκκλησίας σκεύους Παύλου τοῦ συναποστόλου ἡμῶν, καὶ Ιακώβου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἑπτὰ διακόνων. Πρῶτος οὖν ἐγὼ [4] Πέτρος ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι διατάσσομαι ἐν πᾶσιν ἄμεμπτον [5] ἄριστον ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐκλελεγμένον. οὗ ὀνομασθέντος καὶ [6] ἀρέσκοντος, συνελθὼν ὁ λαὸς ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις, ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ συνευδοκείτω· ὁ δὲ πρόκριτος τῶν λοιπῶν ἐρωτάτω τὸ πρεσβυτέριον καὶ τὸν λαὸν, εἰ αὐτός ἐστιν, ὃν αἰτοῦνται εἰς ἄρχοντα. καὶ ἐπινευσάντων, πάλιν ἐρωτάτω, εἰ μαρτυρεῖται ὑπὸ πάντων ἄξιος εἶναι τῆς μεγάλης ταύτης καὶ λαμπρᾶς ἡγεμονείας, εἰ τὰ κατὰ τὴν εἰς Θεὸν αὐτῷ εὐσέβειαν κατώρθωται, εἰ τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια πεφύλακται, εἰ τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν καλῶς ᾠκονόμηται, εἰ τὰ κατὰ τὸν βίον ἀνεπίληπτος ὑπάρχῃ. καὶ πάντων ἅμα κατὰ ἀλήθειαν ἀλλ᾽ οὐ κατὰ πρόληψιν [7] μαρτυρησάντων τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι, ὡς ἐπὶ δικαστῇ Θεῷ καὶ Χριστῷ, παρόντος δηλαδὴ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος καὶ πάντων τῶν ἁγίων καὶ λειτουργικῶν πνευμάτων, ἐκ τρίτου πάλιν [8] πυθέσθω, εἰ ἄξιός ἐστιν ἀληθῶς


De Ordinationibus, per Hippolytum.

I. NOS utique duodecim Apostoli Domini, quia una sumus, divinas hasce Constitutiones vobis indicimus de omni ecclesiastica forma, præsente nobiscum etiam *electionis vase* Paullo, coapostolo nostro, & Jacobo Episcopo, ac reliquis Presbyteris & septem Diaconis. Primus igitur ego Petrus, Episcopum ordinari constituo in omnibus inculpatum, quique sit a cuncto populo ex optimis quibusque electus. Quo nominato & placente, populus in unum congregatus, una cum Presbyteris atque Episcopis præsentibus die dominico consentiat. Qui vero inter reliquos princeps B Episcopus est, percontetur Presbyteros & populum an ipse sit, quem præesse petunt. Et illis annuentibus, rursus percontetur, an tribuant ei omnes testimonium, quod dignus sit hoc magno & illustri munere præsidendi: an quæ ad pietatem erga Deum pertinent, recte peregerit, an jura adversus homines servarit, an ea quæ se ipsum (domum ac rem familiarem) spectant, bene administrarit: an vitam per omnia inculpatam egerit. Cum vero omnes simul non secundum opinionem præjudicatam, sed secundum veritatem testificati fuerint, talem esse eum, tamquam in C conspectu judicis Dei & Christi, præsente etiam Spiritu sancto atque omnibus sanctis & [a] *admini-*

a Heb. I. 14.

1. Περὶ χειροτονιῶν] Lib. VIII. Constit. Apostol. cap. IV. Fabric.
2. Συμπαρόντων] MS. συμπαρόντος. Ita cod. Vindob. Id.
3. Τῆς ἐκκλησίας] Const. τῆς ἐκλογῆς.
4. Εγὼ Πέτ.] MS. Vindobon. ἐγὼ φημι, absque Πέτρος. Idem.
5. Αριστον] Constit. ἀριστίνδην. Id.
6. Αρέσκοντος] Constit. ἀρέσαντος. Id.
7. Μαρτυρισάντων] Μαρτυρησάντων. Id.
8. Πυθέσθω] Constit. πυθέσθωσαν. Et mox σταθῇ pro σταθείσης. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



τῆς λειτουργίας· ἵνα ἐπὶ στόματος δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα. καὶ συνθεμένων αὐτῶν ἐκ τρίτου ἄξιον εἶναι, ἀπαιτείσθωσαν οἱ πάντες σύνθημα· καὶ δόντες προθύμως, ἀκουέσθωσαν· καὶ σιωπῆς γενομένης, εἷς τῶν πρώτων ἐπισκόπων ἅμα δυσὶν ἑτέροις, πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου ἑστὼς, τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων σιωπῇ προσευχομένων, τῶν δὲ διακόνων τὰ θεῖα εὐαγγέλια ἐπὶ τῆς τοῦ χειροτονουμένου κεφαλῆς ἀνεπτυγμένα κατεχόντων, λεγέτω πρὸς Θεόν.

A *stratoriis spiritibus*, rursus tertio interroget, utrum sit vere ministerio dignus: ut [a] *in ore duorum vel trium testium stet omne verbum*. Et cum tertio annuerint, & dignum esse assensi fuerint, petatur ab omnibus, ut præbeant signum assensus: & libenter præbentes audiantur, ac silentio facto unus ex primis Episcopis, una cum aliis duobus stans prope altare, reliquis Episcopis & Presbyteris tacite precationem facientibus, & Diaconis sacra Evangelia super caput ejus qui ordinatur, tenentibus, in hunc modum precetur.

Εὐχὴ [1] χειροτονίας Ἐπισκόπου.

Ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν, ὁ γινώσκων τὰ πάντα, πρὶν γενέσθωσαν· σὺ ὁ δοὺς ὅρους ἐκκλησίας διὰ λόγου χάριτός σου· ὁ προορίσας τὸ ἀπ' ἀρχῆς γένος δίκαιον ἐξ Ἀβραὰμ, ἄρχοντας καὶ ἱερεῖς καταστήσας, τό, τε ἁγίασμά σου μὴ καταλιπὼν ἀλειτούργητον· ὁ ἀπὸ καταβολῆς κόσμου εὐδοκήσας ἐν οἷς ᾑρετίσω [2] δοξασθῆναι· καὶ νῦν ἐπίχεε τὴν παρὰ σοῦ δύναμιν τοῦ ἡγεμονικοῦ πνεύματός σου, ὅπερ διὰ τοῦ ἠγαπημένου σου παιδὸς Ἰησοῦ Χριστοῦ δεδώρησαι τοῖς ἁγίοις σου ἀποστόλοις, οἳ καθίδρυσαν τὴν ἐκκλησίαν κατὰ τόπον ἁγιάσματός σου εἰς δόξαν καὶ αἶνον ἀδιάλειπτον τοῦ ὀνόματός σου. Καρδιογνῶστα πάντων, δὸς ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, ὃν ἐξελέξω εἰς ἐπισκοπήν σου τὴν ἁγίαν, καὶ ἀρχιερατεύειν σοι ἀμέμπτως λειτουργοῦντα νυκτὸς καὶ ἡμέρας· ἀδιαλείπτως ἱλάσκεσθαι τὸ πρόσωπόν σου, καὶ προσφέρειν σοὶ τὰ δῶρα τῆς ἁγίας σου ἐκκλησίας. καὶ τῷ πνεύματι τῷ ἀρχιερατικῷ ἔχειν ἐξουσίαν ἀναφιέναι ἁμαρτίας κατὰ τὴν ἐντολήν σου, διδόναι κλήρους κατὰ τὸ πρόσταγμά σου, λύειν τε πάντα σύνδεσμον κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἣν δέδωκας τοῖς ἀποστόλοις· εὐαρεστεῖν τέ σοι ἐν πρᾳότητι καὶ καθαρᾷ καρδίᾳ, προσφέροντά σοι ὀσμὴν εὐωδίας, διὰ τοῦ παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, κράτος, τιμὴ, σὺν ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Oratio in ordinatione Episcopi.

B II. *Deus [b] & pater Domini nostri Jesu Christi, pater misericordiarum & Deus omnis consolationis*; qui [c] *in excelsis habitas, & humilia respicis*; qui omnia nosti antequam fierent: tu qui dedisti leges Ecclesiæ per verbum gratiæ tuæ: qui providisti jam ab initio genus justum ex Abrahamo (oriundum) præsidesque & sacerdotes constituisti, neque sanctuarium tuum reliquisti sine ministerio: cui a constitutione mundi beneplacitum est, in iis quos elegeris, glorificari, etiam nunc effunde quæ apud te est virtutem [d] *principalis Spiritus* tui, quem per dilectum filium tuum Jesum Christum dedisti sanctis Apostolis tuis, qui in locum sanctuarii tui fundarunt Ecclesiam, in gloriam ac laudem sempiternam nominis tui. Qui C corda nosti omnium, da huic famulo tuo, quem ad Episcopatum tuum sanctum elegisti, ut pontificatu tibi sancte & sine reprehensione fungatur, nocte ac die ministrans, ut continuo propitium faciat vultum tuum, & offerat tibi dona sanctæ tuæ Ecclesiæ: ut ex spiritu episcopali potestatem habeat remittendi peccata secundum mandatum tuum; item dandi cleros (id est sortes) ut tu jussisti, ac solvendi omne vinculum secundum potestatem quam Apostolis dedisti; ut denique placeat tibi in mansuetudine ac corde puro offerens tibi odorem suavitatis, per filium tuum Jesum Christum Dominum nostrum: quocum tibi sit gloria, robur, honor cum Spiritu sancto, nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen.

D

Περὶ χειροτονίας Πρεσβυτέρου [3].

Ἐγὼ ὁ φιλούμενος ὑπὸ τοῦ Κυρίου, διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις· πρεσβύτερον χειροτονῶν ὦ ἐπίσκοπε, τὴν χεῖρα ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐπιτίθει αὐτὸς, τοῦ πρεσβυτερίου παρεστῶτός σοι καὶ τῶν διακόνων, καὶ ἐπευχόμενος λέγε·

De Ordinatione Presbyteri.

III. Ego dilectus a Domino; constituo vobis Episcopis: Cum Presbyterum ordinas Episcope, impone ipse manum capiti (ejus,) adstantibus tibi Presbyteris & Diaconis; & orans dicas:

Εὐχὴ χειροτονίας Πρεσβυτέρου.


Κύριε παντοκράτωρ, ὁ βασιλεὺς ἡμῶν ὁ διὰ Χριστοῦ τὰ πάντα δημιουργήσας, καὶ δι' αὐτοῦ τῶν ὅλων προνοῶν· ἐπίβλεψον καὶ νῦν ἐπὶ τὴν ἁγίαν σου ἐκκλησίαν, καὶ αὔξησον αὐτήν· πλήθυνον τοὺς ἐν αὐτῇ προεστῶτας, καὶ δὸς δύναμιν πρὸς τὸ κοπιᾷν αὐτοὺς ἔργῳ καὶ λόγῳ πρὸς οἰκοδομὴν τοῦ λαοῦ σου. καὶ ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τοῦτον, τὸν ψήφῳ καὶ κρίσει τοῦ κλήρου παντὸς εἰς πρεσβυτέριον ἐπιδοθέντα, καὶ ἔμπλησον αὐτὸν πνεῦμα χάριτος καὶ συμβουλείας τοῦ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κυβερνᾷν τὸν λαόν σου ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· ὃν τρόπον ἐπίδες ἐπὶ λαὸν ἐκλογῆς σου, καὶ προσέταξας Μωϋσεῖ αἱρετήσασθαι πρεσβυτέρους οὓς ἔπλησας πνεύματος, ὅπως ἐμπλησθεὶς ἐνεργημάτων, ἰατρικῶν καὶ λόγων διδακτικῶν, ἐν πρᾳό-

Oratio in Ordinatione Presbyteri.

IV. Domine omnipotens, Rex noster, qui omnia per Christum condidisti, & universa per ipsum providentia tua curas; respice & nunc Ecclesiam tuam sanctam, & adauge eam; multiplica eos qui E in ea præsunt, & da virtutem, ut sermone & opere laborent ipsi ad ædificationem populi tui. Ipse etiam respice hunc famulum tuum, suffragio & judicio totius cleri ordini presbyterorum adscriptum; impleque eum spiritu gratiæ & consilii, ut opitulari & gubernare possit populum tuum in puro corde, quomodo respexisti populum tuum electum, ac in mandatis Moysi dedisti, [e] ut eligeret seniores, quos spiritu implevisti: ut impletus donis sanationum, sermonibus ad docendum idoneis in mansuetudine populum hunc tuum erudiat sincere, in mente pura

a Matth. XVIII. 16. *b* II. Cor. I. 3, *c* Psal. CXII. 5. 6. *d* Psal. L. 14. *e* Num. XI. 16.

1. Εὐχὴ κ. τ. λ.] Confer. lib. VIII. Constit. cap. V. ID.
2. Ηρετίσω] Ms. ἠρετήσω. ID.
3. Περὶ χειροτον. Πρεσβ.] Confer. lib. VIII. Const. c. XVI. IDEM.



τηπ παιδεύη σου [τὸν λαὸν] τοῦτον εἰλικρινῶς ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ καὶ ψυχῇ θελούσῃ, καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ σου ἱερουργίας ἀμώμως ἐκπλῇ διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ σέβας σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A ac benevolo animo, ac sacra pro populo tuo inculpate peragat per Christum tuum: cum quo tibi una cum Spiritu sancto sit gloria ac veneratio in sæcula sæculorum, Amen.

Περὶ χειροτονίας Διακόνου [1].

Ἐγὼ Φίλιππος διατάσσομαι. διάκονον καταστήσεις ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὰς χεῖρας παρεστῶτός σου παντὸς τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων, καὶ ἐπευξάμενος λέγε·

De Ordinatione Diaconi.

V. Ego Philippus constituo. Diaconum ordinabis, Episcope, imponendo ei manus, adstantibus tibi omnibus Presbyteris & Diaconis, & precando dicas:

Εὐχὴ [2] χειροτονίας Διακόνου.

Ο Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. ὁ ἀληθινὸς, ὁ ἀψευδὴς καὶ πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους σε ἐν ἀληθείᾳ, ὁ φοβερὸς ἐν βουλαῖς, ὁ σοφὸς διανοίᾳ, ὁ κραταιὸς καὶ μέγας· εἰσάκουσον προσευχῆς ἡμῶν Κύριε, καὶ ἐνώτισαι τὴν δέησιν ἡμῶν, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειριζόμενόν σοι εἰς διακονίαν, καὶ πλῆσον αὐτὸν πνεύματος καὶ δυνάμεως ὡς ἔπλησας Στέφανον τὸν πρωτομάρτυρα καὶ μιμητὴν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ καταξίωσον αὐτὸν εὐαρέστως λειτουργήσαντα τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ διακονίαν, ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, μείζονος ἀξιωθῆναι βαθμοῦ διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

Oratio in Ordinatione Diaconi.

B VI. Deus omnipotens qui verax es, mentiri nescius, ac [a] *dives in omnes qui te invocant* in veritate; qui [b] *terribilis* es *in consiliis*, sapiens cogitatione, validus ac magnus: exaudi orationem nostram, & auribus percipe preces nostras Domine, & ostende faciem tuam super famulum tuum electum tibi ad ministerium; & imple eum spiritu ac virtute, sicut implevisti Stephanum protomartyrem [c], & imitatorem perpessionum Christi tui; & concede ei, ut ministerio sibi commisso ad voluntatem tuam, constanter, inculpate ac citra reprehensionem perfunctus, majore deinceps gradu dignus habeatur, per mediationem Christi tui, unigeniti filii tui: cum quo una cum Spiritu sancto tibi sit gloria, honor C ac veneratio in sæcula sæculorum.

Περὶ χειροτονίας Διακονίσσης [3].

Ἐγὼ Βαρθολομαῖος διατάσσομαι. Διακόνισσαν καθιστῶν ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας παρεστῶτός σοι τοῦ πρεσβυτερίου, καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ εὐχόμενος ἐρεῖς·

De Ordinatione Diaconissæ.

VII. Ego Bartholomæus constituo. Diaconissam ordinans, Episcope, imponas ei manus, adstantibus tibi Presbyteris & Diaconis & Diaconissis, & orans dices:

Εὐχὴ χειροτονίας Διακονίσσης [4].

Ο Θεὸς, ὁ αἰώνιος, ὁ πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς δημιουργὸς, ὁ πληρώσας πνεύματος ἁγίου Μαριὰμ καὶ Δεββωρὰν καὶ Ανναν καὶ Ολδὰν, ὁ μὴ ἀπαξιώσας τὸν μονογενῆ σου υἱὸν γεννηθῆναι ἐκ γυναικὸς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου καὶ ἐν τῷ ναῷ προχειρισάμενος τὰς φρουρὰς τῶν ἁγίων σου πυλῶν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου τήνδε, τὴν προχειριζομένην εἰς διακονίαν, καὶ δὸς αὐτῇ πνεῦμα ἅγιον, καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐπιτελεῖν αὐτὴν τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῇ ἔργον, εἰς δόξαν σὴν καὶ ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου, μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας.

Oratio in Ordinatione Diaconissæ.

VIII. Sempiterne Deus, Pater Domini nostri Jesu Christi, viri ac feminæ conditor, qui Mariam, Debboram, Annam & Holdam spiritu D implevisti; qui non duxisti indignum, ut filius tuus unigenitus ex muliere nasceretur: qui in tabernaculo testimonii & in templo custodes feminas januis tuis sanctis præfecisti: ipse etiam nunc respice tuam hanc ancillam, electam ad ministerium, & da ei Spiritum sanctum, & mundam effice eam ab omni inquinamento carnis & spiritus, ut opus sibi impositum digne perficiat ad gloriam tuam & laudem Christi tui: cum quo tibi gloria & adoratio cum Spiritu sancto in sæcula.

Περὶ χειροτονίας Ὑποδιακόνου [5].

Ἐγὼ Θωμᾶς διατάσσομαι. ὑποδιάκονον χειροτονῶν ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτῷ τὴν χεῖρα καὶ εὐχόμενος ἐρεῖς·

De Ordinatione Hypodiaconi.

E IX. Ego Thomas constituo. Hypodiaconum ordinans, Episcope, imponens ei manum & orans dices:

Εὐχὴ ἐπὶ χειροτονίᾳ Ὑποδιακόνου.

Δέσποτα Θεὲ, δημιουργὲ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου τοὺς νεωκόρους ἀναδείξας τῶν ἁγίων σου σκευῶν φύλα-

Oratio in Ordinatione Hypodiaconi.

X. Domine Deus, conditor cæli & terræ & omnium quæ in eis sunt, qui [d] in tabernaculo testimonii æditus fecisti, sanctorum vasorum tuo-

a Rom. x. 12. b Psal. lxv. 5. c Act. vi. 8. d Num. III. & I. Paral. ix.

1. Περὶ χειροτον. Διακ.] Confer. cap. xvii. lib. viii. Constit. Id.
2. Εὐχὴ χειροτ.] Ibid. cap. xviii. Id.
3. Διακονίσσης.] Ibid. cap. xix. Id.
4. Εὐχὴ χειρ. διακ.] Ibid. cap. xx. Id.
5. Ὑποδ.] Ibid. cap. xxi. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

κας· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειρισθέντα ὑποδιάκονον, καὶ δὸς αὐτῷ πνεῦμα ἅγιον πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐφάπτεσθαι τῶν λειτουργικῶν σου σκευῶν, καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου διαπαντὸς διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας σὺν ἁγίῳ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

A rum custodes: & ipse nunc respice famulum tuum, qui ad ministerium Hypodiaconi electus est; & da ei Spiritum sanctum, ut vasa ad ministerium tibi facta digne attrectet, pareatque tuæ voluntati semper per Christum tuum: cum quo tibi gloria, honor & cultus cum Spiritu sancto in sæcula, Amen.

Περὶ Ἀναγνώστου [1].

Ἀναγνώστης καθίσταται, ἐπιδιδόντος αὐτῷ βιβλίον τοῦ ἐπισκόπου· οὐδὲ γὰρ χειροθετεῖται.

De Lectore.

XI. Lector constituitur per Biblia ei ab Episcopo tradita: neque enim ordinatur per impositionem manuum.

Περὶ [2] Ὁμολογητῶν.

Ἐγὼ Ἰάκωβος Ἀλφαίου διατάσσομαι. Ὁμολογητὴς οὐ χειροτονεῖται· γνώμης γὰρ τοῦτο καὶ ὑπομονῆς. τιμῆς δὲ μεγάλης ἐπάξιός ἐστιν, ὡς ὁμολογήσας τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων. ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ γένηται, εἰς ἐπίσκοπον ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον χειροτονεῖται. εἰ δέ τις Ὁμολογητὴς μὴ χειροτονηθεὶς, ἁρπάσῃ αὐτῷ ἀξίωμα τοιοῦτον, ὡς διὰ τὴν Ὁμολογίαν, ὁ τοιοῦτος καθαιρείσθω. οὐ γάρ ἐστιν· ἐπείπερ ἤρνηται τὴν τοῦ Χριστοῦ διάταξιν, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

De Confessoribus.

B XII. Ego Jacobus Alphæi constituo. Confessor non fit ordinatione; hoc enim voluntatis est & tolerantiæ. Magno autem honore dignus est; ut qui nomen Dei coram gentibus & regibus confessus sit. Si autem opus eo fuerit, Episcopus aut Presbyter aut Diaconus ordinatur. Si quis vero Confessor non ordinatus, aliquam hujusmodi dignitatem sibi propter Confessionem arripuerit, deponatur hujusmodi. Non enim est Confessor: si quidem constitutionem Christi [a] *negavit, & est infideli deterior.*

Ὁ αὐτὸς περὶ [3] Παρθένων.

Ἐγὼ Ἰάκωβος ὁ Ἀλφαίου διατάσσομαι. Παρθένος οὐ χειροτονεῖται. ἐπιταγὴν γὰρ κυρίου οὐκ ἔχομεν. γνώμης γάρ ἐστι τὸ ἔπαθλον· οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τοῦ [4] γάμου, ἀλλ' ἐπὶ σχολῇ τῆς εὐσεβείας.

Idem de Virginibus.

C XIII. Ego Jacobus Alphæi constituo. Virgo non fit ordinatione. Mandatum [b] enim Domini non habemus. Voluntatis enim certamen est: non ad criminationem conjugii, sed ut virgo pietati vacet.

Περὶ [5] Χηρῶν.

Κἀγὼ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, τάδε περὶ χηρῶν διατάσσομαι· χήρα οὐ χειροτονεῖται, ἀλλ' [6] εἰ μὲν ἐκ πολλοῦ ἀπέβαλε τὸν ἄνδρα, καὶ σωφρόνως καὶ ἀκαταγνώστως ἔζησε, καὶ τῶν οἰκείων ἄριστα ἐπεμελήθη, ὡς Ἰουδὶθ καὶ Ἄννα αἱ σεμνόταται, καταταττέσθω εἰς τὸ χηρικόν. εἰ δὲ νεωστὶ ἀπέβαλε τὸν ὁμόζυγον, μὴ πιστευέσθω, ἀλλὰ χρόνῳ ἡ νεότης κρινέσθω. τὰ γὰρ πάθη ἔσθ' ὅτε καὶ συνηγορεῖ [7] ἀνθρώποις, μὴ ὑπὸ κρείττονος χαλινοῦ εἰργόμενα.

De Viduis.

XIV. Et ego Lebbæus, cognomento Thaddæus, hæc de viduis constituo. Vidua non ordinatur; sed si jamdiu virum amisit, & caste ac laudate vixit, & rerum domesticarum optime curam gessit, ut honestissimæ ac gravissimæ feminæ Judith & Anna, cooptetur in gradum vidualem. Si vero paullo ante D maritum amisit, ne ei credatur, sed potius adolescentia tempore exploretur. Affectus siquidem cum hominibus consenescunt, nisi fortiori freno cohibeantur.

Ὁ αὐτὸς περὶ [8] Ἐπορκιστῶν.

Ἐπορκιστὴς οὐ χειροτονεῖται. εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον καὶ χάριτος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ, ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος. ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα ἰαμάτων, δι' ἀποκαλύψεως ὑπὸ Θεοῦ ἀναδείκνυται, φανερᾶς οὔσης πᾶσι τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος. ἐὰν δὲ χρεία γένηται αὐτοῦ, εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον ἢ διάκονον, χειροτονεῖται [9].

Idem de Exorcistis.

XV. Exorcista non fit ordinatione. Animi enim plane voluntarii certamen est, ac gratiæ Dei per Christum ex adventu Spiritus sancti. Qui enim accipit donum sanationum, per revelationem declaratur a Deo; omnibus siquidem manifesta est gratia hujusmodi. Si autem opus eo fuerit, Episcopus aut Presbyter aut Diaconus ordinetur.

E Σίμωνος [10] τοῦ Καναναίου διάταξις ἀπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπος.

Κἀγὼ Σίμων ὁ Κανανaῖος διατάσσομαι ὑμῖν ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ἐπίσκοπος. ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι. ἐὰν δέ τις

A quot ordinari debeat Episcopus, Simonis Cananæi constitutio.

XVI. Et ego Simon Cananæus constituo vobis, a quot ordinari debeat Episcopus. A tribus aut duobus Episcopis debet ordinari. Si vero aliquis ab

a I. Tim. V. 8. b I. VII. 25.

1. Περὶ Αναγν.] Ibid. cap. XXII. ubi etiam precationis formula legitur, quæ in hisce mss. est omissa. ID.
2. Ομολογ.] Ibid. cap. XXIII. ID.
3. Περὶ παρθ.] Ibid. cap. XXIV. ID.
4. Γάμου] Ms. δήμου. ID.
5. Περὶ χηρῶν] Ibid. cap. XXV. ID.
6. Ἀλλ' εἰ] Ms. ἀλλ' ἢ. ID.
7. Συνηγορεῖ] Constit. συγγηρᾷ. ID.
8. Περὶ ἐπορ.] Constit. Apost. lib. VIII. cap. XXVI. ID.
9. Χειροτονεῖται] Heic inseruntur in cod. Vindobon. αἱ διὰ Κλήμεντος, καὶ κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Χαίρετε υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, κ. τ. λ. ID.
10. Σίμωνος τοῦ Καν.] Cap. XXVII. lib. VIII. Constit. ID.

ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπε, καθαιρείσθω, κ̀ αὐτὸς ὁ χειροτονήσας. ἐὰν δὲ ἀνάγκη ὑπὸ ἑνὸς καταλάβοι χειροτονηθῆναι, διὰ τὸ μὴ δυνασθαι πλείονας παραγενέσθαι, διωγμοῦ ὄντος ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα κομιζέσθω τῆς ἐπιτροπῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

A uno Episcopo ordinatus fuerit, deponatur, & is qui eum ordinavit. Sin autem necessitas coegerit ab uno ordinari, eo quod propter persecutionem aut etiam aliquam istiusmodi caussam plures adesse non potuerint, afferatur decretum commissionis plurium Episcoporum.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

Τε̃ αὐτε̃ Κανόνες [1] ἐκκλησιαστικοί.

Ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· χειροτονεῖ, προσφέρει, εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει, παρὰ δὲ πρεσβυτέρων ἐδαμῶς. Ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικὸν ἄξιον ὄντα καθαιρέσεως, πλὴν Ἐπισκόπου. μόνος γὰρ οὐχ οἷός τε. Πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται. εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου κ̀ συμπρεσβυτέρου· χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ, οὐ καθαιρεῖ, ἀφορίζει δὲ τοὺς ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὦσιν ὑπεύθυνοι τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ. Διάκονος οὐκ εὐλογεῖ, οὐ δίδωσιν εὐλογίαν, λαμβάνει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου. οὐ βαπτίζει, οὐ προσφέρει, τοῦ δὲ ἐπισκόπου προσενεγκόντος ἢ τοῦ πρεσβυτέρου, αὐτὸς ἐπιδίδωσι τῷ λαῷ οὐχ ὡς Ἱερεὺς, ἀλλ' ὡς διακονούμενος ἱερεῦσι. Τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔργον ποιῆσαι οὐδενὶ ἐξόν. Διακονίσσα οὐκ εὐλογεῖ, ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ διάκονοι ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦ φυλάττειν τὰς θύρας καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας, διὰ τὸ εὐπρεπές. Διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, ψάλτην, διακονίσσαν· ἐὰν δὲ ᾖ τι τοιοῦτον, μὴ παρόντος πρεσβυτέρου. ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, οὔτε μὴν ἀναγνώστῃ ἢ ψάλτῃ, οὐδὲ διακονίσσῃ, οὐ κληρικὸν οὐ λαϊκόν· ὑπηρέται γάρ εἰσιν διακόνων.

Ejusdem Canones ecclesiastici.

XVII. Episcopus benedicit, non benedicitur: ordinat, offert, benedictionem ab Episcopis recipit, a Presbyteris vero nequaquam, Episcopus deponit, qui dignus sit ut deponatur præter Episcopum: Episcopus enim solus Episcopum deponere non potest. Presbyter benedicit, non benedicitur. B Benedictionem accipit ab Episcopo ac compresbytero: manum imponit, non ordinat, non deponit; excommunicat autem eos quos habet infra se, si hujusmodi pœna teneantur. Diaconus non benedicit; non dat benedictionem, sed accipit ab Episcopo & Presbytero. Non baptizat, non offert; oblatione vero ab Episcopo & Presbytero facta, ipse dat populo, non tamquam Sacerdos, sed tamquam qui ministrat Sacerdotibus. Nulli autem ex reliquis Clericis licet facere opus Diaconi. Diaconissa non benedicit, neque facit aliquid eorum quæ Presbyteri aut Diaconi faciunt, sed januas custodit ac Presbyteris ministrat, cum baptizantur feminæ, propter decorum (& hone- C statem.) Diaconus excommunicat Hypodiaconum, Lectorem, Cantorem & Diaconissam, si quidem hujusmodi facere opus sit, absente presbytero. Hypodiacono excommunicare non licet, uti nec Lectori aut Psaltæ aut Diaconissæ, quemvis sive Clericum sive Laicum: ministri enim sunt Diaconorum.

Περὶ [2] ἀπαρχῶν κ̀ δεκατῶν.

Ὁ αὐτὸς Σίμων ὁ Καναναῖος [3] διατάσσομαι, πᾶσαν ἀπαρχὴν προσκομίζεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ κ̀ τοῖς πρεσβυτέροις κ̀ τοῖς διακόνοις εἰς διατροφὴν αὐτῶν. πᾶσαν δὲ δεκάτην προσφέρεσθαι εἰς διατροφὴν τῶν λοιπῶν κληρικῶν κ̀ τῶν παρθένων κ̀ τῶν ἐν πενίᾳ ἐξεταζομένων· αἱ γὰρ ἀπαρχαὶ τῶν ἱερέων εἰσὶ, κ̀ τῶν αὐτοῖς ἐξυπηρετουμένων [4].

De Primitiis & Decimis.

XVIII. Idem Simon Cananæus constituo, ut omnes primitiæ offerantur Episcopo & Presbyteris ac Diaconis, in eorum alimentum: omnes vero decimæ offerantur ad alendos reliquos Clericos & D virgines ac viduas, eosque qui cum paupertate conflictantur. Primitiæ enim Sacerdotum sunt, eorumque qui illis subministrant.

Περὶ [5] Εὐλογιῶν.

Τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστηρίοις εὐλογίας κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπε ἢ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ. τῷ ἐπισκόπῳ μέρη τέσσαρα, τῷ πρεσβυτέρῳ μέρη [6] δύο, τῷ διακόνῳ [7] μέρος ἕν· τοῖς δὲ ἄλλοις ὑποδιακόνοις ἢ ἀναγνώσταις ἢ ψάλταις, ἢ διακονίσσαις μέρος ἕν. τοῦτο γὰρ καλὸν κ̀ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἕκαστον τιμᾶσθαι κατὰ τὴν ἑαυτοῦ τάξιν. ἡ γὰρ ἐκκλησία οὐκ ἀταξίας, ἀλλ' εὐταξίας ἐστὶ [8] διδασκαλία.

De Eulogiis.

XIX. Eulogiæ quæ post sumta mysteria supersunt, de sententia Episcopi aut Presbyterorum, Diaconi distribuant Clero. Episcopo quatuor partes, Presbytero duas partes, Diacono partem unam: reliquis autem Hypodiaconis, Lectoribus, Psaltis aut Diaconissis partem unam. Hoc enim pulcrum & acceptum coram Deo, ut quisque convenienter ordini suo & gradui honoretur. E Est enim Ecclesia ordinis, non confusionis magistra.

Περὶ χειροτονιῶν [9] κ̀ ἑτέρων ἐκκλησιαστικῶν καταστάσεων.

De Ordinationibus & aliis Constitutionibus Apostolicis.

Παύλε τε̃ ἁγίου ἀποστόλε διατάξεις περὶ κανόνων ἐκκλησιαστικῶν.


B. Apostoli Paulli Constitutiones de Canonibus ecclesiasticis.

Κἀγὼ Παῦλος ὁ τῶν ἀποστόλων ἐλάχιστος τάδε

XX. Et ego Paullus Apostolorum minimus hæc

1. Κανόνες ἐκκλ.] Ibid. cap. XXVIII. ID.
2. Περὶ ἀπαρχ.] Ibid. cap. XXX. ID.
3. Σίμων ὁ Καν.] In Constitutionibus præcesserat, non Simonis Cananæi, sed Matthæi *διάταξις de benedictione aquæ & olei*. ID.
4. Ἐξυπηρ.] Διακόνων addunt Constit. ID.
5. Περὶ εὐλογιῶν] Constit. lib. VIII. cap. XXXI. quod περὶ περισσευμάτων inscribitur. ID.
6. Μέρη δύο] Const. μέρη τρία. ID.
7. Μέρος ἓν] Const. μέρη δύο. ID.
8. Διδασκ.] Const. διδασκαλεῖον. ID.
9. Περὶ χειροτ.] Ibid. cap. XXXII. Et mox καταστάσεων deest in Mſ. Vindobon. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



διατάσσομαι ὑμῖν [1] τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, περὶ κανόνων· οἱ πρώτως προσιόντες τῷ μυστηρίῳ τῆς εὐσεβείας διὰ τῶν διακόνων προσαγέσθωσαν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις· καὶ τὰς αἰτίας ἐξεταζέσθωσαν οὗ χάριν προσῆλθον τῷ κυριακῷ λόγῳ· οἵ τε προσενέγκαντες μαρτυρείτωσαν αὐτοῖς, ἀκριβώσαντες τὰ κατ᾽ αὐτούς. ἐξεταζέσθω δὲ αὐτῶν [2] ἀκριβῶς καὶ ὁ τρόπος, καὶ ὁ βίος, καὶ εἰ δοῦλοί εἰσιν, ἢ ἐλεύθεροι· καὶ ἐὰν [3] ᾖ τις δοῦλος, εἰ μὲν πιστοῦ δοῦλος ὑπάρχῃ, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ· ἐὰν δὲ μή, ἀποβαλλέσθω, ἕως ἂν ἑαυτὸν ἄξιον ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότῃ. εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω· εἰ δὲ ἐθνικοῦ ᾖ οἰκέτης, διδασκέσθω εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἵνα μὴ βλασφημῆται ὁ λόγος. εἰ μὲν οὖν ἔχει γυναῖκα, ἢ ἡ γυνὴ ἄνδρα, διδασκέσθωσαν ἀρκεῖσθαι ἑαυτοῖς [4] καὶ σωφρονεῖν. εἰ δὲ ἄγαμοι εἰσι, μανθανέτωσαν μὴ πορνεύειν, ἀλλὰ γαμεῖν [5] ἐννόμως. εἰ δὲ ὁ δεσπότης αὐτοῦ πιστὸς ὢν καὶ εἰδὼς ὅτι πορνεύει, οὐ δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα, ἢ τῇ γυναικὶ ἄνδρα, ἀφοριζέσθω.

Ἐάν τις δαίμονα ἔχει, διδασκέσθω μὲν τὴν εὐσέβειαν, μὴ προσδεχέσθω δὲ εἰς κοινωνίαν πρὶν ἂν καθαρισθείη· εἰ δὲ θάνατος κατεπείγῃ, προσδεχέσθω.

Εἴ τις πορνοβοσκὸς [6] εἴη, ἢ παυσάσθω τοῦ μαστροπεύειν, ἢ ἀποβαλλέσθω.

Πόρνη προσιοῦσα ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω.

Εἰδωλοποιὸς προσιὼν, ἢ παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.

Τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσίῃ ἀνὴρ, ἢ γυνὴ, ἢ ἡνίοχος ἢ μονομάχος ἢ σταδιοδρόμος, ἢ [7] λουδεμπαίκτης, ἢ ὀλυμπικὸς, ἢ χοραύλης ἢ κιθαριστὴς [8] ἢ ὀρχηστὴν ἐπιδεικνύμενος, ἢ κάπηλος, ἢ παυσάσθωσαν ἢ ἀποβαλλέσθωσαν.

Στρατιώτης προσιὼν διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν μηδὲ συκοφαντεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις αὐτῷ. πειθόμενος οὖν προσδεχέσθω· ἀντιλέγων δὲ ἀποβαλλέσθω.

Ἀρρητοποιὸς, κίναιδος, [9] βλὰξ, μάγος, ἐπαοιδὸς, ἀστρολόγος, μάντις, [10] θηρεπαοιδὸς, λώταξ, ὀχλαγωγὸς, [11] περικαθαίρων, οἰωνιστὴς, συμβολοδιδάκτης, παλμῶν ἑρμηνευτὴς, φυλαττόμενος ἐν συναντήσει λώβας ὄψεως [12] ἢ ὀρνίθων ἢ γαλῶν ἢ ἐπιφωνήσεων ἢ παρακροαμάτων συμβολικῶν· χρόνῳ δοκιμαζέσθωσαν, δυσέκνιπτος γὰρ ἡ κακία. παυσάμενοι δὲ προσδεχέσθωσαν, μὴ πειθόμενοι δὲ ἀποβαλλέσθωσαν.

Παλλακή τινος ἀπίστου δούλη, ἐκείνῳ μόνῳ σχολάζουσα προσδεχέσθω· εἰ δὲ καὶ πρὸς ἄλλους ἀσελγαίνῃ, ἀποβαλλέσθω.

Πιστὸς ἐὰν ἔχῃ παλλακὴν, ἐὰν μὲν δούλην, παυσάσθω, καὶ νόμῳ γαμείτω· εἰ δὲ ἐλευθέραν [13] γαμείτω αὐτὴν νόμῳ. εἰ δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω. ἐὰν δὲ καὶ πιστῷ δούλῳ συναφθῇ, ἢ παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.

A vobis Presbyteris & Diaconis de Canonibus constituo: Qui primo ad mysterium pietatis accedunt, adducantur a Diaconis ad Episcopum aut Presbyteros; & caussas exquirant cur ad verbum Domini accesserint. Qui autem adduxere, tribuant eis testimonium excussis & examinatis diligenter iis omnibus, quæ ad eos pertinent. Inquiratur autem diligenter in eorum mores ac vitam, & utrum servi sint an liberi. Et si fuerit quis servus, modo is Christiani servus fuerit, interrogetur dominus ejus, an testimonium ei præbeat? si non præbeat, repellatur, quoad usque se ipsum probaverit hero (suo.) Sin autem testimonium tribuat, suscipiatur. Quod si quis Ethnici famulus sit, doceatur placere Domino, [a] *ne sermo (Dei) blasphemetur*. Si uxorem habet, aut mulier si virum, doceantur se mutuo contenti esse, ac caste vivere. Sin autem cælibes sint, discant non scortari, sed legitime matrimonio jungi. Quod si dominus ejus fidelis est & scit illum scortari, nec tamen famulo uxorem dat, aut ancillæ maritum, excommunicetur.

Si quis dæmonem habeat, doceatur quidem pietatem: non admittatur autem ad communionem, priusquam mundetur. Si tamen mors instet, admittatur.

Si leno quis fuerit, aut desinat lenonem agere, aut repellatur.

Meretrix si accedat, aut desinat esse meretrix, aut repellatur.

Idolorum opifex si accedat, aut desistat aut repellatur.

Si scenicorum quis accedat, sive vir sive femina, aut auriga, aut duello pugnans, aut cursor stadii, aut ludorum apparator (*qui munerarius dicitur*) aut Olympicus, aut tibicen, aut citharœdus, aut saltator, aut caupo: vel cessent, vel repellantur.

Miles accedens doceatur, ne cui injuriam faciat, neve calumnietur, contentus [b] vero sit stipendiis sibi datis: si obtemperet, admittatur; si autem repugnet, repellatur.

Patrator infandæ libidinis, cinædus, abjectus (fatuus) præ luxu, magus, incantator, astrologus, hariolus, qui magicas cantiones bestiis adhibet, mendicus, (circumforaneus) circulator, qui amuleta ac remedia medica collis appendit, qui facit superstitiosas expiationes, augur, qui rationem conjectandi ex signis docet, palpitationum interpres, qui in occursu cavet (superstitiose) ne lædatur ex conspectu avium aut mustelarum, aut etiam ex auditu sonorum ac vocum sinistrum nescio quid præsagientium: probentur tempore, difficulter enim eluuntur vitia: quodsi desierint, admittantur, sin autem haud pareant, rejiciantur.

Concubina cujuspiam infidelis mancipium, modo illi soli vacarit, admittatur; sin autem cum aliis petulanter agit, rejiciatur.

Fidelis qui habet concubinam, si servam quidem, desistat & legitime ducat uxorem; sin liberam, eam in uxorem legitimam accipiat: si nolit, rejiciatur. Quodsi mulier illa servo desponsata fuerit, aut desinat aut rejiciatur.

[a] Tit. II. 5. [b] Luc. III. 14.

1. Ὑμῖν] Constit. ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις. Ita & ms. Vindobon. Id.
2. Ἀκριβῶς καὶ ὁ τρόπος] Const. καὶ οἱ τρόποι, omisso ἀκριβῶς. Id.
3. Ἐὰν ᾖ κ. λ.] Verba ᾖ τις δοῦλος, εἰ μὲν desunt in Constit. ubi & statim pro ὑπάρχῃ legitur ᾖ. Id.
4. Καὶ σωφρονεῖν] Hæc verba omittunt Constit. Id.
5. Ἐννόμως] In Const. νόμῳ. Id.
6. Εἴη] Deest in Const. Et mox ibid. προσιᾶσα pro προσιοῦσα. Id.
7. Λουδεμπαίκτης] Ms. λουδεμπαίκτης. Const. λουδεμπιστής. Idem.
8. Κιθαριστής] Const. addunt ἢ λυριστής. Id.
9. Βλάξ] Al. *mente captus*. Id.
10. Θηρεπαοιδός] Const. θηρεπῳδὸς, *captator carminum magicorum*. Et statim λώταξ redditur a Fabricio, *voluptuarius*. Grabio interprete *mendicus*, præeunte Cotelerio quem consule.
11. Περικαθαίρων] Const. περιάμματα ποιῶν. Et mox ibid. συμβολοδείκτης pro συμβολοδιδάκτης. Fabric.
12. Ὄψεως] Const. ὄψεως, ἢ ποδῶν, ἢ ὀρν. Id.
13. Γαμείτω] Const. ἐκγαμείτω. Mox pro iis ἐὰν δὲ — ἀποβαλλέσθω, Constit. habent., εἰ δὲ μὴ, ἀποβαλ. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.

Ἑλληνικοῖς ἔθεσίν τις ἐξακολουθῶν, ἢ Ἰουδαϊκοῖς μύθοις, ἢ [1] μεταπιθέσθω ἢ ἀποβαλλέσθω. A

Ὁ μέλλων [2] κατηχεῖσθαι, τρία ἔτη κατηχείσθω· εἰ δὲ σπουδαῖός τις εἴη, καὶ εὔνοιαν ἔχει περὶ τὸ πρᾶγμα, προσδεχέσθω· ὅτι οὐ χρόνος, ἀλλὰ τρόπος κρίνεται.

Θεατρομανίᾳ εἴ τις πρόσκειται, ἢ κυνηγίοις ἢ [3] ἱπποδρομικοῖς ἀγῶσιν, ἢ παυσάσθω ἢ ἀποβαλλέσθω.

Ὁ διδάσκων εἰ καὶ λαϊκὸς εἴη, ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου καὶ τὸν τρόπον σεμνὸς, διδασκέτω, ἔσονται γὰρ πάντες διδακτοὶ Θεοῦ.

Πᾶς πιστὸς ἢ πιστὴ ἕωθεν ἀναστάντες ἐξ ὕπνου, πρὸ τοῦ ἔργον ἐπιτελέσαι, νιψάμενοι προσευχέσθωσαν. ἐὰν δέ τις λόγου κατήχησις γένηται, προτιμησάτω τοῦ ἔργου B τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας.

Πιστὸς ἢ ἡ πιστὴ τοῖς οἰκέταις εὐμενῶς προσεχέτωσαν. καθὼς καὶ ἐν τοῖς προλαβοῦσι διεταξάμεθα, καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς ἐδιδάξαμεν.

Qui Gentilium mores sectatur vel Judaicas fabulas, aut mutet vitam aut repellatur.

Qui catechumenus futurus est, per tres annos catechesi informetur. Quodsi studiose se gerit, & rei desiderio tenetur, admittatur: quia non tempus sed vitæ institutum perpenditur.

Insaniæ theatri si quis animum addicit, aut venationibus, aut cursibus equestribus, aut ludorum certaminibus, vel cesset vel rejiciatur.

Qui docet quamvis laicus fuerit, modo peritus in sermone ac morum probitate ornatus, doceat: [a] *Erunt* enim (inquit) *omnes a Deo docti*.

Omnis Christianus vel Christiana mane ex somno surgentes, antequam opus faciant, lavent ac precentur. Si autem aliqua sermonis Catechesis agatur, operi quisque anteponat verbum pietatis.

Fidelis vir, vel fidelis mulier benigne se habeat erga famulos: sicut & in præcedentibus constituimus, & in epistolis [b] docuimus.

Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων διατάξεις περὶ ἀργίας [4] δούλων.

Petri & Paulli SS. Apostolorum Constitutiones, de diebus quibus famuli debeant feriari.

Ἐγὼ Παῦλος καὶ Πέτρος διατασσόμεθα ἐργάζεσθαι τοὺς δούλους πέντε ἡμέρας· σάββατον δὲ καὶ κυριακὴν σχολαζέτωσαν [5] τῇ ἐκκλησίᾳ, διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας. τὸ μὲν γὰρ σάββατον δημιουργίας λόγον ἔχειν· τὴν δὲ κυριακὴν ἀναστάσεως. τὴν δὲ μεγάλην ἑβδόμαδα πᾶσαν καὶ τὴν C μετ' αὐτὴν ἀργείτωσαν οἱ δοῦλοι· ὅτι ἡ μὲν πάθους ἐστὶν, ἡ δὲ ἀναστάσεως· καὶ χρεία διδασκαλίας, τίς ὁ παθὼν καὶ ἀναστὰς, ἢ τίς ὁ συγχωρήσας καὶ ἀναστήσας.

Τὴν ἀνάληψιν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ πέρας τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας.

Τὴν πεντηκοστὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὴν παρουσίαν τοῦ ἁγίου πνεύματος τὴν δωρηθεῖσαν τοῖς πιστεύσασιν εἰς Χ ν Ἰησοῦν.

Τὴν τῶν γενεθλίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀπροσδόκητον χάριν δεδόσθαι ἀνθρώποις, καὶ γεννηθῆναι τὸν τοῦ Θεοῦ Λόγον Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου.

Τὴν τῶν ἐπιφανίων ἑορτὴν ἀργείτωσαν, διὰ τὸ ἐν D αὐτῇ ἀνάδειξιν γεγενῆσθαι τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, μαρτυρήσαντος αὐτῷ τοῦ Πατρὸς ἐν τῷ βαπτίσματι, καὶ τοῦ Παρακλήτου ἐν εἴδει περιστερᾶς ὑποδείξαντος τοῖς παρεστῶσι τὸν μαρτυρηθέντα.

Τὰς ἡμέρας τῶν Ἀποστόλων ἀργείτωσαν· διδάσκαλοι γὰρ ὑμῶν εἰς Χριστὸν κατεστάθησαν, καὶ πνεύματος ὑμᾶς ἠξίωσαν ἁγίου.

Τὴν ἡμέραν Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος ἀργείτωσαν καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων μαρτύρων, τῶν προτιμησάντων Χριστὸν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς.

XXI. Nos Paullus ac Petrus constituimus ut operentur servi quinque diebus: sabbato autem & dominica intersint Ecclesiæ propter doctrinam pietatis. Sabbatum enim rationem quidem habet creationis: Dominica vero resurrectionis. Magna autem hebdomade tota & ea quæ illam sequitur, famuli ferientur: quia illa passionis est, hæc autem resurrectionis: & opus est doceri, quis sit, qui passus est ac resurrexit; item quis sit, qui pati permisit quique resuscitavit.

Ascensionis die ferientur propter finitam tunc Christi œconomiam.

In Pentecoste ferientur ob adventum Spiritus sancti, qui datus fuit iis qui crediderunt in Jesum Christum.

Festo natali cessent ab opere, eo quod tunc hominibus tributa fuerit inexspectata gratia, ac natum sit Dei Verbum Jesus Christus ex Maria virgine in salutem mundi.

In Epiphaniæ festo ferientur; quia in eo demonstratio divinitatis Christi facta est, testimonium ei perhibente Patre in baptismo, Paracletoque in specie columbæ commonstrante adstantibus hunc ipsum, cui testimonium præbuerat Pater.

In Apostolorum diebus opus non faciant: doctores enim vestri fuerunt in Christo, vosque Spiritu sancto donaverunt.

In die Stephani primi Martyris ferientur, atque in diebus ceterorum sanctorum Martyrum, qui suæ ipsorum vitæ Christum prætulerunt.

Περὶ [6] Εὐχῶν.

De Orationibus.


Εὐχὰς ἐπιτελεῖτε ὄρθρου καὶ τρίτῃ ὥρᾳ καὶ ἕκτῃ E καὶ ἐννάτῃ, καὶ ἑσπέρας καὶ ἀλεκτοροφωνίᾳ. ὄρθρου μὲν εὐχαριστοῦντες ὅτι γε ἐφώτισεν [7] ἡμᾶς ὁ Κύριος παραγαγὼν τὴν νύκτα καὶ ἐπαγαγὼν τὴν ἡμέραν. τρίτῃ δὲ, ὅτι ἀπόφασιν ἐν αὐτῇ ὑπὸ Πιλάτου ἔλαβεν ὁ Κύριος. ἕκτῃ δὲ, ὅτι ἐν αὐτῇ ἐσταυρώθη Χριστός. ἐννάτῃ δὲ, ὅτι ἐν αὐτῇ τὰ πάντα κε-

XXII. Precationes facite mane & tertia hora ac sexta & nona & vespera atque in gallicinio. Mane, gratias agentes quod Dominus abducta nocte & introducto die illuminavit nos. Tertia vero hora, quoniam Dominus in ea sententiam damnationis excepit a Pilato. Sexta autem quod in ea crucifixus est Christus. Nona etiam, quod ea hora cuncta, crucifixo Domino, mo-

a Joan. VI. 45. *b* Ephes. VI. Coloss. IV. & ad Philem.

1. Μεταπιθέσθω] Const. μετατιθέσθω. ID.
2. Ὁ μέλλων κ. τ. λ.] In Constit. hæc post seq. §. transponuntur. ID.
3. Ἱπποδρ.] Const. ἱπποδρομίοις ἢ ἀγῶσιν. ID.
4. Περὶ ἀργίας δούλων] Constit. lib. VIII. cap. XXXIII. & Anastasius *Quæst.* LXIV. Paullo post, καὶ ἐγὼ Πέτρος in Constitut. ID.
5. Τῇ ἐκκλ.] Const. ἐν τῇ ἐκκλ.] ID.
6. Περὶ εὐχῶν] Constit. lib. VIII. cap. XXXIV. Anastas. *Quæst.* LXIV. ID.
7. Ἡμᾶς] Ms. ὑμᾶς. Const. ὑμῖν.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 226.



κίνητο τοῦ δεσπότου σταυρουμένου, φρίττοντα τὴν τόλμαν τῶν δυσσεβῶν Ἰουδαίων, μὴ φέροντα τοῦ Κυρίου τὴν ὕβριν. ἑσπέρας δὲ εὐχαριστοῦντες ὅτι ἡμῖν δέδωκεν ἀνάπαυσιν τῶν μεθημερινῶν κόπων τὴν νύκτα. ἀλεκτρυόνων δὲ κραυγῇ διὰ τὸ τὴν ὥραν εὐαγγελίζεσθαι τὴν παρουσίαν τῆς ἡμέρας εἰς ἐργασίαν τῶν τοῦ φωτὸς ἔργων. εἰ μὴ δυνατὸν ἐν ἐκκλησίᾳ προσιέναι διὰ τοὺς ἀπίστους, [1] κατ' οἶκον συνάξεις, ὦ Ἐπίσκοπε, ἵνα μὴ εἰσέρχηται ἀσεβὴς εἰς ἐκκλησίαν ἀσεβῶν· οὐχ ὁ τόπος γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἁγιάζει, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τὸν τόπον. [2] ἐὰν δὲ ἀσεβεῖς κατέχωσι τὸν τόπον, φευκταῖός σοι ἔστω, διὰ τὸ βεβηλῶσθαι ἀπ' αὐτῶν· ὡς γὰρ οἱ ὅσιοι ἱερεῖς ἁγιάζουσιν, οὕτως οἱ ἐναγεῖς μιαίνουσιν. Εἰ δὲ οἴκῳ ἅμα, μήτε ἐν ἐκκλησίᾳ συναθροισθῆναι δυνατὸν, ἕκαστος ἑαυτῷ ψαλλέτω, ἀναγινωσκέτω, προσευχέσθω, ἢ καὶ ἅμα δύο ἢ τρεῖς. ὅπου γὰρ ἐὰν ὦσιν, φησὶν ὁ Κύριος, δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι ἐν τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν.

Πιστὸς μετὰ κατηχουμένου μηδὲ κατ' οἶκον προσευχέσθω· οὐ γὰρ δίκαιον τὸν μεμυημένον μετὰ τοῦ ἀμυήτου συμμολύνεσθαι.

Εὐσεβὴς μετὰ αἱρετικοῦ μηδὲ κατ' οἶκον προσευχέσθω. τίς γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;

A ta sunt, dum horrent impiorum Judæorum audaciam, nec ferre possunt contumeliam Domino illatam. Vespera item: gratias agentes quod noctem nobis dederit in diurnorum laborum requiem. In gallorum autem cantu, eo quod illa hora nuntiet adventum diei, ad facienda opera lucis. Si propter infideles impossibile est ad Ecclesiam accedere, in domo aliqua congregationem facies, Episcope; ne pius ingrediatur in cœtum impiorum: non enim locus hominem sanctificat, sed homo locum. Si igitur impii locum detineant, fugiendus sit tibi ut ab iis profanatus: quemadmodum enim pii sacerdotes sanctificant, ita impuri polluunt. Quod si neque in domo simul nec in Ecclesia congregari possibile sit, unusquisque apud se se psallat, legat, precetur,
B vel etiam duo aut tres simul. [a] *Ubi enim sunt*, inquit Dominus, *duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

Fidelis ne domi quidem oret cum Cathecumeno: non enim æquum est initiatum cum non initiato coinquinari.

Pius cum hæretico ne quidem domi comprecetur: [b] *Quæ enim societas loci ad tenebras?*

Περὶ [3] μνημοσυνῶν.

De Memoriis.

Ἐπιτελείσθω τρίτα τῶν κεκοιμημένων ἐν ψαλμοῖς καὶ προσευχαῖς διὰ τὸν διὰ τριῶν ἡμερῶν ἐγερθέντα· καὶ ἔννατα εἰς ὑπόμνησιν τῶν περιόντων καὶ τῶν κεκοιμημένων· καὶ τεσσαρακοστὰ κατὰ τὸν παλαιὸν τύπον. Μωϋσῆν γὰρ οὕτως ὁ λαὸς ἐπένθησε· καὶ ἐνιαύσια ὑπὲρ μνείας αὐτῶν· καὶ διδόσθω ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, πένησιν εἰς ἀνάμνησιν αὐτῶν.

Ταῦτα δὲ [4] περὶ εὐσεβῶν λέγομεν. περὶ γὰρ ἀσεβῶν ἐὰν τὰ τοῦ κόσμου δῷς πένησιν, οὐδὲν ὀνήσεις αὐτόν. ᾧ γὰρ περιόντι ἐχθρὸν ἦν τὸ θεῖον, δῆλον, ὅτι καὶ μεταστάντι. οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία παρ' αὐτῷ. δίκαιος γὰρ ὁ Θεὸς καὶ δικαιοσύνας ἠγάπησε, καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπος καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ.

XXIII. Quod spectat ad mortuos, celebretur dies tertius in Psalmis & precibus ob eum qui tertio die resurrexit: item dies nonus, in recordationem superstitum & defunctorum: atque etiam quadragesi-
C mus, juxta veterem typum: Mosem [c] enim ita luxit populus: denique anniversarius dies, pro memoria ipsorum. Ex bonis vero eorumdem detur pauperibus ad illorum commemorationem.

Porro hæc de piis dicimus. Nam de impiis, licet omnia mundi bona pauperibus dederis, nihil juvabis impium. Cui enim superstiti inimicum erat Numen, manifestum est etiam defuncto infestum esse. *Nec* [d] enim *est injustitia apud eum.* [e] *Quoniam justus Dominus & justitias dilexit.* Et: [f] *Ecce homo & opus ejus.*

Περὶ τοῦ μὴ [5] μεθύσκεσθαι.

Inebriari nos non debere.

Ἐν δὲ ταῖς μνείαις αὐτῶν καλούμενοι, μετὰ εὐταξίας ἑστιᾶσθε καὶ φόβου Θεοῦ, ὡς δυνάμενοι καὶ πρεσβεύειν ὑπὲρ τῶν μεταστάντων. πρεσβύτεροι γὰρ καὶ διάκονοι Χριστοῦ ὑπάρχοντες νήφειν ὀφείλετε πάντοτε καὶ πρὸς ἑαυτοὺς, καὶ πρὸς ἑτέρους, ἵνα δυνῆσθε τοὺς ἀτάκτους νουθετεῖν. λέγει γὰρ ἡ γραφή· οἱ δυνάσται θυμώδεις εἰσίν· οἶνον μὴ πινέτωσαν, ἵνα μὴ πιόντες ἐπιλάθωνται τῆς σοφίας, καὶ ὀρθὰ κρίνειν οὐ μὴ δύνωνται. οὐκοῦν καὶ οἱ ἐπίσκοποι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ διάκονοι μετὰ τὸν Θεὸν τὸν παντοκράτορα καὶ τὸν ἠγαπημένον αὐτοῦ υἱὸν καὶ [6] τὸ πανάγιον αὐτοῦ πνεῦμα δυνάσται ὑπάρχουσι τῆς ἐκκλησίας. τοῦτο δέ φαμεν οὐχ ἵνα μὴ πίνωσιν· ἄλλως γὰρ καί ἐστιν ὑβρίσαι τὸ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γενόμενον εἰς εὐφροσύνην· ἀλλ' ἵνα μὴ παροινῶσιν. οὐ γὰρ εἶπεν ἡ γραφή, μὴ πιεῖν οἶνον· ἀλλὰ τί φησιν; μὴ πιεῖν οἶνον εἰς μέθην. καὶ πάλιν· ἄκανθαι φύονται ἐν χειρὶ μεθύσου. τοῦτο δὲ οὐ περὶ τῶν ἐν κλήρῳ μόνον φαμὲν, ἀλλὰ καὶ περὶ παντὸς λαϊκοῦ Χριστιανοῦ, ἐφ' οὗ ἐπικέκληται τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ αὐτοῖς γὰρ εἴρηται· τίνι οὐαί; τίνι θόρυβοι; τίνι ἀηδίαι καὶ λέσχαι; τίνος πελιδνοὶ οἱ ὀφθαλμοί; τίνι συντρίμ-

D XXIV. In illorum vero memoriis invitati, cum moderatione epulamini ac Dei timore, ut possitis etiam deprecari pro defunctis. Qui Presbyteri aut Diaconi Christi estis, semper sobrii esse debetis tam vestri ipsorum quam aliorum gratia, ut valeatis inordinatos admonere. Ait quippe Scriptura: [g] *Potentes iracundi sunt. Vinum autem non bibant: ne bibentes obliviscantur sapientiæ, & recta judicare non valeant.* Et certe Episcopi & Presbyteri ac Diaconi post Deum omnipotentem Filiumque ejus dilectum ac sacrosanctum illius Spiritum dynastæ sunt Ecclesiæ. Hoc autem dicimus non ut vinum nequaquam bibant; eo enim modo contumelia afficerent id, quod a Deo factum est ad lætitiam: sed ut non inebrientur. Non enim dicit Scriptu-
E ra: Vinum non bibendum: sed quid ait? [h] *Ne bibe vinum ad ebrietatem.* Et iterum: [i] *Spinæ nascuntur in manu temulenti.* Hoc autem non de iis solum qui sunt in clero dicimus, verum etiam de omni laico Christiano, super quem invocatum est nomen Domini nostri Jesu Christi. Nam iis quoque dictum est: [k] *Cui væ? cui tumultus? cui tædia & garrulitas? cujus oculi lividi?*

a Matth. XVIII. 28 b II. Cor. VI. 14. c Deut. XXXIV. 8. d Joan. VII. 18. e Psal. X. 8. f Isa. LXII. g Prov. XXXI. 4. ex LXX. h Prov. XXIII. 31. i Prov. XXVI. 9. k Prov. XXIII. 29. 30.

1. Κατ' οἶκον] Ms. κατ' οἴκων. FABRIC.
2. Ἐὰν δὲ — τὸν τόπον] Hæc restituimus ex Constit. omittuntur enim in edito Fabriciano, typothetarum incuria ob vocem τόπον quæ proxime præcedit: sed illa expressit versio Grabiana.
3. Περὶ μνημοσ.] Constit. lib. VIII. cap. XLII. Anastas. Quæst. XXII. FABRIC.
4. Ταῦτα δὲ κ. τ. λ.] Constit. lib. VIII. cap. XLIII. Anastas. eadem Quæst. XXII. ID.
5. Μεθύσκ.] Constit. ibid. cap. XLIV. ID.
6. Καὶ τὸ — πνεῦμα] Hæc desunt in Constit.

ματα διακενῆς; ἐ τῶν ἐγχρονιζόντων ἐν οἴνῳ, καὶ κατασκοπευόντων πȣ̃ πότοι γίνονται;

cui contusiones frustra? nonne hæc eorum qui vino immorantur, quique explorant, ubi fiant compotationes?

Περὶ τῶν διωκομένων διὰ [1] πίστιν

Τȣ̀ς διωκομένȣς διὰ πίστιν καὶ εἰς πόλιν ἐκ πόλεως φεύγοντας διὰ τὸ μεμνῆσθαι [2] τὸν λόγον τοῦ Κυρίȣ προσλαμβάνεσθε. ἐπιστάμενοι γὰρ ὅτι μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς, ἀποδιδράσκουσι, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων προΐενται, ἵνα ἀνεξάρνητον ἐφ' ἑαυτοῖς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ διατηρήσωσιν. ἐπικουρεῖτε οὖν αὐτοῖς τὰ πρὸς τὰς χρείας, ἐντολὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησȣ̃ Χριστοῦ ἐκπληρȣ̃ντες.

De iis qui persecutionem patiuntur propter fidem.

XXV. Eos qui persecutionem patiuntur fidei caussa, & de civitate in civitatem fugiunt, eo quod verborum Domini meminerint, suscipite. Cum enim norunt [a] *spiritum quidem promtum esse, carnem vero infirmam*; aufugiunt, ac direptionem facultatum suarum eligunt, ut in se ipsis nomen Christi illibatum & negatione non proditum conservent. Suppeditate ergo illis quæ sunt necessaria, mandatum Domini nostri Jesu Christi adimplentes.

Περὶ [3] ἀταξίας, διδασκαλία πάντων τῶν ἁγίων Αποστόλων.

VIII. Scaliger suis in hunc Hippolyti Canonem observationibus, vereri se ait, ut illa Heckædecaeteris Hippolytea umquam recepta fuerit, cum tot absurda in illa relicta sint. *Nam alioquin*, inquit, *Octaeterides Paschales fuisse novimus ex epistola Dionysii Episcopi*, &c. Sed nos absurda in hoc Hippolyti Canone nulla videmus; non alia certe, quam quæ in Paschali Latinorum methodo monstravimus. Quæ nemo absurda vocaverit: & ut essent, nemo propter ea Paschalem Latinorum Cyclum in usu fuisse cum Scaligero negare auderet. Nec enim, quæ passim usurpata, aut quia usurpata, non absurda sunt. Verum nos, ut dixi, nulla in iis Latinorum aut Hippolyti Canonibus absurda, sed potius acuta & verisimilia multa inesse, satis jam, ut opinor, probavimus. Cumque Paschales Latinorum rationes diu in Ecclesia viguisse, ex dictis abunde jam constet; Hippolyteas quoque quæ iisdem principiis innituntur, aliquamdiu saltem usurpatas, negare non possumus. Neque probabilitate caret, Octaeteridas ejus subinde emendatas esse; licet emendationis modum, qui varius esse potuit, ignoremus.


IX. Rursum Octaeteridos usum priscis Christianis familiarem fuisse, probat Dionysii episcopi Alexandrini (qui ab anno Christi 246. ad 263. sedem eam tenuit) Epistola ad Domitium & Didymum, quam citat Eusebius Hist. Ecclesiasticæ lib. 7. cap. 15. *In hac* (ait) CANONEM *octo annorum citat, quod festum Paschatis non alio anni tempore quam post Veris Æquinoctium celebrari debeat*. Fueritne hæc Dionysii Octaeteris, illa Hippolyti dierum 2922. divinare est: non fuisse tamen, videretur; si Paschatis eos Terminos exhibuit, qui post Æquinoctium vernum semper Plenilunium exhiberent, & constanter: hoc enim Hippolytea sesquidie brevior tenere non potest, nisi aliunde juvetur. Jam tunc igitur tempore Dionysii constat, quosdam Pascha ante Æquinoctium, saltem Cæsaris, celebrasse subinde; ut ex Canone Hippolyti & Latinorum vidimus, & etiam in Judaico videbimus. Contra hos omnes Dionysium scripsisse conjectura pæne certa est; & quidem si Æquinoctium 21. Martii Juliani defixerit; quod inde consequitur, citimam suam Paschalem Neomeniam non nisi 8. ejusdem Martii die orsus fuerit, e cujus regione nos, annos Heckædecaeteridos Hippolyteæ III. & XI. composuimus: si vero Æquinoctium 25. Martii cum Cæsare & Patribus Cæsariensibus collocarit, quod magis existimo; tunc ab Martii 12. ubi Aureos ejus Numeros VIII. & XVI. adposuimus, aut quam citissime, undecimo Martii, primum inchoaverit. Potuit tamen hic solarum Dominicarum, non item Terminorum Paschalium rationem habere, nempe, ut illæ solæ post Æquinoctium indicerentur; ut de Anatolio, qui discipulus ejus fuisse videtur, observabimus.

X. Tertio, Julius Africanus, qui Chronicon suum perduxit usque ad annum Christi 221. quinto Temporum volumine ita scribit, teste Hieronymo in Danielis cap. 9. & Eusebio libro Demonstrat. Evang. 8. *Græci & Judæi per octo annos trium mensium* Ἐμβολισμὲς *faciunt. Si enim octies undecim dies* (qui supersunt ex anno Solis cum Lunari composito) *& quartam diei partem volueris supputare; 90. dies, hoc est, tres menses efficies*. Et paullo ante: *Lunares Hebræorum menses, secundum illorum supputationem, possunt facere per singulos menses dies 29. & semis; ita ut Solis circulus per annos suos singulos (qui habent dies 365. & quartam diei partem) plus habeat undecim dies, & quartam diei partem*. Græcos quidem Octaeteride usos, & quidem qualem heic describit Africanus, satis scimus; Judæos non item, nisi forte de Octaeteride Juliana ad 76. annos Calippicos in Paschali eorum Periodo addi solita Africanus intelligat. Quamquam neque hoc dicat; sed tantum Judæos octo annis tres embolimæos menses inculcare; quod & in eorum productiore 84. annorum Periodo verum est: ubi anni octo tres plerumque menses embolimæos nanciscuntur. Cur autem in hac annorum Lunarium supputatione Cyclum hunc Africanus potius quam tot alios certiores accipiat, nulla mihi quidem ratio solidior occurrit; quam quod eum & faciliorem, & a quibusdam ævi sui Christianis in usum induci videbat: nam eodem tempore suam concinnabat Heckædecaeteridem Hippolytus. Et sane paullo difficilior Enneadecaeteris nondum Christianis perspecta satis aut familiaris erat; Judaica vero 84. annorum Periodus fidem jam nimia sua contractione perdiderat.

XI. Quarto, Montanistæ, ut refert Sozomenus lib. 7. cap. 18. fin., argumentantes contra eos, qui ex rationibus Lunæ Pascha celebrabant; & non potius ex Solis Circulo, longe certiore & constantiore; ita statuebant: *Menses singulos esse 30. dierum, incipere autem diem primam ab Æquinoctio verno, quæ Romanorum more dicitur* IX. *Kalendas Apriles* (id est 24. Martii) *quandoquidem, inquiunt, duo ista Luminaria tunc creata sunt, quibus tempora & anni declararentur. Idque eo demonstratur, quod Luna per OCTAETERIDEM cum Sole paria faciat, & utrisque eodem tempore Neomenia contingat. Siquidem Octaeteris in Lunari cursu 99. mensibus, diebus vero 2922. completur. Intra quos Sol octo annorum cursus absolvit, destinatis unicuique anno diebus* * 360. *cum quarta insuper unius diei parte. Etenim a* IX. *Kalendas Apriles, ut ab exordio creationis Solis ac primi mensis, supputant memoratam in sanctis litteris* 14. *diem, & hanc esse dicunt* VIII. *Idus Aprilis, in qua Pascha perpetuo celebrant. Quod si cum hac die dies etiam Resurrectionis forte concurrat, tum proxime sequenti Dominica ferias agunt. Scriptum est enim: A.* XIV. *die usque ad* XXI. Hæc Montanistæ apud Sozomenum, ex quibus duo certa colligo: Primum, Octaeteridem

* Videtur legendum 365. BUCHER. — Ita enimvero. Vide Valesium in hunc locum.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 226.



primis, ut dixi, Christianis in usu passim fuisse pro Paschate: alioqui Montanistæ contra umbram pugnarent. Secundum, Octaeteridem illam fuisse præcise dierum 2922. ac proinde Julianam & Hippolyti; nisi Sozomenus omnia heic non referat, & saltem dies abundantes, ut minutias parvas omittat: quod vix puto, quandoquidem Octaeteris Lunaris tunc cum Solari paria non faciat; quod tamen heic Montanistæ supponunt.

XII. Quinto, sed hæc omnia clarius habet Epiphanius, & fusius hæresi 70. Audianorum; præsertim §. 13. *Cum annus*, inquit, *secundum Solis cursum 365. diebus atque horis tribus* (duplicibus scilicet) *compleatur; inde fit, ut quoniam Luna 354. diebus annum suum absolvit, dies ei undecim atque horæ tres supersint. Itaque primus annus Epactas, quas vocant, habet undecim cum horis tribus. Secundus dies 22. horas 6. Tertius præter dies 33. horas 9. Qua ex dierum summa intercalaris mensis unus deducitur, ac triceni dies inseruntur. Reliqui sunt dies tres, horæ 9. Qui cum undecim diebus anni Quarti horis tribus conjuncti, dies conficiunt 14. horas 12. Additis deinde aliis undecim diebus horisque tribus, Epactæ 28. & horæ 15. consurgunt. Sexto demum anno, undecim annuis diebus atque horis tribus accedentibus, dies conflantur 36. cum horis 18. Ex iis intercalaris alter mensis exsistit. Ad hunc modum tertio cuique anno attributis singulis, duo menses inseruntur. Nam priori triennio suus mensis accedit, posteriori perinde suus. Restant ex Epactis illis dies 6. horæ 18. Quibus septimus annus undecim dies, horas 3. adjicit: fiunt Epactæ 17. horæ 21. Tum octavo anno undecim rursus diebus horisque tribus* (semper duplicibus) *adjunctis, 28. dierum, horarum 24. Epactæ colliguntur: horæ dies conficiunt duos, qui 28. illis annumerati, 30. dies solidos complent. Quare octavo anno 30. dies intercalantur, & biennium istud mensem habet unum. Adeoque tota illa Periodus Octaeterica dies sibi vendicat 90. qui menses solidos efficiunt tres; nimirum primis duobus trienniis singulis mensem unum, biennio itidem sequente mensem unum. In his tribus intercalaribus mensibus, qui triplici illa dierum collectione constant, Judæorum Pascha, a Christianorum ceterorumque Paschate diversum est.* Hactenus Epiphanius. Quibus hujus Octaeteridos Christianæ natura, quantitasque plane Juliana & Hippolytea dierum 2922. velut oculis subjicitur: & id præterea significatur, annos ejus Embolimæos diversos ab Hippolyteis fuisse: quandoquidem primus, quartus & septimus anni Octaeteridos Hippolyteæ, sint Embolimæi; non tertius, sextus & octavus, ut in hac Epiphaniana. Neque tamen satis colligitur, cum quo Christi anno componendus sit primus hujus Octaeteridos annus; nisi certus aliquis character adhibeatur. Ceterum eam in usu maxime fuisse primis Ecclesiæ temporibus, saltem post 200. plus minus Christi annum, duo ex hoc Epiphanii loco evincunt. Primo, quod Epiphanius contra Audianos heic agens pro Mense Paschali, Lunæ naturam ea explicare maluit, quam Enneadecaeteride Alexandrina, quamvis tum maxime in Ecclesiam Orientalem irrepente; sed quam Audiani, ut recentiorem, rejiciebant. Secundo, nam id Catholicis objiciebant, teste eodem Epiphanio §. 9. *A Constantini, inquiunt, tempore, ut Imperatoris rationem haberetis, paternam in celebrando Paschate consuetudinem reliquistis; diemque commutastis, ut vos ad Imperatoris nutum accommodaretis: & cum Natalis Constantini celebraretur, Paschatis rationem immutastis.* Præcesserat igitur alios Christianorum Cyclos Octaeteris; ideo a Patribus Nicænis abjecta, quod a rationibus veris Lunæ sesquidie deficere videretur, geminata solido triduo.


XIII. Sexto, nec tantum primis illis Ecclesiæ temporibus ad usum Paschatis adhibita est Octaeteris: in sera etiam sæcula inveteravit. Sic enim Beda de Ratione temp. cap. 44. *Verum etiam nunc sunt, qui Solis octo annos, totidem annis Lunaribus putant dierum æqualitate componi.* Refutat eos ille quidem, & recte: sed nos etiam docet, Octaeteridem jam inde ab anno Christi vulgari 222. aut etiam citius usurpatam, ad sua usque tempora, seu annum Christi 720. aut 730. a quibusdam pertinacissime conservatam.

XIV. Cur autem Christianorum isti antiquissimi, cum Paschalem Judæorum Cyclum jam erroneum deserere, & alio castigare vellent, Octaeteridem potius, quam Enneadecaeteridem suffecerint, facilis conjectura est. Primum enim ab notioribus & facilioribus solet natura procedere; cujusmodi est comparatione Enneadecaeteridos Octaeteris. Deinde Octaeteris cum duobus annis Bissextilibus paria facit, eoque litterarum Dominicalium aliquam saltem seriem retinet, nulla certe ratione turbat. Enneadecaeteris ultra quatuor Bissextiles, tres tantum annos insuper obtinet; eoque litterarum Dominicalium ordinem, saltem rudioribus, prima fronte confundit. Quare & postrema ab Christianis tentata, nec statim ad perfectionem perducta: sed varie a variis usurpata, non paucis contentionibus caussam præbuit, ut ex Cyrillo compertum est.

XV. Verum boni isti Patres in Scyllam inciderunt, cupientes vitare Charybdim. Fugiebant Cyclum Judæorum octogintaquatuor annorum, qui tanto spatio, uno dumtaxat die, & diei circiter quadrante, cælestibus Lunæ motibus contractior erat: & Octaeteridem substituebant, quæ totidem 84. annorum intervallo, plusquam 15. dierum defectu, ab Lunæ cælestis cursu recedebat; quos si tridui post singulas Heckædecaeteridas intercalatione supplebant, jam totidem diebus Solis ratiocinia transcendebant. Unde apud Geminum legimus, in vigesima Octaeteride, seu post 160. annorum spatium, antiquos Mensem unum tricenarium expunxisse, ut ad primam Epocham Novilunia reducerentur. Quæ caussa fuit, ut Christiani, saltem Latini, Octaeteridum tanta labe comperta, 84. annorum Cyclum, quadam ratione castigatum, resumserint; & denique certiorem Enneadecaeteridem tot Cyclorum formis erroneis substituerint, ut jam toties monuimus.

INDEX

Eorum quæ in Animadversionibus Bucherianis pertractantur.



SYLLABUS

OPERUM ET FRAGMENTORUM

S. HIPPOLYTI

EPISCOPI ET MARTYRIS

PARS I.

PARS II.

AMMONII ALEXANDRINI
SANCTORUM QUATUOR EVANGELIORUM
HARMONIA.

ACCESSERUNT

EUSEBII CÆSARIENSIS

Canones decem Harmoniæ Evangeliorum, præmissa ad Carpianum Epistola.

EUSEBII CÆSARIENSIS
EPISTOLA

In subsequentes CANONES Evangeliorum,

ΕΥΣΕΒΙΟΣ ΚΑΡΠΙΑΝΩ ΑΓΑΠΗΤΩ ΑΔΕΛΦΩ ΕΝ ΚΥΡΙΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

ΑΜμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς, πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τῷ κατὰ Ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς, ὡς ἐξ ἀνάγκης συμβῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι, ὅσον ἐπὶ τῷ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως. ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν δι᾽ ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ, εἰδέναι ἔχοις τοὺς οἰκείους ἑκάστου εὐαγγελιστοῦ τόπους, ἐν οἷς κατὰ τῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εἰληφὼς ἀφορμὰς, καθ᾽ ἑτέραν μέθοδον κανόνας δέκα τὸν ἀριθμὸν διεχάραξά σοι τοὺς ὑποτεταγμένους· ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμοὺς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. ὁ δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Μάρκος, Λουκᾶς. ὁ τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Λουκᾶς, Ἰωάννης. ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, Ματθαῖος, Μάρκος, Ἰωάννης. ὁ πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Λουκᾶς. ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Μάρκος. ὁ ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Ματθαῖος, Ἰωάννης. ὁ ὄγδοος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Μάρκος, Λουκᾶς. ὁ ἔννατος, ἐν ᾧ οἱ δύο, Λουκᾶς, Ἰωάννης. ὁ δέκατος, ἐν ᾧ περὶ τίνων ἕκαστος αὐτῶν ἰδίως ἀνέγραψεν. αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ὑποτεταγμένων κανόνων ὑπόθεσις· ἡ δὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησις, ἐστὶν ἥδε. ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἀριθμός τις πρόκειται κατὰ μέρος, ἀρχόμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου, εἶτα δευτέρου, καὶ τρίτου, καὶ καθεξῆς προϊὼν δι᾽ ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τοῦ βιβλίου. καθ᾽ ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν ὑποσημείωσις διὰ κινναβάρεως πρόκειται, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει. οἷον εἰ μὲν $\overline{α}$, δῆλον ὡς ἐν τῷ πρώτῳ· εἰ δὲ $\overline{β}$, ἐν τῷ δευτέρῳ· καὶ οὕτω καθεξῆς μέχρι τῶν δέκα. εἰ οὖν ἀναπτύξας ἕν τι τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ὁποιονδήποτε, βουληθείης ἐπιστῆναί τινι ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασι, καὶ τοὺς οἰκείους ἐν ἑκάστῳ τόπους εὑρεῖν, ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν, ἧς ἐπέχεις περικοπῆς ἀναλαβὼν τὸν προκείμενον ἀριθμὸν, ἐπιζητήσας τε αὐτὸν ἔνδον ἐν τῷ κανόνι, ὃν ἡ διὰ τοῦ κινναβάρεως ὑποσημείωσις ὑποβέβληκεν, εἴσῃ μὲν εὐθὺς ἐκ τῶν ἐπὶ μετώπου τοῦ κανόνος προγραφῶν, ὁπόσοι καὶ τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν. ἐπιστήσας δὲ καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων ἀριθμοῖς τοῖς ἐν τῷ κανόνι ᾧ ἐπέχεις ἀριθμῷ παρακειμένοις, ἐπιζητήσας τε αὐτοὺς ἔνδον ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκάστου εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας εὑρήσεις.

EUSEBIUS CARPIANO FRATRI IN DOMINO S.

AMmonius quidam Alexandrinus, magno studio atque industria unum nobis pro quatuor Evangeliis derelinquit. Namque trium Evangeliorum sensus exceptos, omnes similes contextus Matthæi Evangelio quasi ad unum congestos, annexuit: ita ut eorumdem, quantum ad tenorem pertinet lectionis, sequens jam stilus interruptus esse videatur. B Verum ut salvo corpore sive textu, ceterorum heic Evangeliorum propria & familiaria loca, in quibus eadem similiterque dixerunt, scire possis ac vere disserere, accepta occasione ex prædicti viri studio, alia ratione decem numerorum tibi titulos designavi. Quorum primus, quatuor in se continet numeros, in quibus similia ab universis dicta sunt, Matthæo, Marco, Luca, Joanne. Secundus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas. Tertius, in quibus tres, Matthæus, Lucas, Joannes. Quartus, in quibus tres, Matthæus, Marcus, Lucas. Quintus, in quibus duo, Matthæus, Lucas. Sextus, in quibus duo, Matthæus, Marcus. Septimus, in quibus C duo, Matthæus, Joannes. Octavus, in quibus duo, Marcus, Lucas. Nonus, in quibus duo, Lucas, Joannes. Decimus, in quibus singuli de quibusdam proprie scripserunt. Et quidem subjectorum titulorum id est argumentum: clara vero eorum narratio hæc est. Etenim per singula loca Evangeliorum quidam numerus videtur appositus, paullatim incipiens a primo, deinde secundo, postremo tertio, & per ordinem librorum ad finem usque progrediens. Itaque per singulos numeros supputatio, per lineæ distinctionem invenitur inserta, significans cui de decem titulis appositus numerus assignetur. Veluti si quidem primum, certum est in primo. Si vero in secundo, & eodem modo usque ad decem. Si igitur evoluto D uno qualicumque cum quatuor Evangeliis, cuilibet capitulo velis insistere, & rescire qui similia dixerint, & loca propria agnoscere singulorum, in quibus eadem sunt prolocuti ejusdem sensus quem tenes; relegens propositum numerum, quæsitumque eum in titulo quem demonstrat tituli subnotatio, continuo scire potes ex suprascriptionibus, quas in fronte notatas invenies: qui, aut quot de his quæ inquiris, similia dixerint. Veniens etiam ad reliqua Evangelia per eumdem numerum quem continent, videbis appositos per singulos numeros, atque eos in suis propriisque locis similia dixisse reperies.

A ΚΑΝΩΝ ΠΡΩΤΟΣ ΕΝ Ω ΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣ.

ΜΤ.	ΜΡ.	Λ.	ΙΩ.
η	β	ζ	ι
ια	δ	ι	ϛ
ια	δ	ι	ιβ
ια	δ	ι	ιδ
ια	δ	ι	κη
ιδ	ε	ιγ	ιε
κγ	κζ	ιζ	μϛ
κγ	κζ	λδ	μϛ
κγ	κζ	με	μϛ
ο	κ	λζ	λη
πζ	ρλθ	σν	ρμα
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρκ
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρια
ϟη	ϟϛ	ριϛ	μ
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρκθ
ϟη	ϟϛ	ριϛ	ρλα
ρλγ	λζ	οζ	ρθ
ρμα	ν	ιθ	νθ
ρμβ	να	κα	λε
ρμζ	ξδ	ϟγ	μθ
ρξϛ	πδ	ϟδ	ιζ
ρξϛ	πβ	ϟδ	οδ
σθ	ριθ	σλδ	ρ
σια	ρκα	σλη	κα
σκ	ρκθ	σλθ	οζ
σκ	ρκθ	σμβ	πε
σκ	ρκβ	σξα	πη
σμδ	ρλθ	σν	ρμα
σμδ	ρλθ	σν	ρμϛ
σοδ	ρνϛ	σξ	κ
σοδ	ρνϛ	σξ	μη
σοδ	ρνϛ	σξ	ϟϛ
σοϛ	ρνη	οδ	ϟη
σπ	ρξβ	σξθ	ρκβ
σπδ	ρξε	σξϛ	νε
σπδ	ρξε	σξϛ	ξγ
σπδ	ρξε	σξϛ	ξε
σπδ	ρξε	σξϛ	ξζ
σπθ	ρο	σοε	ρκϛ
σϟα	ροβ	σοθ	ρνϛ
σϟδ	ροε	σπα	ρξα
σϟε	ροϛ	σπβ	μβ
σϟε	ροϛ	σπβ	νζ
τ	ρπα	σπε	οθ
τ	ρπα	σπε	ρνη
τβ	ρπγ	σπζ	ρξ
τδ	ρπδ	σπθ	ρο
τϛ	ρπζ	σϟ	ρξβ
τϛ	ρπζ	σϟ	ροδ
τι	ρϟα	σϟζ	ξθ
τιγ	ρϟδ	σϟδ	ροβ
τιδ	ρϟε	σϟα	ρξϛ
τιδ	ρϟε	σϟα	ρξη
τιε	ρϟϛ	σϟβ	ροε
τιη	ρϟθ	τ	ροϛ
τκ	σ	τβ	ροη
τκε	σδ	τι	ρπδ
τκϛ	σε	τια	ρπη
τκϛ	σε	τιγ	ρϟδ
τκη	σϛ	τιδ	ρϟϛ
τλα	σθ	τιε	ρϟζ
τλβ	σι	τιη	ρϟζ
τλδ	σιβ	τκα	σα
τλε	σιδ	τκδ	ρϟθ
τλϛ	σιε	τιζ	ρϟη
τλϛ	σιε	τιθ	ρϟε
τμγ	σκγ	τκθ	σδ
τμη	σκζ	τλβ	σϛ
τμθ	σκη	τλγ	ση
τνβ	σλα	τλϛ	σθ
τνβ	σλα	τλϛ	σια

INCIPIT CANON PRIMUS IN QUO QUATUOR.

Matthæus.	Marcus.	Lucas.	Joannes.
viii.	ii.	vii.	x.
xi.	iv.	x.	vi.
xi.	iv.	x.	xii.
xi.	iv.	x.	xiv.
xi.	iv.	x.	xxviii.
xiv.	v.	xiii	xv.
xxiii.	xxvii.	xvii.	xlvi.
xxiii.	xxvii.	xxxiv.	xlvi.
xxiii.	xxvii.	xlv.	xlvi.
lxx.	xx.	xxxvi.	xxxviii.
lxxxvii.	cxxxix.	ccl.	cxli.
xcviii.	xcvi.	cxvi.	cxx.
xcviii.	xcvi.	cxvi.	cxi.
xcviii.	xcvi.	cxvi.	xl.
xcviii.	xcvi.	cxvi.	cxxix.
xcviii.	xcvi.	cxvi.	cxxxi.
cxxxiii.	xxxvii.	lxxvii.	cix.
cxli.	l.	xix.	lix.
cxlii.	li.	xxi.	xxxv.
cxlvii.	lxiv.	xciii.	xlix.
clxvi.	lxxxiv.	xciv.	xvii.
clxvi.	lxxxii.	xciv.	lxxiv.
ccix.	cxix.	ccxxxiv.	c.
ccxi.	cxxi.	ccxxxviii.	xxi.
ccxx.	cxxii.	ccxxxix.	lxxvii.
ccxx.	cxxix.	ccxlii.	lxxxv.
ccxx.	cxxii.	cclxiv.	lxxxviii.
ccxliv.	cxxxix.	ccl.	cxli.
ccxliv.	cxxxix.	ccl.	cxlvi.
cclxxiv.	clvi.	cclx.	xx.
cclxxiv.	clvi.	cclx.	xlviii.
cclxxiv.	clvi.	cclx.	xcvi.
cclxxvi.	clviii.	lxxiv.	xcviii.
cclxxx.	clxii.	cclxix.	cxxii.
cclxxxiv.	clxv.	cclxvi.	lv.
cclxxxiv.	clxv.	cclxvi.	lxiii.
cclxxxiv.	clxv.	cclxvi.	lxv.
cclxxxiv.	clxv.	cclxvi.	lxvii.
cclxxxix.	clxx.	cclxxv.	cxxvi.
ccxci.	clxxii.	cclxxix.	clvi.
ccxciv.	clxxv.	cclxxxi.	clxi.
ccxcv.	clxxvi.	cclxxxii.	xlii.
ccxcv.	clxxvi.	cclxxxii.	lvii.
ccc.	clxxxi.	cclxxxv.	lxxix.
ccc.	clxxxi.	cclxxxv.	clviii.
cccii.	clxxxiii.	cclxxxvii.	clx.
ccciv.	clxxxiv.	cclxxxix.	clxx.
cccvi.	clxxxvii.	ccxc.	clxii.
cccvi.	clxxxvii.	ccxc.	clxxiv.
cccx.	cxci.	ccxcvii.	lxix.
cccxiii.	cxciv.	ccxciv.	clxxii.
cccxiv.	cxcv.	ccxci.	clxvi.
cccxiv.	cxcv.	ccxci.	clxviii.
cccxv.	cxcvi.	ccxcii.	clxxv.
cccxviii.	cxcix.	ccc.	clxxvi.
cccxx.	cc.	cccii.	clxxviii.
cccxxv.	cciv.	cccx.	clxxxiv.
cccxxvi.	ccv.	cccxi.	clxxxviii.
cccxxvi.	ccv.	cccxiii.	cxciv.
cccxxviii.	ccvi.	cccxiv.	cxcvi.
cccxxxi.	ccix.	cccxv.	cxcvii.
cccxxxii.	ccx.	cccxviii.	cxcvii.
cccxxxiv.	ccxii.	cccxxi.	cci.
cccxxxv.	ccxiv.	cccxxiv.	cxcix.
cccxxxvi.	ccxv.	cccxvii.	cxcviii.
cccxxxvi.	ccxv.	cccxix.	cxcviii.
cccxliii.	ccxxiii.	cccxxix.	cciv.
cccxlviii.	ccxxvii.	cccxxxii.	ccvi.
cccxlix.	ccxxviii.	cccxxxiii.	ccviii.
ccclii.	ccxxxi	cccxxxvi.	ccix.
ccclii.	ccxxxi.	cccxxxvi.	ccxi.

Canon primus explicit.

B ΚΑΝΩΝ ΔΕΥΤΕΡΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΤΡΕΙΣ.

ΜΤ.	ΜΡ.	Λ.	ΜΤ.	ΜΡ.	Λ.
ιε	ϛ	ιε	ρϟγ	ρζ	σιη
κα	ι	λβ	ρϟδ	ρη	ρνβ
λα	ρβ	ρπε	ρϟδ	ρη	σιθ
λβ	λθ	ρλγ	ρϟε	ρθ	σκ
λβ	λθ	οθ	ρϟη	ρι	σκα
ν	μα	νϛ	ρϟθ	ρια	ρογ
ξβ	ιγ	δ	σα	ριβ	σκβ
ξβ	ιγ	κδ	σγ	ριβ	σε
ξγ	ιη	λγ	σε	ριϛ	σκδ
ξζ	λε	κϛ	σϛ	ριζ	σλβ
ξθ	μζ	πγ	ση	ριη	σλγ
οα	κα	λη	σιζ	ρκζ	σμ
οβ	κβ	λθ	σιθ	ρκη	σμα
οβ	κβ	ρπϛ	σκγ	ρλ	σμγ
ογ	κγ	μ	σκε	ρλδ	σμε
οδ	μθ	πε	σκϛ	ρλγ	σμδ
οϛ	νβ	ρξθ	σκθ	ρλε	ρλζ
οθ	κθ	πϛ	σκθ	ρλε	σμϛ
π	λ	μδ	σμβ	ρλζ	σλζ
πβ	νγ	πζ	σμβ	ρλζ	σμη
πβ	νγ	ρι	σμγ	ρλη	σμθ
πγ	νδ	πζ	σμη	ρμγ	σθ
πγ	νδ	ριβ	σμη	ρμγ	σνγ
πε	νε	πη	σμθ	ρμδ	σνδ
πε	νε	ριδ	σνα	ρμϛ	σνε
πη	ρμα	ρμη	σνγ	ρμη	σδ
πη	ρμα	σνα	σνη	ρν	σνζ
ϟβ	μ	π	σνθ	ρνα	σνη
ϟδ	πϛ	ϟζ	σξδ	ρνε	σνϛ
ϟδ	πϛ	ρμϛ	σξθ	ρνδ	σκη
ργ	α	ο	σοα	μβ	σλ
ριδ	κδ	μα	σοη	ρξ	σξγ
ριϛ	κε	μβ	σπα	ρξγ	σξη
ριϛ	κε	ρξε	σπε	ρξϛ	σξε
ριϛ	κε	ροζ	σπε	ρξϛ	σξζ
ρκα	λβ	ρκζ	σϟϛ	ροζ	σπ
ρκβ	λγ	ρκθ	σϟϛ	ροζ	σπδ
ρκγ	λδ	ρμζ	τα	ρπβ	σπϛ
ρλ	λε	πβ	τη	ρπθ	τε
ρλα	λϛ	οϛ	τιβ	ρϟγ	σϟθ
ρλε	λη	οη	τιϛ	ρϟζ	σϟγ
ρλζ	μδ	ρξζ	τιζ	ρϟη	σϟε
ρμγ	νζ	ϟ	τκβ	σβ	τθ
ρμδ	νθ	ιβ	τλη	σιη	τκβ
ρμθ	ξϛ	λε	τλθ	σιθ	τκε
ρμθ	ξϛ	μγ	τμ	σκ	τκζ
ρνγ	ξθ	λϛ	τμβ	σκβ	τκγ
ρξδ	οθ	ρμδ	τμδ	σκδ	τκη
ρξη	πγ	ϟε	τμϛ	σκε	τλ
ρξη	πγ	ϟϛ	τνγ	σλβ	τλζ
ρο	πε	ϟϛ	τνδ	σλγ	τλη
ροβ	πζ	ϟη			
ροδ	ϟα	ϟθ			
ροϛ	ϟγ	ρα			
ροη	ϟε	ρβ			
ροη	ϟε	σιζ			
ροθ	ϟθ	ρϟζ			
ρϟ	ρε	ρϟε			
ρϟβ	ρϛ	σιϛ			
ρϟγ	ρζ	ρκα			

INCIPIT CANON SECUNDUS IN QUO TRES.

Matthæus.	Marcus.	Lucas.
xv.	vi.	xv.
xxi.	x.	xxxii.
xxxi.	cii.	clxxxv.
xxxii.	xxxix.	cxxxiii.
xxxii.	xxxix.	lxxix.
l.	xli.	lvi
lxii.	xiii.	iv.
lxii.	xiii.	xxiv.
lxiii.	xviii.	xxxiii.
lxvii.	xxxv.	xxvi.
lxix.	xlvii.	lxxxiii.
lxxi.	xxi.	xxxviii.
lxxii.	xxii.	xxxix.
lxxii.	xxii.	clxxxvi.
lxxxiii.	xxiii.	xl.
lxxiv.	xlix.	lxxxv.
lxxvi.	lii.	clxix.
lxxix.	xxix.	lxxxvi.
lxxx.	xxx.	xliv.
lxxxii.	liii.	lxxxvii.
lxxxii.	liii.	cx.
lxxxiii.	liv.	lxxxvii.
lxxxiii.	liv.	cxii.
lxxxv.	lv.	lxxxviii.
lxxxv.	lv.	cxiv.
lxxxviii.	cxli.	cxlviii.
lxxxviii.	cxli.	ccli.
xcii.	xl.	lxxx.
xciv.	lxxxvi.	xcvii.
xciv.	lxxxvi.	cxlvi.
ciii.	i.	lxx.
cxiv.	xxiv.	xli.
cxvi.	xxv.	xlii.
cxvi.	xxv.	clxv.
cxvi.	xxv.	clxxvii.
cxxi.	xxxii.	cxxvii.
cxxii.	xxxiii.	cxxix.
cxxiii.	xxxiv.	cxlvii.
cxxx.	xxxv.	lxxxii.
cxxxi.	xxxvi.	lxxvi.
cxxxv.	xxxviii.	lxxviii.
cxxxvii.	xliv.	clxvii.
cxliii.	lvii.	xc.
cxliv.	lix.	xii.
cxlix.	lxvi.	xxxv.
cxlix.	lxvi.	xliii.
cliii.	lxix.	xxxvi.
clxiv.	lxxix.	cxliv.
clxviii.	lxxxiii.	xcv.
clxviii.	lxxxiii.	xcvi.
clxx.	lxxxv.	xcvi.
clxxii.	lxxxvii.	xcviii.
clxxiv.	xci.	xcix.
clxxvi.	xciii.	ci.
clxxviii.	xcv.	cii.
clxxviii.	xcv	ccxvii.
clxxix.	xcix.	cxcvii.
cxc.	cv.	cxcv.
cxcii.	cvi.	ccxvi.
cxciii.	cvii.	cxxi.

Matthæus.	Marcus.	Lucas.
cxciii.	cvii.	ccxviii.
cxciv.	cviii.	clii.
cxciv.	cviii.	ccxix.
cxcv.	cix.	ccxx.
cxcviii.	cx.	ccxxi.
cxcix.	cxi.	clxxiii.
cci.	cxii.	ccxxii.
cciii.	cxiv.	cclxx.
ccv.	cxvi.	ccxxiv.
ccvi.	cxvii.	ccxxxii.
ccviii.	cxviii.	ccxxxiii.
ccxvii.	cxxvii.	ccxl.
ccxix.	cxxviii.	ccxli.
ccxxiii.	cxxx.	cclxiii.
ccxxv.	cxxxiv.	ccxv.
ccxxvi.	cxxxiii.	ccxliv.
ccxxix.	cxxxv.	ccxxxvii.
ccxxix.	cxxxv.	ccxlvi.
ccxlii.	cxxxvii.	ccxxxvii.
ccxlii.	cxxxvii.	ccxlviii.
ccxliii.	cxxxviii.	ccxlix.
ccxlviii.	cxliii.	ccix.
ccxlviii.	cxliii.	ccliii.
ccxlix.	cxliv.	ccliv.
ccli.	cxlvi.	cclv.
ccliii.	cxlviii.	cciv.
cclviii.	cl.	cclvii.
cclix.	cli.	cclviii.
cclxiv.	clv.	clvi.
cclxix.	cliv.	ccxxviii.
cclxxi.	xlii.	ccxxx.
cclxxviii.	clx.	cclxiii.
cclxxxi.	clxiii.	ccxviii.
cclxxxv.	clxvi.	cclxv.
cclxxxv.	clxvi.	cclxvii.
ccxcvi.	clxxvii.	cclxxx.
ccxcvi.	clxxvii.	cclxxxiv.
ccci.	clxxxii.	cclxxxvi.
cccviii.	clxxxix.	cccv.
cccxii.	cxciii.	ccxcix.
cccxvi.	cxcvii.	ccxciii.
cccxvii.	cxcviii.	ccxcv.
cccxxii.	ccii.	cccix.
cccxxxviii.	ccxviii.	cccxxii.
cccxxxix.	ccxix.	cccxxv.
cccxl.	ccxx.	cccxxvii.
cccxlii.	cxxii.	cccxxiii.
cccxliv.	cxxiv.	cccxxviii.
cccxlvi.	ccxxv.	cccxxx.
ccclii.	ccxxxii.	cccxxxvii.
cccliv.	ccxxxiii.	cccxxxviii.

Explicit Canon secundus.

Γ ΚΑΝΩΝ ΤΡΙΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΤΡΕΙΣ.

ΜΤ.	Λ.	ΙΩ.
α	ιδ	α
α	ιδ	γ
α	ιδ	ε
ζ	ϛ	β
ζ	ϛ	κε
νθ	ξγ	ριϛ
ξδ	ξε	λζ
ξ	νη	ριη
ξ	νη	ρλθ
ξζ	σια	ρε
ρια	ριθ	λ
ρια	ριθ	ριδ
ρια	ριθ	ρμη
ριβ	ριθ	ε
ριβ	ριθ	μδ
ριβ	ριθ	ξα
ριβ	ριθ	οϛ
ριβ	ριθ	πζ
ριβ	ριθ	ζ
ριβ	ριθ	ρμβ
ριβ	ριθ	ρνδ
ρμϛ	ξβ	μζ

Δ ΚΑΝΩΝ ΤΕΤΑΡΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΤΡΕΙΣ.

ΜΤ.	ΜΡ.	ΙΩ.
ιη	η	κϛ
ριζ	κϛ	ζγ
ριζ	κϛ	ζε
ρν	ξζ	να
ρξα	οζ	κγ
ρξα	οζ	νγ
σδ	ριε	ζα
σδ	ριε	ρλε
σιϛ	ρκε	ρκη
σιϛ	ρκε	ρλγ
σιϛ	ρκε	ρλζ
σιϛ	ρκε	ρν
σοζ	ρνθ	ζη
σοθ	ρξα	οβ
σοθ	ρξα	ρκα
σπζ	ρξη	ρνβ
σζγ	ροδ	ρζ
σζζ	ροη	ο
σλθ	ρπ	ργ
τζ	ρπη	ρξδ
τκα	σα	ρπ
τκα	σα	ρζβ
τκγ	σγ	ρπγ
τκθ	σζ	ρπε
τκθ	σζ	ρπζ
τλγ	σια	σγ

INCIPIT CANON TERTIUS, IN QUO TRES.

Matthæus.	Lucas.	Joannes.
I.	XIV.	I.
I.	XIV.	III.
I.	XIV.	V.
VII.	VI.	II.
VII.	VI.	XXV.
lIX.	lXIII.	CXVI.
lXIV.	lXV.	XXXVII.
XC.	lVIII.	CXVIII.
XC.	lVIII.	CXXXIX.
XCVII.	CCXI.	CV.
CXI.	CXIX.	XXX.
CXI.	CXIX.	CXIV.
CXI.	CXIX.	CXlVIII.
CXII.	CXIX.	V.
CXII.	CXIX.	XlIV.
CXII.	CXIX.	lXI.
CXII.	CXIX.	lXXVI.
CXII.	CXIX.	lXXXVII.
CXII.	CXIX.	XC.
CXII.	CXIX.	CXlII.
CXII.	CXIX.	ClIV.
CXlVI.	XCII.	XlVII.

Explicit Canon tertius.

INCIPIT CANON QUARTUS, IN QUO TRES.

Matthæus.	Marcus.	Joannes.
XVIII.	VIII.	XXVI.
CXVII.	XXVI.	XCIII.
CXVII.	XXVI.	XCV.
Cl.	lXVII.	lI.
ClXI.	lXXVII.	XXIII.
ClXI	lXXVII.	lIII.
CCIV.	CXV.	XCI.
CCIV.	CXV.	CXXXV.
CCXVI.	CXXV.	CXXVIII.
CCXVI.	CXXV.	CXXXIII.
CCXVI.	CXXV.	CXXXVII.
CCXVI.	CXXV.	Cl.
CClXXVII.	ClIX.	XCVIII.
CClXXIX.	ClXI.	lXXII.
CClXXIX.	ClXI.	CXXI.
CClXXXVII.	ClXVIII.	ClII.
CCXCIII.	ClXXIV.	CVII.
CCXCVII.	ClXXVIII.	lXX.
CCXCIX.	ClXXX.	CIII.
CCCVII.	ClXXXVIII.	ClXIV.
CCCXXI.	CCI.	ClXXX.
CCCXXI.	CCI.	CXCII.
CCCXXIII.	CCIII.	ClXXXIII.
CCCXXIX.	CCVII.	ClXXXV.
CCCXXIX.	CCVII.	ClXXXVII.
CCCXXXIII.	CCXI.	CCIII.

Explicit Canon quartus.

Ε ΚΑΝΩΝ ΠΕΜΠΤΟΣ, ΕΝ Ω ΟΙ ΔΥΟ.

ΜΤ.	Λ.	ΜΤ.	Λ.
γ	β	ρκη	ρλβ
ι	η	ρκθ	ρλ
ιβ	ια	ρλβ	πα
ιϛ	ιϛ	ρλδ	ρκ
κε	μϛ	ρλη	ρξη
κϛ	μζ	ρκϛ	νζ
κη	μη	ρνη	σκϛ
λ	μθ	ρξβ	ρξα
λδ	ρϟδ	ροε	σ
λϛ	ρξβ	ρπβ	ρπζ
λη	νγ	ρπβ	ρπθ
μ	νβ	ρπγ	ρϟη
μα	νε	ρπζ	ρϟθ
μγ	ρκγ	ρϟζ	σοβ
μϛ	ρνγ	σιγ	σλε
μζ	ρλδ	σκα	ρπα
μη	ρϟα	σκη	ρλθ
μθ	ρν	σλα	ροθ
να	νθ	σλα	σιε
νγ	ρκε	σλβ	ρμβ
νδ	νδ	σλδ	ρλϛ
νε	ρο	σλϛ	ρλε
νζ	ξα	σλζ	ρλη
νη	ξ	σλη	ρμ
ξ	ροα	σμ	ρμα
ξα	ξδ	σμα	ροε
ξε	ροβ	σνε	σβ
ξϛ	ξϛ	σνϛ	σε
ξη	ρε	σνζ	σιγ
οη	ρη	σξα	σζ
πδ	ρια	σξβ	σιβ
πϛ	ρθ	σξε	ρνζ
ϟγ	ρμε	σξϛ	ρνε
ϟε	ρξ	σξζ	ρνη
ϟϛ	ρπβ	σο	σκθ
ϟϛ	ρπδ	σοβ	σλα
ρβ	ξθ		
ρδ	οα		
ρε	ρϟγ		
ρζ	ογ		
ρη	ριε		
ρι	ριη		
ριθ	ρκϛ		
ρκε	ξβ		
ρκζ	ρκη		

INCIPIT CANON QUINTUS IN QUO DUO.

Matthæus.	Lucas.
iii.	ii.
x.	viii.
xii.	xi.
xvi.	xvi.
xxv.	xlvi.
xxvi.	xlvii.
xxviii.	xlviii.
xxx.	xlix.
xxxiv.	cxciv.
xxxvi.	clxii.
xxxviii.	liii.
xl.	lii.
xli.	lv.
xliii.	cxxiii.
xlvi.	cliii.
xlvii.	cxxxiv.
xlviii.	cxci.
xlix.	cl.
li.	lix.
liii.	cxxv.
liv.	liv.
lv.	clxx.
lvii.	lxi.
lviii.	lx.
lx.	clxxi.
lxi.	lxiv.
lxv.	clxxii.
lxvi.	lxvi.
lxviii.	cv.
lxxviii.	cviii.
lxxxiv.	cxi.
lxxxvi.	cix.
xciii.	cxlv.
xcv.	clx.
xcvi.	clxxxii.
xcvi.	clxxxiv.
cii.	lxix.
civ.	lxxi.
cv.	cxciii.
cvii.	lxxiii.
cviii.	cxv.
cx.	cxviii.
cxix.	cxxvi.
cxxv.	lxii.
cxxvii.	cxxviii.

Matthæus.	Lucas.
cxxviii.	cxxxii.
cxxix.	cxxx.
cxxxii.	lxxxi.
cxxxiv	cxx.
cxxxviii.	clxviii.
clvi.	lvii.
clviii.	ccxxvi.
clxii.	clxi.
clxxv.	cc.
clxxxii.	clxxxvii.
clxxxii.	clxxxix.
clxxxiii.	cxcviii.
clxxxvii.	cxcix.
cxcvii.	cclxxii.
ccxiii.	ccxxxv.
ccxxi.	clxxxi.
ccxxviii.	cxxxix.
ccxxxi.	clxxix.
ccxxxi.	ccxv.
ccxxxii.	cxlii.
ccxxxiv.	cxxxvi.
ccxxxvi.	cxxxv.
ccxxxvii.	cxxxviii.
ccxxxviii.	cxl.
ccxl.	cxli.
ccxli.	clxxv.
cclv.	ccii.
cclvi.	ccv.
cclvii.	ccxiii.
cclxi.	ccvii.
cclxii.	ccxii.
cclxv.	clvii.
cclxvi.	clv.
cclxvii.	clviii.
cclxx.	ccxxix.
cclxxii.	ccxxxi.

Explicit Canon quintus.

ϛ ΚΑΝΩΝ ΕΚΤΟΣ,

ΕΝ Ω ΟΙ ΔΤΟ.

ΜΤ.	ΜΡ.
θ	γ
ιζ	ζ
κ	θ
κβ	ια
μδ	ρκϛ
ϙζ	ξγ
ρ	ζη
ρλθ	με
ρμε	ξ
ρμη	ξε
ρνβ	ξη
ρκδ	οα
ρνζ	οβ
ρνθ	ογ
ρξ	οϛ
ρξγ	οη
ρξε	π
ρξθ	πδ
ρογ	πθ
ρπ	ρ
ρπθ	ργ
σβ	ριγ
σιδ	ρκ
σιε	ρκδ
σκδ	ρλα
σμϛ	ρμ
σμζ	ρμβ
σν	ρμε
σνβ	ρμζ
σνδ	ρμθ
σξ	ρνβ
σξγ	ρνγ
σοε	ρνζ
σπβ	ρξδ
σπϛ	ρξζ
σπη	ρξθ
σζ	ροα
σζβ	ρογ
σζη	ροθ
τε	ρπε
τθ	ρζ
τια	ρζβ
τλ	ση
τλζ	σιζ
τμα	σκα
τμζ	σκϛ
τν	σκθ

Ζ ΚΑΝΩΝ ΕΒΔΟΜΟΣ,

ΕΝ Ω ΟΙ ΔΤΟ.

ΜΤ.	ΙΩ.
ε	πγ
ιθ	ιθ
ιθ	λβ
ιθ	λδ
ρκ	πβ
ρπε	σιε
σζ	ρα

Η ΚΑΝΩΝ ΟΓΔΟΟΣ,

ΕΝ Ω ΟΙ ΔΤΟ.

Λ.	ΜΡ.
κγ	ιβ
κε	ιδ
κζ	ιϛ
κζ	κη
κη	ιζ
πδ	μη
πθ	νϛ
ζα	ξα
ρ	οε
ργ	ζζ
σμζ	ρλϛ
σοζ	σιϛ
τλε	σλ
τλθ	σλε

Θ ΚΑΝΩΝ ΕΝΝΑΤΟΣ,

ΕΝ Ω ΟΙ ΔΤΟ.

Λ.	ΙΩ.
λ	σιθ
λ	σκβ
σξβ	ριγ
σξβ	ρκδ
σοδ	ρκζ
σοδ	σκθ
σοδ	σλα
τγ	ρπβ
τγ	ρπϛ
τγ	ρζ
τζ	ρπβ
τζ	ρπϛ
τζ	ρζ
τιβ	ρπβ
τιβ	ρπϛ
τιβ	ρζ
τμ	σιγ
τμ	σιζ
τμα	σκα
τμα'	σκγ
τμα	σκε

INCIPIT CANON SEXTUS, IN QUO DUO.

Matthæus.	Marcus.
ix.	iii.
xvii.	vii.
xx.	ix.
xxii.	xi.
xliv.	cxxvi.
lxxvii.	lxiii.
c.	xcviii.
cxxxix.	xlv.
cxlv.	lx.
cxlviii.	lxv.
clii.	lxviii.
cliv.	lxxi.
clvii.	lxxii.
clix.	lxxiii.
clx.	lxxvi.
clxiii.	lxxviii.
clxv.	lxxx.
clxix.	lxxxiv.
clxxiii.	lxxxix.
clxxx.	c.
clxxxix.	ciii.
ccii.	cxiii.
ccxiv.	cxx.
ccxv.	cxxiv.
ccxxiv.	cxxxi.
ccxlvi.	cxl.
ccxlvii.	cxlii.
ccl.	cxlv.
cclii.	cxlvii.
ccliv.	cxlix.
cclx.	clii.
cclxiii.	cliii.
cclxxv.	clvii.
cclxxxii.	clxiv.
cclxxxvi.	clxvii.
cclxxxviii.	clxix.
ccxc.	clxxi.
ccxcii.	clxxiii.
ccxcviii.	clxxix.
cccv.	clxxxv.
cccix.	cxc.
cccxi.	cxcii.
cccxx.	ccviii.
cccxxxvii.	ccxvii.
cccxli.	ccxxi.
cccxlvii.	ccxxvi.
cccl.	ccxxix.

Explicit Canon sextus.

INCIPIT CANON SEPTIMUS, IN QUO DUO.

Matthæus.	Joannes.
v.	lxxxiii.
xix.	xix.
xix.	xxxii.
xix.	xxxiv.
cxx.	lxxxii.
clxxxv.	ccxv.
ccvii.	ci.

Explicit Canon septimus.

INCIPIT CANON OCTAVUS, IN QUO DUO.

Lucas.	Marcus.
xxiii.	xii.
xxv.	xiv.
xxvii.	xvi.
xxvii.	xxviii.
xxviii.	xvii.
lxxxiv.	xlviii.
lxxxix.	lvi.
xci.	lxi.
c.	lxxv.
ciii.	xcvii.
ccxlvii.	cxxxvi.
cclxxvii.	ccxvi.
cccxxxv.	ccxx.
cccxl.	ccxxxv.

Explicit Canon octavus.

INCIPIT CANON NONUS, IN QUO DUO.

Lucas.	Joannes.
xxx.	ccxix.
xxx.	ccxxii.
cclxii.	cxiii.
cclxii.	cxxiv.
cclxxiv.	ccxxvii.
cclxxiv.	ccxxix.
cclxxiv.	ccxxxi.
cccii.	clxxxii.
ccciii.	clxxxvi.
ccciii.	cxc.
cccvii.	clxxxii.
cccvii.	clxxxvi.
cccvii.	cxc.
cccxii.	clxxxii.
cccxii.	clxxxvi.
cccxii.	cxc.
cccxl.	ccxiii.
cccxl.	ccxvii.
cccxli.	ccxxi.
cccxli.	ccxxiii.
cccxli.	ccxxv.

Explicit Canon nonus.

Ι ΚΑΝΩΝ ΔΕΚΑΤΟΣ, ΕΝ Ω ΙΔΙΩΣ ΕΚΑΣΤΟΣ ΠΕΡΙ ΤΙΝΩΝ ΕΙΡΗΚΑΣΙΝ.

ΜΤ.	ΜΡ.	Λ.	ΙΩ.	ΙΩ.
β	ιθ	α	δ	ρκγ
δ	λα	γ	ζ	ρκε
ϛ	μγ	ε	θ	ρκζ
ιγ	μϛ	θ	ια	ρλ
κδ	νη	ιη	ιγ	ρλβ
κζ	ξβ	κ	ιϛ	ρλδ
κθ	ο	κβ	ιη	ρλϛ
λγ	οδ	κθ	κβ	ρλη
λε	πα	λα	κδ	ρμ
λζ	πη	ν	κζ	ρμγ
λθ	ϟ	να	κθ	ρμδ
μβ	ϟβ	ξζ	λα	ρμε
με	ϟδ	ξη	λγ	ρμζ
νβ	ρα	οβ	λϛ	ρμθ
νϛ	ρδ	οε	λθ	ρνα
οε	ρκγ	ρδ	μα	ρνγ
πα	ρλβ	ρϛ	μγ	ρνε
πθ	ρπϛ	ρζ	με	ρνζ
ϟα	σιγ	ριγ	ν	ρνθ
ϟθ	σλδ	ριζ	νβ	ρξγ
ρα		ρκβ	νδ	ρξε
ρϛ		ρκδ	νϛ	ρξζ
ρθ		ρλα	νη	ρξθ
ριγ		ρμγ	ξ	ροα
ριε		ρμθ	ξβ	ρογ
ριη		ρνα	ξδ	ροζ
ρκδ		ρνδ	ξϛ	ροθ
ρκϛ		ρνθ	ξη	ρπα
ρλϛ		ρξγ	οα	ρπθ
ρμ		ρξδ	ογ	ρϟα
ρνα		ρξϛ	οε	ρϟγ
ρνε		ροδ	οη	ρϟε
ρξζ		ροϛ	π	σ
ροα		ροη	πα	σβ
ροζ		ρπ	πδ	σε
ρπα		ρπγ	πϛ	σζ
ρπδ		ρπη	πθ	σι
ρπϛ		ρϟ	ϟβ	σιβ
ρπη		ρϟβ	ϟδ	αιδ
ρϟα		ρϟϛ	ϟζ	σιϛ
ρϟϛ		σα	ϟθ	σιη
σ		σγ	ρβ	αx
σι		ση	ρδ	σκδ
σιβ		σι	ρϛ	σκϛ
σιη		σιδ	ρη	σκη
σκβ		σκγ	ρι	σλ
σκζ		σκε	ριβ	σλβ
σλ		σκζ	ριε	
σλγ		σλϛ	ριζ	
σλε		σνβ	ριθ	
σλθ		σνϛ		
σμε		σνθ		
σξη		σξδ		
σογ		σοα		
σπγ		σογ		
τγ		σοϛ		
τιθ		σοη		
τκδ		σπγ		
τκζ		σπη		
τμε		σϟϛ		
τνα		σϟη		
τνε		τα		
		τδ		
		τϛ		
		τη		
		τιϛ		
		τκ		
		τκϛ		
		τλα		
		τλδ		
		τλθ		
		τμβ		

Τέλος τῶν Κανόνων.

INCIPIT CANON X.
in quo Matthæus
proprie.

II.
IV.
VI.
XIII.
XXIV.
XXVII.
XXIX.
XXXIII.
XXXV.
XXXVII.
XXXIX.
xlII.
xlv.
lII.
lVI.
lxxv.
lxxxI.
lxxxIX.
XCI.
XCIX.
CI.
CVI.
CIX.
CXIII.
CXV.
CXVIII.
CXXIV.
CXXVI.
CXXXVI.
cxl.
clI.
clv.
clxvII.
clxxI.
clxxvII.
clxxxI.
clxxxIV.
clxxxvI.
clxxxVIII.
CXCI.
CXCVI.
CC.
CCX.
CCXII.
CCXVIII.
CCXXII.
CCXXVII.
CCXXX.
CCXXXIII.
CCXXXV.
CCXXXIX.
CCxlv.
cclxvIII.
cclxxIII.
cclxxxIII.
CCCIII.
CCCXIX.
CCCXXIV.
CCCXXVII.
ccclv.
cccll.
ccclv.

Explicit Canon X. in quo Matthæus proprie.

INCIPIT CANON X.
in quo Marcus
proprie.

Marcus.
XIX.
XXXI.
xlIII.
xlVI.
lVIII.
lXII.
lxx.
lxxIV.
lxxxI.
lxxxVIII.
XC.
XCII.
XCIV.
CI.
CIV.
CXXIII.
CXXXII.
clxxxVI.
CCXIII.
CCXXXIV.

Explicit Canon X. in quo Marcus proprie.

INCIPIT CANON X.
in quo Lucas
proprie.

Lucas.
I.
III.
V.
IX.
XVIII.
XX.
XXII.
XXIX.
XXXI.
l.
lI.
lxvII.
lxvIII.
lxxII.
lxxv.
CIV.
CVI.
CVII.
CXIII.
CXVII.
CXXII.
CXXIV.
CXXXI.
cxlIII.
cxlIX.
clI.
clIV.
clIX.
clxIII.
clxIV.
clxVI.
clxxIV.
clxxVI.
clxxVIII.
clxxx.
clxxxIII.
clxxxVIII.
CXC.
CXCII.
CXCVI.
CCI.
CCIII.
CCVIII.
CCX.
CCXIV.
CCXXIII.
CCXXV.
CCXXVII.
CCXXXVI.
cclII.
cclVI.
cclIX.
cclxIV.
cclxxI.
cclxxIII.
cclxxVI.
cclxxVIII.
cclxxxIII.
cclxxxVIII.
CCXCVI.
CCXCVIII.
CCCI.
CCCIV.
CCCVI.
CCCVIII.
CCCXVI.
CCCXX.
CCCXXVI.
CCCXXXI.
CCCXXXIV.
CCCXXXIX.
ccclII.

Explicit Canon X. in quo Lucas proprie.

INCIPIT CANON X.
in quo Joannes
proprie.

Joannes.	Joannes.
IV.	CXXIII.
VII.	CXXV.
IX.	CXXVII.
XI.	CXXX.
XIII.	CXXXII.
XVI.	CXXXIV.
XVIII.	CXXXVI.
XXII.	CXXXVIII.
XXIV.	cxl.
XXVII.	cxlIII.
XXIX.	cxlIV.
XXXI.	cxlv.
XXXIII.	cxlVII.
XXXVI.	cxlIX.
XXXIX.	clI.
xlI.	clIII.
xlIII.	clv.
xlv.	clVII.
l.	clIX.
lII.	clxIII.
lIV.	clxv.
lVI.	clxVII.
lVIII.	clxIX.
lx.	clxxI.
lxII.	clxxIII.
lxIV.	clxxVII.
lxVI.	clxxIX.
lxVIII.	clxxxI.
lxxI.	clxxxIX.
lxxIII.	CXCI.
lxxv.	CXCIII.
lxxVIII.	CXCV.
lxxx.	CC.
lxxxI.	CCII.
lxxxIV.	CCV.
lxxxVI.	CCVII.
lxxxIX.	CCX.
XCII.	CCXII.
XCIV.	CCXIV.
XCVII.	CCXVI.
XCIX.	CCXVIII.
CII.	CCXX.
CIV.	CCXXIV.
CVI.	CCXXVI.
CVIII.	CCXXVIII.
CX.	CCXXX.
CXII.	CCXXXII.
CXV.	
CXVII.	
CXIX.	

Explicit Canon X. in quo Joannes proprie.

Expliciunt Canones Evangeliorum.

IN
EVANGELIORUM HARMONIAM
AMMONII ALEXANDRINI
PRÆFATIO
VICTORIS EPISCOPI CAPUANI.

I. DUM fortuito in manus meas incideret unum ex quatuor Evangelium compoſitum, & abſente titulo, non invenirem nomen auctoris; diligenter inquirens, quis geſta vel dicta Domini & Salvatoris noſtri, evangelica lectione diſcreta, in ordinem quo ſe conſequi videbantur, non minimo ſtudii labore redegerit: reperi AMMONIUM quemdam Alexandrinum, qui *Canonum* quoque *Evangelii* fertur inventor, Matthæi Evangelio reliquorum trium excerpta junxiſſe, ac in unam ſeriem Evangelium nexuiſſe; ſicut Euſebius epiſcopus Carpiano cuidam ſcribens, in præfatione editionis ſuæ qua Canones memorati Evangelii edidit, ſupradicti viri imitatus ſtudium, refert in hunc modum: AMMONIUS *quidam Alexandrinus multum, ut arbitror, laboris & ſtudii impendens, unum ex quatuor nobis reliquit Evangelium*. Ex hiſtoria quoque ejus comperi, quod Tatianus vir eruditiſſimus, & orator illius temporis clariſſimus, unum ex quatuor compaginaverit Evangelium, cui titulum [1] DIAPENTE impoſuit. Hic beati Juſtini Philoſophi & Martyris, dum adhuc viveret, diſcipulus fuit: quo migrante ad Dominum cum palma martyrii, magiſtri ſanctam deferens diſciplinam, & doctrinæ ſupercilio elatus, lapſus in Encratitarum hæreſim, Marcionis potius amplexus errorem, quam Juſtini Chriſtiani Philoſophi veritatem, ſuæ vitæ pernicioſus extitit, afferens inter alia, nuptias & ſtupra pari crimini ſubjacere.

II. Sed & dictis Apoſtolicis manus profanæ emendationis, vel (ut dicam verius) corruptionis dicitur intuliſſe. Sed quia & hominum perfidorum (Chriſti Dei noſtri operante potentia) confeſſione vel opere, ſæpe triumphat gloria veritatis: (nam & dæmones Chriſtum fatebantur; & filii Scevæ in Actibus Apoſtolorum in nomine Jeſu quem Paullus prædicaret, dæmonia fugabant) Tatianus quoque, licet profanis implicitus erroribus, non inutile tamen exhibens ſtudioſis exemplum, hoc Evangelium (ut mihi videtur) ſollerti compaginatione diſpoſuit. Et forſitan adhuc beati Juſtini adhærens lateri, illius eruditionis merito, hoc opus explicuit. Arbitror enim propterea non

A AMMONII, ſed hujus eſſe editionem memorati voluminis: quod AMMONIUS Matthæi fertur relationi, Evangeliſtarum reliquorum relationem diſcreto annexuiſſe ſermone; heic vero ſancti Lucæ principia aſſumta: licet ex maxima parte Evangelio ſancti Matthæi, reliquorum trium dicta conjunxerit; ut jure ambigi poſſit, utrum AMMONII an Tatiani inventio ejuſdem operis debeat æſtimari. Verumtamen, vel ſi jam hæreſiarches hujus editionis auctor exſtitit Tatianus, verba Domini mei cognoſcens, libenter amplector interpretationem: ſi fuiſſet ejus propria, procul abjicerem. Nam & *contra gentes* magnificos
B libros ediidiſſe narratur.

III. Hoc igitur Evangelium, cum abſque numeris reperiſſem, quos AMMONIUS mirabili ſtudio reperit; Euſebius vero Cæſareæ epiſcopus Palæſtinæ ab eo accipiens exemplum, diligenter excoluit, quibus communiter ab Evangeliſtis dicta, propriis ſunt notulis declarata; Domino adjuvante ſtudium laboris impendi, ut memoratos numeros per loca congrua diligenter adfigerem. Quod ſi dubitatio alicujus verbi fortaſſe provenerit, ex appoſitis numeris ad plenariam recurrens quilibet Evangelii lectionem, an & ibidem ita ſe ſermo ha-
C beat de quo ambiguitas provenerat, incunctanter inveniat; & abſque ſcrupulo, ſtudioſi mens ſecura, hoc poſſit uti volumine. Quod etſi a compoſiti hujus auctore voluminis cum numeris editum fuit, ſed tranſſcribentium deſidia omiſſi putantur: nos tamen in eo ſumus labore verſati, quo opera ſolet novella præſumi. Sciendum ſane, quod hic numerus Canonicus, uſque ad denariam perveniat quantitatem. Neque ſcribentis voluntate, horum numerorum ſumma defixa eſt, ſed ratione & regula naturali ab AMMONIO inventa eſt ſagaciter. Neque enim aut infra denarium, aut ultra poterit ullo modo alius numerus repe-
D riri, qui quatuor Evangeliſtarum dicta communia, aut propria valeat explicare. Quod præſenti facile poteſt exemplo probari. Nam aut omnes quatuor ſibi concordare neceſſe eſt; aut Matthæus, Marcus, Lucaſque ſibi conveniunt, aut Matthæo Joannes conſentit; aut Matthæus Lucæ concordat, aut Matthæus cum Marco eadem loquitur; aut Mar-

1. DIAPENTE] Fabricius in *Cod. Apocr. N. T.* tom. I. pag. 379. conjicit ex abbreviata ſcriptura *Diateſſ.* perperam factum *Diapente*: repugnante nimirum vel ipſo Victore interprete, ut Euſebii, Hieronymi aliorumque veterum teſtimonia omittamus. Itaque Victoris verba l. c. in medium adducens idem Fabricius, pro *Diapente* reſcribit *Diateſſarius*. An *Diateſſaron*? Obſervat præterea Caſaubonum *ad Baron.* XIII. 2. pag. 211. eumque ſecutum Ittigium *de Hæreſiarch.* pag. 201. maluiſſe apud Victorem διὰ πάντων. Ceterum non defuiſſe viros doctos agnoſcit, quibus probata fuerit Victoriana lectio hactenus vulgata; eo ſcilicet nomine quod Tatianum præter quatuor Evangelia, Evangelii quoque ad Hebræos rationem habuiſſe putarint. Vide ſis Grotium *in not. ad Matth.* ſub init. G. J. Voſſium differt. *de geneal. Chriſti* pag. 17. & Simonium *Hiſt. Crit. text. N. T.* pag. 74.


cus cum Luca & Joanne, propria loquitur; aut Marcus cum Joanne similibus loquitur; aut Marcus cum Luca, eadem narrat; aut Lucas cum Joanne discrepantia refert: aut singuli, propria inveniuntur exponere.

IV. In quatuor igitur Evangelistis, evidenti numerorum ratione monstratum est, quod non valeat communis propriaque relatio ultra progredi, at intra denariam contrahi quantitatem. Quos tamen Canones breviter subter adnexui, quibus unusquisque Canon numeris declaretur; vel ut manifestius fiat, in quo Canone qui Evangelistæ communia vel propria dixerint, facile lector inveniat. Ordinem vero quem in Canonum ratione digessimus, ad hoc exseruimus, ut sola probatio A fieret, rationabiliter denarii summam fuisse conscriptam. Nam quæ sit eorum positio, breviter ut diximus, infra notari curavimus. Ipsos quoque numeros in unum pariter congregatos, in modum quo eos sanctus Hieronymus digessit, curavi describere, juxta seriem dumtaxat qua totius Evangelii hujus lectio explicatur; ut qui eadem vel alia, aut ubi propria Evangelistæ protulerint, memoratos numeros prius curiosus Lector si velit inspiciens, facile ex nota numeri, reperta comprobet lectione: sanctam & beatissimam Trinitatem precantes ut nos in veritate Scripturarum suarum erudire dignetur, & B discretionis gratiam tribuat; quatenus ut optimi trapezitæ, omnia probemus secundum Paullum [a], & quæ sunt bona sectemur.

a I, Thess. V. 21.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



AMMONII ALEXANDRINI

SANCTORUM QUATUOR EVANGELIORUM

HARMONIA.

Interprete VICTORE episcopo Capuano.

PRÆFATIO.

1. LUC. I. 1-4.

¹ QUONIAM quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum; sicut tradiderunt nobis qui ab initio viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assecuto a principio, de omnibus diligenter ex ordine tibi scribere, optime Theophile, ut cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem.

CAPUT I.

In principio erat Verbum, Deus apud Deum, per quem facta sunt omnia.

2. JOAN. I. 1-5.

² In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

CAPUT II.

De sacerdotio Zachariæ.

3. LUC. I. 5-25.

³ Fuit in diebus Herodis regis Judææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia: & uxor illi de filiabus Aaron, & nomen ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & justificationibus Domini, sine querela. Et non erat illis filius, eo quod esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum: secundum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit ut incensum poneret, ingressus in templum Domini. Et omnis multitudo populi erat orans foris, hora incensi. Apparuit autem illi Angelus Domini, stans a dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, videns; & timor irruit super eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est precatio tua; & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem. Et erit gaudium tibi & exsultatio; & multi in nativitate ejus gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino; & vinum & siceram non bibet. Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ. Et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum: & ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ, ut convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego * sum senex, & uxor mea processit in diebus suis. Et respondens Angelus, dixit ei: Ego sum Gabriel, qui adsto ante Deum; & missus sum loqui ad A te, & hoc tibi evangelizare. Et ecce eris tacens, & non poteris loqui usque in diem quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs exspectans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad eos. Et cognoverunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus, cum abiit in domum suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth uxor ejus, & occultabat se mensibus quinque, dicens: Quia sic mihi fecit Dominus in diebus, quibus respexit auferre opB probrium meum inter homines.

CAPUT III.

Angelus Gabriel ad Mariam loquitur.

4. LUC. I. 26-56.

⁴ In mense autem sexto missus est Angelus Gabriel a Deo in civitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro cui nomen erat Joseph, de domo David; & nomen virginis, Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogiC tabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus *: Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Dominum. Ecce concipies, & paries filium in utero; & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit Maria ad Angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, D & ipsa concepit filium in senectute sua; & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini; fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus. Exsurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in civitatem Juda: & intravit in domum Zachariæ, & salutavit Elisabeth. Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exsultavit infans in utero ejus. Et repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamavit voce magna & dixit ei: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. E Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudio infans in utero meo. * Et beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei a Domino. Et ait Maria: Magnificat anima

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

mea Dominum: & exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. Et misericordia ejus in progenies & progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Esurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini ejus in sæcula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reversa est in domum suam.

CAPUT IV.

De nativitate Joannis Baptistæ.

1. Luc. I. 57-80.

[1] Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati ejus, quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octavo, venerunt circumcidere puerum; & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater ejus, dixit: Nequaquam, sed vocabitur Joannes. Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri ejus, quem vellet vocari eum; & postulans pugillarem scripsit dicens: Joannes est nomen ejus. Et mirati sunt universi. Apertum est autem illico os ejus, & lingua ejus; & loquebatur, benedicens Deum. Et factus est timor super vicinos eorum; & super omnia montana Judææ divulgabantur omnia verba hæc. Et posuerunt omnes qui audierunt, in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater ejus impletus est Spiritu sancto, & prophetavit, dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemtionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo David pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui a sæculo sunt, prophetarum ejus: Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos: Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti. Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis: Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, serviamus illi in sanctitate & justitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini, parare vias ejus: Ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum eorum: Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto: Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent; ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis usque in diem ostensionis suæ ad Israel.

CAPUT V.

De generatione, vel nativitate Christi.

2. Matt. I. 1-16.

[2] Liber generationis JESU CHRISTI filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, & fratres ejus. Judas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse autem genuit David regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit * Abia. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Hiezechiam. Hiezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam & fratres ejus, in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoch. Sadoch autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph virum Mariæ, de qua natus est JESUS, qui vocatur CHRISTUS.

3. Luc. III. 34-38.

[3] Abraham autem fuit filius Thare. Qui fuit Nachor. Qui fuit Seruch. Qui fuit Ragau. Qui fuit Phales. Qui fuit Heber. Qui fuit Sale. Qui fuit Cainan. Qui fuit Arphaxat. Qui fuit Sem. Qui fuit Noe. Qui fuit Lamech. Qui fuit Mathusale. Qui fuit Enoch. Qui fuit Jareth. Qui fuit Malelehel. Qui fuit Enos. Qui fuit Seth. Qui fuit Adam. Qui fuit Dei.

4. Matt. I. 17-25.

[4] Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim. Et a David usque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim. Et a transmigratione Babylonis usque ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat: Cum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto. Joseph autem vir ejus cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei dicens: Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam, dicentem: [a] Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium; & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Exsurgens autem Joseph a somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit conjugem

[a] Isa. VII. 14.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

suam. Et non cognoscebat eam, donec peperit A filium suum primogenitum; & vocavit nomen ejus Jesum. ¹ Factum est autem in illis diebus, exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis. Hæc descriptio prima, facta est a præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli, in suam civita-
1. Luc. II. 1-7. tem. Ascendit autem & Joseph a Galilæa de civitate Nazareth, in Judæam in civitatem David, quæ vocatur Bethleem; eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria desponsata sibi uxore prægnante. Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclina- B vit eum in præsepio; quia non erat * ei locus in diversorio.

CAPUT VI.

Angelus apparuit pastoribus.

2. Luc. II. 7-20. ² Et pastores erant in regione eadem, vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum. Et ecce Angelus Domini stetit juxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos: & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus: Nolite timere: ecce ego evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus C est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est, ut discesserunt ab eis Angeli in cælum, pastores loquebantur ad invicem: Transeamus usque Bethleem, & videamus hoc verbum quod factum est, quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & invenerunt Mariam, & Joseph, & infantem positum in præsepio. Videntes autem, cognoverunt de D verbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant, mirati sunt; & de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum, in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

CAPUT VII.

Circumcisio Domini. Jesus inducitur in templum.

3. Luc. II. 21-39. ³ Et postquam consummati sunt dies octo, E ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi ᵃ, tulerunt illum in Jerusalem ut sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini: ᵇ Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur: & ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini ᶜ, par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon: & homo iste justus & timoratus, exspectans consolationem Israel; & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo; & ipse accepit eum in ulnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace; quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum: Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Et erat pater ejus & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo, & benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem ejus: Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser. Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de templo, jejuniis & obsecrationibus serviens nocte ac die. Et hæc, ipsa hora superveniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo, omnibus qui exspectabant redemtionem * Hierusalem. Et ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilæam, in civitatem suam Nazareth.

CAPUT VIII.

De Magis qui venerunt ab Oriente.

⁴ Cum ergo natus esset Jesus in Bethleem
(α) Judææ, in diebus Herodis regis, ecce Magi 4. Matt. II. 1-12.
ab Oriente venerunt Hierosolymam dicentes: Ubi est qui natus est rex Judæorum? Vidimus enim stellam ejus in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt *: In Bethleem Judææ: Sic enim scriptum est per Prophetam: ᵈ Et tu Bethleem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero; & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio * valde. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus: & procidentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne

a Lev. XII. 6. *b* Exod. XIII. 2. *c* Lev. XII. 8. *d* Mich. V. 2.

α Judææ] Ut in textu hodierno, τῆς Ἰουδαίας. Sic mox infra ℣. 5, Vulg. *Juda*.

redirent ad Herodem, per aliam viam reversi
sunt in regionem suam.

C A P U T IX.

Fugatus Jesus, & parentes ejus in Ægyptum.

1. MATT. II. 13-15. [1] Qui cum recessissent, ecce Angelus Do-
mini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge
& accipe puerum & matrem ejus, & fuge in
Ægyptum, & esto ibi usque dum dicam tibi:
futurum est enim ut Herodes quærat puerum
ad perdendum eum. Qui consurgens, accepit
puerum & matrem ejus nocte, & secessit in
Ægyptum. Et erat ibi usque ad obitum Hero-
dis; ut adimpleretur quod dictum est a Domi-
no per Prophetam, dicentem: [a] Ex Ægypto
vocavi filium meum.

C A P U T X.

Herodes interficit pueros.

2. MATT. II. 16-18. [2] Tunc Herodes videns quoniam illusus esset
a Magis, iratus est valde; & mittens occidit
omnes pueros qui erant in Bethleem & omni-
bus finibus ejus, a bimatu & infra, secundum
tempus quod exquisierat a Magis. Tunc adim-
pletum est, quod dictum est per Jeremiam
Prophetam, dicentem: [b] Vox in Rama audita
est; ploratus & ululatus multus: Rachel plo-
rans filios suos; & noluit consolari, quia non
sunt.

C A P U T XI.

Jesus revocatur ex Ægypto.


3. MATT. II. 19-23. [3] Defuncto autem Herode, ecce apparuit
Angelus Domini in somnis Joseph in Ægypto,
dicens: Surge, & accipe puerum & matrem
ejus, & vade (α) in terram Juda: defuncti enim
sunt, qui quærebant animam pueri. Qui sur-
gens, accepit puerum & matrem ejus, & ve-
nit in terram Israel. Audiens autem quod Ar-
chelaus regnaret in Judæa pro Herode patre
suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis,
secessit in partes Galilææ. Et veniens, habita-
vit in civitate quæ vocatur Nazareth, ut adim-
pleretur quod dictum est per Prophetas: [c] Quo-
niam Nazaræus vocabitur.

C A P U T XII.

Remansit Jesus in templo Hierosolymis.

4. LUC. II. 40-52. [4] Puer autem crescebat & confortabatur,
plenus sapientia; & gratia Dei erat in illo.
Et ibant parentes ejus per omnes annos in
Hierusalem, in die solemni Paschæ. Et cum
factus esset annorum duodecim, ascendenti-
bus illis Hierosolymam secundum consuetudi-
nem diei festi, consummatisque diebus, cum
redirent, remansit puer Jesus in Hierusalem:

A & non cognoverunt parentes ejus. Æstiman-
tes autem illum esse in comitatu, venerunt SÆCUL. II.
iter diei, & requirebant eum inter cognatos CIRCA
& notos. Et non invenientes, regressi sunt ANN. CHR.
in Hierusalem requirentes eum. Et factum est 228.
post triduum, invenerunt eum in templo,



sedentem in medio doctorum, audientem il-
los & interrogantem eos. Stupebant autem
omnes qui eum audiebant, super prudentia
& responsis ejus. Et videntes admirati sunt.
Et dixit mater ejus ad illum: Fili mi, quid
fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego, do-
lentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid
est, quod me quærebatis? Nesciebatis, quia
B in his quæ patris mei sunt, oportet me es-
se? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod
locutus est ad illos. Et descendit cum eis,
& venit Nazareth: & erat subditus illis.
Et mater ejus conservabat omnia verba hæc
in corde suo. Et Jesus proficiebat sapientia,
& ætate, & gratia apud Deum & homines.

C A P U T XIII.

Joannes Baptista apparuit in Israel.

[5] Anno autem quintodecimo imperii Ti- 5. LUC. III. 1-3.
berii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Ju-
C dæam, tetrarcha autem Galilææ Herode,
Philippo autem fratre ejus tetrarcha Ituree
& Traconitidis regionis, & Lysania Abilinæ
tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna
& Caipha, factum est verbum Domini super
Joannem Zachariæ filium in deserto. Et ve-
nit in omnem regionem Jordanis, prædicans
baptismum pœnitentiæ, in remissionem peccato-
rum, dicens: [6] Pœnitentiam agite, appropin- 6. MATT. III. 1-3.
quavit enim regnum cælorum. Hic est enim qui
dictus est per Isaiam Prophetam, dicentem: [7]
Vox clamantis [d] in deserto, parate viam Do- MARC. I. 3-5.
mini: rectas facite semitas ejus. Omnis vallis
implebitur, & omnis mons & collis humilia-
D bitur. Et erunt prava in directa, & aspera 7. LUC. III. 4-6.
in vias planas: & videbit omnis caro salu-
tare Dei. [8] Hic venit in testimonium, ut 8. JOAN. I. 5-18.
testimonium perhiberet de lumine, ut omnes
crederent per illum. Non erat ille lux, sed
ut testimonium perhiberet de lumine. Erat
lux vera, quæ illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. In mundo erat,
& mundus per ipsum factus est, & mundus
eum non cognovit. In propria venit, & sui
eum non receperunt. Quotquot autem rece-
perunt eum, dedit eis potestatem filios Dei
fieri, his qui credunt in nomine ejus: Qui
non ex sanguinibus, neque ex voluntate car-
E nis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo
nati sunt. Et Verbum caro factum est, &
habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus,
gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gra-
tiæ & veritatis. Joannes testimonium perhi-
bet de ipso, & clamat dicens: Hic erat (β)
quem dixi vobis, * quia post me venturus
est, & ante me factus est, quia prior me
erat. Et de plenitudine ejus nos omnes ac-

a Osee XI. 1. *b* Jer. XXXI. 15. *c* Alludit ad *Isa.* XI. 1. *d* Isa. XL. 3-5.

α *In terram Juda*] Interpretis sive librarii aliud agentis mendum esse suspicor. Gr. *εἰς γῆν Ἰσραήλ*, ut in Vulg.

β *Hic erat quem dixi vobis*] Vox ultima desideratur tum in textu, tum in Vulgata. Ceterum apud Millium cod. Cant. habet *εἶπον ὑμῖν*. Sed supra scribitur *ὑμῖν* alia manu. Vide sis noviss. Wetstenii edit. in hunc locum.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

cepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per A
Moysen data est; gratia & veritas per JESUM CHRISTUM facta est. Deum nemo vidit umquam. Unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarravit. [1] Ipse autem Joannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem ejus erat, locustæ & mel silvestre. Tunc
1. MATT. III. 4-10. MARC. I. 6. LUC. III. 7-9.
exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem; & baptizabantur in Jordane ab eo, confitentes peccata sua. Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo B
fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos: patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potest Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, exscindetur, & in ignem mittetur. [2] Et interrogabant eum turbæ dicen-
2. LUC. III. 10-15.
tes: Quid ergo faciemus? Respondens autem, dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos: Nihil C
amplius quam constitutum est vobis, faciatis. Interrogabant eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus: [3] Miserunt Judæi ab Hie-
3. JOAN. I. 19-25.
rosolymis sacerdotes & levitas ad eum, ut interrogarent eum: Tu quis es? Et confessus est, & non negavit; & confessus est: Quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: D
Non. Dixerunt ergo ei: Quis es, ut responsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de te ipso? Ait: Ego sum vox clamantis in deserto: parate viam Domini, sicut dixit Isaias Propheta [a]. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogaverunt eum, & dixerunt: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Respondit eis Joannes, dicens: [4] Ego quidem ba-
4. MATT. III. 11. 12. MARC. I. 7. 8. LUC. III. 16-18. JOAN. I. 26. 27.
ptizo vos in aqua, in pœnitentiam. Qui autem post me venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calceamenta portare. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto E
& igne. Cujus ventilabrum in manu ejus, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans, evangelizabat populo. [5] Hæc in Bethania facta sunt trans Jor-
5. JOAN. I. 28.
danem, ubi erat Joannes baptizans.

CAPUT XIV.

Baptizatur Jesus a Joanne.

[6] Tunc venit Jesus a Galilæa in Jorda- 6. MATT. III. 13-17. MARC. I. 9-11.
nem, ad Joannem, ut baptizaretur ab eo. [7] Et ipse erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph. Joannes autem prohibebat eum, dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Jesus dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos adimplere omnem justitiam: 7. LUC. III. 23.
Tunc dimisit eum. [8] Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Jesu baptizato & orante, confestim ascendit de aqua: & 8. LUC. III. 21. 22.
ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritum Dei descendentem corporali specie sicut columbam, & venientem super se. Et ecce vox de cælis dicens: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. [9] Et testimo- 9. JOAN. I. 32-34.
nium perhibuit Joannes, dicens: Quia (α) vidistis spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum; & ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videritis Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei.

CAPUT XV.

Ductus est Jesus a spiritu in desertum.

[10] Tunc Jesus ductus est in desertum a spi- 10. MATT. IV. 1-11.
ritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator MARC. I. 12. 13.
dixit: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scriptum est [b]: Non in pane solo vivit homo, LUC. IV. 1-13.
sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumsit eum diabolus in sanctam civitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: [c] Quia Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Dominus: Rursum scriptum est: [d] Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumsit eum diabolus in montem excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum. Et dixit illi: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me. Tunc dicit ei Jesus: Vade satanas; scriptum est enim: [e] Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies. [11] Et con- 11. LUC. IV. 13.
summata omni tentatione, tunc reliquit eum diabolus usque ad tempus. [12] Eratque cum 12. MARC. I. 13.
bestiis. Et ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

CAPUT XVI.

Duo discipuli Joannis secuti sunt Jesum.

[13] Altera die iterum stabat Joannes, & ex 13. JOAN. I. 35-42.

a Isa. XL. 3. b Deut. VIII. 4. c Psal. XC. 11. d Deut. VI. 16. e Ibid. ✠. 13.

α *Quia vidistis ... super quem videritis*] Vulg. *Quia vidi .... super quem videris*. Neque aliter Græc.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

discipulis ejus duo. Et respiciens Jesum am- A bulantem dicit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et audierunt eum duo discipuli loquentem: & secuti sunt Jesum. Conversus autem Jesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum, Magister) ubi habitas? Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierunt a Joanne, & secuti fuerunt eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem, & dicit ei: Invenimus Messiam B (quod est interpretatum, Christus.) Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem eum Jesus, dixit: Tu es Simon filius (α) Joanna: tu vocaberis Cephas, (quod interpretatur Petrus.)

CAPUT XVII.

De Philippo & Nathanaele.

1. JOAN. I. 43-51. 1 In crastinum autem voluit exire in Galilæam. Et invenit Philippum, & dicit ei Jesus: Sequere me. Erat autem Philippus a Bethsaida, civitate Andreæ & Petri. Inve- C nit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth. Et dixit Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & vide. Vidit Jesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael: Unde me nosti? Respondit Jesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Israel. Respondit Jesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis? majus his vi- D debis. Et dicit eis: Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes (β) supra filium hominis.
2. LUC. IV. 14-15. 2 Et regressus est Jesus in virtute spiritus in Galilæam: & fama exiit per universam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

CAPUT XVIII.

In synagoga legit Jesus librum Isaiæ.

3. LUC. IV. 16-21. 3 Et venit Nazareth ubi erat nutritus, & intravit secundum consuetudinem suam die E sabbati in synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi liber Isaiæ Prophetæ. Et ut revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat: a Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, (γ) sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est hæc Scriptura in auribus vestris.

4. MATT. IV. 17. MARC. I. 15. 4 Exinde cœpit Jesus prædicare & dicere: Quoniam impletum est tempus: pœnitentiam agite: & credite Evangelio. Appropinquavit enim regnum cælorum.

CAPUT XIX.

Jesus vocavit Petrum & Andream, Jacobum & Joannem.

5. MATT. IV. 18-22. 5 Ambulans autem juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare. Erant enim piscatores. Et ait illis: Venite post me; faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus, sequuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedæi & Joannem fratrem ejus, in navi cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua, & vocavit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, sequuti sunt eum.
6. LUC. V. 1-11. 6 Factum est autem cum turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth, & vidit duas naves stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lavabant retia sua. Ascendens autem in unam navim quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum: & sedens docebat de navicula turbas. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia navi, ut venirent & adjuvarent eos. Et venerunt, & impleverunt ambas naviculas, ita ut * mergerentur. Quod cum videret Simon Petrus procidit ad genua Jesu dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperant: similiter autem Jacobum & Joannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Jesus: Noli timere: ex hoc eris homines capiens.
7. JOAN. II. 21. 7 Et crediderunt in eum discipuli ejus. Et subductis a terra navibus, relictis omnibus, sequuti sunt illum.

CAPUT XX.

Jesus vocavit Matthæum publicanum.

8. MATT. IX. 9. MARC. II. 14. LUC. V. 27-28. 8 Et cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine, & ait illi: Sequere me. Et surgens, relictis omnibus sequutus est eum.

a Isa. LXI. 1. 2.

α *Joanna*] Gr. Ἰωνᾶ. Al. Ἰωάννου. Vide Millium tum heic, tum ad Matth. XVI. 17. qui & lectionem *Joanna* ex antiquis Patribus Latinis profert. S. Hieronymus in hunc locum: „ Volunt Scriptorum vitio depra„ vatum, ut pro *Bar Joanna*, hoc est, *filius Joannis*, „ *Barjona* scriptum sit, una detracta syllaba. „

β *Ascendentes*] Sic editi interpretationis Victorianæ, omissis sive librariorum sive typothetarum incuria, & *descendentes*; quæ tum in Græcis N. T. tum in versionibus exstant.

γ *Sanare contritos corde*] Hæc deerant in aliis editt.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

CAPUT XXI.

Audiens Jesus quod Joannes traditus esset, secessit in finibus Zabulon & Nephthalim.

1. JOAN. III. 22.-36.
[1] Post hæc venit Jesus & discipuli ejus in terram Judæam, & illic demorabatur cum eis, & baptizabat. Erat autem & Joannes baptizans in Ennon, juxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & adveniebant, & baptizabantur: nondum enim missus fuerat in carcerem Joannes. Facta est autem quæstio ex discipulis Joannis cum Judæis de purificatione. Et venerunt ad Joannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Jordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat; & omnes veniunt ad eum. Respondit Joannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, Ego non sum Christus; sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est. Et quod vidit & audivit, hoc testatur: & testimonium ejus nemo accipit. Qui accepit ejus testimonium, signavit quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu ejus. Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.
2. JOAN. IV. 1-3.
[2] Ut ergo cognovit Jesus, quia audierunt Pharisæi, quia Jesus plures discipulos facit & baptizat quam Joannes, (quamquam Jesus non baptizaret, sed discipuli ejus) [3] & quod Joannes traditus
3. MARC. I. 14.
esset, reliquit Judæam, & abiit iterum in Galilæam. [4] Cum autem audisset quod Joannes traditus esset, secessit in Galilæam. Et
4. MATT. IV. 12-16.
relicta civitate Nazareth, venit & habitavit Capharnaum maritimam in finibus Zabulon, & terra Nephthalim, ut impleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam: [a] Terra Zabulon & terra Nephthalim, via maris trans Jordanem Galilææ gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis.

CAPUT XXII.

Circuibat Jesus omnes regiones, & sedens in monte elegit duodecim discipulos, & docuit eos de beatitudine regni cælorum, & quæ sequuntur.

5. MATT. IV. 23-25.
[5] Et circuibat JESUS totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Evangelium regni, & sanans omnem languorem,
A & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio ejus in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & curavit eos. Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Judæa, & de trans Jordanem. [6] Et detinebant illum 6. LUC. IV. 42-44.
ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et cum vidisset turbas, [7] ascendit in montem, & 7. MATT. X. 2-4. MARC. III. 13-19. LUC. VI. 13.-16.
cum sedisset vocavit ad se quos voluit ipse. Et venerunt ad eum, & fecit ut essent duo-
B decim cum illo, quos & Apostolos nominavit: Simonem quem cognominavit Petrum, & Andream fratrem ejus, & Jacobum Zebedæi, & Joannem fratrem Jacobi, quibus imposuit nomina Boanerges, quod est filii tonitrui; Philippum & Bartholomæum, Mathæum & Thomam, Jacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes, & Judam Jacobi, & Judam Iscarioth, qui fuit proditor.
[8] Et accesserunt ad eum discipuli ejus. Et 8. MATT. V. 1.-12. LUC. VI. 20-23.
elevatis oculis in eos, aperiens os suum, docebat, dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati
C qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & oderint vos, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mentientes; & cum separaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen vestrum tamquam malum propter fi-
D lium hominis. Gaudete in illa die, & exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis: sic enim persecuti sunt Prophetas qui fuerunt ante vos, patres eorum.

CAPUT XXIII.

Increpatio divitum.

[9] Verumtamen væ vobis divitibus, quia 9. LUC. VI. 24-26.
habetis consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis (α) homines: secun-
E dum hæc faciebant Prophetis patres eorum. Sed vobis dico qui auditis:

CAPUT XXIV.

Vos estis sal terræ. 10. MATT. V. 13. MARC. IX. 49. LUC. XIV. 34.

[10] Vos estis sal terræ. Quod si evanuerit sal, in quo salietis? ad nihilum valet ultra, nisi ut projiciatur foras, & conculcetur ab hominibus.

a Isa. IX. 1. 2.

α Homines] Al. editt. omnes homines.

CAPUT XXV.

Vos estis lux hujus mundi: & iterum comparationes de præceptis legis.

1. Matt. V. 14-16. Marc. IV. 21. Luc. VIII. 16. XI. 33. [1] Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, neque sub lecto, neque in abscondito loco, neque sub vase, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, & glorificent patrem vestrum qui est in cælis.
2. Matt. V. 17-20. [2] Nolite putare, quoniam veni solvere legem, aut Prophetas: non veni solvere, sed adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem fecerit & docuerit sic homines, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Dico enim vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum.

CAPUT XXVI.

Iracundiæ prohibitio.

3. Matt. V. 21-22. [3] Audistis quia dictum est antiquis: [a] Non occides: qui autem occiderit, reus erit (α) mortis. Ego autem dico vobis; quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.

CAPUT XXVII.

De relinquendo munus ad altare.

4. Matt. V. 23-26. [4] Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Esto consentiens adversario tuo cito, dum es in via cum eo; ne forte tradat te adversarius judici, & judex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem.

CAPUT XXVIII.

De adulterio concupiscentiæ.

5. Matt. V. 27-30. [5] Audistis quia dictum est antiquis: [b] Non mœchaberis. Ego autem dico vobis: quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membro-
A rum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice abs te: expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

CAPUT XXIX.

De repudio.

6. Matt. V. 31-32. [6] Dictum est autem: [c] Quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii. Ego autem dico vobis: quia omnis qui
B dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis caussa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.

CAPUT XXX.

De juramento.

7. Matt. V. 33-37. [7] Audistis quia dictum est antiquis: [d] Non pejerabis: reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis: Non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum ejus: neque per Hierosolymam, quia
C [e] civitas est magni regis: neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo vester: est, est: non, non: quod autem his abundantius est, a malo est.

CAPUT XXXI.

De eo quod scriptum est, oculum pro oculo.

8. Matt. V. 38-42. Luc. VI. 29-30. [8] Audistis quia dictum est: [f] Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præ-
D be illi & alteram. Et ei qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo alia duo. Qui petit a te, da ei: & volenti mutuari a te, ne avertaris. Et qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.
9. Luc. VI. 31. [9] Et prout vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

CAPUT XXXII.

De diligendo proximum.

E 10. Matt. V. 43-46. Luc. VI. 27-28. [10] Audistis quia dictum est antiquis: [g] Diliges proximum tuum, & odies inimicum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in cælis est; qui solem suum oriri facit super malos & bonos, & pluit super justos & injustos.
11. Luc. VI. 32-34. [11] Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt? Et si bene feceri-

a Exod. xx. 13. Deut. V. 17. b Exod. xx. 14. c Deut. xxiv. 1. d Exod. xx. 7. Levit. xix. 12. Deut. V. 11. e Psal. xlvii. 3. f Exod. xxi. 24. Lev. xxiv. 20. Deut. xix. 21. g Lev. xix. 18.

α *Mortis*] Gr. τῇ κρίσει. Vulg. *judicio*.

tis his qui bene vobis faciunt, quæ vobis A
est gratia? siquidem & peccatores hoc fa-
ciunt. Et si mutuum dederitis his a quibus
speratis recipere, quæ gratia est vobis? nam
& peccatores peccatoribus fœnerantur, ut re-
cipiant æqualia. [1] Et si salutaveritis fratres
vestros tantum, quid amplius facitis? nonne
1. MATT. V. 47-48. & ethnici hoc faciunt? [2] Verumtamen dili-
gite inimicos vestros, & benefacite, & mu-
tuum date nihil inde sperantes: & erit mer-
ces vestra multa, & eritis filii Altissimi,
2. LUC. VI. 35-36. quia ipse benignus est super ingratos & ma-
los. Estote ergo misericordes, sicut & pater
vester misericors est. Estote ergo vos perfe-
cti, sicut & pater vester cælestis perfectus est. B

CAPUT XXXIII.

De occulta eleemosyna.

3. MATT. VI. 1-4. [3] Attendite ne justitiam vestram faciatis
coram hominibus, ut videamini ab eis: alio-
qui mercedem non habebitis apud patrem
vestrum, qui in cælis est. Cum ergo facis
eleemosynam, noli tuba canere ante te, sic-
ut hypocritæ faciunt in synagogis & in vi-
cis, ut honorificentur ab hominibus. Amen
dico vobis, receperunt mercedem suam. Te
autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra C
tua quid faciat dextera tua, ut sit eleemosy-
na tua in absconso: & pater tuus qui videt
in absconso, reddet tibi.

CAPUT XXXIV.

De secreta oratione.

4. MATT. VI. 5-15. [4] Et cum oratis, non eritis sicut hypocri-
tæ, qui amant in synagogis & in angulis
platearum stantes orare, ut videantur ab ho-
minibus. Amen dico vobis, receperunt mer-
cedem suam. Tu autem cum orabis, intra
in cubiculum, & clauso ostio tuo, ora pa- D
trem tuum in absconso; & pater tuus qui
videt in absconso, exaudiet te. Orantes au-
tem nolite multum loqui, sicut ethnici: pu-
tant enim quod in multiloquio suo exaudian-
tur. Nolite ergo assimilari eis: scit enim pa-
ter vester quid opus sit vobis, antequam pe-
5. LUC. XI. 1-4. tatis eum. [5] Tunc dixit unus ex discipulis
ejus ad eum: Domine, doce nos orare, si-
cut & Joannes docuit discipulos suos. Et ait
illis: Cum oratis, dicite: Pater noster qui
es in cælis: sanctificetur nomen tuum. Ad-
veniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sic-
ut in cælo & in terra. Panem nostrum su-
persubstantialem da nobis hodie. Et dimitte E
nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne nos inducas in
tentationem: sed libera nos a malo. Si
enim dimiseritis hominibus peccata eorum,
dimittet & vobis pater vester cælestis deli-
cta vestra. Si autem non dimiseritis homini-
bus, nec pater vester dimittet * peccata vestra.

CAPUT XXXV.

De occulto jejunio.

6. MATT. VI. 16-18. [6] Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypo-
critæ, tristes: exterminant enim facies suas,
ut appareant hominibus jejunantes. Amen
dico vobis, quia receperunt mercedem suam.
Tu autem cum jejunas, unge caput tuum,
& faciem tuam lava, ne videaris hominibus
jejunans, sed patri tuo qui est in absconso;
& pater tuus qui videt in absconso, reddet
tibi. [7] Nolite timere pusillus grex, quia 7. LUC. 32. 33.
complacuit patri vestro dare vobis regnum.
Vendite quæ possidetis, & date eleemosy-
nam. Facite vobis sacculos qui non vetera-
scunt, thesaurum non deficientem in cælis.

CAPUT XXXVI.

De non thesaurizando super terram.

[8] Nolite thesaurizare vobis thesauros in 8. MATT. VI. 19-23.
terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi
fures effodiunt & furantur. Thesaurizate au-
tem vobis thesauros in cælo, ubi neque æru-
go neque tinea demolitur, & ubi fures non
effodiunt nec furantur. Ubi enim est thesau-
rus tuus, ibi est cor tuum. [9] Lucerna cor- 9. LUC. XI. 34-36.
poris tui est oculus tuus. Si fuerit oculus
tuus simplex, totum corpus tuum lucidum
erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit,
totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo
lumen quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ
tenebræ quantæ erunt?

CAPUT XXXVII.

Nemo potest duobus dominis servire.

[10] Nemo potest duobus dominis servire: 10. MATT. VI. 24.
aut enim unum odio habebit, & alterum
diliget: aut unum sustinebit, & alterum con-
temnet. Non potestis Deo servire, & mam-
monæ.

CAPUT XXXVIII.

Non debere quemquam solicitum esse de esca vel indumento.

[11] Ideo dixi vobis, ne soliciti sitis animæ 11. MATT. VI. 25-34. LUC. XII. 22-31.
vestræ, quid manducetis, neque corpori ve-
stro quid induamini. Nonne anima plus est
quam esca, & corpus plus est quam vesti-
mentum? Respicite volatilia cæli, quoniam
non serunt, neque metunt, neque congre-
gant in horrea; & pater vester cælestis pas-
cit illa. Nonne vos pluris estis illis? Quis
autem vestrum cogitans, potest adjicere ad
staturam suam cubitum unum? Si ergo neque
quod minimum est potestis, quid de ceteris
soliciti estis? Et de vestimento quid soliciti
estis? Considerate lilia agri, quomodo cre-
scunt: non laborant, neque nent. Dico autem
vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria
sua coopertus est, sicut unum ex istis. Si
autem fœnum agri quod hodie est, & cras
in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quan-
to magis vos minimæ fidei? Nolite ergo so-
liciti esse, dicentes: Quid manducabimus,
aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc
enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pa-
ter vester, quia his omnibus indigetis. Quæ-
rite autem primum regnum Dei & justitiam
ejus: & omnia hæc adjicientur vobis. Noli-
te ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus
enim dies solicitus erit sibi ipsi: sufficit diei
malitia sua.

CAPUT XXXIX.

Non debere quemquam judicare vel condemnare.

[1] Nolite judicare, ut non judicemini: in
1. Matt. VII. 1-6. Luc. VI. 37-42. quo enim judicio judicaveritis, judicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittite, & dimittemini. Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam, confertam & coagitatam & supereffluentem dabunt in sinum vestrum. [2] Et in qua mensura mensi
2. Marc. IV. 24. fueritis, remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in B oculo tuo non vides? Aut quomodo dicis fratri tuo; Sine, ejiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabes est in oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conversi disrumpant vos.

CAPUT XL.

Parabola de amico, vel tribus panibus. Petendum, pulsandum, quærendum.

3. Luc. XI. 5-13. [3] Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet: Amice, commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit ad me de via, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille de intus respondens, dicat: Noli mihi molestus esse; jam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili; non possum surgere & dare tibi. Et ille si perseveraverit pulsans, dico vobis, & si non dabit illi surgens, eo quod amicus ejus sit: propter improbitatem tamen ejus surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Ego dico vobis. [4] Petite &
4. Matt. VII. 7-14. accipietis: quærite & invenietis: pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, invenit; & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget illi? aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget illi? aut si ovum petierit, numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se? Omnia ergo quæcumque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite eis. Hæc est enim lex, & prophetæ. [5] Intrate per angu-
5. Luc. XIII. 24. stam portam; quia lata est porta & spatiosa via, quæ ducit ad perditionem; & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inveniunt eam!

CAPUT XLI.

De cavendo a falsis prophetis.

6. Matt. VII. 15-20. Luc. VI. 43-45. [6] Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eo- A rum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Bonus homo, de bono thesauro cordis sui, profert bona; & malus homo, de malo thesauro profert mala: ex abundantia enim cordis os loquitur. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exscindetur & in ignem mittetur. Igitur & ex fructibus eorum cognoscetis eos.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.

CAPUT XLII.

Non intrabunt in regnum cælorum qui tantum dicunt: Domine, Domine.

[7] Non omnis qui dicit mihi Domine,
7. Matt. VII. 21-23. Luc. VI. 46. Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in tuo nomine dæmonia ejecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos: discedite a me qui operamini iniquitatem. C

CAPUT XLIII.


Comparatio in his omnibus de sapiente & insipiente ædificatoribus.

[8] Omnis ergo qui audit verba hæc, &
8. Matt. VII. 24-29. Luc. VI. 47-49. facit ea, assimilabitur viro sapienti qui ædificavit domum suam supra petram: & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit; fundata enim erat supra petram. Et omnis qui audit verba mea, & D non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificavit domum suam super arenam: & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina ejus magna. Et factum est cum consummasset Jesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina ejus. Erat enim docens eos, sicut potestatem habens, non sicut Scribæ eorum & Pharisæi.

CAPUT XLIV.

Mittit Jesus duodecim discipulos suos docere, & curare omnes infirmitates. E

[9] Videns autem turbas misertus est eis:
9. Matt. IX. 36. quia erant vexati, & jacentes sicut oves non habentes pastorem. [10] Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit eis potestatem
10. Matt. X. 1. 5-11. Marc. VI. 7-11. Luc. IX. 1-12. spirituum immundorum, ut ejicerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Et misit illos prædicare regnum Dei, & ait ad illos: Nihil tuleritis in via. In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne intraveritis; sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate, dicentes: quia appropinquavit regnum cælorum, infirmos cu-

rate, mortuos suscitate, leprosos mundate, A
SÆCUL. II. dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis da-
CIRCA te. Nolite possidere aurum, neque argen-
ANN. CHR. tum, neque pecuniam in zonis vestris, non
228. peram in via, neque panem, neque duas tu-
 nicas, neque calceamenta, neque virgam:
dignus est enim operarius mercede, & cibo
suo. In quamcumque civitatem aut castel-
lum intraveritis, interrogate quis in ea di-
gnus sit, & ibi manete donec exeatis,
edentes & bibentes quæ apponuntur vobis,
& curate infirmos qui in illa sunt. Et noli-
1. te transire de domo in domum. [1] Intrantes
MATT. autem in domum, salutate eam, dicentes:
X. Pax huic domui. Et si quidem domus fuerit B
12-33. digna, veniet pax vestra super eam: si au-
tem non fuerit digna, pax vestra ad vos re-
vertetur. Et quicumque non receperit vos,
neque audierit sermones vestros: exeuntes fo-
ras de domo vel de civitate, excutite pulve-
rem de pedibus vestris, in testimonium illis.
Amen dico vobis: tolerabilius erit terræ So-
domorum & Gomorræorum in die judicii, quam
2. illi civitati. [2] Ecce ego mitto vos sicut oves
LUC. in medio luporum. Estote ergo prudentes si-
X. cut serpentes, & simplices sicut columbæ.
3. Cavete autem vos ab hominibus. Tradent
enim vos in conciliis, & in synagogis suis
flagellabunt vos, & ad præsides & ad reges C
ducemini propter me, in testimonium illis
3. & gentibus. [3] Cum autem tradent vos in
LUC. synagogas, & ad magistratus & potestates,
XII. nolite soliciti esse qualiter quid respondeatis
11. 12. aut quid dicatis: dabitur enim vobis in il-
la hora quid loquamini. Non enim vos estis
qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri,
qui loquitur in vobis. Tradet autem frater
fratrem in mortem, & pater filium: & in-
surgent filii in parentes, & morte eos affi-
cient: & eritis odio omnibus propter nomen
meum. Qui autem perseveraverit usque in
finem, hic salvus erit. Cum autem perse-
quentur vos in civitate ista, fugite in aliam. D
Amen dico vobis, non consummabitis civi-
tates Israel, donec veniat filius hominis.
4. [4] Non est discipulus super magistrum, ne-
LUC. que servus super dominum suum. Sufficit
VI. discipulo, ut sit sicut magister ejus, & ser-
40. vus sicut dominus ejus. Si patremfamilias
Beelzebub vocaverunt, quanto magis dome-
sticos ejus? Ne ergo timueritis eos. [5] Nihil
5. enim opertum quod non revelabitur, & oc-
MARC. cultum quod non scietur. Quod dico vobis
IV. in tenebris, dicite in lumine: & quod in
22. aure auditis, prædicate super tecta. [6] Dico
6. autem vobis amicis meis: Nolite timere eos
LUC. qui corpus occidunt, animam meam non pos-
XII. sunt occidere: sed potius eum timete, qui
2-9. potest & animam & corpus perdere in ge-
hennam. Nonne duo passeres asse væneunt,
& unus ex illis non cadet super terram sine
patre vestro? Vestri autem capilli capitis o-
mnes numerati sunt. Nolite ergo timere:
multis passeribus meliores estis vos. Omnis
ergo qui confitebitur me coram hominibus,
confitebor & ego eum coram Patre meo qui
in cælis est, & coram Angelis ejus. Qui
7. autem negaverit me coram hominibus, [7] &
MARC. confusus me fuerit in generatione ista adul-
VIII. tera & peccatrice, negabo & ego eum coram
38. Patre meo qui est in cælis, & Angelis ejus.
Et Filius hominis confundet eum, cum ve-
nerit in gloria Patris sui cum Angelis suis.
[8] Nolite arbitrari, quia venerim mittere pa- 8.
cem in terram: non veni pacem mittere, MATT.
sed gladium. [9] Erunt enim ex hoc quinque X.
in domo una divisi; tres in duo, & duo in 34-42.
tres dividentur. Veni enim separare ho- 9.
minem adversus patrem suum, & filiam ad- LUC.
versus matrem suam, & nurum adversus so- XII.
crum suam, & inimici hominis domestici 52.
ejus. Qui amat patrem & matrem plus quam
me, non est me dignus: & qui amat filium
aut filiam super me, non est me dignus. [10] 10.
Et qui non accipit crucem suam, & sequi- LUC. XIV.
tur me, non est me dignus, nec potest 26. 27.
meus esse discipulus. [11] Qui invenit animam 11.
suam, perdet eam, & qui perdiderit ani- MARC.
mam suam propter me, inveniet eam. Et VIII.
qui recipit vos, me recipit: & qui recipit 34. 35.
me, recipit eum qui misit me. Qui recipit
prophetam in nomine prophetæ, mercedem
prophetæ accipiet: & qui recipit justum in
nomine justi, mercedem justi accipiet. [12] Et 12.
quicumque potum dederit uni ex minimis MARC. IX.
istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine 40.
discipuli, quia Christi estis: amen dico vo-
bis non perdet mercedem suam. [13] Et factum 13.
est cum consummasset Jesus, præcipiens duo- MATT. XI.
decim discipulis suis, transiit inde ut doce- 1.
ret, & prædicaret in civitatibus eorum. [14]
Exeuntes autem discipuli, prædicabant ut 14. MARC.
pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eji- VI.
ciebant, & ungebant oleo multos ægrotos, 12. 13.
& sanabantur.

CAPUT XLV.

In Cana Galilææ Jesus aquam vinum fecit.

[15] Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Cana 15. JOAN.
Galilææ: & erat mater Jesu ibi. Vocatus est II.
autem & Jesus, & discipuli ejus ad nuptias. 1-11.
Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum:
Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid
mihi & tibi est, mulier? nondum enim venit
hora mea. Dicit mater ejus ministris: Quod-
cumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi
lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem
Judæorum, capientes singulæ metretas binas vel
ternas. Dicit eis Jesus: Implete hydrias aqua.
Et impleverunt eas usque ad summum. Et di-
cit eis Jesus: Haurite nunc, & ferte architri-
clino. Et tulerunt. Ut autem gustavit archi
triclinus aquam vinum factam, & non sciebat
unde esset, ministri autem sciebant qui hause-
rant aquam: vocat sponsum architriclinus, &
dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum
E ponit; & cum inebriati fuerint, tunc id quod
deterius est: tu autem servasti bonum vinum
usque adhuc. Hoc fecit initium signorum Jesus
in Cana Galilææ: & manifestavit gloriam suam.

CAPUT XLVI.

Jesus mundat leprosum.

[16] Cum autem descendisset Jesus de monte, 16. MATT.
secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce lepro- VIII.
sus veniens genu flexo adorabat eum, dicens: 1-4.
Domine, si vis, potes me mundare. Et ex- MARC.
tendens manum, tetigit eum Jesus, dicens: I.
Volo. Mundare. Et confestim mundata est le- 40-45.
pra ejus; & ait illi Jesus: Vide, nemini dixe-

ris, sed vade, ostende te sacerdoti, & offer A munus quod præcepit Moyses [a] in testimonium illis. At ille egressus, cœpit prædicare & diffamare sermonem; ita ut jam non posset manifeste in civitatem introire, sed foris in desertis locis esse. Et conveniebant ad eum undique.

CAPUT XLVII.

Puerum Centurionis paralyticum curavit Jesus.

1. Matt. VIII. 5-13. Luc. VII. 1-10. [1] Cum autem introiisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, & male torquetur. B Et ait illi Jesus: Ego veniam, & curabo eum. Et respondens Centurio ait: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate (α) habens sub me milites; & dico huic: Vade, & vadit: & alii, Veni, & venit: & servo meo, Fac hoc, & facit. Audiens autem Jesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham & (β) Isaac & Jacob in regno cælorum: C filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora. Et reversus est Centurio in domum suam, & invenit servum qui languerat, sanum.

CAPUT XLVIII.

Jesus socrum Petri a febribus curavit.

2. Matt. VIII. 14. 15. [2] Et cum venisset Jesus in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem & febricitantem. Et tetigit manum ejus, & dimisit eam febris, D & surrexit, & ministrabat eis.

CAPUT XLIX.

In civitatem Naim mortuum suscitavit.

3. Luc. VII. 11-17. [3] Et factum est: deinceps ibat in civitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli ejus, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur, filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba multa civitatis cum illa. Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, E & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge, Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes: Quia Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitavit plebem suam. Exiit ergo hic sermo in universam Judæam de eo, & circa omnem regionem.

CAPUT L.

Omnes infirmitates curat, ut adimplerentur scripturæ Prophetarum.

[4] Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & ejiciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curavit, ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: [b] Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes portavit. Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit ire trans fretum. 4. Matt. VIII. 16-18.

CAPUT LI.

Volenti eum sequi, dixit: Vulpes foveas habent.

[5] Et accedens unus scriba, ait illi: Magister, sequar te quocumque ieris. Et dicit ei Jesus: Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Jesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos: tu autem vade; annuntia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te Domine, sed primum permitte mihi renuntiare his * qui domi sunt. Ait ad illum Jesus: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. 5. Matt. VIII. 19-22. Luc. IX. 57-62.

CAPUT LII.

Navigans imperat tempestati, & statim cessavit.

[6] Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus. Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus: ipse vero erat in puppi supra cervical dormiens. Et accesserunt, & suscitaverunt eum, dicentes: Domine salva nos, quia perimus. Et dicit eis: Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperavit ventis & mari; & cessavit ventus. Et dixit: Tace, obmutesce. Et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes: Quis aut qualis est hic? quia & ventis imperat & mari, & obediunt ei. 6. Matt. VIII. 23-27. Marc. IV. 35-40. Luc. VIII. 22. 25.

CAPUT LIII.

Curavit trans fretum dæmoniacum, qui in monumentis manebat.

[7] Et cum venisset trans fretum in regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam; & cum egressus esset ad terram, occurrerunt ei duo, habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Unus enim habebat dæmonia jam temporibus multis, & vestimento non in- 7. Matt. VIII. 28-34. IX. 1. Marc. V. 1-21. Luc. VIII. 26-39.

a Lev. xiv. 2. b Isa. liii. 4.

α *Homo sum sub potestate*] Sic in Græc. *Matth.* viii. 9. ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν. Quem locum heic expressit Ammonius. At *Luc.* vii. 8. ὑπὸ ἐξουσίαν τασσόμενος. Hinc Vulg. utrobique, *sub potestate constitutus*.

β *Et Isaac*] Excidit ab editis *& Jacob*: quod habet textus Gr. & Vulg. Neque enim Ammonio aut ejus interpreti, sed potius vel librariis vel typothetis vitio vertendum existimarim.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



duebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis; & neque catenis jam quisquam eum poterat ligare: quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, disrupisset catenas, & compedes comminuisset; & nemo poterat eum domare. Et semper nocte ac die in monumentis, & in montibus erat clamans, & concidens se lapidibus. Videns autem Jesum a longe, (α) occurrit & adoravit eum. Et clamans voce magna, dixit: Quid nobis & tibi, Jesu fili Dei altissimi? Venisti ante tempus torquere nos? Dicebat vero illi Jesus: Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogavit eum: Quod est tibi nomen? At ille dixit: Legio: quia intraverant multa dæmonia in eum. Et rogabant illum, ne expelleret eos extra regionem; & ne imperaret illis, ut in abyssum irent. Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum, pascens. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nuntiaverunt in civitatem & in agros omnia, & de his qui dæmonia habuerant. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu: & videntes hominem sedentem a quo dæmonia exierant, & vestitum & sana mente, ad pedes ejus, timuerunt. Et rogabant, ut transiret a finibus eorum. Cumque ascenderet navim, rogabat eum vir a quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. Et non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & narra quanta tibi Dominus fecerit, & misertus est tui. Et abiit prædicans in Decapolim, quanta sibi fecisset Jesus: & omnes mirabantur. Et ascendens in naviculam transfretavit, & venit in civitatem suam.

CAPUT LIV.

Curavit paralyticum, quem deposuerunt per tectum.

1. MATT. IX. 2-8. MARC. II. 3-12. LUC. V. 18-26.

[1] Et ecce quatuor viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante Jesum. Et non invenientes qua parte eum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt illum cum lecto, in medium ante Jesum. Quorum fidem ut vidit, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus? Et cum cognovisset Jesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge & ambula? Ut autem sciatis quia filius hominis potestatem habet in terra dimittere peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis, tulit lectum in quo jacebat, & abiit in domum suam, magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum, & repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie. Et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

CAPUT LV.

Filium reguli absentem curavit.

[2] Venit ergo iterum in Cana Galilææ, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus, cujus filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Jesus adveniret a Judæa in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet & sanaret filium ejus: incipiebat enim mori. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descende prius quam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus: Vade, filius tuus vivit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Jesus, & ibat. Jam autem descendente eo, servi occurrerunt ei, & nuntiaverunt dicentes: Quia filius ejus viveret. Interrogabat autem horam ab eis in qua melius habuerit, & dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, qua illa hora erat, in qua dixit ei Jesus: Filius tuus vivit: & credidit ipse, & domus ejus tota.

2. JOAN. IV. 46-53.

CAPUT LVI.

Levi publicanus convivium ei fecit. Et dicebant Scribæ & Pharisæi discipulis: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester?

3. MATT. IX. 9.-17. LUC. V. 29-39. MARC. II. 16-22.

[3] Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Jesu & discipulis ejus. Erant enim multi qui & sequebantur eum. Et videntes Scribæ & Pharisæi, quia manducaret cum peccatoribus & publicanis, dicebant discipulis ejus: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit magister vester? Hoc audito, Jesus ait illis: Non necesse habent sani medicum, sed qui male habent. Euntes autem discite, quid est: [a] Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim vocare veni justos, sed peccatores in pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Joannis jejunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum; tui autem edunt & bibunt, & non jejunant? Quibus ipse ait: Numquid possunt filii nuptiarum, quamdiu sponsus est cum illis, jejunare? Quanto tempore habent secum sponsum, non possunt jejunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus; & tunc jejunabunt in illis diebus. Dicebat autem similitudinem ad illos: Quia nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplementum novum a veteri, & major scissura fit. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres; alioquin rumpet vinum novum utres, & ipsum effundetur, & utres peribunt. Sed vinum novum in utres novos mittendum est, & utraque conservantur. Et nemo bibens vetus, statim vult novum; dicit enim: Vetus melius est.

a Osee. VI. 6.

α *Occurrit*] Gr. ἔδραμε. Vulg. *cucurrit*. Et mox: *Venisti huc*, Gr. ἦλθες ὧδε.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

CAPUT LVII.

Scribæ signum petunt ab eo, & eis multa dicit.

1. MATT. XII. 38-45. 2. LUC. XI. 29-32.

[1] Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis dicentes: Magister volumus a te signum videre. Qui respondens, ait illis: [2] Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ Prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plus quam Jonas heic. Regina Austri surget in judicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon heic.

3. LUC. XI. 24-26.

[3] Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam unde exivi: & veniens invenit vacantem, scopis mundatam & ornatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ.

CAPUT LVIII.

Quædam mulier de turba clamavit ad Jesum: Beatus venter qui te portavit.

4. LUC. XI. 27. 28.

[4] Factum est autem cum hæc diceret, extollens quædam mulier vocem de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quin immo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

CAPUT LIX.

Nuntiatur Jesu: Quia mater tua & fratres tui volunt te videre.

5. MATT. XII. 46-50. MARC. III. 31-35. LUC. VIII. 19-21.

[5] Adhuc eo loquente ad turbas: Ecce mater ejus & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cœlis est, ipse meus frater, soror & mater est.

CAPUT LX.

Jesus mulierem quæ fluxum sanguinis patiebatur, curavit. Et filiam Jairi principis synagogæ mortuam suscitavit.

6. MATT. IX. 18-26. MARC. V. 22-43. LUC. VIII. 41-56.

[6] Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps synagogæ unus cui nomen Jairus, accessit & adoravit eum, dicens: Filia mea modo defuncta est; sed veni, impone manum super eam, & vivet. Et surgens Jesus, sequebatur eum, & discipuli ejus. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, & fuerat multa perpessa a compluribus medicis, & erogaverat omnia sua, nec ab ullo potuit cu-

A rari, sed magis deterius habebat, venit in turba retro, & tetigit fimbriam vestimenti ejus. Dicebat enim intra se: Quod si vel vestimentum ejus tetigero, salva ero: & confestim stetit fluxus sanguinis ejus: & sensit corpore, quod sanata esset a plaga. Et statim Jesus cognoscens in semet ipso virtutem quæ exierat ab eo, conversus ad turbas ajebat: Quis me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis: Quis me tetigit? Et dixit Jesus: Tetigit me aliquis: nam & ego novi virtutem de me exiisse. Et circumspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Videns

B autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes ejus; & ob quam causam tetigerit eum, indicavit coram omni populo; & quemadmodum confestim sanata sit. Et ipse dixit illi: Filia, fides tua te salvam fecit; vade in pace, & esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquente, venit quidam ab archisynagogo, dicens ei: Quia mortua est filia tua, quid ultra vexas Magistrum? Jesus audito verbo hoc, ait archisynagogo: Noli timere: crede tantum, & salva erit. Et non permisit quemquam sequi se, nisi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi. Et cum venisset in domum archisynagogi, vidit tibicines & tur-

C bam tumultuantem, & flentes & ejulantes multum. Et ingressus, dicebat: Recedite; non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse vero ejectis omnibus, assumto patre & matre puellæ, & qui secum erant, ingreditur ubi erat puella jacens. Et tenens manum ejus, ait illi: Talitha, cumi: quod est interpretatum: Puella (tibi dico) surge. Et reversus est spiritus ejus. Et surrexit continuo puella, & ambulabat. Erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt omnes stupore maximo. Et præcepit illis vehementer, ut nemo id sciret. Et jussit illi dari manducare. Et exivit fama hæc

D in universam terram illam.

CAPUT LXI.

Duos cæcos curavit, & dæmonium surdum mutum ejecit.

7. MATT. IX. 27-33.

[7] Et transeunte inde Jesu, secuti sunt eum duo cæci clamantes & dicentes: Miserere nostri, fili David. Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Jesus: Creditis, quia possum hoc facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidem

E vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est Jesus eis dicens: Videte, ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in universa terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. Et ejecto dæmonio, locutus est mutus. Et miratæ sunt turbæ dicentes: Numquam apparuit sic in Israel.

8. MATT. XII. 23.

[8] Numquid iste est filius David?

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.

A

CAPUT LXII.

Pharisæi dicunt de Jesu: In Beelzebub principe dæmoniorum hic ejicit dæmonia.

1. Matt. XII. 24-37. Marc. III. 21-30. Luc. XI. 17-22.

[1] Pharisæi autem dicebant: In Beelzebub principe dæmoniorum hic ejicit dæmones. Ipse autem ut vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in se ipso divisum desolabitur, & omnis civitas divisa adversus se non stabit. Si autem & satanas in se ipsum divisus est, quomodo stabit regnum ipsius? Non potest stare, sed finem habet: B quia dicitis in Beelzebub me ejicere dæmonia. Si autem ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi judices vestri erunt. Porro si in digito Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa ejus diripere in quibus confidebat: nisi prius alligaverit fortem, & tunc domum illius diripiat? Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: Spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra C filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc sæculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructibus arbor cognoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis: quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. D

CAPUT LXIII.

Martha Jesum suscepit in domo sua.

2. Luc. X. 38-42.

[2] Factum est autem dum irent, & ipse Jesus intravit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam. Et huic erat soror nomine Maria; quæ etiam sedens secus pedes Domini Jesu, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. E Quæ stetit & ait: Domine, non est tibi curæ, quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi ut me adjuvet. Et respondens dixit illi Dominus: Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAPUT LXIV.

Joannes de carcere misit ad Jesum interrogare eum.

3. Matt. XI. 2-19. Luc. VII. 18-35.

[3] Joannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, convocans duos de discipulis suis misit ad Jesum dicens: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? (In ipsa autem hora curavit multos a languoribus & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donavit visum.) Et respondens dixit illis: Euntes nuntiate Joanni quæ vidistis & audistis: [a] quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur. Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Jesus dicere de Joanne ad turbas: Quid exiistis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid exiistis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt. Sed quid exiistis videre? Prophetam? Utique dico vobis, & plus quam Prophetam. Hic est enim de quo scriptum est: [b] Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis: Major inter natos mulierum propheta, Joanne Baptista, nemo est. Qui autem minor est in regno cælorum, major est illo. Et omnis populus audiens & publicani justificaverunt Deum, baptizati baptismo Joannis. Pharisæi autem & legisperiti, consilium Dei spreverunt in semet ipsos, non baptizati ab eo. A diebus autem Joannis Baptistæ usque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex usque ad Joannem prophetaverunt. Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus, dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentavimus, & non planxistis. Venit enim Joannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et justificata est sapientia a filiis suis.

CAPUT LXV.

Exprobrat civitatibus in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus.

4. Matt. XI. 20-24. Luc. X. 12-15.

[4] Tunc cœpit exprobrare civitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes ejus: quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi (α) Corazin, væ tibi Bethsaida! quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die judicii, quam

a Isa. xxxv. 5. b Mal. III. 1.

α Corazin] Gr. Matth. xi. 21. χοραζὶν, Luc. x, 13. χωραζὶν. Eusebius vero *de Sit. & Nomin. loc. Hebr.* habet χωραζείν. Ex aliis tamen codd. Græcis, sive mss. sive editis, confirmatur Vulgat. lectio *Corozain*, aut *Chorozain*. Sic & Hieronymus *de Nomin. Hebr.*

vobis. Et tu Capharnaum, numquid uſque in cælum exaltaberis? uſque in infernum deſcendes: quia ſi in Sodomis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, forte manſiſſent uſque in hunc diem. Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remiſſius erit in die judicii, quam tibi.

CAPUT LXVI.

Apoſtoli revertuntur de prædicatione ad Jeſum.

1. Marc. VI. 30. 31. Luc. IX. 10.
1 Et cum veniſſent Apoſtoli ad Jeſum, renuntiaverunt illi omnia quæ confecerant, & docuerant. Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locum, & requieſcite puſillum. Erant autem qui veniebant multi, & nec manducandi ſpatium habebant.

CAPUT LXVII.

Jeſus elegit alios ſeptuaginta duos diſcipulos. Et adjungit parabolam, turrim ædificantis, & regis prœlium parantis.

2. Luc. X. 1. 16-23.
2 Poſt hæc autem deſignavit Dominus & alios ſeptuaginta duos, & miſit illos binos ante faciem ſuam in omnem civitatem, & locum quo erat ipſe venturus, & dicebat illis: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem ſpernit me, ſpernit eum qui miſit me. Reverſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videbam ſatanam, ſicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis pôteſtatem calcandi ſupra ſerpentes, & ſcorpiones, & ſupra omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Verumtamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubjiciuntur: gaudete autem, quoniam nomina veſtra ſcripta ſunt in cælis. In ipſa hora exſultavit Spiritu ſancto,
3. Matt. XI. 27-30.
& dixit: 3 Confiteor tibi Pater, Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus, & revelaſti ea parvulis. Etiam pater, quia ſic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo. Et nemo novit Filium niſi Pater: neque Patrem quis novit, niſi Filius, & cui Filius voluerit revelare. Et converſus ad diſcipulos ſuos dixit: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde: & invenietis requiem animabus veſtris. Jugum enim meum ſuave eſt, & onus
4. Luc. XIV. 20-33. Matt. X. 37-39.
meum leve. 4 Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & ſorores, adhæc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et qui non bajulat crucem ſuam, & venit poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis volens ædificare turrim, non prius ſedens computat ſumtus qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum; ne, poſteaquam poſuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare? Aut quis rex iturus mittere bellum adverſus regem, non ſedens A prius cogitat, ſi poſſit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe? Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogat quæ pacis ſunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

CAPUT LXVIII.

Phariſæi accuſabant diſcipulos ejus.

5. Matt. XII. 1-6. Marc. II. 23-28. Luc. VI. 1-5.
5 Et factum eſt in ſabbato ſecundo-primo, cum tranſiret Jeſus per ſata, vellebant eſurientes diſcipuli ejus ſpicas & manducabant, con- B fricantes manibus. Quidam autem Phariſæorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet in ſabbatis? Et reſpondens ad eos, dixit: Nec hoc legiſtis, quod David fecit, cum eſuriiſſet ipſe, & qui cum ipſo erant: quomodo intravit in domum Dei, & panes propoſitionis ſumſit, & manducavit, & dedit his qui cum eo erant, quos non licebat ei manducare, niſi ſolis ſacerdotibus? Et dicebat illis: Quia Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati. Aut non legiſtis in lege, quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt? Dico autem vobis, quia templo major eſt heic. Sabbatum propter hominem factum C eſt, & non homo propter ſabbatum.

CAPUT LXIX.

Die ſabbati in ſynagoga curavit manum aridam.

6. Luc. VI. 6-11. Matt. XII. 10-12. Marc. III. 1-5.
6 Factum eſt autem & in alio ſabbato, ut intraret in ſynagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus ejus dextra erat arida. Obſervabant autem Scribæ & Phariſæi, ſi in ſabbato curaret; ut invenirent unde accuſarent illum. Ipſe vero ſciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat manum aridam: Sur- D ge, & ſta in medium. Et ſurgens ſtetit. Ait autem ad illos Jeſus: Interrogo vos, ſi licet ſabbatis bene facere, an male; animam ſalvam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circumſpectis omnibus, dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit. Et reſtituta eſt ſanitati manus ejus, ſicut & altera. Et dixit ad eos: Quis erit ex vobis homo qui habeat ovem unam, & ſi ceciderit hæc ſabbatis in foveam, nonne tenebit & levabit eam? Quanto magis eſt melior homo ove? Itaque licet ſabbatis bene facere. Ipſi autem repleti ſunt inſipientia, & colloquebantur ad invicem, quidnam facerent Jeſu. Jeſus itaque ſciens ſeceſſit inde, & ſecuti ſunt E eum multi, & curavit eos omnes. Et præcepit eis ne manifeſtum eum facerent, ut adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam dicentem: [a] Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum, & judicium gentibus nuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus. Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec ejiciat ad victoriam judicium. Et in nomine ejus gentes ſperabunt.

[a] Iſa. XLII. 1-4.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.

A

CAPUT LXX.

Jesus in monte orat, & juxta mare turbis & discipulis suis plurima in parabolis locutus est.

1. Luc. VI. 12-13. [1] Factum est autem in illis diebus, exiit in
montem orare, & erat pernoctans in oratione
Dei. Et cum dies factus esset, vocavit disci-
pulos suos. [2] Et exiens de domo, sedebat secus
2. Matt. XIII. 1-3. mare, & congregatæ sunt ad eum turbæ mul-
tæ, ita ut in naviculam ascendens sederet. Et
omnis turba stabat in litore, & locutus est eis
multa in parabolis dicens:

CAPUT LXXI.

Ecce exiit qui seminat seminare.

3. Matt. XIII. 3-9. Marc. IV. 3-9. Luc. VIII. 5-8. [3] Ecce exiit qui seminat, seminare semen suum. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & conculcata sunt: & venerunt volucres cæli, & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, & non habuerunt terram multam: & continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. Sole autem orto, æstuaverunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt inter spinas: & creverunt spinæ, & suffocaverunt ea. Alia vero ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi, audiat.

CAPUT LXXII.

De eo qui seminat bonum semen in agro suo, & de zizaniis.

4. Matt. XIII. 24-30. Marc. IV. 26-29. [4] Aliam parabolam proposuit illis dicens: Simile factum est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Quum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Quum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo, unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul & triticum cum eis. Sinite utraque crescere ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum.

CAPUT LXXIII.

De grano sinapis.

5. Matt. XIII. 31-32. Marc. IV. 30-32. Luc. XIII. 18. 19. [5] Aliam parabolam proposuit eis dicens? Cui simile est regnum Dei, & cui simile esse æstimabo istud? Aut cui parabolæ comparabimus illud? Simile est grano sinapis, quod accipiens homo, seminavit in hortum suum: quod minimum est ex omnibus oleribus; & fit arbor, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis ejus.

CAPUT LXXIV.

De fermento quod abscondit mulier. Et alia multa differit discipulis.

[6] Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum, mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis, dicens ad turbas. Et talibus parabolis multis loquebatur eis verbum, prout poterant audire, & sine parabolis non loquebatur eis, ut impleretur quod dictum erat per Pro- 6. Matt. XIII. 33-35. Marc. IV. 33. Luc. XIII. 21.
B phetam, dicentem: [a] Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. [7] Et accedentes discipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum. Seorsum autem discipulis suis differebat omnia. Ideo in parabolis loquor eis quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. Et adimpletur in eis prophetia Isaiæ prophetæ, dicentis: [b] Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clause- 7. Matt. XIII. 10-17. Marc. IV. 10-12. Luc. VIII. 9. 10. X. 23-24.
C runt: ne quando oculis videant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos. Vestri autem beati oculi, quia vident, & aures vestræ, quia audiunt: Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ & justi cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

CAPUT LXXV.

Discipulis edifferit parabolam seminantis.

[8] Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni, & non intel- 8. Matt. XIII. 18-23. Marc. IV. 13-20. Luc. VIII. 11-15.
D ligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde ejus: hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est: hic est qui verbum audit, & continuo cum gaudio accipit illud: non habet autem in se radicem, sed est temporalis; facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuo scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, is est qui verbum audit; & solicitudo sæculi istius, & fallacia divitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem
E sexagesimum, aliud vero tricesimum.

CAPUT LXXVI.

Qui seminat semen & vadit dormitum vel surget. Et discipulis parabolam zizaniorum agri edifferit.

[9] Sic est regnum Dei: quemadmodum si homo jaciat sementem in terram, & dormiat, 9. Marc. IV. 26-29.
& exsurgat nocte ac die, & semen germinet & increscat, dum nescit ille. Ultro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum se

a Psal. LXXVII. 2. b Isa. VI. 9. 10.

produxerit, statim mittit falcem, quoniam
1. MATT. XIII. 36-43. adest messis. [1] Tunc dimissis turbis venit in domum, & accesserunt ad eum discipuli ejus dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens, ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis. Ager autem est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni. Zizania autem filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus. Messis vero, consummatio sæculi est: messores autem, Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania & igni comburuntur: sic erit in consummatione sæculi. Mittet filius hominis Angelos suos: & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Tunc justi fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAPUT LXXVII.

De thesauro abscondito in agro, & negotiatione margaritarum: de sagena missa in mare, & de patrefamilias qui profert de thesauro suo nova & vetera.

2. MATT. XIII. 44-53. [2] Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro; quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas: inventa autem una pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos (α) in vasa sua, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi. Exibunt Angeli, & separabunt malos de medio justorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera. Et factum est cum consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde.

CAPUT LXXVIII.

Contra Jesum cives ejus indignati sunt dicentes: Unde huic tanta scientia?

3. MATT. XIII. 54-58. MARC. VI. 1-6. [3] Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis, ita ut mirarentur, & dicerent: Unde huic sapientia hæc, & virtutes tales, quæ per manus ejus efficiuntur? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria, & fratres ejus Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas? Et sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo.
4. LUC. IV. 23-30. [4] Et ait illis: Utique dicetis mihi hanc similitudinem: Medice cura te ipsum: quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & heic in

A patria tua. Ait autem:
5. JOAN. IV. 44. [5] Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua, & in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum, nisi paucos infirmos impositis manibus curavit: & mirabatur propter incredulitatem illorum. In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum [a] missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Elisæo propheta [b]: & nemo eorum mundatus est, B nisi Naaman Syrus. Et repleti sunt omnes in synagoga, ira, hæc audientes. Et surrexerunt, & ejecerunt illum extra civitatem; & duxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas illorum erat ædificata, ut præcipitarent eum: ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

CAPUT LXXIX.


De Herodis convivio, & de Joannis interfectione.

6. MATT. XIV. 3.-12. MARC. VI. 17-29. LUC. III. 19. 20. [6] In illo tempore, Herodes tetrarcha misit ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim Joannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat: timebat enim populum, quia sicut prophetam eum habebant. Similiter & Herodes volens illum occidere timebat, sciens eum virum justum & sanctum; & custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natali suo cœnam fecit principibus & tribunis, & primis Galilææ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recumbentibus, rex ait puellæ: Pete a me quod vis, & dabo tibi. Et juravit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exiisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit, caput Joannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petivit dicens: Volo ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistæ. Et contristatus est rex propter jusjurandum, & propter simul recumbentes: noluit autem eam contristare, misitque spiculatorem, & decollavit Joannem in carcere. Et allatum est caput ejus in disco, E & datum est puellæ, & dedit matri suæ. Et accedentes discipuli ejus tulerunt corpus ejus, & sepelierunt illud in monumento. Et venientes nuntiaverunt Jesu.
7. MATT. XIV. 1. 2. MARC. VI. 14-16. LUC. IX. 7. 8. [7] Audivit autem Herodes famam Jesu, & omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, eo quod diceretur a quibusdam, quia Joannes surrexit a mortuis: a quibusdam vero, quia Elias apparuit: ab aliis autem quod Propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: Joannem ego decollavi, quis autem est iste de quo ego audio talia? Et quærebat videre eum.
8. MATT. XIV. 13. 14. [8] Quod cum audisset Jesus, secessit

a III. Reg. XVII. 9. b IV. Reg. V. 14.

α *In vasa sua*] Deest *sua* in Vulgat. Lat. juxta Gr.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



inde in navicula in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de civitatibus. Et exiens vidit turbam multam, & misertus est ejus, & curavit languidos eorum.

CAPUT LXXX.

Jesus in deserto de quinque panibus & duobus piscibus, quinque millia hominum satiavit.

1. MATT. XIV. 15-23. MARC. VI. 35-46. LUC. IX. 12-17. JOAN. VI. 5-15.

[1] Vespere autem facto, accedentes duodecim, dixerunt illi: dimitte turbas, ut euntes in castella villasque quæ circa sunt, divertant, & inveniant escas; quia heic in loco deserto sumus. Jesus autem dixit illis: Non habent necesse ire; date illis vos manducare. Respondit ei Philippus, ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Et dicit eis: Quot panes habetis? Dicit ei unus ex discipulis ejus Andreas, frater Simonis Petri: Est puer unus heic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces. Sed hæc quid sunt inter tantos? Nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. Qui ait eis: Afferte illos mihi huc. Et præcepit illis, ut accumbere facerent omnes secundum contubernia, supra viride fœnum. Et discubuerunt in partes, & per centenos, & quinquagenos: Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis, & fregit, & distribuit discipulis suis: discipuli autem turbis. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & parvulis. (α) Et statim jussit discipulos ascendere in naviculam, & præcedere eum trans fretum ad Bethsaidam, donec dimitteret turbas. Illi ergo homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum. Jesus ergo cum cognovisset, quia venturi essent, ut raperent eum, & facerent eum regem, fugit. Et dimissa turba, ascendit in montem solus, orare.

CAPUT LXXXI.

Jesus super mare pedibus ambulavit, & Petrum mergentem liberavit.

2. MATT. XIV. 23-33. MARC. VI. 47-51. JOAN. VI. 16-21.

[2] Vespere autem facto, solus erat ibi. Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus. Erat autem contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, videns eos laborantes, venit ad eos ambulans supra mare. Et volebat præterire eos. Et videntes eum supra mare ambulantem, turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est, & præ timore clamaverunt. Statimque Jesus locutus est eis, dicens: Habete fiduciam: ego sum: nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit: Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquas. At ipse ait: Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad Jesum. Videns vero ventum validum, timuit. Et cum cœpisset mergi, clamavit dicens: Domine, salvum me fac. Et continuo Jesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cum * ascendisset naviculam, cessavit ventus: & statim fuit navis ad terram, ad quam ibant. Qui autem in navicula erant, venerunt & adoraverunt eum, dicentes: Vere filius Dei es.

CAPUT LXXXII.

Transfretantes venerunt in terram Genasar: & turbæ sequutæ sunt eum trans mare.

3. MATT. XIV. 34-36. MARC. VI. 53-56.

[3] Et cum transfretassent, venerunt in terram (β) Genasar. Et cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes. Et rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicumque tetigerunt, salvi facti sunt.

4. JOAN. VI. 22-72.

[4] Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia navicula alia non erat ibi nisi una, & quia non introisset cum discipulis suis Jesus in navim, sed soli discipuli ejus abjissent: aliæ vero supervenerunt naves a Tiberiade, juxta locum ubi manducaverant panem, gratias agentes Domino. Cum ergo vidisset turba, quia Jesus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Jesum. Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? Respondit Jesus eis, & dixit: Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis. Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis vobis dabit: [a] hunc enim Pater signavit Deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, ut operemur opera Dei? Respondit Jesus, & dixit eis: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille. Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, ut videamus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manna manducaverunt in deserto, sicut scriptum est: [b] Panem de cælo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Jesus: Amen, amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cælo verum. Panis enim Dei est, qui descendit de cælo, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Jesus: Ego sum panis vitæ: [c] qui venit ad me, non esuriet; & qui credit in me, non sitiet umquam. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, (γ) & non credidistis. Omne quod dat mihi Pater, ad me ve-

a Matt. III. 17. XVII. 5. *b* Exod. XVI. 14. *c* Eccli. XXIV. 29.


α *Jussit discipulos ascendere*] Gr. tum *Matth.* XIV. 22. tum *Marc.* VI. 45. ἠνάγκασε, *compulit*, *coegit*. Recte autem Ammonius qui Matthæum potissimum sequitur, in suo exemplari legebat τοὺς μαθητὰς ἐμβῆναι, non ut omnes editi Græci, τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ. Sic item cum Ammonio legebat Origenes tom. I. *Commentar.* pag. 240. Hinc confirmatur Vulgatæ lectio, *compulit discipulos ascendere*: cui concinit & Persica interpretatio; reliquis interim Græcum hodiernum affectantibus, ex Marco forsitan restitutum. Adi sis Origenianorum Exegeticorum cl. editorem Huetium in notis pag. 33.

β *Genasar*] Vulg. *Genesar*. Lectionem *Gennasar* duplici ν Millius profert.

γ *Et non credidistis*] Vulg. *& non creditis*. Neque aliter Gr. καὶ οὐ πιστεύετε.

niet : & eum qui venit ad me, non ejiciam A foras : quia descendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Hæc est voluntas ejus qui misit me Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in novissimo die. Hæc est enim voluntas Patris mei qui misit me, ut omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam ; & resuscitabo eum in novissimo die. Murmurabant ergo Judæi de illo, quia dixisset : Ego sum panis qui de cælo descendi. Et dicebant : [1]
1. Matt. XIII. 55. Marc. VI. 3.
Nonne hic est filius Joseph, cujus nos novimus patrem & matrem ? Quomodo ergo dicit hic : Quia de cælo descendi ? Respondit ergo B Jesus : Nolite murmurare invicem. Nemo potest venire ad me nisi Pater (α) meus traxerit eum ; & ego resuscitabo eum in novissimo die. Est scriptum in Prophetis : [a] Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me. Non quia Patrem vidit quisquam : nisi qui est a Deo, hic vidit Patrem. Amen, amen dico vobis : qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens : ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi. Si quis manducaverit ex hoc C pane, vivet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes : Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum ? Dixit ergo eis Jesus : Amen, amen dico vobis : Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam : & ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea, vere est cibus : & sanguis meus, vere est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me vi- D vens pater, & ego vivo propter Patrem : & qui manducat me, & ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de cælo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna in deserto, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis ejus, dixerunt : Durus est hic sermo ; quis potest eum audire ? Sciens autem Jesus apud semet ipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis : Hoc vos scandalizat ? Si ergo videritis filium hominis ascendentem, ubi prius erat ? Spiritus est qui vivificat : caro non prodest quidquam. Verba quæ E ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus, (β) qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat : Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro : & jam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Jesus ad duodecim : Numquid & vos vultis abire ? Respondit ergo * Simon Petrus : Domine, ad quem ibimus ? Verba vitæ æternæ habes. Et nos credidimus, & cognovimus, quia tu es Christus Filius Dei. Respondit eis Jesus ? Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus diabolus est ? Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem : hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.



CAPUT LXXXIII.

Quidam Pharisæus rogavit Jesum ad prandium : & cogitabat quare non fuerit baptizatus.

[2] Rogavit autem illum quidam Pharisæus, ut pranderet apud se. Et ingressus recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium ? Et ait Dominus ad illum : Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis & patinæ, mundatis : quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nonne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est, fecit ? Verumtamen quod superest, date eleemosynam : & ecce omnia munda sunt vobis.
2. Luc. XI. 37-41.

CAPUT LXXXIV.

De Apostolis, quare non lotis manibus manducarent.

[3] Pharisæi & quidam de Scribis venientes ab Hierosolymis, cum vidissent quosdam ex discipulis ejus, communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes, vituperaverunt, dicentes : Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum ? Non enim lavant manus, cum panem manducant. Ipse autem respondens, ait illis : Quare & vos transgredimini mandatum Dei, propter traditionem vestram ? Nam Deus dixit : [b] Honora patrem & matrem ; & [c] Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis : Quicumque dixerit patri vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit : & non honorificavit patrem suum & matrem : & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Pharisæi enim & omnes Judæi, nisi crebro lavent manus, non manducant, tenentes traditiones seniorum : & a foro nisi baptizentur, non comedunt. Et alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare baptismata calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum, & alia his similia faciunt multa. Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditionem vestram. Hypocritæ ; bene prophetavit de vobis Isaias, dicens : [d] Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum. Et convocatis ad se turbis, dixit eis : Audite & intelligite : Non quod intrat in os, coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei : Scis, quia Pharisæi audito verbo
3. Matt. XV. 1-20. Marc. VII. 1-23.

a Isa. LIV. 13. b Exod. XX. 12. Deut. V. 16. c Exod. XXI. 17. Lev. XX. 20. d Isa. XXIX. 13.

α *Pater meus*] Gr. ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με. *Pater qui misit me.* Vulg.

β *Qui essent non credentes*] In aliis edit. deerat particula negans. Eam restituimus juxta Gr. & Vulg. Lat.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.

hoc, scandalizati sunt? At ille respondens, ait: A Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præbet, ambo in foveam cadunt. Et cum introisset in domum a turba, rogabat eum Petrus: Edissere nobis parabolam istam. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, avaritia, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, B oculus malus, blasphemiæ, superbia, stultitia. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

CAPUT LXXXV.

De muliere Syrophœnissa, quæ pro filia sua petebat.

1. Matt. XV. 21-28. Marc. VII. 24-30. [1] Et inde surgens, abiit in fines Tyri & Sidonis. Et ecce mulier Chananæa gentilis, Syrophœnissa genere, clamavit dicens: Miserere mei, Domine, fili David: filia mea male a C dæmonio vexatur. Jesus autem non respondit ei verbum. Et accedentes ad eum discipuli ejus rogabant eum, dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait: Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel. At illa venit, & adoravit eum, dicens: Domine adjuva me. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: non est enim bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia illius ex illa D hora.

CAPUT LXXXVI.

Jesus surdum & mutum curavit.

2. Marc. VII. 31-37. [2] Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponeret illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus, & expuens tetigit linguam ejus. Et suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: (α) Ephata, quod E est, adaperire. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur recte. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

CAPUT LXXXVII.

Jesus super puteum Jacob mulieri Samaritanæ loquutus est.


[3] Oportebat autem eum * ire per Samariam. 3. Joan. IV. 4-42.
Venit ergo in civitatem Samariæ, quæ dicitur (β) Sychar, juxta prædium [a] quod dedit Jacob Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem. Hora autem erat quasi sexta. Venit mulier de Samaria, haurire aquam. Dicit ei Jesus: Da mihi bibere. Discipuli enim ejus abierant in civitatem, ut cibos emerent. Dicit ergo mulier illa Samaritana: Quomodo tu Judæus cum sis, bibere a me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Non enim coutuntur Judæi Samaritanis. Respondit Jesus & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forsitan petiisses ab eo, & dedisset tibi aquam vivam. Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: unde ergo habes aquam vivam? Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus? Respondit Jesus & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Jesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Jesus: Bene dixisti, quia non habeo virum: quinque enim viros habuisti; & nunc quem habes, non est tuus vir: hoc vere dixisti. Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoraverunt, & vos dicitis, [b] quia Hierosolymis est locus ubi adorare oportet. Dicit ei Jesus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus; quia salus ex Judæis est. Sed advenit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Jesus: Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli ejus: & mirabantur, quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit: Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem, & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci: numquid ipse est Christus? Exierunt * de civitate; & veniebant ad eum. Interrogabant autem eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.

a Gen. XLVIII. 22. b Deut. XII. 15.

α *Ephata*] Gr. Εφφαθα. Unde rescribendum erat interpreti sive librario, *Ephphatha*. Lectio tamen Vulgatæ *Ephpheta* confirmatur ex cod. Cant.

β *Sychar*] Juxta litteram textus, Συχάρ.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



Dicebant ergo discipuli ad invicem: Numquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Jesus: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus. Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis: Levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam: ut & qui seminat simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: alii laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis: Quia dixit mihi omnia quæcumque feci. Cumque venissent ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem ejus. Et mulieri dicebant: Quia jam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus, & scimus, quia vere hic est Salvator mundi.

CAPUT LXXXVIII.

Jesus Hierosolymis infirmum curavit, qui triginta & octo annis jacuit in infirmitate: & multa cum Judæis ejus occasione disputavit.

1. JOAN. V. 1-47. [1] Post hæc erat dies festus Judæorum, & ascendit Jesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis Probatica piscina quæ cognominatur Hebraice, Bethsaida, quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, exspectantium aquæ motum. Angelus autem Domini secundum tempus descendebat in piscinam: & movebatur aqua. Et qui prior (α) descendisset post motionem aquæ, sanus fiebat a quocumque languore tenebatur. Erat autem quidam homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus jacentem, & cognovisset quia jam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo; ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Jesus: Surge, tolle (β) grabbatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est homo: & sustulit grabbatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant (γ) Judæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est: non licet tibi tollere grabbatum tuum. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabbatum tuum, & ambula. Interrogaverunt ergo eum, quis est ille homo qui tibi dixit: (δ) A Surge, tolle grabbatum tuum, & ambula? Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset: Jesus enim declinavit * se a turba constituta in loco. Postea invenit Jesus illum in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo, & nuntiavit Judæis, quia Jesus esset, qui fecit eum sanum. Propterea persequebantur Judæi Jesum, quia hæc faciebat in sabbato. Jesus autem respondens eis: Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo quærebant eum magis Judæi interficere, quia non solum solvebat sabbatum, sed & patrem B suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Jesus, & dixit eis: Amen * dico vobis: non potest Filius a se facere quidquam, nisi quæ viderit Patrem facientem. Quæcumque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & majora demonstrabit opera, ut vos miremini. Sicut enim Pater suscitat mortuos, & vivificat; sic & Filius, quos vult, vivificat. Neque enim Pater judicat quemquam: sed omne judicium dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Qui non honorificat Filium, C non honorificat Patrem qui misit illum. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam. Et in judicium non venit, sed transiet (ε) a morte in vitam. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei: & qui audierint, vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semet ipso: sic dedit & Filio vitam habere in semet ipso. Et potestatem dedit ei judicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient (ζ) vocem ejus. Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui veD ro mala egerunt, in resurrectionem judicii. Non possum ego a me ipso facere quidquam. Sicut audio, judico; & judicium meum justum est: (η) quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus qui misit me. Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me. Vos misistis ad Joannem: & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico, ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens: vos autem voluistis exsultare ad horam in luce ejus. Ego autem E habeo testimonium majus Joanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea; ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater me misit. Et qui misit me Pater, [a] ipse testimonium perhi-

[a] Matt. III. 17. XVII. 5.

α *Descendisset post mot.*] Post *descendisset* omittit *in piscinam*: quæ habet Vulgat. & Armen. Ita Gr. ἐμβὰς μετὰ τὴν ταραχήν.

β *Grabbatum*] Sic & in seqq. Gr. vulg. Κράββατον. Alex. & Cant. Κράβατον.

γ *Dicebant Judæi*] Vulg. cum Gr. *Dicebant ergo Jud.* Observabat Millius, deesse particulam οὖν in Cant. & Arab.


δ *Surge, tolle*] Vox prior sive in textu, sive in versionibus desideratur.

ε *Transiet*] Vulg. *transiit*. Consentit Gr. μεταβέβηκε. Ammonius tamen legebat μεταβήσεται cum Nonno. Sic item aliquot codd. apud Millium.

ζ *Vocem ejus*] Hodierno textui congruit, φωνῆς αὐτοῦ. Vulg. *vocem Filii Dei*. Quæ utique lectio ex aliis codd. Gr. confirmatur. Vid. Millium.

η *Quia non quæro — qui misit me.*] Hæc ab editis exciderunt.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.



buit de me: & neque vocem ejus (α) audistis, A [a] neque speciem vidistis. Et verbum ejus non habetis in vobis manens; quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, quia putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me; & non vultis venire ad me, ut vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognovi vos, quia dilectionem non habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab invicem accipitis; & gloriam quæ a solo Deo est, non quæritis? Nolite B putare, quia ego accusaturus sim vos apud Patrem: est qui accusat vos Moyses, in quo speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim [b] ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis?

CAPUT LXXXIX.

Jesus de septem panibus, & paucis piscibus quatuor millia hominum saturavit, & præcepit Apostolis cavere a fermento Pharisæorum.

1. Matt. XV. 32-39. Marc. VIII. 1-10. [1] Et relictis illis, in illis diebus, iterum cum turba multa esset, convocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia ecce triduo jam perseverant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli: Unde ergo nobis in deserto panes tanti, ut saturemus turbam tantam? Et ait illis Jesus: Quot panes habetis? Et illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ, ut discumberet super terram. Et accipiens septem panes & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis: & discipuli dederunt populo. Et comederunt D omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui manducaverant, quatuor millia hominum, extra parvulos & mulieres: & dimisit eos. Et statim ascendens navim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha. 2. Matt. XVI. 5-12. Marc. VIII. 14-21. [2] Et cum venissent discipuli ejus trans fretum, obliti sunt panes accipere, & nisi unum panem non habebant secum in navi. Et præcipiebat eis dicens: Intuemini, & cavete a fermento Pharisæorum, & Sadducæorum, & fermento Herodis. At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia panes non habemus. Sciens autem Jesus, dixit: E Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque recordamini? Adhuc cæcatum habetis cor vestrum? Oculos habentes non videtis, & aures habentes non auditis? Nec recordamini, quando quinque panes fregi, in quinque millia? Quot cophinos fragmentorum (plenos) sustulistis? Dicunt ei: duodecim. Quando & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum tulistis?

A Et dicunt ei: septem. Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis: Cavete a fermento Pharisæorum & Sadducæorum. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cavendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisæorum & Sadducæorum.

CAPUT XC.

Jesus interrogat Apostolos: Quem me dicunt homines esse? *& quæ sequuntur: & dicit Petro:* Scandalum es mihi.

[3] Venit autem Jesus in partes Cæsareæ 3. Matt. XVI. 13-27.
B Philippi; & interrogabat discipulos suos dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus, filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. Et (ego) dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et tibi daC bo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solveris super terram, erit solutum & in cælis. Tunc præcepit discipulis suis, ut nemini dicerent, quia ipse esset Christus. Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Hierosolymam, & multa pati a senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Absit a te, Domine; non erit tibi hoc. Qui conversus, dixit Petro: Vade post me satana; scandalum es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. Tunc convocata turba cum discipulis, dixit eis: Si quis vult post me venire, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis; & tunc reddet unicuique secundum opus ejus.

CAPUT XCI.

Jesus dicit: Sunt quidam de heic stantibus, qui non gustabunt mortem. *Et in monte transfiguratur.*

[4] Amen dico vobis: Sunt quidam de heic 4. Matt. XVI. 28. XVII. 1-13. Marc. IX. 1-15. Luc. IX. 28-36.
stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Et post dies sex assumsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, &

a Deut. IV. 12. b Gen. III. 15. XII. 3. XVIII. 18. XXII. 18. XXVI. 4. XXVIII. 14. XLIX. 10. Deut. XVIII. 15.

α *Audistis*] Vulg. *umquam audistis*. Gr. ἀκηκ. πώποτε. Quæ vox postrema deest in cod. Cant. deeratque, ut videtur, in Ammonii exemplari.

ducit illos in montem excelsum seorsum, ut A oraret, & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol: vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix, splendentia candida nimis, qualia fullo super terram non potest candida facere. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo dicentes, in majestate. Et dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem. Respondens autem Petrus, dixit ad Jesum: Domine, bonum est nos heic esse: si vis, faciamus heic tria tabernacula; tibi unum, Moysi unum, & Eliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de cælo, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Jesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. Et descendentibus illis de monte, præcepit Jesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes? Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam primum venire oportet? At ille respondens, dixit: [a] Elias quidem venturus est, & ille restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias jam venit: & non cognoverunt eum, sed fecerunt in eo quæcumque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Joanne Baptista dixit eis. Et cum venisset ad turbam, vidit Scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns Jesum, stupefactus est, & expaverunt. Et accurrentes salutabant eum, & interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis?

CAPUT XCII.

Pharisæi dicunt ad Jesum: Discede hinc, quia Herodes vult te occidere: *& curavit lunaticum.*

1. Luc. XIII. 31-33. [1] In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: Ite, & dicite vulpi illi: Ecce ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Verumtamen oportet me hodie, & cras, & sequenti die ambulare; quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem.

2. Matt. XVII. 14-20. Marc. IX. 16-28. Luc. IX. 38-44. [2] Factum est autem in sequenti die, accessit ad eum homo genibus ejus provolutus, & exclamavit dicens: Domine, miserere filio meo, quia unicus est mihi, & lunaticus est. Et cum spiritus apprehendit eum, allidit; & spumat, & strider dentibus, & arescit, & male patitur. Nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam, & subito clamat, & dissipat eum, & vix discedit dilanians eum. Et rogavi discipulos tuos ut ejicerent eum, & non potuerunt curare eum. Respondens autem Jesus, dixit: O generatio infidelis & perversa, * usque modo ero apud vos? Afferte illum huc ad me. Et cum accederet & vidisset illum, statim spiritus conturbavit eum, & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogavit patrem ejus, quantum temporis est ex quo ei hoc accidit. At ille ait, ab infantia: & frequenter eum & in ignem & in aquam misit, ut eum perderet: sed si quid potes, adjuva nos, misertus nostri. Jesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia (α) credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lacrymis, ajebat: Credo, Domine: adjuva incredulitatem meam. Et cum videret Jesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego B tibi præcipio: exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et clamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo. Et factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent, quia mortuus est. Jesus autem tenens manum ejus, elevavit eum, & surrexit. Et curatus est puer ex illa hora, & reddidit illum patri ejus. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei. Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secreto, & dixerunt: Quare non potuimus ejicere illum? Dicit illis, propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, & transibit: & ni- C hil impossibile erit vobis. Hoc autem genus dæmoniorum non ejicitur, nisi per orationem & jejunium.

CAPUT XCIII.

Jesus de passione sua discipulis patefacit, & in Capharnaum pro se & Petro didrachma exactoribus reddidit.

3. Matt. XVII. 21-26. Marc. IX. 30. 31. Luc. IX. 44-45. [3] Conversantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Jesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum, & tertia die resurget. At illi ignorabant verbum, & D timebant eum interrogare. Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non solvit didrachma? Ait: Etiam. Et cum intrasset domum, prævenit eum Jesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum vel censum? a filiis suis, an ab alienis? Et ille dixit: Ab alienis. Dixit illi Jesus: Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit, tolle; & aperto ore ejus, invenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. E

CAPUT XCIV.


Interrogatus Jesus a discipulis suis quis major erit in regno cælorum? instruit eos bis exemplis ut humilient se, sicut parvulus.

4. Matt. XVIII. 1-6. Marc. IX. 32-36. Luc. IX. 46-48. [4] In illa hora cum domi esset, interrogabat eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebant: siquidem inter se in via disputabant, quis illorum esset major? Et accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas major est in re-

[a] Mal. IV. 5.

(α) *Omnia possibilia credenti*] Vulg. interserit *sunt*. Gr. πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.



gno cælorum? Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est major in regno cælorum. Si quis vult esse (α) major, erit omnium novissimus, & omnium minister. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis * illis, qui in me credunt: expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.

CAPUT XCV.

Non debere prohiberi eos qui faciunt signa in nomine Jesu.

1. Marc. IX. 37. 39. Luc. IX. 49. 50.
¹ Respondens autem Joannes, dixit: Magister vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Jesus autem ait: Nolite prohibere eum: nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Qui enim non est adversus vos, pro vobis est.
2. Matt. XVIII. 7-9. Marc. IX. 41-48. Luc. XVII. 1. 2.
² Væ mundo ab scandalis. Necesse est enim, ut veniant scandala: verumtamen væ homini, per quem scandalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & projice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum tibi est luscum in vitam intrare, quam duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis: ubi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis (β) enim homo igne salietur, & omnis victima salietur.

CAPUT XCVI.

Nos non debere contemnere unum de pusillis: adjungens similitudinem de ove perdita, & de drachmate.

3. Matt. XVIII. 10-14. Luc. XV. 3-10.
³ Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei, qui in cælis est. Venit enim Filius hominis salvare quod perierat. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quid vobis videtur? Si fuerint alicui centum oves, & erraret una ex eis, nonne relinqueret nonaginta novem in montibus vel in deserto, & vaderet eam quærere, quæ erravit? Et si contigerit ut inveniat eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum, convocat amicos & vicinos dicens illis: Congratulamini mihi, quia inveni ovem meam quæ perierat. Amen dico vobis, quia gaudebit super eam magis, quam super nonaginta novem quæ non erraverunt, & non indigent pœnitentia. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum qui in cælis est, ut pereat unus de pusillis istis. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, & everrit domum, & quærit diligenter, donec inveniat? Et cum invenerit, convocat amicas & vicinas dicens: Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quam supra nonaginta novem justis, qui non indigent pœnitentia.

CAPUT XCVII.

De filio qui substantiam patris devoravit.

⁴ Ait autem: Homo quidam habuit duos filios; & dixit adolescentior * patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit. 4. Luc. XV. 11-32.
Et divisit illis substantiam. Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam; & ibi dissipavit substantiam suam vivendo luxuriose. Et postquam omnia consumsisset, facta est fames valida in regione illa. Et ipse cœpit egere. Et abiit, & adhæsit uni civium regionis illius: & misit illum in villam suam, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant; & nemo illi dabat. Ipse autem in se reversus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus! ego autem heic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater, peccavi in cælum, & coram te. Et jam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut unum ex mercenariis tuis. Et surgens, venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater illius, & misericordia motus est. Et accurrens, cecidit supra collum ejus, & osculatus est eum. Dixitque ei filius: Pater, peccavi in cælum, & coram te: jam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad servos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum ejus, & calceamenta in pedes ejus: & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius ejus senior in agro: & cum veniret & appropinquaret domui, audivit symphoniam & chorum: & vocavit unum de servis, & interrogavit quæ hæc essent? Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia salvum illum recepit. Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis servivi tibi, & numquam mandatum tuum præterivi; & numquam dedisti mihi hœdum, ut cum amicis meis epularer. Sed postquam filius tuus hic qui devoravit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & revixit: perierat, & inventus est.

α *Major*] Vulg. *primus*, *Marc.* IX. 34. unde hæc desumta. Neque aliter Gr.

β *Omnis enim homo — omnis victima salietur*] Comma istud *Marc.* IX. 48. ita in Græcis effertur: Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, καὶ πᾶσα θυσία ἁλὶ ἁλισθήσεται. Vulg. *Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.*

A

CAPUT XCVIII.

De remittendo fratribus ex corde.

1. MATT. XVIII. 15-22. LUC. XVII. 3. 4. [1] Attendite vobis: si peccaverit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi: & lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum vel duos: ut [a] in ore duorum vel trium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis: Quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque solveritis super terram, erunt soluta & in cælo. Iterum dico vobis: quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo qui in cælis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens ad eum Petrus, dixit: Domine, quoties peccaverit in me frater meus, & dimittam ei? usque septies? Dicit illi Jesus: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.

CAPUT XCIX.

Similitudo de rege qui posuit rationem cum servis suis.

2. MATT. XVIII. 23-35. [2] Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et cùm cœpisset rationem ponere, oblatus est ei unus qui debebat decem millia talenta. Cum autem non haberet unde redderet, jussit eum dominus venumdari, & uxorem ejus, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem servus ille, orabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus servi illius, eum dimisit, & debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille, invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios; & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. Et procidens conservus ille, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit, sed abiit; & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conservi ejus quæ fiebant, contristati sunt valde. Et venerunt, & narraverunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocavit illum dominus ejus, & ait illi: Serve nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conservi tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus ejus, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum. Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

CAPUT C.

Jesus interrogatur a Pharisæis, si liceat uxorem dimittere quacumque ex caussa.

[3] Et factum est, cum consummasset Jesus sermones istos, migravit a Galilæa, & venit in fines Judææ trans Jordanem: & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curavit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex caussa? Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia qui fecit ab initio *, B [b] masculum & feminam fecit eos? Et dixit: [c] Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet. Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandavit [d] dari libellum repudii, & dimittere? Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras: ab initio autem non sic fuit. Dico autem vobis: Quia quicumque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli ejus: Si ita est C caussa hominis cum uxore, non expedit nubere. (α) Qui dixit: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui de matris utero (sic) nati sunt. Et sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus. Et sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter regnum cælorum. Qui potest capere, capiat. 3. MATT. XIX. 1-12. MARC. X. 1-12.

CAPUT CI.

Jesus imposuit manus infantibus. Et Pharisæi murmurant de Jesu: Quia hic recipit peccatores.

D [4] Tunc oblati sunt ei parvuli; ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Jesus vero ait eis: Sinite parvulos, & nolite prohibere eos venire ad me: talium est enim regnum cælorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. [5] Erant autem appropinquantes ei publicani & peccatores multi, ut audirent eum. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. [6] Post hæc ambulabat Jesus in Galilæam: non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere. 4. MATT. XIX. 13-15. MARC. X. 13-16. 5. LUC. XV. 1. 2. 6. JOAN. VII. 1.

E

CAPUT CII.

Jesus instituit eos qui annuntiaverant ei de Galilæis, quos interfecit Pilatus, adjungens similitudinem arboris fici in vinea.

[7] Aderant autem quidam ipso in tempore nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerunt, quia 7. LUC. XIII. 1-9.

a Deut. XIX. 15. b Gen. I. 27. c Gen. II. 24. d Deut. XXIV. 1.

α *Qui dixit*] Addunt *illis* Gr. & Vulgat. Quam quidem vocem malim existimare vitio librariorum ex Ammonii exemplari excidisse.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, similiter omnes peribitis. Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non, dico vobis: sed si non pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Dicebat autem hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in ea, & non invenit. Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: succide ergo illam: ut quid etiam terram occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine, dimitte illam & hoc anno, usquequo fodiam circa illam, & mittam stercora: & si quidem fecerit fructum: sin autem, in futurum succides eam.

CAPUT CIII.

Jesus sanavit in synagoga mulierem aridam & curvatam.

1. Luc. XIII. 10-17. [1] Erat autem docens in synagoga eorum sabbatis. Et ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum vidisset Jesus, vocavit ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus: & confestim erecta est, & glorificabat Deum. Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Jesus: dicebat: Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondit (α) autem Jesus, & dixit: Hypocritæ, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem aut asinum a præsepio, & ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligavit Satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solvi a vinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes adversarii ejus. Et omnis populus gaudebat in universis quæ * fiebant ab eo.

CAPUT CIV.

Ascendit Hierosolymam in die festo Scenopegiæ.

2. Joan. VII. 2. 31. [2] Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres ejus: Transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo: neque enim fratres ejus credebant in eum. Dicit ergo eis Jesus: Tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego A testimonium perhibeo de illo; quia opera ejus mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc; ego (β) non ascendam ad diem festum istum, quia tempus meum nondum impletum est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifeste, sed quasi in occulto. Judæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Ubi est ille? Et murmur multum de eo erat in turba. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alii autem dicebant: Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter metum Judæorum. Jam autem die festo mediante, B ascendit Jesus in templum, & docebat. Et mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit? Respondit Jesus, & dixit eis: Mea doctrina non est mea, sed ejus qui misit me. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de (γ) doctrina ejus, utrum ex Deo sit, an ego a me ipso loquar. Qui a semet ipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam ejus qui misit illum, hic verax est, & injustitia non est in illo. Nonne Moyses dedit vobis legem, [a] & nemo ex vobis legem facit? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere? C Respondit Jesus, & dixit eis: Unum opus feci, & omnes miramini. Propterea Moyses [b] dedit vobis circumcisionem: non quia ex Moyse est, sed ex patribus. Et in sabbato circumciditis hominem. Si circumcisionem accipit homo in sabbato, ut non solvatur lex Moysi, (δ) mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato? Nolite judicare secundum faciem, sed justum judicium judicate. Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis: Nonne hic est, quem quærunt interficere: Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cum D venerit, nemo scit unde sit. Clamabat ergo docens in templo Jesus, & dicens: Et me scitis, & unde sim scitis: & a me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse misit me. [3] Et si dixero quia nescio eum, 3. Joan. VIII. 55.
ero similis vobis mendax. Quærebant ergo eum apprehendere; & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, numquid plura signa faciet, quam quæ hic facit?

CAPUT CV.

De divite, cujus uberes fructus ager attulit.

[4] Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo, ut dividat mecum heredita- 4. Luc. XII. 13-21.

a Exod. XXIV. 3. b Lev. XII. 3.

α *Respondit autem Jesus, & dixit*] Paullo aliter textus hodiernus Luc. XIII. 15. Ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ ὁ Κύριος. Ceterum, si vocem αὐτῷ excipias, complures alii codd. Gr. apud Millium lectionem Ammonianam tuentur.

β *Ego non ascendam ad d. f. i.*] In hunc locum *Joan.* VII. 8. plura erudite Millius; ubi & ex Velesianis lectionem profert Ammonianæ geminam. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναβήσομαι. Et rite sane. Etenim, inquit cl. Lamyus in *Harm.* ad diem festum proprie non ascendit Dominus: siquidem non venit Hierosolymam, nisi cum jam ex parte celebritas transacta esset.

γ *De doctrina ejus*] Abest vox ultima sive a Gr. sive a Vulg. atque ex proxime antecedentibus repetita videtur.

δ *Mihi indignamini*] *Mihi* deerat in editis. Nec dubito quin illud & Ammonius legerit, & interpres reddiderit.

tem. At ille dixit ei: Homo, quis me constituit judicem, aut divisorem supra vos? Dixitque ad illos: Videte & cavete ab omni avaritia, quia non in abundantia cujusquam vita ejus est, ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens: Hominis cujusdam divitis uberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciam, quod non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea, & majora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea; & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac B nocte animam tuam (α) repetam a te: quæ autem parasti, cujus erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum dives.

CAPUT CVI.

De eo qui multas possessiones habens, tristis abiit, audiens verbum: Vade, vende omnia, quæ habes.

1. Matt. XIX. 16-30. Marc. X. 17-31. Luc. XVIII. 18-30. [1] Et cum egressus esset in via, procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum: Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam? Qui dixit ei: Quid me interrogas de bono? Nemo bonus, nisi solus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serva mandata. Dixit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non occides, non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem, &, Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodivi a juventute mea: Quid adhuc mihi deest? Jesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit illi: Unum tibi deest: si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim dives valde, & multas possessiones habens. Et circumspiciens Jesus, ait discipulis suis: Quam difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt! Amen dico vobis, quia dives difficile intrabit in regnum cælorum. Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus ire, quam divitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, discipuli mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit salvus esse? Aspiciens autem Jesus, dixit illis: Apud hominem hoc impossibile est: apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Amen dico vobis, omnis qui reliquerit domum aut parentes, vel fratres aut sorores, aut patrem aut matrem, aut uxorem aut filios, aut agros propter regnum cælorum, & nomen meum, & propter Evangelium, centuplum accipiet: nunc in hoc tempore domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persequutionibus: & in sæculo futuro, vitam æternam possidebit. Multi autem erunt primi novissimi, & novissimi primi. [2] Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant avari: & deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui justificatis vos coram hominibus: Deus autem novit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.

2. Luc. XVI. 14. 15.

CAPUT CVII.

De divite & Lazaro.

[3] Iterum dixit: Homo quidam erat dives, & induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui jacebat ad januam ejus, ulceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis; & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno. Elevans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longe, & La- C zarum in sinu ejus, & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. Et in his omnibus inter nos & vos, chaos magnum firmatum est: ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne & ipsi veniant in D locum hunc tormentorum. Et ait illi Abraham: Moysen habent & Prophetas: audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt: neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

3. Luc. XVI. 19-31.

CAPUT CVIII.


De villico infideli.

[4] Dicebat autem ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villi- E cum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Et vocavit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ: jam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam, ut cum amotus fuero a villicatione, recipiant me in domos suas. Convocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes domino meo? At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam & sede, ac cito scribe quinqua-

4. Luc. XVI. 1-12.

α Repetam] Gr. ἀπαιτοῦσιν. Vulg. repetunt.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



ginta. Deinde alii dixit: Tu vero quantum A debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Et laudavit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filii hujus sæculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Et ego dico vobis: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est. Si ergo in iniquo B mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis; quod verum est, quis dabit
1. LUC. XII. 47. 50. vobis? [1] Ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, & non se præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus, plagis vapulabit multis: qui autem non cognovit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Omnis autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Et cui multum commendaverunt, plus petent ab eo. Nescitis, quia ignem veni mittere in terram? Et quid volo, nisi ut accendatur? Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo turbor usque dum perficiatur?

CAPUT CIX.

De patrefamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

2. MATT. XX. 1. 16. [2] Simile est regnum cælorum patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & illis dixit: Ite & vos in vineam; & quod justum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam & nonam horam, & fecit similiter. D Circa undecimam vero exiit & invenit alios stantes, & dicit illis: Quid heic statis tota die otiosi? Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam. Cum sero factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant adversus patremfamilias, dicentes: Hi novissimi una hora fecerunt, & pares E nobis illos fecisti, qui portavimus pondus diei & æstus. At ille respondens uni eorum, dixit: Amice, non facio tibi injuriam. Nonne ex denario convenisti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sic erunt novissimi primi, & primi novissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

CAPUT CX.

Jesus in domo Pharisæi sanat hydropicum: & instruit eos, qui primos accubitus in conviviis eligebant.

[3] Et factum est cum intraret in domum cujusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. 3. LUC. XIV. 1-15.
Et respondens Jesus dixit ad legisperitos & Pharisæos, dicens: Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eum, & dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cujus vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad invitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit invitatus ab eo: & veniens is qui te invitavit & illum, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in novissimo loco; ut cum venerit qui te invitavit, dicat tibi: Amice, C ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat autem & ei qui se invitaverat: Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos divites: ne forte & ipsi te reinviteut, & fiat tibi retributio. Sed cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione justorum. Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno cælorum.

CAPUT CXI.

Jesus decem leprosos mundavit.

[4] Post hæc in proximo erat Pascha, dies festus Judæorum. 4. JOAN. VI. 1. 4.
[5] Et factum est dum iret Hierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi; qui steterunt a longe, & levaverunt vocem dicentes: Jesu præceptor, miserere nostri. Quos ut 5. LUC. XVII. 11-19.
vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Unus autem ex ipsis, ut vidit quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum: & cecidit in faciem ante pedes ejus, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Jesus, dixit: Nonne decem mundati sunt, & novem ubi sunt? Non est inventus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te salvum fecit.

A

CAPUT CXII.

Jesus de passione sua discipulis suis iterum indicavit : & mater filiorum Zebedæi rogat pro filiis suis.

1. MATT. XX. 17-28. MARC. X. 32-45. LUC. XVIII. 31-34. XXII. 25.

[1] Assumens autem iterum duodecim, ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas, de filio hominis. Tradetur enim principibus sacerdotum & scribis, & tradent eum gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & crucifigetur, & die tertia resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, quid vis? Ait illi: Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Jesus dixit eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei: Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, & baptismo (α) meo quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocavit eos ad se, & ait: Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui majores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut Filius hominis non venit ut ministretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemtionem pro multis.

CAPUT CXIII.

Jesus responsum dat dicenti sibi: Domine, si pauci sunt qui salvi fiant?

2. LUC. XIII. 23-30. MATT. VII. 13. 14. 23.

[2] Et ait illi quidam: Domine, si pauci sunt qui salvantur? Ipse autem dixit ad illos: Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Cum autem intraverit paterfamilias & clauserit ostium, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis: Nescio vos unde sitis: tunc incipietis dicere: Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis: Nescio vos unde sitis. Discedite a me omnes operarii iniquitatis in ignem æternum; ibi erit fletus & stridor dentium: cum videritis Abraham & Isaac & Jacob & omnes Prophetas intrare in regnum Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente & Occidente, & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei. Et ecce sunt novissimi qui erant primi, & sunt primi qui erant novissimi.

CAPUT CXIV.

De Zacchæo publicano.

3. LUC. XIX. 1-10.

[3] Et ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce vir nomine Zacchæus: & hic erat princeps publicanorum, & ipse dives. Et quærebat Jesum videre quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens, ascendit in arborem sycomorum, ut videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Jesus, vidit illum, & dixit ad eum: Zacchæe, festinans B descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem divertisset. Stans autem Zacchæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hodie salus huic domui facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahæ. Venit enim Filius hominis quærere & salvum facere, quod perierat.

C

CAPUT CXV.

Jesus iterum duos cæcos curavit.

4. MATT. XX. 29-34. MARC. X. 46-52. LUC. XVIII. 35-43.

[4] Et egredientibus illis ab Hiericho, sequutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce duo cæci, ex quibus erat Bartimæus filius Timæi, sedentes secus viam, audierunt, quia Jesus Nazarenus transiret, & clamaverunt, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Turba autem increpabat eos, ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Domine, miserere nostri, fili David. Et stetit Jesus, & vocavit eos, & ait: Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt illi: Domine, ut aperiantur oculi nostri. Misertus D autem eorum Jesus, tetigit oculos eorum. Et confestim viderunt, & secuti sunt eum, magnificantes (β) Dominum. Et omnis plebs ut vidit, dedit laudem Deo.

CAPUT CXVI.

Jesus super asinum sedens, Hierosolymam ingreditur.

5. MATT. XXI. 1-9. MARC. XI. 1-11. LUC. XIX. 29-38.

[5] Et cum appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliveti, tunc Jesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est; & statim inveE nietis asinam alligatam, & pullum cum ea alligatum, cui nemo hominum umquam sedit: solvite illum, & adducite eum mihi. Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite ei: quia Dominus operam ejus desiderat: & confestim dimittet eos. Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Jesus. Solventibus autem illis pullum, dixerunt domini ejus ad illos: Quid solvitis pullum? At illi dixerunt, quia Domino necessarius est: & dimiserunt illos. Et duxerunt pullum ad Jesum: & jactantes vestimenta

α *Baptismo meo*] Marc. x. 38. deest pronomen tum in Gr. tum in Vulg. Mox *dare vobis*. Ergo ὑμῖν legebat cum Vulgato interprete Ammonius: quæ vox nunc abest a codd. Græcis. Vide Lucam Brug. in Notat. ad Matth. xx. 23.

β *Magnificantes Dominum*] Legimus in Gr. *Luc.* xviii. 43. δοξ. τὸν Θεόν. Sic & in Vulg. *magnif. Deum*.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.



sua supra pullum, eum desuper sedere fecerunt. (α) Hoc autem factum est, ut impleretur quod dictum est per prophetam, dicentem: [a] Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super pullum asinæ subjugalis.

1. Joan. XII. 16.

[1] Hæc non cognoverunt discipuli ejus primum: sed quando glorificatus est Jesus, tunc recordati sunt, quia hæc erant scripta de eo: & hæc fecerunt ei. Eunte autem illo, multi substernebant vestimenta sua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via. Et cum appropinquaret jam ad descensum montis Oliveti, cœperunt omnes turbæ descendentium gaudentes, laudare Deum voce magna. Turbæ autem quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabant dicentes: Hosanna filio David: benedictus qui venit rex, in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis: benedictum quod venit regnum patris nostri David. Hosanna in excelsis.

2. Joan. XII. 12-14.

[2] In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Jesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obviam ei & clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel.

3. Luc. XIX. 39-44.

[3] Et quidam Pharisæorum de turbis, dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et appropinquavit Hierusalem, & videns civitatem flevit super illam dicens: Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo, * & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios * qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoveris tempus visitationis tuæ.

CAPUT CXVII.

Ejicit de templo ementes & vendentes: & dat responsum Pharisæis qui se extollunt.

4. Matt. XXI. 10-16. Marc. XI. 15-18. Luc. XIX. 45. 46. Joan. II. 14-21.

[4] Et cum intrasset Hierosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Propheta a Nazareth Galilææ. Et intravit Jesus in templum Dei. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, ejiciebat omnes vendentes & ementes in templo, oves quoque & boves; & nummulariorum effudit æs; & mensas nummulariorum & cathedras vendentium columbas evertit. Et dicit eis: Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei domum negotiationis. Scriptum est: [b] Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus; vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et non sinebat ut quisquam transferret vas per templum. Recordati sunt vero discipuli ejus, quia scriptum est: [c] Zelus domus tuæ comedit me. Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo: & sanavit eos. Videntes autem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio David, indignati sunt; & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Jesus autem dicit eis: Utique. Numquam legistis: [d] Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Responderunt ergo Judæi & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondens Jesus, dixit eis: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Judæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat de templo corporis sui.

CAPUT CXVIII.

Jesus prætulit ceteris viduam, propter duo æra minuta: adjungens parabolam de Pharisæo & Publicano, contra eos qui se extollunt.

5. Marc. XII. 41-44. Luc. XXI. 1-4.

[5] Respiciens autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylacium divites. Vidit autem & quamdam viduam pauperculam, mittentem æra minuta duo, quod est quadrans. Et convocans discipulos suos, ait illis: Vere dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus quam omnes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo quod deest illi, totum victum suum quem habuit misit.

6. Luc. XVIII. 9-14.

[6] Dixit autem ad quosdam qui in se confidebant tamquam justi, & aspernabantur ceteros, parabolam istam. Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic Publicanus. Jejuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et Publicanus a longe stans, nolebat nec oculum * levare; sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis: descendit hic justificatus in domum suam ab illo; quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

7. Matt. XXI. 17. Marc. XI. 11.

[7] Et relictis illis, cum jam vespera esset hora, abiit foras extra civitatem in Bethaniam, ibique mansit.

8. Luc. IX. 11.

[8] Et sciens turba quod exiit extra civitatem, sequuti sunt eum. Et suscipiens eos quibus necessaria erat cura, sanabat.

CAPUT CXIX.

De Nicodemo qui venit ad Jesum nocte.

9. Joan. III. 1-21.

[9] Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Judæorum. Hic venit ad eum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia a Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Jesus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis natus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex?

a Isa. LXII. 11. Zach. IX. 9. b Isa. LVI. 7. Jerem. VII. c Psal. LXVIII. 10. d Psal. VIII. 3.

α *Hoc autem factum est*] Vulg. *Hoc autem totum factum est*. Additur *totum* consentanee Græco & Syro, quod tamen quidam boni libri omittunt, judice Luca Brug. Deest quoque ὅλον in Cant. & aliquot versionibus, ut videre est apud Millium.

Numquid poteſt in ventrem matris ſuæ iterato introire, & * naſci? Reſpondit Jeſus: Amen, amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu *, non poteſt introire in regnum Dei. Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Non mireris quia dixi tibi, oportet vos naſci denuo. Spiritus ubi vult, ſpirat: & vocem ejus audis, ſed non ſcis unde veniat, & quo vadat. Sic eſt omnis, qui natus eſt ex ſpiritu. Reſpondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo poſſunt hæc fieri? Reſpondit Jeſus & dixit ei: Tu es magiſter in Iſrael, & hæc ignoras? Amen, amen dico tibi, quia quod ſcimus loquimur, & quod vidimus teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipitis. Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, ſi dixero vobis cæleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cælum, niſi qui deſcendit de cælo, Filius hominis qui eſt in cælo. Et ſicut [a] Moyſes exaltavit ſerpentem in eremo, ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret: ut omnis qui credit in ipſo *, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, ut judicet mundum, ſed ut ſalvetur mundus per ipſum. Qui credit in eum, non judicatur. Qui autem non credit, jam judicatus eſt; quia non credit in nomine unigeniti Filii Dei. Hoc eſt autem judicium: quia lux in mundum venit, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem: erant enim mala eorum opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifeſtentur ejus opera,
1. JOAN. VII. 53. VIII. 1, 2. quia in Deo ſunt facta. [1] Et reverſi ſunt unuſquiſque in domum ſuam. Jeſus autem perrexit in montem Oliveti; & diluculo iterum venit in templum. Et omnis populus venit ad eum, & ſedens docebat eos.

CAPUT CXX.

De muliere a Judæis in adulterio deprehenſa.

2. JOAN. VIII. 3-11. [2] Adducunt autem Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuerunt eam in medio, & dixerunt ei: Magiſter, hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio. In lege autem [b] Moyſes mandavit nobis hujuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hæc autem dicebant tentantes eum, ut poſſent accuſare eum. Jeſus autem inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat in terra. Cum autem perſeverarent interrogantes eum, erexit ſe, & dixit eis: Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum ſe inclinans, ſcribebat in terra. Audientes (α) autem hæc, unus poſt unum exibant, incipientes a ſenioribus: & remanſit Jeſus ſolus, & mulier in medio ſtans. (β) Erigens autem (ſe) Jeſus dixit ei: Mulier, ubi ſunt qui te accuſabant? Nemo te condemnavit mulier? Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Jeſus: Nec ego te condemnabo. Vade, & amplius jam noli peccare.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

CAPUT CXXI.

Jeſus maledixit ficulneam, & aruit.

3. MATT. XXI. 18-22. MARC. XI. 11. 12. 19-25. LUC. XVII. 5. 6. [3] Mane autem revertens in civitatem, eſuriit. Et videns fici arborem unam ſecus viam, venit ad eam; & nihil invenit in ea, niſi folia tantum: nondum enim erat tempus ficorum. Et ait illi: Numquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et arefacta eſt continuo ficulnea. Et videntes diſcipuli mirati ſunt, dicentes: Quomodo continuo aruit! Et cum veſpera facta eſſet, egrediebatur de civitate. Et cum mane tranſirent, viderunt ficulneam aridam factam a radicibus. Et recordatus Petrus, dicit ei: Rabbi, ecce ficus quam maledixiſti, aruit. Reſpondens autem Jeſus, ait eis: Habete fidem Dei. Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non hæſitaveritis in corde; non ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi monti huic dixeritis, Tollere, & jacta te in mare, fiet. Et dixerunt ei Apoſtoli: Domine, adauge nobis fidem. Et dixit Jeſus: Omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & veniet vobis. Et cum ſtabitis ad orandum, dimittite, ſi quid habetis adverſus aliquem; ut & Pater veſter qui in cælis eſt, dimittat vobis peccata veſtra.

CAPUT CXXII.

Dixit Jeſus parabolam ad diſcipulos propter orandi inſtantiam, de judice duro & vidua.

4. LUC. XVIII. 1-8. [4] Dicebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet ſemper orare, & non deficere, dicens: Judex quidam erat in quadam civitate, qui Deum non timebat, & hominem non reverebatur. Vidua autem quædam erat in illa civitate, & veniebat ad illum, dicens: Vindica me de adverſario meo. Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit intra ſe: Etſi Deum non timeo, nec hominem revereor: tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in noviſſimo veniens, ſugillet me. Ait autem Dominus: Audite quid judex iniquitatis dicit: Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium ad ſe die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?

a Num. xxi. 9. b Lev. xx. 10.

α *Audientes autem hæc*] Pronomen iſtud non ſubjiciendum monuerat Luc. Brug. Et abeſt quidem a Gr. & a Vulg.

β *Erigens autem ſe*] Addidimus *ſe* cum Vulg. quod deeſt in editis. Gr. ἀνακύψας, *erectus* ſeu *erigens ſe*: neque aliter Victor reddiderit. Mox: *Nemo te condemnavit mulier?* Sed vox ultima deſideratur in noſtris codd. Gr. & Lat.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.

CAPUT CXXIII.

Interrogatur a principibus Sacerdotum : In qua potestate hæc facis ? adjungit parabolam de duobus filiis in vineam missis.

1. Matt. XXI. 23-32. Marc. XI. 27-33. Luc. XX. 1-8.

[1] Et cum venisset in templum, factum est docente eo populum & evangelizante, accesserunt ad eum principes sacerdotum, & seniores populi, dicentes : In qua potestate hæc facis ? Et quis est qui dedit tibi hanc potestatem ? Respondens autem Jesus, dixit illis : Interrogabo vos & ego unum sermonem ; quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio. Baptismus Joannis unde erat ? e cælo, an ex hominibus ? At illi cogitabant intra se, dicentes : Si dixerimus, ex hominibus, timemus turbam : omnes enim habebant Joannem sicut Prophetam. Et respondentes Jesu, dixerunt : Nescimus. Ait illis & ipse : Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. Quid autem vobis videtur ? Homo quidam habebat duos filios ; & accedens ad primum, dixit : Fili, vade hodie operari in vinea mea. Ille autem respondens, ait : Nolo. Postea autem pœnitentia motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens ait : Eo, domine : & non ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris ? Dicunt, * novissimus. Dicit illis Jesus : Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei. Venit enim ad vos Joannes in via justitiæ, & non credidistis ei : publicani autem & meretrices crediderunt ei : vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.

CAPUT CXXIV.

Parabola de patrefamilias qui vineam suam locavit agricolis.

2. Matt. XXI. 33-46. Marc. XII. 1-12. Luc. XX, 9-19.

[2] Aliam parabolam audite : Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit servos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus. Et agricolæ apprehensis servis ejus, alium cæciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidaverunt. Iterum alios servos misit plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum, dicens : Forsitan verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se : Hic est heres ; venite, occidamus eum, & habebimus hereditatem ejus. Et apprehensum eum, projecerunt eum extra vineam, & occiderunt. Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet colonis illis ? Ajunt illi : Malos male perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis Jesus : Numquam legistis in Scripturis : [a] Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli : A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris ? Ideo A dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus. Omnis qui ceciderit super lapidem istum, confringetur : super quem autem ceciderit, conteret eum. Et cum audissent principes sacerdotum & Pharisæi parabolas ejus, cognoverunt quod de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant. [3] Et respondens Jesus, dixit iterum in parabolis eis dicens : 3. Matt. XXII. 1.

CAPUT CXXV.

B *Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.*


4. Matt. XXII. 2-14. Luc. XIV. 16-24.

[4] Simile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et vocavit multos. Et hora cœnæ misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, & nolebant venire. Et cœperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei : Villam emi, & necesse habeo exire & videre illam : rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit : Juga boum emi quinque, & eo probare illa : rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit : Uxorem duxi, & ideo non possum venire. C Iterum misit alios servos, dicens : Dicite invitatis, Ecce prandium meum paravi ; tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata : venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam. Reliqui vero tenuerunt servos ejus, & contumelia affectos, occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est ; & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & civitatem illorum succendit. Tunc ait servis suis : Nuptiæ quidem paratæ sunt ; sed qui invitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, in plateas, & vicos, & civitates ; & D quoscumque inveneritis, pauperes ac debiles, & cæcos, & claudos, vocate ad nuptias. Et ait servus : Factum est domine, ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus servo, Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico autem vobis : quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabunt cœnam meam. Et egressi servi ejus in vias, congregaverunt omnes quotquot invenerunt malos & bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intravit autem rex, ut videret discumbentes : & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi : Amice, E quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem ? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris : Ligatis pedibus ejus & manibus, mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

[a] Psal. CXVII. 22. 23.

A

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.



CAPUT CXXVI.

Pharisæi mittunt ad Jesum dolo interrogantes: si licet tributum reddere Cæsari.

1. Matt. XXII. 15-22. Marc. XII. 13-17. Luc. XX. 20-26.

1 Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt, ut caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis: Quid tibi videtur? Licet censum dare Cæsari, an non? Cognita autem Jesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc & suprascriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

CAPUT CXXVII.

De Sadducæis, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogant de septem fratribus qui unam uxorem habuerant.

2. Matt. XXII. 23-33. Marc. XII. 18-27. Luc. XX. 27-39.

2 In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogaverunt eum, dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens filios, ut ducat ejus frater uxorem illius, & suscitet semen fratri suo. Erant autem apud nos septem fratres: & primus, uxore ducta, defunctus est; & non habens semen, reliquit uxorem suam fratri suo. Similiter secundus mortuus est sine filio: & tertius accepit eam: & omnes septem; & non reliquerunt semen. Novissime autem omnium, & mulier defuncta est. In resurrectione autem, cujus eorum erit uxor? Omnes enim habuerunt eam. Et ait illis Jesus: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. Filii sæculi hujus nubunt, & traduntur ad nuptias: illi autem qui digni (α) habentur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent neque ducent uxores: neque enim ultra mori poterunt, sed sunt sicut Angeli Dei in cælo: & filii sunt Dei, cum sint filii resurrectionis. Quia vero resurgant mortui, non legistis in libro Moysi, supra rubum, quia dictum est a Deo, quomodo dixerit illi Deus: [a] Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed vivorum: omnes enim vivunt ei. Vos ergo multum erratis. Et audientes turbæ, mirabantur de doctrina ejus. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt: Magister, bene dixisti.

CAPUT CXXVIII.

Scriba interrogabat Jesum: quod mandatum maximum esset in lege?

3. Matt. XXII. 34-40. Marc. XII. 28-34. Luc. X. 25-37.

3 Pharisæi autem audientes, quia silentium imposuisset Sadducæis, convenerunt in unum. Et accessit unus de Scribis, legis doctor, tentans eum & dicens: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Jesus: Primum omnium mandatum est: [b] Audi Israel, (β) Deus omnium nostrum, Deus unus est: &, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est primum & maximum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Et ait illi Scriba: Bene, Magister, in veritate dixisti, quia unus est, & non est alius præter eum: & ut diligatur ex toto corde, ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tamquam se ipsum, majus est omnibus holocautomatibus & sacrificiis. Jesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi: Recte respondisti: Hoc fac, & vives. Ille autem volens justificare se ipsum, dixit ad Jesum: Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Jesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam spoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt, semivivo relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via; & viso illo, præterivit. Similiter & Levita cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam transiens, venit secus eum, & videns eum, misericordia motus est. Et appropians alligavit eum, infundens in vulnera ejus vinum & oleum. Et imponens illum in jumentum suum, duxit in stabulum, & curam ejus egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Jesus: Vade, & tu fac similiter.

CAPUT CXXIX.

Docente Jesu in templo, miserunt Pharisæi eum comprehendere.

4. Luc. XIX. 47. 48.

4 Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & principes plebis, quærebant illum perdere: & non inveniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.


5. Joan. VII. 32-52.

5 Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo, hæc. Et miserunt principes &

a Exod. III. 6. b Deut. VI. 4.

α *Digni habentur*] Vulg. Luc. xx. 35. *digni habebuntur*. Gr. καταξιωθέντες, *digni habiti*.

β *Deus omnium nostrum*] Unde hanc lectionem hauserit sive Ammonius, sive interpres, quis me doceat? Gr. Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν. Vulg. *Dominus Deus tuus*. Sed ex nostris libris meliores, inquit Luc. Brug. consentanee Græco & Syriaco, nec non legi ipsi Hebraicæ, scribunt: *Dominus Deus noster*.



Pharisæi ministros, ut apprehenderent illum. A Dixit ergo (eis) Jesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum qui misit me. Quæretis me & non invenietis: & ubi sum ego, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Judæi ad semet ipsos: Quo hic iturus est, quia non inveniemus eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit: Quæretis me, & non invenietis; & ubi sum ego, vos non potestis venire? In novissimo autem die magno festivitatis, stabat Jesus, & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit Scriptura [a], flumina de ventre ejus fluent aquæ B vivæ. Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba, cum audissent hos sermones ejus, dicebant: Hic (est vere Propheta. Alii dicebant: Hic est) Christus. Quidam autem dicebant: Numquid a Galilæa Christus venit? Nonne Scriptura dicit [b], quia ex semine David, & de Bethleem castello ubi erat David, venit Christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. (Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus.) Venerunt ergo ministri ad pontifices & C Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Responderunt ergo eis Pharisæi: Numquid & vos seducti estis? Numquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non novit legem, maledicti sunt. Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis: Numquid lex nostra [c] judicat hominem, nisi audierit prius ab ipso, & cognoverit quid faciat? Responderunt & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? Scrutare (α), & vide, quia Propheta a Galilæa non surgit.

CAPUT CXXX.

Interrogabat Pharisæos Jesus, cujus filius est Christus.

1. MATT. XXII. 41-46. LUC. XX. 40-44.

[1] Congregatis autem Pharisæis interrogavit eos Jesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo, cujus filius est? Dicunt ei: David. Ait illis: Quomodo (ergo) David in libro Psalmorum vocat eum Dominum, dicens: [d] Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo David in E spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

CAPUT CXXXI.

Jesus docet: Ego sum lux mundi.

2. JOAN. VIII. 12-19.

[2] Iterum ergo locutus est eis Jesus, dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit Jesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum: quia scio unde veni, & quo vado: vos autem B nescitis unde venio, aut quo vado. Vos secundum carnem judicatis: ego non judico quemquam. Et si judico ego, judicium meum verum est, quia solus non sum; sed ego, & qui misit me, Pater. Et in lege vestra scriptum est: [e] Quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. Dicebant ergo ei: Ubi est pater tuus? Respondit Jesus: Neque me scitis, neque Patrem meum. Si me sciretis, forsitan & Patrem
meum sciretis. [3] Ego vado, & quæretis 3. JOAN. VIII. 21-59.
me, & in peccato vestro moriemini. Quo C ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Judæi: Numquid interficiet semet ipsum, quia dicit: Quo ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Jesus: Principium qui & loquor vobis. Multum habeo de vobis loqui & judicare: sed qui misit me, verax est: & ego quæ audivi (β) a Patre meo, hæc loquor in mundo. D Et non cognoverunt, quia Patrem (γ) dicebat ejus Deum. Dixit ergo eis Jesus: Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & a me ipso facio nihil; sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. Et qui misit me, mecum est, (&) non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Jesus ad eos (δ) qui crediderunt in eum: O Judæi, si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini servivimus umquam: quomodo tu dicis: Liberi eritis? E Respondit eis Jesus: Amen, amen dico vobis: quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati. Servus autem non manet in domo in æternum. Filius manet in æternum.

a Joel. II. 28. b Mich. V. 2. c Deut. XVII. 8. XIX. 15. d Psal. CIX. 1. e Deut. XVII. 6. XIX. 15.

α *Scrutare & vide*] Et ita quidem textus hodiernus: ἐρεύνησον καὶ ἴδε. Vulg. *Scrutare scripturas*, consentientibus aliquot codd. Gr. Reg. Cant. al. — Multi tamen boni libri omittunt *scripturas* juxta Gr. & Syr. LUC. BRUG.

β *A Patre meo*] Hæc explicationis caussa expressisse potuit interpres. Nam Gr. παρ' αὐτοῦ. Sic etiam Vulg. *ab eo*.


γ *Patrem dicebat ejus Deum*] Eadem lectio cum Vulg. ubi tamen legimus *Patrem ejus d. D.* Hinc suspicor Victorem scripsisse *Patrem dicebat eis Deum*: juxta Græc. τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. Quem in locum plura erudite observat Lucas Brug. tum in Comment. tom. II. p. 1052. 1087. tum in Notationibus prolixioribus p. 385.

δ *Ad eos qui crediderunt in eum: O Judæi*] Hanc lectionem exscriptoris vitio vertendam existimarim: inde fortasse ortam, quod nonnulli codd. habeant *ex Judæis*. Sed *Judæos* legendum cum interprete Vulgato, textus litteræ inhærente.

Si ergo Filius vos liberaverit, vere liberi A eritis. Scio quia filii Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud Patrem, loquor: & vos quod vidistis apud patrem vestrum, facitis. Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Jesus: Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi a Patre meo: hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: unum Patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Jesus: Si Deus Pater vester B esset, diligeretis utique me: ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim a me ipso veni, sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater ejus. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si (α) veritatem dico, quare vos non creditis mihi? Qui est ex Deo, Dei C verba audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Jesus: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat & judicet. Amen (β) dico vobis: Si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo ei Judæi: Nunc cognovimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & Prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in D æternum. Numquid tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Prophetæ mortui sunt? Quem te ipsum facis? Respondit Jesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est. Et non cognovistis eum: ego autem novi eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem ejus servo. Abraham pater vester exsultavit, ut videret diem meum: & (γ) vidit, & gavisus est. Dixerunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Jesus: Amen, E amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum: Jesus autem abscondit se, & exivit de templo.

CAPUT CXXXII.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.



Jesus faciens lutum de sputo, & ponens super oculos cæci nati, curavit eum.

1 Et præteriens vidit hominem cæcum a nativitate. Et interrogaverunt eum discipuli ejus: Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur? Respondit Jesus: Neque hic peccavit, neque parentes ejus; sed ut manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera ejus qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos ejus, & dixit ei: Vade, & lava in natatoria Siloe, quod interpretatur, Missus. Abiit ergo & lavit, & venit videns. Itaque & vicini & (δ) qui videbant eum prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alii dicebant, quia hic est. Alii autem, nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat, quia ego sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit: Ille homo qui dicitur Jesus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, & lava. Et abii, & lavi, & video. Dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio. Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum quando lutum fecit Jesus, & aperuit oculos ejus. Iterum autem interrogabant eum Pharisæi, quomodo vidisset? Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos, & lavi, & video. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Alii (ε) dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat in eis. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia Propheta est. Non crediderunt ergo Judæi de illo quia cæcus fuisset, * donec vocaverunt parentes ejus qui viderat. Et interrogaverunt eos dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo * ergo nunc videat, nescimus: aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet: ipse de se loquatur. Hæc dixerunt parentes ejus, quia timebant Judæos. Jam enim conspiraverunt Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes ejus dixerunt: Quia ætatem habet: ipsum interrogate. Vocaverunt ergo rursum hominem qui erat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. Nos scimus, quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille: Si peccator est, nescio: unum scio, quia cæcus cum essem, modo video. Dixerunt ergo

1. Joan. IX. 1-34.

α *Si veritatem dico*] Gr. εἰ δὲ ἀλήθειαν λέγω. Vulg. *vobis* addit; & subsequens *vos* omittit.


β *Amen dico vobis*] Excidit fortasse alterum *amen* quod exhibent Gr. & Vulg.

γ *Et vidit & gavisus est*] Textum expressit, καὶ εἶδε καὶ ἐχάρη. — Manuscripta nostra antiqua, & non pauci alii Latini libri, præponunt & conjunctionem, etiam ipsi vocabulo *vidit*: quemadmodum Græca & Syra. Luc. Brug.

δ *Qui videbant*] Οἱ θεωροῦντες. Lectionem Vulg. *viderant*, inquit Lucas Brugensis, multi boni libri, nominatim unus D. Donatiani, unus Clarimarisci, tres S. Audomari, mutant cum *videbant*: quod Græcæ lectioni proprius respondet. Paullo post editi: *similis est ejus*.

ε *Alii dicebant*] Manuscripta nostra, Græco conformiter, omittunt conjunctionem *autem*, quam alii libri addunt cum Syro. Luc. Brug. — Mox, *schisma erat in ipsis*, interprete Græcis ἐν αὐτοῖς presse inhærente.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? Numquid & vos vultis discipuli ejus fieri? Maledixerunt * ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos autem discipuli Moysi sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit oculos meos. Scimus autem, quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit. A sæculo non est auditum, quia aperuit quis oculos cæci nati. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quidquam. Responderunt, & dixerunt ei: In (α) peccato natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.

CAPUT CXXXIII.

Jesus agnitus est eidem cæco. Et contendit multa cum Judæis.

1. JOAN. IX. 35-41. [1] Audivit Jesus, quia ejecerunt eum foras; & cum invenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei? Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum? Et dixit ei Jesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est. * Ille ait: Credo Domine. Et procidens adoravit eum. (β) Dixit ei Jesus: In judicium ego in hunc mundum veni; ut qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Et audierunt ex Pharisæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus? Dixit eis Jesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc vero * quia dicitis, Videmus, peccatum vestrum manet.

2. JOAN. X. 1-21. [2] Amen * dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde; ille fur est & latro: qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Huic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt: & proprias oves vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non novere vocem alienorum. Hoc proverbium dixit illis Jesus. Illi autem non cognovere quid loqueretur eis. Dixit ergo * iterum Jesus: Amen * dico vobis, quia ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones, * sed non audierunt eos oves. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, (salvabitur): & ingredietur & egredietur, & pascua inveniet. Fur non venit, nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant (, & abundantius habeant). Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus *. Mercenarius, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ovibus A meis. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet unum ovile, & unus pastor. Propterea me Pater diligit: quia ego pono animam meam (, ut iterum sumam eam). Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso. * Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi a Patre meo. Dissensio iterum facta est inter Judæos propter hos sermones. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis? Alii dicebant: Verba hæc non sunt dæmonium habentis: numquid dæmonium potest cæcorum B oculos aperire?

CAPUT CXXXIV.

Interrogatur Jesus a Judæis: Si tu es Christus, dic nobis manifeste.


3. JOAN. X. 22-42. [3] Facta sunt autem encænia in Hierosolymis: & hiems erat. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Respondit eis Jesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera quæ ego facio in C nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me. Ego vitam æternam do eis, & non peribuut in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, majus omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. Ego & Pater unum sumus. Sustulerunt * lapides Judæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Jesus: Multa opera bona ostendi vobis ex Patre meo, propter quod opus eorum me lapidatis? Responderunt ei Judæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia; & D quia homo tu cum sis, facis te ipsum Deum. Respondit eis Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra: quia [a] Ego dixi, dii estis? Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi Scriptura: Quem Pater sanctificavit, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum? Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio; & si non vultis mihi credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis, quia in me est Pater, & ego in Patre. Quærebant ergo eum * comprehendere, & exivit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Jordanem, in eum locum ubi erat Joannes bapti- E zans primum: & mansit illic. Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum. Omnia autem quæcumque dixit Joannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

a Psal. LXXXI. 6.

α *In peccato*] Vulg. *in peccatis*, concinens Græcis ἐν ἁμαρτίαις.

β *Dixit ei Jesus*] Vulg. *Et dixit Jesus*. Neque aliter Gr. — Reliquas deinceps lectionum varietates adnotare omittimus, hoc uno signo * eas indicasse contenti.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



CAPUT CXXXV.

Jesus resuscitat Lazarum a mortuis: & principes concilium faciunt, ut interficerent eum.

1. JOAN. XI. 1-56. [1] Erat autem quidam languens, Lazarus a Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororis ejus. Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores ejus ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Jesus, dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eum. Diligebat autem Jesus Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum. Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde, post hæc dicit discipulis suis: Eamus in Judæam iterum. Dicunt ei discipuli: Rabbi, * in Judæam? Nunc quærebant te lapidare Judæi, & iterum vadis illuc? Respondit Jesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujus mundi videt: si autem ambulaverit in nocte, offendit, quia non est lux in eo. Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado, ut a somno suscitem eum. Dixerunt ergo discipuli ejus: Domine, si dormit, salvus erit. Dixerat autem Jesus de morte ejus. Illi autem putaverunt, quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos, ut credatis, quia non eram ibi: sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus & nos, & moriamur cum eo. Venit itaque Jesus, & invenit eum jam quatuor dies in monumento * manentem. Erat autem Bethania juxta Hierosolymam, quasi stadiis quindecim. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo. Martha autem ut audivit quia Jesus venit, occurrit ei: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Jesum: Domine, si heic fuisses, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia quæcumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus. Dicit * ergo Martha: Scio quia resurget in resurrectione, in novissimo die. Dicit (ei) Jesus: Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet. Et omnis qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: Utique Domine: ego credidi quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti. Et quum hæc dixisset, abiit, & vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te. Illa ut audivit, surgit cito, & venit ad eum. Nondum enim venerat Jesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha. Judæi ergo qui erant cum illa in domo, & consolabantur eam, quum vidissent Mariam, quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi. Maria ergo quum venisset ubi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dixit ei: Domine, si fuisses heic, non esset mortuus frater meus. Jesus ergo ut vidit eam plorantem, & Judæos qui cum ea venerant A plorantes, * fremuit spiritu, & turbavit se ipsum, & dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide. Et lacrymatus est Jesus. Dixerunt ergo Judæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem dixerunt ex ipsis: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci *, facere ut hic non moreretur? Jesus ergo rursum fremens in semet ipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca: & lapis superpositus * ei. Ait Jesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror ejus qui mortuus fuerat: Domine, jam fœtet, quatriduanus enim est. Dicit ei Jesus: Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. B Jesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater, tibi gratias ago, quoniam audisti me. Ego autem sciebam, quia semper me audis; sed propter populum qui circumstat, dixi: ut credant quia tu me misisti. Hæc quum dixisset, voce magna clamavit: Lazare, veni foras. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis: & facies illius sudario erat ligata. Dicit Jesus illis: Solvite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Judæis qui venerant ad Mariam *, & viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Jesus. Collegerunt ergo pontifices & C Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent locum nostrum & gentem. Unus autem ex ipsis, Caiphas nomine, quum esset pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit * nobis, ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semet ipso non dixit: sed quum esset pontifex anni illius, prophetavit, quia Jesus moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed ut & filios Dei qui erant dispersi, congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitaverunt, ut inter- D ficerent eum. Jesus ergo jam non palam ambulabat apud Judæos, sed (abiit) in regionem juxta desertum, in civitatem quæ dicitur Ephrem; & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat Pascha Judæorum: & ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent se ipsos. Quærebant ergo Jesum, & colloquebantur ad invicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederunt ergo pontifices & Pharisæi mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

CAPUT CXXXVI.

E *Non receptus Jesus in civitate Samaritana: Joannes & Jacobus dicunt ad eum:* Si vis, dicimus, ut descendat ignis de cælo.

[1] Factum est autem dum complerentur dies assumtionis ejus, & ipse faciem suam firmavit, ut iret Hierusalem. Et misit * nuntium ante conspectum suum. Et euntes intraverunt in civitatem Samaritanorum, ut pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies ejus erat euntis Hierusalem. Quum vidissent autem discipuli ejus, Jacobus & Joannes, dixerunt: Domine, vis dicimus ut ignis descendat de cælo, & consumat illos? Et conversus increpavit illos, dicens: Nescitis cujus spiritus estis. Filius homi- 1. LUC. IX. 51-56.

nis non venit animas perdere, sed salvare. Et A abierunt in aliud castellum.

CAPUT CXXXVII.

Jesus venit in Bethaniam: & multi Judæorum euntes, propter Lazarum crediderunt in eum.

1. JOAN. XII. 1. 9. 19. 10. 11. 2. MATT. XXVI. 6. [1] Jesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus quem suscitavit Jesus. Et cum esset in domo Simonis leprosi, cognovit turba multa ex Judæis, quia illic est: & venerunt non propter Jesum tantum, sed ut Lazarum viderent, quem suscita- B vit a mortuis. Pharisæi ergo dixerunt ad semet ipsos: Videtis, quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Cogitaverunt autem principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent; quia multi propter illum abibant ex Judæis, & * crediderunt in Jesum. Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat: Lazarus vero erat unus ex discumbentibus cum eo.

CAPUT CXXXVIII.

Maria fudit alabastrum unguenti in capite Jesu. Et Jesus increpat Pharisæum. C

2. JOAN. XII. 3-8. MARC. XIV. 3-9. MATT. XXVI. 6-13. [2] Maria ergo habens alabastrum unguenti nardi spicati pretiosi, fracto alabastro, effudit super caput ejus recumbentis, & unxit pedes ejus, & extersit capillis suis: & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis ejus Judas * Scariotis, qui erat traditurus eum: Quare unguentum hoc non væniit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat. Erant autem quidam indigne ferentes intra semet ipsos, & dicentes: Ut quid perditio hæc unguenti facta D est? Sciens autem Jesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? Opus bonum operata est in me. Nam semper pauperes * habebitis vobiscum; & quum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper * habebitis. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis: Ubicumque prædicatum fuerit Evangelium hoc in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.

3. LUC. VII. 39. 50. [3] Videns autem Pharisæus qui vocaverat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis * esset mulier quæ tangit eum; quia peccatrix est. Et respondens Jesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille E ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, * alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus * diliget? Respondens Simon dixit: Æstimo quia is cui plus donavit. At ille dixit ei: Recte judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit: * Simon, vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo * intravi, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: * Remittentur ei peccata multa, quia dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Dimittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace. [4] Et his dictis abiit, ascendens Hierusalem. 4. LUC. XIX. 28.

CAPUT CXXXIX.

Hierosolymis Græci videre volunt Jesum.


5. JOAN. XII. 20-36. [5] Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant, ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat a Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Jesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & Philippus * dicunt Jesu. Jesus autem respondit eis, dicens: Venit hora ut * glorificetur Filius hominis. Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Et ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificavi, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audiebat, dicebat, * tonitrum factum esse. Alii dicebant: Angelus ei locutus est. Respondit Jesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc judicium est mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audivimus ex lege, [a] quia Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filium hominis? Dixit ergo eis Jesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebræ vos comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.

CAPUT CXL.

Pharisæi interrogant Jesum, quando venit regnum Dei.

6. LUC. XVII. 20-21. XXI. 37-38. [6] Interrogatus autem a Pharisæis, quando venit regnum Dei, respondit eis, & dixit: Non venit regnum Dei cum observatione; neque dicent: Ecce heic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Erat autem diebus docens in templo: noctibus vero exibat & morabatur in monte Oliveti. Et omnis populus * ventitabat ad eum in templo, audire eum.

a Psal. CIX. 4. CXVI. 2. Isa. XL. 8. Ezech. XXXVII. 25.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

CAPUT CXLI.

Jesus loquitur ad turbas & discipulos, de Scribis & Pharisæis: & eorum væ.

1. MATT. XXIII. 1-36. [1] Tunc Jesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, servate & facite; secundum autem opera eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt. [2] Alligant autem
2. LUC. XI. 46. onera gravia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo * non possunt ea movere. Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus: dilatant enim phylacteria sua, & magnificant fimbrias:
3. MARC. XII. 37. 38. [3] & volunt ambulare in stolis. Amant enim primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. (Et omnis populus libenter audiebat eum.) Vos autem nolite vocari Rabbi: unus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis super terram: unus est enim Pater vester, qui in cælis est. Nec vocemini magistri, quia Magister vester, unus est Christus. Qui major est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltaverit, humiliabitur: & qui se humiliaverit, exaltabitur. [4] Væ vobis
4. LUC. XI. 43. XX. 46. Pharisæi, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ legisperiti, quia tulistis clavem scientiæ, & clauditis regnum cælorum ante homines: vos autem non intratis, nec introeuntes sinitis intrare. [5] Væ vobis
5. MARC. XII. 39. LUC. XX. 47. Pharisæi hypocritæ, qui devoratis domos viduarum, sub obtentu prolixæ orationis: accipietis majorem damnationem. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque juraverit per templum, nihil est: qui autem juraverit in auro templi, debet. Stulti & cæci, quid enim majus est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicumque juraverit in altari, nihil est: quicumque autem juraverit in dono quod est super illud, debet. Cæci, quid enim majus est, donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo jurat in altari, jurat in eo, & in omnibus quæ super illud sunt. Et qui juraverit in templo, jurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui jurat in cælo, jurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. [6] Væ vobis
6. LUC. XI. 42. Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui decimatis mentham & anethum & cyminum & rutam & omne olus, & reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium & misericordiam, & fidem & caritatem Dei: hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem deglutientes. [7] Væ vobis Scribæ
7. LUC. XI. 39. 51. & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod deforis est calicis & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, ut fiat & id quod deforis est, mundum. Væ vobis, quia estis ut monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes supra ea nesciunt. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulcris dealbatis, quæ a foris apparent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Sic & vos a foris * apparetis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Respondens quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens, etiam nobis contumeliam facis. At ille ait: Et vobis legisperitis væ: qui oneratis homines oneribus quæ portari non possunt, & ipsi uno digito vestro non tangitis sarcinas. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia ædificatis sepulcra Prophetarum, & ornatis monumenta justorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socii eorum in sanguine Prophetarum. Itaque testimonio estis vobismet ipsis, quia filii estis eorum qui Prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis a judicio gehennæ? Propterea & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & sapientes, & Scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de civitate in civitatem: ut veniat super vos omnis sanguis justus qui effusus est super terram, a sanguine Abel justi, usque ad sanguinem Zachariæ filii Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam.

CAPUT CXLII.

Jesus lamentatur super Hierusalem.

[8] Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui * mittuntur ad te, 8. MATT. XXIII. 37-39. LUC. XIII. 34. 35.
quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos * sub alis suis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.


CAPUT CXLIII.

Multi ex principibus crediderunt in eum: & non confitebantur, ne de synagoga ejicerentur.

[9] Verumtamen ex principibus multi crediderunt in eum; sed propter Pharisæos non confitebantur, ut de synagoga non ejicerentur. 9. JOAN. XII. 42-50.
Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. Jesus autem clamavit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non judico eum: non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui judicet eum. Sermo quem locutus sum, ille judicabit eum in novissimo die: quia ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, * aut quid loquar. Et scio quia mandatum ejus vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor. [10] Hæc locutus 10. JOAN. XII. 36-43.
est eis Jesus, & abiit, & abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

credebant in eum, ut sermo Isaiæ Prophetæ A impleretur, quem dixit: [a] Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est? Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus, & locutus est de eo.



CAPUT CXLIV.

Ostendunt discipuli Jesu structuram templi.

1. MATT. XXIV. 1. 2. MARC. XIII. 1. 2. LUC. XXI. 5. 6.

[1] Et cum egrederetur Jesus de templo, accesserunt discipuli ejus, ut ostenderent ei ædificationem templi, dicentes: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respondens Jesus, ait: Videtis has omnes ædificationes? Amen dico vobis: venient dies in quibus non relinquetur heic lapis supra lapidem, qui non destruatur.

CAPUT CXLV.

Sedente Jesu in Monte Oliveti interrogant eum discipuli: Quod signum erit adventus tui? *vel eorum quæ dixisti? Et prædicat de eversione Hierusalem & signis & prodigiis.*

2. MATT. XXIV. 3. 31. MARC. XIII. 3-27. LUC. XXI. 7-28.

[2] Et cum sederet in monte Olivarum contra templum, accesserunt discipuli secreto, & C interrogaverunt eum, dicentes: Præceptor dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum adventus tui, cum hæc omnia incipient consummari? Et ait ad discipulos: Venient dies, quando desideretis videre unum diem Filii hominis, & non videbitis. Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent. Cum audieritis prælia & opiniones bellorum & seditiones, nolite terreri: oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum contra regnum; & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca, terroresque de cælo, & signa D magna. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra, possidebitis animas vestras. Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari, quomodo respondeatis: ego autem dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes adversarii vestri. Tunc scandalizabuntur multi, & invicem tradent, & odio habebunt invicem. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Et quoniam * abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus E erit. Et prædicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est a Daniele Propheta, stantem in loco sancto: qui legit intelligat.
3. LUC. XXI. 20-24. [3] Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia * appropinquabit desolatio ejus. Tunc qui in Judæa sunt, fugiant in montes: & qui in medio ejus, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam; quia dies ultionis hi sunt, ut impleantur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus: erit enim pressura magna supra terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladii, & captivi ducentur in omnes gentes: & Hierusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora nationum. Orate autem, ut non fiat * fuga hieme vel sabbato. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, usque modo, neque fiet. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & exspectatione, quæ supervenient universo orbi. Et nisi breviati fuissent dies illi, non B fieret salva omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi.
[4] Tunc si quis vobis dixerit: Ecce heic est Christus, ecce illic: nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem ducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret usque in Occidentem: ita erit & adventus Filii hominis. Statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum movebuntur. Et tunc parebit signum Filii hominis in cælo: & tunc plangent se omnes tribus terræ. Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli, cum virtute multa & majestate. Et tunc mittet Angelos suos cum tuba, & voce magna & congregabunt electos ejus a quatuor ventis, a summis cælorum usque ad terminos eorum. His autem fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra, quoniam * appropinquabit redemtio vestra.

4. LUC. XVII. 23. 24.

CAPUT CXLVI.

De parabola ficulneæ.

[5] Ab arbore autem fici discite parabolam: cum jam ramus ejus tener fuerit, & folia nata, & omnes arbores cum jam ex se producunt fructum, scitis quoniam prope est æstas: ita & vos cum videritis hæc omnia fieri, scitote quia prope est in januis. Amen dico vobis: quia non præteribit hæc generatio, donec omnia hæc fiant. Cælum & terra transibunt, verba vero mea non transibunt. Attendite autem vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis hujus vitæ; & veniat super vos repentina dies illa. Tamquam laqueus enim superveniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore, orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis. Nescitis enim quando tempus sit. De die autem illo & hora nemo scit: neque Filius, neque Angeli in cælo, nisi solus Pater.

5. MATT. XXIV. 32-36. MARC. XIII. 28-32. LUC. XXI. 29-35.

a Isa. LIII. 1.

CAPUT CXLVII.

Jesus diem judicii temporibus Noe & Loth assimilavit. Et de fideli & prudenti dispensatore.

1. Matt. XXIV. 37-51. Luc. XVII. 26-37. [1] Sicut autem in diebus Noe, ita erit &
adventus Filii hominis. Sicut enim erant in
diebus ante diluvium, comedentes & biben-
tes, nubentes & nuptui tradentes, usque ad
eum diem quo intravit in arcam Noe; &
non cognoverunt donec diluvium venit, &
tulit omnes: ita erit & adventus Filii homi-
nis. Similiter factum est in diebus Loth:
edebant & bibebant, emebant & vendebant,
plantabant & ædificabant: qua die autem exiit
Loth a Sodomis, pluit ignem & sulphur de
cælo, & omnes perdidit: secundum hæc erit,
2. Matt. XXIV. 16-18. Marc. XIII. 14-16. qua die Filius hominis revelabitur. [2] Tunc
qui in Judæa sunt, fugiant ad montes, &
qui in tecto est, non descendat tollere ali-
quid de domo sua: & qui in agro, non re-
vertatur tollere vestimentum suum. [3] Me-
mores estote uxoris Loth. Tunc duo erunt
3. Luc. XVII. 32-37. in agro: unus assumetur, & alter relinque-
tur. Duæ molentes in unum: una assumetur,
& altera relinquetur. Duo in lecto uno:
unus assumetur, & alter relinquetur. Re-
spondentes dicunt illi: ubi Domine? Qui di-
4. Matt. XXIV. 28. cit eis: [4] Ubicumque fuerit corpus, illic
congregabuntur & aquilæ. [5] Sicut homo qui
peregre profectus est, reliquit domum suam,
& dedit servis suis potestatem cujusque ope-
5. Marc. XIII. 34-37. ris, & janitori præcepit ut vigilet. Vigilate
ergo, (nescitis enim quando dominus do-
mus veniat, sero an media nocte, an galli
cantu, an mane:) ne cum venerit repente,
inveniat vos dormientes. Illud autem scito-
te, quoniam si sciret paterfamilias qua hora
fur veniret, vigilaret utique, & non sineret
perfodi domum suam. Ideoque & vos estote
parati, quia qua hora nescitis, Filius homi-
6. Luc. XII. 41-46. nis venturus est. [6] Ait autem ei Petrus:
Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an
ad omnes? [7] Quod autem dico vobis, omni-
7. Marc. XIII. 37. bus dico: Vigilate. Dixit autem Dominus:
Quis putas est fidelis servus & prudens dis-
pensator, quem constituit dominus supra fa-
miliam suam, ut det illis cibum in tempo-
re? Beatus ille servus, quem cum venerit
dominus ejus, invenerit sic facientem. Vere
dico vobis, quoniam super omnia bona sua
constituet eum. Si autem dixerit malus ille
servus in corde suo: Moram facit dominus
meus venire; & cœperit percutere conservos
suos, manducet autem & bibat cum ebriis:
veniet dominus servi illius in die qua non
sperat, & hora qua ignorat, & dividet
eum, partemque ejus ponet cum hypocritis
& infidelibus: illic erit fletus & stridor
dentium.

CAPUT CXLVIII.

De decem virginibus.


8. Matt. XXV. 1-13. [8] Tunc simile erit regnum cælorum de-
cem virginibus, quæ * accipiebant lampades
suas, & exierunt obviam sponso * & spon-
sæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, &
A quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acce-
ptis lampadibus non sumserunt oleum secum.
Prudentes verò acceperunt oleum in vasis
suis cum lampadibus. Moram autem faciente
sponso, dormitaverunt omnes, & dormie-
runt. Media autem nocte clamor factus est:
Ecce sponsus venit: exite obviam ei. Tunc
surrexerunt omnes virgines illæ, & ornave-
runt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus
dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia
lampades nostræ extinguuntur. Responderunt
prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat
nobis & vobis, ite potius ad vendentes, &
emite vobis. Dum autem irent emere, venit
B sponsus: & quæ paratæ erant, intraverunt
cum eo ad nuptias: & clausa est janua. No-
vissime autem veniunt & reliquæ virgines,
dicentes: Domine, Domine aperi nobis. At
ille respondens ait: Amen dico vobis, ne-
scio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem
neque horam.

CAPUT CXLIX.

De eo qui peregre proficiscens talenta servis suis distribuit.

9. Matt. XXV. 14-30. [9] Sicut enim homo peregre proficiscens,
C vocavit servos suos, & tradidit illis bona
sua. Et uni dedit quinque talenta, alii au-
tem duo, alii vero unum: unicuique secun-
dum propriam virtutem; & profectus est sta-
tim. Abiit autem qui quinque talenta acce-
perat, & operatus est in eis, & lucratus est
alia quinque. Similiter * qui duo acceperat,
lucratus est alia duo. Qui autem unum ac-
ceperat, abiens fodit in terram, & abscon-
dit pecuniam domini sui. Post multum vero
temporis venit dominus servorum illorum,
& posuit rationem cum eis. Et accedens qui
quinque talenta acceperat, obtulit alia quin-
que talenta, dicens: Domine, quinque ta-
D lenta mihi tradidisti: ecce alia quinque su-
perlucratus sum. Ait illi dominus ejus: Eu-
ge serve bone & fidelis: quia super pauca
fuisti fidelis, supra multa te constituam: in-
tra in gaudium domini tui. Accessit autem
& qui duo talenta acceperat, & ait: Do-
mine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia
duo superlucratus sum. Ait illi dominus
ejus. Euge serve bone & fidelis: quia super
pauca fuisti fidelis, supra multa te consti-
tuam: intra in gaudium domini tui. Acce-
dens autem qui unum talentum acceperat,
ait: Domine, scio quia homo durus es: me-
tis ubi non seminasti, & congregas ubi non
E sparsisti; & timens abii, & abscondi talen-
tum tuum in terra: ecce habes quod tuum
est. Respondens autem Dominus ejus, dixit
ei: Serve male & piger, sciebas quia meto
ubi non semino, & congrego ubi non spar-
si: oportuit * autem te committere pecuniam
meam nummulariis; & veniens ego recepis-
sem utique quod meum est, cum usura. Tol-
lite itaque ab eo talentum, & ei date qui 10. Marc. IV. 25. Luc. VIII. 18.
habet decem talenta. [10] Omni enim habenti
dabitur, & abundabit: ei autem qui non ha-
bet, & quod videtur habere, auferetur ab
eo. Et inutilem servum ejicite in tenebras ex-
teriores: illic erit fletus & stridor dentium.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 228.



SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

CAPUT CL.

Ut lumbi semper sint præcincti, & lucernæ ardentes.

1. LUC. XII. 35-38. [1] Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes * : & vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis : ut cum venerit, & pulsaverit, confestim aperiant ei. Beati illi servi, quos cum venerit dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit; & ita invenerit, beati * servi illi.

CAPUT CLI.

De eo qui peregre abiit accipere sibi regnum: proficiscens decem minas servis suis dedit.

2. LUC. XIX. 12. 27. [2] Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reverti. Vocatis autem decem servis suis, dedit illis decem minas. Et ait ad illos: Negotiamini dum venio. Cives autem ejus oderant illum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est * dum rediret accepto regno: & jussit vocari servos quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine, mina tua decem minas acquisivit. Et ait illi: Euge serve bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens supra decem civitates. Et alter venit, dicens: Domine mina tua fecit quinque minas. Et huic ait: Et tu esto supra quinque civitates. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mina tua quam habui repositam in sudario: * timeo enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te judico, serve nequam. Sciebas quia ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminavi: & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam; * & ego veniens, cum usuris utique exegissem illam? Et adstantibus dixit: Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem minas. Dico autem vobis: quia omni habenti dabitur *. Ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

CAPUT CLII.

Cum venerit Filius hominis in sede majestatis suæ.

3. MATT. XXV. 31-41. [3] Cum autem venerit Filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes: & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis. Et statuet oves quidem a dextris suis, hœdos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Pa-

A tris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infirmus, & visitastis me: in carcere eram, & venistis ad me. Tunc respondebunt ei justi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis B minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui a sinistris erunt: Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum: hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non operuistis me: infirmus, * & non visitastis me: & in carcere eram, & non venistis ad me. Tunc respondebunt & ipsi: Domine, quando te vidimus esurientem, & sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere: & non ministravimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam.

C

CAPUT CLIII.

Iterum consilium faciunt principes. Et Judas vadit ad eos.

[4] Et factum est: cum consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Sciatis quia post biduum pascha fiet, & Filius hominis tradetur, ut crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi, in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt, ut Jesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus D fieret in populo. Tunc abiit unus de duodecim, qui * dicitur Judas * Scariot: & locutus est ad principes sacerdotum & magistratus, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Qui audientes gavisi sunt, & constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem, ut eum traderet sine turbis. 4. MATT. XXVI. 1-5. 14-16. MARC. XIV. 1. 2. 10-11. LUC. XXII. 1-6.

CAPUT CLIV.

Jesus lavit pedes discipulorum suorum.

[5] Ante diem autem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc E mundo ad Patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis * Scariotis: sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exivit, & ad Deum vadit: surgit a cœna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteum præcinxit se: deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Jesus, & dixit ei: Quod ego 5. JOAN. XIII. 1-20.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

facio, tu nescis modo: scies autem postea. Dicit A ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit Jesus, & dixit ei: Si non lavero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes: sciebat enim quisnam esset qui traderet eum; propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum, accepit vestimenta sua; & cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me, Magister & Domine: & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes ve- B stros, Dominus & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen, amen dico vobis: Non est servus major domino suo, neque Apostolus eo major qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim, sed ut impleatur Scriptura: [a] Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis priusquam fiat: ut credatis cum factum fuerit, quia ego sum. Amen, amen dico vobis: Qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui C misit me.

CAPUT CLV.

Mittit discipulos præparare sibi Pascha. Et dicit eis: Quia unus ex vobis tradet me.

1. Matt. XXVI. 17-24. Marc. XIV. 12-21. Luc. XXII. 7. 23.

[1] Prima autem die azymorum, accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha? At Jesus dixit: Ite in civitatem ad quemdam: & introeuntibus vobis, occurret homo amphoram aquæ portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis domino domus: Magister dicit: Tempus D meum prope est; apud te facio Pascha cum discipulis meis. Et ipse demonstrabit vobis cœnaculum grande stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli ejus, & venerunt in civitatem, & invenerunt sicut dixit eis, & paraverunt Pascha. Vespere autem facto, venit, & discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit: Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei.

2. Joan. XIII. 21-32.

[2] Cum hæc dixisset: turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me. At illi cœpe- E runt contristari, & dicere singulatim: Numquid ego sum Domine. Quibus ait: Qui intingit mecum manum in catino, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Aspiciebant autem ad invicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Et quærentes inter se quis esset ex eis, qui hoc facturus esset. Erat autem recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu, quem diligebat Jesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis est de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille supra pectus Jesu, dicit ei: Domine, quis est? Cui respondit Jesus: Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem dedit Judæ Simonis * Scariotis. Et post buccellam introivit in illum satanas. Et dicit ei Jesus: Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant quia loculos habebat Judas, quia dicit ei Jesus: Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis ut aliquid daret. Respondens autem Judas qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti. Cum ergo accepisset ille bucellam, exiit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exiisset, dicit Jesus: Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus * clarificavit eum in semet ipso, & continuo clarificabit eum.

CAPUT CLVI.

Jesus tradidit discipulis sacramentum corporis & sanguinis sui. Et dicit ad Petrum: Expetivit satanas, ut vos ventilet. *Et*: Omnes hodie in me scandalizabimini.

3. Matt. XXVI. 26-35. Marc. XIV. 26-31. Luc. XXII. 14-20.

[3] Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite & comedite: hoc est corpus meum quod pro vobis datur. Et accipiens calicem, gratias egit, & benedixit, & fregit, & dedit eis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: Non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. Hoc facite in meam commemorationem.

4. Luc. XXII. 31. 32.


[4] Ait autem Dominus Simoni: Simon, * ecce satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conversus, confirma fratres tuos.

5. Joan. XIII. 33-38.

[5] Filioli, adhuc modicum tempus vobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Judæis: Quo ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit ei Jesus: Quo ego vado, non potes me modo sequi: sequeris autem postea. Tunc dicit illis Jesus: Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim: [b] Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus dixit illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego numquam scandalizabor: quia tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. Animam meam pro te ponam. Respondit ei Jesus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi, quia hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me

a Psal. XL. 10. b Zachar. XIII. 7.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt.

CAPUT CLVII.

Hortatur discipulos suos, ut non pavefiat cor eorum.

1. JOAN. XIV. 1-31.

[1] Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparavero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis. Et quo ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Jesus: Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. Si cognovissetis me, & Patrem meum utique cognovissetis: * Etiam modo cognoscetis eum, & vidistis eum. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Philippe * qui vidit me, vidit & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? Non * credis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, Spiritum veritatis; quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus jam me non videt. Vos autem videtis me, quia ego vivo, & vos vivetis. In die illo cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum. Dicit ei Judas, non ille * Scariotis: Domine quid * facturus es, quia nobis manifestaturus es te ipsum, & non mundo? Respondit Jesus, & dixit ei: Si quis diligit me, sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, non est meus, sed ejus qui misit me Patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si * diligitis me, gaudetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut quum factum fuerit, credatis. Jam non multa loquar vobiscum: venit enim princeps hujus mundi, & in me non habet quidquam: sed ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.

CAPUT CLVIII.

Dicit discipulis suis: qui quid habet, bajulet,

[2] Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat; similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico * autem vobis, quoniam adhuc * quod scriptum est, oportet impleri in me: [a] Et * quod cum injustis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii heic. At ille dixit eis: Satis est. [3] Surgite, eamus hinc. [4] Et hymno dicto, exierunt secundum consuetudinem in montem Oliveti, & secuti sunt illum discipuli.

2. LUC. XXII. 35-38.

3. JOAN. XIV. 31.

4. MATT. XXVI. 30. LUC. XXII. 39.

CAPUT CLIX.


Jesus dicit: Ego sum vitis, & vos palmites.

5. JOAN. XV. 1-27.

[5] Dicit eis: Ego sum vitis vera, & Pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum, purgabit *, ut fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso, nisi manserit in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & * ardebit. Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego præcepta Patris mei servavi, & maneo in ejus dilectione. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Jam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos; & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut

a Isa. LIII. 12.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.




quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, A det vobis. Hæc mando vobis, ut diligatis invicem. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat, diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonen meum servaverunt, & vestrum servabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de pec- B cato suo. Qui me odit, & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: [a] Quia odio habuerunt me gratis. Quum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, Spiritum veritatis qui a Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me: & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

1. JOAN. XVI. 1-33. [1] Hæc locutus sum vobis, ut non scandalizemini. Absque synagogis facient vos. Sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare C Deo. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me. Sed hæc locutus sum vobis, ut quum venerit hora, eorum reminiscamini: quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. * At nunc vado ad eum qui me misit: & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio. De peccato quidem, quia non D * credit in me: de justitia vero, quia ad Patrem vado, & jam non videbitis me: de judicio *, quia princeps hujus mundi * judicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo. Cum autem venerit Spiritus ille veritatis, docebit vos omnem veritatem. Non enim loquetur a semet ipso: sed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Modicum, & jam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me: E quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo discipuli ejus ad invicem? Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, * quia vado ad Patrem? Dicebant ergo: quid est hoc, quod dicit, Modicum? Nescimus quid loquitur. Cognovit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quod dixi: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus: cum autem * pepererit puerum, jam non meminit pressuræ, propter gaudium quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et in illo die me non rogabitis quidquam. Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Usque modo non petiistis quidquam in nomine meo. Petite & accipietis, ut gaudium vestrum plenum sit. Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora, quum jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo Patrem de vobis: ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego a Deo exivi. Exivi a Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non est opus tibi, ut quis te interroget: in hoc credimus, quia a Deo exiisti. Respondit eis Jesus: Modo creditis? Ecce venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite: ego vici mundum.

2. JOAN. XVII. 1-26. [2] Hæc locutus est Jesus, & sublevatis in cælum oculis, dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te: sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram: opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud temet ipsum, claritate quam habui priusquam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt vere quia a te exivi: & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, non pro mundo *: sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia tua sunt: & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serva eos in nomine tuo quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos * unum sumus. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodivi: & nemo ex his periit, nisi filius perditionis, ut Scriptura [b] impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semet ipsis. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus odio eos habuit: quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos a malo. De mundo non sunt, sicut

a Psal. xxiv. 19. b Psal. cviii. 8.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



& ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum, & pro eis sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro his rogo tantum, sed (&) prò eis qui crédituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: ut mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum: & cognoscat mundus quia * me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum; ut videant claritatem meam quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater juste, mundus te non cognovit: ego autem te cognovi: & hi cognoverunt, quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAPUT CLX.

Venit Jesus in Gethsemani, & orat Patrem, ut transferat calicem hunc ab eo.

1. MATT. XXVI. 36-46. MARC. XIV. 32-42. LUC. XXII. 39-46. — [1] Tunc venit Jesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani, [2] trans torrentem Cedron,

2. JOAN. XVIII. 1. 2. — ubi erat hortus in quem introivit ipse & discipuli ejus. Sciebat autem & Judas qui tradebat eum, locum; quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis. Et cum pervenisset ad locum, dixit discipulis suis: Sedete heic, & orate, ut non intretis in tentationem, donec vadam illuc, & orem. Et assumto Petro, & duobus filiis Zebedæi, Jacobo & Joanne, cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete heic, & vigilate mecum. Et ipse progressus est ab eis quantum jactus est lapidis. Et positis genibus procidit in faciem suam, & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora, dicens: Pater, si possibile est: Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt: Mi Pater, si possibile est, transfer calicem hunc a me: verumtamen non quod ego volo, sed quod tu. Et cum surrexisset ab oratione, venit ad discipulos suos, & invenit eos dormientes. Et ait illis: Quid dormitis? Sic non potuistis una hora vigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promtus est, caro autem infirma. Iterum secundo abiit, & oravit.

3. LUC. XXII. 43-45. — [3] Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Factus est in agonia, & prolixius orabat, dicens: Pater mi, si non potest calix hic transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, venit iterum ad discipulos suos, & invenit eos dormientes præ tristitia.

4. MARC. XIV. 40. — [4] Erant enim oculi eorum gravati, & ignorabant quid responderent ei. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertio eumdem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & ait illis: Dormite jam, & requiescite. Ecce appropinquavit hora: & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: Ecce appropinquavit qui me tradet.

CAPUT CLXI.

Judas venit cum turbis comprehendere Jesum.

5. MATT. XXVI. 47-56. MARC. XIV. 43-50. LUC. XXII. 47-54. — [5] Et adhuc ipso loquente, ecce Judas unus de duodecim, cum accepisset cohortem, venit, & cum eo turba multa cum laternis & facibus & armis & gladiis & fustibus, missi a principibus sacerdotum & scribis & senioribus populi. Qui autem tradidit (eum), dederat illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite caute. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: Ave Rabbi: & appropinquavit Jesu, ut oscularetur eum. Jesus autem dixit ei: Juda, osculo Filium hominis tradis? Amice ad quid venisti? Et osculatus est eum.

6. JOAN. XVIII. 4-9. — [6] Jesus itaque sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit * Jesus: Ego sum. Stabat autem & Judas qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogavit: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum. Respondit Jesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite hos abire. Ut impleretur sermo quem dixit: [a] quia quos dedisti mihi, non perdidi ex ipsis quemquam. Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt eum. Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si percutimus in gladio?

7. JOAN. XVIII. 10. 11. — [7] Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis servum, & amputavit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo, Malchus. Tunc ait Jesus Petro: Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum? Mitte gladium in vaginam. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plusquam duodecim legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? Sinite usque huc. Et cum tetigisset auriculam ejus, sanavit eum. In illa hora dixit Jesus turbis: Tamquam ad latronem exiistis cum gladiis & fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos eram, docens in templo, & non me tenuistis. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc autem totum factum est, ut implerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

8. JOAN. XVIII. 12-14. — [8] Cohors autem & tribunus, & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum: erat * autem socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui consilium dederat Judæis: Quia expedit unum hominem mori pro populo.

a Joan. XVII. 12.

A

CAPUT CLXII.

Adolescens quidam indutus sindone sequebatur Jesum.

1. Marc. XIV. 51. 52. [1] Adolescens autem quidam sequebatur eum, amictus sindone super nudo; & tenuerunt eum. At ille rejecta sindone, nudus profugit ab eis. [2] Sequebatur autem Jesum
2. Joan. XVIII. 15 - 18. Matt. XXVI. 58. 69. 70. Marc. XIV. 54. Luc. XXII. 54 - 57. Simon Petrus a longe, & alius discipulus, usque in atrium principis sacerdotum. Discipulus autem ille notus erat pontifici, & introivit cum Jesu in atrium pontificis. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Quem cum vidisset ancilla ostiaria sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Mulier, non novi illum, neque scio quid dicas. Stabant autem servi & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis Petrus stans & calefaciens se, ut videret finem.

CAPUT CLXIII.

Interrogat princeps sacerdotum Jesum de discipulis & doctrina ejus.

3. Joan. XVIII. 19 - 27. Matt. XXVI. 71 - 75. Marc. XIV. 66 - 72. Luc. XXII. 55 - 62. [3] Pontifex ergo interrogavit Jesum de discipulis suis, & de doctrina ejus. Respondit ei Jesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga & in templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, unus assistens ministrorum dedit alapam Jesu, dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Jesus: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus foris in atrio stans, & calefaciens se. Rursum autem vidit eum alia ancilla, & ait circumstantibus: Et hic erat cum Jesu Nazareno. Accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua te manifestum facit, quod sis Galilæus. Et iterum negavit cum juramento: Quia non novi hominem. Et post pusillum quasi horæ unius, dicit unus ex servis pontificis, cognatus ejus cujus abscidit Petrus auriculam: Vere & hic cum illo erat: nam Galilæus est: Nonne ego te vidi in horto cum illo? Tunc cœpit detestari & jurare, & anathematizare: Neque novi eum, neque scio quid dicis: non novi hominem istum, quem dicitis. Et statim gallus cantavit. Et conversus Dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini * quod dixerat ei: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amare.

CAPUT CLXIV.

Quærebantur falsi testes adversus Jesum.

[4] Mane autem facto, convenerunt omnes principes sacerdotum, cum senioribus plebis & scribis, concilium facientes. Quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent; & non invenerunt, cum multi falsi testes accessissent; nec inveniebant: & convenientia illorum testimonia non erant. Novissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Nos audivimus eum dicentem: Possum destruere templum Dei hoc manufactum, & post triduum aliud non manufactum ædificare. Jesus autem tacebat. Et surgens princeps sacerdotum in medium, interrogavit Jesum dicens: Nihil respondes ad ea quæ isti adversus te testificantur? Jesus autem nihil respondit.

4. Matt. XXVII. 1. XXVI. 59 - 63. Marc. XIV. 55 - 61.

CAPUT CLXV.

Princeps sacerdotum adjurat Jesum dicens: Si tu es Christus, dic nobis.

[5] Et rursum summus sacerdos ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis, si tu es Christus Filius Dei benedicti. Dicit illi Jesus: Tu dixisti. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogavero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Verumtamen dico vobis: Amodo videbitis Filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemavit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam de ore ejus. Quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem ejus: & qui tenebant eum, illudebant ei, & velaverunt faciem ejus, & colaphis cæciderunt eum. Alii autem palmas in faciem ei dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes, dicebant in eum.

5. Matt. XXVI. 63 - 68. Marc. XIV. 61 - 65. Luc. XXII. 66 - 71.


CAPUT CLXVI.

Traditur Pilato Jesus: & pœnitet Judas.

[6] Et adduxerunt eum vinctum in prætorium, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. [7] Et ipsi non introierunt in prætorium, ut non contaminarentur, sed ut manducarent Pascha. Tunc videns Judas qui eum tradidit, quod damnatus esset, ductus pœnitentia, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non eos licet mittere in corbonam, quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille * Acheldemach, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod

6. Matt. XXVII. 2 - 10. Marc. XV. 1. Luc. XXIII. 1. 7. Joan. XVIII. 28.

dictum est per Hieremiam Prophetam, di-
Sæcul. II. centem: [a] Et acceperunt triginta argenteos
circa pretium appretiati, quem appretiaverunt a
Ann. Chr. filiis Israel: & dederunt eos in agrum figu-
228. li, sicut constituit mihi Dominus.



CAPUT CLXVII.

Pilatus audit inter Judæos & Dominum: & mittit eum ad Herodem.

1. [1] Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & di-
Joan. xit: Quam accusationem affertis adversus
XVIII. hominem hunc? Responderunt & dixerunt
29. 30. ei: Si non esset hic malefactor, non tibi
2. tradidissemus eum. [2] Hunc invenimus subver-
Luc. tentem gentem nostram, & prohibentem tri-
XXIII. buta dare Cæsari, & dicentem se Christum
12. regem esse. [3] Dixit ergo Pilatus: Accipite
3. eum vos, & secundum legem vestram judi-
Joan. cate eum. Dixerunt ergo ei Judæi: Nobis
XVIII. non licet interficere quemquam. Ut sermo
31. 38. Jesu impleretur, quem dixit [b]: significans
qua morte esset moriturus. Introivit ergo
iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Je-
4. sum, & dixit ei: [4] Tu es rex Judæorum?
Matt. Et respondit Jesus: A temet ipso hoc dicis,
XXVII. 11. an alii dixerunt tibi de me? Respondit Pi-
Marc. latus: Numquid ego Judæus sum? Gens tua
XV. & pontifices * tui, tradiderunt te mihi. Quid
2. Luc. fecisti? Respondit Jesus: Regnum meum non
XXIII. est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset
3. regnum meum, ministri mei utique decerta-
rent, ut non traderer Judæis: nunc autem
regnum meum non est hinc. Dixit itaque
ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Je-
sus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in
hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum,
ut testimonium perhibeam veritati. Omnis
qui est ex veritate, audit vocem meam. Di-
cit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc
dixisset, iterum exivit ad Judæos, & ait ad
principes sacerdotum & turbas: Nullam in-
5. venio caussam, * in homine. [5] At illi in-
Luc. valescebant dicentes: Commovet populum,
XXIII. docens per universam Judæam, & incipiens
3 - 18. a Galilæa usque huc. Pilatus autem audiens
Galilæam, interrogavit si homo Galilæus es-
set. Et ut cognovit quod de Herodis pote-
state esset, remisit eum ad Herodem, qui
& ipse Hierosolymis erat illis diebus. He-
rodes autem viso Jesu, gavisus est valde.
Erat enim cupiens ex multo tempore videre
eum, eo quod audierit multa de illo, &
sperabat signum aliquod videre ab eo. In-
terrogabat autem illum multis sermonibus.
At ipse nihil illi respondebat. Stabant etiam
principes sacerdotum & scribæ, constanter
accusantes eum. Sprevit autem illum Hero-
des cum exercitu suo, & illusit indutum ve-
ste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti
sunt amici Herodes & Pilatus in die illa:
nam antea inimici erant ad invicem. Pila-
tus autem convocatis principibus sacerdotum
& magistratibus & plebe, exivit ad eos fo-
ras, & dixit eis: Obtulistis mihi hunc ho-
minem, quasi avertentem * hunc populum.
Ecce adduco eum foras, ut cognoscatis,
quia in eo nullam caussam invenio, ex his
in quibus eum accusatis. Sed neque Hero-

A des; nam remisi vos ad illum: & ecce ni-
hil dignum morte * actum. Emendatum er-
go illum dimittam. Exclamavit autem uni-
versa turba, dicens: Tolle hunc, crucifige,
crucifige. [6] Dicit eis Pilatus: Accipite eum 6.
vos, & crucifigite. Ego enim non invenio Joan. XIX.
caussam in eo. Responderunt ei Judæi: Nos 6 - 15.
legem habemus, & secundum legem debet
mori, quia Filium Dei se fecit. Cum ergo
audisset Pilatus hunc sermonem, magis ti-
muit. Et ingressus est prætorium iterum, &
dicit ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem
responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pila-
tus: Mihi non loqueris? Nescis quia pote-
B statem habeo crucifigere te, & potestatem
habeo dimittere te? Respondit Jesus: Non
haberes potestatem adversum me ullam, nisi
tibi datum esset desuper. Propterea qui tra-
didit me tibi, majus peccatum habet. Et
exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Ju-
dæi autem clamabant, dicentes: Si hunc di-
mittis, non es amicus Cæsaris: omnis * qui se
regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus er-
go cum audisset hos sermones, adduxit foras
Jesum, & sedit pro tribunali, in loco qui
dicitur Lithostrotos, Hebraice autem, Gab-
batha. Erat autem parasceve paschæ, hora
quasi sexta. Et dicit Judæis: Ecce rex ve-
C ster. Illi autem clamabant: Tolle, tolle,
crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem ve-
strum crucifigam? Responderunt pontifices:
Non habemus regem, nisi Cæsarem. [7] Et ac- 7. Matt.
cusabant eum summi sacerdotes in multis. Jesus XXVII.
autem nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: 12 - 18.
Non audis quanta adversum te dicunt testimo- Marc.
nia? Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut XV.
miraretur præses vehementer. Per diem autem 3 - 10.
festum consueverat præses dimittere populo unum
ex vinctis, quemcumque petissent. Habebat
autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur
Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus:
[8] Est consuetudo vobis ut unum dimittam * in 8. Joan.
D Pascha. Quem ergo vultis dimittam vobis? Ba- XVIII.
rabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? Scie- 39.
bat enim quod per invidiam tradidissent eum.

CAPUT CLXVIII.

Uxor Pilati misit ad eum dicens: Nihil tibi & justo illi.

[9] Sedente autem illo pro tribunali, misit ad 9. Matt.
illum uxor ejus, dicens: Nihil tibi & justo XXVII.
illi: multa enim passa sum hodie per visum 19 - 25.
propter eum. Principes autem sacerdotum & Marc.
seniores persuaserunt populis ut peterent Barab- XV. 11 - 14.
E bam, Jesum vero perderent. Respondens au- Luc.
tem præses, ait illis: Quem vultis vobis de XXIII.
duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbam. 17 - 23.
[10] Erat autem Barabbas latro. Qui erat, propter 10.
seditionem quamdam factam in civitate & ho- Joan.
micidium, vinctus in carcere. Dicit illis Pila- XVIII.
tus: Quid ergo faciam de Jesu, qui dicitur 40.
Christus? Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis
præses: Quid enim mali fecit? At illi magis
clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns au-
tem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis
tumultus fieret, accepta aqua, lavit manus co-
ram populo, dicens: Innocens ego sum a san-
guine hujus: vos videritis. Et respondens uni-

a Zach. xi. 12. b Matth. xx. 19.

versus populus, dixit: Sanguis (ejus) super nos, & super filios nostros.

CAPUT CLXIX.

Pilatus dimisit Barabbam, & tradidit Jesum ad crucifigendum.

1. Matt. XXVII. 26-32. Marc. XV. 15-21. Luc. XXIII. 24-31. Joan. XIX. 1-3. 17.

[1] Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellis cæsum tradidit eis ut crucifigeretur. Et milites præsidis suscipientes Jesum in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem. Et exuentes eum, * induunt eum tunicam purpuream, & chlamydem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, B posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Ave rex Judæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem & purpuram, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum, ut crucifigerent bajulantem sibi crucem. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum venientem de villa, nomine Simonem, patrem Alexandri & Rufi. Hunc angariaverunt crucem portare post Jesum. Sequebatur autem illum turba multa populi, & mulierum quæ plangebant, & lamentabantur eum. Con- C versus autem ad illas Jesus, dixit: Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles & ventres qui non genuerunt, & ubera quæ non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos; & collibus: Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

CAPUT CLXX.

Duo latrones cum Christo ad crucifigendum ducuntur. Et Jesus in Cruce matrem Joan- D ni & Joannem matri commendat. Aceto potatus, consummatis omnibus, emittit spiritum.

2. Luc. XXIII. 32-34.

[2] Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur. [3] Et postquam venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est interpretatum, Calvariæ locus, ibi crucifixerunt eum. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. Jesus autem dicebat: Pater, dimitte illis; non enim sciunt quid faciunt. [4] Postquam autem crucifixerunt eum, acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes, E unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad invicem: Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cujus sit. Ut scriptura impleretur, dicens: [a] Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Et sedentes servabant eum. Scripsit autem & titulum Pilatus caussæ ejus, & imposuit super caput ejus: Hic est Jesus Nazarenus Rex Judæorum. Hunc ergo titulum

3. Matt. XXVII. 33-37. Marc. XV. 22-26.

4. Joan. XIX. 19-24.

A multi legerunt Judæorum: quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat scriptum Hebraice, Græce & Latine. Dicebant ergo Pilato pontifices Judæorum: Noli scribere, Rex Judæorum: sed, quia ipse dixit: Rex sum Judæorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi. [5] Tunc crucifixerunt cum eo duos latrones, unum a dexteris, & alterum a sinistris ejus. Prætereuntes autem blasphemabant eum, moventes capita sua, & dicentes: Vah! qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salva temet ipsum: si Filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dicebant: Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus ei. Confidit in Deo: liberet nunc eum, si vult: dixit enim: Quia Filius Dei sum. Idipsum autem unus de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, salvum fac temet ipsum & nos. Respondens autem alter, increpabat illum dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es? Et nos quidem juste: nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Jesum: Domine, memento mei, dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. [6] Stabant autem juxta crucem Jesu, mater ejus, & soror matris ejus Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Jesus matrem, & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora, accepit eam discipulus in sua. [7] A sexta autem hora, tenebræ factæ sunt super universam terram, usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens: [b] Eli, Eli, lama sabacthani! Quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti! Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant: Eliam vocat iste. [8] Postea sciens Jesus quia jam omnia consummata sunt, ut consummaretur Scriptura [c], dicit: Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum. Et continuo currens unus ex eis, acceptam spongiam implevit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cum ergo accepisset * acetum, dixit: Consummatum est. Ceteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. Jesus autem iterum clamans voce magna, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et inclinato capite, emisit spiritum. [9] Et ecce velum templi scissum est in duas partes, a summo usque deorsum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexere. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis. Centurio autem, & qui cum illo erant, custodientes Jesum, viso terræ motu & his qui fiebant, timuere valde, glorificantes Deum, & dicentes: Hic homo justus, vere Filius Dei erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & ...

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

5. Matt. XXVII. 38-44. Marc. XV. 27-32. Luc. XXIII. 35-43.

6. Joan. XIX. 25-27.


7. Matt. XXVII. 45-50. Marc. XV. 33-37. Luc. XXIII. 44. 46.

8. Joan. XIX. 28-30.

9. Matt. XXVII. 51-54. Marc. XV. 38. 39. Luc. XXIII. 47. 48.

[a] Psalm. XXI. 19. [b] Psal. XXI. 2. [c] Psalm. LXVIII. 22.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



1. MATT. XXVII. 55. 56. MARC. XV. 40. 41. LUC. XXIII. 49.

2. JOAN. XIX. 31-36.

debant quæ fiebant, percutientes pectora sua revertebantur. [1] Stabant autem omnes noti ejus a longe, & mulieres multæ quæ simul cum eo ascenderant a Galilæa Hierosolymam. Inter quas erant Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris, & Joseph mater & Salome mater filiorum Zebedæi (quæ, cum esset in Galilæa, sequebantur eum) hæc videntes. [2] Judæi ergo quoniam Parasceue erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato, (erat enim magnus dies ille sabbati) rogaverunt Pilatum ut frangerentur crura eorum, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui cum eo crucifixus est. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit: & continuo exivit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus. Et ille scit, quia vera dicit, & ut vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: [a] Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit; [b] Videbunt in quem transfixerunt.

CAPUT CLXXI.

Joseph petit corpus Jesu a Pilato, & sepelit una cum Nicodemo.

3. MATT. XXVII. 57-61. MARC. XV. 42-47. LUC. XXIII. 50-56. JOAN. XIX. 38-42.

[3] Cum sero factum esset, venit quidam homo dives, nobilis decurio, ab Arimathæa civitate Judææ, nomine Joseph, vir bonus & justus, qui & ipse occultus erat discipulus Jesu propter metum Judæorum, qui exspectabat & ipse regnum Dei. Hic non consenserat consilio & actibus eorum. Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Jesu. Pilatus autem mirabatur, si jam obiisset: & accersito Centurione interrogavit eum, si jam mortuus esset. Et cum cognovisset *, jussit reddi corpus. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Jesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Jesu, & ligaverunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et posuit illud Joseph, & advolvit saxum ad ostium monumenti, & abiit. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulcrum. Viderunt quemadmodum positum erat corpus ejus. Et revertentes paraverunt aromata & unguenta, ut venientes ungerent eum. Et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

CAPUT CLXXII.

Judæi signant monumentum.

4. MATT. XXVII. 62-66.

[4] Altera autem die quæ est post Parasceven, convenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium, ne forte veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit a mortuis: & erit novis-

A simus error pejor priore. Ait illis: Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, muniere sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus.

CAPUT CLXXIII.

Prima die sabbati Jesus resurgit a mortuis.

5. MATT. XXVIII. 1-8. MARC. XVI. 1-8. LUC. XXIV. 1-9. JOAN. XX. 1.

[5] Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, cum adhuc tenebræ essent, venit Maria Magdalene, & altera Maria, & Sa- B lome ad monumentum, portantes quæ paraverant aromata; & orto jam sole, dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti? Erat quippe magnus valde. Et ecce terræ motus factus est magnus. Angelus autem Domini descendit de cælo, & accedens revolvit lapidem. Et respicientes viderunt revolutum lapidem a monumento, & Angelum sedentem super eum. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur, & vestimentum ejus sicut nix. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes; & facti sunt veluti mortui. Respondens autem Angelus, dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim quod Jesum qui crucifixus est, quæ- C ritis: non est heic: surrexit enim, sicut dixit: venite, & videte locum ubi positus erat Dominus. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto: ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viventem cum mortuis? Non est heic, sed resurrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et cito euntes, dicite discipulis ejus, quia surrexit a mortuis. Et ecce præcedet vos in Galilæam: ibi eum D videbitis. Ecce prædixi vobis. Et recordatæ sunt verborum ejus. Et exierunt cito de monumento cum timore & magno gaudio, currentes nuntiare discipulis ejus.

6. JOAN. XX. 2-17. LUC. XXIV. 12.

[6] Cucurrit ergo (Maria Magdalene) & venit ad Simonem Petrum & ad alium discipulum quem amabat Jesus, & dicit eis: Tulerunt Dominum * meum de monumento: & nescimus ubi posuerunt eum. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro: & venit primus ad monumentum. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introivit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & E vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum. Tunc ergo introivit & ille discipulus qui venerat prius ad monumentum, & vidit, & credidit: nondum enim sciebant Scripturas, quia * oportet eum a mortuis resurgere. Abierunt ergo iterum ad semet ipsos discipuli.

7. MARC. XVI. 9.

[7] Maria autem Magdalene de qua ejecerat septem dæmonia, stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos Angelos in al-

a Exod. XII. 46. Num. IX. 12. b Zachar. XII. 10.

bis sedentes: unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum erat corpus Jesu. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Hæc cum dixisset, conversa est retrorsum, & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus * esset. Dicit ei Jesus: Mulier quid ploras? Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Jesus: Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur Magister. Dicit ei Jesus: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum; ad Deum meum & Deum vestrum.

CAPUT CLXXIV.

Custodes monumenti annuntiaverunt sacerdotibus de resurrectione Christi.

1. MATT. XXVIII. 11-15. [1] Ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, & nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerunt. Et congregati cum senioribus, consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes: Dicite, Quia discipuli ejus nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a præside; nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Judæos usque in hodiernum diem.

CAPUT CLXXV.

Jesus apparuit mulieribus post resurrectionem.

2. MATT. XXVIII. 9-10. MARC. XVI. 10-11. LUC. XXIV. 10. 11. [2] Et ecce Jesus occurrit illis, dicens: Avete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus, & adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere: ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam: ibi me videbunt. Quæ cum abiissent, nuntiaverunt hæc omnia illis undecim lugentibus & flentibus, & ceteris omnibus qui cum eo fuerant. Et illi audientes quia viveret, & visus esset ab eis, non crediderunt eis. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non credebant illis.

CAPUT CLXXVI.

Duobus euntibus in castellum, apparuit Jesus.

3. MARC. XVI. 12. 4. LUC. XXIV. 13-35. [3] Post hæc autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie, [4] euntibus hac ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierosolymis, nomine Emmaus. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Jesus appropinquans, ibat cum illis: oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens unus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognovisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt: De Jesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone, coram Deo & omni populo: & quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus, quia ipse esset redemturus Israel. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum: & non invento corpore ejus, venerunt dicentes, se etiam Angelorum visionem vidisse, qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita invenerunt sicut mulieres dixerunt: ipsum vero non invenerunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ! Nonne ergo hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant. Et appropinquaverunt castello quo ibant: & ipse * finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit, & inclinata est jam dies. Et intravit cum illis. Et factum est, dum recumberet cum illis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt illum: & ipse evanuit ex oculis eorum. Et dixerunt ad invicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem: & invenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant, dicentes: Quod surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognoverunt eum in fractione panis.

CAPUT CLXXVII.

Jesus apparuit discipulis suis.

[5] Nec illis crediderunt. [6] Dum autem hæc loquuntur: cum [7] esset sero die illa, una sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum: venit Jesus, & stetit in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati vero & perterriti, existimabant se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ipse ego sum: palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus, & pedes, & latus. Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis heic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit illis. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut

5. MARC. XVI. 13. 6. LUC. XXIV. 36-48. 7. JOAN. XX. 19-23.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.

intelligerent Scripturas, & dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere die tertia a mortuis, & prædicare in nomine ejus pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Vos autem estis testes horum. Et ego mitto promissum Patris mei in vos. Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Hoc cum dixisset, insufflavit, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt.

CAPUT CLXXVIII.

Jesus apparuit Thomæ.

1. JOAN. XX. 24-31.

[1] Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando Jesus venit. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intus, & Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei: * Domine meus, & Deus meus. Dicit ei Jesus: Quia vidisti me *, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt: ut credatis, quia Jesus, * Christus est Filius Dei: & ut credentes, vitam * habeant in nomine ejus.

CAPUT CLXXIX.

Iterum apparuit discipulis suis ad mare Tiberiadis.

2. JOAN. XXI. 1-14.

[2] Postea manifestavit se iterum * ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic. Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat a Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis ejus duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in navim, & illa nocte nihil * prehenderunt. Mane autem jam facto, stetit Jesus in litore: non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est. Dicit ergo eis Jesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dixit ergo eis Jesus: Mittite in dexteram navigii rete, & invenietis. Miserunt ergo, & jam non * valuerunt illud trahere a multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Jesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunicam succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt, (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Jesus: Afferte de piscibus quos * prehendistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non scissum est rete. Dicit eis Jesus: Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit Jesus: &, * accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc jam tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis.

CAPUT CLXXX.

Jesus ter dicit Petro: Diligis me?

[3] Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. 3. JOAN. XXI. 15-25.
Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Joannis diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Joannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, Amas me. Et dicit ei: Domine, tu omnia scis, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oves meas. Amen, amen dico tibi, cum esses junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dixit ei: Sequere me. Conversus Petrus, vidit illum discipulum quem diligebat Jesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus ejus, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Jesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Jesus: * Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus, Non moritur: sed, Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus *, qui testimonium * perhibuit de his, & scripsit hæc: & scimus quia verum est testimonium ejus. Sunt autem & alia multa quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos, qui scribendi sunt, libros.

CAPUT CLXXXI.

Discipuli euntes in Galilæam viderunt, & adoraverunt Dominum. Et assumtus est in cælum coram eis.


[4] Undecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem ubi constituerat illis Jesus. 4. MATT. XXVIII. 16-20.
Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt. [5] Et exprobravit incredulitatem 5. MARC. XVI. 14-20.
illorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et

locutus eſt eis, dicens : Data eſt mihi omnis A poteſtas in cælo, & in terra. Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. Docete omnes gentes : baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti : docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi. Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſalvus erit : qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur : In nomine meo dæmonia ejicient : linguis loquentur novis : ſerpentes tollent : & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit : ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. [1] Vos autem ſedete in civitate, quoadusque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam : & elevatis manibus ſuis benedixit eis. Et factum eſt dum benediceret illis, receſſit ab eis, & ferebatur in cælum : & ſedet a dextris Dei. Et ipſi adorantes, regreſſi ſunt in Hieruſalem cum gaudio magno : & erant ſemper in templo laudantes, & benedicentes Deum. Et profecti, prædicaverunt ubique, Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 228.



1. LUC. XXIV. 49-53.



INDEX CAPITUM

HARMONIÆ SANCTORUM QUATUOR EVANGELIORUM

AMMONII ALEXANDRINI.

F I N I S.

ΤΑ ΚΛΗΜΕΝΤΙΑ.

CLEMENTINA.

JOANNES BAPTISTA COTELERIUS

e tenebris eruit, Latine vertit,
notisque illustravit.

ΤΑ ΚΛΕΜΕΝΤΙΑ.

CLEMENTINA.

Βίβλος ἔχουσα ὁμιλίας διαφόρους ἀπὸ φωνῆς τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, συγγραφεῖσα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Κλήμεντος· ἡ λεγομένη Κλημέντια, τουτέστιν Κλήμεντος συγγράμματα. περιέχει δὲ ἡ αὐτὴ βίβλος τάδε, προλόγους τρεῖς, ὁμιλίας εἴκοσι.

Liber continens multos diverſoſque ſermones, a ſancto Petro Apoſtolo prolatos, conſcriptus per beatum Clementem, & CLEMENTINA appellatus; hoc eſt, Clementis Scripta. Complectitur autem iſte, Prologos tres, atque Homilias viginti.

VETERUM TESTIMONIA DE CLEMENTINIS.

I.

S. ATHANASIUS, *sive quis alius, in* Synopsi sacræ Scripturæ, *sub finem.*

Τῆς νέας πάλιν διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα· &c. Κλημέντια. ἐξ ὧν μεταφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα· ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα. &c.

A Iterum volumina novi Testamenti quibus contradicitur, sunt hæc; &c. CLEMENTINA. Ex quibus veriora & a Deo inspirata, electa atque translata sunt. Hæc sunt quæ leguntur, &c.

II.

CHRONICUM *quod* ALEXANDRINUM *vocant, editionis Raderi, p. 64.*

Λέγει δὲ περὶ τούτου Πέτρος ὁ ἀπόστολος εἰς τὰ Κλημέντια, *& cetera, quæ posuimus supra in testimoniis veterum de Recognitionibus; ubi etiam vide alium locum.*

Dicit autem de hoc (Nembrodo) Petrus Apostolus in CLEMENTINIS, &c.

III.

NICEPORUS CALLISTI, Hist. eccl. *lib.* III. *cap.* 18.

Παραγράφεται δὲ ὁ Παμφίλου καὶ τὰ μικρὰ (l. μακρὰ) τούτου συγγράμματα, ἅ φησι Πέτρου καὶ Ἀπίωνος διάλογον εἶναι, ἃ μηδὲ σώζειν τὸν ἀκριβῆ τῆς ὀρθοδοξίας χαρακτῆρα φησίν. ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν τὰ νῦν παρ' ἡμῖν Κλημέντια ὀνομαζόμενα λέγει, οὐ πείθομαι. ταῦτα γὰρ τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀπαράδεκτα. εἰ δὲ ἕτερα εἰσὶ παρὰ ταῦτα, λέγειν οὐκ ἔχω.

B Reprobat autem Eusebius Pamphili etiam longa hujus (Clementis) scripta, quæ Petri & Apionis ait esse Dialogum; quæ nec servare accuratum rectæ fidei characterem dicit. Ego vero, si quidem ea intelligit quæ nunc apud nos CLEMENTINA nominantur, non assentior: ea enim Ecclesiæ multum accepta sunt: si vero præter ea sint aliqua alia, non habeo dicere.

IV.

Auctor Collectaneorum de dogmatibus fidei ex Scriptoribus Ecclesiasticis, MS. in celeberrima Bibliotheca Claromontana, etiam memoratus a doctissimo viro Philippo Labbe, in conspectu novæ Editionis S. Damasceni; caput 1. περὶ τῆς ἐν τριάδι καὶ ἐν μονάδι θεολογίας *inchoat per testimonium* Clementinorum, *hoc pacto;*

Τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων, ἐκ τῶν Κλημεντίων.

Ἐπειδὴ δὲ φθάσας εἶπον χειραγωγίαν εἶναι τῶν νοητῶν, τὰ αἰσθητὰ, πρὸς τὸ οἷον ὁδῷ χρησαμένους ἀσφαλῆ καὶ βεβαίαν τὴν τῆς θεολογίας ἔκθεσιν ποιήσασθαι· φέρε διαβάθρᾳ χρησώμεθα τῇ εἰκόνι πρὸς εὕρεσιν τοῦ ἀρχετύπου. ὁ λογικὸς ἄνθρωπος κατ' εἰκόνα γεγονὼς Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν, φέρει ἐν ἑαυτῷ συμβολικῶς τοῦ ποιήσαντος τὴν μίμησιν. ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῷ πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα. καὶ λέγω πῶς. ὁ μὲν νοῦς, πατρὸς τόπον ἐπέχει· υἱοῦ δὲ, ὁ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενος λόγος· καὶ ἡ ἔνηχος φωνὴ τῆς προφορᾶς, τὸ πνεῦμα παρίστησι. καὶ ὥσπερ οὐ προϋπάρχει ποτὲ τοῦ ἐνδιαθέτου λόγου ὁ γεννήσας αὐτὸν νοῦς, οὕτως οὐδὲ τοῦ Θεοῦ λόγου ὁ γεννήσας αὐτὸν πατήρ. καὶ πάλιν ὥσπερ οὐ προϋπάρχει τοῦ αἰσθητοῦ ἡμῶν πνεύματος ὁ αἰσθητὸς λόγος, οὕτως οὐδὲ τοῦ θείου καὶ ζωοποιοῦ πνεύματος ὁ Θεὸς λόγος· καθὼς καὶ τὸ πρότερον ἀπέδειξε παράδειγμα. καὶ μετ' ὀλίγα· Εἰ γὰρ φῶς μὲν ἡλίου γέννημα, ὁμοίως καὶ ὀφθαλμοῦ αὐγὴ, ἢ πηγὴ ποταμοῦ πρόβλημα, οὐ προϋπῆρχε δὲ ποτέ, οὔτε τοῦ φωτὸς ἥλιος, οὔτε τῆς αὐγῆς ὀφθαλμὸς, οὔτε τοῦ ποταμοῦ ἡ πηγή· ἅμα γὰρ ἐπινοήσας ἥλιον, ἅμα συνεπινοήσεις αὐτῷ καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ τικτόμενον φῶς· καὶ ἅμα ἐπινοήσεις ὀφθαλμὸν, ἅμα συνεπινοήσεις αὐτῷ καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ προϊοῦσαν αὐγήν· ὡς καὶ τῇ πηγῇ τὸν ποταμὸν συνεπινοοῦμεν· οὕτως νοητέον καὶ ἐπὶ πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος.

Sancti Petri principis Apostolorum; ex Clementinis.

C Quandoquidem vero jam dixi, sensibilia manuductionem esse ad intelligibilia, ut quasi via usi, tutam firmamque Theologiæ expositionem faciamus; age, obiter utamur imagine ad inveniendum archetypum. Rationalis homo, factus ad imaginem & similitudinem Dei, fert in se ipso symbolice factoris sui imitationem. Habet enim in se Patrem, & Filium, & Spiritum. Et aio quo modo. Mens quidem locum Patris obtinet; Filii vero, qui ex mente gignitur sermo *interior*; at quæ auditur vox prolationis, Spiritum repræsentat. Et sicut numquam exsistit ante sermonem internum mens quæ illum gignit; ita nec ante Deum Verbum, qui genuit illud, Pater. Et iterum, sicut sermo sensibilis non exsistit ante sensibilem nostrum spiritum; D ita nec Deus Verbum, ante divinum ac vivificum Spiritum; sicut & superius exemplum demonstravit. *Paucisque interjectis*: Si enim, lux quidem, cum sit solis progenies; similiterque splendor, oculi; aut fons, id quod fluvium producit; numquam tamen exstitit, neque sol ante lucem, neque oculus ante splendorem; neque ante fluvium fons; simul enim ac intellexeris solem, simul & cum illo intelliges ex eo progenitam lucem; & simul ac intelliges oculum, simul & cum eo intelliges ex ipso procedentem splendorem; quemadmodum & fluvium una cum fonte intelligimus: eodem quoque modo cogitandum est de Patre, Filio & Spiritu sancto.

Reliqua vide in Notis nostris.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ ΠΡΟΣ ΙΑΚΩΒΟΝ.

[1] EPISTOLA PETRI AD JACOBUM.

Πέτρος, Ἰακώβῳ, τῷ κυρίῳ, καὶ ἐπισκόπῳ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας, ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων πατρὸς, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐν εἰρήνῃ πάντοτε.

A *Petrus Jacobo, Domino, & sanctæ Ecclesiæ Episcopo, ab omnium rerum Patre, per Jesum Christum, in pace perpetuo.*

ΕΙΔΩΣ σε, ἀδελφέ μου, εἰς τὸ κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν συμφέρον σπεύδοντα προθύμως, ἀξιῶ καὶ δέομαι, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλους, μηδενὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν μεταδοῦναι, μήτε ὁμοφύλῳ, πρὸ πείρας· ἀλλ᾽ ἐάν τις δοκιμασθεὶς, ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν ἀγωγὴν παραδοῦναι, καθ᾽ ἣν καὶ τοῖς ἑβδομήκοντα ὁ Μωϋσῆς παρέδωκε, τοῖς τὴν καθέδραν αὐτοῦ παρειληφόσιν. διὰ τοῦτο καὶ ὁ καρπὸς τῆς ἀσφαλείας μέχρι τοῦ δεῦρο φαίνεται. τὸν γὰρ αὐτὸν οἱ πανταχῇ ὁμοεθνοὶ τῆς μοναρχίας καὶ πολιτείας φυλάσσουσι κανόνα· κατὰ μηδένα τρόπον ἄλλως φρονεῖν, ὑπὸ τῶν πολλὰ νευστῶν γραφῶν ἐξοδευθῆναι δυνηθέντες. B κατὰ γὰρ τὸν παραδοθέντα αὐτοῖς κανόνα, τὰ τῶν γραφῶν [2] σύμφωνα πειρῶνται μεταρρυθμίζειν, εἰ δή τις τυχὸν μὴ εἰδὼς τὰς παραδόσεις, ναρκᾷ πρὸς τὰς τῶν προφητῶν πολυσήμους φωνάς· οὗ ἕνεκεν οὐδενὶ διδάσκειν ἐπιτρέπουσιν, ἐὰν μὴ πρότερον μάθοι, πῶς δεῖ ταῖς γραφαῖς χρῆσθαι. διὰ τοῦτο παρ᾽ αὐτοῖς εἷς Θεὸς, εἷς νόμος, μία ἐλπίς.

I. CUM sciam te, frater mi, ad id quod communiter omnibus nobis conducibile est, alacriter festinare, rogo & precor, ut mearum Prædicationum quos ad te misi libros, nulli ex Gentilibus tradas, neque etiam tribuli, ante experimentum: sed si quis probatus, dignus repertus fuerit, tunc ipsi tradas; secundum eum modum, juxta quem Moyses Septuaginta viris cathedræ suæ successoribus tradidit. Idcirco enim cautionis fructus in hunc usque diem apparet. Eamdem quippe de unitate Dei & de vitæ institutione normam observant omnes ubicumque sint ejus nationis homines; nec ullo modo possunt per Scripturas quæ multa innuunt, extra viam abripi, ut aliter sentiant. Nam secundum traditam ipsis regulam, Scripturarum dissona nituntur reformare; si quis forte ignarus traditionum, ad Prophetarum varia significantes voces obtorpescit. Propter quod nemini docere permittunt, nisi prius quo pacto Scripturis sit utendum didicerit. Ideo apud illos est unus Deus, una lex, spes una.

[3] Ἵνα τὸ ὅμοιον καὶ παρ᾽ ἡμῖν γένηται τοῖς ἑβδομήκοντα, ἡμῶν ἀδελφοῖς, τὰς βίβλους μου τῶν κηρυγμάτων δὸς μετὰ τοῦ ὁμοίου τῆς ἀγωγῆς μυστηρίου, καὶ τοὺς βουλομένους τὸ τῆς διδασκαλίας ἀναδέξασθαι μέρος, C [4] ἐφοδιάζειν, ἐφοδιάζωσιν. ἐπεὶ ἐὰν μὴ οὕτως γένηται εἰς πολλὰς γνώμας ὁ τῆς ἀληθείας ἡμῶν διαιρεθήσεται λόγος. τοῦτο δὲ οὐχ ὡς ὁ προφήτης ὢν ἐπίσταμαι· ἀλλ᾽ ἤδη αὐτοῦ τοῦ κακοῦ τὴν ἀρχὴν ὁρῶν. τινὲς γὰρ τῶν ἀπὸ ἐθνῶν, τὸ δι᾽ ἐμοῦ [5] νόμιμον ἀπεδοκίμασαν κήρυγμα, τοῦ ἐχθροῦ ἀνθρώπου ἄνομόν τινα καὶ φλυαρώδη προσηκάμενοι διδασκαλίαν. καὶ ταῦτα ἔτι μου περιόντος ἐπεχείρησάν τινες, ποικίλαις τισὶν ἑρμηνείαις τοὺς ἐμοὺς λόγους μετασχηματίζειν, εἰς τὴν τοῦ νόμου κατάλυσιν· ὡς καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ οὕτω μὲν φρονοῦντος, μὴ ἐκ παρρησίας δὲ κηρύσσοντος· ὅπερ ἀπείη. τὸ γὰρ τοιοῦτο, ἀντιπράσσειν ἐστὶ τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ, τῷ διὰ Μωϋσέως ῥηθέντι, καὶ ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν μαρτυρηθέντι, περὶ τῆς ἀϊδίου αὐτοῦ διαμονῆς. D ἐπεὶ οὕτως εἶπεν· Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται· ἰῶτα ἓν, ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ἵνα τὰ πάντα

II. Quo igitur simili modo apud nos fiat nostris fratribus, ac illis Septuaginta; libros Prædicationum mearum pari cum ratione mysterii trade, ut instruant eos qui suscipere munus doctrinæ, atque instruere volunt. Quandoquidem si ita non fiat, veritatis sermo noster multas in opiniones dividetur. Porro illud non quasi sim Propheta scio; sed quod jam initium mali ipsius viderim. Siquidem nonnulli ex Gentibus, Legalem meam rejecerunt prædicationem; inimici hominis Legi contrariam quamdam & nugacem doctrinam amplexi. Atque hæc superstite me tentaverunt aliqui; variis interpretationibus verba mea transformare, ad eversionem Legis; quasi ego etiam ita quidem sentiam, non audeam tamen prædicare: quod absit. Id enim repugnare est Dei Legi, a Mose prolatæ, & a Domino nostro testimonium habenti de perpetua sua duratione: quoniam sic dixit: [a] *Cælum & terra transibunt:* [b] *Jota unum, aut unus apex non præteribit a Lege.* Illud autem dixit, ut

a Matt. XXIV. 35. Marc. XIII. 31. *b* Matt. V. 18.

1. EPIST. PETRI AD JACOBUM.] Recte observat Photius Epistolam Petri ad Jacobum pertinere non posse ad Opus cujus initium sit, ἐγὼ Κλήμης, sive quod Clementis nomen præferat. Ego vero existimo præsentem Epistolam aliam esse ab illa Photio memorata, quoniam illa erat de actibus Petri, a Petro ipso & scriptis, & ad Jacobum postulantem missis: hæc vero superiore posterior est, nec de postulatione Jacobi mentionem facit, sed per eam Jacobus monetur, ut Prædicationes Petri a Petro missas, caute tradat. Veras lectiones apposui ex Turriano Pro Epistolis Pontificum lib. 4. init. & lib. 5. cap. 23. COT.

2. Σύμφωνα] Forte ἀσύμφωνα. ID.

3. Ἵνα] Al. ἵνα γοῦν. Et paullo post, ἵνα καὶ τοὺς βουλ. Mox vero ὡς προφήτης. ID.

4. Ἐφοδιάζειν ἐφοδιάζωσιν.] Importunum illud ἐφοδιάζειν videtur in textum irrepsisse e margine, ubi notatum fuerat a non incurioso lectore, tamquam insigne verbum. Vide cap. 38. Hom. 2. ID.

5. Νόμιμον κήρυγμα, &c.] Cave tibi ab Ebionismo. ID.

γίνηται. οἳ δὲ ἐκ οἶδα πῶς τὸν ἐμὸν νῦν ἐπαγγελλόμενοι, ὃς ἤκεσαν ἐξ ἐμῦ λόγες, ἐμῦ τῦ εἰπόντος αὐτὲς, φρονιμώτερον [1] ἐπιχειρῦσιν, λέγοντες τοῖς ὑπ᾽ αὐτῶν κατηχεμένοις, τῦτο εἶναι τὸ ἐμὸν φρόνημα, ὃ ἐγὼ ἐδὲ ἐνεθυμήθην. εἰ δὲ ἐμῦ ἔτι περιόντ@, τοιαῦτα τολμῶσιν καταψεύδεσθαι· πόσῳ γε μᾶλλον μετ᾽ ἐμὲ ποιεῖν, οἱ μετ᾽ ἐμὲ ποιήσεσιν;

A omnia evenirent. At illi nescio quo modo sensum meum repromittentes, quæ ex me audierunt verba, melius me qui ea locutus sum, aggrediuntur interpretari; dicentes iis quos instituunt, id esse sententiam meam, quod ego ne quidem cogitavi. Si autem me adhuc vivo, talia ementiri audent; quanto magis post me idem audebunt facere, qui post me erunt?

Ἵνα ἔν μὴ τοιῦτόν τι γένηται, τέτου ἕνεκα ἠξίωσα καὶ ἐδεήθην, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλες, μηδενὶ μεταδῦναι, μήτε ὁμοφύλῳ, μήτε ἀλλοφύλῳ, πρὸ πείρας. ἀλλ᾽ ἐάν τις δοκιμασθεὶς ἄξι@ εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν Μωϋσέως ἀγωγὴν παραδῦναι, καθ᾽ ἣν τοῖς ἑβδομήκοντα παρέδωκεν, τοῖς τὴν καθέδραν αὐτῦ παρειληφόσιν· ἵνα ὅτως τὰς πίστεις φυλάξωσιν, καὶ πανταχῇ τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα παραδῶσιν· ἑρμηνεύοντες τὰ πάντα πρὸς τὴν παράδοσιν ἡμῶν· καὶ μὴ αὐτοὶ ὑπὸ ἀμαθείας κατασπώμενοι, ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν ψυχὴν στοχασμῶν εἰς πλάνην ἑλκόμενοι, ἄλλες εἰς τὸν ὅμοιον τῆς ἀπωλείας ἐνέγκωσιν βόθυνον. καὶ τὰ μὲν ἐμοὶ δόξαντα, καλῶς ἐσήμανά σοι· τὸ δέ σοι δοκῦν, κύριέ μου, πρεπόντως ἐπιτέλει. ἔρρωσο.

III. Ne igitur quid hujusmodi contingat, eapropter oravi & deprecatus sum, mearum Prædicationum quæ ad te misi volumina nemini ante periculum factum tradas, neque tribuli, neque alienigenæ. Verum si quis post probationem dignus repertus fuerit, B tunc ipsi ex institutione Moysis concedas, juxta quam Septuaginta viris qui cathedram illius exceperunt, dedit: ut sic fidem servent, & ubique veritatis canonem tradant; cuncta interpretati ad traditionem nostram; & ne ipsi ab imperitia pertracti, ab animi conjecturis in errorem inducti, alios in eamdem perditionis foveam adducant. Et quidem quæ mihi videbantur, pulcre tibi significavi: quod vero tibi placebit, Domine mi, decenter exsequere. Vale.

---

[2] ΔΙΑΜΑΡΤΥΡΙΑ ΠΕΡΙ ΤΩΝ τοῦ βιβλίε λαμβανόντων.

CONTESTATIO PRO IIS QUI *Librum accipiunt.*

C

ΑΝαγνὲς ἔν ὁ Ἰάκωβ@ τὴν ἐπιστολὴν, μετεκαλέσατο τὲς πρεσβυτέρες, καὶ αὐτοῖς ἀναγνὲς ἔφη· ἀναγκαίως καὶ πρεπόντως περὶ τῆς ἀληθείας ἀσφαλίζεσθαι ὁ ἡμέτερος ὑπέμνησε Πέτρ@, ὅπως τὰς τῶν αὐτοῦ κηρυγμάτων διαπεμφθείσας ἡμῖν βίβλες, μηδενὶ μεταδώσωμεν ὡς ἔτυχεν, ἢ ἀγαθῷ τινὶ καὶ εὐλαβεῖ, τῷ καὶ διδάσκειν αἱρεμένῳ, [3] ἐμπεριτόμῳ τε ὄντι πιστῷ. καὶ ταῦτα μὴ πάντα ὁμῦ, ἵνα ἐὰν ἐν τοῖς πρώτοις ἀγνώμων φωραθῇ, τὰ δεύτερα μὴ πιστευθῇ. διὸ μὴ ἔλαττον ἔτεσιν ἓξ δοκιμαζέσθω· καὶ εἶθ᾽ ὅτως, κατὰ τὴν Μωϋσέως ἀγωγὴν, [4] ἀγαγόντα αὐτὸν ἐπὶ ποταμὸν, ἢ πηγὴν, ὅπερ ἐστὶν ζῶν ὕδωρ, ἔνθα ἡ δικαίων γίνεται ἀναγέννησις, μὴ ὁρκίσαι, ἐπεὶ μὴ ἔξεστιν, ἀλλὰ στῆναι αὐτῷ κελεῦσαι πρὸς τῷ ὕδατι, καὶ ἐπιμαρτύρασθαι, ὡς καὶ αὐτοὶ ἀναγεννώμενοι κελευσθέντες ἐποιήσαμεν τοῦ μὴ ἁμαρτεῖν χάριν.

I. Itaque Jacobus, lecta Epistola, convocavit Presbyteros; cumque illis legisset, ait: Necessario & congruenter de veritate stabilienda noster admonuit Petrus, ut Prædicationum suarum nobis missos libros nemini temere concedamus, tantum viro bono & religioso, quique docere voluerit, ac sit fidelis circumcisus; eosque non cunctos simul; quo, si in prioribus improbus inventus fuerit, posteriores in fidem suam non accipiat. Quare non minus annis sex comprobetur: sicque postea, secundum Moysis institutionem, qui libros traditurus est adducat eum ad flumen, aut fontem; quod est D aqua viva, ubi justorum fit regeneratio; & non quidem ad jusjurandum adigat, quoniam non licet; sed jubeat ipsum adstare juxta aquam: & contestari; sicut & cum renasceremur, jussi fecimus, nos non peccaturos.

Λεγέτω δέ· μάρτυρας ἔχοιμι, ἐρανὸν, γῆν, ὕδωρ, ἐν οἷς τὰ πάντα περιέχεται, πρὸς τούτοις δὲ ἅπασιν καὶ τὸν διὰ πάντων διήκοντα ἀέρα, ὃ ἄνευ ἐκ ἀναπνέω, ὡς ἀεὶ ὑπήκο@ ἔσομαι τῷ τὰς βίβλες μου τῶν κηρυγμάτων διδόντι, καὶ αὐτάς μοι τὰς βίβλες, ἃς ἄν μοι δῷ, οὐ μὴ μεταδῶ τινὶ κατ᾽ οὐδένα τρόπον· οὐ γράψας, οὐ γεγραμμένον δοὺς, οὐ γράφοντι ἀναδιδοὺς οὐκ αὐτὸς, οὐ δι᾽ ἄλλε, οὐ δι᾽ ἄλλης τινὸς ἀγωγῆς, ἢ δόλε, ἢ μηχανῆς, ἢ ἀμελῶς φυλάττων, ἢ τι προστιθεὶς, ἢ νοθεύων, ἢ ἄλλῳ οἱῳδήποτε τρόπῳ, ἢ ἐπινοίᾳ ἑτέρῳ αὐτὰ μεταδιδὲς. πλὴν

II. Dicat autem: Testes habeam, cælum, terram, aquam, quibus omnia continentur; atque insuper his omnibus, aerem quoque qui universa pervadit, ac sine quo non respiro; quod semper obediens ero illi qui hos meos Prædicationum libros largitur; quodque hos meos libros, quos mihi dederit, nemini ullo pacto tradam; non scribam, non scriptos dabo, non scripturo dedam; non ipse, non E per alium, nec per aliam quamdam rationem, vel fraudem, vel machinam; aut indiligenter custodiam, aut aliquid addam, aut adulterabo; aut alio quocumque

1. Επιχ.] Al. ἐπιχειρῦσιν ἑρμηνεύειν. Et mox, οἱ μετ᾽ ἐμὲ τολμήσεσι; Cot.

2. Διαμαρτυρία.] Redolet mea quidem sententia, hujusmodi Contestatio κρύψιν primorum Hæreticorum, quam illi didicerant a Paganis, & a Judæis Essenis. Vide sis præcipue Irenæum lib. I. cap. 23. Tertullianum initio Operis adversus Valentinianos. Porphyrium de Abstinentia lib. 4. cap. 13. & Vettium Valentem citatum a Seldeno tum in Marmoribus Arundellianis p. 151. tum de Diis Syris p. 35. itemque Julium Firmicum, in Præfat. Lib. VII. Ma[illegible]scos. Id.

3. Εμπεριτόμῳ τε ὄντι πιστῷ.] Quasi incircumcisus non posset esse fidelis & Christianus: quem errorem Ebionitæ aliique Hæretici errabant. Id.

4. Αγαγόντα αὐτὸν ἐπὶ ποταμὸν ἢ πηγὴν.] In Hæresi Ebionæorum S. Epiphanius cap. 17. ὅταν γάρ τις ἐξ αὐτῶν ἢ [illegible] περιπέσοι, ἢ ὑπὸ ἑρπετοῦ δηχθείη, κάτεισιν εἰς τὰ ὕδατα. [illegible] ἐπικαλεῖται τὰς ἐπωνυμίας τὰς ἐν τῷ Ηλξαὶ, τό τε οὐρανὸ καὶ τῆς γῆς, τότε ἁλὸς καὶ τὸ ὕδατ@, τῶν τε ἀνέμων καὶ ἀγγέλων [illegible] δικαιοσύνης φασὶ, καὶ τὸ ἄρτε καὶ ἐλαίε· [illegible], βοηθῆτέ μοι, καὶ ἀπαλλάξετε ἀπ᾽ ἐμὲ τὸ ἄλγημα. Qu[illegible] aliquis [illegible], ad aquas descendit, [illegible] omnes [illegible] est, [illegible] Angelorum [illegible]; tuncque ita dicit: Adeste mihi [illegible] liste. Qui & legendus Hæresi 19. Ossenorum, cap. 1. conferendusque cum iis quæ heic habes num. 2. & 4. I[illegible].

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

ἂν δοκιμάσω τινὰ ἄξιον, ὡς αὐτὸς ἐκρίθην, ἢ καὶ πλεῖον δοκιμάσας, πλὴν οὐκ ἔλαττον ἔτεσιν ἕξ· τότε εὐλαβεῖ καὶ ἀγαθῷ, διδάσκειν ἐπαναιρουμένῳ, ὡς παρέλαβον παραδώσω· καὶ ταῦτα ἐπὶ τῇ τοῦ ἐπισκόπου γνώμῃ ποιησάμενος.

A modo vel consilio, ea scripta alteri concedam. Nisi si aliquem probavero dignum, quemadmodum ipse judicatus sum, vel adhuc magis exploravero, certe non minus annis sex: tunc pio & bono, docendi munus capessenti, sicut accepi tribuam; idque ex Episcopi sententia faciam.

Ἄλλως δὲ οὐδ' ἂν τέκνον, ἢ ἀδελφὸς, ἢ φίλος, ἢ ἄλλως πῶς ποτὲ γένους μοι ἀνήκων, ἐάνπερ ἀνάξιος ᾖ, τοῦδε μὴ μεταδοῦναι χάριν, ὡς οὐ προσῆκεν. οὔτε ἐπιβουλὴν φοβηθήσομαι· οὐ δώροις κολακευθήσομαι. ἀλλ' εἰ καὶ δόξειέν μοι ποτὲ τὰ διδόμενά μοι τῶν κηρυγμάτων βιβλία μὴ ἀληθῆ εἶναι, οὐδ' οὕτως μεταδώσω, ἀλλ' ἀποδώσω. ἀποδημῶν δὲ, σὺν ἐμοὶ αὐτὰ κομίσω, ἅπερ ἂν τύχω κεκτημένος. εἰ δὲ μὴ βουληθῶ μεθ' ἑαυτοῦ αὐτὰ περιφέρειν, ἐπὶ τῆς οἰκίας μου εἶναι αὐτὰ οὐκ ἐάσω· ἀλλὰ τῷ ἐπισκόπῳ μου, τῷ τὴν αὐτὴν ἔχοντι πίστιν, καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὁρμωμένῳ παρακαταθήσομαι. εἰ δὲ καὶ τύχοι με [1] νομῆσαι, καὶ τὸν θάνατον ὑποπτεύσαι, ἐὰν ἄτεκνος ὦ, ὁμοίως ποιήσω. ἀλλ' εἰ καὶ τελευτῶ, τέκνον ἔχων οὐκ ἄξιον, ἢ μηδέπω δυνάμενον, ὁμοίως ποιήσω. τῷ γὰρ ἐπισκόπῳ μου παρακαταθήσομαι· ἵνα εἰ μὲν τύχοι ἐφ' ἡλικίας γενόμενος, ἄξιος εἶναι τῆς πίστεως, ὡς πατρῴαν παρακαταθήκην, τῷ τέκνῳ ἀποδώσῃ, κατὰ τὸν τῆς διαμαρτυρίας λόγον.

III. Aliter neque si filius sit, aut frater, aut amicus, aut alio quolibet modo ad genus meum pertinens, si indignus exstiterit; eorum ergo non tradam, uti non decet. Nec vero insidias formidabo; non muneribus deliniar. Sed & si aliquando, donata mihi Prædicationum volumina, non esse vera mihi videbuntur, neque sic largiar, sed reddam. Cum autem peregre profectus fuero, ipsa portabo B mecum, quæcumque possedero. Quod si noluerim ea mecum circumferre, in domo mea esse non permittam; sed Episcopo meo, eamdem fidem profitenti, & ab iisdem proficiscenti commendabo. Si vero contigerit me ægrotare, ac mortem vereri; si absque liberis fuero, similiter agam. Sed & si moriar, filium habens indignum, aut nondum capacem, pariter faciam. Scilicet committam meo Episcopo: ut si puer adultus, fide dignus fuerit, ille tamquam paternum depositum filio reddat, juxta modum Contestationis.

Ὅτι δὲ οὕτως ποιήσω, πάλιν τὸ δεύτερον διαμαρτύρομαι οὐρανὸν, γῆν, ὕδωρ, ἐν οἷς τὰ πάντα περιέχεται· πρὸς τούτοις ἅπασιν καὶ τὸν διὰ πάντων διήκοντα ἀέρα, οὗ ἄνευ οὐκ ἀναπνέω· ὡς ἀεὶ ὑπήκοος ἔσομαι τῷ τὰς βίβλους μου τῶν κηρυγμάτων διδόντι, καὶ φυλάξω κατὰ πάντα ὅσα διεμαρτυράμην, εἰ καί τι πλεῖον. φυλάσσοντι οὖν μοι τὰς συνθήκας, μέρος ἔσται μετὰ τῶν ὁσίων· ποιήσαντι δὲ παρ' ἃ συνεθέμην, ἐχθρὸν εἴη μοι τὸ πᾶν, καὶ ὁ διὰ πάντων διήκων αἰθὴρ, καὶ ὁ ὑπὲρ τὰ ὅλα Θεὸς, οὗ κρείττων, οὐ μείζων οὐδ' εἷς. ἀλλ' εἰ καὶ εἰς ἑτέρου Θεοῦ ὑπόνοιαν γένωμαι, κἀκεῖνον νῦν ὄμνυμι, ὡς οὐκ ἄλλως ποιήσω, εἴτ' ἐστὶν, εἴτ' οὐκ ἐστίν· πρὸς τούτοις δὲ ἅπασιν εἰ ψεύσωμαι, κατάθεμα ἔσομαι ζῶν καὶ θανὼν, καὶ αἰωνίῳ κολασθήσομαι κολάσει. καὶ μετὰ τοῦτο ἄρτου καὶ ἅλατος μετὰ τοῦ παραδιδόντος μεταλαβέτω.

C IV. Quod autem ita facturus sim, iterum secundo contestor, cælum, terram, aquam, quæ omnia complectuntur; insuperque his omnibus, cuncta pervagantem aerem, sine quo non spiro; quod perpetuo obtemperabo ei, qui libros meos Prædicationum tribuit; & observabo secundum universa quæ contestatus sum, aut adhuc magis. Itaque mihi pacta servanti, pars erit cum sanctis: agenti vero contra ea quæ pactus sum, inimica mihi sit rerum universitas, & cuncta peragrans æther, quique est super omnia Deus, quo melior, quo major nullus. Si etiam in suspicionem veniam alterius Dei, hunc quoque nunc juro, me aliter non acturum, sive ille exsistat, sive non exsistat. Ad hæc omnia, si fallam, ero exsecrandus, vivens & mortuus, atque æterno puniar supplicio. Et post hoc panem ac sal D cum largitore sumat.

Ταῦτα τοῦ Ἰακώβου εἰπόντος, ὠχρίασαν ἀγωνιάσαντες οἱ πρεσβύτεροι. συνιδὼν οὖν ὁ Ἰάκωβος, ὅτι λίαν πεφόβηνται, ἔφη· ἀκούσατέ μου, ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι. ἐὰν τὰς βίβλους πᾶσιν ὡς ἔτυχεν παράσχωμεν, καὶ αὐταὶ ὑπὸ τολμηρῶν ἀνδρῶν τινῶν νοθευθῶσιν, ἢ ταῖς ἑρμηνείαις διαστραφῶσιν, ὡς ἤδη τινὰς ἠκούσατε πεποιηκότας, ἔσται λοιπὸν καὶ τοῖς ὄντως τὴν ἀλήθειαν ζητοῦσιν, ἀεὶ πλανᾶσθαι. διὸ ἄμεινον παρ' ἡμῖν αὐτὰς εἶναι, καὶ μεταδιδόναι μετὰ πάσης τῆς προειρημένης ἀσφαλείας τοῖς θέλουσι ζῆν καὶ ἄλλους σώζειν. εἰ δέ τις μετὰ τὸ οὕτως διαμαρτυρᾶσθαι, ἄλλως ποιήσει, εὐλόγως αἰωνίᾳ ὑποπεσεῖται κολάσει. τίνι γὰρ λόγῳ ἄλλων ἀπωλείας αἴτιος γενόμενος, αὐτὸς οὐκ ἀπολεῖται; τῶν οὖν πρεσβυτέρων ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακώβου γνώμῃ ἡσθέντων, καὶ εἰπόντων· εὐλόγηται ὁ σὲ, ὡς πάντα προειδὼς, καλῶς ἡμῖν καταστήσας ἐπίσκοπον. καὶ ταῦτα εἰπόντων αὐτῶν, ἐγερθέντες προσηυξάμεθα τῷ τῶν ὅλων πατρὶ καὶ Θεῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

V. Hæc Jacobo dicente, Presbyteri timore impalluerunt. Conspicatus ergo Jacobus quod vehementer metuerent, ait: Audite me, fratres & conservi. Si libros unicuique temere præbuerimus, illique a viris quibusdam confidentibus corrumpantur, aut interpretationibus pervertantur, sicut jam quosdam fecisse audiistis, restabit ut qui plane veritatem quærunt, semper errent. Quocirca præstat, ut libri apud nos maneant, tradamusque eos cum omni supradicta cautione, iis qui vivere aliosque salvos facere cupiunt. Ac si aliquis post hanc contestationem, aliter agat, merito in æternum supplicium E incidet. Qua enim ratione qui aliorum perditionis caussa exstitit, ipse non peribit? Cum ergo Presbyteri sententia Jacobi delectati fuissent, atque dicerent; Benedictus sit qui te, ut cunctorum præscius, pulcre nobis constituit Episcopum: hæc, inquam, cum dixissent, surgentes precati sumus universorum Patrem ac Deum; cui gloria in sæcula. Amen.

1. Νομῆσαι] Leg. νοσῆσαι. Cot.

[1] ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΙΑΚΩΒΟΝ.

EPISTOLA CLEMENTIS AD JACOBUM.

Interprete RUFINO.

Clemens Jacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam in Hierosolymis; sed & omnes Ecclesias, quæ ubique Dei providentia fundatæ sunt; cum Presbyteris & Diaconibus, & ceteris omnibus fratribus, pax sit semper.

I. Notum tibi facio, Domine, quia Simon Petrus, qui veræ fidei merito & integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ definitus est; qua de caussa, etiam Domini ore divino cognominatus est Petrus; qui fuit primitiæ electionis Domini; Apostolorum primus; cui & primo Deus Pater Filium revelavit; cui & Christus competenter beatitudinem contulit; qui & vocatus est, & electus, conviva Domini, & comes effectus; (α) tamquam bonus & probatissimus discipulus; qui Occidentis obscuriorem mundi plagam, velut omnium potentior, illuminare præceptus est, quique & integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraho, fugiens indicare quod triste est; quod quidem

A

Κλήμης Ἰακώβῳ [2] τῷ κυρίῳ, καὶ [3] ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ, διέποντι δὲ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν Ἑβραίων ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πανταχῆ Θεοῦ προνοίᾳ ἱδρυθείσας καλῶς, σύν τε πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀδελφοῖς, εἰρήνη εἴη πάντοτε.

Γνώριμον ἔστω σοι, κύριέ μου, ὅτι Σίμων, [4] ὁ τὴν ἀληθῆ πίστιν, καὶ τὴν ἀσφαλεστάτην αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας ὑπόθεσιν, τῆς ἐκκλησίας [5] θεμέλιος εἶναι ὁρισθεὶς, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Ἰησοῦ ἀψευδεῖ στόματι μετονομασθεὶς Πέτρος· ἡ ἀπαρχὴ τοῦ κυρίου ἡμῶν· ὁ τῶν ἀποστόλων πρῶτος, ᾧ πρώτῳ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀπεκάλυψεν· ὃν ὁ Χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν· ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς, καὶ συνέστιος, καὶ συνοδοίπορος· ὁ καλὸς καὶ δόκιμος μαθητής· ὁ τῆς δύσεως τὸ σκοτεινότερον τοῦ κόσμου μέρος, ὡς πάντων ἱκανώτερος, φωτίσαι κελευσθεὶς, καὶ κατορθῶσαι δυνηθείς. καὶ δὴ μέχρι ποῦ μηκύνω τὸν λόγον, μὴ βουλόμενος σημῆναι τὸ λυποῦν, ἃ ἐξ ἀνάγ-

A *Interprete* J. B. COTELERIO.

Clemens Jacobo Domino, & Episcoporum Episcopo, regenti autem Hierosolymam, sanctam Hebræorum Ecclesiam, omnesque quæ ubique Dei providentia pulcre fundatæ sunt; cumque Presbyteris, ac Diaconis, & ceteris omnibus fratribus, pax sit semper.

I. Notum tibi sit, Domine mi, quod Simon, qui propter veram fidem & firmissimam doctrinæ suæ basim, Ecclesiæ fundamentum esse definitus est; atque ob id ab ipso Jesu, ore non fallaci, transnominatus est Petrus; primitiæ Domini nostri; Apostolorum primus; cui primo Pater Filium revelavit; quem Christus merito beatum prædicavit; vocatus, & electus; & convictor, & comes; bonus ac probatus discipulus; qui Occidentis obscuriorem mundi plagam, ut omnium magis idoneus, illustrare præceptus est, nec non instaurare potuit. Sed quousque sermonem protraho, nolens significare quod triste est; quod necessario, licet

1. Duplex est circa hanc Epistolam opinio Veterum. Prima Rufini præfatione ad Recognitiones, eam post Recognitionum libros fuisse scriptam: altera Photii Cod. 112. 113. esse dedicationem Operis quod actus Petri, & disputationes cum Simone, nec non recognitionem Clementis ejusque patris ac fratrum complectebatur. E quibus duabus sententiis posteriorem malim amplecti: partim ex auctoritate MS. hujusce nostri Clementinorum, & alterius Codicis de quo infra: partim ob RR. PP. Carmelitarum Excalceatorum librum, in quo inter Rufini præfationem & Recognitiones collocatur Epistola: tum denique quia declaratur ad finem Epistolæ, post eam sequi librum de Clemente differentem, ejusque peregrinationibus cum Petro, aliisque usque ad pueritiæ cogitationes, ac de sermonibus atque actibus Petri, ita inscriptum, Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή. Latine Rufino, *Clementis Itinerarium prædicationis Petri*. Idem autem hoc habent argumentum Recognitiones & Clementina; idemque titulus præfigitur, Græcus, Clementinorum Homiliis, Latinus, Recognitionibus cod. Thuan. Sed objici potest pro Rufino: Epistolæ num. penult. præcipitur Clementi, ut Jacobo narret etiam mortem Petri; qua de morte nihil dicitur in Recognitionibus. Respondeo, de Recognitionibus, nos habere Opus imperfectum, sive eo modo relictum ab Auctore, seu potius injuria temporum amissum. Quod vero ad Clementina spectat, similiter aio, abesse a MS. Regio finem Operis, ibique forsan actum fuisse de morte Apostoli Petri. Addi potest quod horum Apocryphorum scriptor vel plura promiserit quam peregerit, vel promissis satisfecerit alio libro, forte Periodis Petri. COT.

2. Τῷ κυρίῳ] Al. τῷ κυρίῳ ἀδελφῷ. Et mox deest Ἑβραίων in al. Paullo post, εἰς πάντοτε. ID.

3. Ἐπισκόπων ἐπισκόπῳ.] Consule Savaronem ad Sidonii Epistolam I. libri 6. in qua Lupus Episcopus Tricassinus appellatur Pater Patrum & Episcopus Episcoporum & alter sæculi sui Jacobus. Sed & Arnobio in Psalmum 138. Petrus est Episcopus Episcoporum; Rufino Historiæ Eusebianæ lib. II. cap. I. Jacobus, Apostolorum Episcopus; Græcis Abbatibus & Monachis multis in Concilio Lateranensi sub Martino 1. Secretario 2. Martinus Papa, Sacerdos Sacerdotum & Pater Patrum; Auctori Quæstionum ad Orthodoxos apud Justinum, cap. 119. Paullus, πατέρων πατήρ· ut & Gregorius Nyssenus Concilio Nicæno 2. Actione 6. & Clemens noster Anastasio Sinaitæ Quæst. 96. p. 526. Denique a Maximo in Disputatione cum Pyrrho, Clemens Alexandrinus, Philosophus Philosophorum dicitur. ID.

4. Ὁ τὴν ἀληθῆ πίστιν.] Supple ex Vita S. Clementis, prout habetur in Codice Regio 804. ὁ διὰ τήν. Ea vita illo ex Codice sæpius a nobis citabitur: continet autem tum Clementinam Epitomen, impressa auctiorem, additis non paucis ex Opere Clementinorum, sed innoxiis, tum plurima ex Epistola hac, tum Martyrium Clementis quod edendum curavimus. ID.

5. Θέμενος.] Legendum cum eodem MS. ac ex Rufino, & Clementinorum Homil. 17. cap. 19. θεμέλιος. ID.

α Tamquam bonus] Legebat ὡς. COT. qui & in seqq.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

Interprete RUFINO.

neceſſe eſt; licet tarde, proferre? Hic denique ipſe Petrus, qui pro immenſa caritate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia, adverſante etiam Tyranno, totius mundi bonum prædicare non deſtitit, & regem omnium ſæculorum per orbem terræ, & uſque ad ipſius Romanæ hujus urbis notitiam, ut etiam ipſa ſalvaretur, invexit: hic inquam, pro pietate pati volens præſentem vitam finivit.

A

κης, κἂν βραδὺ, πάντως εἰπεῖν με δεῖ; οὗτος αὐτὸς, διὰ τὴν ἄμετρον πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν, σαφῶς δημοσίᾳ, [1] ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ, τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν ὅλῳ τῷ κόσμῳ μηνύσας βασιλέα, μέχρις ἐνθαῦθα τῇ Ῥώμῃ γενόμενος, θεοβουλήτῳ διδασκαλίᾳ σώζων ἀνθρώπους· [2] αὐτὸς τοῦ νῦν βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν.

A *Interprete* J. B. COTELERIO.

tarde, omnino dicere me oportet? Hic ipſe, ob immenſam erga homines caritatem, clare palam, repugnante licet Malo, futurum bonum toti mundo indicans Regem; huc uſque Romam veniens, & Deo placita doctrina ſalvans homines: ipſe præſentem vitam, per vim, cum morte commutavit.

B

II. In ipſis autem diebus quibus vitæ finem ſibi imminere præſenſit, in conventu fratrum poſitus, adprehenſa manu mea repente conſurgens, in auribus totius Eccleſiæ hæc protulit verba: Audite me, fratres & conſervi mei: Quoniam, ſicut edoctus ſum ab eo qui miſit me, Domino & Magiſtro meo Jeſu Chriſto, dies mortis meæ inſtat, Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino; cui ſoli meæ prædicationis & doctrinæ Cathedram credo; qui mihi C ab initio uſque ad finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnovit; qui in omnibus tentationibus meis ſocius exſtitit, fideliter perſeverans; quem præ ceteris expertus ſum Deum colentem, homines diligentem, caſtum, diſcendi ſtudiis deditum, ſobrium, benignum, juſtum, patientem, & ſcientem ferre nonnullorum etiam ex his qui in verbo Dei inſtruuntur injurias. Propter quod ipſi trado a Domino mihi da-D tam poteſtatem ligandi & ſolvendi, ut de omnibus quibuſcumque decreverit in terris, hoc decretum ſit & in cælis. (a) Ligabit enim quod oportet ligari, & ſolvet quod expedit ſolvi, tamquam qui ad liquidum Eccleſiæ regulam noverit. Ipſum ergo audite, ſcientes quia quicumque contriſtaverit doctorem veritatis, peccat in Chriſtum, & Patrem omnium exacerbat Deum: propter quod & vita carebit. Ipſum autem qui præeſt ceteris, oportet me-E dici vicem agere, & non feræ beſtiæ furore commoveri.

B

Πρὸς αὐταῖς δὲ ταῖς ἡμέραις αἷς ἤμελλεν τελευτᾶν, συνηθροισμένων τῶν ἀδελφῶν, αἰφνιδίως λαβόμενός μου τῆς χειρὸς, ἐγερθεὶς, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας ἔφη· ἀκούσατέ μου ἀδελφοὶ καὶ σύνδουλοι· ἐπεὶ, ὡς ἐδιδάχθην ἀπὸ τοῦ με ἀποστείλαντος κυρίου τε καὶ διδασκάλου Ἰησοῦ Χριστοῦ, αἱ τοῦ θανάτου μου ἠγγίκασιν ἡμέραι, Κλήμεντα [3] τοῦτον ἐπίσκοπον ὑμῖν [4] χειροτονῶ, ᾧ τὴν ἐμὴν τῶν λό-C γων πιστεύω καθέδραν, τῷ ἀπαρχῆς μοι μέχρι τοῦ τέλους συνοδεύσαντι, καὶ οὕτως πασῶν μου τῶν ὁμιλιῶν ἐπακούσαντι· συνελὼν ἐρῶ, ὃς ἐν πᾶσι πειρασμοῖς μου κοινωνήσας, τῇ πίστει προσκαρτερῶν εὑρέθη· ὃν πλεῖω πάντων πεπείραμαι θεοσεβῆ, φιλάνθρωπον, ἁγνὸν, πολυμαθῆ, σώφρονα, ἀγαθὸν, δίκαιον, μακρόθυμον, καὶ γενναίως εἰδότα φέρειν τὰς ἐνίων τῶν κατηχουμένων ἀχαριστίας. διὸ αὐτῷ μεταδίδωμι τὴν ἐξουσίαν τοῦ D δεσμεύειν καὶ λύειν, ἵνα περὶ παντὸς οὗ ἂν χειροτονήσῃ ἐπὶ γῆς, ἔσται δεδογματισμένον ἐν οὐρανοῖς. δήσει γὰρ ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσει ὃ δεῖ λυθῆναι, ὡς τὸν τῆς ἐκκλησίας εἰδὼς κανόνα. αὐτοῦ οὖν ἀκούσατε, ὡς γνόντες ὅτι ὁ τῆς ἀληθείας προκαθεζόμενον λυπῶν, εἰς Χριστὸν ἁμαρτάνει, καὶ τὸν πατέρα τῶν ὅλων παροργίζει· οὗ εἵνεκεν οὐ ζήσεται. καὶ αὐτὸν οὖν δεῖ τὸν προκαθεζόμενον, ἰατροῦ τόπον ἀπέχειν, οὐ θηρίου ἀλόγου θυ-E μὸν ἔχειν.

B

II. In ipſis autem diebus quibus brevi moriturus erat, congregatis fratribus, ſubito apprehenſa manu mea conſurgens, coram Eccleſia dixit: Audite me fratres & conſervi: Quoniam, ſicut edoctus ſum ab eo qui miſit me, Domino & Magiſtro Jeſu Chriſto, dies mortis meæ appropinquat, Clementem hunc Epiſcopum vobis ordino; cui meam ſermonum Cathedram cre-C do; qui mihi ab initio uſque ad finem comes exſtitit, ſicque omnes ſermones meos audivit: breviter dicam, qui in omnibus tentationibus meis particeps, in fide perſeverans inventus eſt: quem plus ceteris expertus ſum religioſum, humanum, caſtum, eruditum, temperantem, bonum, juſtum, patientem, & ſcientem fortiter ferre nonnullorum Catechumenorum ingratum animum. Quocirca ipſi trado ligandi & ſol-D vendi poteſtatem; ut quodcumque in terris ordinaverit, ſit decretum in cælis. Ligabit enim quod ligari oportet, & ſolvet quod oportet ſolvi; tamquam qui Eccleſiæ regulam noverit. Ipſum ergo audite, ut ſcientes quod qui contriſtaverit veritatis præſidem, peccat in Chriſtum, & univerſorum Patrem irritat: quapropter non vivet. Ceterum ipſum præſidem oportet medici locum tenere, non autem feræ beſtiæ E furorem habere.

III. Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes ejus, rogabam, excuſans me, & declinans honorem Cathedræ, vel poteſtatem. At ille reſpondens: Pro hoc, inquit, ne me

Αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος, ἐγὼ προσπεσὼν ἐπεδεόμην αὐτοῦ, παραιτούμενος τὴν τῆς καθέδρας τιμήν τε καὶ ἐξουσίαν. ὁ δ' ἀπεκρίνατο· περὶ τούτου μή με ἀ-

III. Hæc illo dicente, ego procidens rogabam eum, Cathedræ honorem & poteſtatem deprecans. At ille reſpondit: Hac de re noli me orare: hoc enim

1. Ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος πονηροῦ.] Recte Codex 804. addit αἰῶνος. quod & legit Rufinus: ſed perperam ad ſequentia retulit, non ad πονηροῦ. Verto: *in præſenti malo ſæculo*. Suſpicor etiam ſcribendum mox, ἐσομένου, *futuri ſeculi*: atque ita lectum a Rufino, dum interpretatur, *omnium ſæculorum*. COT.

2. Αὐτὸς τοῦ βίου βιαίως τὸ ζῆν μετήλλαξεν.] Secutus eſt Auctor Epiſtolæ errorem eorum qui Petro Jacobum ſuperfuiſſe arbitrabantur: quales exſtitiſſe conſtat ex Chronico Alexandrino, in quo Jacobi mors confertur ad annum primum Veſpaſiani. ID.

3. Κλήμεντα] Qui modeſtiæ ac verecundiæ leges non ignorat, indigne profecto feret, virum qui Clementem inducere non erubuit, ſubnexa & alia quæ paſſim per totam epiſtolam efferuntur, de ſe nullo pudore narrantem. COUTANT.

4. Χειροτονῶ.] Epitom. 145. χειροτονῶ σήμερον. Verſio Rufini. *ordino*: ubi tamen qui dicitur Abdias, *ordinabo* videtur legiſſe, χειροτονῶ in futuro 2. COT.

(a) *Ligabit* cet.] Citatur in Epiſt. Leodienſium adverſus Paſchalem II.

Interprete RUFINO.

rogaveris: hoc enim fieri statutum est mihi; & eo magis quod excuses: quia hæc Cathedra eum qui cupit eam & audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus, & in verbo Dei eruditum. Quod si esset alius melior, qui mihi adjutor tam sedulus adstitisset, si quis tam plene doctrinæ meæ rationem cepisset, sed & ecclesiasticas dispositiones a me tam plene didicisset; habens alium talem, non te cogerem bonum opus suscipere nolentem. Superfluum ergo est alium quærere; cum primitias eorum qui ex Gentibus per me salvantur, & præcipue hujus urbis, te primum obtulerim Deo. Sed & illud intuere; quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula; certus esto quia amplius peccas, qui populum Dei, velut in fluctibus positum & periclitantem, cum possis juvare, subterfugis, tui tantummodo habens considerationem, & non quod in commune omnibus expedit providens. Sed (a) certus esto; quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium, ab obsecrando cessabo. Quanto ergo citius mihi acquieveris; tanto me citius mæroris & tristitiæ labore relevabis.

ξίου· τοῦτο γὰρ γενέσθαι δέδοκταί μοι, καὶ ταύτῃ μᾶλλον εἰ παραιτῇ· ὅτι ἡ τοιαύτη καθέδρα οὐ φιλοκαθεδροῦντος τολμηροῦ χρείαν ἔχει, ἀλλ' εὐλαβοῦς τὸν τρόπον καὶ [1] πολυμαθοῦς τὸν λόγον· δὸς [2] δὲ τὸν κρείττονα, ὅς ἐμοί σου πλεῖον συνώδευσεν, καὶ τῶν λόγων ἐπήκουσεν, καὶ τὴν διοίκησιν τῆς ἐκκλησίας ἐκμεμάθηκεν, καὶ οὐκ ἀναγκάσω σε, καλῶς ποιεῖν οὐ θέλοντα. ἀλλ' οὐ δυνήσει νῦν τόν σου κρείττονα παρασχεῖν. σὺ [3] γὰρ δι' ἐμοῦ τῶν σωζομένων ἐθνῶν [4] εἶ κρείττων ἀπαρχή. πλὴν καὶ τὸ ἕτερον λογίσαι, ὅτι τὸν κίνδυνον τῆς ἁμαρτίας φοβούμενος, οὐκ ἀναδέχῃ τῆς ἐκκλησίας τὴν διοίκησιν, σὺ ἴσθι εἰδὼς, ὅτι πλεῖον ἁμαρτάνεις, ὅστις τοῖς θεοσέβεσιν, ὥσπερ πλέουσιν καὶ κινδυνεύουσιν, βοηθεῖν δυνάμενος, οὐ θέλεις, διασκοπῶν μόνον τὸ ἴδιον, καὶ οὐ τὸ κοινῇ πᾶσι συμφέρον. ὅτι δὲ τὸν κίνδυνον πάντως ἀναδέξασθαί σε δεῖ, [5] ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦν μὴ παυομένου εἰς τὴν τῶν πάντων βοήθειαν, ὀρθῶς ἐπίσταμαι. ὅσῳ ἂν μοι ταχύτερον συνευδοκήσεις, τοσούτῳ με τῆς ἀθυμίας κουφίσεις.

Interprete J. B. COTELERIO.

fieri statutum est; eoque magis quod excusas: quia hæc Cathedra non opus habet temerario sedendi in ea cupido, sed viro moribus sancto & in doctrina erudito. Porro da mihi præstantiorem, qui plus te mecum peregrinatus fuerit, & sermones meos audierit, ac Ecclesiæ administrationem didicerit; & non cogam te, nolentem bene agere. Sed non poteris nunc meliorem, quam tu es, exhibere. Tu namque inter eos qui per me ex Gentibus servati sunt, locum optimarum primitiarum obtines. Sed & aliud reputa: quod si peccati periculum metuens, Ecclesiæ gubernationem non suscipis; certus esto te amplius peccare; qui cum possis Dei cultoribus, velut navigantibus & periclitantibus, succurrere, id facere recusas; quod tuum est, dumtaxat considerans, & non quod in commune omnibus expedit. Quod autem periculum omnino suscipere te oportet, me id rogare non cessante in cunctorum subsidium, optime novi. Quanto ergo citius mihi assensus fueris, tanto me tristitia levabis.

IV. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi tædia & molestias, pericula etiam & opprobria ineruditi vulgi indocilisque conciliem; quæ tu tamen scio quod fortiter & constanter feres, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed & illud te cupio mecum justa ratione perspicere; quando maxime opera tua indiget Christus, nunc cum Inimicus adversum sponsam ejus commovet bellum, an in futuro tempore, quando jam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi sensus intelligat, quod istud est temporis, in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præsenti necessitate præbe operam tuam, & auxilium in prœliis exhibe Regi optimo, remunerationes magnificas post victoriam reddituro. Libenter ergo suscipe Episcopatus officium, eo maxime quod ecclesiasticas dispensationes a me probabiliter didicisti; ut salus eorum qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet.

Οἶδα δὲ καὶ αὐτὸς, ὦ Κλήμης, λύπας, καὶ ἀθυμίας, καὶ κινδύνους, καὶ ψόγους, τοὺς ἐξ ἀπαιδεύτων ὄχλων σοι δωρούμενος, οὓς δυνήσῃ γενναίως φέρειν, ἐνορῶν τῆς ὑπομονῆς τὸν ἐκ Θεοῦ σοι μέγαν ἀποδιδόμενον μισθόν. ἀλλὰ καὶ δικαίως συνενθυμήθητί μοι, πότε σου τῆς ξυμμαχίας χρείαν ἔχει ὁ Χριστὸς, νῦν ὅτε ὁ πονηρὸς κατὰ τῆς αὐτοῦ νύμφης πόλεμον ἤρατο, ἢ εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον, ὅτε νικήσας βασιλεύσει, μηδεμίας τοῦ λοιποῦ χρείαν ἔχων βοηθείας; οὐχὶ καὶ τῷ βραχὺ νοῦν ἔχοντι δῆλον, ὅτι νῦν; πάσῃ οὖν προαιρέσει ἐν τῷ τῆς παρούσης ἀνάγκης χρόνῳ τάχιον ξυμμαχῆσαι βασιλεῖ ἀγαθῷ, μισθοὺς μεγάλους μετὰ νίκην ἀποδιδόναι πεφυκότι. χαίρων οὖν ἐπισκόπησον, εὐκαίρως ταύτῃ μᾶλλον ὡς διοίκησιν ἐκκλησίας παρ' ἐμοῦ μεμαθηκὼς, εἰς τὴν τῶν ἡμῖν προσφυγόντων ἀδελφῶν σωτηρίαν.

IV. Novi autem etiam ipse, o Clemens, quod tibi conciliem molestias, & mærores, & pericula, & probra, ab inerudita plebe importanda; quæ fortiter poteris ferre, respiciens ad patientiæ magnam mercedem tibi a Deo reddendam. Sed & illud mecum juste considera; quando tuo auxilio opus est Christo, nunc cum Malus adversus sponsam illius bellum suscepit, an in sequenti tempore, quando victoria parta regnabit, nullo amplius subsidio indigens? Nonne etiam exigui ingenii viro claret, quod in præsenti tempore? Omnibus ergo animi viribus, in hoc præsentis necessitatis tempore festina opem ferre bono Regi, magnas remunerationes post victoriam reddere solito. Læto igitur animo Episcopatum suscipe, opportune eo magis quod Ecclesiæ dispositionem a me didicisti, ad fratrum qui ad nos confugerunt salutem.

1. Πολυμαθοῦς τὸν λόγον.] Eodem modo Turrianus Proœmio Latino ad Constitutiones Apostolicas. At in Prolegomenis Græcis in easdem, φιλομαθοῦς τὸν λόγον, quemadmodum Codex Regis. COT.

2. Δὸς δὲ τὸν κρείττονα] Infra in Clementina homilia III. cap. LXV. rursum Petrus Zacchæum sic alloqui fingitur: *Sin vero non vis bonus Ecclesiæ constitui custos, alium pro te indica qui te sit doctior & fidelior: sed non dabis.* Ex utroque autem loco discimus, a prioribus Ecclesiæ sæculis hanc in ea obtinuisse regulam, quæ digniores ac præstantiores ecclesiasticis ministeriis præfici jubet. COUTANT.


3. Σὺ γὰρ κ. τ. λ.] Scriptor noster Clementem ex Hebræis natum non sentiebat. ID.

4. Εἶ κρείττων ἀπαρχή.] Lectio a Turriani est, Pro Epistolis Pontificum lib. 2. cap. 14. Nam duo Regii libri habent ἡ. Mox εἰ quod deest post ὅτι, ostendit MS. 804. COT.

5. Ἐμοῦ τοῦτο ἀξιοῦν μὴ παυομένου εἰς τὴν τῶν πάντων βοήθειαν.] Clarum est hæc ad preces Sanctorum mortuorum non spectare: sed Rufinus obscurius convertit. ID.

a *Certus esto* [Ἐπίστασαι.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



Interprete RUFINO.

A

V. Verumtamen & breviter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commonere necessarium duco. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere; & summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias; ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, neve in ulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim judicem aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult B Christus; uti ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam secernere bonos a malis. Ista namque opera quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi invicem Discentes, id est, Laici, & te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur. Sicut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, solicitudines suscipere sæculares; ita unicuique Laicorum pecca- C tum est, nisi invicem sibi etiam in his, quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex his quibus non debes vacare, omnes communiter elaborent. Quod si forte a semet ipsis hoc Laici non intelligunt, per Diaconos edocendi sunt; ut tibi solius Ecclesiæ solicitudines derelinquant; quo ipsam, ut dignum est, dispensare sufficias, & veritatis verbo abundantius possis & studiosius deservire.

A

Πλὴν καὶ [1] βραχαίας ἐπὶ πάντων διὰ πάντας, τὰ τῆς διοικήσεως ὑπομνῆσαι θέλω. σὲ μὲν χρὴ ἀνεπιλήπτως βιοῦντα, σπουδῇ μεγίστῃ πάσας τὰς βίου ἀσχολίας ἀποσείεσθαι, μήτε ἐγγυητὴν γινόμενον, μήτε συνήγορον, μηδὲ ἑτέρῳ τινὶ βιωτικῷ παρεμπεπλεγμένον πράγματι. οὐ γὰρ κριτὴν καὶ δικαστὴν χρημάτων ἢ ἀσχολημάτων καθεστάναι σε θέλει τῶν νῦν βιωτικῶν πραγμάτων B ὁ Χριστός· ἵνα συνεχόμενος εἰς τὰς νῦν τῶν ἀνθρώπων φροντίδας, μὴ ἀσχολῇς χωρίζειν λόγῳ ἀληθείας, ἀνθρώπων τοὺς κρείττονας ἀπὸ τῶν χειρόνων. ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ μανθάνοντες ἀλλήλοις παρασχέτωσαν, καὶ ἀπὸ τῶν σώζειν δυναμένων λόγων μὴ [2] ἀποσχολήτωσαν. ὡς γάρ σοι ἀσεβές ἐστιν, τὰς βιωτικὰς φροντίδας ἀναδέξασθαι, καταλείψαντα ποιεῖν ὃ ἐκελεύσθης· οὕτως ἑκάστῳ λαϊκῷ ἁμαρτία ἐστὶν, ἐὰν μὴ ἀλ- C λήλοις κᾂν ἐν ταῖς βιωτικαῖς χρείαις παρίστανται. καί σε δὲ περὶ ὧν χρὴ ἀμέριμνον εἶναι οἱ πάντες ποιεῖν ἐὰν μὴ νοῶσιν, παρὰ τῶν διακόνων μανθανέτωσαν· ἵνα μόνης τῆς ἐκκλησίας τὴν φροντίδα ἔχῃς, πρός τε τὸ διοικεῖν αὐτὴν καλῶς, καὶ τὸ τοὺς τῆς ἀληθείας λόγους παρέχειν.

A

Interprete J. B. COTELERIO.

V. Verumtamen & breviter coram omnibus & propter omnes, quæ ad eam dispositionem pertinent volo commemorare. Te quidem oportet irreprehensibiliter vivere, & maximo studio omnes vitæ occupationes abjicere; ut non sis fidejussor, neque advocatus, neque ullo alio implicitus sæculari negotio. Non enim judicem & cognitorem pecuniarum vel negotiorum rerumque ad hanc vitam per- B tinentium constituere te vult Christus; ut præsentibus hominum curis detentus, tempus non habeas ad separandos juxta veritatis modum homines bonos a malis. Verum illa quidem sibi invicem exhibeant qui discunt, & te a sermonibus salvos facere valentibus non avocent. Quemadmodum enim tibi impium est, sæculares curas suscipere, relicto eo quod facere jussus es: ita singulis Laicis peccatum est, si sibi invicem etiam in mun- C danis necessitatibus præsto non sint. Equidem si cuncti non cogitent facere uti tu, in rebus in quibus id decet, secure & tranquille vivas; a Diaconis edoceantur; quo solius Ecclesiæ solicitudinem geras, tum ad eam scite administrandam, tum ad tradendos sermones veritatis.

VI. Si enim mundialibus curis D fueris occupatus, & te ipsum decipies, & eos qui te audiunt. Non enim poteris quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere: & ex eo fiet ut tu, tamquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent, puniaris, & discipuli per ignorantiam pereant. Idcirco ergo tu quidem ad hoc solum vacato, uti opportune & sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem consequi possint. Illi vero cum tanta reverentia E tua verba suscipiant, tamquam qui sciant legatum te & præconem esse veritatis; & quodcumque ligaveris super terram, esse ligatum & in cælo, & quodcumque solveris, etiam ibi esse solvendum: quoniam quidem & tu, ut dixi, quæ oportet ligabis, & quæ expedit solves. Ad te quidem qui præes ista sint monita, & his similia.

D Ἐπεὶ ἐὰν βιωτικαῖς μερίμναις ἀσχοληθῇς, καί σε αὐτὸν καὶ τοὺς ἀκροατὰς ἐνεδρεύσεις· τὰ γὰρ συμφέροντα ἐφοδιάζειν, διὰ τὴν ἀσχολίαν οὐ δυνηθεὶς, καὶ σὺ ὡς μὴ διδάξας τὸ συμφέρον, κολασθήσῃ, οἱ δὲ μὴ μαθόντες, ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀπολοῦνται. διὸ σὺ μὲν [3] αὐτὸς ἀσχολεῖν προκαθέσθητι, πρὸς τὸ εὐκαίρως παρέχειν τοὺς σώζειν αὐτοὺς δυναμένους λόγους. καὶ οὕτως ἐπακουσέτωσάν σου, εἰδότες ὅτι ὁ τῆς ἀληθείας πρεσβύ- E της, ὃ ἂν δήσῃ ἐπὶ γῆς, δέδεται καὶ ἐν οὐρανῷ, ὃ δ' ἂν λύσῃ, λέλυται. [4] σὺ δὲ δήσεις ἃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις ἃ δεῖ λυθῆναι. καὶ τὰ μὲν κατὰ σὲ τὸν προεστῶτα ταῦτά ἐστιν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια.

D VI. Nam si curis sæcularibus occupatus fueris, & te ipsum & auditores decipies. Conducibilia enim præbere, per occupationem non valens, & tu quasi utilia qui non docueris, punieris, & qui non edocti erunt, ignorantiæ ergo peribunt. Quocirca tu quidem fac ut absque occupatione præsideas, quo tempestive sermones quibus illi salvari possint præbeas: sicque te audiant, scientes, legatus veritatis [a] quodcumque ligaverit E super terram, ligatum esse & in cælo, & quodcumque solverit, solutum esse. Tu autem ligabis quæ ligari oportet, & solves quæ solvenda sunt. Atque ad te quidem qui præes, quæ pertinent, ista sunt, & his similia.

a Matt. xvi. 19.


1. Βραχαίας.] Forte βραχέως. MS. 804. βραχέα, bene. Et post, ἀποσείεσθαι: sed in Codice Clementinorum, qui est Regius 1648. semper cum simplici Jota scribitur: circa quod consuli debet πολυμαθέστατος Salmasius, Notis ad Inscriptionem Herodis p. 64. 65. COT.

2. Ἀποσχολήτωσαν.] Liber 804. ἀσχολείτωσαν. Et paullo post, καταλείψαντα. ID.

3. Αὐτὸς.] Idem, αὐτοῖς. Et statim forte legendum ἀσχολῶν. ID.

4. Σὺ δὲ δήσεις &c.] Citatur ἐκ τῶν Κλημεντίων MS. Regio 940. Lege cap. 2. In Epistola Niconis Tom. 3. Bibliothecæ sanctorum Patrum & apud Balsamonem; *Magnus quoque Petrus ad Clementem; Tu quidem ea ligabis quæ ligare oportet, & solves quæ solvenda sunt.* Martyrium S. Dionysii Areopagitæ; ὅμως πρὸ τοῦ τὸν μακάριον Πέτρον διὰ τῆς νίκης τοῦ μαρτυρίου καταξιωθῆναι τῆς ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ συνδιαγωγῆς, τῷ μακαρίῳ Κλήμεντι τὴν ἐξουσίαν τῆς ἐκκλησίας παρέδοτο, λέγων· ὥσπερ παρὰ τοῦ κυρίου μου Ἰησοῦ Χριστοῦ λῦσαι καὶ δῆσαι ἐμοὶ δεδώρηται ἐξουσία, οὕτω καὶ τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν αἰωνίως δωροῦμαί σοι καὶ δίδωμι, ἵνα ὃν ἂν δήσῃς ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένος ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



Interprete RUFINO.

VII. Ad Presbyteros vero sint ista. Ante omnia ut pudicitiæ studentes adolescentes nuptiis jungant; quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant. Sed ne in provectioribus quidem curam habere hujusmodi negligant; quia in multis, etiam cum senuerit corpus, concupiscentia viget. Ne forte ergo fornicationis labes, occasione accepta, tamquam venenum pessimum serpat in vobis, cavere & antevenire necessarium est, ne quod in vobis adulterii occultum calescat incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in pœnis obtinet locum; quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant a Deo, etiamsi sobrie vixerint. Propter quod vos, o Presbyteri, Ecclesiam excolite, & adornate sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico omnem Ecclesiæ congregationem: quæ si pudica fuerit inventa ab sponso suo, ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur; & vos velut ministri sponsæ, & amici sponsi, ingenti gaudio ac lætitia perfruemini: si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis; ipsa quidem tamquam indigna, trudetur a regalibus toris; vos autem pœnas dabitis, si forte per vestram negligentiam vel desidiam obrepserit contagio sæva peccati.

A Τὰ δὲ κατὰ τοὺς πρεσβυτέρους ἔστω τάδε, πρὸ πάντων [1] τοὺς νέους πρὸς γάμον ζευγνύτωσαν ἐν τάχει, προλαμβάνοντες τῆς νεαζούσης ἐπιθυμίας τὰ παγιδεύματα. ἀλλὰ μὴ δὲ τῶν ἤδη γερόντων, περὶ γάμου ἀμελήτωσαν· ἐνίοις γὰρ καὶ γηράσασιν, ἀλκαία ἔνεστιν ἐπιθυμία. ἵνα οὖν μὴ ἡ πορνεία νομὴν λαβοῦσα καθ' ὑμῶν, εἰς ὑμᾶς τὸν αὐτὸν ἐμ-B βάλλῃ λοιμὸν, προασφαλίζεσθε, καὶ ἐρευνᾶτε, μή πως τὸ τῆς μοιχείας λανθανόντως ἐν ὑμῖν ἀναφθῇ πῦρ. πολὺ γὰρ δεινὸν ἡ μοιχεία, τοσοῦτον ὅσον τὰ δευτερεῖα ἔχειν αὐτὴν τῆς κολάσεως· ἐπεὶ τὰ πρωτεῖα τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσιν ἀποδίδοται, κἂν σωφρονῶσιν. διὸ ὑμεῖς, ὡς ἐκκλησίας πρεσβύτεροι, ἐξασκήσατε τὴν Χριστοῦ νύμφην εἰς σωφροσύνην. νύμφην δὲ λέγω, τῆς ἐκκλησίας C τὸ σύστημα. ἐὰν γὰρ σώφρων καταληφθῇ ὑπὸ νυμφίου βασιλέως, τιμῆς μεγίστης τεύξεται, καὶ ὑμεῖς μεγάλης εὐφρασίας, ὡς κλητοὶ γάμων, ἀπολαύοντες. ἐὰν δὲ ἡμαρτηκυῖα φωραθῇ, αὐτὴ μὲν ἔκβλητος ἔσται, ὑμεῖς δὲ δίκην [2] δώσητε, μή πως παρὰ τὴν ὑμετέραν ἀμέλειαν γέγονεν ἡ ἁμαρτία.

A *Interprete* J. B. COTELERIO.

VII. Quæ vero ad Presbyteros spectant, ista sint. Ante omnia, juvenes nuptiis cito jungant, laqueos ferventis in juventa cupiditatis præveniendo. Sed nec de conjugio jam senum, curam abjiciant: nam in nonnullis, etiam cum senuerint, valida inest cupiditas. Ne igitur fornicatio, adversum vos grassandi occasione accepta, pestem in vos invehat, præcavete; & conquirite, ne B forte in vobis occulte adulterii ignis fuerit accensus. Multum quippe grave peccatum est, adulterium: in tantum ut secundum in pœnis obtineat locum: quandoquidem primus debetur iis qui in errore degunt, quamvis temperanter vivant. Quare vos, velut Ecclesiæ Presbyteri, Christi sponsam ad castitatem exercete. Sponsam autem dico, Ecclesiæ corpus & congregationem. Si enim pudica inventa fuerit a C sponso Rege, maximum honorem consequetur; vosque grandi lætitia, velut invitati ad nuptias, fruemini. Si vero in peccato deprehensa fuerit, ipsa quidem ejicietur; vos autem pœnas dabitis, ne forte per vestram negligentiam peccatum commissum fuerit.

VIII. Idcirco igitur ante omnia sobrietatis & pudicitiæ solicitudinem grave gerite. Valde enim apud Deum grave crimen ducitur fornicatio: cujus species sunt quidem plures, sicut & ipse vobis Clemens diligenter exponet. Verumtamen prima species adulterii est, virum propria solummodo uxore non esse contentum, & mulierem non proprio tantum servare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest & humanus & misericors fieri, per quod & ipse æternam a Deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulterium venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus & caritas totius boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres vestros, & cum religione ac misericordia respicite ad omnes. Orphanis exhibete vosmet ipsos parentes. Viduis, virorum curam impendite, cum omni

D Διὸ πρὸ πάντων περὶ σωφροσύνης φροντίζετε. λίαν γὰρ παρὰ τῷ Θεῷ χαλεπὴ ὥρισται ἡ πορνεία. πορνείας δὲ εἴδη πολλὰ, ὡς καὶ αὐτὸς Κλήμης ὑμῖν διηγήσεται. πλὴν πρώτη μοιχεία ἐστὶν, τὸν ἄνδρα μὴ ἰδίᾳ μόνῃ χρήσασθαι γυναικὶ, καὶ γυναῖκα μὴ ἰδίῳ μόνῳ χρήσασθαι ἀνδρί. ἐὰν σώφρων ᾖ τις, καὶ φιλάνθρωπος γενέσθαι δύναται, οὗ εἵνεκεν ἐλέους αἰωνίου τεύξεται. ὡς δὲ ἡ E μοιχεία μέγα κακὸν, οὕτως ἡ φιλανθρωπία μέγιστον ἀγαθόν. διὸ ἀγαπᾶτε πάντας ὑμῶν τοὺς ἀδελφοὺς, σεμνοῖς καὶ ἐλεήμοσιν ὀφθαλμοῖς, τοῖς μὲν ὀρφανοῖς ποιοῦντες τὰ γονέων, ταῖς δὲ χήραις τὰ ἀνδρῶν, παρέχοντες μετὰ πάσης εὐφροσύνης τὰς τροφάς· τοῖς ἀκμαίοις τοὺς γάμους, καὶ τοῖς αὐτῶν [3] ἀτέχνοις, διὰ τῶν ἐπιτηδευμά-

D VIII. Quocirca ante omnia de pudicitia soliciti estote. Quippe apud Deum admodum grave quid censetur fornicatio. Ceterum species fornicationis multæ sunt, ut & ipse Clemens vobis enarrabit. Attamen primum adulterium est, virum non sola sua uti uxore, & uxorem non solo suo uti viro. Si quis castus exstiterit, humanus etiam fieri potest; propter quod æternam consequetur misericordiam. Quemadmodum autem E adulterium, magnum malum est; ita humanitas, maximum bonum. Idcirco diligite omnes fratres vestros, sanctis & misericordibus oculis, [a] orphanis quidem parentum, viduis autem virorum curam exhibentes, præbentes alimoniam cum omni liberalitate: ætate vigentibus conjugium providentes; atque inter illos iis qui artem nesciunt, commenti per

[a] Eccli. IV. 10.

1. *Τοὺς νέους πρὸς γάμον ζευγνύτωσαν ἐν τάχει.*] Constitut. Apostol. IV. 11. Item B. Chrysostomus Homil. 59. in Genesim his elegantibus & accommodatis verbis; *μὴ τοίνυν ἀμελῶμεν τῶν νέων, ἀλλ' εἰδότες τὴς καμίνου τὴν πυρὰν, πρὶν ἢ εἰς ἀσέλγειαν ἐγκυλισθῆναι, σπουδάζωμεν κατὰ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον αὐτοὺς συνάπτειν πρὸς γάμον· ἵνα καὶ τὰ τῆς σωφροσύνης αὐτοὺς διατηρῶσι, καὶ μηδεμίαν κηλῖδα δέξωνται ἐξ ἀκολασίας, ἔχοντες ἀρκοῦσαν παραμυθίαν, καὶ δυναμένην τὰ σκιρτήματα κατασιγάσαι, καὶ κολάσεως ἐκτὸς εἶναι.* Verum Ebionitarum hæreseos Clementinis inspersæ mos fuit, adolescentulos ad nuptias ante ætatem cogere, teste S. Epiphanio Panarii p. 142. quem morem a Judæis acceperant. Horum de *παιδογαμίᾳ* lege Georgium Syncellum Chronographiæ p. 84. COT.

2. *Δώσητε.*] In Vita Clementis MS. *δώσετε.* ID.

3. *Ἀτέχνοις.*] Idem MS. & Turriani Liber, *τέκνοις.* Sed *ἀτέχνοις* cum Rufino retinendum. ID.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 230.

Interprete Rufino.

A (α) caſtitate, quæ neceſſaria ſunt præbentes, (β) Juniores tamen viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honeſtas aliquas occaſiones, quibus victum neceſſarium quærant; artificibus vero operam providete, debilibus miſericordiam facite.

IX. Scio autem hæc omnia factutos vos, ſi caritatem præ ceteris & ante omnia in veſtro corde figatis: cujus caritatis & recipiendæ & habendæ maximum erit fomentum, ſi frequenter inter voſmet ipſos communem cibum veſtrum menſamque faciatis. Et in quantum unuſquiſque prævalet, crebrius panes ac ſales ſuos cum ſuis fratribus ſumat. Per hæc enim præcipue caritas comparatur, & cauſſa totius boni in hujuſmodi communione conſiſtit. Ubi autem pax & bonitas, ibi & ſalus. Propter quod communes facite cibos veſtros, cum his qui ſecundum Deum fratres ſunt; quia per hæc temporalia officia, pacis & caritatis fructibus, gaudia æterna merebimini. Multo autem ſolicitius eſurientes reficite, & ſitientibus potum date, nudis veſtimentum; ægros viſitate; & eos qui in carcere ſunt, prout poſſibile eſt juvate; peregrinos ſatis promte in domibus veſtris ſuſcipite. Et ne omnia nunc ſingillatim dicam, omne bonum, ipſa per ſe ſi in vobis fuerit caritas, facere vos docebit: ſicut e contrario eos qui a ſalute alieni ſunt, omne malum facere, odium docet.

D X. Si qui ex fratribus negotia habent inter ſe, apud cognitores ſæculi non judicentur; ſed apud Presbyteros Eccleſiæ, quidquid illud eſt dirimatur, & omni modo obediant ſtatutis eorum. Super omnia autem avaritiam fugite, quæ homines, occaſione præſentis lucri, ab æternis ſeparat bonis. Pondera, menſuras, ſtateras, pro (γ) locis quibuſque æquiſſima cuſtodite; depoſita fideliter reſtituite. Quæ omnia, & ſi qua ſunt his ſimilia, ita demum ſolicite & diligenter implebitis, ſi futurum Dei judicium, ſine intermiſſione, in veſtro corde volvatis. Quis enim peccare poterit, ſi ſemper ante oculos ſuos Dei judicium ponat? quod in fine mundi certum eſt agitandum: ut tandem qui in hac vita bene egere, conſequantur repoſita bona; peccatores autem ut conſequantur præparatas & reconditas

A ...των ἐννοούμενοι τὰς προφάσεις τῆς ἀναγκαίας τροφῆς· τεχνίτῃ ἔργον, ἀδρανεῖ ἔλεος.

Οἶδα δὲ ταῦτα ποιήσειν ὑμᾶς, ἐὰν ἀγάπην εἰς τὸν ὑμέτερον ἱδρύσητε νοῦν. πρὸς δὲ τῆς αὐτῆς εἴσοδον, μία τίς ἐστιν ἱκανὴ πρόφασις, κοινὴ τῶν [1] ἄλλων μετάληψις. διὸ σπουδάζετε πυκνότερον συνέστιοι ἀλλήλων γίνεσθαι, ὡς δύνασθε, ὅπως αὐτὴν μὴ ἀπεμπολήσητε· αἰτία γάρ ἐστιν τῆς εὐποιΐας, ἡ δὲ εὐποιΐα τῆς σωτηρίας. κοινοὺς οὖν πάντες πᾶσιν τοῖς κατὰ Θεὸν ἀδελφοῖς τοὺς ἑαυτῶν παρέχετε βίους, εἰδότες ὅτι πρόσκαιρα δωρούμενοι, αἰώνια λήψεσθε. πολλῷ μᾶλλον πεινῶντας τρέφετε, καὶ διψῶσι παρέχετε ποτὸν, γυμνοῖς ἔνδυμα, τοὺς νοσοῦντας ἐπισκέπτεσθε, τοῖς ἐν φυλακαῖς [2] ἐπιφερόμενοι, ὡς δύνασθε βοηθεῖτε, τοὺς ξένους μετὰ πάσης προθυμίας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους λαμβάνετε. πλὴν ἵνα μὴ τὸ κατ' εἶδος λέγω, πᾶν καλὸν ἡ φιλανθρωπία ὑμᾶς ποιεῖν διδάξει, ὥσπερ ἡ μισανθρωπία τοῖς μὴ βουλομένοις σώζεσθαι, τὴν κακοπραξίαν ὑποδείκνυσιν.

Οἱ πράγματα ἔχοντες ἀδελφοὶ, ἐπὶ τῶν ἐξουσιῶν μὴ κρινέσθωσαν, ἀλλ' ὑπὸ [3] τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν παντὶ τρόπῳ, ἑτοίμως αὐτοῖς πειθόμενοι. πλὴν καὶ τὴν πλεονεξίαν οὕτως φεύγετε, ὡς προφάσει προσκαίρου κέρδους, ἀπὸ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ζημιοῦν δυναμένην. ζύγα, μέτρα, σταθμία τὰ τῶν [4] ῥοπῶν, δίκαια ἐπιμελῶς φυλάσσετε· πρὸς τὰς παρακαταθήκας εὐγνωμονεῖτε. πλὴν ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια, μέχρι τέλους ποιεῖν ὑπομενεῖτε, ἐὰν ἀχώριστον μνήμην περὶ τῆς ἐκ Θεοῦ γινομένης κρίσεως ἐν ταῖς καρδίαις ἔχητε. τίς γὰρ ἂν ἁμαρτήσῃ, πεπληροφορημένος ὅτι ἐκ Θεοῦ δικαίου, τοῦ νῦν μόνου μακροθύμου καὶ ἀγαθοῦ, ἐπὶ τῇ τοῦ βίου συντελείᾳ γενέσθαι ὡρίσθη κρίσις; ἵνα οἱ ἀγαθοὶ τοῦ λοιποῦ τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν ἀϊδίως ἀπολαύσωσιν, οἱ δὲ ἁμαρτωλοὶ

A *Interprete* J. B. Cotelerio.

vitæ inſtituta occaſiones ad vivendi neceſſitatem; artifici operam, debili miſericordiam.

IX. Scio autem vos hæc facturos, modo caritatem veſtra in mente ſtatueritis: ad quam introducendam unus eſt modus accommodatus, menſæ & ſalis in commune perceptio. Quare ſtudete, inter vos frequentius convivia agitare, quantum poteſtis, ne caritatem amittatis: cauſſa enim eſt beneficentiæ, beneficentia vero ſalutis. Cuncti ergo cunctis in Deo fratribus communem veſtrum præbete victum, ſcientes quod temporalia dando, æterna conſequemini. Multo magis nutrite eſurientes, & ſitientibus potum date, nudis indumentum; ægrotos viſitate; iis qui in carcere ſunt afferendo, pro viribus ſuccurrite; peregrinos omni cum alacritate in domibus veſtris ſuſcipite. Verum ne ſingulatim dicam, omne bonum ut faciatis docebit vos caritas erga homines; quemadmodum apud eos qui ſalvi eſſe nolunt, odium erga homines, male agere ſuggerit.

D X. Fratres qui lites habent, apud Poteſtates non judicentur, ſed ab Eccleſiæ Presbyteris concilientur quocumque modo, quibus promte obediant. Ad hæc avaritiam ita fugite, ut quæ occaſione temporalis lucri, poteſt æternis bonis privare. Stateras, menſuras, pondera lancis inclinationem facientia, juſta ſedulo cuſtodite; in depoſitis bene vos gerite ac fideliter. Atque hæc & ſimilia, uſque ad finem facere ſuſtinebitis, ſi de futuro per Deum judicio memoriam perpetuam corde retineatis. Quis enim peccet, certo perſuaſus, quod a Deo juſto, qui nunc ſolus patiens & bonus eſt, in conſummatione ſæculi judicium fore definitum eſt? ut boni, deinceps ineffabilibus bonis perpetuo fruantur; qui vero peccatores inventi fuerint, tamquam mali, inenarrabili ſup-

1. Αλων.] Certa lectio ἀλῶν eſt etiam Libri 804. Cot.

2. Επιφερόμενοι.] Ita tunc legebamus: ſed propius inſpecto MS. ſcriptum eſſe deprehendimus ἐπιφερόμενοι pro ἐπιφαινόμενοι, quod exhibet Codex 804. utque legi debere patet ex Epiſtolæ cap. 12. & ex Homilia 11. cap. 4. nec non Homil. 12. cap. 32. Verte igitur; *iis qui carcere clauſi ſunt, intervenientes ſuccurrite pro viribus*. Id.

3. Ὑπὸ τῶν ---- πρεσβυτέρων] Hoc ipſum Clement. homil. III. cap. LXVII. ita explicatur: *Si* (fratres) *de iis in quibus injuria afficiuntur, cupiant judicari, apud presbyteros concilientur; & presbyteri conciliationem ad epiſcopum referant.* Coutant.

4. Ῥοπῶν,] Alter Codex, ut Rufini Interpretatio, τόπων recte agnoſcit: atque ita noſter antequam fuiſſet interpolatus. Cot.


α *Caſtitate*] Σωφροσύνης.

β *Juniores vid.*] Ταῖς ἀκμαίαις.

γ *Pro locis*] Τόπων.

Interprete RUFINO. | A | A *Interprete* J. B. COTELERIO.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



pœnas. De quibus ita futurum dubitare omnino non possumus; siquidem hæc omnia ita esse ventura, verus nobis Propheta prædixerit.

εὑρεθέντες, ὡς κακοὶ, ἀποῤῥήτου κολάσεως τεύξωνται τὸν αἰῶνα. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔχειν, εἰ μὴ ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης ἐνορκῶς εἰρήκει ἔσεσθαι, τάχα ἂν εὔλογον ἦν ἀμφιβάλλειν.

plicio afficiantur in sempiternum. Et ista quidem ita se habere, nisi veritatis Propheta futurum, jurejurando affirmasset, forte par erat dubitare.

XI. Unde & vos, qui estis veri Prophetæ discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia, discordias & animorum dissensiones, ex quibus omne opus malum procedit, & benignitatem ac simplicitatem tota B mente servate. Quod si forte alicujus cor, vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius memoravimus, latenter irrepserit, non erubescat qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per verbum Dei, & consilium salubre curetur; quo possit fide integra, & operibus bonis, pœnas æterni ignis effugere, & ad perpetuæ vitæ præmia pervenire.

Διὸ προφήτου [1] ἀληθῶς ὄντες μαθηταὶ, ἀποθέμενοι τὴν διχόνοιαν, ἐξ ἧς γίνεται ἡ κακοπραξία, προθύμως τὸ εὐποιεῖν ἀναδέξασθε. εἰ δὲ περὶ B τῶν εἰρημένων ἔσεσθαι, ἀμφιβάλλει τις ὑμῶν, μὴ αἰδεσθεὶς ὁμολογήτω, εἴπερ τῆς αὐτοῦ φροντίζει ψυχῆς, καὶ ὑπὸ τοῦ προεστῶτος πληροφορηθήσεται. εἰ δ' ὀρθῶς πεπίστευκε, θαῤῥῶν πολιτευέσθω, ὡς μέγα καταδίκης πῦρ φεύγων, καὶ εἰς ἀΐδιον ἀγαθὴν Θεοῦ βασιλείαν εἰσερχόμενος.

XI. Quocirca cum sitis veri Prophetæ discipuli, deposita vacillatione animi ex qua mala opera oriuntur, alacriter bene agere recipite. Quod si circa ea B quæ futura diximus aliquis vestrum ambigit, non erubescat confiteri, si quidem curam habet animæ suæ, & a Præposito satisfiet ipsi: sin vero recte credidit, confidens vivat, quasi qui magnum condemnationis ignem effugerit, & in perpetuum bonumque Dei regnum sit ingressurus.

3. Ἱκανὰς μαρτυρίας.] Videtur reponendum: ὡς ἐμψύχους εἰκόνας. Ἱκαναῖς μαρτυρίαις λοιπὸν ὑμετέρας ἐστὶν ἐξουσίας ὑπείκειν, ἢ ἀπειθεῖν: *Ceterum testimoniis idoneis cedere vel refragari, vestræ est potestatis.* Id.
4. Τὰς ἀποδείξεις.] Legendum censuerim ἀπολύσεις ab eo significatu verbi ἀπολύομαι, quo *confuto*, aut *solvo criminationes* sonat. Philosophi enim heic inducuntur *criminantes creationem*. Cler.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



λέγων· Ἀλόγως ὁ Θεὸς ὑμῖν ἀκατάληπτον τὴν A αὐτοῦ βούλησιν ἔθετο, ἀναξίους προειδὼν, ὡς [1] ἐξ ὧν νῦν τοὺς κριτικὸν νοῦν ἔχοντας πληροφορῶν φαίνεται. ἐπεὶ γὰρ νῦν τῆς αὐτοῦ βουλήσεως κήρυκες ἐξαπεστάλησαν, οὐ γραμματικὴν ἐπαγγελλόμενοι τέχνην, ἀλλὰ ἁπλοῖς καὶ ἀπανούργοις τὴν αὐτοῦ βούλησιν ἐκφαίνοντες, ὡς πάντα ὁντιναοῦν τὸν ἀκούσαντα νοεῖν τὰ λεγόμενα, καὶ οὐ μετὰ ἕξεώς τινος φθονερᾶς, παρέχειν πᾶσιν ἑαυτὴν μὴ βουλομένης· πάρεστε ὑμεῖς [2] πρὸς τὸ μὴ νοεῖν τὸ ὑμῖν συμφέρον, ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ βλάβῃ γελᾷν τὴν εἰς τὴν ὑμετέραν καταδίκην ἐν βαρβάροις πολιτευσαμένην ἀλήθειαν, ἣν καὶ ὑμῖν ἐπιδημήσασαν ξενίσαι οὐ βούλεσθε, διὰ τὰς ἀσελγείας ὑμῶν, καὶ τὸ λι- B τὸν τῶν λόγων αὐτῆς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῆτε, [3] ὅτι εἰ καὶ φιλόλογοί ἐστε, καὶ οὐ φιλαληθεῖς φιλόσοφοι· μέχρι μὲν οὖν πότε λαλεῖν μανθάνετε, οἱ τὸ λαλεῖν οὐκ ἔχοντες; πολλὰ γὰρ ὑμῶν ῥήματα, ἑνὸς οὐκ ἄξια λόγου. τί ἄρα ἐρεῖ ὑμῶν τὸ ἑλληνικὸν πλῆθος, μία ψυχὴ γενόμενον; εἴπερ ἔσται κρίσις, ὡς οὗτος λέγει; διὰ τί, ὦ θεὲ, τὴν σὴν βούλησιν οὐκ ἐκήρυξας ἡμῖν; οὐ πάντως ἀκούσεσθε, εἴπερ ἀποκρίσεως καταξιωθήσεσθε, [4] τὰ δέ· ἐγὼ πάσας τὰς ἐσομένας πρὸ καταβολῆς κόσμου εἰδὼς προαιρέσεις, [5] εἰδὼς ἑκάστῳ πρὸς τὸ αὐτοῦ ἄξιον λανθανόντως προαπήντησα. τοῦτο δὲ αὐτὸ ὅτι οὕτως ἔχει, βουληθεὶς τοὺς προσπεφευγότας μοι πληροφορῆσαι, διὰ τί ἀπαρχῆς ἐκ C προτέρων γενεῶν τὴν ἐμὴν βούλησιν δημοσίᾳ οὐκ εἴασα κηρυχθῆναι, νῦν πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου κήρυκας ἐμῆς βουλῆς ἀπέστειλα, οἳ καὶ ὑβριζόμενοι χλευάζονται ὑπὸ τῶν μηδὲν ὠφελεῖσθαι θελόντων, καὶ ἐπιτεταμένως τὴν ἐμὴν φιλίαν παραιτησαμένων. ὦ μεγάλης ἀδικίας, [6] μέχρι φθόνου κινδυνεύουσιν κήρυκες, καὶ ταῦτα ὑπὸ τῶν εἰς σωτηρίαν καλουμένων ἀνδρῶν.

Τοῦτο δὲ τὸ ἀδίκως γινόμενον κατὰ τῶν ἐμῶν κηρύκων, ἀπ' ἀρχῆς ἂν εἰς πάντας ἐγίνετο, εἴπερ ἀπ' ἀρχῆς εἰς σωτηρίαν ἐκαλοῦντο οἱ ἀνάξιοι. τὸ γὰρ νῦν γινόμενον ὑπ' αὐτῶν ἀδίκως, εἰς ἀπολογίαν τῆς ἐμῆς δικαίας γίνεται προνοίας, ὅτι καλῶς D τὸν τιμῆς ἄξιον λόγον, ἀπ' ἀρχῆς δημοσίᾳ εἰς ὕβριν θεῖναι οὐκ ἐβουλήθην ἀνωφελῶς· ἀλλὰ σιγᾶσθαι αὐτὸν ὡς τίμιον ἐβουλευσάμην, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀπ' ἀρχῆς ἀξίων, οἷς καὶ μετέδωκα, ἀλλὰ ἀπὸ τούτων καὶ τῶν τοιούτων, ὡς ὁρᾶτε ἀναξίων, τῶν ἐμὲ μισούντων, καὶ ἑαυτοὺς φιλεῖν μὴ βουλομένων. καὶ νῦν γε [7] παρέντες γελᾷν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐμοῦ, πρὸς τὸ τούτου ἐπάγγελμα πυνθάνεσθε, ἢ πυνθανομένων ὁ βουλόμενος ἀποκρινάσθω. καὶ ὡς ἀσελγεῖς κύνες ὑλάκτετε, ψόφῳ ἀτάκτῳ μύοντες τῶν σώζεσθαι θελόντων τὰς ἀκοὰς, ἄδικοι καὶ θεοστυγεῖς, καὶ τὸν σώζοντα λογισμὸν εἰς ἀπιστίαν ἀποσχολοῦντες. πῶς συγγνώμης τυχεῖν δυνήσεσθε, τὸν τὴν θεότητα τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελλόμενον ὑμῖν εἰπεῖν, ὑβρίζοντες, καὶ E ταῦτα ἄνθρωπον ὃν ἐχρῆν εἰ καὶ μηδὲν ἀληθεύοντα, τὴν ἀγαθὴν αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς ἀποδέξασθαι προαίρεσιν;

cia clamavi, dicens: Jure Deus voluntatem suam incomprehensibilem vobis esse voluit, indignos præsciens, sicut ex præsentibus dat plene intelligere iis qui mentis judicio utuntur. Quia enim nunc ejus voluntatis præcones missi sunt, non grammaticam profitentes artem, sed simplicibus & sinceris verbis consilium ipsius demonstrantes (adeo ut quilibet qui audierit, intelligat quæ dicuntur) neque cum affectu quodam invido, se ipsum cunctis præbere nolente; adestis vos ad non intelligendum quod vobis expedit, utque damno vestro veritatem rideatis, quæ apud barbaros ad vestram condemnationem versatur, quamque ad vos advenientem non vultis hospitio recipere propter libidines vestras, & verborum illius vilitatem; ne arguamini, quod nempe philologi estis seu amatores sermonum, non autem veritatis amatores, philosophi. Quousque ergo discitis loqui, qui loqui nescitis? Multa quippe verba vestra, unius verbi pretio non sunt æstimanda. Quid autem dicet Græca vestra multitudo, unanimis facta, si judicium futurum est, ut iste ait? Quare, Deus, voluntatem tuam non prædicasti nobis? Nullatenus audiemini; vel hujusmodi responsionem accipietis: Ego cum omnes futuras voluntates, ante constitutionem mundi cognoscerem, unicuique pro merito suo latenter prævius occurri. Quod autem id ipsum ita se habeat, volens iis qui ad me confugerunt, plene manifestare, cur ab initio, a primis generationibus voluntatem meam palam non siverim prædicari; nunc circa sæculi finem, præcones mei consilii misi, qui & irridentur, & contumeliis affecti deluduntur ab iis qui nequaquam volunt adjuvari, quique meam amicitiam vehementer repudiarunt. O magnam injuriam! invidiæ etiam periculum subeunt prædicatores; idque per eos homines, qui ad salutem vocantur.

XII. Porro illud injuste factum adversus præcones meos, a principio apud omnes futurum erat, si a principio ad salutem vocati fuissent qui indigni sunt. Quod enim nunc ab iis injuriose fit, in defensionem fit justæ meæ providentiæ; quod præclare doctrinam honore dignam nolui inutiliter ab initio ad contumeliam publice exponere; sed eam statui, ut venerandam, silentio tegi; non quidem apud eos qui principio digni erant, quibus & tradidi, sed apud istos, & consimiles, ut cernitis, indignos, odio me prosequentes, seque nolentes diligere. Et vero nunc omittentes hunc meum hominem irridere, ad ipsius repromissionem auscultate, vel qui volet ex audientibus respondeat. At velut petulantes canes latratis, incomposito strepitu, aures salvari desiderantium obstruitis, injusti ac Deo exosi, & servatricem cogitationem avocantes ad incredulitatem. Quo pacto veniam consequi poteritis, eum qui vobis naturam Dei referre promittit, contumelia afficientes; idque hominem, quem oportuerat, etsi nihil vere loquentem, & bonam ipsius erga vos voluntatem, grate suscipere?

1. Ἐξ ὧν νῦν.] Lege ἐκ τῶν νῦν. Sic omnino postulat Linguæ Græcæ ratio. DAVIS.

2. Πρὸς τὸ μὴ νοεῖν.] Ex Epitomes cap. XI. rescribendum: *πρὸς τῷ μὴ νοεῖν, præter quam quod non intelligitis*. Hoc Librarii sphalmate non animadverso, Cl. *Cotelerium* fugit mens Auctoris. ID.

3. Ὅτι εἰ καὶ φιλόλογοί ἐστε.] In Epit. cap. II. ὅτι εἰκῆ φιλόλογοί ἐστε. Itaque heic legerim, εἰκαῖοι, *temerarii*, *futiles*. Paullo antea repone, ἁπλῶς καὶ ἀπανούργως: aut supple, vel saltem subintellige, λόγοις. COT.


4. Τὰ δέ.] Lege τάδε: *nonne hæc, si vos responso dignatus fuerit, audietis*. Nihil adnotassem, nisi quod hoc vitium, quantumvis leve, fuerit in causa, cur Cl. *Cotelerius*, in versione sua vehementer errarit. DAVIS.

5. Εἰδὼς ἑκάστῳ.] Εἰδὼς forte vacat COT. — Priorem vocem delet *Cotelerius*, sed omnino legendum ἰδίως ἑκάστῳ: *separatim*, *singillatim*. DAVIS. — Optime. Suidas, Ἰδίως· κατα μόνας, χωρὶς. CLER.

6. Μέχρι φθόνου.] Hoc Gallica nive frigidius. Lege μέχρι φόνου, ut recte habent nonnulli codices Epitomes cap. XI. DAV. — Recte omnino, ut in N. T. μέχρι θανάτου, μέχρις αἵματος. CLER.

7. Παρέντες γελᾷν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐμοῦ, πρὸς τὸ τούτου ἐπάγγελμα πυνθάνεσθε.] Interpunge τοῦτον, ἐμοῦ πυνθάνεσθε: *missam facientes hujus viri irrisionem, ex me, quid ejus promissio ferat, audite*. Cotelerium transversum egit interpunctio vitiosa. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



Ταυτά μου λέγοντος καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, πολὺς τῶν ὄχλων ἐγίνετο θρύλλος. καὶ οἱ μὲν ὡς τὸν Βαρνάβαν ἐλεοῦντες συνήραντό μοι· οἱ δὲ ἠλίθιοι ὄντες, δεινῶς κατ' ἐμοῦ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας. ἐπεὶ δὲ ἤδη ποτὲ ἑσπέρα κατειλήφει, τῆς χειρὸς λαβὼν τὸν Βαρνάβαν, μὴ θέλοντα, βίᾳ εἰς τὴν ἐμὴν ἦγον οἰκίαν, ἔνθα καὶ μένειν αὐτὸν ἐποίησα, ἵνα μή τις αὐτῷ χεῖρας ἐπιβάλῃ. καὶ ἡμερῶν ὀλίγων διατρίψας, καὶ τοῦ ἀληθοῦς λόγου βραχέα κατηχήσας με ὀλίγον, [1] ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις σπεύδειν ἔλεγεν εἰς Ἰουδαίαν τῆς κατὰ τὴν θρησκείαν ἑορτῆς χάριν, καὶ τοῦ λοιποῦ τοῖς ἑαυτοῦ ὁμοεθνέσιν συνεῖναι θέλων.

A XIII. Quæ cum dicerem, aliaque his consentanea, multum in plebe ortum est murmur: atque alii quidem tamquam Barnabam miserantes, mihi favebant: alii vero qui erant stolidi, graviter in me stridebant dentibus. Cumque jam vespera advenisset, Barnabæ manu apprehensa, eum nolentem vi ad meam duxi domum; ubi & feci manere, ne quis ei manus injiceret. Paucosque dies commoratus, nonnulla veræ religionis mihi tradidit rudimenta, quod paucis post diebus properare se diceret ad Judæam, propter festum, velletque deinceps cum suis popularibus degere.

Φανερὸς δ' ἦν μοι ἀπονάρκησας. ἐμοῦ γὰρ εἰπόντος· σύ μοι μόνον τοὺς τοῦ φανέντος ἀνδρὸς οὓς ἤκουσας ἐκτίθου λόγους, κἀγὼ τῷ ἐμῷ κοσμήσας λόγῳ, τοῦ Θεοῦ κηρύξω τὴν βούλησιν, καὶ εἶθ' οὕτως ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν συμπλεύσω σοι· λίαν γὰρ ποθῶ ἐπὶ τὸν τῆς Ἰουδαίας γενέσθαι τόπον· τάχα δὲ καὶ συνοικήσω ὑμῖν τὸν πάντα μου [2] τῆς ζωῆς βίον· ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἀπεκρίνατο· σὺ εἰ μὲν ἱστορῆσαι τὰ ἡμέτερα καὶ μαθεῖν τὸ συμφέρον θέλεις, ἐξ αὐτῆς μοι σύμπλευσον· ἐπεί γε τὰ σημεῖα τῆς οἰκήσεώς μου, [3] καὶ ὧν θέλεις ἐγώ σοι σήμερον ἐρῶ, ἵνα ὅτε βούλει ἐλθὼν ἐπιστῇς ἡμῖν· ἐγὼ γὰρ αὔριον πορεύσομαι ἐπὶ τὰ ἐμαυτοῦ. καὶ δὴ ἀδυσώπητον ἰδὼν, συνῆλθον αὐτῷ μέχρι τοῦ λιμένος· καὶ μαθὼν παρ' αὐτοῦ ἅπερ ἔλεγε σημεῖα τῶν οἰκήσεων, ἔφην αὐτῷ· εἰ μὴ ὅτι αὔριόν τι ἀπαιτῶ ὀφειλόμενόν μοι, ἐξ αὐτῆς ἄν σοι συνέπλεον· πλὴν τάχιόν σε καταλήψομαι. καὶ ταῦτα εἰπὼν, παραθέμενος αὐτὸν τοῖς τοῦ πλοίου ἡγουμένοις, ὑπέστρεφον λυπούμενος, μεμνημένος τοῦ καλοῦ καὶ συνήθους φίλου.

XIV. Videbatur autem mihi amplius sustinere non
B posse. Cum enim ego dicerem: Tu mihi tantum hominis illius qui apparuit, quos audiisti expone sermones; & ego oratione mea illos exornans, Dei consilium prædicabo, sicque postea una navigabo intra paucos dies: admodum enim cupio ad Judææ regionem pervenire: ac forte vobiscum per totam vitam habitabo. At ille his auditis, respondit: Tu, si quidem videre nostra, & quod expedit vis discere, mecum statim navigato; alioqui signa domicilii mei, & quorum volueris tibi hodie dicam, ut quando volueris venire, nobis occurras: ego enim cras ad mea me recipiam. Videns itaque inexorabilem esse, comitatus sum eum usque ad portum; acceptisque ab eo signis quæ dixerat domiciliorum,
C dixi illi: Nisi cras aliquid quod mihi debetur repetiturus essem, jamjam tecum navigarem; cito tamen te assequar. Et his dictis, commendatoque eo navis ductoribus, reversus sum tristis, memor boni & concordis amici.

Ἡμερῶν δὲ διατρίψας, καὶ τὸ χρέος οὐχ ὅλον λαβεῖν δυνηθεὶς, τάχους ἕνεκα ἀμελήσας τοῦ περιλειφθέντος, ὡς ἐμποδίου ὄντος, καὶ αὐτὸς εἰς Ἰουδαίαν ἀπέπλευσα, καὶ [4] δεκαπέντε ἡμερῶν εἰς Καισάρειαν κατήντησα τὴν Στράτωνος. ἐπιβάντος δέ μου τῆς γῆς, καὶ ξενίαν θηρωμένου, ἔμαθον ὅτι Πέτρος τις λεγόμενος, τοῦ ἐν Ἰουδαίᾳ εἰσφανέντος ἀνδρὸς, τοῦ σημεῖα καὶ τέρατα πεποιηκότος, ὁ δοκιμώτατος ὑπάρχων μαθητὴς, αὔριον Σίμωνι τῷ ἀπὸ Γιτθῶν Σαμαρεῖ ζήτησιν ποιεῖται λόγων. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούσας ἐδεήθην τὴν τούτου μοι μηνυθῆναι μονήν· καὶ ὁμῶς ἔμαθον, καὶ τῷ πυλῶνι ἐπέστην. ἀντέβαλλον τίς τε ὢν, καὶ πόθεν ἥκω. καὶ ἰδοὺ Βαρνάβας ἐκβὰς, ἅμα τῷ εἰδεῖν περιεπλάκη μοι, πολὺ χαίρων καὶ δακρύων· καὶ λαβόμενός μου τῆς χειρὸς, εἰσέφερεν ἔνθα ἦν ὁ Πέτρος, λέγων μοι, οὗτός ἐστιν Πέτρος, ὃν μέγιστον ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ ἐπηγγελλόμην σοι, ᾧ ἀπαύστως σε ἀντέβαλλον. [5] ὡς εἴσει ἐκ ταυτομάτου, ὅτι τὰ κατὰ σὲ καλὰ ὄντα ἀψευδῶς ἀντέβαλλον, ἅμα καὶ τὴν προαίρεσιν ἐξέφανα, ὡς αὐτὸν γλίχεσθαι καὶ ἰδεῖν σε. μέγα οὖν αὐτῷ δῶρόν σε διὰ τῶν ἐμῶν προσφέρω χειρῶν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, προσενέγκας ἔφη, οὗτός ἐστι Κλήμης, Πέτρε.

XV. Aliquot autem dies moratus, ac totum debitum recipere non valens; propter festinationem reliquo neglecto, quod impedimento esset; ipse quoque in Judæam enavigavi, & quintodecimo die Cæsaream Stratonis adveni. Cumque terram tetigissem, & hospitium investigarem; accepi, quemdam nomine Petrum, viri illius qui in Judæa conspectus est, quique signa & prodigia fecit, probatis-
D simum discipulum, crastino die cum Simone ex Gitthis Samaritano esse disputaturum. Quibus auditis, rogavi illius mansionem mihi indicari: & simul atque didici, præsto fui ad fores. At illi inter se conferebant, quisnam essem, ac unde venirem. Et ecce Barnabas egressus, statim ut vidit, complexus est me, multum gaudens ac lacrymans; apprehensaque manu mea, introduxit in locum ubi erat Petrus, dixitque mihi: Hic est Petrus, quem maximum in Dei sapientia tibi denuntiabam, cui assiduo de te loquebar. Ultro igitur ingredere; quoniam quæ in te bona sunt, vere illi enarravi, simulque manifestum feci propositum tuum, ita ut ipse etiam te videre aveat. Magnum ergo ei mu-
E nus te manibus meis offero. Quod cum dixisset, oblato me, ait: Hic est Clemens, Petre.

Ὁ δὲ ἀγαθὸς προσπηδήσας ἅμα τῷ ἀκοῦσαι τὸ ὄνομα, κατεφίλησεν, καὶ καθισθῆναί με ποιήσας, ἐξ αὐτῆς ἔφη. καλῶς ἐποίησας τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα ξενίσας Βαρνάβαν, εἰς τιμὴν τοῦ ὄντος Θεοῦ, μεγαλοφρόνως, οὐκ αἰδεσθεὶς,

XVI. At bonus Petrus, simul ac nomen audivit, prosiliit & osculatus est, ac sedere me fecit, statimque dixit: Recte fecisti, præconem veritatis Barnabam hospitem excipiendo in honorem veri Dei, magno animo furorem imperitæ multitudinis non veritus. Bea-

1. Ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις.] Liber Regius 804. ὅσον ἐν ὀλίγαις ἡμέραις. Hoc est, *quantum in paucis diebus licuit*. Et referri debuit ad præcedentia, non ad sequentia, ut constat ex Recognitionibus ac Epitome. Cot.


2. Τῆς ζωῆς βίον.] Lege χρόνον, pro βίον, ex Ep. cap. XIII. Vide Homil. II. c. 28. Davis.

3. Καὶ ὧν θέλεις.] Melius verti Epitomes capite 13. Cot.

4. Καὶ δεκαπέντε.] Etiam Cod. 804. καὶ διὰ δεκαπέντε. Deinde paullo post supple ex eodem Exemplari: οἱ δὲ ἐν τῷ οἴκῳ ἀντέβαλλον. Id.

5. Ὡς εἴσει ἐκ ταυτομάτου.] In MS. Clementinorum scriptum habetur ὡς εἴσοι, e quo formari potest, ὡς εἴσει, *Ingredere igitur*, ut vertit Rufinus: εἴσει pro εἴσιθι: vel ὡς εἴσῃ, *ut cognosces per te ipsum*. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



οὐ φοβηθεὶς τὸν τῶν ἀπαιδεύτων ὄχλων θυμόν. μακάριος ἔσῃ. ὡς γάρ σε τὸν τῆς ἀληθείας πρεσβευτὴν οὕτω ἐξένισας πάσῃ τιμῇ, καὶ αὐτή σε ἡ ἀλήθεια ξένον ὄντα, τῆς ἰδίας πόλεως καταστήσει πολίτην· καὶ τότε χαρήσῃ μεγάλως, ὅτι βραχεῖαν νῦν [1] ἐδάνεισας χάριν, προαίρεσιν λόγων καλῶν [2] λέγων, ἀϊδίων καὶ ἀναφαιρέτων ἀγαθῶν ἔσῃ κληρονόμος. καὶ μὴ κάμνε ἀντιβάλλειν μοι τὸ σὸν ἦθος· πάντα γὰρ τὰ κατά σε ὁ ἀψευδὴς ἡμῖν ἀντέβαλεν Βαρνάβας, σχεδὸν καθ' ἡμέραν τὴν ἀγαθὴν ποιούμενος μνήμην. καὶ ἵνα σοι ἐν ἐπιτομῇ ὡς γνησίῳ τὸ προκείμενον ἐρῶ, εἰ μή σοί τι ἐμποδίζει, συνόδευσον ἡμῖν, μεταλαμβάνων τὸν τῆς ἀληθείας λόγον, ὃν κατὰ πόλιν ποιεῖσθαι μέλλω, μέχρι Ῥώμης αὐτῆς. καὶ σὺ δὲ εἴ τι βούλει λέγε. A B

Ἐγὼ ἐξεθέμην τὴν ἐξ ἀρχῆς μου προαίρεσιν, καὶ ὡς εἰς ζητήσεις ἀπόρους ἐκενώθην, καὶ πάντα ὅσα σοι τὴν ἀρχὴν προεδήλωσα, ὡς ἵνα μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν γράφω. ἔλεγον δέ· σοὶ μὲν ἑτοίμως ἔχω συνοδεύειν· τοῦτο γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως χαίρων θέλω· πλὴν περὶ ἀληθείας πρῶτον πληροφορηθῆναι θέλω, ἵνα γνῶ, εἰ ψυχὴ θνητὴ τυγχάνει, [3] εἰ ἀθάνατός ἐστιν, καὶ ἀΐδιος οὖσα, περὶ ὧν ἔπραξεν ἐνταῦθα, ἔχει κριθῆναι· καὶ εἰ τί ποτέ ἐστι δίκαιον ἢ ἀρέσκον Θεῷ· καὶ εἰ γέγονε κόσμος, καὶ διὰ τί γέγονε· καὶ εἰ οὐ λυθήσεται, καὶ εἰ λυθήσεται· καὶ εἰ κρείττων ἔσται, ἢ οὐδὲ ἔσται· καὶ ἵνα μὴ τὸ κατ' εἶδος λέγω, ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ἑπόμενα μαθεῖν εἶπον θέλειν. C ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο· συντόμως σοι, ὦ Κλήμης, τὴν τῶν ὄντων γνῶσιν παρέξομαι· καὶ τὰ νῦν ἐξ αὐτῆς ἄκουσον.

Ἡ τοῦ Θεοῦ βουλὴ ἐν ἀδήλῳ γέγονε κατὰ πολλοὺς τρόπους. τὰ μὲν πρῶτα εἰσαγωγὴ κακή, συντροφία πονηρά, συνήθεια δεινή, ὁμιλία οὐ καλή, πρόληψις οὐκ ὀρθή, διὰ ταῦτα πλάνη· εἶτα ἀφοβία, ἀπιστία, πορνεία, φιλαργυρία, κενοδοξία, καὶ ἄλλα τοιαῦτα μυρία κακά, ὥσπερ καπνοῦ πλῆθος, [4] ὡς ἕνα οἶκον οἰκοῦντα τὸν κόσμον, τῶν ἔνδοθεν οἰκούντων ἀνδρῶν ἐπεθόλωσαν τὰς ὁράσεις, καὶ οὐκ εἴασαν ἀναβλέψαντας, ἐκ τῆς διαγραφῆς τὸν δημιουργὸν συγκατανοῆσαι Θεόν, καὶ τὸ τούτῳ δοκοῦν γνωρίσαι. D διὸ τοὺς φιλαληθεῖς ἔσωθεν χρὴ ἐκ στέρνων βοήσαντας ἐπικουρίαν προσκαλέσασθαι, φιλαληθεῖ λογισμῷ, ἵνα τις ἐντὸς ὢν τοῦ οἴκου τοῦ πεπλησμένου καπνοῦ, προσιὼν ἀνοίξῃ θύραν, ὅπως δυνηθῇ τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ ἡλίου φῶς εἰσκληθῆναι τῷ οἴκῳ, ὁ δὲ ἐντὸς τοῦ πυρὸς ὢν ἐκβληθῆναι καπνός.

Τὸν μὲν οὖν βοηθὸν ἄνδρα, τὸν ἀληθῆ προφήτην λέγω, ὃς μόνος φωτίσαι ψυχὰς ἀνθρώπων δύναται, ὥστ' ἂν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς δυνηθῆναι ἡμᾶς ἐνειδεῖν τῆς αἰωνίου σωτηρίας τὴν ὁδόν. ἄλλως δὲ ἀδύνατον, ὡς οἶσθα, καὶ σὺ μικρῷ τάχιον εἰπών. E ὡς πᾶσα ὑπόθεσις ἀνασκευάζεται καὶ κατασκευάζεται, καὶ πρὸς τὴν τοῦ ἐκδικοῦντος δύναμιν ἡ αὐτὴ ἀληθὴς καὶ ψευδὴς νομίζεται· ὡς μηκέτι τὰς ὑποθέσεις φαίνεσθαι ὅ εἰσιν, ἀλλὰ παρὰ τοὺς ἐκδικοῦντας φαντασίαν λαμβάνειν, τοῦ εἶναι ἢ μὴ εἶναι ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς. τούτου εἵνεκεν προφήτου ἀληθοῦς ὅλον τὸ τῆς εὐσεβείας ἐδεήθη πρᾶγμα, ἵνα ἡμῖν ἐρῇ τὰ ὄντα ὥς ἐστιν, καὶ ὡς δεῖ περὶ πάντων πιστεύειν. ὥστε πρῶτον χρὴ τὸν προφήτην πάσῃ τῇ προφητικῇ ἐξετάσει δοκιμάσαντα καὶ ἐπιγνόντα

A tus eris. Quemadmodum enim tu veritatis legatum ita cum omni honore excepiſti hoſpitio; ipſa quoque te veritas hoſpitem, ſuæ urbis civem conſtituet: tuncque magnopere lætaberis: quia enim nunc parvam fœneratus es gratiam, bonorum, dico, ſermonum voluntatem; bonorum æternorum, quæque auferri nequeunt, heres efficieris. Nec vero laborem ſubeas referendi mihi mores tuos: ſiquidem omnia tua nobis ediſſeruit qui mentiri neſcit Barnabas, fere quotidie bonam eorum mentionem faciens. Utque tibi, tamquam ſincero amico, id quod res eſt, breviter dicam; niſi tibi aliquid impedimento eſt, iter nobiſcum habe, ac percipe ſermonem veritatis, quem per ſingulas civitates, ipſam uſque Romam, B habiturus ſum. Tu porro, ſi aliquid cupis, eſfare.

XVII. Ego quid ab initio propoſiti geſſerim expoſui, & quo modo in quæſtiones inexplicabiles exhauſtus fuerim, ceteraque quæ tibi principio antea declaravi, uti ne eadem iterum ſcribam. Dixi autem: Paratus quidem ſum tecum proficiſci; hoc enim neſcio quo modo cupio lætus: verum prius volo certior de veritate fieri, ut ſciam utrum anima mortalis ſit, an immortalis; & ſi ſempiterna ſit, an ob ea quæ heic geſſit, judicari debeat: item an & quid ſit juſtum, ac Deo gratum: præterea factuſne ſit mundus, & quare factus; & utrum non C diſſolvetur, vel diſſolvetur; & an melior futurus, an nec futurus omnino: ac ne ſingula proſequar, hæc atque conſequentia, dixi me velle edoceri. At ille ad ea reſpondit: Breviter tibi, o Clemens, rerum ſcientiam exhibebo; & jam nunc audi:

XVIII. Dei voluntas multas ob rationes occulta fuit. Primum quidem prava inſtitutio, convictus vitioſus, conſuetudo pernicioſa, mala colloquia, non recta opinionum anticipatio, & eapropter error: dein contemtus, incredulitas, fornicatio, avaritia, inanis gloria, aliaque ſimilia innumera mala, velut ingens fumus, unam domum mundum incolentia, intus habitantium hominum viſum offuſcarunt, nec D ſiverunt aſpicere, atque mundi creatorem Deum intelligere ex iis in quibus ipſe ſe pinxit, neque cognoſcere quod ei placet. Quocirca oportet ut veritatis ſtudioſi intus ex pectore clament, auxiliumque advocent, ratione ſtudium veritatis decente; quo aliquis intra domum fumo plenam conſiſtens, accedat foreſque aperiat, ut lumen ſolis extra poſitum in domum poſſit intromitti; ignis vero fumus qui intro eſt, ejici.

XIX. Hunc igitur adjutorem hominem, verum Prophetam dico, qui ſolus animas hominum poteſt illuminare, quo ipſis oculis viam æternæ ſalutis inſpicere poſſimus. Aliter enim fieri nequit, ut noſti, tuque paullo ante dicebas; E quod nempe omne argumentum deſtruitur & adſtruitur, atque idem, juxta propugnatoris facultatem, verum & falſum exiſtimatur; adeo ut ſententiæ, quales ſunt non jam appareant, ſed per diſputatores ſpeciem accipiant veritatis aut falſitatis. Quocirca totum pietatis negotium vero Propheta indiguit, ut nobis quæ ſunt quemadmodum ſunt diceret, ac quo modo de omnibus oporteat credere. Quare oportet primum, comprobato per omnem propheticam inquiſitionem Propheta, cum cognitum erit verum eſſe, de cete-


1. Ἐδάνεισας.] Lege δανείσας participialiter. DAVIS.
2. Λέγων] Leg. λέγω. COT.
3. Εἰ ἀθάνατός ἐστιν, καὶ ἀΐδιος οὖσα.] Lege ἢ ἀθάνατός ἐστιν. καὶ εἰ ἀΐδιος οὖσα. Vide Epitomes cap. XV. DAVIS.

4. Ὡς ἕνα οἶκον, καὶ τὰ ἑξῆς.] Reponendum videtur: ἐς ἕνα οἶκον ἐλθόντα, τὸν κόσμον, τῶν ἔνδοθεν οἰκούντων ἀνδρῶν ἐπιθολώσαντα τὰς ὁράσεις. Has conjecturas ratas facit Epitomes cap. XVII. ID.

τὰ ἀληθῆ, τοῦ λοιποῦ τὰ πάντα αὐτῷ πιστεύειν, καὶ μηκέτι τὸ καθ' ἓν ἕκαστον τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἀνακρίνειν, ἀλλὰ λαμβάνειν αὐτὰ βέβαια ὄντα, δοκούσῃ μὲν πίστει, ληφθέντα δὲ ἀσφαλεῖ κρίσει· ἀποδείξει γὰρ μιᾷ τῇ ἀπαρχῆς καὶ ἀκριβεῖ ἐξετάσει τῇ πανταχόθεν, τὰ ὅλα ὀρθῷ εἴληπται λογισμῷ. διὸ πρὸ πάντων τὸν ἀληθῆ προφήτην ζητεῖν δεῖ, ὅτι ἄνευ τούτου βέβαιόν τι προσεῖναι ἀνθρώποις ἀδύνατον.

A ro universa ipsi credere; nec amplius singulatim ejus dicta discutere, sed ea firma certaque præsumere; per fidem quidem, ut videtur, per indubitatum tamen judicium suscepta: per unam enim ab initio demonstrationem & exactam disquisitionem, undique collectam, cuncta ratione recta assumta sunt. Quare ante omnia verus Propheta quærendus est; quoniam sine ipso, firmi quid apud homines nequit consistere.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



Καὶ ὅμως ἀνέπαυσέν με, ἐκθέμενός μοι τίς ἐστιν, καὶ πῶς εὑρίσκεται, καὶ ἀληθῶς εὑρετόν μοι παραστήσας αὐτὸν, τῶν παρὰ ὀφθαλμοῖς ὁρωμένων ἐμφανεστέραν, τῇ τοῦ προφήτου ὁμιλίᾳ, τοῖς ὠσὶν δείξας τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἐκπλαγέντα με θαυμάζειν, πῶς τῶν πᾶσι ζητουμένων ἔμπροσθεν κειμένων, οὐδεὶς ἐνορᾷ. πλὴν γράψας τὸν περὶ προφήτου λόγον, αὐτοῦ κελεύσαντος, ἀπὸ τῆς Καισαρείας Στράτωνος διαπεμφθῆναί σοι ἐποίησεν τὸν τόμον, παρὰ σοῦ ἐντολὴν ἔχειν εἰπὼν, τὰς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὁμιλίας τε καὶ πράξεις γράφοντα διαπέμπειν σοι. ὅμως ἐν μιᾷ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἀρχὴν ἤδη μόνον ποιούμενος περὶ τοῦ τῆς ἀληθείας προφήτου, περὶ πάντων με ἐπληροφόρησεν· καὶ εἶθ' οὕτως ἔφη· ἐνόρα τοῦ λοιποῦ τὰς ἐξ ἐμοῦ πρὸς τοὺς ἐξ ἐναντίας γινομένας ζητήσεις· καὶ εἰ τὸ ἧττον ἀπενέγκωμαι, οὐ δέδια μή πως σὺ περὶ τῆς παραδοθείσης σοι ἀληθείας διακριθῇς,[1] ἢ εἰδὼς ὅτι ἐγὼ ἡττᾶσθαι ἔδοξα, οὐχὶ ἡ ὑπόθεσις ἡ διὰ τοῦ προφήτου παραδοθεῖσα ἡμῖν. πλὴν ἐλπίζω μή τε ἐν τῷ ἐξεταστικῷ λόγῳ τὸ ἧττον ἀπενέγκασθαι πρὸς τοὺς νοῦν ἔχοντας, φιλαληθεῖς λέγω, οἵτινες δύνανται γνωρίζειν τῶν λόγων τίνες εἰσὶ πιθανοὶ, ἔντεχνοί τε καὶ ἐπιτερπεῖς, τίνες γε λιτοὶ καὶ ἁπλοῖ, μόνῃ τῇ δι' αὐτῶν ἀληθείᾳ πεποιθότες.

XX. Simulque satisfecit mihi, exponens, quis sit, & quo pacto inveniatur; vereque inventu facilem eum mihi præbuit; atque sermonibus de Propheta, auribus meis veritatem, clariorem iis quæ B per oculos cernuntur, reddidit; adeo ut obstupefactus mirarer, quo modo ea quæ omnes quærunt, coram posita nemo videt. Itaque jussu ipsius, de vero Propheta conscripsi librum, quem de Cæsarea Stratonis ad te mitti voluit, dicens se a te habere in mandatis, singulorum annorum allocutiones & actiones, descriptas ad te destinare. Ceterum uno ac primo die, solummodo jam incipiens de veritatis Propheta, in omnibus certum me reddidit: posteaque ita infit: Considera deinceps quas contra adversarios habiturus sum disputationes; & inferior si recessero; non vereor ne forte tu de tradita tibi veritate ambigas; ut qui scias, me quidem superatum videri, non autem nobis a Prophe- C ta traditam doctrinam. Spero tamen neque in disquisitionum sermonibus inferiora relaturum me, apud homines mente præditos, amatores, inquam, veritatis, qui discernere valeant quinam sermonum persuasorii sunt, artificiosi, & jucundi; quinam vero inculti, simplicesque, in sola quam proferunt veritate confidentes.

Ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, ἀπεκρινάμην· ἤδη εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ· ὡς γὰρ ἐβουλόμην πληροφορηθῆναι, οὕτως μοι καὶ παρέσχεν. πλὴν τὰ περὶ ἐμοῦ τοσοῦτον ἀμέριμνος ἴσθι· ὅτι οὐ πώποτε ἐνδοιάσω, τοσοῦτον, ὅσον εἰ καὶ αὐτὸς σὺ βουληθείης ποτὲ τῆς προφητικῆς ὑποθέσεως ἐκστῆσαί με, ἀδύνατον ἠδυνήσῃ, τοσοῦτον οἶδα ὃ παρείληφα. καὶ μή τοι[2] νόμιζε μοί συ μέγα ἐπαγγέλλεσθαι, τοῦτο αὐτὸ τὸ μὴ ἐνδοιάσαι ποτέ· ἀλλ' οὔτ' αὐτὸς ἐγὼ, οὔτέ τις ἀνθρώπων τὸν περὶ προφήτου λόγον ἐπακούσας, ἐνδοιάσαι ποτὲ δυνήσεται περὶ τῆς ἀληθοῦς ὑποθέσεως, πρότερον ἐπακούσας καὶ νοήσας, τίς ἐστιν προφητικῆς ἐπαγγελίας ἀλήθεια. διὸ θάρρει τῷ θεοβουλήτῳ δόγματι· πᾶσα γὰρ τέχνη κακίας νενίκηται. πρὸς γὰρ προφητείαν οὐδὲν δύνανται, οὔτε τέχναι λόγων, οὔτε σοφισμάτων ἐπίνοιαι, οὐ συλλογισμοὶ, οὐκ ἄλλη τις μηχανή· ἐάν γε ὁ ἐπακούσας προφήτου ἀληθοῦς, ἀληθείας ὄντως ὀρέγεται, καὶ οὐ προφάσει ἀληθείας ἕτερόν τι περιβλέπεται. ὥστε κύριέ μου Πέτρε, μὴ ἀθύμει, ὡς ἀναισθήτῳ τὸ μέγιστον δωρησάμενος ἀγαθόν. αἰσθομένῳ γὰρ χάριτος ἐδώρησας, καὶ μὴ δυναμένῳ ἀπατηθῆναι ἀπὸ τοῦ δοθέντος ἀληθοῦς. οἶδα γὰρ ὅτι ἕν ἐστιν ὧν βούλεταί τις καὶ ταχέως λαβεῖν,[3] καὶ βραδέως μὴ τυχεῖν· οἶδα οὖν μὴ καταφρονεῖν τοῦ δοθέντος μοι, διὰ τὸ τάχος, ἀσυγκρίτου καὶ μόνου ἀσφαλοῦς.

XXI. Postquam hæc dixisset, respondi: Jam gratias Deo ago; quia sicut volui plenitudinem certitudinis accipere, ita & mihi tribuit. Ceterum quod ad me attinet, noli amplius esse solicitus; quoniam dubitabo numquam; in tantum, ut etiam si tu ipse velis aliquando me a fide Prophetæ averte- D re, rem impossibilem perficere non poteris: adeo quod accepi, mente teneo. Neque vero existimes, magnum a me promitti, hoc ipsum, quod numquam sim hæsitaturus: sed neque ipse ego, nec ullus hominum, audito sermone de Propheta, ambigere umquam de vera doctrina poterit, cum prius audierit intellexeritque quænam sit propheticæ repromissionis veritas. Quare confide de Deo placita sententia: omnis quippe devicta est ars malitiæ. Nam adversus Prophetiam nihil possunt, neque verborum artificia, neque sophismatum excogitationes, non syllogismi, non alia quæpiam machinatio; si veri Prophetæ auditor, veritatem omnino appetit, non autem veritatis prætextu respicit aliud quid- E piam. Itaque domine mi Petre, anxius ne sis, quasi maximum donum homini sensu carenti tradideris. Sentienti enim gratiam dedisti, eique qui circa traditum verum non poterit decipi. Novi quippe id unum esse ex iis, quæ aliquis cupierit cito accipere, non autem tarde consequi. Scio igitur non contemnendum esse ob celeritatem, quod datum mihi est, quodque est incomparabile, ac solum tutum.

Ταῦτά μου εἰπόντος, ὁ Πέτρος ἔφη· χαίρειν ὀ-

XXII. Hæc postquam locutus sum, Petrus dixit:

1. Ἢ εἰδώς.] Lege εὖ εἰδὼς, *probe sciens*. DAVIS.
2. Νόμιζε μοί συ μέγα.] Lege μή σοι μέγα, *ne tibi magnum* &c. Vide Recogn. Clementis lib. I. cap. 18. ID.
3. Καὶ βραδέως μὴ τυχεῖν.] Sensus languet, vel potius inanis est ταυτολογία. Sed loco fiet medicina, si reponatur ἀτυχεῖν: *Novi enim id eorum unum esse, quæ unusquisque velit celeriter accipere, nec tamen tarde licet perdere*. Sic oratio fit rei congrua. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

μολογῶ τῷ Θεῷ, καὶ περὶ τῆς σῆς σωτηρίας, [1] τῆς A καὶ περὶ ἐμῆς ἀπολαύσεως. ἀληθῶς γὰρ ἥδομαι εἰδὼς ὅτι ἐπέγνως τί ποτ' ἐστι προφητείας μέγεθος. ἐπεὶ οὖν, ὡς ἔφης, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐγὼ θελήσω ποτὲ, ὅπερ ἀπείη, εἰς ἕτερόν σε μεταστῆσαι δόγμα, οὐκ ἱκανὸς ἔσομαι πεῖσαί σε, ἄρξαι τοῦ λοιποῦ ἀπὸ τῆς αὔριον παρεῖναί μοι ἐν ταῖς τῶν ἀντικειμένων ζητήσεσιν. ἔστι δέ μοι ἡ αὔριον πρὸς Σίμωνα μάγον. καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ τροφῆς αὐτὸς μεταλαβὼν, ἰδίᾳ κἀμὲ μεταλαβεῖν ἐκέλευσεν. εὐλογήσας δὲ ἐπὶ τῆς τροφῆς καὶ εὐχαριστήσας, μετὰ τὸ κορεσθῆναι, καὶ αὐτῆ τούτου τὸν λόγον μοι ἀποδοὺς, ἐπήγαγεν λέγων· δῴη σοι ὁ Θεὸς κατὰ πάντα ἐξομοιωθῆναί μοι, καὶ βαπτισθέντα, τῆς αὐτῆς μοι μεταλαβεῖν τραπέζης. ταῦτα εἰπὼν, ἡσυχάζειν μοι B προσέταξεν. ἤδη γάρ που καὶ τὸν ὕπνον ἀπῄτει ἡ τοῦ σώματος φύσις.

Gratiam Deo habeo, & pro salute tua, & pro meo commodo atque oblectamento. Vere siquidem gaudeo, sciens te quænam sit prophetiæ magnitudo cognovisse. Quoniam ergo, ut dixisti, neque si ipse ego aliquando, quod absit! voluerim te ad aliud dogma transferre, idoneus ad te persuadendum futurus sum; incipe deinceps ex crastina die mihi in quæstionibus contra adversarios agitandis adesse. Crastina autem est mihi adversus Simonem magum. Atque his dictis, & ipse cibum sumsit, meque privatim jussit sumere. Benedicto autem cibo, actisque gratiis, postquam expletus fuit, illius quoque rei ratione mihi reddita, subjunxit, dicens: Det tibi Deus, ut in omnibus mihi similis efficiaris, utque baptizatus, ejusdem mecum particeps fias mensæ. Quibus dictis, quiescere me præcepit. Jam enim & somnum natura corporis expetebat.

ΟΜΙΛΙΑ Β'

Τῇ μὲν οὖν ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, ἐγὼ Κλήμης, ἔτι τῆς νυκτὸς οὔσης, διυπνισθεὶς, καὶ μαθὼν τὸν Πέτρον ἐγρηγορότα, καὶ τοῖς συνοῦσι περὶ θεοσεβείας διαλεγόμενον· οἳ ἦσαν δέκα ἕξ, ὧν καὶ τὰ ὀνόματα, ὡς ἑκάστων ἑξῆς χρόνου μαθὼν, ἐκθεῖναι ἐβουλευσάμην, ὅπως ἐπιγνῷς καὶ τίνες ἦσαν· ὧν πρῶτος Ζακχαῖος ὅ ποτε τελώνης, καὶ Σοφωνίας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Ἰώσηφός τε καὶ ὁ τούτου σύντροφος Μιχαίας, προσέτι δὲ Θωμᾶς καὶ Ἐλιέζερος οἱ δίδυμοι, ἀλλὰ καὶ [2] Ἐνέας C καὶ Λάζαρος οἱ ἱερεῖς, προσέτι μὴν τε καὶ Ἐλισσαῖος, Βενιαμίν τε καὶ ὁ τοῦ Σαφρᾶ, ὁμοίως γε [3] Ῥούβιλος καὶ Ζαχαρίας οἱ οἰκοδόμοι, [4] Ἀνανίας τε καὶ Ἀγγαῖος οἱ Ἰαμμνῖοι, ἔτι τε Νικήτης καὶ Ἀκύλας οἱ ἑταῖροι· πλὴν ἐπεισιὼν καὶ προσαγορεύσας ἐκαθεζόμην, αὐτοῦ κελεύσαντος.

HOMILIA SECUNDA.

I. Sequenti ergo die, ego Clemens, cum adhuc nox esset, e somno excitatus, ubi intellexissem Petrum vigilare, & cum iis qui una erant de cultu Dei differere: (erant autem sexdecim; quorum & nomina, qui singula sequenti tempore didicerim, exponere eo constitui, ut quinam fuerint addiscas; quorum primus Zacchæus, olim publicanus, & Sophonias frater ejus, Josephus illiusque sodalis Michæas, præterea Thomas & Eliezerus gemini, sed & Eneas Lazarusque sacerdotes, insuperque adhuc Elisæus, & Benjamin Saphræ filius, itidem Rubilus & Zacharias architecti, Ananias & Aggæus Jammeni, necnon Nicetas & Aquila socii:) etiam ingressus, cum salutassem, eo jubente consedi.

Ὁ δὲ τὸν προκείμενον ἐκκόψας λόγον, ὥσπερ ἀπολογούμενος, ἐπληροφόρει τίνος ἕνεκεν οὐκ ἐξύπνισέν με, ὅπως τῶν λόγων ἐπακούσω, αἰτίαν τιθέμενος τὸν ἐκ τοῦ πλοῦ σκυλμόν· ἐκεῖνον πεφθῆναί μοι θέλων, ἡσυχάζειν εἴασεν. ὁπότ' ἂν ἡ ψυχὴ περὶ τὸ λεῖπον τῷ σώματι ἀσχολεῖται, τὰ προσφερόμενα μαθήματα οὐ κατ' ἀξίαν προσίεται. D τούτου ἕνεκα διαλέγεσθαι οὐ βούλομαι, οὔτε πάνυ διά τινα συμφορὰν λυπουμένοις, ἢ ἀμέτρως ὀργιζομένοις, ἢ πρὸς λύσσαν ἔρωτος ἐκτετραμμένοις, ἢ ὑπὸ βιωτικῶν φροντίδων πειρωθουμένοις, ἢ ἄλλοις τισὶ πάθεσιν ὀχλουμένοις, οἷς ἡ ψυχὴ, ὡς ἔφην, ὑποπίπτουσα, καὶ τῷ σώματι πάσχοντι συναλγοῦσα, καὶ τὴν αὐτῆς φρόνησιν ἀσχολεῖ.

II. Ille autem institutum sermonem interrumpens, quasi se purgando rationem reddidit, cur non expergefecisset me, quo verba ipsius audirem; caussam reddens, navigationis molestiam, quam a me concoqui dum vult, quiescere permisit. Siquidem quando anima circa id quod corpori deest occupatur, doctrinam oblatam non prout par est amplectitur. Quapropter sermocinari nolo cum iis, qui aut calamitatis cujuspiam ergo contristantur admodum, aut immodice irascuntur, aut in amoris rabiem vertunt se, aut a curis sæcularibus vexantur, aut aliis turbantur affectibus; in quibus hominibus anima, quemadmodum dixi, concidens, & cum corpore ægrotante condolens, vacat sua prudentia.

Καὶ μὴ λεγέτω τις· οὐ χρὴ οὖν παραμυθίας καὶ νουθεσίας προσφέρειν τοῖς φαῦλόν τι πράττουσι. φημὶ, εἰ μὲν ἀνύει τις, προσφερέτω· εἰ δὲ μὴ, τῷ καιρῷ εἰξάτω. ἐγὼ γὰρ οἶδα ὅτι πάντα καιρὸν ἴδιον ἔχει. διὸ χρὴ τοῖς ἀνθρώποις τοὺς τὴν ψυχὴν ῥωννύντας E λόγους πρὸ τῆς κακώσεως ἐπιδιδόναι, ἵνα εἴ ποτε ἐπέλθοι τι φαῦλον, ὁ νοῦς προωπλισμένος, ὀρθῷ τῷ λογισμῷ τὸ ἐπενεχθὲν ὑποστῆναι δυνηθῇ. τότε γὰρ καὶ τῷ διὰ γνώμης ἀγαθῆς βοηθήσαντι,

III. Neque dicat aliquis: Non igitur oportet consolationes & admonitiones iis admovere, qui mali aliquid habent ac gerunt. Aio, quod si quidem aliquis proficit, adhibeat; sin minus, tempori concedat. Scio etenim, [a] cuncta habere suum tempus. Quare oportet, sermones qui animum roborant, hominibus ante vexationem tradere; ut si quid forte pravi acciderit, mens prius armata, recta ratione possit id quod illatum est perferre. Tunc quip-


a Eccle. III. 1.

1. Τῆς καὶ περὶ ἐμῆς ἀπολαύσεως.] Excidit suo loco particula σῆς. Lege: καὶ περὶ σῆς ἐμῆς. Res est clara. DAVIS.

2. Ἐνέας.] Scribendum potius fuit Αἰνέας, est enim nomen Græcum, qualia frequentia erant apud Judæos. Vide Act. IX. 3. 34. CLER.

3. Ῥούβιλος.] Nomen Ruben a Græcis varie exprimitur. Dicunt Ῥουβὴν, Ῥουβὶν, Ῥουβεὶν, Ῥουβὶμ, Ῥουβὴμ, Ῥουβεὶμ, Ῥούβηλος & Ῥούβιλος. Unde lectio duplex Constitut. Apostol. lib. 6. cap. 3. Ῥουβηνῖται & Ῥουβηλῖται, nisi si imperiti librarii mutaverint posterius in prius, ut suspicor factum. Sic etiam in Vita Elisæi Ῥουβὶμ apud Epiphanium, Ῥουβὶν Chronici Alexandrini p. 376. Ῥουβὴμ in membranis Regiis Cod. 1996. & in Dorothei Synopsi *Rubim*. COT.

4. Ἀνανίας καὶ Ἀγγαῖος οἱ Ἰαμμνῖοι.] Forte scribendum Ἰαμνῖοι, a Jamnia; ut iidem sint Jamneni, qui Jamnitæ II. Machab. XII. 9. At lectio Epitomes, Ἀμμνῖοι, exponi potest per civitatem nomine Amma, de qua Jos. XIX. 30. ID.



παρὰ τὴν ἀκμὴν τοῦ πολέμου οἶδεν ὁ νοῦς συντρέχειν.

A pe ei qui per bonum consilium opitulatus est, mens in ipso conflictationis articulo solet concurrere.

Πλὴν ἔμαθον, ὦ Κλήμης, ὡς ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ ὁ Βαρνάβας τὸν περὶ προφητείας λόγον τελείως σοι ἐξέθετο· ἢ γὰρ οὔ; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· ναί, καὶ πάνυ καλῶς. καὶ ὁ Πέτρος· οὐκοῦν οὐκ ἀναγκαῖον, τὸν νῦν χρόνον δυνάμενον ἡμῖν ὑπηρετεῖν εἰς ἑτέρους λόγους οὓς οὐκ ἐπίστασαι, εἰς οὓς ἐπίστασαι ποιεῖσθαι τὴν ἀσχολίαν. ἐγὼ ἔφην· ὀρθῶς ἔφης Πέτρε. ἐμοὶ δὲ τοῦτο χαρίζου πάντοτέ σοι συμμεῖναι κελεύσαντι, τὸν περὶ προφήτου λόγον ἡδέως ἀκούοντι συνεχῶς ὑφηγεῖσθαι· ἄνευ γὰρ αὐτοῦ, ὡς ἔμαθον παρὰ Βαρνάβα, τὴν ἀλήθειαν μαθεῖν ἀδύνατον.

IV. Ceterum audivi, Clemens, Barnabam tibi Alexandriæ omnino exposuisse doctrinam de prophetia; an id verum non est? Et ego respondi: Ita est; admodum præclare id fecit. Et Petrus: Non igitur necesse est, ut hoc tempus in iis enarrandis quæ nosti insumatur, cum ad alios sermones quos ignoras, nobis possit inservire. Ego dixi: Recte ais, Petre. Id tamen mihi pro munere concede, qui semper tecum manere constitui, sermonem de Propheta explicare assiduo lubenter audienti. Absque illo enim, sicut a Barnaba accepi, veritas B disci non potest.

Ὁ δὲ Πέτρος ἐπὶ τούτῳ μεγάλως ἡσθεὶς, ἀπεκρίνατο· ἤδη μὲν ἡ πρός σε διόρθωσις τέλος εἴληφεν, ἐπεγνωκότα τῆς ἀπταίστου προφητείας τὸ μέγεθος, ἧς ἄνευ λαβεῖν τινὶ τὸ ἐν ὑπεροχῇ συμφέρον ἀδύνατον. πολλῶν γὰρ καὶ διαφόρων ἀγαθῶν ὄντων ἐν τοῖς οὖσιν, ἢ ἔσεσθαι δυναμένοις, τὸ πάντων μακαριώτατον, εἴτε ἀΐδιός ἐστιν ζωή, ἢ παράμονος ὑγεία, ἢ τέλειος νοῦς, ἢ φῶς, ἢ χαρά, ἢ ἀφθαρσία, ἢ καὶ ἄλλο τι ὃ ἐν τῇ τῶν ὄντων φύσει ὑπερέχον ὑπάρχει καλὸν, ἢ ὑπάρξαι δύναται τοῦτο· οὐκ ἄλλως ἐστὶν αὐτὸ κτήσασθαι, μὴ πρότερον γνόντα τὰ ὄντα ὡς ἔστιν· τῆς δὲ γνώσεως οὐκ ἄλλως τυχεῖν ἐστιν, ἐὰν μὴ πρότερόν τις τὸν τῆς ἀληθείας προφήτην ἐπιγνῷ.

V. Petrus eo responso valde delectatus: Jam, inquit, finem accepit quæ ad te pertinet emendatio, ut qui cognoscas magnitudinem indubitatæ prophetiæ, sine qua impossibile est cuiquam id consequi quod summe juvat. Nam cum in rebus multa & varia bona sint, ac esse possint, quod omnia beatitudine superat; vel vita æterna, vel perpetua sanitas: vel perfecta mens, vel lumen, vel gaudium, vel immortalitas, vel si quid aliud est aut exsistere potest excellens in rerum natura: id non aliter possidere est, nisi prius res quemadmodum exsistant cognoscantur; ea vero scientia continget numquam, C nisi agnito antea Propheta veritatis.

Προφήτης δὲ ἀληθείας ἐστὶν ὁ πάντοτε πάντα εἰδὼς, τὰ μὲν γεγονότα ὡς ἐγένετο, τὰ δὲ γινόμενα ὡς γίνεται, τὰ δὲ ἐσόμενα ὡς ἔσται, ἀναμάρτητος, ἐλεήμων, μόνος τὴν ἀλήθειαν ὑφηγεῖσθαι πεπιστευμένος. ἀναγίνωσκε, καὶ εὑρήσεις τοὺς ἀπὸ ἑαυτῶν τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν νομίσαντας. τοῦτο γὰρ προφήτου ἴδιον, τὸ τὴν ἀλήθειαν μηνύειν, ὥσπερ ἡλίου ἴδιον τὸ τὴν ἡμέραν φέρειν. διὰ τοῦτο ὅσοι ποτὲ ἀλήθειαν γνῶναι ἐπεθύμησαν, παρὰ δὲ τούτου μαθεῖν αὐτὴν οὐκ εὐτύχησαν, μὴ εὑρόντες, ζητοῦντες ἐπλάνησαν. [1] ὁ γὰρ τὴν ἀλήθειαν ζητῶν παρὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀγνοίας λαβεῖν, πῶς ἂν δύναιτο; κἂν γὰρ εὕροι, οὐκ εἰδὼς αὐτὴν, ὡς οὐκ οὖσαν παρέρχεται. οὔτ' αὖ παρ' ἑτέρου, τοῦ ὁμοίως ὡς ἐξ ἀγνωσίας ἔχειν ἐπαγγελλομένου, ἀληθείας κρατεῖν δυνατὸς ἔσται· πλὴν πολιτείας μόνης, καὶ ταύτης ἐκείνης τῆς διὰ τὸ ἄλογον γνωρισθῆναι δυναμένης, ἥτις ἑκάστου ἐκ τοῦ μὴ θέλειν ἀδικεῖσθαι, τοῦ μὴ δεῖν ἄλλον ἀδικεῖν, τὴν γνῶσιν παρίστησιν.

VI. Propheta autem veritatis ille est, qui omnia omnino scit, præterita ut fuerunt, præsentia ut sunt, futura ut erunt; qui est impeccabilis, & misericors; cuique soli edisserendæ veritatis provincia demandata est. Lege; & invenies eos qui a se ipsis veritatem se nactos fuisse existimarunt. Id quippe Prophetæ proprium est, veritatem indicare; quemadmodum soli proprie competit, diem inducere. Quocirca quotquot veritatem desiderarunt cognoscere, & ab hoc eam discere non obtinuerunt; ea non inventa, in disquisitione obierunt diem. Nam qui veritatem a sua ignorantia quærit accipere, quo mo-D do poterit? Licet enim reperit, cum illam non cognoscat, quasi absentem præteribit. Sed nec ab alio, ut pote similiter ignaro quamvis scientiam repromittat, veritatem tenere poterit: nisi quod solam discet vitæ conversationem; quæ, scilicet, propter consensum cum ratione, sciri potest; quæque singulos, ex eo quod nolunt injuria affici, docet non oportere alteri injuriam facere.


Πάντες μὲν οὖν ὅσοι ποτὲ ἐζήτησαν τὸ ἀληθὲς, τὸ δύνασθαι εὑρεῖν ἑαυτοῖς [2] πιστεύσαντες, ἐνηδρεύθησαν. τοῦτο ὅπερ πεπόνθασιν καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων φιλόσοφοι, καὶ βαρβάρων οἱ σοφώτεροι. ἐκ στοχασμῶν γὰρ ἐπιβάλλοντες τοῖς ὁρατοῖς, περὶ τῶν ἀδήλων ἀπεφήναντο, τὸ ὅπως ποτὲ τὸ παραστὰν αὐτοῖς, τοῦτο ἀληθὲς εἶναι νομίσαντες. ὡς γὰρ εἰδότες ἀλήθειαν, οἱ ἀλήθειαν ἔτι ζητοῦντες, τῶν παρισταμένων αὐτοῖς ὑπολήψεων, ἃ μὲν ἀποδοκιμάζουσιν, ἃ δὲ κρατύνουσιν, ὥσπερ εἰδότες, μὴ εἰδότες ποῖα μέν ἐστιν ἀληθῆ, ποῖα δὲ ψευδῆ. καὶ δογματίζουσιν περὶ ἀληθείας, οἱ ἀλήθειαν ἐπιζητοῦντες, οὐκ εἰδότες ὅτι ὁ ἀλήθειαν ζητῶν παρὰ τῆς αὐτοῦ πλάνης, μαθεῖν αὐτὴν οὐ δύναται. οὔτε γὰρ, ὡς ἔφην, παρεστηκυῖαν αὐτὴν ἐπιγνῶναι δύναται, ἣν ἀγνοεῖ.

VII. Quotquot igitur verum quæsierunt, se credentes illud per ipsosmet inventuros, decepti sunt. Idque Græcis philosophis, & Barbarorum sapientibus contigit. Nam conjecturis considerantes visibilia, de E rebus obscuris pronuntiarunt; quod sibi quo quo modo videbatur, id verum esse arbitrati. Quasi enim gnari veritatis, qui adhuc eam quærunt, opinionum quæ sese offerunt alias abjiciunt, alias retinent, ac si cognoscerent; ignari quæ vera sint, quæ falsa. Et de veritate decernunt, qui veritatem inquirunt, nescientes quod qui a suo errore veritatem quærit, non potest eam addiscere. Neque enim, ut dixi, præsentem eam potest recognoscere, quam ignorat.

1. Ὁ γὰρ τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὰ ἑξῆς.] Mutata interpunctione legendum: ὁ γὰρ τὴν ἀλήθειαν ζητῶν, παρὰ τῆς ἑαυτοῦ ἀγνοίας λαβεῖν, πῶς ἂν δύναιτο; *Qui enim* [illegible] *quærit, quomodo poterit eam a sua ipsius ignorantia* [illegible] Quin & Cap. seq. pariter distinguendum: ὅτι ὁ ἀλήθειαν ζητῶν, παρὰ τῆς αὐτοῦ πλάνης μαθεῖν αὐτὴν οὐ δύναται. eademque ratione versio Cotelerii est em[illegible] D[illegible].

2. Πιστεύσαντες.] Additur in Ms. 804. μὴ δεόμενοι τῆς θείας διδαχῆς. Hoc est, *nec indigere divina doctrina*. COTEL.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 230.



Πείθει δὲ ἕκαστον ἀφ' ἑαυτοῦ ζητοῦντα μαθεῖν, A οὐ πάντως τὸ ἀληθὲς, ἀλλὰ τὸ τέρπον. ἐπεὶ οὖν ἄλλον ἄλλο τέρπει, [1] ἄλλου ἄλλο κρατεῖ ὡς ἀληθές. τὸ δὲ ἀληθές ἐστιν τὸ δοκοῦν τῷ προφήτῃ, οὐ τὸ ἑκάστῳ ἡδύ. πολλὰ γὰρ ἂν ἦν τὸ ἓν, [2] τὸ τέρπον ἀληθὲς ἦν, ὅπερ ἐστὶν ἀδύνατον. διὰ τοῦτο καὶ οἱ τῶν Ἑλλήνων φιλολόγοι, οὐ φιλόσοφοι, διὰ στοχασμῶν τοῖς πράγμασιν ἐπιβάντες, πολλὰ καὶ διάφορα ἐδογμάτισαν, τὴν οἰκείαν τῶν ὑποθέσεων ἀκολουθίαν ἀλήθειαν εἶναι νομίσαντες, οὐκ εἰδότες ὅτι αὐτῶν ψευδεῖς ἀρχὰς ἑαυτοῖς ὁρισαμένων, τῇ μὲν ἀρχῇ αὐτῶν τὸ τέλος συμφωνίαν εἴληφεν.

VIII. Porro eum qui a ſe ipſo quærit diſcere, perſuadet non ſane quod verum eſt, ſed quod delectat. Quando igitur alium aliud oblectat, alterum alteri pro vero tenetur. Verum autem id eſt, quod Prophetæ videtur, non vero quod unicuique placet. Nam ſi verum eſſet, quod delectat; multa eſſet, id quod unum eſt; quod fieri nequit. Propterea Græcorum philologi, non philoſophi; *amatores ſermonum, non ſapientiæ*; per conjecturas res aggreſſi, multa & varia docuerunt; rati propriam hypotheſeon conſequentiam, eſſe veritatem; nec ſcientes quod cum ſibi falſa principia definiviſſent, cum principio eorum finis concordavit.

Ὅθεν δεῖ πάντα παρελόμενον, μόνῳ τῆς B ἀληθείας πιστεύειν ἑαυτὸν προφήτῃ, ὃν πάντες κρίναι δυνάμεθα, εἰ προφήτης ἐστὶν, κἂν πάνυ ἀμαθεῖς ὦμεν, καὶ σοφισμῶν ἰδιῶται, καὶ γεωμετρίας ἄπειροι, καὶ μουσικῆς ἀμύητοι. εὐκολωτέραν γὰρ τὴν περὶ αὐτοῦ εὕρεσιν ὁ Θεὸς τέθηκεν πᾶσιν, ὡς πάντων κηδεμών· ἵνα μή τε βάρβαροι ἐξασθενῶσιν αὐτὸν, μήτε Ἕλληνες ἀδυνατῶσιν εὑρεῖν. ῥαδία μὲν οὖν περὶ [3] αὐτοὺς εὕρεσις ὑπάρχει. ἔστιν δὲ ἥδε.

IX. Unde oportet, omnia prætereundo, ſoli veritatis Prophetæ ſe ipſum credere; de quo omnes dijudicare poſſumus, an ſit Propheta, etſi valde ſimus imperiti, ac in ſophiſmis rudes, & ignari Geometriæ, atque in Muſica non initiati. Deus quippe, ut omnium curator, cunctis facillimam fecit illius inventionem: quo ad eum reperiendum neque Barbari eſſent invalidi, neque Græci impotentes. Itaque facilis eſt de ipſo inventio. Hæc autem eſt.

Εἰ προφήτης ἐστὶν, καὶ δύναται εἰδέναι ὡς ἐγένετο ὁ κόσμος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ γινόμενα, καὶ τὰ εἰς τέλος ἐσόμενα· ἐὰν ἡμῖν ᾖ τι προειρηκὼς, ὃ εἰς τέλος ἐγνώκαμεν γεγενημένον, καλῶς αὐτῷ ἐκ τῶν C ἤδη γεγενημένων, καὶ τὰ ἐσόμενα ἔσεσθαι πιστεύομεν, οὐ μόνον ὡς γινώσκοντι, ἀλλὰ καὶ προγινώσκοντι. τίνι οὖν, κἂν βραχὺν νοῦν ἔχοντι, οὐ φαίνεται, ὡς χρὴ τούτῳ παρὰ πάντας πιστεύειν τὰ τῷ Θεῷ δόξαντα, ὃς μόνος παρὰ πάντας ἀνθρώπους καὶ μὴ μαθὼν ἐπίσταται; διὸ ἂν τῷ τοιούτῳ, λέγω δὲ τῷ πρόγνωσιν ἔχοντι διὰ τὴν ἐν αὐτῷ τοῦ πνεύματος θειότητα, τὸ ἀληθὲς εἰδέναι μὴ διδόναι τις θέλοι, τινὶ ἑτέρῳ δοὺς εἰδέναι, οὐκ ἐνδεὴς ὑπάρχει φρενῶν, ἀποδεδωκὼς τῷ μὴ προφήτῃ, ἃ προφήτῃ εἰδέναι δοῦναι οὐκ ἐβουλήθη;

X. Si Propheta eſt, & poteſt ſcire quo modo factus ſit mundus, quæque in eo conſiſtunt, quæque aliquando erunt: ſi aliquid nobis prædixit, quod ſcimus eveniſſe, recte ei ex iis quæ jam facta fuerunt, futura quoque credimus fore, tamquam non ſolum ſcienti, verum & præſcienti. Cui ergo, quamquam exiguum ingenium habenti, non apparet, de conſiliis Dei ei præ omnibus credendum, qui ſolus præ omnibus hominibus ea novit, licet non didicerit? Quare tali, præcognitionem, inquam, habenti per divinitatem quæ in ipſo exſiſtit, ſi quis nolit veri cognitionem tribuere, & eam alteri cuipiam tradit; nonne mentis inops eſt, qui adſcribat non-Prophetæ ſcientiam, quam noluit Prophetæ concedere?

Ὅθεν πρὸ πάντων, πάσῃ κρίσει, διὰ τῆς προφητικῆς ἐπαγγελίας τὸν προφήτην ζητεῖν δεῖ, D καὶ γνόντα, τοῖς λοιποῖς τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ λόγοις ἀνενδοιάστως ἕπεσθαι, καὶ θαρροῦντα περὶ τῶν ἐλπιζομένων, πολιτεύεσθαι τῇ πρώτῃ κρίσει· γνόντα οὖν, [4] ταῦτα εἰπὼν, πρὸς τὸ ψεύσασθαι φύσιν οὐκ ἔχει. διὸ ἐάν τι τοῦ λοιποῦ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντων δοκῇ ἡμῖν καλῶς εἰρῆσθαι, εἰδέναι χρὴ ὅτι οὐκ αὐτὸ εἴρηται κακῶς, ἀλλ' αὐτὸ ἡμεῖς καλῶς ἔχον οὐκ ἐνοήσαμεν. ἄγνοια γὰρ γνῶσιν οὐκ ὀρθῶς κρίνει, ἅτε δὴ οὔτε γνῶσις πρόγνωσιν ἀληθῶς κρίνειν πέφυκεν. ἀλλ' ἡ πρόγνωσις τοῖς ἀγνοοῦσιν παρέχει τὴν γνῶσιν.

XI. Quare ante univerſa, omni judicio, oportet per propheticam promiſſionem Prophetam quærere; eoque cognito, reliquis doctrinæ ejus ſermonibus adhærere ſine ulla dubitatione; atque confidendo de bonis quæ ſperantur, juxta primum judicium vivere: ſciendo, videlicet, quod quia ea verba protulit, ita natura comparatus eſt, ut mentiri nequeat. Quamobrem ſi de cetero aliquid ab eo dictorum, nobis non recte dictum videatur; ſcire oportet, non illud prave dictum eſſe; ſed nos id quod bene dictum erat, non intellexiſſe. Neque enim ignorantia recte cognitionem dijudicat: ſicuti nec ſcientia vere poteſt judicare præſcientiam; verum præſcientia ignorantibus tribuit ſcientiam.


Ὅθεν, ὦ φίλε Κλήμης, εἴγε τὰ τῷ Θεῷ διαφέροντα γνῶναι θέλῃς, παρὰ τούτου μόνου μαθεῖν E ἔχεις, ὅτι μόνος οἶδεν τὴν ἀλήθειαν. τῶν γὰρ ἄλλων εἴ τις ἐπίσταταί τι, παρὰ τούτου ἢ τῶν τούτου μαθητῶν λαβὼν ἔχει. ἔστιν τι αὐτοῦ τό τι βούλημα καὶ ἀληθὲς κήρυγμα, ὅτι εἷς Θεὸς, οὗ κόσμος ἔργον, ὃς δίκαιος ὢν, πάντως ἑκάστῳ πρὸς τὰς πράξεις ἀποδώσει ποτέ.

XII. Quocirca, amice Clemens, ſi quæ ad Deum pertinent cognoſcere cupias, ab iſto ſolo potes diſcere; quia ſolus novit veritatem. Aliorum enim ſi quis aliquid cognoſcit; ab eo, aut ab ejus diſcipulis traditum accepit. Eſt autem ejus ſententia, & vera prædicatio; Deum unum eſſe, cujus mundus opus eſt, quique juſtus cum ſit, aliquando certe unicuique pro actionibus retribuet.

Ἀνάγκη γὰρ πᾶσα, φύσει δίκαιον εἶναι λέγοντα τὸν Θεὸν, καὶ τὰς ἀνθρώπων ψυχὰς ἀθανάτους εἶναι πιστεύειν. ἐπεὶ [5] τοῦτο δίκαιον αὐτοῦ, ὅπου

XIII. Neceſſe quippe omnino eſt, ut qui aſſerit Deum natura eſſe juſtum, etiam credat immortales eſſe hominum animas. Quoniam ubi erit ju-

1. Ἄλλου ἄλλο κρατεῖ ὡς ἀληθές.] Lege Ἄλλο ἄλλος κρατεῖ ὡς ἀληθές, *aliud alius pro vero tenet*. Davis.
2. Τὸ τέρπ.] Forte præmittendum εἰ. Cot.
3. Αὐτοὺς.] Leg. αὐτοῦ. Id.
4. Ταῦτα.] Forte deeſt ὅτι. Mox pro καλῶς leg. κακῶς. Id.
5. Τοῦτο] Epit. τοῦ τό. Id.



τινὲς δ᾽εὐσεβῶς βιώσαντες, κακουχηθέντες ἐνίοτε βιαίως ἀνῃρέθησαν, ἔνιοι δὲ ἀσεβεῖς πάνυ γεγενημένοι, ἐν πολυτελείᾳ βίου τρυφήσαντες, τὸν κοινὸν ἀνθρώπων θάνατον ἐτελεύτησαν. ἐπεὶ οὖν χωρὶς πάσης ἀντιλογίας ὁ Θεὸς ἀγαθὸς ὤν, καὶ δίκαιός ἐστιν, οὐκ ἄλλως δὲ δίκαιος εἶναι γνωσθήσεται, ἐὰν μὴ ἡ ψυχὴ μετὰ τὸν χωρισμὸν τοῦ σώματος ἀθάνατος ᾖ, ἵνα μὲν κακὸς ἐν ᾅδῃ γενόμενος, ὡς ἐνταῦθα τὰ ἀγαθὰ ἀπολαβὼν, ἐκεῖ περὶ ὧν ἥμαρτεν κολασθῇ· ὁ δὲ ἀγαθὸς ἐνταῦθα περὶ ὧν ἥμαρτεν κολασθεὶς, ἐκεῖ ὡς ἐν κόλποις δικαίων, ἀγαθῶν κληρονόμος καταστῇ. ὅτι τοίνυν ὁ Θεὸς δίκαιος, πρόδηλον ἡμῖν ἐστιν ὅτι καὶ κρίσις γίνεται, καὶ ψυχαὶ ἀθάνατοι τυγχάνουσιν.

Εἰ δέ τις, ὡς τῷ Σαμαρεῖ Σίμωνι δοκεῖ, τῷ δικαίῳ εἶναι Θεῷ μὴ θέλοι δοῦναι, τίνι ἔτι τοῦτό τις δοῦναι δυνήσεται, ἢ καὶ τὸ γενέσθαι δύνασθαι; τῆς γὰρ ῥίζης τῶν ὅλων τοῦτο οὐκ ἐχούσης, ἀνάγκη πᾶσα νοεῖν ὅτι τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει ὡς ἐν καρποῖς εὑρεῖν ἀδύνατον. εἰ δέ ἐστιν εὑρεῖν ἐν ἀνθρώποις, πόσῳ μᾶλλον ἐν Θεῷ; εἰ δὲ οὐδαμοῦ, οὔτε παρὰ Θεῷ, οὔτε παρὰ ἀνθρώποις ἐστὶν εὑρεῖν τὸ δίκαιον, πάντως οὐδὲ τὸ ἄδικον. ἀλλ᾽ ἔστιν τὸ δίκαιον. δικαιοσύνης γὰρ οὔσης, [1] τὸ ἄδικον λέγεται· ὥσπερ παραβαλλομένης τῆς δικαιοσύνης αὐτῇ, καὶ ἐναντίως ἔχειν εὑρισκομένης ἀδικία λέγεται.

Ενθεν γοῦν ὁ Θεὸς διδασκαλῶν τοὺς ἀνθρώπους πρὸς τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν, εἷς ὢν αὐτὸς, διχῶς καὶ ἐναντίως διεῖλεν πάντα τὰ τῶν ἄκρων, ἀπαρχῆς αὐτὸς εἷς ὢν καὶ μόνος Θεὸς, ποιήσας οὐρανὸν καὶ γῆν, ἡμέραν καὶ νύκτα, φῶς καὶ πῦρ, ἥλιον καὶ σελήνην, ζωὴν καὶ θάνατον. μόνον δὲ ἐν τούτοις αὐτεξούσιον τὸν ἄνθρωπον ἐποίησεν, ἐπιτηδειότητα ἔχοντα δίκαιον ἢ ἄδικον γενέσθαι. ᾧ καὶ τὰς τῶν συζυγιῶν ἐνήλλαξεν εἰκόνας, μικρὰ τὰ πρῶτα παραθέμενος αὐτῷ, μεγάλα δὲ τὰ δεύτερα, οἷον, κόσμον, αἰῶνα. ἀλλ᾽ ὁ μὲν παρὼν κόσμος πρόσκαιρος, ὁ δὲ ἐσόμενος αΐδιος. πρώτη ἄγνοια, δευτέρα γνῶσις. οὕτως καὶ τοὺς τῆς προφητείας ἡγεμόνας διέταξεν. ἐπεὶ γὰρ ὁ παρὼν κόσμος θῆλυς ἐστὶν, ὡς μήτηρ τέκνων τίκτων ψυχάς· ὁ ἐσόμενος αἰὼν ἄῤῥην ἐστὶν, ὡς πατὴρ ἀποδεχόμενος τὰ αὐτοῦ τέκνα· διὰ τοῦτο ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ προφῆται ἑπομένως, ὡς τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ὄντες υἱοὶ, [2] ἀνθρώπων τὴν γνῶσιν ἔχοντες, ἐπέρχονται. τοῦτο δὲ τὸ μυστήριον εἰ ἠπίσταντο οἱ ἐν θεοσεβείᾳ ἄνθρωποι, οὐκ ἄν ποτε ἐπλανήθησαν, ἀλλὰ καὶ νῦν ἂν ἐγνώκεισαν ὅτι Σίμων ὁ νῦν πάντας θρυλλῶν, πλάνης καὶ ἀπάτης ἐστὶν συνεργός. ὁ δὲ λόγος τοῦ προφητικοῦ κανόνος οὕτως ἔχει.

Ως ἐν ἀρχῇ ὁ Θεὸς εἷς ὢν, ὥσπερ δεξιὰ καὶ ἀριστερὰ, πρῶτον ἐποίησεν τὸν οὐρανὸν, εἶτα τὴν γῆν, καὶ οὕτως κατὰ τὸ ἑξῆς πάσας τὰς συζυγίας συνεστήσατο. ἐπὶ μέν τοι ἀνθρώπων οὐκ ἔτι οὕτως, ἀλλὰ πάσας ἐναλλάσσει τὰς συζυγίας. ὡς γὰρ ἀπ᾽ αὐτοῦ τὰ πρῶτα κρείττονα, τὰ δεύτερα ἥττονα, ἐπ᾽ ἀνθρώπων τὸ ἐναντίον εὑρίσκομεν, τὰ πρῶτα χείρονα, τὰ δεύτερα κρείττονα. αὐτίκα γοῦν ἀπὸ Ἀδὰμ τοῦ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ γενομένου, ἐγένετό τις πρῶτος ἄδικος Καΐν, δεύτερος δίκαιος Ἀβέλ. πάλιν δὲ ἀπὸ [3] τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς λεγομένου Δευκαλίωνος, τυπ-

A stitia ejus? quando aliqui cum pie vixissent, interdum male habiti, per vim e medio sublati sunt; quidam vero, ubi omnino impii exstitissent, atque vitæ luxui ac deliciis indulsissent, communi tamen hominum morte abierunt. Quandoquidem igitur absque ulla contradictione Deus, bonus cum sit, justus etiam est; nec aliunde justus esse cognoscetur, nisi anima post separationem a corpore, sit immortalis; ut malus quidem, in inferno positus, tamquam qui heic bona receperit, ibi pro iis quæ deliquit, puniatur; bonus autem, heic pro delictis castigatus, illic quasi in sinu justorum, constituatur bonorum heres. Quoniam igitur Deus justus; constat inter nos, judicium quoque fore, & animas
B esse immortales.

XIV. Si quis vero, quemadmodum Simoni Samaritano placet, Deo justum esse nolit concedere: cui jam aliquis tribuere potest, ut justus sit, vel esse possit? Nam si id cunctorum radix non habet; prorsus necesse est cogitare, illud quoque in hominum natura, tamquam in fructibus non posse reperiri. Si autem inveniatur in hominibus; quanto magis in Deo? Quod si justitia nusquam, neque apud Deum, neque apud homines reperitur; plane neque reperietur injustitia. At justitia exsistit. Qua exstante, injustitia quoque dicitur: quæ ita vocatur, quod cum ea justitia comparetur,
C eique inveniatur contraria.

XV. Inde igitur Deus homines rerum veritatem docens, qui ipse unus est, bifariam & contrarie divisit omnia extrema; cum ipse ab initio unus sit ac solus Deus, qui fecit cælum & terram, diem ac noctem, lucem & ignem, solem & lunam, vitam atque mortem. In his autem solum hominem liberum condidit, aptitudine præditum ut justus vel injustus fiat: cui & alternavit conjugationum imagines; primo illi apponens parva, deinde vero magna; sicut mundum, ævum. Et quidem hic mundus, temporalis est; at futurus, æternus. Prima est, ignorantia; secunda, cognitio. Sic
D etiam prophetiæ ductores ordinavit. Quia enim præsens mundus femina est, quasi mater liberorum procreans animas; futurum vero ævum, mas est, tamquam pater liberos suos excipiens: propterea in hunc mundum Prophetæ consequenter veniunt, tamquam filii futuri sæculi, notitiam habentes hominum. Porro hoc mysterium si cognovissent homines pii, numquam aberrassent; sed & nunc deprehendissent, Simonem qui omnes conturbat, erroris ac fraudis esse cooperarium. Sermo autem propheticæ regulæ ita habet.


XVI. Quod in principio Deus, qui unus est, tamquam dextra & sinistra, primo fecit cælum,
E deinde terram; atque ita deinceps omnes conjugationes constituit. In hominibus autem, non amplius sic; sed cunctas alternat conjugationes. Ut enim ab eo, prima, meliora sunt; secunda, deteriora; contrarium apud homines nanciscimur, prima pejora, secunda præstantiora. Itaque statim, ab Adamo qui secundum Dei imaginem factus fuerat, primus ortus est iniquus Cain, secundus justus Abel. Iterum vero ab eo quem Deu-

1. Τὸ ἄδικον λέγεται.] Codice 804. τὸ δίκαιον λέγεται. minus commode, ni fallor. Rectius autem totum locum ita reddidissem: *Quod si justum nusquam reperire est, neque apud Deum, neque apud homines; plane neque id quod injustum est. At justum exsistit. Justitia enim exsistente, injustum dicitur: sicut si comparatio fiat cum justitia, injustitia vocatur, quæ ei contrario modo se habere reperitur.* COT.

2. Ἀνθρώπων.] Ms. ἀνων. ut in eo solet per compendium scribi nomen ἄνθρωπος. Non temere tamen hoc loco aliquis leget aut corriget αἰωνίων. ID.

3. Τοῦ καθ᾽ ὑμᾶς λεγομένου Δευκαλίωνος.] Notus est lusus in nomine Deucalionis apud Theophilum Antiochenum lib. 3. ad Autolycum p. 129. quasi Noe hominibus sui temporis dixerit, δεῦτε καλεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



μάτων εἰκόνες δύο ἀπεστάλησαν, ἀκαθάρτου λέγω καὶ καθαροῦ, ὅτε κόραξ ὁ μέλας, καὶ ἡ λευκὴ περιστερὰ δεύτερα. καὶ ἀπὸ μὲν τοῦ ἀρχηγέτου τοῦ ἔθνους ἡμῶν Αβραὰμ δύο πρῶτοι γεγόνασιν, πρῶτος Ισμαὴλ, εἶτα Ισαὰκ ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εὐλογημένος. ἀπὸ δὲ αὐτοῦ Ισαὰκ ὁμοίως πάλιν δύο, Ησαῦ ὁ ἀσεβὴς, καὶ Ιακὼβ ὁ εὐσεβής. [1] οὕτος τῇ τάξει πρῶτος, ὡς πρωτότοκος τῷ κόσμῳ ὁ [2] ἀρχιερεὺς, εἶτα ὁ νομοθέτης.

A calionem vocatis, spirituum duæ imagines missæ sunt, impuri, inquam, & puri, nempe niger corvus, & deinde columba alba. Item ex principe gentis nostræ Abrahamo, duo primi nati sunt, primus Ismael, postea Isaac qui a Deo benedictus est. Ex ipso similiter Isaaco duo adhuc exstiterunt, impius Esau, & pius Jacob. Ad hunc modum nativitate primus, ut mundo primogenitus, Pontifex, deinde Legislator.

Ομοίως ἡ γὰρ πρὸς τὸν [3] Ηλίαν συζυγία ὀφείλουσα ἐλθεῖν, ἑκοῦσα ἀπελείφθη εἰς ἕτερον καιρὸν, ἄλλοτε εὐκαίρως αὐτὴν ἀπολαύειν βουλευσαμένη. διὸ καὶ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν πρῶτος ἦλθεν, εἶτα ὁ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων δεύτερος ἐπῆλθεν. [4] ταύτῃ τῇ τάξει ἀκολουθοῦντα, δυνατὸν ἦν νοεῖν τίνος ἐστὶν Σίμων, ὁ πρὸ ἐμοῦ εἰς τὰ ἔθνη πρῶτος ἐλθὼν, καὶ τίνος ὢν τυγχάνω, ὁ μετ' ἐκεῖνον ἐληλυθὼς, καὶ ἐπελθὼν ὡς σκότῳ φῶς, ὡς ἀγνοίᾳ γνῶσις, ὡς νόσῳ ἴασις. οὕτως δὴ, ὡς ἀληθὴς ἡμῖν προφήτης εἴρηκεν, πρῶτον ψευδὲς δεῖ ἐλθεῖν εὐαγγέλιον ὑπὸ πλάνου τινὸς, καὶ εἶθ' οὕτως μετὰ καθαίρεσιν τοῦ ἁγίου τόπου, εὐαγγέλιον ἀληθὲς κρύφα διαπεμφθῆναι εἰς ἐπανόρθωσιν τῶν ἐσομένων αἱρέσεων· καὶ μετὰ ταῦτα πρὸς τῷ τέλει πάλιν πρῶτον Αντίχριστον ἐλθεῖν δεῖ, καὶ τότε τὸν ὄντως Χριστὸν ἡμῶν Ιησοῦν ἀναφανῆναι, καὶ μετὰ τοῦτο αἰωνίου φωτὸς ἀνατείλαντος, πάντα τὰ τοῦ σκότους ἀφανῆ γενέσθαι.

XVII. Ita etiam quæ ventura erat conjugatio circa Eliam, sponte dimissa est ad aliud tempus, commenta se alias opportune se ipsa fruituram. Quare primus venit, qui [a] *Inter natos mulierum*; dein B secundus advenit, qui *Inter filios hominum*. Hanc sequendo ortus rationem, fieri poterit, ut intelligatur ad quem pertineat Simon, qui ante me primus venit ad Gentes; & ad quem ego pertineo, qui veni post illum, & adveni velut lumen tenebris, velut ignorantiæ scientia, velut morbo sanitas. Ita quippe, ut nobis dixit verus Propheta, primo venire oportet falsum Evangelium ab impostore quodam; & sic deinde, post sancti loci eversionem, verum Evangelium ad correctionem futurarum hæreseon clam mitti. Et post hæc, circa finem, iterum primus veniet Antichristus; tuncque verus Christus noster Jesus apparebit, post quod orto sole æterno, cuncta tenebrarum evanida C fient.

Επεὶ οὖν, ὡς ἔφην, τὸν κανόνα τῆς συζυγίας ἀγνοοῦσί τινες, ἔνθεν οὐκ ἐπίστανται τίς τυγχάνει ὁ ἐμοῦ προδεύσας Σίμων. εἰ γὰρ ἐγινώσκετο, οὐκ ἂν ἐπιστεύετο. νῦν δὲ ἀγνοούμενος, οὐκ ὀρθῶς πεπίστευται· καὶ ὁ τὰ μισούντων ποιῶν, ἠγάπηται, καὶ ὁ ἐχθρὸς, ὡς φίλος ἀποδέδεκται, καὶ θάνατος ὢν, ὡς σώζων πεπόθηται, καὶ πῦρ ὢν, φῶς νενόμισται, καὶ πλάνος ὢν, ὡς ἀλήθειαν ἀκούεται. ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ Κλήμης· τίς ἄρα τυγχάνει, ἔφην, οὗτος ὁ τοσοῦτος ὢν [5] ἀπαταίων μαθεῖν ἤθελον. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ θέλεις μαθεῖν, πάρεστίν σοι τὸ γνῶναι, παρ' ὧν κἀγὼ τὰ κατ' αὐτὸν πάντα ἠκρίβωκα.

XVIII. Cum ergo, sicut dixi, conjugationis canonem quidam nesciant, inde ignorant qualis exsistat Simon, qui ante me prodiit. Nam si cognosceretur, non ei haberetur fides. Jam vero quia ignoratur, non recte creditus est: & qui opera inimicorum facit, diligitur; & hostis, quasi amicus receptus fuit; & qui est mors, velut salvator desideratus est; & qui ignis, lumen existimatus; quique seductor est, auditur quasi vera prædicans. His auditis, ego Clemens: Quisnam est, dixi, iste tantus deceptor, scire vellem. Et Petrus respondit: Si cupis discere, licet tibi cognoscere ab iis, a D quibus & ego cuncta illius accurate rescivi.

Ιούστα τις ἐν ἡμῖν ἐστιν Συροφοινίκισσα, τὸ γένος Χαναανῖτις, ἧς τὸ θυγάτριον ὑπὸ χαλεπῆς νόσου συνείχετο· ἣ καὶ τῷ κυρίῳ ἡμῶν προσῆλθεν βοῶσα καὶ ἱκετεύουσα, ὅπως αὐτῆς τὸ θυγάτριον θεραπεύσῃ. ὁ δὲ, καὶ ὑφ' ἡμῶν ἀξιωθεὶς, εἶπεν· οὐκ ἔξεστιν ἰᾶσθαι τὰ ἔθνη, ἐοικότα κυσὶν, διὰ τὸ διαφόροις χρᾶσθαι τροφαῖς καὶ πράξεσιν, ἀποδεδομένης τῆς κατὰ τὴν βασιλείαν τραπέζης τοῖς υἱοῖς Ισραήλ. ἡ δὲ τοῦτο ἀκούσασα, καὶ [6] τῆς αὐτῆς τραπέζης, ὡς κύων, ψιχίων ἀποπιπτόντων συμμεταλαμβάνειν, μεταθεμένη ὅπερ ἦν, τὸ ὁμοίως διαιτᾶσθαι τοῖς τῆς βασιλείας υἱοῖς, τῆς εἰς τὴν θυγατέρα, ὡς ἠξίωσεν, ἔτυχεν ἰάσεως. οὐ γὰρ ἂν ἐθνικὴν οὖσαν, καὶ ἐπὶ τῇ αὐτῇ πολιτείᾳ μένουσαν, [7] ὁ τὴν ἀρχὴν διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι θεραπεύειν ὡς ἐθνικὴν, ἐθνικὴν μείνασαν ἐθεράπευεν.

XIX. Justa quædam apud nos est, [b] Syrophœnissa, genere Chananitis, cujus filiola gravi morbo detinebatur; quæque ad Dominum nostrum accessit, clamans & supplicans ut filiolæ ejus mederetur. At ille, etiam a nobis rogatus, dixit: Non licet sanare Gentes, quæ canibus ideo similes sunt quod diversis utantur & cibis & operibus, cum regni mensa filiis Israelis tradita sit. Illa vero postquam id audiisset; & per illud quod de ejusdem mensæ micis cadentibus (velut canis) particeps facta fuit, mutaŀet quod erat, ut pote eodem ac filii regni usa victu; filiæ sanitatem quam petierat E obtinuit. Neque enim Ethnicam, atque eodem in vitæ genere eodemque in Paganismo permanentem, sanitate donasset, qui id initio non fecerat, quod non liceret in Ethnica facere.

a Matt. XI. 11. *b* Marc. VII. 25. Matt. XV. 22.

1. Οὗτος] Forte ὄντως. COT.

2. Ο' ἀρχιερεὺς, εἶτα ὁ νομοθέτης.] Aaron, & postea Moyses. Exod. VI. 20. VII. 7. Num. XXVI. 59. & I. Paralip. VI. 3. XXIII. 13. ID.

3. Ηλίαν.] De Joanne Baptista dicto Elia, Matt. XI. 14. XVII. 12. 13. Luc. I. 17. ID.

4. Ταύτῃ τῇ τάξει ἀκολουθοῦντα.] Licet supra cap. XVI. recte dicatur τῇ τάξει πρῶτος, ea tamen vox huc non convenit omnino; legendum ταύτῃ τῇ πίστει, *hunc ordinem sequendo*. DAVIS.

5. Απαταίων.] Forte ἀπατεὼν. Et cap. seq. τῷ ὁμ. COT.

6. Τῆς αὐτῆς τραπέζης, ὡς κύων, ψιχίων ἀποπιπτόντων συμμεταλαμβάνειν.] Deest δεομένη, ob sequentis vocis ὁμοιοτέλευτον: *ex eadem mensa, ut canis, micarum cadentium egena, earum particeps facta*. ID.

7. Ο' τὴν ἀρχὴν διὰ τὸ μὴ ἐξεῖναι θεραπεύειν ὡς ἐθνικήν.] Ut sensus constet, legendum μὴ θεραπεύων, ὡς ἐθνικήν; *qui ab initio, cum non liceret, non curans, ut Ethnicam*. ID.

Σæcul. II. circa Ann. Chr. 230.



A Αὐτὴ οὖν τὴν νόμιμον ἀναδεξαμένη πολιτείαν, ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἀνδρὸς ἐναντία φρονοῦντος ἡμῖν, μετὰ τῆς ἰαθείσης θυγατρὸς, ἰδίων οἴκων ἐκβέβληται. ἡ δὲ εὐγνωμονοῦσα πρὸς τὰς συνθήκας, καὶ ἐν περιουσίᾳ βίου ὑπάρχουσα, αὐτὴ μὲν χήρα ἔμεινεν, τὸ δὲ θυγάτριον αὐτῆς ἀνδρί τινι εὐγνωμονοῦντι πρὸς τὴν ἀληθῆ πίστιν, καὶ πένητι ὄντι συνηρμόσατο· ἡ δὲ καὶ τῆς θυγατρὸς προφάσει, γάμου στερηθεῖσα, δύο παῖδας ὠνησαμένη, καὶ παιδεύσασα, εἰς υἱῶν ἔσχεν τόπον. ἅτινα τῷ μάγῳ Σίμωνι ἐκ παίδων συμπαιδευθέντα, πάντα τὰ κατ᾽ αὐτὸν ἐκμεμαθήκασιν. τοσαύτη γὰρ αὐτῶν ἦν φιλία, ὡς καὶ συναπεῦσαι αὐτῷ ἐν πᾶσιν οἷς βούλαιτο αὐτοῖς ἑνοῦν.

XX. Illa ergo vitam quæ juxta Legem ducitur, amplexa; a ſuo viro contraria nobis ſentiente, cum ſanata filia e domo propria ejecta eſt. Diligens autem ea quæ pepigerat, & abundans opibus; ipſa quidem manſit vidua, filiam vero ſuam viro ad veram fidem propenſo, ac pauperi conjugem dedit. Cumque propter filiam nuptiis privata eſſet, duos pueros emens ac educans, pro liberis habuit. Qui pueri una cum Simone Mago a teneris annis educati, cuncta illius didicerunt. Tanta quippe inter eos erat amicitia, ut cum illo in omnibus concurrerent, in quibus vellet ſe illis adunare.

B Αὗται τῷ ἐνταῦθα ἐπιδημήσαντι Ζακχαίῳ συντυχόντες, καὶ τοῦ τῆς ἀληθείας δι᾽ αὐτοῦ μεταλαβόντες λόγου, ἐπὶ τοῖς πρώτοις νεωτερισμοῖς μεταμεληθέντες, ταχέως τοῦ Σίμωνος καταγνόντες, πάντα αὐτῷ συνειδότες, ἅμα τῷ ἐπιδημῆσαί με ἐνταῦθα, μετὰ τῆς ἀναθρεψαμένης αὐτοὺς, προσελθόντες μοι, ὑπ᾽ αὐτοῦ συσταθέντες μοι, καὶ ἔκτοτε πάντοτε σύνεισίν μοι, τῶν τῆς ἀληθείας ἀπολαύοντες μαθημάτων. ταῦτα εἰπὼν ὁ Πέτρος, μεταπεμψάμενος, ἐκέλευσεν αὐτοῖς πάντα μοι κατὰ τὸν Σίμωνα ἀκριβῶς ἐκτίθεσθαι. οἱ δὲ τὸν Θεὸν μαρτυράμενοι μηδὲν ψεύσασθαι, ἐξετίθεντο.

XXI. Hi Zacchæum ibi agentem nacti, ac veritatis ſermonem ab eo diſcentes, acta de prioribus facinoribus pœnitentia, brevique Simonem damnantes, ut omnium illius ſibi conſcii; ſtatim ac ego eo profectus ſum, acceſſerunt ad me una cum eorum educatrice, & a Zacchæo mihi ſunt commendati, atque ex eo tempore mecum ſemper commorantur, præceptorum veritatis participes. Hæc cum dixiſſet Petrus, vocatis illis præcepit, ut mihi omnia ad Simonem pertinentia diligenter exponerent. At illi, Deum atteſtati, ſe nullatenus mentituros, enarrarunt.

C Ὡς πρῶτος ὁ Ἀκύλας ἤρξατο λέγειν οὕτως. ἄκουσον, ὦ φίλτατε ἡμῖν ἀδελφὲ, ὅπως ἀκριβῶς πάντα τὰ μετὰ τὸν ἄνδρα εἰδῇς, τίνος τε ὢν, καὶ τίς, καὶ πόθεν· τίνα τέ ἐστιν ἃ πράττει, καὶ πῶς, καὶ διὰ τί. Σίμων οὗτος πατρὸς μέν ἐστιν Ἀντωνίου, μητρὸς δὲ Ῥαχὴλ, Σαμαρεὺς τὸ γένος, ἀπὸ Γετθῶν κώμης, τῆς πόλεως ἀπεχούσης σχοίνους ἕξ. οὗτος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πάνυ ἐξασκήσας ἑαυτὸν, καὶ μαγείᾳ πολὺ δυνηθεὶς, καὶ φρενωθεὶς θέλει νομίζεσθαι ἀνωτάτη τις εἶναι δύναμις, καὶ αὐτοῦ τοῦ τὸν κόσμον κτίσαντος Θεοῦ· ἐνίοτε δὲ καὶ Χριστὸν ἑαυτὸν αἰνισσόμενος, Ἑστῶτα προσαγορεύει. ταύτῃ δὲ τῇ προσηγορίᾳ κέχρηται, ὡς δὴ στησόμενος ἀεὶ, καὶ αἰτίαν φθορᾶς, τὸ σῶμα πεσεῖν, οὐκ ἔχων. καὶ οὔτε Θεὸν τὸν κτίσαντα τὸν κόσμον, ἀνώτατον εἶναι λέγει, οὐ νεκροὺς ἐγηγέρθαι πιστεύει. τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀρνεῖται, D τὸ Γαριζεὶν ὄρος ἀντεισφέρει. ἀντὶ τοῦ ὄντως Χριστοῦ ἡμῶν, ἑαυτὸν ἀναγορεύει. τὰ δὲ τοῦ νόμου ἰδίᾳ προλήψει ἀλληγορεῖ. καὶ κρίσιν ἔσεσθαι μὲν λέγει, οὐ προσδοκᾷ δέ. οὐ γὰρ ἂν ὑπὸ Θεοῦ κριθήσεσθαι πεπεισμένος, μέχρι αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ ἀσεβεῖν ἐτόλμα. ὅθεν ἔνιοι μὴ εἰδότες ὅτι [1] προκαταλήμματι τῇ θεοσεβείᾳ κεχρημένος, ὑποσυλᾷ τὰ τῆς ἀληθείας, καὶ τὴν ὁπωσποτε ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐλπίδα καὶ κρίσιν λεγομένην ἔσεσθαι, ὡς πιστῶς πιστεύοντες, ἀπόλλυνται.

XXII. Et prior Aquila cœpit ita dicere: Audi, cariſſime nobis frater, ut accurate cognoſcas omnia viri illius; cujuſnam ſit, & quis, & unde; & quænam ſint quæ facit, & quo modo, quamque ob cauſſam. Hic Simon patre quidem Antonio, matre vero Rachele ortus eſt; natione Samaritanus, ex Gitthis, vico qui ſex ſchœnis ab urbe diſtat. Is Alexandriæ cum multum ſe exercuerit, & arte magica polleat, mente elatus, ſe vult exiſtimari eſſe Virtutem ſupremam, ipſo quoque Deo mundi conditore ſuperiorem. Interdum vero ſe Chriſtum ſignificans, Stantem appellat. Eam autem appellationem uſurpavit, quaſi qui exſtiturus ſemper ſit, nec habeat corruptionis cauſſam, ut corpore concidat. Neque vero Deum mundi creatorem, ſupremum eſſe ait: nec mortuos excitatum iri credit. Hieroſolymam negat, montemque Garizimum ſubſtituit. Pro vere Chriſto noſtro, ſe ipſum prædicat. Legem propria præſumtione aliter interpretatur. Et judicium dicit quidem fore, verum non exſpectat. Perſuaſum enim habens, Deum non eſſe judicaturum, uſque ad Deum ipſum impietatem ſuam auſus eſt extendere. Unde nonnulli, neſcientes quod pietate erga Deum ex anticipatione abutendo, veritatem occulte deprædatur; quaſi qui fideliter credant eam, quæ quomodocumque ab eo dicitur futura, ſpem ac judicationem, pereunt.

E Τὸ δὲ παρεισελθεῖν αὐτὸν τὸν τῆς θεοσεβείας λόγον, γέγονεν οὕτως· Ἰωάννης τις ἐγένετο ἡμεροβαπτιστὴς, ὃς καὶ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ κατὰ τὸν τῆς συζυγίας λόγον ἐγένετο πρόοδος· καὶ ὥσπερ τῷ κυρίῳ γεγόνασιν δώδεκα ἀπόστολοι, τῶν τοῦ ἡλίου δώδεκα μηνῶν φέροντες τὸν ἀριθμὸν, ὡσαύτως καὶ αὐτῷ ἔξαρχοι ἄνδρες γεγόνασιν τριάκοντα, τὸν μηνιαῖον τῆς σελήνης ἀποπληροῦντες λόγον. ἐν ᾧ ἀριθμῷ μία τις ἦν γυνὴ, λεγομένη Ἑλένη, [2] ἵνα μηδὲ τοῦτο ἀνοικονόμητον ᾖ. ἥμισυ γὰρ ἀνδρὸς οὖσα γυνὴ, ἀτελῆ τὸν τῆς τριακοντάδος τέθεικεν ἀριθμὸν, ὥσπερ καὶ [3] τῆς σελήνης, ἧς ἡ


XXIII. Ut autem ipſe religionis opinionem invaderet, factum eſt ita. Joannes quidam extitit, qui ſingulis diebus baptizaret, quique Domini noſtri Jeſu, ſecundum conjugationis rationem, fuit præcurſor: & quemadmodum Dominus habuit duodecim Apoſtolos, duodecim menſium ſolis gerentes numerum; ſimiliter is triginta viros principes habuit, menſtruam lunæ rationem implentes. Quo in numero, una quædam erat mulier, dicta Helena; ut ne hoc quidem abſque myſterio eſſet. Cum enim mulier dimidium ſit viri, imperfectum tricenarii conſtituit numerum; ſicut

1. Προκαταλήμματι.] Lege προκαλύμματι, prætextu, velamine. Davis.

2. Ἵνα μηδὲ τοῦτο ἀνοικονόμητον ᾖ.] Simili modo corona quæ Simonis Magi dicebatur, imperfectam referebat rotunditatem, ad modum Lunæ in cornua coeuntis: ut nemo ignorat. Cot.

3. Τῆς σελήνης.] Legatur ἡ σελήνη, quod poſtulat orationis ſeries. Davis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



πορείᾳ, τοῦ μηνὸς οὐ τέλειον ποιεῖται τὸν δρόμον. τούτων δὲ τῶν τριάκοντα, τῷ Ἰωάννῃ πρῶτος καὶ δοκιμώτατος ἦν ὁ Σίμων· ὃς, καὶ τοῦ μὴ ἄρξαι αὐτὸν μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἰωάννου, αἰτίαν ἔσχεν ταύτην.

A & in luna, cujus inceſſus non perfectum menſis curſum conficit. Porro horum triginta, Joanni primus ac probatiſſimus erat Simon: qui quidem quo minus poſt mortem Joannis princeps declaratus ſit, hoc in cauſſa fuit.

Ἀποδημοῦντος γὰρ αὐτοῦ εἰς Αἴγυπτον ἐπὶ τὴν τῆς μαγείας ἐπάσκησιν, τοῦ Ἰωάννου ἀναιρεθέντος, Δωσίθεός τε τῆς ἀρχῆς ὀρεγόμενος, θάνατον αὐτοῦ ψευδῆ καταγγείλας, διαδέχεται τὴν αἵρεσιν. ὁ δὲ Σίμων μετ' οὐ πολὺ ἐπελθὼν, καὶ τοῦ τόπου ὡς ἰδίου μεγάλως ἀντεχόμενος, τῷ Δωσιθέῳ συντυχὼν, τὸν μὲν τόπον οὐκ ἀπῄτει, εἰδὼς ὅτι ὁ φθάσας τῆς ἀρχῆς παρὰ προαίρεσιν, οὐ καθαιρεῖται. διὸ μετὰ προσποιητοῦ φιλίας, ἐπ' ὀλίγον μὲν εἰς τὸν δεύτερον τοῦ Δωσιθέου τόπον δίδωσιν ἑαυτόν. ταγεὶς δὲ μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας τοῖς τριάκοντα συμμαθηταῖς, ὑποδιαβάλλειν ἤρξατο τὸν Δωσίθεον, ὡς μὴ παραδιδόντα γνησίως τὰ μαθήματα. καὶ τοῦτο ποιεῖν ἔλεγεν αὐτὸν οὐκ ὡς φθονοῦντα, ἀλλὰ ἀγνοοῦντα. καὶ ποτε ὁ Δωσίθεος, ὑπαισθόμενος τὴν τοῦ Σίμωνος ἔντεχνον διαβολὴν, [1] λύουσαν αὐτοῦ τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὑπόνοιαν, τοῦ μὴ αὐτὸν εἶναι νομίζειν τὸν ἑστῶτα, θυμῷ ἐπὶ τὴν συνήθη παραγενόμενος διατριβὴν, ῥάβδῳ παίει εὑρὼν τὸν Σίμωνα· ἡ δὲ ὥσπερ καπνοῦ, τοῦ Σίμωνος διελθεῖν ἔδοξε σῶμα. ἐπὶ τούτῳ καταπλαγεὶς ὁ Δωσίθεος, λέγει αὐτῷ· εἰ σὺ εἶ ὁ ἑστὼς, καὶ προσκυνῶ σε. τοῦ Σίμωνος εἰπόντος, ἐγώ εἰμι, ὁ Δωσίθεος ἑαυτὸν γνοὺς οὐκ ὄντα τὸν ἑστῶτα, πεσὼν προσεκύνησεν, καὶ τοῖς εἰκοσιεννέα ἐξάρχοις συγκαταβαλὼν ἑαυτὸν, εἰς τὸν ἑαυτοῦ τῆς ὑπονοίας τόπον ἔστησε τὸν Σίμωνα· καὶ οὕτως μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ὁ Δωσίθεος, ἐκείνου στάντος, αὐτὸς πεσὼν ἐτελεύτησεν.

XXIV. Nam ipſo peregre in Ægyptum profecto, propter magiæ exercitationem; Joanne occiſo, Doſitheus principatus appetens, cum ipſius Simonis mortem falſo annuntiaſſet, factus eſt ſectæ ſucceſſor. At Simon paullo poſt reverſus, & eum locum tamquam proprium affectans vehementer, nactus Doſitheum, locum quidem non repetiit: ſciens hominem, qui contra ipſius voluntatem occupaverat principatum, non depoſitum iri. B Quare per ſimulatam amicitiam, brevi quidem in ſecundum a Doſitheo locum irrepſit. Non multos autem poſt dies, intra numerum triginta condiſcipulorum collocatus, cœpit Doſitheo derogare, tamquam qui non germane doctrinam traderet. Idque eum aſſerebat non invidia facere, ſed inſcientia. Et aliquando Doſitheus, Simonis artificioſam ſentiens obtrectationem, eo tendentem ut aboleretur plurimorum opinio, neque amplius ipſe putaretur eſſe Stans; furore commotus, cum ad ſcholam ſolito conveniſſet, virga Simonem inventum verberat: at per corpus Simonis, quaſi per fumum, viſa eſt virga tranſire. Super quo obſtu- C pefactus Doſitheus, ait ad eum: Dic mihi, ſi tu es Stans, ut adorem te. Cumque Simon reſpondiſſet: Ego ſum; Doſitheus videns ſe non eſſe Stantem, cecidit & adoravit eum; atque in numerum viginti novem principum virorum ſe dejiciens, in eum locum qui ei opinione tributus fuerat, conſtituit Simonem: ſicque non multo poſt Doſitheus, illo ſtante, ipſe concidens, defunctus eſt.

Ὁ δὲ Σίμων τὴν Ἑλένην παραλαβὼν περιέρχεται, καὶ μέχρι τοῦ δεῦρο, ὡς ὁρᾷς, ἀνασεστατεῖ τοὺς ὄχλους. αὐτὴν δὲ τὴν Ἑλένην ἀπὸ τῶν ἀνωτάτων οὐρανῶν κατενηνοχέναι λέγει τῷ κόσμῳ, κυρίαν οὖσαν, ὡς [2] παμμητέρα οὐσίαν καὶ σοφίαν· ἧς ἕνεκεν, φησὶν, Ἕλληνές τε καὶ βάρβαροι ἐμαχέσαντο, εἰκόνα φαντασθέντες ἀληθείας· ἡ γὰρ ὄντως οὖσα, τότε παρὰ τῷ πρωτίστῳ ὑπῆρχεν Θεῷ. πλὴν τοιαῦτά τινα ἑλληνικοῖς μύθοις συμπεπλασμένα πιθανῶς ἀλληγορῶν, ἀπατᾷ πολλούς· ἐξαιρέτως πολλὰ πρατώδη θαυμάσια ποιῶν, ὡς εἰ μὴ ᾔδειμεν ὅτι μαγείᾳ ταῦτα ποιεῖ, ἠπατήθημεν ἂν καὶ αὐτοί. ἀλλ' ἐπειδὴ συνεργοὶ αὐτοῦ ἦμεν τὸ κατ' ἀρχὰς, ὅτε τὰ τοιαῦτα ποιῶν, τὸ τῆς θεοσεβείας οὐκ ἠδίκει μέρος· νῦν ὅτε πολυμανεὶς, τοὺς ἐν θεοσεβείᾳ ἀπατῶν ἐπιχειρεῖν ἤρξατο, ἀπέστημεν αὐτοῦ.

XXV. Simon vero, accepta Helena, circuit; & uſque ad præſens, ut vides, turbas decipit ac commovet. Helenam vero dicit de ſupremis cælis in mundum deductam fuiſſe; atque eſſe Dominam, quaſi cunctorum genitricem eſſentiam ac ſa- D pientiam: pro qua, inquit, Græci & Barbari conflixerunt, imaginem formantes veritatis: quæ enim revera eſt, tunc apud illum primum omnium habitabat Deum. Et hæc atque alia his ſimilia, ex Græcis fabulis conficta, perſuaſibiliter interpretans, decipit multos: cum præcipue addat multa prodigioſa miracula; ita ut niſi cognoviſſemus, illa eum per magiam efficere, ipſi quoque fuiſſemus decepti. Illius quidem adjutores principio eramus, quando iſta faciens, religionis partes injuria non afficiebat: jam vero, cum veſanus cœpit imponere velle viris religioſis, ab eo receſſimus.


Καὶ γὰρ μιαιφονεῖν ἤρξατο, ὡς αὐτὸς ἔτι ὡς φίλος φίλοις ἐξέφανεν, ὅτι παιδίου ψυχὴν τοῦ ἰδίου σώματος χωρίσας, ἀπορρήτοις ὅρκοις, συνεργὸν πρὸς τὴν τῶν αὐτῷ δοκούντων φαντασίαν, τὸν δὲ παῖδα διαγράψας ἐπὶ εἰκόνος, ἐνδοτέρῳ οἴκῳ, ὅπου αὐτὸς ὑπνοῖ, ἀνατεθειμένην ἔχει· φάσκων, ποτὲ τοῦτον ἐξ ἀέρος πλάσας θείαις τροπαῖς, καὶ τὸ εἶδος ἀναγράψας, ἀποδεδωκέναι λέγει πάλιν τῷ ἀέρι. τὴν δὲ πρᾶξιν ἑρμηνεύει οὕτως πεποιηκέναι. πρῶτον τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα λέγει τραπὲν εἰς θερμοῦ φύσιν, τὸν περικείμενον αὐτῷ σ-

XXVI. Etenim cæde ſe inquinare cœperat; ſic- E ut ipſe adhuc amicis velut amicus patefecit: quod cum pueri animam a proprio corpore ſeparaſſet, infandis adjuramentis futuram adjutricem, ad eorum quæ ipſe vellet repræſentationem; puerorque in imaginem delineato, conſecratam haberet imaginem in æde interiori, ubi ipſe dormiret: dicens, ſe aliquando hunc ex aere formaſſe, divinis converſionibus; & imagine ejus depicta, rurſus aeri reddidiſſe. Rem vero ita factam interpretatur. Ait quod primo hominis ſpiritus verſus in naturam calidi,

1. Λύουσαν αὐτοῦ τὴν πρὸς τοὺς πολλοὺς ὑπόνοιαν.] Lege φύουσαν, *quæ de illo, apud multos, ſuſpicionem crearet*. DAVIS.
2. Παμμητέρα.] Lege παμμήτορα. Adi vero Epiphanium, Hæreſi XXI. num. 2. 3. Adludit noſter ad eorum ſententiam, qui non Helenam, ſed ejus dumtaxat imaginem Trojæ fuiſſe ſtatuerunt, cum Græci, Barbarique ſibi mutuas, ejus cauſſa, clades facerent. Vide *Platonem*, de Republica lib. IX. p. 268. edit. Cantab. *Sextum Empiricum*, adverſus Mathemat. lib. VII. n. 180. 255. & Cl. Barneſium, ad Euripidis Helenam verſ. 33. ID.

κύας δίκην ἐπισπασαμένου [1] σιωπεῖν ἀέρα· εἶτα ἔνδοθεν τῆς τοῦ πνεύματος ἰδέας γενόμενον, [2] αὐτὸν τρέψαι εἰς ὕδωρ. ὑπὸ δὲ συνεχείας τοῦ πνεύματος χυθῆναι μὴ δυνάμενον, εἰς αἵματος φύσιν μετατρέπειν ἔφασκεν τὸν ἐν αὐτῷ ἀέρα· τὸ δὲ αἷμα πῆξαν, τὰς σάρκας ποιῆσαι· εἶθ' οὕτως τῆς σαρκὸς παγείσης, ἄνθρωπον οὐκ ἀπὸ γῆς, ἀλλ' ἐξ ἀέρος ἀναδεῖξαι. καὶ οὕτως ἑαυτὸν πείσας καινὸν ἄνθρωπον δύνασθαι ποιῆσαι, τὰς τροπὰς ἀναλύων πάλιν ἀποδεδωκέναι ἔλεγεν τῷ ἀέρι. καὶ ταῦτα μὲν ἄλλοις λέγων ἐπιστεύετο· ὑφ' ἡμῶν δὲ τῶν ἐπὶ τελετῇ συμπαρόντων, εὐσεβῶς ἠπιστεῖτο. διὸ ἀσεβείας καταγνόντες, ἀπέστημεν ἀπ' αὐτοῦ.

A circumstantem aerem, sicut cucurbitula facit, attractum, imbibit: quem deinde intra spiritus formam positum, ipse Simon in aquam vertit; cumque aer in spiritu consistens, ob spiritus continuitatem effundi nequeat, eumdem convertit in sanguinem: & ex sanguine concreto, carnem fecit; sicque postea carne solidata, hominem non e terra, sed ex aere protulit. Atque hunc in modum sibi persuadens, potuisse a se creari novum hominem; ait se eum, resolutis conversionibus, rursum aeri reddidisse. Quæ cum aliis diceret, credebatur; a nobis vero qui adsueramus ejus mysteriis, pie non credebatur. Quapropter damnata impietate, abscessimus ab eo.



Ταῦτα τοῦ Ἀκύλα εἰπόντος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Νικήτης ἔφη· Ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀδελφὲ ἡμῶν Κλήμης, τὰ παραλειφθέντα τῷ Ἀκύλα ἐμὲ ὑπομνῆσαι. πρῶτον μὲν γὰρ μάρτυς ὁ Θεὸς, ὡς οὐδὲν αὐτῷ ἡμεῖς συνειργασάμεθα ἀσεβὲς, ἀλλ' ὅτι αὐτοῦ πράσσοντος ἱστορήκαμεν· καὶ μέχρις ὅτε ἀβλαβῆ ποιῶν ἐπεδείκνυτο, καὶ ἐτερπόμεθα· ὅτε δὲ τὰ μαγεία γινόμενα, θεότητι ποιεῖν πρὸς ἀπάτην θεοσεβῶν ἔλεγεν, οὐκ ἔτι αὐτοῦ ἠνεσχόμεθα, καί τοι πολλὰ ἐπαγγελλομένου ἡμῖν· πρῶτον μὲν ναῶν ἀνδριάντας ἡμῶν καταξιωθῆναι, καὶ θεοὺς νομισθῆναι, καὶ ὑπὸ ὄχλων προσκυνηθῆναι, καὶ ὑπὸ βασιλέων δοξασθῆναι, καὶ δημοσίων τιμῶν καταξιωθῆναι, καὶ χρήμασιν ἀπεράντοις πλουτῆσαι.

B XXVII. Hæc cum Aquila dixisset, frater ejus Nicetas ait: Necesse est, frater noster Clemens, ea me commemorare, quæ ab Aquila prætermissa sunt. Primo quidem Deus testis est, nos in nullo opere impio eum adjuvisse, sed illo faciente, tantum spectasse. Et quamdiu opera innoxia edebat, delectabamur sane: quando autem quæ per magiam fiebant, per divinitatem se facere, ad pios homines decipiendos, dixit; non amplius eum passi sumus, quamvis multa nobis promitteret: primum quidem, fore ut statuæ nostræ in templis collocarentur; utque dii existimaremur, & a populis coleremur, & a regibus magnificaremur; atque donaremur C publicis honoribus; nec non infinita vi pecuniæ ditesceremus.

Ταῦτά τε καὶ τὰ τούτοις [3] νομιζόμενα ἡμῖν ὑπέσχετο, μόνον ἵνα συνόντες αὐτῷ, τὸ τῆς ἐγχειρήσεως κακὸν σιωπῶμεν, ἵνα αὐτῷ τὰ τῆς ἀπάτης προκόπτῃ· καὶ ὅμως οὐ συνεθέμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τῆς τοιαύτης ἀπονοίας παύσασθαι συνεβουλεύσαμεν, λέγοντες αὐτῷ· ἡμεῖς, Σίμων, τῆς ἐκ παίδων φιλίας πρὸς σὲ μεμνημένοι, [4] στέργοντές τε, τὰ συμφέροντα συμβουλεύομεν· παῦσαι τῆς τοιαύτης τόλμης· θεὸς εἶναι οὐ δύνασαι· φοβήθητι τὸν ὄντως Θεόν· γνῶθι ὅτι ἄνθρωπος εἶ, καὶ ὅτι σου μικρός ἐστιν ὁ τῆς ζωῆς χρόνος. κἂν μέγα πλουτῇς, ἢ καὶ βασιλεύσῃς, τῷ τῆς ζωῆς σου μικρῷ χρόνῳ ὀλίγα τυγχάνει πρὸς ἀπόλαυσιν, καὶ ἀσεβῶς πορισθέντα, ἀθέως φεύγοντα, αἰωνίαν κόλασιν περιποιεῖται τῷ τετολμηκότι. διὸ φοβεῖσθαί σοι τὸν Θεὸν συμβουλεύομεν, ὑφ' οὗ κριθῆναι ἔχει ἡ ἑκάστου ψυχὴ περὶ ὧν ἔπραξεν ἐνταῦθα.

XXVIII. Hæc & alia quæ putantur majora, nobis pollicebatur, modo ut cum eo viventes, pravum ejus molimen taceremus, quo fraus ei succederet. Attamen assensi non sumus: quin immo consilium dedimus, ut ab ista vecordia desisteret, dicentes ei: Nos, Simon, amicitiæ quam tecum a pueritia contraximus, memores, teque amantes, utilia consulimus; cessa ab hujusmodi audaci facinore: deus esse non potes: time, eum qui vere Deus est: cognosce, te esse hominem, breveque esse tempus vitæ tuæ. Quamquam admodum lo- D cuples, vel etiam rex evadas; exiguo vitæ spatio pauca sunt quibus frueris: & quæ impie parta sunt, cum cito fugerint, æternum supplicium homini scelerosо comparant. Quare auctores tibi sumus, Deum verearis, a quo judicari debet uniuscujusque anima, pro iis quæ heic gessit.

Ὁ δὲ ταῦτα ἀκούσας, ἐγέλασεν. ἡμῶν δὲ εἰπόντων· τί ἡμῶν τὰ σοι συμφέροντα συμβουλευόντων καταγελᾷς; ἔφη· γελῶ ὑμῶν τὴν μωρὰν ὑπόληψιν, ὅτι πιστεύετε ἀθάνατον εἶναι τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχήν. κἀγὼ ἔφην· οὐ θαυμάζομεν, ὦ Σίμων, εἰ ἀπατᾷν ἡμᾶς ἐπιχειρεῖς, ἀλλ' ἐκπεπλήγμεθα τίνι λόγῳ καὶ ἑαυτὸν ἀπατᾷς. λέγε μοι, ὦ Σίμων, εἰ καὶ τῶν ἄλλων οὐδεὶς πεπληροφόρηται ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' οὖν γε σὺ καὶ ἡμεῖς· σὺ μὲν, ὡς ἀνθρωπείου σώματος χωρίσας αὐτὴν, καὶ προσομιλήσας, καὶ ἐπιτάξας· ἡμεῖς δὲ ὡς συμπαρόντες, καὶ τὴν ἐπιταγὴν ἀκούσαντες, καὶ τὸ κελευσθὲν ἐναργῶς ἱστορήσαντες. Σίμων ἔφη· ἐγὼ μὲν οἶδα τί λέγετε, ὑμεῖς δὲ οὐκ οἴδατε περὶ τίνων διαλέγεσθε. καὶ ὁ Νικήτης ἔφη· ἐπεὶ οἶδας λέγε· εἰ δὲ μὴ οἶδας, μὴ δόκει ἡμᾶς τῷ λέγειν σε μὲν εἰδέναι, ἡμᾶς δὲ μὴ, ἀπατᾶσθαι δύνασθαι. οὐ γάρ ἐσμεν οὕτως νήπιοι, ἵνα πανοῦργον ἐνσπείρῃς ἐν ἡμῖν ὑπο-

XXIX. Hæc ille audiens, risit. Cumque diceremus: Cur nos irrides, qui tibi utilia suademus? Rideo, inquit, stultam opinionem vestram, quod credatis immortalem esse animam hominis. Et ego respondi: Non miramur, o Simon, si fallere nos conaris; sed obstupescimus, qua ratione etiam te ipsum decipias. Effare mihi, Simon: licet aliorum E nemo compertum haberet, animam esse immortalem; tu tamen & nos habemus: tu quidem, ut qui eam a corpore humano diremisti, qui collocutus es, qui imperasti: nos vero, ut qui a[lloquium] & imperium audivimus, & quod jussum est [vidi]mus clare. Simon dixit: Ego quidem scio quid dicatis; vos autem nescitis de quibus loquamini. Et dixit Nicetas: Quandoquidem scis, edissere: quod si nescis, ne existimes decipi nos posse, dum ais, te quidem scire, nos autem nequaquam. Adeo enim stolidi non sumus, ut nobis vafram inferas su-

1. Σωπεῖν.] Forte συμπιεῖν. Et mox πήξαντα. Cot.
2. Αὐτὸν τρέψαι εἰς ὕδωρ.] Αὐτὸν non ad Simonem, cum Cotelerio, referas; quo demum animadverso, patebit non esse cur, cum eodem viro doctissimo πήξαντα paullo post reponamus. Davis.
3. Νομιζόμενα.] Epit. addit μείζονα. Cot.
4. Στέργοντές τε.] Ms. 804. στέργοντές σε. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



ψίαν, τῷ νομίζειν σέ τι τῶν ἀπαῤῥήτων εἰδέναι, καὶ A οὕτως ἐπιθυμίᾳ κολαζομένους ἡμᾶς ὑποχειρίους λαβὼν ἔχῃς.

A ſpicionem, qua exiſtimemus aliquid ineffabilium cognoſci a te; atque ſic nos, cupiditate detentos, in tuam poteſtatem redactos teneas.

Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· ὅτι μὲν ἐχώρισα ψυχὴν ἀνθρωπείου σώματος, οἶδα ὑμᾶς εἰδότας· ὅτι δὲ οὐχ ἡ τοῦ τεθνεῶτος ψυχὴ ὑπουργεῖ, ἐπεὶ μὴ ὑπάρχει, ἀλλὰ δαίμων τις ὑποκρινόμενος αὐτὸς εἶναι ψυχὴ ἐνεργεῖ, οἶδα ὑμᾶς ἀγνοοῦντας. καὶ ὁ Νικήτης ἔφη· πολλὰ ἐν τῷ βίῳ ἠκούσαμεν ἄπιστα, τούτου δὲ τοῦ λόγου ἀνοητότερον οὐ προσεδοκήσαμεν ἀκοῦσαι. εἰ γὰρ δαίμων ὑποκρίνεται εἶναι τοῦ τεθνεῶτος ἡ ψυχὴ, τίς τῆς ψυχῆς χρεία γίνεται, ἵνα χωρισθῇ τοῦ σώματος; οὐκ αὐτοὶ δὲ παρόντες ἠκούσαμέν σου, τοῦ σκήνους τὴν ψυχὴν ὁρκίζοντος; πῶς B δὲ καὶ ἄλλου ὁρκιζομένου, ἕτερος μὴ ὁρκισθεὶς, ὡς φοβηθεὶς ὑπακούει; οὐκ ἐξετασθεὶς δὲ καὶ σὺ ὑφ' ἡμῶν ποτὲ, διά τι ἐνίοτε καὶ παύονται [1] αἱ παρεδρεῖαι, ἔφης, ὅτι ψυχὴ πληρώσασα τὸν ὑπὲρ γῆς χρόνον, ὃν ἤμελλεν ἐν σώματι διατελεῖν, εἰς ᾅδην πορεύεται· προσετίθης δὲ λέγων, ὅτι τῶν ἰδίῳ θανάτῳ τελευτησάντων αἱ ψυχαὶ, ἐπειδὴ αὐτόθι εἰς ᾅδην χωρήσασαι φρουροῦνται, [2] οὐκ εὐκόπως ἐλθεῖν ἀφίενται;

XXX. Reſpondit Simon: Quod quidem disjunxerim animam ab humano corpore, novi vos ſcire: quod vero non anima defuncti miniſtret, cum non exſiſtat; ſed aliquis dæmon, qui ſe ſimulet eſſe animam, operetur; novi vos ignorare. Et Nicetas excepit: In vita multa incredibilia audivimus: hoc tamen ſermone amentiorem nos audituros non ſperavimus: Nam ſi dæmon fingit ſe eſſe animam mortui, quis fuit animæ uſus, ut a corpore ſepararetur? Nonne ipſi præſentes audivi- B mus te, cum animam e corpore adjurando evocares? Et qua ratione, uno adjurato, alter non adjuratus, tamquam veritus obedit? Nonne etiam tu aliquando a nobis rogatus, cur interdum ceſſarent aſſeſſiones, reſpondiſti: Quia anima, completo ſuper terram tempore quod in corpore peractura erit, ad inferos vadit: ac ſubjunxiſti, animas eorum qui propria morte obierunt, quoniam in inferis hinc ſecedentes cuſtodiuntur, difficulter permitti venire?

Ταῦτα τοῦ Νικήτου εἰπόντος. Ακύλας αὐτὸς πάλιν ἔφη· ἐβουλόμην παρὰ σοῦ τοῦτο μόνον μαθεῖν, Σίμων, εἴτε ψυχὴ, εἴτε δαίμων ἐστὶν τὸ ὁρκιζόμενον, τί φοβούμενον οὐ παραπέμπεται τοὺς C ὅρκους; καὶ ὁ Σίμων ἔφη· κόλασιν γὰρ παρακούσασα οἶδεν μέλλειν παθεῖν. καὶ ὁ Ακύλας ἔφη· οὐκοῦν εἰ ὁρκιζομένη ψυχὴ ἔρχεται, καὶ κρίσις γίνεται. εἰ οὖν αἱ ψυχαὶ ἀθάνατοι γίνονται, καὶ κρίσις πάντως γίνεται. ὡς ἂν καὶ τοὺς ἐπὶ κακῇ πράξει ὁρκισθέντας, καταδικασθῆναι παρακούσαντας [3], πῶς οὐ πεφόβησαι σὺ ἀναγκάζειν, τῶν ἀναγκαζομένων ἐπὶ παρακοῇ κολαζομένων; τὸ γὰρ ἤδη σε μὴ παθεῖν ἐφ' οἷς ἔδρασας, ἐπεὶ μήπω κρίσις ἐστὶν, ἵνα σὺ μὲν δίκην δῷς περὶ ὧν ἠνάγκασας, τὸ δὲ ἀναγκασθὲν ὑπὸ συγγνώμην γένηται, ὡς τῆς κακῆς πράξεως τὸν ὅρκον προτιμῆσαν· ὁ δὲ τούτων ἀκούσας ὠργίσθη, θάνατον ἡμῖν ἀπει- D λήσας, εἰ μὴ τὰ ὑπ' αὐτοῦ πραττόμενα σιωπῶμεν.

XXXI. Hæc Nicetas cum protuliſſet, ipſe Aquila iterum dixit: Cuperem a te id unum diſcere, Simon: ſive anima ſit, ſive dæmon, id quod C adjuratur; cujuſnam metu, adjurationes non contemnit? Et Simon reſpondit: Etenim pœnas perſoluturam ſe intelligit, ſi non obtemperet. Atque Aquila excepit: Itaque ſi anima adjurata venit, etiam judicium fit. Si ergo animæ ſunt immortales, omnino & judicium eſt. Quamobrem ſi eos quoque qui in malam actionem ſunt adjurati, tumque non obtemperarunt, condemnandos ais; quo modo tu non timuiſti cogere, cum qui coguntur, propter contumaciam pœnas luant? Nam te jam non eſſe multatum pro iis quæ deſignaſti; eo evenit, quoniam judicium nondum eſt; ut tu quidem pœnas des eorum, ad quæ coegiſti; quod autem coactum eſt, veniam accipiat, quia malo D facinori adjuramentum prætulerit. Simon vero his auditis, ira percitus, mortem, niſi quæ geſſerat taceremus, minatus eſt.

Ταῦτα τοῦ Ακύλα εἰπόντος, ἐγὼ Κλήμης ἐποθούμην, τίνα ἄρα ἐστὶν ἃ ποιεῖ θαυμάσια. οἱ δὲ ἔλεγόν μοι, ὅτι [4] ἀνδριάντας ποιεῖ περιπατεῖν, καὶ ἐπὶ πῦρ κυλιόμενος οὐ καίεται· ἐνίοτε δὲ καὶ πέταται· καὶ ἐκ λίθων ἄρτους ποιεῖ· ὄφις γίνεται, εἰς αἶγα μεταμορφοῦται, διπρόσωπος γίνεται, εἰς χρυσὸν μεταβάλλεται· θύρας κεκλεισμένας ἀνοίγει, σίδηρον λύει, ἐν δείπνοις εἴδωλα παντοδαπῶν εἰδέων παρίστησιν· τὰ ἐν οἰκίᾳ σκεύη ὡς αὐτόματα φερόμενα πρὸς ὑπηρεσίαν βλέπεσθαι ποιεῖ, τῶν φερόντων οὐ βλεπομένων. ταῦτα αὐτῶν λεγόντων, ἀκούων ἐθαύμαζον. ἐμαρτύρουν δὲ πολ- E λοὶ τὰ τοιαῦτα [5] αὐτοὶ παρόντες ἑωρακέναι.

XXXII. Poſtquam Aquila hæc dixit, ego Clemens interrogavi, quænam eſſent miracula quæ faceret. Illi vero reſponderunt mihi: Facit ut ſtatuæ ambulent: in igne volutans ſe, non uritur: interdum volat: ex lapidibus panes facit: ſerpens fit: in capram transformatur: duas facies oſtendit: in aurum convertitur: portas occluſas aperit: ferrum ſolvit: in conviviis ſimulacra formarum omnigenum exhibet: facit ut in domo vaſa ſponte ferri ad miniſterium videantur, nec cernantur qui E ferunt. Iſta memorantes audiens, mirabar. Teſtabantur autem multi talia ſe vidiſſe.

1. Αἱ παρεδρεῖαι.] Inter ſpiritus paredros animæ mortuorum ponebantur. Præter Recognitiones lib. II. cap. 13. & lib. III. cap. 44. teſtem damus Juſtinum martyrem Apologia II. p. 65. *νεκυομαντεῖαι μὲν γὰρ, καὶ αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις, καὶ ψυχῶν ἀνθρωπίνων κλήσεις, καὶ οἱ λεγόμενοι παρὰ τοῖς μάγοις ὀνειροπομποὶ καὶ πάρεδροι, καὶ τὰ γινόμενα ὑπὸ τῶν ταῦτα εἰδότων, πεισάτωσαν ὑμᾶς ὅτι καὶ μετὰ θάνατον ἐν αἰσθήσει εἰσὶν αἱ ψυχαί.* Cot.

2. Οὐκ εὐκόπως ἐλθεῖν ἀφίενται.] Unde Tertullianus de anima cap. 57. *Publica jam littera eſt, quæ animas etiam juſta ætate ſopitas, etiam proba morte disjunctas, etiam prompta humatione diſpunctas, evocaturam ſe ab inferum incolatu pollicetur.* Vide ſi lubet Porphyrium lib. 2. de Abſtinentia cap. 47. Servium ad Æneid. IV, 386. Id.

3. Παρακούσαντας.] Epit. addit φησ. Id.

4. Ανδριάντας &c.] Anaſtaſius Quæſtione 20. p. 242. Cedrenus Synopſeos pag. 173. Nicephorus Hiſt. Eccl. lib. 2, cap. 27. Id.

5. Αὐτοὶ παρόντες.] Hanc conſtructionem non admittit Lingua Græca, nam ſcribi debuit *αὐτοὺς παρόντας*. Sed facilior eſt emendandi ratio; prorſus enim legendum *αὐτόθι παρόντες, ibi præſentes*. Davisius. — Sed poteſt etiam lectio Cod. Regii ferri, eſt enim ordo verborum *πολλοὶ αὐτοὶ παρόντες ἐμαρτύρουν τὰ τοιαῦτα* (nempe, *ἑαυτοὺς*) *ἑωρακέναι*. Nec eſt infrequens hæc conſtructionis ratio apud Græcos. Vide *Joan. Poſſelii* Syntaxin Græcæ Linguæ de Infinitivo, Regula IV. Cler.

Τέτων ὅτως ῥηθέντων, ὁ καλὸς Πέτρος κ̀ αὐτὸς τῦ λέγειν ἤρξατο· συνορᾶν ὑμᾶς δεῖ, ἀδελφοὶ, τῦ τῆς συζυγίας κανόνος τὴν ἀλήθειαν, ὗ μὴ ἀφιστάμενός τις, ὐκ ἔχει πλανηθῆναι. ἐπεὶ γὰρ, ὡς ἔφαμεν, δυϊκῶς καὶ ἐναντίως πάντα ἔχοντα ὁρῶμεν· καὶ ὡς πρώτη νὺξ, εἶτα ἡμέρα, καὶ πρώτον ἄγνοια, εἶτα γνῶσις, πρῶτον νόσος, εἶτα ἴασις· ὅτως πρῶτα τὰ τῆς πλάνης τῷ βίῳ ἔρχεται, εἶθ' ὅτως τὸ ἀληθὲς ἐπέρχεται, ὡς τῇ νόσῳ ὁ ἰατρός. αὐτίκα γῦν τῦ θεοφιλῦς ἡμῶν ἔθνυς, ἀπὸ τῆς τῶν Αἰγυπτίων κακυχίας μέλλοντος λυτρῦσθαι, πρῶτον διὰ τῆς ὀφιωθείσης ῥάβδυ, ἥ τις τῷ Ααρὼν ἐδόθη, αἱ νόσοι ἐγίνοντο, καὶ εἶθ' ὅτως εὐχαῖς Μωσέως αἱ ἰάσεις ἐπεφέροντο. καὶ νῦν δὲ τῶν ἐθνῶν μελλόντων ἀπὸ τῆς μετὰ τὰ εἴδωλα λυτρῦσθαι θρησκείας, ἡ κακία πάλιν ὡς αὐτὴ βασιλεύυσα, προλαβῦσα πρῶτον τὸν ἑαυτῆς ὥσπερ ὄφιν ἔπεμψε σύμμαχον, ὃν ὁρᾶτε Σίμωνα, ποιοῦντα θαυμάσια πρὸς κατάπληξιν καὶ ἀπάτην, οὐ σημεῖα ἰατικὰ πρὸς ἐπιστροφὴν καὶ σωτηρίαν. διὸ καὶ ὑμᾶς ἀπὸ τῶν γινομένων τεράτων τὺς ποιῦντας νοεῖν δεῖ, τίς τίνος ἐστὶν ἐργάτης. ἐὰν ἀνωφελῆ ποιῇ τέρατα, κακίας ἐστὶν ὑπυργός· ἐὰν δὲ ἐπωφελῆ πράττῃ, τῦ ἀγαθῦ ἐστιν ἡγεμών.

A XXXIII. His ita enarratis, præclarus Petrus & ipse cœpit dicere: Confiderare vos oportet, fratres, regulæ conjugationis veritatem; a qua regula qui non recefferit, non poterit errare. Quoniam fcilicet, ut diximus, omnia cernimus fe fe habere bipertito ac contrarie: & quemadmodum prima eft nox, deinde dies; & primum ignorantia, poftea cognitio; primo morbus, inde fanitas: ita primum error mundum occupat; ficque poft veritas fupervenit, inftar medici morbo. Statim itaque ac Deo amica gens noftra ab Ægyptiorum vexatione liberanda fuit; prius per eam virgam quæ in ferpentem verfa fuerat, quæque tradita erat Aaroni, morbi facti funt; ficque poftea, precibus B Moyfis, fanitates funt inductæ. Et nunc quoque cum Gentes ab Idolorum cultu liberari deberent; iterum malitia, quafi ipfa imperans, anticipavit, fuumque velut ferpentem mifit in adjutorium, videlicet, quem cernitis Simonem, qui mira facit ad ftuporem ac deceptionem, non tamen figna falutaria ad converfionem ac falutem. Quocirca vos oportet ex miraculis quæ fiunt, factores attendere, quis cujufnam fit operarius. Si inutilia miracula edit, malitiæ eft minifter; fin vero utilia, boni eft præfes.

Τὰ μὲν ὖν ἀνωφελῆ ἐστιν σημεῖα, ὅσα αὐτοὶ Σίμωνα εἰρήκατε πεποιηκέναι. λέγω δὲ τὸ ἀνδριάντας αὐτὸν ποιεῖν περιπατεῖν, καὶ τὸ ἐπ' ἀνθράκων αὐτὸν πεπυρωμένων κυλίεσθαι, καὶ δράκοντα γίνεσθαι, εἰς αἶγα μεταμορφωθῆναι, εἰς ἀέρα πτῆναι, κ̀ ὅσα τοιαῦτά τινα, εἰς ἴασιν ἀνθρώπων μὴ γινόμενα, πρὸς ἀπατᾶν φύσιν ἔχει πολλύς. τὰ δὲ τῆς οἰκτίρμονος ἀληθείας σημεῖά ἐστιν φιλάνθρωπα, ἅ τινα ἠκύσατε τὸν κύριον πεποιηκότα, κἀμὲ μετ' ἐκεῖνον εὐχαῖς κατορθῦντα· ὧν οἱ πλεῖστοι παρεστήκατε· οἱ μὲν νόσων παντοίων ἀπαλλαγέντες, οἱ δαιμόνων, οἱ δὲ ὀρθωθέντες χεῖρας, οἱ δὲ πόδας, οἱ δὲ τὺς ὀφθαλμὺς ἀπολαβόντες, οἱ δὲ τὰς ἀκοὰς, καὶ ἄλλα ὅσα ἄνθρωπος ποιεῖν δύναται, φιλανθρώπυ πνεύματος, γενόμενος.

XXXIV. Porro inutilia miracula funt, quæ edidiffe Simonem dixiftis: quod, inquam, ftatuas C faciat ambulare, quod fupra carbones ignitos volutet fe; quod draco fiat, in capram transformetur; quodque in aere volet; ac fimilia alia, quæ cum ad fanandos homines non fiant, ad multos fallendos natura comparata funt. Miracula vero mifericordis veritatis, humanitatis plena funt; qualia Dominum feciffe audiiftis, meque poft illum prece edidiffe; quibus multi adfuiftis: alii multiplicibus morbis, aut dæmone liberati; alii vel manibus, vel pedibus firmati; alii vifu vel audito donati, & quæcumque alia edere poteft vir ad Spiritum hominum amantem pertinens.

Ταῦτα τῦ Πέτρυ εἰπόντος, ὑπὸ τὸν ὄρθρον ἐπεισιὼν ἡμῖν Ζακχαῖος, προσαγορεύσας ἔφη Πέτρῳ· ἀνατίθεται Σίμων τὴν ζήτησιν εἰς τὴν αὔριον ἡμέραν· [1] ἡ γὰρ σήμερον τὸ δι' ἕνδεκα ἡμερῶν αὐτῦ τυγχάνει σάββατον. καὶ πρὸς τῦτον ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· λέγε Σίμωνι [2] ἐπεὶ τελείως θέλεις, μετὰ τῦ γινώσκειν, ὅτι σοι ἡμεῖς ὅτε βύλει, θεοφιλεῖ προνοίᾳ ἀπαντᾶν ἑτοίμως ἔχομεν. κ̀ ὁ μὲν Ζακχαῖος ταῦτα ἀκύσας, ἀντιβάλλειν ἐξῄει τὴν ἀπόκρισιν.

XXXV. Quæ cum dixiffet Petrus, fub auroram D ad nos ingreffus Zacchæus, falutans, Petro ait: Differt Simon difputationem in diem craftinum; nam hodiernus inter undecim dies ipfius Sabbatum eft. Ad quem Petrus refpondit: Dic Simoni; Quando demum voles: & fcias, nos paratos effe tibi, cum volueris, divina providentia occurrere. Equidem Zacchæus his auditis, refponfum ut daret egreffus eft.

Ο δὲ ἰδών με ἀθυμοῦντα, καὶ τὴν αἰτίαν πυθόμενος, καὶ μαθὼν παρ' ἐμοῦ ὐκ ἄλλοθέν ποθεν ὖσαν, ἢ ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ζήτησιν ἀναβολῆς, ἔφη· [3] ἀγαθῇ Θεοῦ προνοίᾳ, προειληφὼς διοικεῖσθαι τὸν κόσμον, ὦ φίλε Κλήμης, αὐτὸς οὐκ ἄχθεται ἐπὶ τοῖς ὁπωσοῦν ἀπαντῶσιν πράγμασιν, ἀποδεδωκὼς ὅτι ὑπὸ τῆς τοῦ κρείττονος οἰκονομίας συμφερόντως τὰ πράγματα τὴν ἔκβασιν λαμβάνει· ὅθεν δίκαιον αὐτὸν εἶναι γνοὺς, καὶ εὐσυνειδήτως βιούς,

XXXVI. Petrus vero me videns triftem, cauffamque rogans; cum a me audiiffet, non aliunde ortam quam ex difputationis dilatione, ita locutus eft: Qui mundum optima Dei providentia gubernari exiftimat, amice Clemens, is non ægre E fert quomodocumque occurrentia negotia; fecum reputans, quod per Numinis difpenfationem res congruenter exitum fortiuntur: unde fciens Deum effe juftum, & bene fibi confcius vivens, acciden-

1. *Η γὰρ σήμερον τὸ δι' ἕνδεκα ἡμερῶν αὐτῦ τυγχάνει σάββατον.*] In Recognitionibus fuis Rufinus vel aliter legit, vel prave interpretatus eft. *Differt*, inquit, *Simon certaminis diem in undecimam menfis præfentis, quæ eft poft feptem dies:* lib. 1. cap. 20. Loci porro obfcuri ac difficilis hic queat effe fenfus: *Hodiernus enim dies Sabbatum ipfius Simonis eft, quod fingulis quibufque undecim diebus recurrit.* Sed de ifto Sabbato Simoniano legiffe me memoria non teneo. COT.

2. *Ἐπεὶ τελείως θέλεις.*] Lege *ἐπεὶ τέλει, ὡς θέλεις. tandem, ut vis.* DAVISIUS. — Crediderim *ἐπιτέλει, ὡς θέλεις: perficito, ut vis, poftquam nofti* &c. Colloquium fe abfolutu-rum promittit Petrus, quotiefcumque Simoni libuiffet. CLER.

3. *Ἀγαθῇ.*] E Clementinis loca multa excerpfit Joannes Damafcenus, ut referret in facra fua Electa. Hoc ego præftantiffimum Opus, Parallelis ejufdem Patris nec omnino fimile, nec prorfus diffimile, tractavi quidem pro libito in Biblioteca PP. Soc. Jefu, editis ac ineditis libris inftructiffima; fed quia maximi otii immenfique laboris erat cuncta inveftigare cum ad Clementem, tum ad Ignatium fpectantia, pauca folummodo fubnotavi, quæ primo confpectu fe fe obtulerunt. Itaque a voce *ἀγαθῇ* ufque ad *ἐλθεῖν ἔχει*, inibi nactus fum cap. *περὶ παιδείας παρὰ Θεῦ.* &c. fub hoc titulo, *Κλήμεντος Ῥώμης.* COT.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

τὸ [1] προπίπτον λυπηρὸν οἶδεν ὀρθῷ τῷ λογισμῷ ἀποσείεσθαι τῆς ψυχῆς, ὅτι πρὸς ἀγαθοῦ τινος ἀγνώστου συντελούμενον ἐλθεῖν ἔχει. καὶ νῦν δὲ τοῦ μάγου Σίμωνος ἡ τῆς ζητήσεως ὑπέρθεσις μή σε λυπείτω· ἴσως γὰρ ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας εἰς τὴν σὴν γέγονεν ὠφέλειαν, διὸ [2] ὡς ἰδίως οἰόντο οὐκ ὀκνήσω λέγειν.

tem molestiam novit ab animo recta ratione abjicere, quoniam ea in fine ad aliquod bonum ignotum perveniet. Et nunc igitur disputationis cum Simone mago dilatio te non contristet: fortassis enim a Dei providentia in tuam utilitatem contigit. Quocirca quantum peculiariter possibile erit, non pigebit disserere.

Τῶν ἡμετέρων τινὲς ἑταῖροι τῷ Σίμωνι προσποιητῶς συνίασιν, ὡς πεισθέντες τῇ ἀθεωτάτῃ αὐτοῦ πλάνῃ· ὅπως μανθάνοντες αὐτοῦ τὰς βουλὰς ἐκφαίνωσιν ἡμῖν, πρὸς τὸ δύνασθαι δεινῷ ἀνδρὶ οἰκείως συναρμόσασθαι. καὶ νῦν παρ' αὐτῶν ἔμαθον, ἧς μέλλει ζητήσεως ποιεῖσθαι τοὺς λόγους· καὶ γνοὺς ἐπὶ τούτῳ τῷ μὲν Θεῷ ηὐχαρίστησα· σὲ δὲ ἐμακάρισα ἐπὶ τῇ τῆς ζητήσεως ὑπερθέσει· τῶν γὰρ μελλόντων λόγων ὑπ' αὐτοῦ πρὸς διάκρισιν τῶν ἀγνοούντων λέγεσθαι, σὺ πρὸ τῆς ζητήσεως ἐφοδιασθεὶς ὑπ' ἐμοῦ ἄπτωτος ἀκροατὴς γενέσθαι δυνήσῃ.

XXXVII. Nostri quidam sodales, cum Simone versantur simulate, quasi impiissimo illius errori adhæreant; quo illius consiliis compertis, nobis ea declarent, sicque cum viro callido apte & congruenter possimus agere. Atque nunc ab illis accepi, qua de re in disputatione locutus sit: ob quam notitiam, Deo gratias egi: te vero beatum judico, quod dilata fuerit disputatio: nam sermonum qui ab ipso ad imperitorum destructionem proferentur, tu ante disputationem a me instructus, poteris esse auditor firmus ac stabilis.

[3] Πολλὰ γὰρ ψευδῆ κατὰ τοῦ Θεοῦ προσέλαβον αἱ γραφαί, λόγῳ τούτῳ· τοῦ προφήτου Μωσέως γνώμῃ τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτοῖς τισιν ἑβδομήκοντα τὸν νόμον σὺν ταῖς ἐπιλύσεσιν παραδεδωκότος, πρὸς τὸ καὶ αὐτοὺς ἐφοδιάζειν τοῦ λαοῦ τοὺς βουλομένους, μετ' οὐ πολὺ γραφεὶς ὁ νόμος προσέλαβέν τινα καὶ ψευδῆ κατὰ [4] τοῦ νόμου Θεοῦ, τοῦ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς δημιουργήσαντος, τοῦτο τοῦ πονηροῦ δικαίῳ τινὶ λόγῳ ἐνεργῆσαι τετολμηκότος. καὶ τοῦτο γέγονεν λόγῳ καὶ κρίσει, ὅπως ἐλεγχθῶσιν, τίνες τολμῶσιν τὰ [5] κατὰ τὸν Θεὸν γραφέντα φιληκόως ἔχειν, τίνες τε στοργῇ τῇ πρὸς αὐτὸν τὰ κατ' αὐτοῦ λεγόμενα, μὴ μόνον ἀπιστεῖν, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἀκούειν ἀνέχεσθαι, κἂν ἀληθῆ τυγχάνῃ, πολλῷ κρίναντες ἀσφαλέστερον περὶ εὐφήμου πίστεως κινδυνεύειν, ἢ ἐπὶ βλασφήμοις λόγοις δυσσυνειδήτως βιοῦν.

XXXVIII. Multa quippe mendacia contra Deum accepit Scriptura, hac ratione: Cum Propheta Moyses ex Dei consilio, septuaginta electis Legem cum explicationibus tradidisset, ut & ipsi eos qui vellent e populo instituerent; non multo post scripta Lex, recepit quædam falsa contra Legem Dei, creatoris cæli & terræ omniumque in iis contentorum; id auso diabolo facere, ob justam quamdam rationem. Atque hoc ratione & judicio accidit; ut deprehenderentur, qui auderent contra Deum scripta, lubenter audire; quive amoris caussa erga Deum, adversus ipsum dicta non modo non crederent, sed neque omnino sustinerent audire, etsi vera forent; multo tutius rati periclitari ob fidem boni ominis, quam ob sermones infaustos ac blasphemos vivere cum prava conscientia.

Ὁ οὖν Σίμων τὰς κατὰ τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς γραφαῖς πειρασμοῦ χάριν προσκειμένας περικοπὰς αὐτάς, ὡς μανθάνω, βούλεται, ἐλθὼν εἰς μέσον, λέγειν· ὅπως τῆς πρὸς τὸν Θεὸν στοργῆς, ὅσους δύναται ταλαιπώρους, ἀποστῆσαι δυνηθῇ. δημοσίᾳ γὰρ αὐτὰς λέγειν προσκεῖσθαι ταῖς βίβλοις οὐ βουλόμεθα· [6] ἐπιπτύραντες ἀμαθεῖς ὄχλους, αὐτοῦ τοῦ πονηροῦ Σίμωνος τὸ θέλημα ποιοῦμεν. μή πως γὰρ τὸ διακριτικὸν ἔχοντες, φεύξονται ἡμᾶς ὡς ἀσεβοῦντας· ἢ ὡς οὐ μόνον τῶν βλασφήμων περικοπῶν ψευδῶν οὐσῶν· ἀλλ' ἀποστήσονται λόγου, διὸ ἀνάγκην ἔχομεν συγκατατιθέμενοι ταῖς ψευδέσι περικοπαῖς, περὶ αὐτῶν ἀντιπυνθανόμενοι, εἰς ἀπορίαν αὐτὸν μὲν φέρειν· τοῖς δὲ εὐγνωμονοῦσιν, τῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθεισῶν περικοπῶν, μετὰ πεῖραν πίστεως, ἰδίᾳ παρέχειν τὰς ἐπίλυσιν· ἥτις μίαν καὶ σύντομον ἔχει τὴν ὁδόν. ἔστιν δὲ ἥδε.

XXXIX. Itaque Simon, capitula contra Deum in Scripturis tentandi gratia apposita, vult, ut audio, in medium progressus, adducere; quo a caritate erga Deum, quotquot miseros poterit, abigere valeat. Palam enim dicere nolumus, in Bibliis ea capitula contineri. Nam conturbaremus imperitam plebem, & improbi hominis Simonis voluntatem faceremus. Nondum enim discernendi vi præditi, fugient nos velut impios; aut quasi non solum blasphemæ capitula falsa sint: verum & a doctrina nostra secedent. Quare necesse habemus, assentiri falsis capitulis, & de iisdem vicissim interrogando, ad augustias illum redigere; benevolis autem & candidis, post experimentum fidei, seorsum tradere solutionem capitulorum dictorum adversus Deum; quæ quidem unam ac brevem viam & rationem habet. Ista autem est.

Πᾶν λεχθὲν ἢ γραφὲν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ψεῦδός ἐστίν. ὅτι δὲ ἀληθῶς τοῦτο, οὐ μόνον εὐφημίας ἕνεκεν λέγομεν, ἀλλὰ καὶ ἀληθείας, μετὰ βραχὺ προϊόντος

XL. Omne dictum vel scriptum contra Deum, mendacium est. Quod autem id vere, non vero solum honoris gratia dicamus, sed etiam veritatis;

1. Προπίπτον.] Lege προσπίπτον. DAVIS.

2. Ὡς ἰδίως οἰόντι.] Forte οἷόν τε. COT. — Legit Cl. Cotelerius, ὡς ἰδίως οἷόν τε, quod & in Versione sua dedit expressum. At, ne littera quidem mutata, reponendum: ὡς ἰδίῳ σοι ὄντι, *cum mihi peculiaris*, vel, ut Latinius loquar, *intimæ admissionis sis amicus*. Vide supra cap. XXXIV. DAVIS.

3. Πολλὰ γὰρ ψευδῆ κατὰ τοῦ Θεοῦ προσέλαβον αἱ γραφαί.] Falsa veris permista fuisse in sacris Scripturis dicitur passim hoc in Apocrypho, impie juxta ac stulte: ex veterum Hæreticorum deliramentis, qui, teste S. Irenæo lib. III. cap. 2. cum ex Scripturis arguerentur, in accusationem convertebantur ipsarum Scripturarum, quasi non recte haberent, neque essent ex auctoritate, & quia varie essent dictæ. Sic apud S. Epiphanium Ebionæi Moysis Pentateuchum integram non admittunt, sed quædam illius rejiciunt, majoremque Legis partem contumeliis incessunt: Abrahamum quidem cum Isaaco, Jacobo, Moyse & Aarone, usque ad Jesum Nave filium recipientes, sed postea Samsonem, Samuelem, Davidem, Salomonem, Eliam, Elisæum, Isaiam, Jeremiam, Danielem, Ezechielem, alios, omnesque Prophetas detestati. Ptolemaitæ vero Pentateuchum cum legibus divinis humana mandata complecti affirmant, Et Appelleiani a Christo volunt fuisse indicatum, quid in sacris litteris ab ipso dictum fuerit, quid a Demiurgo. Lege de Ebionæis Methodii Convivium Or. 8. p. 110. COT.

4. Τοῦ νόμου Θεοῦ.] Lege μόνου, *contra eum qui solus est Deus*. Vide capp. XL. XLII. XLIII. DAVIS.

5. Κατὰ τὸν Θεὸν γραφέντα.] Lege κατὰ τοῦ Θεοῦ, ut vult Hellenismus. Adi capp. XXXIX. XL. XLIX. ID.

6. Ἐπιπτυρ.] Forte ἐπεὶ πτύραντες. COT.

τοῦ λόγου πληροφορήσω. ὅθεν σὺ, φίλτατέ μοι Κλήμης, ἐπὶ τῷ τὸν Σίμωνα πρὸς τὴν ζήτησιν, μίαν τὴν ἐνεστῶσαν ὑπερθέσθαι ἡμέραν, οὐκ ὀφείλεις λυπεῖσθαι. σήμερον γὰρ πρὸ τῆς ζητήσεως προεφοδιαζόμενος περὶ τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς προσκειμένων περικοπῶν, ἐπὶ τῆς ζητήσεως περὶ τοῦ μόνου καὶ ἀγαθοῦ, τοῦ καὶ τὸν κόσμον πεποιηκότος, διακριθῆναι οὐκ ὀφείλεις· ἀλλὰ καὶ θαυμάσεις ἐπὶ τῆς ζητήσεως, πῶς οἱ ἀσεβεῖς τὰ πλήθη τῶν ὑπὲρ Θεοῦ εἰρημένων ἐν ταῖς γραφαῖς παραλείποντες, τὰ κατ᾽ αὐτοῦ εἰρημένα περιβλεπόμενοι, χαίροντες φέρουσιν· καὶ οὕτως οἱ ἀκροαταὶ ἀγνοίας αἰτίᾳ, τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ πιστεύσαντες, τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀποβλητοὶ γίνονται. διὸ σὺ προφάσει ὑπερθέσεως, τὸ μυστήριον τῶν γραφῶν μαθὼν, κερδήσας εἰς Θεὸν μὴ ἁμαρτάνειν, ἀπαραβλήτως χαρήσῃ.

A paullo post procedente sermone, certam rationem afferam. Unde tu, cariſſime Clemens, contriſtari non debes, quod Simon ad diſputationem unum hunc diem intermiſerit. Hodie enim ante diſputationem inſtructus de capitulis Scripturæ appoſitis; inter diſputandum de uno, & bono, mundique creatore, hæſitare non debes: ſed & in diſceptatione miraberis, quo pacto impii, plurima in Scripturis pro Deo dicta relinquunt, & reſpicientes ad ea quæ contra ipſum ſcripta ſunt, hæc late proferunt: ſicque auditores, ignorantiæ ergo, quæ contra Deum ſunt credentes, ab illius regno ejiciuntur. Quocirca tu, occaſione dilationis, Scriptutarum myſterium diſcens, lucratus non peccare in Deum, ſummum B beneficium grate conſequeris.

Κἀγὼ Κλήμης ἀκούσας ἔφην· ἀληθῶς χαίρω καὶ χάριν ὁμολογῶ τῷ κατὰ πάντα εὐεργέτῃ Θεῷ· πλὴν αὐτὸς οἶδεν ὅτι ἄλλο τι φρονεῖν οὐ δυνήσομαι, ἢ τὰ πάντα ὑπὲρ Θεοῦ φρονεῖν. ὅθεν μή με ὑπολάβῃς ὡς ἀμφιβάλλοντα [1] τοῖς ὑπὸ Θεοῦ ῥήμασιν, ἢ καὶ ῥηθησομένοις, πυνθάνεσθαι· ἀλλ᾽ ἵνα μαθὼν καὶ αὐτὸς ἄλλον εὐγνωμόνως μαθεῖν θέλοντα διδάξαι δυνηθῶ. διὸ λέγε μοι τίνα ἐστὶν τὰ προκείμενα ψευδῆ ταῖς γραφαῖς, καὶ πῶς, ὅτι ὄντως ψευδῆ τυγχάνει. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· καὶ εἰ μή μου ἐπύθου, ἐγὼ τῇ τάξει ἐξιὼν, τῶν λόγων παρεῖχον τὴν ἀπόδειξιν, ἣν ὑπεσχόμην. πλὴν ἄκουσον, πῶς αὐτοῦ πολλὰ καταψεύδονται αἱ γραφαὶ, ὡς εἴσῃ ἐντυγχάνων αὐταῖς.

XLI. Et ego Clemens eo audito, dixi: Revera gaudeo, & gratias habeo benefico prorſus Deo. Qui etiam ſcit, me aliud ſentire non poſſe, niſi cuncta pro eo. Quocirca ne credas, me, quaſi de Dei verbis, vel de iis quæ dicturus es dubitem, interrogare; ſed ut audiendo, ipſe quoque alium candide audire deſiderantem, docere valeam. Idcirco expone mihi quænam ſint mendacia in Scripturis exſtantia, & quo modo vere mendacia ſunt. Ac Petrus reſpondit: Licet me non interrogaſſes, ego ordinem proſequens, ſermonum exhibuiſſem demonſtrationem quam promiſeram. Igitur audi, C quo pacto multa in Deum mentiantur Scripturæ; quemadmodum eas legendo intelliges.

Παραδείγματος δὲ ἕνεκα τὰ ῥηθησόμενα αὐτάρκως ἕξει. οὐκ οἶμαι δὲ, ὦ φίλε Κλήμης, εἰ δυνήσεταί τις κἂν βραχεῖάν τινα πρὸς Θεὸν στοργὴν καὶ εὐγνωμοσύνην ἀποσώζων, παραδέξασθαι, ἢ κἂν ἀκοῦσαι τὰ κατ᾽ αὐτοῦ λεγόμενα. πῶς δέ ἐστιν αὐτόν τινα [2] μοναρχικὴν ψυχὴν ἔχειν, καὶ ὅσιον γενέσθαι, προειληφότα, ὅτι πολλοί εἰσιν θεοὶ, καὶ οὐχ εἷς; εἰ δὲ καὶ εἷς, ἐν πολλοῖς ἀτοπήμασιν εὑρίσκων αὐτὸν, τίς ὅσιος σπουδάσει γενέσθαι, τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν διὰ τὰ ἴδια τῆς φύσεως ἀτοπήματα ἐλπίσας μὴ ἐπέρχεσθαι τὰ ἄλλων ἀδικήματα.

XLII. Exempli autem gratia, quæ dicentur ſufficient. Et vero, amice Clemens, neſcio an quiſquam, qui vel exiguam erga Deum caritatem & benevolentiam conſervet, poterit recipere, vel etiam audire quæ contra eum dicuntur. Qua enim ratione is idem, animam monarchicam habeat, & ſancte vivat, præventus opinione, multos eſſe deos, non unum? Vel ſi unus eſt; eum in multis defectibus inveniens, quis nitetur eſſe ſanctus, quando quidem ſperabit, omnium principium Deum, propter naturæ ſuæ vitia, non vindictam ſumturum D de aliorum delictis?

Διὸ ἀπείη πιστεύειν, ὅτι ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε, καὶ γῆν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, ἑτέροις συνάρχει, ἢ ὅτι ψεύδεται· εἰ γὰρ ψεύδεται, καὶ τίς ἀληθεύει; ἢ ὅτι πειράζει ὡς ἀγνοῶν, καὶ τίς προγινώσκει; εἰ δὲ ἐνθυμεῖται, καὶ μεταμελεῖται, καὶ τίς νῷ τέλειος, καὶ γνώμῃ ἔμμονος; εἰ δὲ ζηλοῖ, καὶ τίς ἀσύγκριτος; εἰ δὲ σκληρύνει καρδίας, καὶ τίς σοφίζει; εἰ δὲ τυφλοῖ καὶ κωφοῖ, καὶ τίς δέδωκεν ὁρᾷν καὶ ἀκούειν; εἰ δὲ ἀποστερεῖν συμβουλεύει, καὶ τίς δικαιοσύνην νομιτεύει; εἰ δὲ ἐμπαίζει, καὶ τίς εἰλικρινής; εἰ δὲ ἀδυνατεῖ, καὶ τίς πάντα δύναται; εἰ δὲ ἀδικεῖ, καὶ τίς δίκαιος; εἰ δὲ κακὰ κτίζει, καὶ τίς ἀγαθὰ πράξει; εἰ δὲ κακὰ ποιεῖ, καὶ τίς ἀγαθά;

XLIII. Quare abſit, ut credatur, quod omnium rerum Dominus, qui cælum ac terram omniaque illis contenta condidit, cum aliis imperet; aut quod mentiatur: nam ſi mentitur, quis verum dicit? aut quod tentet quaſi ignorans; quis enim præcognoſcet? Si autem conſiderat, & pœnitentia ducitur; ecquis mente perfectus, atque conſilio ſtabilis? Si æmulatur, quis incomparabilis? Si indurat corda, quis erudit? Si cæcitatem & ſurditatem inducit, quis dedit viſum & auditum? Si fraudare ſuadet, quis juſtitiam adminiſtrat? Si illudit, quis eſt ſincerus? Si invalidus eſt, quis eſt omnipotens? Si injuſtus E eſt, quis juſtus? Si mala creat, quis bona faciet? Si mala facit, quis bona?


Εἰ δὲ τὸ πῖον ὄρος ἐπιθυμεῖ, καὶ τίνος τὰ πάντα; εἰ ψεύδεται, καὶ τίς ἀληθεύει; εἰ ἐν σκηνῇ οἰκεῖ, καὶ τίς ἀχώρητος; εἰ δὲ ὀρέγεται κνίσσης, καὶ θυσιῶν, καὶ θυμάτων, καὶ προχύσεων· καὶ τίς ἀπροσδεὴς, καὶ τίς ἅγιος, καὶ τίς καθαρὸς, καὶ τίς τέλειος; εἰ λύχνοις καὶ λυχνίαις τέρπεται, καὶ τίς τοὺς φωστῆρας ἔταξεν ἐν οὐρανῷ; εἰ ἐν γνόφῳ καὶ σκότῳ καὶ θυέλλῃ καὶ καπνῷ συνέστιν, καὶ τίς φῶς ὢν, φωτίζει τὸν μέγιστον αἰῶνα; εἰ διὰ σαλπίγγων καὶ ὀλολυγμῶν καὶ

XLIV. Si vero montem pinguem appetit, cujuſnam erunt cuncta? Si mentitur, quis verax eſt? Si in tabernaculo habitat, quis immenſus? Si deſiderat nidorem, ſacrificia, victimas, & libationes; & quis nullius indigens, quis ſanctus, quis purus, quis perfectus? Si luminibus ac lucernis delectatur, quis luminaria in cælo conſtituit? Si in caligine, ac tenebris, & procella atque fumo verſatur; quis, lumen cum ſit, maximum ævum illuminat? Si cum

1. Τοῖς ὑπὸ Θεοῦ ῥήμασι.] Fallor, aut legendum τοῖς ὑπὸ σοῦ ῥηθεῖσι, ἢ καὶ ῥηθησομένοις, *quaſi de iis, quæ dixiſti, vel dicturus es, dubitem*. Equidem ſine hac mutatione, ſenſum commodum non video. DAVIS.

2. Μοναρχικὴν ψυχὴν ἔχειν.] Monarchicum animum appellat, vel cum qui dominetur in corpus, vel qui monarchiæ & unius principatui faveat. COT.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



βολίδων καὶ τοξευμάτων προσέρχεται, ϗ τίς ἡ τῶν ὅλων προσδόκιμος γαλήνη; εἰ πολέμους αὐτὸς ἀγαπᾷ, ϗ τίς εἰρήνην θέλει; εἰ τὰ κακὰ αὐτὸς κτίζει, ϗ τίς ἀγαθὰ δημιουργεῖ; εἰ ἄστοργος αὐτὸς, καὶ τίς φιλάνθρωπος; εἰ αὐτὸς πιστὸς οὐκ ἔστιν περὶ ὧν ὑπισχνεῖται, ϗ τίς πιστευθήσεται; εἰ αὐτὸς πονηροὺς, ϗ μοιχοὺς, ϗ φονεῖς ἀγαπᾷ, ϗ τίς ἔσται δίκαιος κριτής; εἰ αὐτὸς μεταμελεῖται, ϗ τίς βέβαιος; εἰ αὐτὸς κακοὺς ἐκλέγεται, καὶ τίς ἀγαθοὺς προσίεται;

A turbis, & vociferationibus, & jaculis, & sagittis advenit; quis est omnium exspectata tranquillitas? Si ipse bella diligit; quis pacem vult? Si mala ipse condit; quis facit bona? Si durus ipse; quis humanus? Si fidelis non est in promissis; cui credetur? Si malos amat, & adulteros, & homicidas; quis erit justus judex? Si eum pœnitet; quis est constans? Si denique malos eligit; quisnam admittit bonos?

Διὸ, ὦ τέκνον Κλήμης, ἔπεχε, μὴ ἄλλο τι φρονήσῃς περὶ τοῦ Θεοῦ, ἢ ὅτι αὐτὸς μόνος ἐστὶν Θεὸς, ϗ κύριος, ϗ πατὴρ, ἀγαθὸς ϗ δίκαιος, δημιουργὸς, μακρόθυμος, ἐλεήμων, τροφεὺς, εὐεργέτης, φιλανθρωπίαν νομοθετῶν, ἁγνείαν συμβουλεύων, αἰώνιος, αἰωνίους ποιῶν, ἀσύγκριτος, ταῖς τῶν ἀγαθῶν ψυχαῖς οἰκιζόμενος, ἀχώρητος ϗ χωρούμενος, ὁ ἐν ἀπείρῳ τὸν μέγαν αἰῶνα ὡς κέντρον πήξας, ὁ οὐρανὸν ἐφαπλώσας, καὶ γῆν πιλώσας, ὕδωρ ταμιεύσας, ἄστρα ἐν οὐρανῷ διαθεὶς, πηγὰς γῇ βρύσας, καρποὺς ἐκφύσας, ὄρη ὑψώσας, θάλασσαν περιορίσας, ἀνέμους τε καὶ πνεύματα διατάξας· ὁ τὸ περιέχον σῶμα ἐν ἀπείρῳ πελάγει πνεύματι βουλῆς ἀσφαλοῦς ἀσφαλισάμενος.

XLV. Quocirca, o fili Clemens, inhibe te, ne aliud de Deo sentias, quam quod ipse solus sit Deus, & dominus, & pater, bonus ac justus, creator, patiens, misericors, nutritor, beneficus, B humanitatis legislator, castitatis consiliarius æternus, æternitatis auctor, incomparabilis, in bonorum animis habitans, imperceptus & perceptus; qui in infinito magnum ævum tamquam centrum fixit; qui cælum expandit, & terram compegit, aquam recondidit, astra in cælo disposuit, terram fecit scatere fontibus, fructus produxit, montes in altum sustulit, mari terminos dedit, ventos ac flatus ordinavit; quique corpori ambienti, in immenso pelago, per spiritum consilii sui, ipse securus securitatem tribuit.

Οὗτος ἡμῶν δικαστὴς, εἰς ὃν ἀποβλέποντας χρὴ τὰς ἑαυτῶν κατορθοῦν ψυχὰς, πάντα ὑπὲρ αὐτοῦ νοοῦντας, αὐτὸν εὐφημοῦντας, πεπεισμένους ὅτι τῇ αὐτοῦ μακροθυμίᾳ πάντων τὴν προπέτειαν εἰς φανερὸν ἄγων μόνος ἀγαθός ἐστιν. καὶ οὗτος ἐπὶ τέλει τοῦ παντὸς ἑκάστῳ τῶν τετολμηκότων ἃ μὴ ἐχρῆν, δίκαιος προκαθεσθήσεται κριτής.

XLVI. Hic noster judex est; in quem intuendo, oportet animas nostras emendare, omnia pro eo cogitare, ipsi benedicere; atque pro certo habere, C quod sua patientia improbitatem cunctorum in publicum adducens, solus exsistit bonus. Isque in fine universi, unicuique, facinorum contra rationem admissorum, justus præsidebit judex.

Ταῦτα ἐγὼ Κλήμης ἀκούσας, ἔφην· ἀληθῶς τοῦτο θεοσέβεια, τοῦτο ἀληθῶς εὐσέβεια. πάλιν τε ἔφην· ἤθελον μαθεῖν οὖν διὰ τί οὕτως ἐγράφησαν αἱ βίβλοι. μέμνημαι γὰρ, ὡς ἔφης, ὅτι εἰς ἔλεγχον τῶν μελλόντων τολμᾷν πιστεύειν τι λεγόμενον κατὰ τοῦ Θεοῦ. πλὴν ἐπεὶ χαρίζῃ ἡμῖν, πυνθάνεσθαι τολμῶμεν, σοῦ κελεύσαντος· εἴ τις βουληθείη, φίλτατε Πέτρε, λέγειν ἡμῖν· ἀληθῆ ἐστιν τὰ γεγραμμένα, κἂν σοι ψευδῆ δοκῇ, τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ ῥηθέντα· πῶς ἀποκριθῶμεν αὐτῷ;

XLVII. His ego Clemens auditis, dico: Vere illud religio est, vere illud pietas. Iterumque aio: Cuperem igitur scire, quapropter eo modo scripti sunt libri sacri. Memini quippe te dixisse, id factum ad reprehensionem eorum, qui aliquid quod dictum sit adversus Deum, temere credituri erant. Sed quoniam concedis nobis, interrogare audemus, te jubente. Si quis, carissime Petre, in animum in- D duxerit dicere nobis; veritatem continent quæ in Deum dicta ac scripta sunt, licet tibi videantur falsa; quo modo illi respondebimus?

Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο: [1] σὺ εἶπας πυθόμενος· εἰς γὰρ σὴν ἀσφάλειαν ἔσται. πλὴν ἄκουσον. ἐπειδὴ πολλά ἐστιν τὰ ὑπὸ τῶν γραφῶν εἰρημένα κατὰ τοῦ Θεοῦ, [2] πρὸς τὸ ἐπεῖγον τῆς ὥρας διὰ τὴν ἑσπέραν, ἕνα ὃν βούλῃ λόγον πύθου, καὶ ἐπιλύσομαι, δείξας αὐτὸν ψευδῆ· οὐκ ὅτι μόνον κατὰ τοῦ Θεοῦ εἴρηται, ἀλλ' ὅτι ὄντως ψευδής ἐστιν. κἀγὼ ἀπεκρινάμην· μαθεῖν θέλω [3] πῶς τῶν γραφῶν ἀγνοεῖν λεγουσῶν τὸν Θεὸν, σὺ, γινώσκοντα αὐτὸν ἀποδεῖξαι δύναται.

XLVIII. Excepit Petrus: Tu dum interrogas, dixisti: verum audi: erit enim in tuam cautionem. Quandoquidem multa sunt a Scripturis in Deum dicta; quia tempus urget ob vesperam, unum quod voles dictum sciscitare; & solvam, falsumque esse ostendam; non solum quod contra Deum prolatum sit, sed quod revera sit falsum. Et ego respondi: Velim discere quo pacto cum Scripturæ Deum dicant in ignorantia versari, tu ipsum scientem esse poteris demonstrare.

Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εὐκόπως ἐλεγχθῆναι δυνάμενον προέτεινας ἡμῖν· πλὴν ἄκουσον, πῶς οὐδὲν ἀγνοεῖ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ προγινώσκει. ὃ δὲ πυνθάνομαί σου πρῶτον ἀπόκριναί μοι· ὁ τὰς βί-

E XLIX. Respondit Petrus: Dictum proposuisti refutatu facile: attamen ausculta, quemadmodum nihil ignorat Deus, sed & præscit. Quod vero te rogo, primum mihi responde: Qui libros sacros

1. Σὺ εἶπας.] Locus est corruptus, & omnino legendum Εὖ εἶπας, *bene dixisti, cum interrogares*. DAVIS.
2. Πρὸς τὸ ἐπεῖγον τῆς ὥρας διὰ τὴν ἑσπέραν.] Malim διὰ τὸ ἐπεῖγον τῆς ὥρας πρὸς τὴν ἑσπέραν, sede præpositionum mutata. ID.
3. Πῶς τῶν γραφῶν.] In Eclogis Damasceni, de quibus paullo ante dicebamus, cap. περὶ τοῦ ἄφθαρτον εἶναι τὸν Θεὸν καὶ ἀπερίγραπτον &c. Ερώτησις Κλήμεντος πρὸς τὸν ἅγιον Πέτρον. Πῶς τῶν γραφῶν λεγουσῶν ἀγνοεῖν τὸν Θεὸν, ὡς ἡ περὶ τὸν Αδαμ ζήτησις ἐμφαίνει, σὺ λέγεις πάντα αὐτὸν γινώσκειν; Απόκρισις. Ο τὰς βίβλους γράψας, καὶ εἰπὼν πῶς ὁ κόσμος ἐκτίσθη, ἄνθρωπος ἦν, ἢ οὔ; Απόκρισις Κλήμεντος. Ανθρωπος ἦν. Ερώτ. Πέτρου. Ανθρώπῳ οὖν ὄντι πόθεν δυνατὸν εἰδέναι ἀψευδῶς, πῶς πρὸ ἀνθρώπου ὁ κόσμος ἐκτίσθη; Απόκρ. Οτι προφήτης ἦν. Πέτρος· Εἰ οὖν προφήτης ἄνθρωπος ὢν, διὰ τὸ ἀπὸ Θεοῦ εἰληφέναι πρόγνωσιν, οὐδὲν ἀγνοεῖ, πῶς αὐτὸς ὁ δεδωκὼς ἀνθρώπῳ τὸ προγινώσκειν, Θεὸς ὢν, ἠγνόει ἄλλῳ (f. ὃ ἄλλῳ) δεδώρηκεν; Κλήμης. Ορθῶς ἔφης. Πέτρ. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς μόνος πάντα, ὡς ἀποδέδεικται, προγινώσκει, ἀνάγκη πᾶσα τὰς λεγούσας αὐτὸν γραφὰς ἀγνοεῖν τι, μὴ νοεῖσθαι παρά τινων, πῶς ταῦτα εἴρηται περὶ Θεοῦ τοῦ διδάσκοντος ἄνθρωπον γνῶσιν. Qui locus admodum observari debet, ob manifestam in eo interpolationem. COT.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



βλους γράψας, καὶ εἰπὼν πῶς ὁ κόσμος ἐκτίσθη, καὶ ὅτι οὐ προγινώσκει ὁ Θεὸς, ἄνθρωπος ἦν, ἢ οὔ; κἀγὼ ἔφην· ἄνθρωπος. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ἀνθρώπῳ οὖν ὄντι, πόθεν δυνατὸν ἦν εἰδέναι ἀψευδῶς, πῶς ὁ κόσμος ἐκτίσθη, καὶ ὅτι ὁ Θεὸς οὐ προγινώσκει;

A scripsit, dixitque qua ratione mundus fuerit conditus, & quod Deus non præsciat; homo erat, nec ne? Et ego: Homo, inquam. Iterum Petrus: Ergo qui erat homo, unde certo scire poterat, qua ratione mundus fuerit conditus, & quod Deus non præsciat?

Κἀγὼ αἰσθόμενος ἤδη τὴν ἐπίλυσιν, ὑπομειδιῶν ἔφην· ὅτι προφήτης ἦν. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ οὖν ὁ προφήτης, ἄνθρωπος ὤν, οὐδὲν ἠγνόει, διὰ τὸ ἀπὸ Θεοῦ εἰληφέναι τὴν πρόγνωσιν, πῶς οὖν αὐτὸς ὁ δεδωκὼς ἀνθρώπῳ τὸ προγινώσκειν, Θεὸς ὤν, ἠγνόει; κἀγὼ ἔφην· ὀρθῶς ἔφης. καὶ ὁ Πέτρος· ἔτι οὖν, ἔφη, εἰς αὐτὸ συνδιαπόρησόν μοι. ὡμολογημένου ἡμῖν ὅτι ὁ Θεὸς πάντα προγινώσκει, ἀνάγκη πᾶσα τὰς λεγούσας αὐτὸν γραφὰς ἀγνοεῖν, ψεύδεσθαι· τὰς δὲ γινώσκειν αὐτὸν λεγούσας, ἀληθεύειν· κἀγὼ ἔφην· ἀνάγκη οὕτως ἔχειν.

L. Tum ego, qui jam solutionem intelligerem, subridens aio: Quoniam erat Propheta. Et Petrus dixit: Si ergo Propheta, licet homo, nihil nesciebat, quia a Deo acceperat præscientiam; quo pacto igitur, ipse qui homini præscire largitus est, Deus cum sit, in ignorantia versetur? Et ego: Recte pronuntiasti. Tum Petrus: Adhuc ergo, inquit, B de hoc una mecum require. Confesso a nobis, Deum omnia præcognoscere; omnino necesse est, ut Scripturæ illum quidem ignorare affirmantes, mentiantur; asserentes vero cognoscere, veræ sint. Et ego dixi: Necesse est ita habere.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ οὖν τῶν γραφῶν, ἃ μέν ἐστιν ἀληθῆ, ἃ δὲ ψευδῆ, εὐλόγως ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ἔλεγεν· [1] γίνεσθε τραπεζεῖται δόκιμοι· ὡς τῶν ἐν ταῖς γραφαῖς, τινῶν μὲν δοκίμων ὄντων λόγων, τινῶν τε κιβδήλων. καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ψευδῶν γραφῶν πλανωμένοις, οἰκείως τῆς πλάνης ἐξέφανε τὴν αἰτίαν, λέγων· διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, [2] μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν· οὗ εἵνεκεν ἀγνοεῖτε καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. κἀγὼ ἔφην· πάνυ καλῶς.

LI. Petrus addidit: Si ergo in Scripturis, alia vera sunt, alia falsa; recte Magister noster dixit; *Estote probi trapezitæ*; cum, nempe, quædam in Scripturis dicta, proba sint, quædam adulterina. Et hominibus, qui ob falsas Scripturas errabant, proprie erroris indicavit caussam, dicens: [a] *Ideo erratis, nescientes vera Scripturarum; propter quod ignoratis & virtutem Dei*. Et ego di- C xi: Omnino præclare.

Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· οὐκ οὖν ἀλόγως οὔτε κατὰ τοῦ Θεοῦ πιστεύω, οὔτε κατὰ τῶν ἐν τῷ νόμῳ ἀναγραφέντων δικαίων, ἀσεβῶς φρονεῖν προλαμβάνων· ὡς γὰρ πέπεισμαι, οὔτε Ἀδὰμ παραβάτης ἦν, ὁ ὑπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ χειρῶν κυοφορηθείς· οὔτε Νῶε μέθυσος ἦν, ὁ ὑπὲρ πάντα τὸν κόσμον δίκαιος εὑρεθείς· οὔτε δὲ Ἀβραὰμ τρισὶν ἅμα συνῄει γυναιξὶν, ὁ διὰ σωφροσύνην πολυτεκνίας καταξιωθείς· οὔτε Ἰακὼβ τετράσιν ἐκοινώνει, ὧν δύο καὶ ἀδελφαὶ ἐτύγχανον, ὃς δεκαδύο φυλῶν ὑπάρξας πατὴρ, καὶ τὴν τοῦ διδασκάλου ἡμῶν παρουσίαν ἐσήμανεν ἐλθεῖν. οὐ Μωυσῆς φονεὺς ἦν, καὶ παρὰ ἱερέως εἰδώλου, κρίνειν ἐμάνθανεν, ὁ παντὶ τῷ αἰῶνι τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον προφητεύσας, καὶ δι' ὀρθὴν φρόνησιν πιστὸς οἰκονόμος μαρτυρηθείς.

LII. Respondit Petrus: Recte itaque non credo adversus Deum, nec adversus justos in Lege memoratos, impiam præsumens opinionem. Ut enim mihi persuadeo, neque Adamus transgressor fuit, quem Dei manus parturierunt: neque Noe ebrius, qui præ omni mundo justus inventus est: neque Abrahamus tres simul habuit uxores, qui propter castitatem donatus est liberorum multitudine: neque Jacobus quatuor duxit, quarum & duæ sorores; qui duodecim tribuum pater exstitit, & Magistri nostri adventum futurum designavit. Moyses non erat homicida, nec ab Idoli sacerdote didicit judicare; qui D omnibus sæculis Legem Dei prophetavit & ob rectam intelligentiam testimonium fidelis dispensatoris accepit.

Πλὴν καὶ τούτων σοι τὴν ἐπίλυσιν μετὰ τῶν ὁμοίων ἐπὶ καιροῦ παρέξω. τοῦ δὲ λοιποῦ ὡς ὁρᾷς ἐπειδὴ ἑσπέρα κατείληφεν, τὰ σήμερον ῥηθέντα αὐτάρκως ἐχέτω. ἀλλ' ὅτε δὲ βούλει, περὶ ὧν θέλεις, θαῤῥῶν ἡμῖν πυνθάνου· καὶ ἡμεῖς χαίροντες ἀόκνως ἐπιλύσομεν. καὶ ταῦτα εἰπὼν ἐγήγερται. καὶ οὕτως τροφῆς μεταλαβόντες, εἰς ὕπνον ἐτράπημεν. κατειλήφει γὰρ ἡ νύξ.

LIII. Sed & horum similiumque solutionem in tempore tibi exhibebo. De cetero, quoniam, ut vides, instat vespera, quæ hodie dicta sunt, sufficiant. Attamen quoties voles, de quibus placebit, fidenter percontare: nos læti confestim explicabimus. Quibus dictis, surrexit. Sicque sumto cibo, in somnum versi sumus. Nox enim advenerat.

ΟΜΙΛΙΑ Γ.

Δύο μὲν οὖν διελθουσῶν ἡμερῶν, ἐπιφωσκούσης δὲ τρίτης, πρὸς τὸ διαλεχθῆναι τῷ Σίμωνι, ἐξυπνισθεὶς ἐγὼ Κλήμης, καὶ οἱ συνόντες ἕτεροι, ὑπὸ τὰς δευτέρας τῶν ἀλεκτρυόνων φωνὰς, εὕρομεν τὸν μὲν λύχνον ἔτι φαίνοντα· τὸν δὲ Πέτρον γονυκλινῆ προσευχόμενον. συντελέσας οὖν τὴν δέησιν, ἐπιστραφεὶς, καὶ ἰδὼν ἡμᾶς πρὸς τὸ ἀκοῦσαι ἑτοίμως ἔχοντας, ἔφη·

HOMILIA TERTIA.


E I. POst duos igitur dies, tertio autem illucescente, quo disputandum erat cum Simone, ego Clemens expergefactus, & ceteri, sub secundum gallorum cantum, invenimus lucernam adhuc lucentem, Petrum vero genibus flexis orantem. Completa igitur prece, conversus, cernensque nos ad audiendum paratos, dixit:

[a] Matt. xxii. 29. Marc. xii. 24.

1. Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι.] Et Homil. 3. cap. 50. Homil. 18. cap. 20. Pari modo in Epiphanio Hæresi 44. n. 2. Apelles ad eamdem impietatem de secernendis veris ab adulterinis in sacro contextu, traducit ea verba: de quibus egimus ad Constitut. Apostolic. II. 36. Cot.

2. Μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν &c.] Mirare heic quoque impudentiam Hæreticam, in pervertendis sacræ Scripturæ testimoniis. Nam Marci xii. 24. habetur dumtaxat; διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Matth vero xxii. 29 πλανᾶσθε, &c. Quod autem Ebionæi Evangelium Matthæi, quo solo utebantur, mutilationibus, additionibus, mutationibus adulteraverint, locuples testis est B. Epiphanius. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



A Γινώσκειν ὑμᾶς θέλω, ὅτι οἱ καθ' ἡμετέραν πρόνοιαν συνόντες τῷ Σίμωνι, ὅπως τὰς βουλὰς αὐτοῦ μανθάνοντες ὑποβάλλωσιν ἡμῖν, ἵνα δυνώμεθα πρὸς τὴν τῆς κακίας αὐτοῦ ποικιλίαν ἁρμόσασθαι, αὐτοὶ πέμψαντες, ἐδήλωσαν ἡμῖν λέγοντες· Σίμων σήμερον καθὰ συνετάξατο, ἕτοιμός ἐστιν ἀπὸ τῶν γραφῶν ἐπὶ πάντων ἐλθὼν, ἀποδεικνύειν μὴ τοῦτον εἶναι Θεὸν ἀνώτατον, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε, καὶ γῆν, καὶ πάντα ἐν αὐτοῖς· ἀλλὰ ἄλλον τινὰ ἄγνωστον καὶ ἀνώτατον, ὡς ἐν ἀποῤῥήτοις ὄντα Θεὸν θεῶν· ὃς δύο ἔπεμψε θεούς· ἀφ' ὧν, ὁ μὲν εἷς ἐστιν ὁ κόσμον κτίσας, ὁ δὲ ἕτερος, ὁ τὸν νόμον δούς. καὶ ταῦτα μηχανᾶται λέγειν, ὅπως τῶν τὸν ἕνα καὶ μόνον μελλόντων σέβειν Θεὸν, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε, καὶ γῆν, τὴν ὀρθὴν προσεκλύσει πίστιν. B

II. Scire vos volo, quod qui ex nostro consilio manent cum Simone, ut incœpta illius addiscentes nobis subjiciant, quo ad variam ejus malitiam aptare nos possimus; ipsi miserunt, & nobis ista declararunt: Simon hodie, quemadmodum promisit, paratus est, venire coram omnibus, ut ostendat ex Scripturis; hunc qui cælum & terram omniaque in iis exstantia condidit, non esse Deum supremum; sed alium exsistere quemdam incognitum & supremum, ut in ineffabilibus exsistentem Deum deorum; qui duos miserit deos; ex quibus alter mundi creator, alter Legis dator. Atque hæc dicere molitur, ut rectam fidem eorum subvertat, qui unum ac solum Deum creatorem cæli & terræ adoraturi sunt.

Ταῦτα ἀκούσας, πῶς οὐκ ἂν ἠθύμησα; διὸ καὶ ὑμᾶς τοὺς συνόντας μοι ἀδελφοὺς, εἰδέναι ἠθέλησα, ὡς οὐ μετρίως τὴν ψυχὴν ἀλγῶ, ἐνορῶν τὸν μὲν πονηρὸν πρὸς δοκιμὴν ἀνθρώπων ἐγρηγορότα, τοὺς δὲ ἀνθρώπους τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας πάνυ ἀμελοῦντας. ἐμηχανήσατο γὰρ τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν μέλλουσιν περὶ τῶν ἐπιγείων ξοάνων πείθεσθαι ὅτι οὐκ εἰσὶν θεοὶ, ἑτέρων πολλῶν θεῶν δόξας εἰσενεγκεῖν, ὅπως ἐὰν παύσωνται τῆς πολυθεομανίας, ἑτέρως ἢ καὶ χεῖρον κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας λέγειν ἀπατηθήσονται· ἵνα μηδέποτε τὰ τῆς μοναρχίας προτιμήσαντες, οὐπώποτε ἐλέους τυχεῖν δυνηθῶσι. C ταύτης δὲ τῆς τόλμης ἕνεκα ὁ Σίμων ταῖς ψευδέσιν τῶν γραφῶν περικοπαῖς ὡπλισμένος, πολεμεῖν ἡμῖν προσέρχεται. καὶ τὸ δεινότερον, ὅτι ἀφ' ὧν οὐ πεπίστευκε προφητῶν, τοιαῦτα δογματίζειν κατὰ τοῦ ὄντως Θεοῦ οὐ πεφόβηται.

III. Hæc audiens, quo modo non moleste tulissem? Quocirca & vos mecum consistentes fratres, scire volui, non mediocriter animo me dolere, dum video, diabolum quidem ad homines tentandos vigilare, homines vero plane negligere salutem suam. Gentilibus enim, qui terrena simulacra credituri erant non esse deos, machinatus est introducere opiniones de multis aliis diis; ut si a terrestri multorum deorum cessarent insania, alia vel pejori fraude contra Dei monarchiam ac unitatem loqui compellerentur; ne doctrinam de uno principatu maximi facientes, umquam possent consequi misericordiam. Hoc ob audax facinus, Simon falsis Scripturarum sectionibus armatus, venit ad nos oppugnandos. Quodque gravissimum est, ista adversus Deum verum, ex Prophetis quibus tamen non credit, docere non veretur.

Καὶ ἡμῖν μὲν τοῖς ἐκ προγόνων παρειληφόσιν τὸν τὰ πάντα κτίσαντα σέβειν Θεὸν, ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀπατᾷν δυναμένων βίβλων τὸ μυστήριον, οὐδὲν δυνήσεται· τοῖς δὲ ἀπὸ ἐθνῶν τὴν πολύθεον ὑπόληψιν σύντροφον ἔχουσιν, καὶ τῶν γραφῶν τὰ ψευδῆ οὐκ εἰδόσιν, πολὺ δυνήσεται· οὐ μόνον αὐτὸς, ἀλλ' εἰ καὶ ἄλλος τις τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν κατὰ τοῦ Θεοῦ κενόν τινα, [1] ὅμοιον ὂν εἴρω, [2] πλουσίῳ κεκοσμημένον D ὑφηγήσεται μῦθον, πιστευθήσεται. τῷ ἐκ παίδων τὸν νοῦν αὐτῶν, τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ λεγόμενα ἐθισθῆναι λαμβάνει. σπάνιοι δέ τινες οἱ μὲν αὐτῶν ἔσονται, ὡς ἐκ πλήθους ὀλίγοι, οἵτινες δι' εὐγνωμοσύνην οὐ θελήσουσι κατὰ τοῦ τὰ πάντα κτίσαντος Θεοῦ κακὸν λόγον [3] αὐτὸ κἂν ἀκοῦσαι μόνον· οἷς μόνοις ἀπὸ ἐθνῶν οὖσιν σωθῆναι γενήσεται. μὴ οὖν ὑμῶν τις τὸν Σίμωνα παντελῶς μεμφέσθω, ἢ καὶ ἄλλον τινά· οὐδὲν γὰρ ἀδίκως γίνεται. ὅπου καὶ τὰ τῶν γραφῶν ψευδῆ εὐλόγως πρὸς δοκιμὴν ἔχοντα τυγχάνει.

IV. Et quidem adversum nos, qui a majoribus cultum omnium conditoris Dei accepimus, nec non Scripturarum decipere valentium mysterium, nihil poterit: contra vero Gentiles, in multorum deorum opinione nutritos, ignorantesque Scripturæ mendacia, valebit plurimum, non modo ipse; sed & si quis alius, Ethnicis vanam aliquam in Deum fabulam, similem ei quam dico, opulenterque ornatam enarraverit, credetur, quod a pueritia mens eorum solita sit sermones adversus Deum suscipere. Rari autem inter eos erunt, ut e multitudine pauci; qui ob æquum animum nolint malo in omnium conditorem Deum sermoni vel aurem dumtaxat præbere. Quibus solis Ethnicis salvari continget. Nemo igitur vestrum, de Simone penitus conqueratur, vel de quoquam alio. Nihil enim injuste accidit. Quandoquidem & Scripturarum mendacia, jure ad hominum probationem posita sunt.

Κἀγὼ Κλήμης ἀκούσας ἔφην· πῶς λέγεις, κύριε, καὶ τὰ τῶν γραφῶν ψευδῆ εὐλόγως πρὸς E δοκιμὴν ἀνθρώπων ἔχειν; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· τὰ ψευδῆ τῶν γραφῶν αἰτήματι κακίας δικαίῳ τινὶ λόγῳ γραφῆναι συνεχωρήθη. εὐλόγως δὲ λέγω οὕτως. ἐν ταῖς θεολογίαις ὁ πονηρὸς τοῦ ἀγαθοῦ τὸν Θεὸν οὐκ ἔλαττον ἀγαπῶν, ἑνὶ μόνῳ ἀπολείπεται τοῦ ἀγαθοῦ, ὅτι καὶ τῶν ἀγνοίας αἰτίᾳ ἀσεβούντων οὐ συγγινώσκων, στοργῇ τῇ πρὸς τὸ ἀσεβούμενον, τῶν ἀσεβούντων ἐπιθυμεῖ τὸν ὄλεθρον· ὁ δὲ τὴν ἴασιν αὐτοῖς [4] προσφέρων. ὁ γὰρ ἀγαθὸς

V. Quo audito, ego Clemens dixi: Qua ratione ais, Domine, & Scripturarum mendacia merito ad hominum probationem posita fuisse? Ille vero respondit: Mendacia Scripturarum, ex malitiæ postulatione, justa ratione permissa sunt scribi. Merito autem dico sic. In Theologia & Religione, malus non minus diligens Deum quam bonus, in uno tantum a bono superatur, quod nolens parcere iis qui ex ignorantia impii sunt, amore in illud quod non colitur, irreligiosorum desiderat interitum; bonus vero ipsis offert sani-

1. Ὅμοιον ὂν εἴρω.] Quam, quæso, fabulam noctis ait Petrus? Omnino legendum ὅμοιον ὀνείρῳ *somnio similem*. Revera fabulæ nihil aliud sunt, quam vigilantium *somnia*. Davis. — Cl. Cotelerius frustra reponit αὐτὸν vel αὐτοί. Sana prorsus est lectio vulgata, eademque loquendi ratio repetitur infra cap IX. Davis.

2. Πλουσίῳ.] Forte πλουσίως. Mox leg. λαμβάνειν. Cot.

3. Αὐτὸ κἂν ἀκοῦσαι μόνον.] Forte αὐτὸν vel αὐτοί. Idem.

4. Προσφέρων.] Lege προσφέρειν. Scilicet, ἀπὸ κοινοῦ repetendum ἐπιθυμεῖ. Id.

ἰᾶσθαι πάντας θέλει ταῖς μεταμελείαις· σώζει δὲ μόνους τοὺς ἐγνωκότας τὸν Θεόν. τοὺς δὲ ἀγνοοῦντας οὐκ ἰᾶται, οὐχ ὅτι οὐ θέλει, ἀλλ᾽ ὅτι οὐκ ἔξεστι τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς υἱοῖς τῆς βασιλείας ἀγαθὰ, τοῖς διὰ τὸ ἀδιάκριτον ἀλόγοις ζώοις παρεικασθεῖσι παρασχεῖν.

A tatem. Vult enim cunctos pœnitentia ſanare: ſervat autem eos tantum, qui Deum cognoſcunt; at eos qui eum ignorant non ſanat, non quod nolit, ſed quia non licet bona filiis regni præparata, tribuere hominibus qui ob diſcretionis privationem aſſimilati ſunt brutis animantibus.

Τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ τοῦ τὸν κόσμον πεποιηκότος, καὶ ἡμᾶς κτίσαντος, καὶ πάντα παρεσχηκότος, τοιαύτη πέφυκεν φύσις, παντὸς [1] οὐδήποτε ἐντὸς ὅρῳ θεοσεβείας ὄντος, καὶ μὴ βλασφημοῦντος αὐτοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα, στοργῇ τῇ πρὸς αὐτὸν εἰς αὐτὸν φέρειν τὴν ψυχὴν, ὑπ᾽ αὐτοῦ εἰς αὐτὴν ἔρωτος ἰδέᾳ. κἂν ἁμαρτωλὸς ᾖ, μετὰ τὸ κατ᾽ ἀξίαν ὧν ἔπραξεν [2] κολασθεῖσαν, σώζεσθαι φύσιν ἔχει. εἰ δέ τις αὐτὸν ἀρνήσηται, ἢ ἑτέρως πῶς λόγῳ εἰς αὐτὸν ἀσεβήσῃ, ἔπειτα μετανοήσῃ, κολασθήσεται μὲν ἐφ᾽ ὧν εἰς αὐτὸν ἥμαρτεν, σωθήσεται δὲ, ὅτι ἐπιστρέψας ἠγάπησεν. ἴσως δὲ [3] ἡ τῆς εὐσεβείας ὑπερβολὴ, καὶ τῆς ἱκεσίας, ἢ καὶ τοῦ κολασθῆναι ἀπολυθήσεται· συγγνώμης τῆς ἁμαρτίας μετὰ τῆς μετανοίας δεδωκὼς τὴν ἄγνοιαν. οἱ δὲ μὴ μετανοήσαντες, [4] διὰ τῆς τοῦ πυρὸς κολάσεως καὶ τὸ τέλος ἕξουσιν, κἂν ἐν τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ὁσιώτατοι ὦσιν· ἀλλ᾽ ὡς ἔφην, μεμετρημένου αἰῶνος τὸ πέμπτον πυρὶ αἰωνίῳ κολασθέντες ἀποσβεσθήσονται. εἶναι γὰρ εἰς ἀεὶ οὐκ ἔτι δύνανται, οἱ εἰς τὸν ἀεὶ μόνον ἀσεβήσαντες Θεόν.

VI. Unius ac ſolius Dei, qui mundum fecit, & nos creavit, & omnia præbuit, ea natura eſt; ut animam cujuslibet intra pietatis limites poſiti, & ſanctum ejus Spiritum non blaſphemantis, ad ſe, caritate erga hominem eum, adducat, per reſpectum ſui in illam amoris. Licet peccatrix ſit; ita comparata eſt, ut poſtquam condigne de actis puB nita fuerit, ſalutem conſequatur. Si quis vero Deum negaverit, aut alia quadam ratione in eum verbo exſtiterit impius, ac poſtea egerit pœnitentiam; caſtigabitur quidem pro iis quæ in eum deliquit, ſalvus autem erit, quia converſus dilexit. Fortaſſis etiam pietatis ac orationis magnitudo, vel & pœnas effugiet; cum homo pro delicti venia ignorantiam & pœnitentiam tradiderit. Qui autem non ducuntur pœnitentia; per ignis ſupplicium finem quoque accipient, etſi in reliquis omnibus ſint ſanctiſſimi: verum ut dixi, certo tempore plurimum igne æterno vexati, exſtinguentur. Non enim amplius ſempiterni eſſe poſſunt, poſtquam impie ſe geſſerunt erga æterC num ac ſolum Deum.

Ἡ δὲ εἰς αὐτὸν ἀσέβειά ἐστιν· τὸ ἐν τῷ τῆς θεοσεβείας λόγῳ ὄντα τελευτῶν, λέγοντα ἄλλον εἶναι Θεὸν, ἢ ὡς κρείττονα, ἢ ὡς ἥττονα, ἢ ὁπωσποτε λέγοντα παρὰ τὸν ὄντως ὄντα. ὁ γὰρ ὄντως ὢν οὗτός ἐστιν, οὗ τὴν μορφὴν τὸ ἀνθρώπου βαστάζει σῶμα, οὗ εἵνεκεν ὁ οὐρανὸς καὶ πάντες οἱ ἀστέρες ὑπέμειναν δουλεύειν, κατ᾽ οὐσίαν κρείττονες ὄντες, τῷ κατ᾽ οὐσίαν χείρονι, διὰ τὴν τοῦ κρείττονος μορφήν. τοσοῦτον ὁ Θεὸς ὑπὲρ πάντας εὐεργέτηκεν τὸν ἄνθρωπον· ἵνα εἰς τὸ πλῆθος τῶν εὐεργεσιῶν τὸν εὐεργέτην ἀγαπήσας, ὑπὸ αὐτῆς ἀγάπης καὶ εἰς δεύτερον αἰῶνα διασωθῆναι δυνηθῇ.

VII. Impietas autem in illum eſt: In ea circa religionem opinione mori, qua dicatur alium eſſe Deum, ſeu ut majorem, ſeu ut minorem, vel quomodocumque, præter eum qui vere eſt. Nam qui vere eſt, ille eſt, cujus formam humanum gerit corpus: propter quam rem cælum & omnia aſtra, quamvis ſecundum eſſentiam præſtantiora, ſervire ſuſtinuerunt ei qui ſecundum eſſentiam minor eſt, propter Numinis formam. Tantum Deus hominem præ omnibus beneficio affecit: ut intuitu plurimorum beneficiorum, illorum auctorem diligens, per dilectionem eam & in ſeD cundo ævo ſalvus eſſe poſſit.

[5] Αὐτάρκης οὖν εἰς σωτηρίαν ἡ εἰς Θεὸν ἀνθρώπων στοργή. [6] εἰδὼς ὁ πονηρὸς, ἡμῶν σπευδόντων τοῖς ἀπὸ ἐθνῶν πιστεύειν μέλλουσιν, ἑνὸς καὶ

VIII. Sufficiens ergo eſt ad ſalutem, caritas hominum erga Deum. Videns autem Malus feſtinare nos, ut in eorum animis, qui ex Gentili-

1. Οὐδήποτε.] Scribendum ἤδη πότε. Sic jubet Helleniſmus. DAVIS.

2. Κολασθεῖσαν] Lege κολασθῆναι. ID.

3. Η τῆς εὐσεβείας ὑπερβολή.] Lege τῇ τῆς εὐσεβείας ὑπερβολῇ, *forte vero propter pietatis & ſupplicationis magnitudinem, vel ab omni ſupplicio liberabitur, pro peccati venia* (legendum enim συγγνώμῃ τῆς ἁμαρτίας) *pœnitentiam adferens & ignorationem*. ID.

4. Διὰ τῆς τοῦ πυρὸς κολάσεως καὶ τὸ τέλος ἕξουσιν.] Ad explicationem erroris hoc loco contenti & infra cap. 59. & Hom. VII. 7. XVI. 10. maxime facient, præter Juſtinum Dialogi p. 223. & 224. Irenæum lib. 2. cap. 64. Arnobium E lib. 2. p. 66. & 109. Heraldinæ editionis; verba Origenis de Heracleone hæretico Valentiniano, tom. 18. in Joannem pag. 255. ſi ut mihi videntur accipienda, intelligantur. οὐκ οἶδα δὲ ὅπως, inquit, εἰς τὸ, ἤμελλεν ἀποθνήσκειν, κινηθεὶς οἴεται ἀνατρέπεσθαι τὰ δόγματα τῶν ὑποτιθεμένων ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχήν, εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλεσθαι ὑπολαμβάνων καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα ἀπόλλυσθαι ἐν γεέννῃ. καὶ οὐκ ἀθάνατόν γε εἶναι ἡγεῖται τὴν ψυχὴν ὁ Ἡρακλέων, ἀλλ᾽ ἐπιτηδείως ἔχουσαν πρὸς σωτηρίαν, αὐτὴν λέγων εἶναι τὸ ἐνδυόμενον ἀφθαρσίαν φθαρτὸν, καὶ ἀθανασίαν θνητὸν, ὅταν ὅταν (eſt duplex lectio, prava & recta; ideoque expunge ὅταν quod ſolum habet Liber Regis) κατεπόθη (lege cum eodem MS. καταποθῇ) ὁ θάνατος αὐτῆς εἰς νῖκος. (MS. νεῖκος) Quæ vertunt; *Neſcio autem quo modo motus in ea verba*, Erat enim moriturus *Joan.* IV. 47. *exiſtimet ſubverti eorum opinionem qui animam immortalem ponunt; eodem conjici exiſtimans tum animam, tum corpus & interire in gehenna: nec immortalem eſſe exiſtimat Heracleon animam, ſed apte habentem ad ſalutem, ipſam dicens eſſe corruptibile illud, quod induit incorruptibilitatem; & mortale, quod induit immortalitatem, cum mors ipſius animæ abſorpta fuerit in victoriam*. 1. COR. XV. 53. 54. Mea vero ſententia eſt, Heracleonem, ut probaret animam eſſe mortalem, aſſumſiſſe oraculum Chriſti, Matt. X. 28. φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀπολέσαι ἐν γεέννῃ. *Sed potius timete eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam*. Quaſi eo ſignificaretur animam in igne inferni funditus interire. Quocirca illud, εἰς τὸ αὐτὸ συμβάλλεσθαι ὑπολαμβάνων καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα (ſeu ut rectius in Codice Regio, καὶ τὸ ψυχὴν καὶ σῶμα) ἀπόλλυσθαι ἐν γεέννῃ, qui mihi credet interpretabitur ſic; *ad idem conferre exiſtimans etiam illud, Animam & corpus perire*. Ceterum aliis multis Clementinorum locis aperte docetur immortalitas animorum cum ſuppliciorum perennitate; potiſſimum Homil. 2. cap. 13. & Hom. 11. cap. 11. adeo ut neceſſe ſit Pſeudo-Clementem iſtum vel pugnantia ſcripſiſſe, vel heic fuiſſe interpolatum. COT.

5. Αὐτάρκης οὖν..] Eclogæ Damaſceni, ſæpe numero memoratæ, & memorandæ, capite περὶ ἀγάπης καὶ φόβου περὶ Θεόν, &c. Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης. Αὐτάρκης εἰς σωτηρίαν ἡ εἰς Θεὸν ἀνθρώπων ἀγάπη. εὐγνωμοσύνης γάρ ἐστι, τὸ πρὸς τὸν τοῦ εἶναι ἡμᾶς αἴτιον, ἀποσώζειν στοργήν. ὑφ᾽ ἧς καὶ εἰς δεύτερον καὶ ἀγήρω αἰῶνα διασωζόμεθα. Inf. cap. 10. ID.

6. Εἰδὼς ὁ πονηρός.] Lege ὃ εἰδὼς ὁ πονηρὸς, *quod cum norit malus ille, quandoquidem nos feſtinamus* &c. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

μόνου Θεοῦ ἐν ψυχαῖς σπείρειν τὴν ἀθανατοποιὸν πρὸς αὐτὸν στοργὴν, αὐτὸς ὁ πονηρὸς κατὰ τῶν ἀγνοούντων ἱκανὸν ὅπλον ἔχων πρὸς ὄλεθρον, σπουδάζει πολλῶν Θεῶν ἢ καὶ ἑνὸς ὡς κρείττονος σπεῖραι τὴν ὑπόληψιν· ἵνα συλλαβόντες καὶ συμπεισθέντες ἃ μὴ θέμις, ἀποθανόντες ὡς ἐπὶ μοιχείας ἐγκλήματι, τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀποβληθῶσιν.

Ἄξιος οὖν τῆς ἀποβολῆς πᾶς κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας αὐτὸ μόνον κἂν ἀκοῦσαί τι τοιοῦτον θελήσας. εἰ δὲ ὡς γραφαῖς τεθαῤῥηκὼς, κατὰ τοῦ Θεοῦ τολμᾷ τις κἂν ἀκούειν, πρῶτον ἐκεῖνό μοι συνενθυμήτω, ὅτι ἄν τις εὔλογον ἑαυτῷ δόγμα ὡς βούλεται ἀναπλάσῃ, ἔπειτα B ταῖς γραφαῖς ἐγκύψει, δυνατὸς ἔσται πολλὰς ὑπὲρ οὗ ἐπλάσατο δόγματος ἀπ' αὐτῶν μαρτυρίας φέρειν. πῶς οὖν ἐπὶ ταύταις κατὰ τοῦ Θεοῦ θαῤῥεῖν ἔστιν, ἐν αἷς ἡ πάντων βουλὴ εὑρίσκεται;

Αὐτίκα γοῦν Σίμων αὔριον ἡμῖν συνζητεῖν μέλλων δημοσίᾳ, κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ μοναρχίας τολμᾷ, θέλων πολλὰς ἐξ αὐτῶν τῶν γραφῶν φωνὰς ἐνεγκεῖν, ὅτι πολλοί εἰσιν Θεοὶ, εἷς δέ τις οὐχ ὁ τὸν κόσμον κτίσας, ἀλλὰ τούτου ἀνώτερος· καὶ ὅμως τὰς ἀποδείξεις ἐγγράφους ἔχει παρασχεῖν. καὶ ἡμεῖς δὲ ἐξ αὐτῶν πολλὰς περικοπὰς δεῖξαι σαφῶς ἔχομεν, ὅτι εἷς ἐστιν Θεὸς C οὗτος ὁ τὸν κόσμον κτίσας, καὶ ἄλλος οὐκ ἔστιν πλὴν αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἄλλως πῶς εἰπεῖν θελήσει, ἕξει καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτῶν ὡς βούλεται, περὶ ὧν βούλεται τὰς ἀποδείξεις παρασχεῖν. πάντα γὰρ αἱ γραφαὶ λέγουσιν· ἵνα μηδεὶς τῶν ἀγνωμόνως ζητούντων, τὸ ἀληθὲς εὕροι, ἀλλ' ὃ βούλεται, τοῦ ἀληθοῦς τοῖς εὐγνώμοσιν τετηρημένου. εὐγνωμοσύνη δέ ἐστιν τὴν πρὸς τὸν τοῦ εἶναι ἡμᾶς αἴτιον ἀποσώζειν στοργήν.

Ὅθεν πρὸ πάντων εἰδέναι ὀφείλει ὅτι οὐδαμόθεν αὐτὴν εὑρίσκει, εἰ μὴ ἂν ἀπὸ προφήτου ἀληθείας. προφήτης δὲ ἀληθής ἐστιν, ὁ πάντα πάντοτε εἰδὼς, ἔτι δὲ καὶ τὰς πάντων ἐννοίας, ἀναμάρτητος, ὡς περὶ Θεοῦ κρίσεως πεπληροφορημένος. D διὸ ἡμεῖς ὀφείλομεν περὶ τῆς προγνώσεως αὐτοῦ μὴ ἁπλῶς διαλαμβάνειν· ἀλλ' εἰ δύναται ἄνευ ἑτέρας προφάσεως συνεστάναι αὐτοῦ ἡ πρόγνωσις. ἃ γὰρ οἱ ἰατροὶ προλέγουσιν, ὑποβεβλημένην ὕλην ἔχοντες τοῦ νοσοῦντος τὸν σφυγμὸν, καὶ οἱ μὲν πτηνὰ, οἱ δὲ θύματα, καὶ ἄλλοι ἄλλας ὕλας πολλὰς διαφόρους ὑποβεβλημένας ἔχοντες προλέγουσιν, καὶ προφῆται οὐκ εἰσίν.

Εἰ δὲ βουληθείη τις λέγειν, τὴν [1] διὰ τῶν τοιούτων προῤῥήσεων τῇ ὄντως ἐμφύτῳ προγνώσει ὁμοίαν εἶναι, πολὺ ἠπάτηται. τὰ γὰρ τοιαῦτα παρόντα μηνύει μόνον, καὶ ταῦτα εἰ ἀληθεύει· ἄλλως δέ E μοι καὶ αὐτὰ εὐχρηστεῖ· πρόγνωσιν γὰρ εἶναι συνίστησιν· ἡ τε τοῦ μόνου καὶ ἀληθοῦς πρόγνωσις, οὐ μόνον τὰ παρόντα ἐπίσταται, ἀλλὰ καὶ μέχρις αὐτοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀπέραντον ἐκτείνει τὴν προφητείαν· καὶ οὐδενὸς δεῖται πρὸς ἐπίγνωσιν, [2] καὶ προφητεύων ἀμαυρὰ καὶ ἀμφίβολα, ἵνα ἄλλου προφήτου χρείαν ἔχῃ τὰ λεγόμενα πρὸς ἐπίγνωσιν, ἀλλ' ἄῤῥητα καὶ ἁπλᾶ, ὥσπερ ὁ διδάσκαλος ἡμῶν καὶ προφήτης ὢν ἐμφύτῳ καὶ ἀενναίῳ πνεύματι πάντα πάντοτε ἠπίστατο.

A bus credituri sunt, inseminemus immortalitatis operatricem caritatem in unum ac solum Deum; ipse, inquam, diabolus, contra imperitos sufficienter ad necem armatus, nititur multorum deorum, sive unius tamquam præstantioris, opinionem inserere: quo homines tenendo ac credendo quæ non licet, moriantur quasi in adulterii crimine, & a regno Dei ejiciantur.

IX. Itaque dignus est qui abjiciatur, quicumque contra Dei monarchiam, vel tantum quid simile audire voluerit. Si vero, quasi Scripturis confidat, contra Deum vel audire aliquis audet: primo illud mecum consideret; Si quis dogma B aliquod sibi probabile, pro voluntate confinxerit, & postea Scripturas fuerit intuitus, ex iis poterit multa testimonia pro fictitio suo dogmate proferre. Quo modo igitur in iis adversus Deum confidere fas sit, in quibus cunctorum placitum invenitur?

X. Nunc ergo Simon, cras nobiscum publice disceptaturus, contra Dei monarchiam aggreditur, multasque ex ipsis Scripturis voces afferre vult, de eo quod multi dii sint; & unus quidam, non quidem creator mundi, sed illo superior: simulque argumenta ex Scripturis exhibebit. Et nos quoque ex iis ipsis multa evidentia C capitula ostendere possumus, quod unus sit Deus hic qui orbem condidit, nec alius sit præter eum. Sed & si quis alio quocumque modo dicere voluerit; habebit etiam is ex ipsis, prout volet & quibus volet, probationes dare. Omnia quippe Scripturæ dicunt: ne ullus eorum qui ingrate quærunt, inveniat veritatem, sed inveniat quod cupit; veritate gratis hominibus reservata. Gratitudo autem est, servare caritatem erga eum, qui exsistendi nobis auctor fuit.


XI. Unde ante omnia scire oportet, non aliunde inveniri veritatem, quam a veritatis Propheta. Propheta autem verus is est, qui omnia omni- D no, atque etiam cunctorum cogitationes novit; estque impeccabilis, ut qui de Dei judicio sit certissimus. Quocirca nos debemus, de ejus præscientia non simpliciter judicare; sed si absque alia caussa consistere potest præscientia ipsius. Quædam enim prædicunt medici; quia subjectam materiam habent, ægrotantis pulsum: item alii aves, alii victimas, alii alias multas & varias materias subjectas dum habent, prædicunt; nec sunt prophetæ.

XII. Quod si quis dicere voluerit, præscientiam harum prædictionum, similem esse præscientiæ veræ & nativæ, multum fallitur. Illæ enim, præsentia tantum indicant, idque si veraces fue- E rint. (Quin & mihi eæ prosunt: demonstrant enim esse præscientiam.) At illius qui solus & verus est, præscientia, non solum præsentia cognoscit, sed & ad futurum usque sæculum infinitam extendit prophetiam: nec ullo indiget ut intelligatur; nec obscura & dubia prædicit, ita ut verba alium Prophetam exigant interpretem; sed arcana profert & simplicia. Quemadmodum doctor noster, cum esset Propheta, innato ac perpetuo spiritu, omnia omnino noverat.

1. *Διὰ τῶν τοιούτων προῤῥήσεων.*] Lege *πρόῤῥησιν*, prædictionem, *quæ talium fit ope, præscientiæ revera innatæ similem esse*. Sic emendanda est Cotelerii versio: nam prava lectione deceptus, heic & alibi passim, aberravit vir doctissimus. DAVIS.

2. Καὶ *προφητεύων ἀμαυρὰ καὶ ἀμφίβολα —— ἀλλ' ἄῤῥητα καὶ ἁπλᾶ.*] Lege: *μὴ προφητεύων ἀμαυρὰ καὶ ἀμφίβολα, ἀλλὰ ῥητὰ καὶ ἁπλᾶ*: *cum non obscura*, dubiaque prædicat, *sed clara* & simplicia. Sic infra cap. XXVI. *ῥητὰ προφητεύει, σαφῆ λέγει*. Vide Sextum Empiricum adversus Mathematicos lib. VII. n. 154. ID.

SÆCUL. II.
CIRCA
ANN. CHR.
230.



Διὸ πεθαῤῥηκότως ἐξετίθετο περὶ τῶν μελλόντων A ἔσεσθαι. λέγω δὲ, πάθη, τόπους, ὅρους. προφήτης γὰρ ὢν ἄπταιστος, ἀπείρῳ ψυχῆς ὀφθαλμῷ, πάντα κατοπτεύων ἐπίσταται λανθάνων. εἰ δὲ παραδεξώμεθα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἱ πολλοὶ, ὅτι καὶ ὁ ἀληθὴς προφήτης οὐ πάντοτε, ἀλλ' ἐνίοτε, ὅτε ἔχει τὸ πνεῦμα, καὶ διὰ τοῦτο προγινώσκει, ὁπότε δὲ οὐκ ἔχει, ἀγνοεῖ· ἐὰν οὕτως ὑπολάβωμεν, καὶ ἑαυτοὺς ἀπατῶμεν, καὶ ἄλλους ἐνεδρεύσομεν. τὸ γὰρ τοιοῦτον μανικῶς ἐνθουσιώντων ἐστὶν [1] ὑπὸ πνεύματος ἀταξίας, τῶν παρὰ βωμοῖς μεθυόντων, καὶ κνίσσης ἐμφορουμένων.

XIII. Ideo fidenter futura expoſuit; caſus dico, loca, terminos. Nam cum ſit inculpatus Propheta, immenſo animæ oculo, omnia occulta ſpeċtat & novit. Si vero & nos, ut multi, admittamus; verum quoque Prophetam non ſemper, ſed interdum, quando habet ſpiritum, tunc ideo præſcire; cum autem non habet, ignorare: ſi ita exiſtimemus, & decipiemus nos, & aliis inſidiabimur. Nam id ad eos pertinet, qui a ſpiritu inordinato furioſe concitantur, & ad aras bacchantur, atque ingurgitantur nidore.

Τινὶ γὰρ προφητείαν ἐπαγγέλλεσθαι θέλοντι, ἐὰν συγχωρηθῇ πιστεύεσθαι ἐν οἷς ψεύστης φωρᾶται, ὅτι τότε τὸ τῆς προγνώσεως ἅγιον οὐκ εἶχεν πνεῦ- B μα, οὐκ εὐέλεγκτος ἔσται ψεύστης ὑπάρχων προφήτης· ἐν οἷς γὰρ ὡς πολλὰ λέγων ὀλίγα ἐπιτυγχάνει, τότε τὸ πνεῦμα ἔχειν πιστεύεται, [2] ὅτι τε τὰ πρῶτα ἔσχατα λέγει, τὰ ἔσχατα πρῶτα, τὰ γενόμενα ὡς ἐσόμενα, τὰ ἐσόμενα ὡς ἤδη γεγονότα, ἀλλὰ καὶ ἀνακόλουθα, ἢ καὶ ἐξ ἄλλων ὑφῃρημένα καὶ μεταμεμορφωμένα, ἃ δὲ μεμειωμένα, ἀνείδεα, ἀνόητα, ἀμφίβολα, ἄδοξα, ἄδηλα, πάσης κεκραγότα δυσσυνειδησίας.

XIV. Etenim prophetiam oſtentare volenti, ſi concedatur, ut cum mendax deprehenſus fuerit, tunc credatur ſpiritu prophetiæ ſancto caruiſſe; non facile arguetur falſus eſſe Propheta. Nam in paucis iis, in quibus, ut pote multa loquens, veritatem attigerit, credetur ſpiritum poſſidere; quod prima ultima dicat, & ultima prima; præterita ut futura, futura ut præterita; item conſequentiam non habentia, vel ex aliis compilata & transformata; nec non quædam imminuta, informia, ſtulta, dubia, inopinata, obſcura, totam clamantia conſcientiæ pravitatem.

Ὁ δὲ ἡμέτερος διδάσκαλος, οὐδέν τι τοιοῦτο προεφητεύσατο, ἀλλ' ὡς φθάσας εἶπον, προφήτης ὢν ἐμφύτῳ καὶ ἀενάῳ πνεύματι πάντα πάντοτε ἐπιστάμενος, πεθαῤῥηκὼς ἐξετίθετο, [3] ὡς προέλεγεν σα- C φῶς, πάθη, τόπους, ἐμπροθέσμους χρόνους, τρόπους, ὅρους. αὐτίκα γοῦν [4] περὶ τοῦ ἁγιάσματος προλέγων ἔφη· ὁρᾶτε τὰς οἰκοδομὰς ταύτας; ἀμὴν ὑμῖν λέγω, λίθος ἐπὶ λίθον οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε, ὃς οὐ μὴ καθαιρεθῇ· καὶ οὐ μὴ παρέλθῃ ἡ γενεὰ αὕτη, καὶ καθαιρέσεως ἀρχὴν λήψεται. ἐλεύσονται γὰρ καὶ καθιοῦσιν ἐνταῦθα, καὶ περιχαρακώσουσιν, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἐνταῦθα κατασφάξουσιν. ὅμως καὶ τὰ ἑξῆς εἴρηκεν σαφεῖ φωνῇ, ἅτινα αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς εἴδειν ἔχομεν· ἵνα ἐφ' ὧν ὁ λόγος ἐῤῥέθη, καὶ τὸ ἔργον γένηται. πρὸς γὰρ πίστιν ἀκουόντων, τὸν λόγον τῆς ἀποδείξεως ὁ τῆς ἀληθείας ποιεῖται προφήτης.

XV. At præceptor noſter nihil ſimile prophetavit; ſed, ut ſupra retuli, Propheta qui erat, innato ac perpetuo ſpiritu omnia penitus cognoſcens, fidenter expoſuit, & evidenter prædixit, caſus, loca, præſtituta tempora, modos, terminos. Sic igitur de templo prædixit: [a] *Videtis has ædificationes? Amen dico vobis, lapis ſuper lapidem non relinquetur heic, qui non deſtruatur: & non præteribit generatio hæc, quin deſtructio initium ſumat.* [b] *Venient enim, & ſedebunt heic, & vallo circumdabunt, & filios veſtros jugulabunt heic.* Pariterque clara voce ſequentia pronuntiavit, quæ ipſis oculis videmus: ut in quibus ſermo dictus fuit, & res eveniret. Nam veritatis Propheta ob auditorum fidem, ſermonem demonſtrationis facit.

Πλὴν πολλοί εἰσιν τῆς πλάνης κήρυκες, [5] ἵνα τὸν D τῆς κακίας ἡγεμόνα ἔχοντες· ᾧ λόγῳ τῆς ἀληθείας εἷς ἂν καὶ αὐτὸς τῆς εὐσεβείας ἡγεμὼν, ἐν ἰδίοις καιροῖς τοὺς πάντας καθαροὺς εὑρεθέντας ἕξει προφήτας· ἡ δὲ πολλὴ τῶν πεπλανημένων αἰτία γέγονεν αὐτή· τὸ μὴ πρότερον νοῆσαι τὸν τῆς συζυγίας λόγον, ὃν ἰδίᾳ ὑμῖν ἑκάστοτε οὐ παύσομαι ἐκτιθέμενος κεφαλαιωδῶς. πολὺ γὰρ τὸ κατ' εἶδος λέγειν· ὑμεῖς οὖν τῶν λεγομένων γένεσθέ μοι φιλαληθεῖς κριταί.

XVI. Verumtamen multi ſunt erroris præcones, ut habentes malitiæ ducem: qua ratione qui unus veritatis juxta ac pietatis dux eſt, propriis temporibus omnes puros inventos, habebit Prophetas. Præcipua vero erroris multorum cauſſa hæc eſt; non prius conjugationis doctrinam intellexiſſe, quam vobis ſeorſum non ceſſabo frequenter & ſummatim exponere. Longum enim eſt ſingula dicere. Vos igitur dicendorum, mihi eſtote, veritatis amantes judices.

Τοῦ δὲ λέγειν ἄρξομαι ἤδη. Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα πεποιηκότος, τὸ μέγα καὶ ἅγιον τῆς προγνώσεως αὐτοῦ πνεῦμα, εἰ μὴ τῷ ὑπὸ χειρῶν αὐτοῦ E

XVII. Jam vero dicere incipiam. Si quis homini, a Dei omnium auctoris manibus formato, non conceſſerit, magnum & ſanctum præſcientiæ

[a] Matt. xxiv. 12. 34. [b] Luc. xix. 43.

1. Ὑπὸ πνεύματος ἀταξίας.] Scribendum crediderim ὑπὸ πνευμάτων ἀταξίας; *a ſpiritibus inordinatis, qui ad aras inebriantur & ingurgitantur nidore.* Credebant Veteres deos participes fuiſſe λοιβῆς τε, κνίσσης τε, τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς, ut ait Juppiter apud *Homerum* Iliad. Δ. 49. Poſtea vero philoſophi malos dæmonas ſanguinis & nidoris pabulo gaudere ſtatuebant. Infra cap. xxxix. τὸ ἐπὶ κνίσσῃ σαρκῶν ἡσθῆναι οὐκ ἀγαθοῦ. Vide modo Porphyrium de Abſtinent. lib. II. cap. 42. & Tertullianum Apol. capp. xxii. xxiii. Davis.


2. Ὅτι τε τὰ πρῶτα.] Lege ὅτε τὰ πρῶτα. Id.

3. Ὡς προέλεγεν.] Lege ὡς προέλεγον, *fidens, clare, ut antea dixi, expoſuit.* Davis.

4. Περὶ τοῦ ἁγιάσματος &c.] Auctor Operis imperfecti in Matthæum, ad cap. xxiv. verſ. 15. *Fuit enim exercitus alienigenarum, & Romani Imperatoris ſtans circa Hieruſalem, quæ uſque tunc fuerat ſancta. Hoc & Petrus apud Clementem exponit.* Leg. Recognitionum lib. I. cap. 39. 64. 65. *Sed & futura aperuit illis omnia*; verba ſunt Lactantii lib. iv. cap. 21. *quæ Petrus & Paulus Romæ prædicaverunt; & ea prædicatio in memoriam ſcripta permanſit; in qua cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum eſſe dixerunt, ut poſt breve tempus immitteret Deus regem, qui expugnaret Judæos, & civitates eorum ſolo adæquaret, ipſos autem fame ſitique confectos obſideret*, &c. Cot.

5. Ἵνα τὸν τῆς κακίας ἡγεμόνα ἔχοντες.] Omnino legendum ἕνα τὸν, *unum habentes malitiæ ducem*, quod ex ſequentibus abunde conſtat. Clar. tamen Cotelerium fefellit menda ſublatu facillima, licet vulgatam lectionem vel ipſe reſpuat Græciſmus. Davis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



κυοφορηθέντι ἀνθρώπῳ δῴη τις ἐσχηκέναι, πῶς ἔτι ἑτέρῳ τῷ ἐκ μυσαρᾶς σταγόνος γεννηθέντι ὁ ἀπονέμων, οὐ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνει; καὶ οὐκ οἶμαι αὐτὸν συγγνώμης τυγχάνειν, κἂν ὑπὸ νόθου γραφῆς κατὰ τοῦ πάντων πατρὸς δεινὰ νοεῖν ἀπατηθείη. ὁ γὰρ εἰκόνα, καὶ ταῦτα αἰωνίου βασιλέως ὑβρίσας, τὴν ἁμαρτίαν εἰς ἐκεῖνον ἀναφερομένην ἔχει, οὗπερ καθ' ὁμοίωσιν ἡ εἰκὼν ἐτύγχανεν οὖσα. [1] ἀλλά φησιν, ἁμαρτήσαντα κατέλειπεν τὸ θεῖον πνεῦμα. οὐκοῦν συνήμαρτεν· καὶ πῶς ὁ τοῦτο λέγων οὐ κινδυνεύει; ἀλλὰ μετὰ τὸ ἁμαρτῆσαι εἰλήφει τὸ πνεῦμα. ἀδίκοις ἄρα δέδοται· καὶ ποῦ τὸ δίκαιον; ἀλλὰ δικαίοις καὶ ἀδίκοις ἐπιχορηγεῖται. τοῦτο πάντων ἀδικώτατον. οὕτως πᾶν ψεῦσμα, κἂν μυρίαις ἐπινοίαις βοηθῆται, τὸν ἔλεγχον κἂν ἐν μακρῷ χρόνῳ λαβεῖν ἔχῃ.

A illius spiritum possidere; quo modo, si alteri ex impura stirpe nato id tribuerit, non plurimum aberrabit? Nec illi puto veniam dandam, licet ab adulterina Scriptura in fraudem inductus sit, ut adversus omnium patrem dura cogitaret. Qui enim imaginem, eamque æterni Regis, affecerit injuria; peccato se implicabit, in eum referendo, ad cujus similitudinem imago illa facta est. Sed inquit, post peccatum reliquit illum divinus spiritus. Igitur cum illo peccavit: & quo pacto, qui hoc dicit, non periclitatur? Sed postquam peccavit, accepit Spiritum. Injustis ergo traditur: & ubi justitia? Sed justis ac injustis suppeditatur. Id omnium injustissimum est. Sic quodlibet menda- B cium, mille licet adjuvetur excogitationibus, confutationem demum sortietur.

Μὴ ἀπατᾶσθε. ὁ πατὴρ ἡμῶν οὐδὲν ἠγνόει. ὁπότε καὶ ὁ δημοσίᾳ κείμενος νόμος, [2] ἀγνοίᾳ ἐγκλήματι διὰ τοὺς ἀναξίους σκέπων αὐτὸν, [3] τοῖς ἀληθείας γλιχομένοις ἐπ' αὐτὸν ἀναπέμπει λέγων· ἐξέτασον τὸν πατέρα σου, καὶ ἐρεῖ σοι, τοὺς πρεσβυτέρους σου, καὶ ἀναγγελοῦσίν σοι. τοῦτον ἐχρῆν τὸν πατέρα ζητῆσαι. ἀλλ' οὐκ ἐζήτησας τίνος ἐστὶν ὁ τῆς βασιλείας χρόνος, τίνος ἡ τῆς προφητείας καθέδρα. καί τοι αὐτοῦ ἑαυτὸν μηνύοντος τῷ λέγειν· ἐπὶ τῆς καθέδρας Μωυσέως ἐκάθησαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· πάντα ὅσα λέγωσιν ὑμῖν, ἀκούετε αὐτῶν. αὐτῶν δὲ, εἶπεν, ὡς τὴν κλεῖδα τῆς βασιλείας πεπιστευμένων, ἥ τις ἐστὶν γνῶσις, ἣ μόνη τὴν πύλην τῆς ζωῆς ἀνοῖξαι δύναται, δι' ἧς μόνης εἰς τὴν αἰωνίαν ζωὴν εἰσελθεῖν ἐστίν. ἀλλὰ ναὶ, φησὶν [4] κρατοῦμεν τὴν κλεῖν, τοῖς δὲ βουλομένοις εἰσελθεῖν οὐ παρέχουσιν.

XVIII. Ne decipiamini. Parens noster nihil ignoravit. Quandoquidem & publice posita Lex, quæ illum ignorantiæ culpa ob indignos cooperit, propter veritatis cupidos ad eumdem remittit, dicens: [a] *Interroga patrem tuum, & dicet tibi; seniores tuos, & annuntiabunt tibi.* Hunc oportebat patrem quærere. Sed non quæsisti cujusnam sit tempus regni; cujusnam, prophetiæ cathedra. Quamvis ipse se ipsum declaret, dicendo: [b] *Super cathedram Moysis sederunt Scribæ & Pharisæi: omnia quæcumque dixerint vobis, audite illos. Il-* C *los* autem dixit, velut eos quibus credita erat clavis regni, hoc est, cognitio, quæ sola potest aperire vitæ portam, per quam solam in vitam æternam datur ingredi. Sed ait: Sane; [c] clavem quidem possident, at intrare volentibus non præbent.

Διὰ τοῦτό φημι, αὐτὸς τῆς καθέδρας ἐγερθεὶς, ὡς πατὴρ ὑπὲρ τέκνων, τὰ ἀπ' αἰῶνος ἐν κρυπτῷ ἀξίοις παραδιδόμενα κηρύσσων, μέχρις αὐτῶν ἐθνῶν τὸν ἔλεον ἐκτείνων, καὶ ψυχὰς πάντων ἐλεῶν, ἰδίου αἵματος ἠμέλει. μέλλοντος γὰρ αἰῶνος βασιλεὺς εἶναι κατηξιωμένος, πρὸς τὸν νῦν ἐμπρόθεσμος παρειληφότα νόμῳ τὴν βασιλείαν. καὶ τὸ μέγιστον ὅπερ αὐτὸν λίαν ἐλύπει ἐστὶν τοῦτο, ὅτι ὑπὲρ ὧν ὡς τέκνων τὴν μάχην ἐποιεῖτο, ὑπ' αὐτῶν ἀγνοίας αἰτίᾳ ἐπολεμεῖτο. καὶ ὅμως ἠγάπα καὶ τοὺς μισοῦντας, καὶ ἔκλαιε τοὺς ἀπειθοῦντας, καὶ εὐλόγει τοὺς λοιδοροῦντας, ηὔχετο ὑπὲρ ἐχθραινόντων. καὶ οὐ μόνον ταῦτα ἐποίει ὡς πατὴρ, ἀλλὰ καὶ τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ὡς πρὸς ἀδελφοὺς ἔχοντας, τὰ ὅμοια ποιεῖν ἐδίδασκεν. τοῦτο πατὴρ, τοῦτο προφήτης, τοῦτο εὔλογον τὸ αὐτὸν ἰδίων τέκνων βασιλεῦσαι· ἵνα τῇ ἐκ πατρὸς πρὸς τέκνα στοργῇ, καὶ τῶν τέκνων πρὸς τὸν πατέρα ἐνδιαθέτῳ τιμῇ, αἰώνια εἰρήνη γενέσθαι δυνηθῇ. τοῦ [5] γὰρ εὐλόγου βασιλεύοντος ἐπὶ τοὺς βασιλευομένους, ἀληθὴς χαρὰ περὶ τοῦ βασιλεύοντος γίνεται.

XIX. Propter hoc, inquam, ipse e cathedra surgens, velut pater pro filiis, quæ a sæculo in occulto dignis sunt tradita prædicans, misericordiam usque ad ipsas Gentes extendens, misertusque omnium animarum, proprium sanguinem neglexit. Futuri quippe sæculi rex esse consecutus, circa hoc sæculum, quod lege accepit regnum, accuratus est in promissis. Quodque eum maxime D contristat, hoc est, quoniam ab iis per ignorantiam oppugnatur, propter quos tamquam filios bellum suscepit. Verumtamen etiam osores dilexit, flevit incredulos, benedixit conviciantibus, & oravit pro inimicis. Neque solum ista, ut pater, fecit; sed & discipulos suos, si adversus fratres haberent, similia facere docuit. Hoc pater; hoc Propheta; hoc rationi est consentaneum, illum suis filiis imperare; ut per patris erga filios amorem, perque insitum honorem filiorum erga patrem, oriri possit æterna pax. Cum enim bonus imperat subjectis, verum gaudium ob imperatorem nascitur.

Πλὴν ἐπὶ τὸν πρῶτον τῆς ἀληθείας ἐπόρα μοι λόγον. ἐὰν τῷ ὑπὸ χειρῶν Θεοῦ κυοφορηθέντι ἀνθρώπῳ, τὸ ἅγιον Χριστοῦ μὴ δῷ τις ἔχειν πνεῦμα, πῶς ἑτέρῳ τινὶ ἐκ μυσαρᾶς σταγόνος γεγεννημένῳ διδοὺς ἔχειν, οὐ τὰ μέγιστα ἀσεβεῖ; τὰ δὲ μέγιστα εὐσεβῇ, ἐὰν ἑτέρῳ μὲν μὴ δῴη ἔχειν, ἐκεῖνον δὲ μόνον ἔχειν λέγοι [6] ὃς ἀπ' ἀρχῆς

E XX. Verum ad primum veritatis sermonem mihi respice. Si illi homini qui Dei manibus productus fuit, nolit quis concedere ut sanctum Christi spiritum habuerit, quo pacto, si alteri ex impura stirpe nato eumdem concesserit habere, non plurimum impius est? Maxime vero pius fuerit, si alteri quidem eum spiritum non tribuerit, sed

[a] Deut. xxxii. 7. [b] Matt. xxiii. 2. [c] Luc. xi. 52.

1. Ἀλλά φησιν, &c.] Nota passim Ebioniticas nugas, Gnosticas fabulas, Hæretica commenta. COT.
2. Ἀγνοίᾳ.] Leg. ἀγνοίας. ID.
3. Τοῖς ἀληθείας γλιχομένοις.] Lege τοὺς γλιχομένους. DAV.
4. Κρατοῦμεν.] Forte κρατοῦσι μέν. COT.
5. Τοῦ γὰρ &c.] Interpunge τοῦ γὰρ εὐλόγου βασιλεύοντος, ἐπὶ τοὺς βασιλευομένους ἀληθὴς χαρὰ περὶ τοῦ βασιλεύοντος γίνεται. Sic enim & sensus & Græca Lingua postulant, quamvis vulgatam distinctionem, in interpretatione sua expresserit Cotelerius. Etiam paullo ante vir ille doctus perperam vertit: ὡς πρὸς ἀδελφοὺς ἔχοντας, *si adversus fratres haberent*. Tu reddes: *Adfectos ut erga fratres*. DAVIS.
6. Ὃς ἀπ' ἀρχῆς αἰῶνος &c.] Hæc conferas velim cum Epiphanio Hæresi 30. quæ est Ebionitarum cap. 3. COT.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



A αἰῶνος ἅμα τοῖς ὀνόμασιν μορφὰς ἀλλάσσων, τὸν αἰῶνα τρέχει, μέχρις ὅτε ἰδίων χρόνων τυχὼν, διὰ τοὺς καμάτους Θεοῦ ἐλέει χρισθεὶς, εἰς ἀεὶ ἕξει τὴν ἀνάπαυσιν. οὗτος ἄρχειν τε καὶ κυριεύειν πάντων τῶν ἐν ἀέρι καὶ γῇ, [1] ὕδασιν τετίμηται· πρὸς τούτοις δὲ αὐτοῦ πεποιηκότος τὸν ἄνθρωπον τὴν πνοὴν ἔσχεν, ψυχῆς ἀῤῥήτου περιβολὴν, ὅπως ἀθάνατος εἶναι δυνηθῇ.

ei soli affignarit, qui ab initio fæculi, formas una cum nominibus mutans, percurrit fæculum; donec nactus fua tempora, propter labores, Dei mifericordia unctus, requiem in æternum poffideat. Hic honore donatus eft imperandi & dominandi omnibus quæ verfantur in aere, terra, & aquis: ad hæc, ipfius a quo homo factus eft, flatum habuit, animæ ineffabile veftimentum, quo immortalis effe poffet.

Οὗτος αὐτὸς [2] μόνος ἀληθὴς ὑπάρξας προφήτης, ἑκάστῳ ζώῳ κατ' ἀξίαν τῆς φύσεως, καθὼς ὁ πεποιηκὼς αὐτὸν, οἰκείως τέθεικεν τὰ ὀνόματα. εἴ τι γὰρ ἐπωνόμασεν, τοῦτο ἦν καὶ ἐκ τοῦ πεποιηκότος ὄνομα τῷ γεγεννημένῳ. B δι' ὃ πῶς ἔτι φυτοῦ χρείαν εἶχε προσλαβεῖν, ἵνα τί ποτε ἐστὶν ἴδῃ καλὸν ἢ κακόν; ἐνετέλλετο; ἀλλὰ ταῦτα πιστεύουσιν οἱ ἄκριτοι, οἱ ἄλογον θηρίον, Θεοῦ κτίσαντος αὐτούς τε καὶ τὰ πάντα ἐνεργετικώτερον γεγενῆσθαι οἰηθέντες.

XXI. Idem, qui folus verus Propheta eft, unicuique animali, apte ad naturam, ficut ejus creator, propria impofuit nomina. Quod enim nominavit, hoc & erat nomen rei creatæ, ex creatore. Itaque quo modo adhuc neceffe habuit arborem attingere, ut fciret quidnam fit bonum vel malum? At mandatum accepit? Verum hæc credunt qui judicio carent, qui arbitrantur brutum animal potentius fuiffe Deo ipforum omniumque conditore.

Πλὴν τούτῳ σύζυγος συνεκτίσθη θήλεια φύσις, πολὺ ἀποδέουσα αὐτοῦ· [3] ὡς οὐσία μετουσίας, ὡς ἡλίου σελήνη, ὡς φωτὸς τὸ πῦρ. αὕτη τοῦ νῦν κόσμου ὡς θήλεια ὁμοίου ἄρχουσα πρώτη προφῆτις εἶναι πεπίστευται, μετὰ πάντων τῶν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφητείαν ἐπαγγελλομένη. ὁ δὲ ἕτερος, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἄρσην ὢν, καὶ τὰ διαφέροντα ὡς ἄρσενι τῷ μέλλοντι αἰῶνι C προστεύει.

XXII. Ceterum cum eo conjux creata eft natura feminea, multum eo deterior; tamquam fubftantia participata participante fubftantia, tamquam fole luna, tamquam luce ignis. Illa huic mundo velut femina fimili imperans, prima Propheti ffa effe meruit, & cum omnibus qui inter natos mulierum funt, prophetiam adnuntiat. Alter vero, quafi filius hominis, mas eft, & ratione præftantiæ, futuro fæculo velut mafculo præeft.

Δύο οὖν ἡμῖν γενικαὶ ἔστωσαν προφητεῖαι· ἡ μὲν ἀῤῥενική· καὶ διωρίσθω, ὅτι ἡ μὲν πρώτη ἄρσην οὖσα, δευτέρα τοῦ λοιποῦ τέτακται κατὰ τὸν τῆς προόδου λόγον· ἡ δὲ δευτέρα θῆλυς οὖσα, πρώτη ὡρίσθη ἔρχεσθαι ἐν τῇ τῶν συζυγιῶν προελεύσει. ἡ μὲν οὖν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὖσα, ὡς θήλεια, [4] τοῦ νῦν κόσμου ἐπαγγελλομένη, ἀρσενικὴ εἶναι πιστεύεσθαι θέλει. διὸ κλέπτουσα τὰ τοῦ ἄρσενος σπέρματα, καὶ τοῖς ἰδίοις τῆς σαρκὸς σπέρμασιν ἐπισκέπουσα, ὡς ὅλα ἴδια συνεκφέρει τὰ γεννήματα, τοῦτ' ἔστιν τὰ ῥήματα. καὶ τὸν παρόντα ἐπίγειον πλοῦτον, ὡς προῖκα δώσειν ἐπαγγέλλεται, [5] τῷ ταχεῖ τὸ βραχὺ, τῷ D μείζονι ὑπαλλάξαι θέλουσα.

XXIII. Duæ igitur nobis fint generales prophetiæ: altera quidem mafcula: & certum fit, quod prima mafcula eft, & fecunda deinceps, ratione progreffus collocatur; fecunda vero, quæ eft femina, prima in conjugationum adventu venire definita eft. Ea ergo, cum inter natos mulierum fit, ut femina, præfenti mundo annuntiatrix, mafcula effe credi vult. Quare femina mafculi fubpilans, fuifque carnis feminibus obtegens, tamquam omnia fua comproducit germini, hoc eft, verba: & terreftres has divitias quafi dotem daturam fe pollicetur; tardum cum veloci, parvum cum magno vult commutare.

Πολλοὺς μέν τοι θεοὺς λέγειν καὶ ἀκούειν οὐ μόνον τολμῶσα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ γενέσθαι πιστεύουσα. καὶ ἐλπίδι τοῦ γενέσθαι ὃ μὴ ἔχει φύσιν, καὶ ὃ ἔχει προσαπολλύουσα· καὶ ὡς θήλεια ἐν μηνίοις γινομένη, προφάσει θυσιῶν αἱμάσσεται, καὶ οὕτως τοὺς ψαύοντας αὐτῆς μολύνει. ἐπ' ἂν δὲ συλλαβοῦσα, τοὺς προσκαίρους τίκτει βασιλεῖς, τοὺς αἷμα πολὺ χέοντας ἐγείρει πολέμους. τοὺς δὲ παρ' αὐτῆς μαθεῖν ἀλήθειαν ὀρεγομένους, τῷ τὰ πάντα λέγειν τὰ ἐναντία, καὶ πολλὰς καὶ διαφόρους παρέχειν ὑπουργίας, ζητοῦντας ἀεὶ καὶ μηδὲν εὑρίσκοντας, μέχρις αὐτοῦ θανάτου καθίστησιν. ἀπ' ἀρχῆς γὰρ ἀνθρώποις E τυφλοῖς, θανάτου κεῖται πρόφασις· πλανὰ γὰρ καὶ ἀμφίβολα καὶ λοξὰ προφητεύουσα, τοὺς πιστεύοντας ἀπατᾷ.


XXIV. Et vero multos deos non folum dicere & audire fuftinuit, fed & ipfa talem fe futuram credidit: atque fpe evadendi quod natura non poterat, etiam quod habebat perdidit. Et quafi femina in menftruis, facrificiorum occafione cruentatur, ficque tangentes eam inquinat. Cum autem concepit, ac temporales reges genuit, bella fufcitat quæ multum fanguinis fundunt. Porro cupidos difcendæ ab ea veritatis; quod contraria omnia dicat, multa & varia præbeat minifteria; quærere femper nihilque invenire ufque ad mortem facit. Ab initio enim cæcis hominibus, pofita eft mortis occafio. Falfa fiquidem, & dubia, & obliqua prædicit, ficque credentes decipit.

Δι' ὃ τῷ πρωτοτόκῳ αὐτῆς ἀμφοτερίζον ἐπέθηκεν ὄνομα, καλέσασα Κάϊν· ὃ διχῇ ἔχει τῆς ἑρμηνείας τὴν ἐκδοχήν. ἑρμηνεύεται γὰρ καὶ [6] κτίσις,

XXV. Quocirca primogenito fuo ambiguum impofuit nomen, & Cainum vocavit. Quod nomen duplici interpretationis fenfu accipitur. Exponi-

1. Ὕδασιν.] Deeft καί. Cot.
2. Μόνος ἀληθὴς ὑπάρξας προφήτης.] Inferius VIII. 10. Id quoque obfervatum in Ebionæis & Sampfæis feu Elcefæis ab Epiphanio, quod Chriftum in Adamo ponerent. Vide eum Vol. I. p. 53. 127. 162. 461. 462. Periculofe Methodius Convivii Orat. 3. Id.
3. Ὡς οὐσίας μετουσίας.] Senfus exigit, ὡς οὐσίας μετουσία. *tamquam fubftantiæ participatio*. In fine capitis, προφητεύει legerim, τὰ διαφέροντα προφητεύει. *egregia prophetat*. Id.
4. Τοῦ νῦν κόσμου.] Lege τῷ νῦν κόσμῳ. Davis.
5. Τῷ ταχεῖ τὸ βραχὺ, τῷ μείζονι ὑπαλλάξαι θέλουσα.] Legendum forte βραδὺ, τὸ ἥττον τῷ μείζ. Cot. — A[illegible] fum quidem quod adtinet, locum non male fupplevit C[illegible] Cotelerius. Non dubito tamen quin legendum [illegible] ταχεῖ τὸ βραδὺ, τὸ βραχὺ τῷ μείζονι Similitudo inter βραδὺ & βραχὺ fecit ut excideret earum vocum altera. Davis.
6. Κτίσις.] Leg. κτῆσις. Ratio [illegible]logiæ declaratur Gen. IV. 1. hincque apud multo[illegible] [illegible] paululum

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



καὶ ζῆλος, ὡς ζηλοῦν αὐτοῦ μέλλοντος ἐν τοῖς ἐσομένοις, ἢ γυναῖκα, ἢ κτήματα, [1] ἢ τὴν τῶν γονέων πρὸς αὐτὴν στοργήν. εἰ δὲ ἄρα μηδὲν τούτων γένηται, καὶ οὕτως τὸ κτῆμα λέγεσθαι καλῶς ἐπιτέτακται. αὐτὸν γὰρ πρῶτον ἐκτήσατο, [2] ὅπερ αὐτὴ, καὶ ἐχρηματίσεν. φονεὺς γὰρ ἦν καὶ ψεύστης, καὶ μετὰ ἁμαρτιῶν ἡσυχάζειν, μηδὲ ἐπὶ τῷ ἄρχειν, θέλων. ἔτι μὴν καὶ οἱ ἀπὸ τῆς τούτου διαδοχῆς προεληλυθότες, πρῶτοι μοιχοὶ ἐγένοντο· καὶ ψαλτήρια, καὶ κιθάραι, καὶ χαλκεῖς ὅπλων πολεμικῶν ἐγένοντο. δι᾽ ὃ καὶ ἡ τῶν ἐγγόνων προφητεία, μοιχῶν καὶ ψαλτηρίων γέμουσα, λανθανόντως διὰ τῶν ἡδυπαθειῶν ὡς τοὺς πολέμους ἐγείρει.

A tur enim, & possessio, & æmulatio: quod in futuris æmulaturus esset vel mulierem, vel possessiones, vel amorem parentum erga illam. Quod si nullum eorum sit, etiam sic recte possessionis nomen sortitus est. Nam eum primum possedit; quod & ipsa [a] pronuntiavit. Fuit autem homicida & mendax, & cum peccatis quiescere neque a principatu voluit. Sed & qui ex illius successione progressi sunt, primi adulteri exstitere. Hinc psalteria, & citharæ; nec non bellicorum armorum excusores. Idcirco & posterorum prophetia, adulteris & psalteriis plena, clam per voluptates ad bella concitavit.

Ο δὲ ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων προφητείαν ἔμφυτον ψυχῆς ἰδίαν ἔχων, ῥητῶς ὡς ἄρσην, τοῦ μέλλοντος αἰῶνος τὰς ἐλπίδας μηνύων, τὸν αὐτοῦ υἱὸν προσηγόρευσεν Αβελ, ὃ, ἄνευ πάσης ἀμφιβολίας, πένθος ἑρμηνεύεται. πενθεῖν γὰρ τοῖς αὐτοῦ υἱοῖς παρέχει τοὺς ἐξαπατωμένους ἀδελφοὺς αὐτῶν. [3] ἀψευστεῖ αὐτοῖς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τὴν παράκλησιν ὑπισχνουμένους. [4] Θεὸν ἕνα μόνον αἰτεῖν λέγειν, θεοὺς οὔτε αὐτὸς λέγει, οὔτε ἄλλῳ λέγοντι πιστεύει. καλὸν ὃ ἔχει τηρεῖ, καὶ ἐπὶ πλείονα αὔξει. θυσίας, αἵματα, σπονδὰς μισεῖ· ἁγνοὺς, καθαροὺς, ὁσίους ἀγαπᾷ. πῦρ βωμῶν σβέννυσι, πολέμους καταργεῖ, εἰρήνην διδάσκει, σωφροσύνην ἐντέλλεται, τὰς ἁμαρτίας καθαίρει, γάμον νομιτεύει, ἐγκράτειαν συγχωρεῖ, εἰς ἁγνείαν πάντας ἄγει; ἐλεημονικοὺς ποιεῖ, δικαιοσύνην νομιτεύει, τοὺς τελείους αὐτῶν σφραγίζει, καὶ τὸν τῆς ἀναπαύσεως λόγον ἐκφαίνει, ῥητὰ προφητεύει, σαφῆ λέγει, πῦρ αἰώνιον κολάσεως πυκνῶς ὑπομιμνήσκει, βασιλείαν Θεοῦ συνεχῶς καταγγέλλει, πλοῦτον οὐράνιον μηνύει, δόξαν ἀναφαίρετον [5] ὑποσχεῖται, τῆς ἁμαρτίας τὴν ἄφεσιν ἔργῳ δείκνυσιν.

B XXVI. Qui vero inter filios hominum insitam prophetiam animæ propriam obtinebat; expresse, ut masculus, futuri sæculi spem indicans, filium suum vocavit *Abel*, quod absque ulla ambiguitate vertitur *luctus*. Filiis enim suis tribuit flere fratres suos, qui decepti fuerunt. Non mentitur, dum promittit illis consolationem in futuro sæculo. Ait unum solum Deum rogandum esse: deos nec ipse dicit, neque alteri dicenti credit. Bonum quod habet, servat, ampliusque auget. Sacrificia, sanguinem, libationes odit: castos, puros, sanctos diligit. Exstinguit ararum ignem, bella abolet, docet pacem, castitatem præcipit, peccata expiat, nuptias sancit, continentiam concedit, omnes ad C pudicitiam adducit; misericordes facit, justitiam decernit, eorumque perfectos consignat; & requietis sermonem profert; certa prophetat, clara dicit, ignem supplicii æternum frequenter commemorat; regnum Dei assidue annuntiat, cælestes divitias ostendit, gloriam perpetuam pollicetur, peccati indulgentiam opere demonstrat.

Καὶ τί δεῖ λέγειν; ὁ ἄρσεν ὅλως ἀλήθεια· ἡ θήλεια ὅλη πλάνη· ὁ δὲ ἐξ ἄρσενος καὶ θηλείας γεγονὼς, ἃ μὲν ψεύδεται, ἃ δὲ ἀληθεύει. ἡ γὰρ θήλεια ἰδίῳ αἵματι ὥσπερ ἐρυθρῷ πυρὶ περιβάλλουσα τὸ τοῦ ἄρσενος λευκὸν σπέρμα, ἀλλοτρίοις ἐρείσμασιν ὀστέων τὸ ἀσθενὲς αὐτῆς συνίστησιν· καὶ τῷ τῆς σαρκὸς προσκαίρῳ ἄνθει τέρπουσα, καὶ βραχείαις ἡδοναῖς τοῦ λογισμοῦ τὴν ἰσχὺν ὑποσυλῶσα, τοὺς πλείονας εἰς μοιχείαν ἄγει. καὶ οὕτως τοῦ μέλλοντος καλοῦ στερίσκει νυμφίου. νύμφη γάρ ἐστιν ὁ πᾶς ἄνθρωπος, ὁπότ᾽ ἂν τοῦ ἀληθοῦς προφήτου λευκῷ λόγῳ ἀληθείας σπειρόμενος, φωτίζηται τὸν νοῦν.

XXVII. Quid opus est verbis? Mas, totus veritas est; femina, tota seductio: qui autem ex masculo & femina ortus est, partim mentitur, partim vera prædicat. Femina enim, proprium sanguinem velut rubrum ignem albo masculi cingens semine, alienis ossium fulcimentis, imbecillitatem D suam firmat: ac temporario carnis flore delectata, brevibusque voluptatibus vim mentis deprædata plures in adulterium ducit. Sicque privat præclaro sponso, quem habituri erant. Nam quilibet homo sponsa est; quando veri Prophetæ candido veritatis sermone conspersus, mente illuminatur.

Δι᾽ ὃ ἑνὸς μόνου τοῦ τῆς ἀληθείας προφήτου ἀκούειν δεῖ, εἰδότα ὅτι ὁ παρ᾽ ἑτέρου σπαρεὶς λόγος, μοιχείας ἔγκλημα [6] λαβεῖν, ὡς ὑπὸ νυμφίου τῆς βασιλείας αὐτοῦ ἐκβάλλεται. τοῖς δὲ τὸ μυστήριον εἰδόσιν, ὑπὸ ψυχικῆς μοιχείας καὶ θάνατος γίνεται. ὁπότ᾽ ἂν ἡ ψυχὴ ὑφ᾽ ἑτέρων σπαρῇ, τότε ὡς πορνεύσασα ἢ μοιχευσαμένη ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐγκαταλείπεται. καὶ οὕτως τὸ ἔμψυχον σῶμα, τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος χωρισθέντος, εἰς γῆν ἀναλύεται, καὶ τοῦ ἁμαρ-

XXVIII. Quapropter unum solum veritatis Prophetam auscultare oportet; sciendumque est, quod ab alio seminatus sermo, adulterii sumto crimine, tamquam a sponso a regno ejus ejicitur. Iis autem qui mysterium cognoverunt, per animæ adulterium & mors contigit. Scilicet cum anima ab aliis semen acceperit, tunc velut fornicata aut E adulterium operata deseritur a spiritu: atque ita, corpus animatum, ablato vivificatore spiritu, in

[a] Gen. IV. 1.

detorquet S. Ambrosius lib. 1. de Abele & Caino cap. 1. *Cain dictus est acquisitio, quod omnia sibi acquireret:* post Philonem; cujus hæc sunt initio libri de sacrificiis Abelis & Caini; Κάϊν ἐπικαλούμενος κτῆσις, παρὰ τὸ τὰ πάντα κεκτῆσθαι δοκεῖν, ut mittam alia ejusdem libri. Quod deterius potiori insidiari soleat p. 161. Notandum autem est, Evam heic & apud Chrysostomum ac Procopium, imponere nomen Caino, cap. vero 42. Adamum, ut & in Theodorito, Eucherio, atque Isidoro: juxta illud B. Augustini XV. de civitate Dei c. 17. *Cain autem interpretatur possessio: unde dictum est quando natus est, sive a patre, sive a matre ejus: Acquisivi hominem per Deum.* COT.

1. Η τὴν τῶν γονέων πρὸς αὐτὴν στοργήν.] Facile erat corrigere Αβελ. Sed nos in istis Apocryphis ægre quidquam mutamus. Quis enim scit an non alludatur ad aliquam fabulam de uxore Abelis, aut alia muliere? ID.

2. Οπερ αὐτὴ, καὶ ἐχρηματίσεν.] Lege αὐτῇ, *quod ipsi commodum fuit*. Cl. Cotelerius, aliud agens, χρησιμεύειν *prodesse* & χρηματίζειν, *oraculum edere* miscuit. DAVIS.

3. Αψευστεῖ.] Suspicor legendum ἀψευδεῖ. Et mox ὑπισχνούμενος. COT.

4. Θεὸν ἕνα μόνον αἰτεῖν λέγειν.] Legendum puto λέγων. DAVIS

5. Υποσχεῖται.] Scribe ὑπισχνεῖται. IDEM. —— Sed & ὑπέσχεται, *promittit* licet legere & vertere. CLER.

6. Λαβεῖν.] Lege λαβών. DAVIS.

τήματος ἡ κατ' ἀξίαν κόλασις ἐν τῷ τῆς κρίσεως A καιρῷ ἀποδίδοται τῇ ψυχῇ, μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀνάλυσιν· ὥσπερ ἐπ' ἀνθρώπων ἡ ἐπὶ μοιχείᾳ φωραθεῖσα, πρῶτον τῶν οἴκων ἐκβάλλεται, εἶθ' ὕστερον ἐπὶ καταδίκῃ κρίνεται.

Τοῦ Πέτρου τοῦτον αὐτὸν μέλλοντος ἡμῖν τελείως ἐκφαίνειν τὸν μυστικὸν τοῦτον λόγον, Ζακχαῖος ἧκεν, λέγων· ἤδη λοιπὸν, ὦ Πέτρε, καιρὸς πρὸς τὸ ἐκβάντα διαλεχθῆναί σε. πολὺς γὰρ ἐπὶ τῆς αὐλῆς συναθροισθεὶς ἀναμένει σε ὄχλος, οὗ ἐν μέσῳ ὡς πολέμαρχος ὑπὸ αὐτοῦ δορυφορούμενος ἕστηκε Σίμων. ὁ δὲ Πέτρος ἀκούσας, εὐχῆς χάριν ὑποχωρῆσαί μοι κελεύσας, ὡς μήπω εἰληφότι τὸ πρὸς σωτηρίαν βάπτισμα, B τοῖς ἤδη τελείοις ἔφη· ἐγερθέντες εὐξώμεθα, ἵνα ὁ Θεὸς τοῖς ἀνεκλείπτοις αὐτοῦ οἰκτιρμοῖς συνεργήσῃ μοι ὁρμῶντι πρὸς σωτηρίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντων ἀνθρώπων. καὶ ταῦτ' εἰπὼν, εὐξάμενος ἐξῄει εἰς τὸν ὕπαιθρον τῆς αὐλῆς τόπον, μέγαν ὄντα, ἔνθα συνεληλυθότες ἦσαν πολλοὶ, [1] τοῦ ἐποπτεῦσαι χάριν τῆς διακρίσεως αὐτοῦ, ἐπὶ τὸ σπεύδειν τοῦ ἀκούειν σπουδαιοτέρους πεποιηκυίας.

Στὰς οὖν, καὶ ἰδὼν μετὰ πολλῆς ἡσυχίας τὸν πάντα λαὸν εἰς αὐτὸν ἀτενίζοντα, Σίμωνα δὲ τὸν μάγον εἰς μέσον ἑστῶτα, τοῦ λέγειν ἤρξατο οὕτως· εἰρήνη εἴη πᾶσιν ὑμῖν τοῖς ἑτοίμοις οὖσιν δεξιὰς διδόναι τῇ τοῦ Θεοῦ ἀληθείᾳ· ἣν αὐτοῦ μεγάλην τε καὶ ἀσύγκριτον ἐν τῷ νῦν κόσμῳ ὑπάρχουσαν δωρεὰν, ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς, τοῦ C ἐν ὑπεροχῇ συμφέροντος ἀψευδὴς ὑπάρχων προφήτης, ταύτην ἡμῖν ἐνετείλατο, προφάσει προσηγορίας, πρὸ τῶν τῆς διδασκαλίας λόγων ὑμῖν ἐπιφθέγγεσθαι. ἵνα ἐὰν ᾖ τις ἐν ὑμῖν εἰρήνης τέκνον, διὰ τῆς διδασκαλίας ἡμῶν καταλάβῃ αὐτὸν ἡ εἰρήνη· εἰ δὲ ταύτην λαβεῖν ὑμῶν τις μὴ θέλοι, τότε ἡμεῖς ἀποτιναξάμενοι εἰς μαρτυρίαν, τῶν ποδῶν ἡμῶν τὸν ἐκ τῶν ὁδῶν κονιορτὸν, ὃν διὰ τοὺς καμάτους βαστάξαντες ἠνέγκαμεν πρὸς ὑμᾶς ὅπως σωθῆτε, εἰς ἑτέρων ἀπίωμεν οἰκίας καὶ πόλεις.

Καὶ ἀληθῶς ὑμῖν λέγομεν· ἀνεκτότερον ἔσται γῇ Σοδόμων καὶ Γομόῤῥας ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῷ τῆς ἀπειθείας τόπῳ ἐνδιατελεῖν· [2] πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ εὔλογον ἀφ' ἑαυτῶν οὐκ ἐνοήσατε· D δεύτερον, ὅτι ἀκούσαντες τὰ καθ' ἡμᾶς, οὐκ ἤλθετε πρὸς ἡμᾶς· τρίτον, ὅτι καὶ ἐλθοῦσιν ἡμῖν ἠπειθήσατε. δι' ὃ φειδόμενοι ὑμῶν, προῖκα εὐχώμεθα τὴν εἰρήνην ἡμῶν ἐλθεῖν ἐφ' ὑμᾶς. εἰ οὖν ταύτην ἔχειν θέλετε, δεῖ ὑμᾶς προθύμως τὸ μὴ ἀδικεῖν ἀναδέξασθαι, καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι γενναίως φέρειν· ὅπερ ἀνθρώπου φύσις οὐκ ἂν ὑποσταίη, ἐὰν μὴ πρότερον τοῦ ἐν ὑπεροχῇ συμφέροντος τὴν γνῶσιν λάβῃ, ὅπερ ἐστὶν τὸ εἰδέναι τοῦ πάντα ὑπερέχοντος τὴν δικαίαν φύσιν, ὅτι ἀδικουμένους [3] ἐκδικεῖν τιμωρεῖ, καὶ τοὺς εὐσεβοῦντας εἰς ἀεὶ εὐεργετεῖ.

Ὑμεῖς οὖν ὡς Θεοῦ δοῦλοι εὐγνώμονες, ἀφ' ἑαυ- E τῶν τὸ εὔλογον νοοῦντες, τὴν αὐτῷ ἀρέσκουσαν ἀναδέξασθε πολιτείαν· ἵνα οὕτως αὐτὸν φιλοῦντες, καὶ φιλούμενοι ὑπ' αὐτοῦ, εἰς ἀεὶ τὸ συμφέρον ἔχοιτε. αὐτῷ γὰρ μόνῳ τὸ παρασχεῖν δυνατώτατόν ἐστιν, τῷ τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι συστησαμένῳ, οὐρανὸν δημιουργήσαντι, γῆν πιλώσαντι, θάλασσαν περιορί-

A terram diffolvitur; & peccati condigna fupplicia, tempore judicii, retribuuntur animæ poft feparationem a corpore. Quemadmodum inter homines, quæ in adulterio deprehenfa eft, primum ædibus ejicitur, ac deinde condemnatione multatur.

XXIX. Cumque Petrus hunc ipfum myfticum fermonem perfecte nobis declaraturus effet; Zacchæus venit, dixitque: Jam nunc, Petre, tempus eft, ut exeas ad differendum. Multa enim turba in atrio congregata opperitur te; in cujus medio tamquam belli dux ab eadem profectus ac ftipatus conftitit Simon. Quo audito Petrus, orationis gratia fecedere me juffit, ut qui nondum accepiffem B falutis baptifma; & ad jam baptifmo perfectos dixit: Surgentes oremus, ut Deus pro fuis perpetuis miferationibus opituletur mihi, qui prodeo ob falutem hominum quos creavit. Utque hæc locutus eft; oratione facta, prodiit in atrii locum fubdialem & magnum, quo multi convenerant, ut difputationem illius fpectarent, quæ fecerat ut diligentiores feftinarent ad audiendum.

XXX. Stans ergo, cernenfque univerfum populum magno cum filentio oculos in ipfum conjicere, ac Simonem magum in medio ftare; hunc in modum loqui cœpit: Pax fit omnibus vobis, qui parati eftis dexteras dare veritati Dei; quam, ma- C gnum, nempe, ac incomparabile ejus munus in hoc mundo, ut falutationis cauffa vobis ante fermones doctrinæ acclamemus, præcepit nobis [a] qui mifit nos verus excellentis boni Propheta; quo fi aliquis inter vos fit filius pacis, per doctrinam noftram pax eum complectatur: fi quis autem veftrum eam accipere nolit, tunc nos, excuffo in teftimonium pulvere pedum noftrorum, quem collectum ex itinerum laboribus falutis veftræ ergo attulimus, ad aliorum domos ac civitates abeamus.

XXXI. Ac vere dicimus vobis: Tolerabilius erit in die judicii, manere in terra Sodomorum & Gomorrhæ, quam in loco incredulitatis: primo D quidem, quia quod rationi convenit, ex vobis non intellexiftis: fecundo, quoniam cum de nobis audiiffetis, non veniftis ad nos: tertio quia etiam cum veniffemus, nobis non credidiftis. Quare gratificantes vobis, ultro oramus, ut pax noftra veniat fuper vos. Si ergo eam habere vultis, oportet vos alacri animo fufcipere, ut injuriam non faciatis, & vobis factam feratis fortiter: quod hominis natura non fuftinebit, nifi prius eminentis boni acceperit notitiam; id autem eft, cognofcere juftam ejus qui cuncta exfuperat naturam, quod punit, ut injuria affectos ulcifcatur; & pios beneficiis in fempiternum afficit.

E XXXII. Vos igitur, ut gratos Dei fervos decet, ex vobis quod rationi confentaneum eft intelligentes, vitam ei placentem amplectimini; ut fic, amantes eum, & ab eo amati, quod bonum eft poffideatis perpetuo. Illud enim ipfe folus, maxime poteft præftare, qui non exfiftentia ad exfiftentiam adduxit, cælum creavit, terram com-


[a] Matt. x. 12. Marc. vi. 11. Luc. x. 5.

1. Τοῦ ἐποπτεῦσαι &c.] Cl. Cotelerium fefellit interpunctio vitiofa; quin &, ut opinor, Auctoris mentem recte non cepit. Lego: τοῦ ἐποπτεῦσαι χάριν, τῆς διακρίσεως αὐτοῦ ἐπὶ τὸ σπεύδειν τοῦ ἀκούειν σπουδαιοτέρους πεποιηκυίας, *ut spectarent, excellentia ejus illos incitante, ut ad audiendum feftinarent*. Διάκρισιν *excellentiam*, vel *eminentiam* reddidi, ex ea τῆς διακρίσεως poteftate qua reliquis præferre, & fingulari laudis nota diftinguere fignificat. Vide 1. Cor. iv. 7. Davis.

2. Πρῶτον μὲν ὅτι τὸ εὔλογον ἀφ' ἑαυτῶν &c.] Refpicit ad decantatiffimos illos *Hefiodi* verfus, Operum & Dierum. v. 291. & feqq. Id.

3. Ἐκδικεῖν.] Lege ἐκδικῶν. Idem.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



σαντι, τὰ ἐν ᾅδῃ ταμιεύσαντι, καὶ τὰ πάντα ἀέρι πληρώσαντι.

Οὗτος μόνος τὴν μίαν καὶ πρώτην μονοειδῆ οὐσίαν τετραχῶς καὶ ἐναντίως ἔτρεψεν· εἶτα μίξας, μυρίας κράσεις ἐξ αὐτῶν ἐποίησεν· ἵνα εἰς ἐναντίας φύσεις τετραμμέναι καὶ μεμιγμέναι, τοῦ ζῆν ἡδονὴν ἐκ τῆς ἀντισυζυγίας ἐργάσωνται. ὅμως αὐτὸς μόνος δήμους ἀγγέλων καὶ πνευμάτων, βουλῆς νεύματι δημιουργήσας, ἔπλησε τοὺς οὐρανούς· ὡς καὶ τὸ φαινόμενον στερέωμα ἄστροις ἐκόσμησεν, οἷς καὶ τρίβους ὥρισεν καὶ δρόμον ἔταξεν· γῆν ἐπίλωσεν, εἰς καρπῶν αὔξησιν· θάλασσαν δὲ περιώρισεν, [1] ἐν ἀνύδροις οἴκησιν ἀφορίσας· τὰ ἐν ᾅδῃ ταμιεύει, ψυχῶν χῶρον ὀνομάσας· τὰ δὲ πάντα ἔπλησεν ἀέρος, ἵνα πάντα τὰ ζῶα πρὸς τὸ ζῆν ἀδεῶς ἀναπνέειν ἔχοι.

Ω τῆς μεγάλης Θεοῦ φρονίμου χειρὸς, τῆς ἐν πᾶσιν πάντα ποιούσης. μυρίος γὰρ ὄχλος πτηνῶν ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγένηται, καὶ οὗτος ποικίλος, πρὸς τὸν ἕτερον μετὰ πάντα ἐξηλλαγμένος. λέγω δὲ τά τε χρώματα, ῥάμφη, ὄνυχας, βλέμματα, γνώμας, φθέγματα, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. πόσαι δὲ καὶ φυτῶν διάφοροι ἰδέαι, χρώμασιν καὶ ποιότησιν καὶ ὀδμαῖς ἀπείροις διωρισμέναι; πόσα δὲ τῆς χέρσου ζῶα, καὶ [2] τῶν ἐν ὕδασιν; ὧν ἀδύνατον εἰπεῖν σχήματα, μορφὰς, θέσεις, χρῶμα, βίους, γνώμας, φύσεις, ὄχλον· ἔτι τε ὀρέων πλήθη καὶ ὕψη, λίθων διαφορὰς, μύχους φοβεροὺς, πηγὰς, ποταμοὺς, λίμνας, θαλάσσας, λιμένας, νήσους, ὕλας, οἰκουμένην τε πᾶσαν, καὶ ἀοικήτους τόπους.

Πόσα δὲ καὶ ἄλλα ἄγνωστα τυγχάνει, στοχασμὸν ἀνθρώπων ἐκπεφευγότα; τῶν δὲ ἐν καταλήψει ὄντων, τίς ἀνθρώπων ἕνα ὅρον οἶδεν; λέγω δὲ, πῶς οὐρανὸς εἱλεῖται, πῶς ἄστρα φέρεται, καὶ τίνας ἔχουσιν τὰς μορφὰς, καὶ τοῦ ζῆν τὴν σύστασιν, τίνες τε οἱ τούτων ἀερώδεις τρίβοι. πόθεν τε καὶ τὰ ἀνέμων πνεύματα προωθεῖται, καὶ διαφόρους ἔχει τὰς ἐνεργείας. πόθεν ἀνελλειπῶς βρύουσιν αἱ πηγαὶ, καὶ ἀέναοι ποταμοὶ γινόμενοι εἰς θάλασσαν καταντῶσιν, καὶ οὔτε ὅθεν ἔρχονται κενοῦται, οὔτε ὅπου ἀπέρχονται πληροῦσιν. μέχρι ποῦ τοῦ ἀπεράντου ταρτάρου τὸ ἄπειρον βάθος. ἐπὶ τίνι ἄρα ἐπεωρεῖται ὁ πάντα περιέχων οὐρανός. πῶς νέφη ἐξ ἀέρος βρύει, καὶ εἰς ἀέρα συμπίνεται. τίς φύσις βροντῶν καὶ ἀστραπῶν, χιόνων, χαλάζης, ὁμίχλης, κρυστάλλων, καταιγίδων, ὄμβρων, νεφῶν αἰωρουμένων. καὶ πῶς φυτὰ ζῶα πλάσσει· καὶ ταῦτα διαφοραῖς ἀναριθμήτοις πάσῃ ἀκριβείᾳ συνεχῶς [3] ἀποτελουμένη.

Ομως ἐάν τις τὸ πᾶν ἀκριβῶς λογισμῷ συνείδῃ, εὑρήσει δι᾽ ἄνθρωπον τὸν Θεὸν πεποιηκότα. οἱ γὰρ ὄμβροι καρπῶν ἕνεκα γίνονται, ἵνα ἄνθρωπος μεταλάβῃ, καὶ ζῶα τραφῇ, ὅπως ἀνθρώπῳ χρησιμεύῃ. καὶ ἥλιος φαίνει, ἵνα τὸν ἀέρα εἰς τέσσαρας τροπὰς τρέπῃ, καὶ ἵνα ἕκαστος καιρὸς τὰ ἴδια ἀνθρώπῳ παράσχῃ. καὶ πηγαὶ βρύουσιν, ἵνα πόμα ἀνθρώποις δοθῇ. ἀλλ᾽ ἔτι μὴν κατὰ τὸ δυνατὸν τίς ἐπὶ τῆς κτίσεως κυριεύει; οὐχὶ ἄνθρωπος; ὃς σοφίαν εἴληφεν, γῆν γεωργεῖν, θάλασσαν πλεῖν, νηκτὰ, πτηνὰ, θηρία ἀγρεύειν, ἄστρων δρόμον λογίζεσθαι, γῆν μεταλλεύειν, θάλασσαν

A pegit, mare concluſit, quæ in inferis ſunt recondidit, cunctaque replevit aere.

XXXIII. Hic ſolus, unam ac primam ſimplicemque ſubſtantiam, quadrupliciter & contrarie convertit: ac deinde commiſcens, mille inde produxit miſta; quo contrarias in naturas mutatæ ac permiſtæ res, vitæ voluptatem per oppoſitionem procurarent. Ipſe etiam ſolus populos Angelorum ac ſpirituum, nutu voluntatis condidit, eiſque implevit cælos: ſicut & quod videmus firmamentum condecoravit ſtellis; quibus ſemitas definivit, curſumque ordinavit: terram, propter frugum incrementum, compegit; mare autem concluſit, habi- B tationem in ſiccis locis ſecernendo: quæ apud inferos ſunt recondidit, animarum locum nuncupans; cuncta vero replevit aere, ut omnia animalia reſpirationem vitæ neceſſariam haberent liberam.

XXXIV. O magnam Dei ac prudentem manum, in omnibus omnia facientem! Infinita quippe volatilium multitudo per eum exſtitit, adeoque varia, reſpectu alterius omnino diverſa. Dico autem colores, roſtra, ungues, aſpectum, ſenſus, voces, ceteraque omnia. Quot autem etiam ſunt variæ plantarum ſpecies, coloribus, qualitatibus, odoribus innumeris diſtinctæ? Quot vero terræ & aquæ animalia? quorum impoſſibile eſt recenſere C figuras, formas, ſitus, colorem, vivendi rationes, ſenſus ac inſtinctus, naturas, multitudinem: ut nec montium frequentiam & altitudines, lapidum diverſitates, antra terribilia, fontes, fluvios, paludes, maria, portus, inſulas, ſilvas, univerſumque orbem habitabilem, una cum locis inhabitabilibus.

XXXV. Quanta vero & alia ignorantur, humanique animi aciem fugiunt? Eorum autem quæ cognoſcuntur, quis hominum vel unam novit definitionem? Quo modo, inquam, cælum volvitur; quo modo aſtra decurrunt, & quas habent formas, undeque vivunt, ac quænam eorum aeriæ ſemitæ. Item unde ventorum flatus obtruduntur, D variaſque habent vires. Cur indeſinenter fontes ſcatent: & fluvii perpetui ad mare deſcendunt; & nec unde veniunt vacuitas fit, nec quo abeunt plenitudo. Quouſque pervenit immenſi tartari infinitum profundum. Super quo ſuſpenditur cælum, quod omnia continet. Qua ratione nubes ex aere diffluunt, & in aerem imbibuntur. Quæ natura tonitruum & fulgurum, nivium, grandinis, nebulæ, glaciei & cryſtallorum, procellarum, imbrium, nubiumque ſuſpenſarum. Et quo pacto plantæ formentur & animalia: atque hæc, innumeris diverſitatibus, omnique diligentia continue operante.

XXXVI. Itaque qui univerſum accurate conſi- E deraverit, inveniet, hominis cauſſa factum fuiſſe a Deo. Nam imbres propter fruges fiunt, ut homo ſumat, & beſtiæ nutriantur quo homini inſerviant. Sol apparet ac lucet, ut aerem in quatuor anni tempeſtates vertat, utque unaquæque tempeſtas quæ habet homini largiatur. Fontes ſcaturiunt, ut potus præbeatur hominibus. Adhæc, quiſnam, quantum fieri poteſt, dominatur in creaturam? Nonne homo? qui induſtriam accepit colendi terram, navigandi mare, capiendi piſces, aves, feras; expendendi aſtrorum curſum, ſcrutandi terram, findendi mare, condendi urbes, deſignandi re-

1. Ἐν ἀνύδροις.] Lege ἐνύδροις; *aquatilibus habitationem conſtituens*. Abſurda eſt Cl. Cotelerii verſio. DAVIS. — Voluit *Cotelerius* in locis ſiccis, ſeu aqua non tectis, datam terreſtribus animalibus habitationem. CLER.

2. Τῶν ἐν ὕδασιν.] Scribe τὰ ἐν ὕδασι. DAVIS.

3. Ἀποτελουμένη.] Seu potius ἀποτελούμενα. COT.

σήθειν, πόλεις ἐγείρειν, [1] βασιλεῖς ὁρίζειν, νόμους τάσσειν, δικάζειν, Θεὸν ἀόρατον νοεῖν, ἀγγέλων ὀνόματα γνωρίζειν, δαίμονας ἀπελαύνειν, νόσους φαρμακίαις πειρᾶσθαι παύειν, κατὰ δ' ἰοβόλων ἑρπετῶν ἐπαοιδὰς εὑρίσκειν, ἀντιπαθείας ἐπινοεῖν.

Εἰ δὲ εὐγνωμονεῖς, ἄνθρωπε, νενοηκὼς τὸν ἐν πᾶσιν εὐεργετήσαντά σε Θεὸν, καὶ ἀθάνατος ἂν ἦς, τῶν διὰ σὲ κτισθέντων δι' εὐγνωμοσύνην τὸ διαμένειν ἐχόντων. καὶ νῦν δὲ γενέσθαι δύνασαι ἄφθαρτος, ἐὰν ἐπιγνῷς ὃν ἔλαθες, ἐὰν ἀγαπήσῃς ὃν κατέλειπες, ἐὰν αὐτῷ μόνῳ προσεύχῃ, τὸ σῶμά σου καὶ ψυχὴν κολάσαι καὶ σῶσαι δυναμένῳ· διὸ πρὸ πάντων ἐννοοῦ, ὅτι οὐδεὶς αὐτῷ συνάρχει, οὐδεὶς τῆς αὐτοῦ κοινωνεῖ ὀνομασίας, τοῦτο ὃ δὴ λέγεται Θεός. μόνος γὰρ αὐτὸς καὶ λέγεται καὶ ἔστιν· ἄλλον δὲ οὔτε νομίσαι, οὔτε εἰπεῖν ἔξεστιν· εἰ δέ τις τολμήσειεν, ἀϊδίως τὴν ψυχὴν κολασθῆναι ἔχει.

Τοῦ Πέτρου ταῦτα εἰπόντος, [2] ὁ Σίμων ἔξω τοῦ ὄχλου βοῇ μεγάλῃ ἔφη· τί ψευδόμενος ἀπατᾷν θέλεις τὸν παρεστῶτά σοι ἰδιώτην ὄχλον, πείθων αὐτὸν, θεοὺς μήτε νομίζειν, μήτε λέγειν ἐξὸν εἶναι, τῶν παρὰ Ἰουδαίοις δημοσίων βίβλων πολλοὺς θεοὺς εἶναι λεγουσῶν; καὶ νῦν δὲ μετὰ πάντων ἀπ' αὐτῶν σοι τῶν βίβλων περὶ τοῦ δεῖν θεοὺς νομίζειν, καὶ συζητῆσαι θέλω· πρότερον περὶ οὗ ἔφης Θεοῦ, δείξας μὴ αὐτὸν εἶναι τὴν ἀνωτάτω καὶ πάντα δυναμένην [3], καθ' ὃ ἀπρόγνωστός ἐστιν, ἀτελὴς, ἐνδεὴς, οὐκ ἀγαθὸς, καὶ πολλοῖς καὶ μυρίοις χαλεποῖς ὑποκείμενος πάθεσιν· ὅθεν τούτου δειχθέντος ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὡς ἐγὼ λέγω, ἕτερος ἀγράφως περιλείπεται εἶναι, προγνωστικὸς, τέλειος, ἀνενδεὴς, ἀγαθὸς, πάντων χαλεπῶν ἀπηλλαγμένος παθῶν. ὃν δὲ σὺ φῂς δημιουργὸν, τοῖς ἐναντίοις ἀντικείμενος τυγχάνει.

Αὐτίκα γοῦν ὁ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ γεγονὼς Ἀδὰμ, καὶ [4] τυφλὸς κτίζεται, καὶ γνῶσιν ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ οὐκ ἔχων παραδέδοται, καὶ παραβάτης εὑρίσκεται, καὶ τοῦ παραδείσου ἐκβάλλεται, καὶ θανάτῳ τιμωρεῖται. ὁμοίως τε καὶ ὁ πλάσας αὐτὸν, ἐπεὶ μὴ πανταχόθεν βλέπει, [5] ἐπὶ τῇ Σοδόμων καταστροφῇ λέγει· δεῦτε, καὶ καταβάντες ἴδωμεν, εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν, τὴν ἐρχομένην πρός με, συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ· καὶ ἀγνοοῦντα αὐτὸν δείκνυσιν. τὸ δὲ εἰπεῖν περὶ τοῦ Ἀδάμ· ἐκβάλωμεν αὐτὸν, μήπως ἐκτείνας τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἅψηται τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα· τὸ εἰπεῖν, μήπως, ἀγνοεῖ· τὸ δὲ ἐπαγαγεῖν, μή πως φαγὼν ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, [6] καὶ φθονεῖ. καὶ τὸ γεγράφθαι, ὅτι ἐνεθυμήθη ὁ Θεὸς, ὅτι ἐποίησεν τὸν ἄνθρωπον, καὶ μετανοεῖ καὶ ἀγνοεῖ. τὸ γὰρ ἐνεθυμήθη, σκέψις ἐστὶν, [7] ἥ τις δι'

A ges, ferendi leges, judicandi, Deum invisibilem cognoscendi, sciendi nomina Angelorum, expellendi dæmones, tentandi remediis morbos sedare, inveniendi incantationes adversum venenatos serpentes, animadvertendi rerum mutuo se abigentium repugnantiam.

XXXVII. Quod si gratum te præstas, homo, & intelligis tibi in omnibus beneficum Deum; etiam immortalis evades; resque tua caussa conditæ, ob gratitudinem perseverare habebunt. Et vero nunc incorruptus fieri potes, si quem ignorasti agnoscas, si quem reliquisti diligas, si ei uni supplices, qui [a] corpus tuum & animam supplicio afficere, B & servare potest. Quare ante omnia cogita, neminem cum illo imperare; neminem cum eo communem habere appellationem, id nempe quod vocatur Deus. Solus enim ipse & dicitur & est: alium vero neque arbitrari, neque dicere licet: & eum qui id ausus fuerit, perpetua manet animæ pœna.


XXXVIII. Quæ cum Petrus dixisset, Simon extra turbam voce magna infit: Quid adstantem tibi imperitam multitudinem vis mentiendo decipere, dum persuades ei, deos nec arbitrari licitum esse, nec dicere, cum publici Judæorum libri multos esse deos asseverent? Et vero nunc coram omnibus, ex iis libris tecum disputare volo de eo, C quod deos exsistere sit existimandum, & prius de eo Deo quem protulisti; ostendendo eum non esse supremam ac omnipotentem providentiam, quia improvidus futurorum est, imperfectus, indigens, non bonus, multis ac innumeris gravibusque subjectus affectibus. Unde hac re demonstrata ex Scripturis, quemadmodum ego assero, restat, ut sit alius in Scriptura non commemoratus, præscius futurorum, perfectus, non indigens, bonus, ab omnibus malis affectibus liber. Ille autem, quem loqueris, mundi opifex, contrariis oppositus est.

XXXIX. Statim ergo, qui ad ejus similitudinem factus est, Adamus, etiam cæcus creatur, & co- D gnitionem boni vel mali non habuisse traditur, & transgressor invenitur, & ejicitur e paradiso, morteque multatur. Simili quoque modo, qui finxit illum, quandoquidem undique non videt, in Sodomorum exitio ait: [b] *Venite, & descendentes videamus, an secundum clamorem ipsorum qui ad me venit, perficiant; sin minus, ut sciam*; en, ignarum se ostendit. Et cum dicit de Adamo: [c] *Ejiciamus eum, ne forte extensa manu sua attingat lignum vitæ, & comedat, & vivat in æternum*; dicendo, *Ne forte*, ignorat; addendo autem, *Ne forte comedens vivat in æternum*, invidet quoque. Cumque scriptum est: [d] *Secum reputavit Deus, quod fecisset hominem*; & pœnitentia ducitur, & ignorat: nam illud, *Secum reputavit*, considera- E tio est, qua aliquis, ob eorum quæ cupit ignora-

a Matt. x. 28. *b* Gen. XVIII. 21. *c* Gen. III. 22. *d* Gen. VI. 6.

1. Βασιλεῖς.] Lege *βασιλείας*, *regna terminandi*. DAVIS.
2. Ὁ Σίμων.] In Cedreno p. 170. 171. Sed & notabiliter Moses Bar-Cepha Commentariorum de Paradiso parte 3. cap. 1. *Objicit Simon Magus, inquiens: Deus ille qui Adamum condidit, impotens erat atque imbecillis: neque enim efficere potuit, ut maneret Adamus, qualem esse volebat*, &c. per totum caput, quod concludit his verbis: *Porro de Simone Mago illud scire pretium est, esse qui dicant, ipsum in speciem quidem assensisse Mosis legi, sed plures interim deos posuisse, quorum unus sit imbecillus atque impotens, is qui Adamum finxit fecitque; alter vero hoc superior, major, potentior. Alius autem putare Simonis Magi sententiam fuisse, mundum a mala caussa ortum esse; atque ideo illum hujusmodi absurda turpiaque dictu collegisse, quibus apud eos qui in vera fide durarent, mundi auctorem Deum suggillaret: propterea corporum quoque resurrectionem perfide illum negasse.* Tom. 1. Bibliothecæ Patrum. COT.
3. Δυναμένην.] Deest *πρόνοιαν*. Epit. ID.
4. Τυφλὸς κτίζεται.] Meminit Philastrius Hæreticorum quorumdam, qui Adamum & Evam dicebant cæcos fuisse antequam gustassent de arbore; posteaque aperuisse oculos, & vidisse nuditatem suam. ID.
5. Ἐπὶ τῇ Σοδόμων καταστροφῇ.] Vide locum Glycæ in Nota 1. infra pag. 655. ID.
6. Καὶ φθονεῖ.] Moses Bar-Cepha capite superius citato. ID.
7. Ἥ τις.] Reponendum ἥ τις δι' ἄγνοιαν, *qua quis ob ignorationem eorum quæ facere gestit, finem vult explorare*. Similiter peccatur in Epitome cap. 37. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



ἄγνοιαν ὧν βούλεται, τὸ τέλος ἀκριβῶσαι θέλει· ἢ ἐπὶ τῷ μὴ κατὰ γνώμην ἀποβάντι [1] μεταμελημένῳ. καὶ τὸ γεγράφθαι, καὶ ὠσφράνθη κύριος ὀσμὴν εὐωδίας, ἐνδεοῦς ἐστι· καὶ τὸ ἐπὶ κνίσῃ σαρκῶν ἡσθῆναι, οὐκ ἀγαθοῦ. [2] τὸ δὲ πειράζειν, ὡς γέγραπται, καὶ ἐπείρασεν κύριος τὸν Ἀβραὰμ, κακοῦ, καὶ τὸ τέλος τῆς ὑπομονῆς ἀγνοοῦντος.

A tionem, finem diligenter explorare vult; aut convenit eam ob rem pœnitenti, quæ non secundum sententiam contigit. Quod etiam scriptum est: [a] *Et odoratus est Dominus odorem suavitatis*; indigentis est; & nidore carnium delectatum fuisse, non boni. Tentare autem, sicut scriptum est: [b] *Et tentavit Dominus Abrahamum*; mali est, ac ejus, qui ignoret exitum patientiæ.

Ὅμως ὁ Σίμων [3] πολλὰ ἀπὸ τῶν γραφῶν, ἐδόκει δεικνύειν τὸν Θεὸν παντὶ πάθει ὑποκείμενον. καὶ ὁ Πέτρος ταῦτα ἔφη· εἰ μηδὲν ἀγαπᾷ ὁ κακὸς καὶ πάνυ μοχθηρὸς, ἐφ' οἷς ἁμαρτάνει ἑαυτὸν ἐλέγχειν; ἀπόκριναί μοι. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· οὐκ ἀγαπᾷ. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· πῶς οὖν κακὸς καὶ μοχθηρὸς εἶναι δύναται ὁ Θεὸς, εἴπερ αὐτοῦ [4] λείμματι τὰ κατ' αὐτοῦ κακὰ δημοσίᾳ γραφέντα προσετέθη; καὶ ὁ Σίμων· ἐνδέχεται κατὰ προαίρεσιν αὐτοῦ ὑφ' ἑτέρας δυνάμεως τὸν κατ' αὐτοῦ γραφῆναι ἔλεγχον. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· πρῶτον οὖν τοῦτο ζητήσωμεν. εἰ μὲν ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ βουλῆς ἑαυτὸν ἤλεγξεν, ὡς φθάσας συνωμολόγησας, μοχθηρὸς οὐκ ἔστιν· εἰ δὲ ὑφ' ἑτέρας δυνάμεως, ζητητέον καὶ παντὶ σθένει ἐξεταστέον, μή τις αὐτὸν μόνον ἀγαθὸν ὄντα, ἐπὶ πᾶσι τοῖς κακοῖς ὑπέβαλεν.

XL. Sicque Simon multis ex Scriptura locis assumtis, videbatur probare Deum omni perpessioni esse obnoxium. Et Petrus ad hæc dixit: An qui malus ac plane improbus est, nullatenus velit se ipse arguere in iis quæ peccat? responde mihi. B Respondit Simon: Minime velit. Excepit Petrus: Quo modo igitur malus ac improbus esse potest Deus, cum ipsius voluntate opprobria in illum conscripta, publice apposita sint? Ac Simon: Fieri potest ut illius reprehensio citra ipsius sententiam ab alia Virtute sit scripta. Dixit Petrus: Primum ergo hoc quæramus. Si suo quidem consilio se reprehendit, ut tu prius ultro confessus es, improbus non est: sin vero alia Virtute; inquirendum est ac omnibus viribus examinandum, num quis eum qui solus bonus exsistat, omnibus malis subjecerit.

Καὶ ὁ Σίμων· πρόδηλος εἶ φεύγων, ἀπὸ τῶν γραφῶν τὸν κατὰ τοῦ Θεοῦ σου ἀκοῦσαι ἔλεγχον. καὶ ὁ Πέτρος· αὐτός μοι φαίνῃ τοῦτο ποιῶν. ὁ γὰρ τάξιν ζητήσεως φεύγων, ἐξέτασιν ἀληθῆ γενέσθαι οὐ βούλεται. ὅθεν ἐγὼ τῇ τάξει χρώμενος, καὶ βουλόμενος πρῶτον τὸν συγγραφέα νοηθῆναι, πρόδηλός εἰμι τὴν εὐθεῖαν ὁδεύειν θέλων. καὶ ὁ Σίμων· ὁμολόγησον πρῶτον, εἴγε τὰ κατὰ τοῦ δημιουργοῦ γεγραμμένα ἀληθῆ ἐστι, καὶ οὐκ ἔστιν τῶν ὅλων ἀνώτερος, κατὰ τὰς γραφὰς, πάσῃ ὑποκείμενος μοχθηρίᾳ, καὶ ὕστερον ζητήσομεν τὸν συγγράψαντα. καὶ ὁ Πέτρος· ἵνα μὴ δόξω ἀντιλέγειν σου τῇ ἀταξίᾳ [5] μὴ θέλειν, ζητεῖν, ἀποκρίνομαι· ἐγώ φημι ὅτι εἰ τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ γεγραμμένα ἀληθῆ εἴη, οὔπω τὸν Θεὸν δείκνυσιν μοχθηρόν. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πῶς τοῦτο συστῆσαι δύνασαι;

C XLI. Et Simon: Manifestum est te reprehensionem Dei tui ex Scripturis nolle audire. Ac Petrus: Ipse id facere mihi videris. Qui enim ordinem quæstionis vitat, examen verum fieri non vult. Unde ego qui ordine utor, & volo primum considerari scriptorem, manifeste cupio recta via incedere. Tum Simon: Primo fatere, an vera sint quæ scripta sunt in mundi opificem; nec sit omnium supremus, cum juxta Scripturas omni nequitiæ subjaceat; & postea scriptorem quæremus. Petrus autem: Ne videar, dum inquiro, nolle confusioni tuæ contradicere, respondeo: Ego ajo, quod etsi quæ adversus Deum scripta sunt, essent vera; non tamen etiam sic Deum ostenderent esse improbum. Et Simon dixit: Quo modo potes hoc adstruere?

Καὶ ὁ Πέτρος· ὅτι ταῖς αὐτὸν κακῶς λεγούσαις φωναῖς τὰ ἐναντία γέγραπται· τοῦ εἵνεκεν οὐδ' ὁπότερον βεβαιωθῆναι δύναται. καὶ ὁ Σίμων· πῶς οὖν τῶν γραφῶν, τῶν μὲν αὐτὸν κακὸν λεγουσῶν, τῶν δὲ ἀγαθὸν, τὸ ἀληθές ἐστιν ἐπιγνῶναι; καὶ ὁ Πέτρος· ὅσαι τῶν γραφῶν φωναὶ συμφωνοῦσιν τῇ ὑπ' αὐτοῦ γενομένῃ κτίσει, ἀληθεῖς εἰσιν· ὅσαι δὲ ἐναντίαι, ψευδεῖς τυγχάνουσιν. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πῶς δύνασαι ἐναντιουμένας ἑαυταῖς δεῖξαι τὰς γραφάς; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τὸν Ἀδὰμ τυφλὸν λέγεις γεγενῆσθαι, ὅπερ οὐκ ἦν. οὐ γὰρ ἂν τυφλῷ ἐντελλόμενος ἐδείκνυε λέγων, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, μὴ γεύσεσθε. καὶ ὁ Σίμων· τυφλὸν ἔλεγε τὸν νοῦν αὐτοῦ. καὶ ὁ Πέτρος· πῶς καὶ τὸν νοῦν τυφλὸς εἶναι ἐδύνατο, ὁ πρὸ τοῦ γεύσασθαι τοῦ φυτοῦ συμφώνως τῷ κτίσαντι αὐτὸν οἰκεῖα πᾶσιν τοῖς ζώοις [6] ἐπιθεὶς ὀνόματα; καὶ ὁ Σίμων· εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἀδὰμ, διὰ τί οὐ προέγνω τὸν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ [7] ἀπατᾶν ὄφιν; καὶ ὁ

D XLII. At Petrus: Quoniam contraria scripta sunt iis vocibus quæ Deo obloquuntur: quapropter neutrum potest certum ac firmum reddi. Tum Simon: Qua ergo ratione verum cognoscere liceat, cum ex Scripturis aliæ Deum malum dicant, aliæ bonum? Et Petrus: Quæcumque Scripturarum verba cum creatione ab ipso facta concordant, vera sunt; quæcumque vero cum ea pugnant, falsa. Excepit Simon: Quei ostendere potes sibi contrarias esse Scripturas? Respondit Petrus: Adamum dicis cæcum formatum fuisse; quod tamen ille non erat. Non enim cæco præcipiens ostendisset, ac dixisset: [c] *De ligno autem scientiæ boni & mali ne gustetis*. Et Simon: Cæcam dixit mentem ipsius. Ac Petrus: E Qua ratione mente cæcus esse poterat, qui antequam gustasset fructum, convenienter creatori ipsius, propria omnibus animalibus imposuit nomina? Simon vero: Si Adamus prænotionem habuit, quare non prænovit serpentem uxorem suam deceptu-

a Gen. VIII. 21. *b* Gen. XXII. 1. *c* Gen. II. 17.

1. Μεταμελημένῳ.] Lege *μεταμελομένου*, nam vox *σκέψις* est *ἀπὸ κοινοῦ* repetenda. DAVIS.
2. Τὸ δὲ πειράζειν, &c.] Glycas. COT.
3. Πολλὰ ἀπὸ τῶν γραφῶν.] Addatur *λαμβάνει*. Vide Epitomen c. 38. DAVIS.
4. Λείμματι.] Epit. *θελήματι*. Et mox *μὴ κατὰ προαίρ.* COT. ---- Lege *λήμματι* ---- *προσετέθη*. Hesychius: *λήμματα, δόγματα, βουλεύματα*. Vide Epit. c. 38. DAVIS.
5. Μὴ θέλειν.] Lege ex Epitomes Mss. *μὴ θέλων*, ac verte: *Ne videar ideo quærere, quod nolim confusioni tuæ contradicere, respondeo*. COT.
6. Ἐπιθεὶς ὀνόματα.] Clementinianis sua interserit Cedrenus: in quo (id obiter monebo) p. 171. l. 51. perperam scriptum habetur, *ὃ καὶ τὴν γνῶσιν ἀδιάφορον παρέχειν*, cum recte apud eumdem p. 5. l. 40. *ὃ καὶ τὴν γύμνωσιν ἀδιάφορον παρέχειν*. ID.
7. Ἀπατᾶν ὄφιν.] Lege ex Epitomes cap. XL. *ἀπατήσοντα ὄφιν*. DAVIS.

Πέτρος· [1] εἰ πρόγνωσιν μὴ εἶχεν ὁ Ἀδὰμ, πῶς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐσομένας πράξεις, ἅμα τῷ γεννηθῆναι, τὰ ὀνόματα [2]; τὸν μὲν πρῶτον καλέσας [3] Καΐν, ὃ ἑρμηνεύεται ζῆλος, ὃς καὶ ζηλώσας ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν Ἀβελ, ὃ ἑρμηνεύεται πένθος· ἐπ' αὐτῷ γὰρ πρώτῳ φονευθέντι [4] ἐπένθησαν οἱ γονεῖς.

A rum? Rursum Petrus: Si prænotionem non habuit Adamus, quo modo filiis suis, simul ac nati sunt, nomina imposuit secundum futuras actiones? & primum vocavit, *Cain*, quod exponitur *æmulatio*; qui etiam æmulatione ductus interfecit fratrem suum *Abel*, quod nomen vertitur *luctus*; super eo siquidem primo hominum occiso, parentes luxerunt.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 230.

Εἰ δὲ Ἀδὰμ ἔργον Θεοῦ ὑπάρχων πρόγνωσιν εἶχεν, πολὺ μᾶλλον ὁ δημιουργήσας αὐτὸν Θεός. καὶ ψευδός ἐστιν τὸ γεγράφθαι· ἐνεθυμήθη ὁ Θεὸς, ὡς λογισμῷ [5] χρησαμένου διὰ τὴν ἄγνοιαν. καὶ εἰ [6] ἐπείραζεν κύριος τὸν Ἀβραὰμ, ἵνα γνῷ εἰ ὑπομένει. καὶ τὸ γεγραμμένον· καταβάντες ἴδωμεν εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν, τὴν ἐρχομένην πρὸς μὲ, συντελοῦνται· εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. καὶ ἵνα μὴ εἰς πολὺ μηκύνω τὸν λόγον, ὅσαι ποτὲ φωναὶ ἀγνοίας αὐτοῦ καταλέγουσιν, ἢ ἄλλό τι χαλεπὸν, ὑφ' ἑτέρων φωνῶν τὰ ἐναντία λεγουσῶν ἀνασκευαζόμεναι, ψευδεῖς εἶναι ἐλέγχονται. ὅτι δὲ ὄντως προγινώσκει, λέγει τῷ Ἀβραάμ· γινώσκων γνώσῃ, ὅτι πάροικον ἔσται τὸ σπέρμά σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν, καὶ ταπεινώσουσιν αὐτοὺς τετρακόσια ἔτη· τὸ δὲ ἔθνος ᾧ ἂν δουλεύσωσιν κρινῶ ἐγώ. μετὰ δὲ ταῦτα ἐξελεύσονται ὧδε μετὰ ἀποσκευῆς πολλῆς· σὺ δὲ ἀπελεύσῃ πρὸς τοὺς πατέρας σου μετ' εἰρήνης, τραφεὶς ἐν γήρει καλῷ· τετάρτη δὲ γενεᾷ ἀποστραφήσονται ὧδε· οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμορραίων ἕως τοῦ νῦν.

XLIII. Quod si Adamus, qui Dei opus erat, prænotionem habuit; multo magis qui condidit eum Deus. Et falsum est quod fuit scriptum: [a] *Secum reputavit Deus*, quasi usus fuerit ratiocinatione propter ignorantiam: &, [b] *Tentavit Dominus Abrahamum*, ut cognosceret an is sustineret: & B illud: [c] *Descendentes videamus, an secundum clamorem ipsorum, qui venit ad me, perficiant; sin minus, ut sciam*. Ac ne sermonem longius protraham, quotquot voces ei objiciunt ignorantiam, vel aliquod aliud malum; per alias voces contraria affirmantes evertuntur, ac falsæ probantur. Quod autem revera præsciat, ideo dicit Abrahamo: [d] *Sciendo scies, quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua; & in servitutem redigent illud, & affligent, & depriment eos quadringentis annis: gentem autem cui servient, ego judicabo. Post hæc vero exibunt huc cum multo apparatu: tu autem abibis ad patres tuos cum pace, nutritus in senectute bona: quarta vero generatione reverten-* C *tur huc: necdum enim completa sunt peccata Amorrhæorum usque ad præsens tempus*.

Τί δὲ, οὐχὶ καὶ Μωϋσῆς τὰ ἁμαρτήματα τοῦ λαοῦ προσημαίνει, καὶ τὴν διασπορὰν τὴν εἰς τὰ ἔθνη προδηλοῖ; εἰ δὲ Μωϋσεῖ αὐτὸς δέδωκεν προγινώσκειν, πῶς αὐτὸς οὐκ εἶχεν; ἔχει δέ. εἰ δὲ ἔχει, ὥσπερ καὶ ἐδείξαμεν, περισσόν ἐστιν τὸ γεγραμμένον· ἐνεθυμήθη· καὶ μετεμελήθη· καὶ τὸ, καταβὰς ὄψομαι· καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἅ τινα πρὸ τοῦ γενέσθαι, ὡς ἀποβαίνειν ἤμελλεν προγνωσθέντα, οἰκονομίᾳ σοφῇ ἀμεταμέλητα λαμβάνει τὴν ἔκβασιν.

XLIV. Quid vero, nonne & Moyses delicta populi prænuntiat, & dispersionem in Gentes prædicit? Si autem Deus Moysi præscire concessit, quo modo præscientiam ipse non habeat? Habet profecto. Quod si habet, ut & ostendimus; modum excedit quod scriptum est, *Secum reputavit*, & *pœnitentia ductus est*, & illud, *descendens videbo*, aliaque ejusmodi; quæ prius quam accidissent, præcognita quemadmodum eventura erant, prudenti administratione non pœnitendum sortita sunt exitum.

Τὸ δὲ θυσιῶν αὐτὸν μὴ ὀρεχθῆναι, φαίνεται ἐκ τοῦ τοὺς ἐπιθυμήσαντας κρεῶν, ἅμα τῷ γεύσασθαι ἀναιρεθῆναι, καὶ χωσθέντας ἐπὶ τῷ τάφῳ βουνὸν ἐπιθυμιῶν προσαγορευθῆναι. ὁ δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ θύσει ζώων χαλεπαίνων, θύεσθαι αὐτὰ μὴ θέλων, θυσίας ὡς ἐπιθυμῶν οὐ προσέταξεν, καὶ ἀπ' ἀρχῆς οὐκ ἀπῄτει. ἄνευ γὰρ θύσεως ζώων, οὔτε θυσίαι τελοῦνται, οὔθ' αἱ ἀπαρχαὶ δοθῆναι δύνανται. πῶς δὲ σκότῳ καὶ γνόφῳ καὶ θυέλλῃ συνεῖναι [7] ἐδύνατο;

D XLV. Sacrificia autem ab eo non expeti, apparet ex eo, quod qui carnes desideraverant, simul ac gustarunt interfecti sunt; iisque in sepulcro aggestis, locus appellatus est [e] *tumulus concupiscentiæ*. Qui ergo ab initio immolationem animalium ægre tulit, quæ mactari nolebat; sacrificia, quasi appeteret, non præcepit, nec principio exegit. Nam sine animalium jugulatione, nec sacrificia celebrantur, nec primitiæ offerri possunt. Quo modo au-

[a] Gen. vi. 6. [b] Gen. xxii. 1. [c] Gen. xviii. 21. [d] Gen. xv. 13-16. [e] Num. xi. 34.

1. Εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἀδάμ.] Hinc vel ex Epitome, Michael Glycas Annalium parte 3. p. 235. ὁ μέντοι Σίμων καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις τῷ κορυφαίῳ διαλεγόμενος ἔλεγεν· εἰ πρόγνωσιν εἶχεν ὁ Ἀδὰμ, διατί οὐ προέγνω τὴν τοῦ ὄφεως ἀπάτην; καὶ ὁ Πέτρος· εἰ πρόγνωσιν οὐκ εἶχε, πῶς τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ πρὸς τὰς ἐσομένας πράξεις, ἅμα τῷ γεννηθῆναι ἐπέθηκεν ὀνόματα; τὸν μὲν γὰρ, Καΐν ὠνόμασεν, ὅ ἐστι ζῆλος. ζηλώσας γὰρ ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ· τὸν δὲ, Ἀβελ ἐκάλεσεν, ὅ ἐστι πένθος. ἐπ' αὐτῷ γὰρ φονευθέντι ἐπένθησαν οἱ γονεῖς αὐτοῦ. εἰ δὲ τὸ πλάσμα προεγίνωσκε, πολλῷ μᾶλλον ὁ πλάστης αὐτός· εἰ καὶ ὁ παράφρων ἐκεῖνος, ἀπὸ τοῦ εἰπεῖν τὴν γραφὴν, ὅτι ἐπείραζεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραὰμ, καὶ ὅτι καταβὰς ἐπὶ Σόδομα ὄψομαι, ἔλεγεν ἄγνοιαν ἔχειν τὸν Θεόν. Cot.
2. Τὰ ὀνόματα.] Deest ἐπιτέθεικε. Leg. Epit. Id.
3. Καΐν, ζῆλος. Ἀβελ, πένθος.] Et cap. 25. 26. parique modo apud Euseb. præpar. Evang. lib. II. cap. 6. aliosque. Additur a Hieronymo, Caini nomen significare lamentationem; Abelis vero, vaporem, (perperam in Beda ediderunt pavorem) vanitatem, miserabilem. Ambrosius lib. 1. de Abele & Caino cap. 1. *Abel, qui omnia refert ad Deum,* E ex Philone Judæo tractatu Quod deterius potiori insidiari soleat; Ἀβελ ἀναφέρων ἐπὶ Θεὸν πάντα, & de sacrificiis Abelis & Caini; ὁ Ἀβελ· ἀναφέρεται γὰρ ἐπὶ Θεόν. Legi quoque ista in Interpretationibus nominum Hebraicorum, Cod. Reg. 772. 938. 1004. Ἀβελ, ἀπὸ [illegible]. Καΐν, κτῆμα, ἢ ζηλοτυπία. Ἀβελ, ἀτμὶς, ἢ [illegible], ἢ ἀναφέρων, ἢ χοίνισμα. Ἀβελ, ἀπὸ Θεοῦ, ἢ ἀναφέρων ἐπὶ Θεὸν, ἢ ἀτμὶς, ἢ [illegible]. Καΐν, ζηλοτυπία. Id.
4. Ἐπένθησαν.] Per totos quidem annos centum, si nugivendulis fides. Vide Cl. J. A. *Fabricii* Cod. Pseud. V. T. p. 109. & seqq. Davis.
5. Χρησαμένου.] A Syntaxi postulatur χρησάμενος. Id.
6. Καὶ εἰ ἐπείρ.] Intermedium εἰ vacare videtur. Cot.
7. Ἐδύνατο.] Lege δυνατόν, & locum sic interpunge. πῶς δὲ σκότῳ καὶ γνόφῳ καὶ θυέλλῃ συνεῖναι δυνατόν, ([illegible] γὰρ τοῦτο γέγραπται,) [illegible] *modo vero fieri* [illegible] *vertitur, (* [illegible] *enim scriptum est) qui cælum* [illegible] &c. Davis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

καὶ γὰρ τοῦτο γέγραπται, τῷ καθαρὸν συστήσαντι οὐρανὸν, καὶ φῶς φαίνειν δημιουργήσαντι τὸν ἥλιον πᾶσιν, τοῖς ἀναριθμήτοις ἄστροις ἀμεταμέλητον ὁρίσαντι τῶν δρόμων τὴν τάξιν. οὕτως, ὁ Σίμων, τὸ τοῦ Θεοῦ χειρόγραφον, λέγω δὲ τὸν οὐρανὸν, καθαρὰν καὶ βεβαίαν τὴν τοῦ πεποιηκότος δείκνυσιν γνώμην.

A tem poterat in tenebris & caligine & procella verſari? Hoc etenim ſcriptum eſt [a]: Qui purum ſerenumque conſtituit cælum, & ſolem, ut omnibus lucem exhiberet, creavit, atque ſtellis innumerabilibus curſuum irrevocabilem ordinem definivit. Ita, Simon, Dei chirographum, cælum, inquam, puram & ſtabilem Opificis oſtendit ſententiam.

Οὕτως αἱ τοῦ τὸν οὐρανὸν κτίσαντος Θεοῦ διάβολοι φωναὶ, καὶ ὑπὸ τῶν σὺν αὐταῖς ἐναντίων φωνῶν ἀκυροῦνται, καὶ ὑπὸ τῆς κτίσεως ἐλέγχονται. οὐ γὰρ ὑπὸ χειρὸς προφητικῆς ἐγράφησαν. δι' ὃ καὶ τοῦ τὰ πάντα κτίσαντος Θεοῦ χειρὶ ἐναντίαι φαίνονται. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πῶς τοῦτο ἀποδεῖξαι δύνῃ;

XLVI. Sic voces erga conditorem cæli Deum calumnioſæ, per voces contrarias ſimiliter dictas infirmantur, & a creatione arguuntur. Neque enim ex manu prophetica ſcriptæ ſunt. Quare omnium Creatoris manui contrariæ deprehenduntur. Et Simon dixit: Quo pacto id poteris oſtendere?

Καὶ ὁ Πέτρος· [1] ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος διὰ Μωϋσέως ἑβδομήκοντα σοφοῖς ἀνδράσιν ἀγράφως ἐδόθη παραδεδόσθαι, ἵνα τῇ διαδοχῇ πολιτεύεσθαι δύνηται. μετὰ δὲ τὴν Μωϋσέως ἀνάληψιν, ἐγράφη ὑπό τινος, οὐ μὴν ὑπὸ Μωϋσέως. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ νόμῳ γέγραπται· καὶ ἀπέθανεν Μωϋσῆς, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐγγὺς οἴκου Φογόρ. καὶ οὐδεὶς οἶδεν τὴν ταφὴν αὐτοῦ ἕως τῆς σήμερον. οἷόν τε ἦν ἀποθανόντα Μωϋσῆν γράφειν, ἀπέθανεν Μωϋσῆς; ἐπεὶ ἐν τῷ μετὰ Μωσέα χρόνῳ, ὥς γε ἔτη που πεντακόσια ἢ καὶ πρὸς, ἐν τῷ κτισθέντι ναῷ κείμενος εὑρίσκεται, καὶ μεθ' ἕτερά που πεντακόσια ἔτη φέρεται, καὶ ἐπὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ οὕτως ἐμπρησθεὶς ἀπόλλυται. καὶ ὅμως μετὰ Μωϋσῆν γραφεὶς, καὶ πολλάκις ἀπολωλὼς, τὴν τοῦ Μωϋσέως πρόγνωσιν καὶ οὗτος ὡμολόγησεν· ὅτι τὸν ἀφανισμὸν αὐτοῦ προειδὼς, οὐκ ἔγραψεν· οἱ δὲ γράψαντες τῷ τὸν ἀφανισμὸν μὴ προεγνωκέναι, ἐπ' ἀγνωσίας ἐλεγχθέντες, προφῆται οὐκ ἦσαν.

B XLVII. Reſpondit Petrus: Dei Lex per Moyſem [b] ſeptuaginta viris ſapientibus abſque ſcripto data eſt, ut ceteris traderetur, utque per ſucceſſionem obſervari poſſet. Poſt Moyſis vero aſſumtionem, ſcripta eſt ab aliquo; non autem a Moſe. In ipſa enim Lege ſcriptum eſt: [c] *Et mortuus eſt Moyſes; & ſepelierunt eum prope domum Phogor: & nemo cognovit ſepulcrum ejus uſque in præſentem diem*. Potuit ne mortuus Moyſes ſcribere, *Mortuus eſt Moyſes*? Quandoquidem tempore poſt Moſem, quaſi quingentis annis, aut circiter, in exſtructo templo poſita Lex reperitur; & poſt alios ſimiliter quingentos annos, remanſit; ſicque C ſub Nabuchodonoſore periit incendio. Et tamen poſt Moyſem ſcripta, & ſæpe deperdita, etiam Moyſis præſcientiam profeſſa eſt; quia ille ejus abolitionem prævidens, non compoſuit eam; qui autem compoſuerunt, quod abolitionem non prævidérent, in ignorantia ſunt deprehenſi, ideoque prophetæ non erant.

Καὶ ὁ Σίμων· ἐπειδὴ τὰ περὶ Θεοῦ, ὡς ἔφης, ἐκ τῆς πρὸς τὴν κτίσιν παραβολῆς ἐστιν νοῆσαι, πῶς τὰ λοιπὰ ἐν τῷ νόμῳ, ἐκ παραδόσεως Μωϋσέως ὄντα, καὶ ἀληθῆ τυγχάνοντα, καὶ τοῖς ψευδέσιν μεμιγμένα, ἐπιγνῶναί ἐστιν δυνατόν; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· περικοπή τις ἐν τῷ γραφέντι νόμῳ μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν ἀπταίστως ἐπεμνημονεύθη, ὥστ' ἂν σαφῶς δεῖξαι τῶν γεγραμμένων ποῖά ἐστιν ἀληθῆ, ποῖα δὲ ψευδῆ. καὶ ὁ Σίμων· τίς ἐστιν αὕτη; μήνυσον ἡμῖν.

XLVIII. Tum Simon: Quandoquidem quæ ad Deum pertinent, ut dixiſti, intelligenda ſunt ex comparatione ad creationem; quo modo reliqua Legis, quæ ex Moyſis traditione, & vera ſunt, ſed falſis permiſta, dignoſci poſſunt? Ad hæc Petrus: Quoddam, inquit, capitulum in ſcripta Le- D ge ſecundum Dei providentiam ſalubriter commemoratum eſt; ut clare appareret, quænam e ſcriptis vera ſint, quænam falſa. Et Simon: Quodnam illud ſit, nobis indica.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· αὐτίκα ἐρῶ. γέγραπται ἐν τῷ πρώτῳ τοῦ νόμου βιβλίῳ πρὸς τοῖς τελευταίοις· οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, οὐδὲ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ οὗ ἐστιν· καὶ αὐτὸς προσδοκία ἐθνῶν. ἐάν τις οὖν τὸν, μετὰ ἐξ Ἰούδα ἐκλεῖψαι ἄρχοντα καὶ ἡγούμενον, ἐληλυθότα, καὶ ὑπὸ ἐθνῶν προσδοκᾶσθαι μέλλοντα, [2] νοῆσαι δυνηθῇ· [3] οὗτος τὴν περικοπὴν ἐκ τῶν ἀποτελεσθέντων ἀληθῆ τὸν ἐληλυθότα ἐπιγνῶναι· οὗ τῇ διδασκαλίᾳ πειθόμενος, γνώσεται τίνα ἐστὶν τῶν γραφῶν τὰ ἀληθῆ, τίνα δὲ τὰ ψευδῆ. καὶ ὁ Σίμων· συνίημι ὅτι Ἰησοῦν ὑμῶν λέγεις, ὡς αὐτὸν ὑπὸ τῆς γραφῆς προφητευθέντα· δεδόσθω τοιγαροῦν οὕτως ἔχειν. λέγε τοίνυν πῶς ὑμᾶς διακρίνειν τὰς γραφὰς ἐδίδαξεν;

XLIX. Reſpondit Petrus: Jam dico. Scriptum eſt in primo Legis volumine, circa finem: [d] *Non deficiet princeps de Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cujus eſt: & ipſe exſpectatio Gentium*. Si quis ergo eum, qui venit poſt defectum principis ac ducis de Juda, quique a Gentibus exſpectandus erat, poteſt cognoſcere: ille per capitulum, & per ea quæ evenerunt, agnoſcet verum eſſe illum qui venit: cujus doctrinæ acquie- E ſcens, ſciet quænam in Scripturis vera ſint, & quænam falſa. Ac Simon: Intelligo, quod Jeſum veſtrum dicis quaſi a ſcriptura prophetatum. Id ergo ita habere concedatur. Dic itaque, quo modo vos docuerit diſcernere Scripturas.

a Pſal. xvii. 12. *b* Num. xi. 25. *c* Deut. xxxiv. 5. *d* Gen. xlix. 10.

1. Ὁ τοῦ Θεοῦ νόμος.] Apud Epiphanium, Ptolemæus Hæreticus Pentateuchi quædam tribuit Deo, alia Moſi, alia denique Senioribus populi. In eodem Nazaræi aſſerunt, Moyſem aliam accepiſſe ac ſcripſiſſe Legem ab ea, quæ vulgo circumfertur. De loco autem Deut. xxxiv. 5. conſulendi ſunt Interpretes. Cot.

2. Νοῆσαι δυνηθῇ· οὗτος τὴν περικοπήν.] Locum mancum eſſe non puto, ſed nonnihil corruptus eſt, atque hac ratione ſanandus videtur: νοῆσαι· δυνηθῇ οὗτος τῇ περικοπῇ ἐκ τῶν ἀποτελεσθέντων ἀληθῆ τὸν ἐληλυθότα ἐπιγνῶναι: *Si quis ergo eum — intelligat, poſſit hic, ope ſectionis iſtius, ex iis quæ contigerunt, verum eſſe illum qui venit, cognoſcere*. Davis.

3. Οὗτος τὴν περικοπὴν &c.] Locus mancus. Suppleri poteſt hoc modo; δυνήσεται οὗτος διὰ τὴν περικοπὴν &c. *poterit ille propter capitulum* ſeu potius *ſectionem, ex iis quæ contigerunt, agnoſcere verum eſſe illum qui venit*. Cot.

Καὶ ὁ Πέτρος· ὅτι μέμικται τὰ ἀληθῆ τοῖς ψεύδεσιν, μέμνημαί που αὐτὸν αἰτιώμενον τοὺς Σαδδουκαίους εἰπεῖν· διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν, τοῦ εἵνεκεν ἀγνοεῖτε τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν ἀγνοεῖν αὐτοὺς ὑπέβαλεν, δῆλον ὡς ὄντων ψευδῶν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ φάναι· γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, ὡς δοκίμων καὶ κιβδήλων λόγων ὄντων. καὶ τὸ εἰπεῖν· [1] διὰ τί οὐ νοεῖτε τὸ εὔλογον τῶν γραφῶν; βεβαιότερον τοῦ αὐθαιρέτως εὐγνωμονοῦντος τίθησιν τὸν νοῦν.

L. Et Petrus: Quod vera cum falsis mixta fuerint, memini ab eo cum Sadducæos accusaret dictum ita: [a] *Ideo erratis, nescientes vera Scripturarum; propter quod ignoratis virtutem Dei*. Si autem objecit, eos vera Scripturarum nescire, falsa quoque Scripturarum esse apparet. Sed & dicendo, *Estote probi trapezitæ*, ostendit, in Scripturis & probos contineri sermones, & adulterinos. Cumque ait: *Quare non intelligitis quod in Scripturis rationi consonum est*? firmiorem reddit animum hominis, qui candide intelligere vult.

Τὸ δὲ καὶ τῶν γραφῶν προκειμένων, ἐπὶ γραμματεῖς καὶ διδασκάλους πέμπειν, ὡς τοῦ ὄντος νόμου εἰδότας τὰ ἀληθῆ δῆλόν ἐστιν. τὸ δὲ καὶ εἰπεῖν αὐτόν· οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, καὶ φαίνεσθαι αὐτὸν καταλύοντα, σημαίνοντος ἦν, ὅτι ἃ κατέλυσεν, οὐκ ἦν τοῦ νόμου. τὸ δὲ καὶ εἰπεῖν· ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου· τὰ πρὸ οὐρανοῦ καὶ γῆς παρερχόμενα ἐσήμανεν μὴ ὄντα τοῦ ὄντως νόμου.

LI. Quod autem quamvis exstarent Scripturæ, tamen [b] ad Scribas & Doctores remittit; clarum est remittere tamquam ad eos, qui veræ Legis vera cognoscebant. Quod etiam ipse ait: [c] *Non veni solvere Legem*, & tamen conspicitur solvere; id significantis est, ea quæ solvit non pertinuisse ad Legem. Sed & dicendo: [d] *Cælum & terra transibunt*: [e] *Jota unum, aut unus apex non præteribit a Lege*; manifestavit, veræ Legis non esse illa, quæ ante cælum & terram transierunt.

Ἐπεὶ οὖν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἔτι συνεστώτων παρῆλθον θυσίαι, βασιλεῖαι, αἱ ἐν γεννητοῖς γυναικῶν προφητεῖαι, καὶ τοιαῦτα, ὡς οὐκ ὄντα Θεοῦ προστάγματα· ἔνθεν γοῦν λέγει· πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατὴρ ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται. διὰ τοῦτο αὐτὸς ἀληθὴς ὢν προφήτης ἔλεγεν· ἐγώ εἰμι ἡ πύλη τῆς ζωῆς· ὁ δι' ἐμοῦ εἰσερχόμενος, εἰσέρχεται εἰς τὴν ζωήν, ὡς οὐκ οὔσης ἑτέρας τῆς σώζειν δυναμένης διδασκαλίας. δι' ὃ καὶ ἐβόα λέγων· δεῦτε πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες, τουτέστιν, οἱ τὴν ἀλήθειαν ζητοῦντες, καὶ μὴ εὑρίσκοντες αὐτήν. καὶ πάλιν· τὰ ἐμὰ πρόβατα ἀκούει τῆς ἐμῆς φωνῆς. καὶ ἄλλοτε· ζητεῖτε, καὶ εὑρίσκετε, ὡς μὴ προδήλως κειμένης τῆς ἀληθείας.

LII. Quando igitur cælo & terra adhuc stantibus, transierunt sacrificia, regna, prophetiæ quæ inter natos mulierum, & similia; quasi quæ non essent Dei mandata: inde ergo ait: [f] *Omnis plantatio, quam non plantavit pater cælestis, eradicabitur*. Propter hoc, ipse, verus Propheta, dixit: [g] *Ego sum porta vitæ: qui per me introit, introit in vitam*; quia non est alia doctrina, quæ possit salvum facere. Quocirca clamabat, dicens: [h] *Venite ad me omnes qui laboratis*; hoc est, qui quæritis veritatem, nec invenitis eam. Et iterum: [i] *Oves meæ vocem meam audiunt*. Et alias: [k] *Quærite, & invenietis*; quod veritas clare non sit posita.

Ἀλλὰ καὶ ἐξ οὐρανῶν μάρτυς φωνὴ ἠκούσθη λέγουσα· οὗτός ἐστίν μου ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν εὐδόκησα, τούτου ἀκούετε. καὶ πρὸς τούτοις ἐπιπλεῖον αὐτοὺς πεπλανημένους ἐλέγξαι θέλων τοὺς προφήτας, παρ' ὧν δὴ μεμαθηκέναι ἐβεβαίουν, ἐπιθυμοῦντας ἀληθείας, καὶ μὴ μεμαθηκότας τελευτήσαντας ἀπεφήνατο εἰπών· πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ ὑμεῖς βλέπετε, καὶ ἀκοῦσαι ἃ ὑμεῖς ἀκούετε· καὶ ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὔτε ἴδον, οὔτε ἤκουσαν. ἔτι μὴν ἔλεγεν· ἐγώ εἰμι περὶ οὗ Μωϋσῆς προεφήτευσεν, εἰπών· προφήτην ἐγερεῖ ὑμῖν κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὥσπερ καὶ ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούετε κατὰ πάντα. ὃς ἂν δὲ μὴ ἀκούσῃ τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἀποθανεῖται.

LIII. Sed & de cælis testis vox audita est, dicens: [l] *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite*. Et adhuc magis demonstrare volens ipsos Prophetas errasse, a quibus se didicisse affirmabant; eos mortuos esse in desiderio, & non in cognitione veritatis, pronuntiavit his verbis: [m] *Multi Prophetæ & reges cupierunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis: & Amen dico vobis, neque viderunt, neque audierunt*. Dixit præterea: [n] *Ego sum de quo Moyses prophetavit, dicens*: [o] *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus noster, ex fratribus vestris, sicut me; ipsum in omnibus audite. Qui autem non audierit Prophetam illum, morietur*.

Ὅθεν ἀδύνατόν ἐστιν ἄνευ τῆς τούτου διδασκαλίας, ἀληθείᾳ σωζούσῃ ἐπιστῆναι, κἂν τὸν αἰῶνά τις ζητῇ, ἔνθα τὸ ζητούμενον οὐκ ἔστιν. ἦν δὲ, καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἰησοῦ ἡμῶν λόγῳ. πλὴν τ' ἀληθῆ τοῦ νόμου εἰδὼς, Σαδδουκαίοις πυνθανομένοις, καθ' ὃν λόγον Μωϋσῆς ἑπτὰ συνεχώρησεν γαμεῖν, ἔφη· Μωϋσῆς κατὰ τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἐπέτρεψεν ὑμῖν. ἀπ' ἀρχῆς γὰρ οὕτως οὐκ ἐγένετο. ὁ γὰρ κτίσας ἀπ' ἀρχῆς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτόν.

LIV. Quare impossibile est, sine ipsius doctrina salutiferæ insistere veritati; quamvis in æternum quis quærat, ubi quod quæritur non consistit; constitit autem & consistit in Jesu nostri sermone. Itaque, cum sciret vera Legis, Sadducæis interrogantibus [p], qua ratione Moyses matrimonium cum septem contrahere permisisset, respondit: [q] *Moyses ad duritiam vestram permisit vobis. Ab initio enim non fuit sic. Qui enim ab initio creavit hominem, masculum & feminam fecit eum*.

Τοῖς δὲ νομίζουσιν, ὡς αἱ γραφαὶ διδάσκουσιν, ὅτι ὁ Θεὸς ὀμνύει, ἔφη· ἔστω ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, τὸ οὔ, οὔ. τὸ γὰρ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν.

LV. Iis vero qui arbitrantur, quemadmodum docent Scripturæ [r], Deum jurare, dixit: [s] *Sit sermo vester, est, est; non, non: quod enim his abundan-*

a Marc. XII. 24. b Matt. XXIII. 2. c Matt. V. 17. d Matt. XXIV. 35. e Matt. V. 18. f Matt. XV. 13. g Joan. X. 9. h Matt. XI. 28. i Joan. X. 27. k Matt. VII. 7. l Matt. III. 17. Luc. IX. 35. m Matt. XIII. 17. Luc. X. 24. n Joan. V. 46. o Deut. XVIII. 15. Act. III. 22. p Matt. XXII. 23. q Matt. XIX. 8. 4. r Gen. XXII. 16. s Matt. V. 37.

1. Διὰ τί οὐ νοεῖτε τὸ εὔλογον τῶν γραφῶν.] Verba cujusdam Apocryphi. Forte Evangelii Ebionitarum. Cot.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



καὶ τοῖς λέγουσιν ὅτι Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ [1] ἀπέθανεν, ἔφη· οὐκ ἔστιν Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. τοῖς δὲ οἰομένοις ὅτι ὁ Θεὸς πειράζει, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη· ὁ πονηρός ἐστιν ὁ πειράζων, ὁ καὶ αὐτὸν πειράσας. τοῖς ὑπολαμβάνουσι ὅτι ὁ Θεὸς οὐ προγινώσκει, ἔφη· οἶδεν γὰρ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος ὅτι χρήζετε τούτων ἁπάντων, πρὶν αὐτὸν ἀξιώσητε. τοῖς δὲ πιστεύουσιν, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ὅτι μὴ πάντα βλέπει, ἐν τῷ κρυπτῷ εὔχεσθε [2] εἰπών, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ βλέπων τὰ κρυπτὰ ἀποδώσει ὑμῖν.

A *tius est, a malo est*. Et iis qui dicunt, Abrahamum, Isaacum & Jacobum esse mortuos, ait: [a] *Non est Deus mortuorum, sed viventium*. Iis autem qui Deum putant esse tentatorem, sicut ajunt Scripturæ [b], dicit, tentatorem esse diabolum [c]; qui & tentavit eum. Iis vero qui Deum suspicantur non præscire, infit: [d] *Scit enim pater vester cælestis, quia his omnibus indigetis; antequam petatis eum*. Et iis qui juxta Scripturas, credunt eum non omnia intueri, [e] *Orate*, inquit, *in abscondito: & pater vester qui videt abscondita, reddet vobis*.

Τοῖς δὲ οἰομένοις αὐτὸν μὴ ἀγαθὸν εἶναι, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη· τίνα αἰτήσει υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ; [3] ἢ καὶ ἰχθὺν αἰτήσει, μὴ ὄφιν ἐπιδώσει αὐτῷ; εἰ οὖν ὑμεῖς, πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτουμένοις αὐτὸν, καὶ τοῖς ποιοῦσιν τὸ θέλημα αὐτοῦ; τοῖς δὲ αὐτὸν διαβεβαιουμένοις ἐν ναῷ εἶναι, ἔφη· μὴ ὀμόσητε τὸν οὐρανὸν, ὅτι θρόνος Θεοῦ ἐστιν· μήτε τὴν γῆν, ὅτι ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐστιν. τοῖς δὲ προλαβοῦσιν ὅτι θυσιῶν ὀρέγεται ὁ Θεὸς, ἔφη· ὁ Θεὸς ἔλεος θέλει καὶ οὐ θυσίας, ἐπίγνωσιν αὐτοῦ καὶ οὐχ ὁλοκαυτώματα.

LVI. Existimantibus porro Deum non esse bonum, ut ajunt Scripturæ, ita locutus est: [f] *A quo ex* B *vobis filius petet panem, numquid lapidem porriget ei? Aut & piscem petet, numquid serpentem ei porriget? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona dona dare filiis vestris; quanto magis pater vester cælestis dabit bona petentibus se, & facientibus voluntatem suam?* Asserentibus autem, eum in templo esse, dixit: [g] *Nolite jurare per cælum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus*. Et præsumentibus, Deum sacrificiis delectari, ait: [h] *Deus misericordiam vult, & non sacrificia; agnitionem suam, & non holocausta*.

Τοῖς δὲ πειθομένοις κακὸν αὐτὸν εἶναι, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη· μή με λέγετε ἀγαθόν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστιν. καὶ πάλιν· γίνεσθε ἀγαθοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὃς ἀνατέλλει τὸν ἥλιον ἐπ' ἀγαθοῖς καὶ πονηροῖς, καὶ φέρει τὸν ὑετὸν ἐπὶ δικαίοις καὶ ἀδίκοις. τοῖς δὲ ἠπατημένοις πολλοὺς θεοὺς ὑπονοεῖν, ὡς αἱ γραφαὶ λέγουσιν, ἔφη· ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, κύριος εἷς ἐστιν.

LVII. Ad eos autem, qui secundum Scripturas Deum esse malum credunt, ait: [i] *Ne me dicatis* C *bonum; unus etenim bonus est*. Et rursus: [k] *Estote boni & misericordes, sicut pater qui in cælis est, qui solem oriri facit super bonos & malos, & pluviam demittit super justos & injustos*. Ad eos vero, qui in eam fraudem inducti sunt, ut cum Scripturis censeant multos esse deos, sic loquitur: [l] *Audi Israel; Dominus Deus vester, Deus unus est*.

Ὅμως ὁ Σίμων συνιδὼν ὅτι Πέτρος αὐτὸν συνάγει ταῖς γραφαῖς χρῆσθαι ὡς Ἰησοῦς ἐδίδαξεν, εἰς τὸν περὶ Θεοῦ λόγον ἐξέτασιν γενέσθαι οὐκ ἠθέλησεν, καί τοι γε μεταθεμένου τοῦ Πέτρου, ὡς αὐτὸς Σίμων ἠξίωσεν, πρὸς πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν γενέσθαι τὴν ἐξέτασιν. πλὴν [4] ἡ ζήτησις τριῶν ἐπεκράτησεν ἡμερῶν. ἐπιφωσκούσης δὲ τῆς τετάρτης νύχιος ὡς ἐπὶ Τύρον τῆς Φοινίκης ἐξώρμησεν. καὶ οὐ μετὰ πολλὰς ἡμέρας ἦλθόν τινες τῶν προόδων, Πέτρῳ λέγοντες· Σίμων μεγάλα θαυμάσια ἐν Τύρῳ ποιῶν, πολλοὺς τῶν ἐκεῖ κατεπλήξατο, καί σε πολλαῖς διαβολαῖς μισεῖσθαι ἐποίησεν.

LVIII. Itaque Simon, intelligens quod Petrus eum cogeret Scripturis uti, quemadmodum docuit Jesus, inquisitionem noluit versari circa sermonem de Deo; licet Petrus rogatu ipsius consilium mutasset, inquisitionemque concessisset per interrogationem ac responsionem fieri. Ceterum D disputatio per tres dies duravit. Quarto autem illucescente, Simon nocte versus Tyrum Phœniciæ profugit. Nec multis post diebus venerunt quidam eorum qui præire solebant, & dixerunt Petro: Simon magnas præstigias Tyri edendo, multos incolarum perculit; teque multis calumniis odiosum reddidit.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ Πέτρος, τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ τῶν ἀκροατῶν τὸν ὄχλον συνελθεῖν ἐποίησεν. ὅμως συνελθοῦσιν ἔφη· ὁρμῶντός μου εἰς τὰ ἔθνη τὰ πολλοὺς θεοὺς λέγοντα, κηρύξαι καὶ διδάξαι ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὃς οὐρανὸν ἔκτισε καὶ γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ὅπως ἀγαπήσαντες αὐτὸν σωθῆναι δυνηθῶσιν, προλαβοῦσα ἡ κακία αὐτῷ τῆς συζυγίας νόμῳ, προαπέστειλεν Σίμωνα, ἵνα οἱ ἄνθρωποι ἐὰν τοὺς πολλοὺς θεοὺς λέγειν παύσωνται, καταγνόντες τῶν ἐπὶ γῆς λεγομένων, ἐν οὐρανῷ πολλοὺς θεοὺς εἶναι νομίσουσιν· ἵνα μηδέποτε τὸ τῆς μοναρχίας τιμήσαντες καλὸν, εἰς τὸ παντελὲς μετὰ κόλασιν ἀπόλωνται. καὶ τὸ δεινότατον, ἐπεὶ ἀληθὴς λόγος ἀπαράβλητον ἰσχὺν ἔχει, προλαμβάνων ταῖς διαβολαῖς πείθει αὐτοὺς αὐτὸ, μὴ

LIX. Quæ postquam audivit Petrus; insequenti nocte, auditorum turbam fecit convenire, atque congregatis dixit: Cum ego properarem ad Gentes quæ multos deos asserunt, prædicaturus & docturus unum esse Deum, creatorem cæli & terræ omniumque quæ in iis continentur, quo di- E lecto possent salutem consequi; præveniens malitia (ex ipsa Conjugationis lege) præmisit Simonem; ut homines, si forte multos deos, damnatis iis qui in terra dicuntur, desinerent affirmare, jam multos in cælo exsistere putarent; quo dum monarchiæ seu unitatis Dei bonum nullatenus in pretio habent, in perpetuum post supplicia intereant. Quodque pessimum est; quia verus sermo incomparabilem habet vim, anticipans Simon ca-

a Matt. xxii. 32. b Gen. xxi. & sæpe. c Matt. iv. 3. d Matt. vi. 32. 8. e Matt. vi. 6.
f Matt. vii. 9-11. Luc. ix. 11-13. g Matt. v. 34. 35. h Matt. ix. 13. xii. 7. Osee vi. 6.
i Matt. xix. 17. Luc. xviii. 19. k Luc. vi. 35. 36. Matt. v. 45. l Marc. xii. 29.

1. Ἀπέθανεν.] Forte ἀπέθανον. Cot.
2. Εἰπών.] Lege εἶπεν. Davis.
3. Ἢ καὶ.] Lege εἰ καὶ, ex Lucæ xi. 11. Id.
4. Ἡ ζήτησις τριῶν ἐπεκράτησεν ἡμερῶν.] Constit. Apostol. lib. 6, cap. 8. καὶ τρίτον ἐπ' αὐτῶν διαλεχθεὶς αὐτῷ. Cot.

δὲ τὴν ἀρχὴν ἀναδέξασθαί μου· μή πως ὁ διαβάλλων αὐτὸς τῷ ὄντι διάβολος ἐλεγχθῇ, καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος ἀναδειχθεὶς πιστευθῆναι δυνηθῇ. χρὴ οὖν με ταχέως αὐτὸν ἐπικαταλαβεῖν, ἵνα μὴ ἡ διαβολὴ ἐγχρονίσασα παντελῶς πάντων ἐπικρατήσῃ.

A lumniis persuadet hominibus me nullo modo recipere; ne forte qui calumniatur, revera esse calumniator deprehendatur; & ne verus sermo cum fuerit patefactus, credi possit. Oportet ergo me cito hominem assequi, ut ne calumnia diutius immorata, omnes penitus invadat.

Ἐπεὶ οὖν δεῖ τινὰ ὁρίσαι ἀντ' ἐμοῦ τὸν ἐμὸν ἀναπληροῦντα τόπον, μιᾷ προαιρέσει τοῦ Θεοῦ δεηθῶμεν οἱ πάντες, ὅπως τῶν ὄντων ἐν ἡμῖν κρείττονα αὐτὸς πρόδηλον ποιήσῃ, ἵνα ἐπὶ τῆς Χριστοῦ καθέδρας καθεσθεὶς, τὴν αὐτοῦ ἐκκλησίαν εὐσεβῶς οἰκονομῇ. τίς ἄρα ὁρισθήσεται; [1] Θεοῦ γὰρ βουλὴ ἀναδείκνυται. μακάριος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας τῶν συνδούλων αὐτοῦ, τοῦ διδόναι αὐτοῖς τὰς τροφὰς ἐν καιρῷ αὐτῶν, μὴ ἐννοούμενον καὶ λέγοντα ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· χρονίζει ὁ κύριός μου ἐλθεῖν· καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους αὐτοῦ, ἐσθίων καὶ πίνων μετὰ πόρνων καὶ μεθυόντων· καὶ ἥξει ὁ κύριος τοῦ δούλου ἐν ὥρᾳ ᾗ οὐ προσδοκᾷ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ᾗ οὐ γινώσκει, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ ἄπιστον αὐτοῦ μέρος μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει.

LX. Quoniam igitur necesse est aliquis constituatur qui meum suppleat locum, uno animo Deum cuncti oremus, ut eorum qui inter nos sunt præstantissimum manifestet; quo sedens in Christi cathedra, ipsius Ecclesiam pie administret. Quis autem designabitur? Dei quippe ostenditur consilium. [a] Beatus ille homo, quem con- B stituet ejus dominus super famulitium conservorum suorum, ut det illis cibum in tempore: qui non cogitat ac dicit in corde suo: Moram facit dominus meus venire: si enim sic cœperit percutere conservos suos, manducans & bibens cum meretricibus ac ebriosis; veniet dominus servi illius in hora qua non sperat, & in die quo nescit, & dividet eum, partemque ejus infidelem ponet cum hypocritis.

Εἰ δέ τις τῶν παρεστώτων, διοικεῖν δυνάμενος τὴν ἀγνωμοσύνην τῶν ἀνθρώπων, ὑποστέλλεται, τῆς αὐτοῦ ἀναπαύσεως φροντίζων μόνης, καὶ αὐτὸς προσδοκάτω ἀκοῦσαι· δοῦλε πονηρὲ καὶ ὀκνηρὲ, ἔδει σε τὸ ἀργύριόν μου προβαλεῖν ἐπὶ τῶν τραπεζιτῶν, καὶ ἐγὼ ἂν ἐλθὼν ἔπραξα τὸ ἐμόν· ἐκβάλετε τὸν ἀχρεῖον δοῦλον εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. καὶ εὐλόγως. σοῦ γάρ φησιν, ἄνθρωπε, τοὺς λόγους μου ὡς ἀργύριον ἐπὶ τραπεζιτῶν καὶ ὡς χρήματα δοκιμάσαι. τὸ οὖν πλῆθος τῶν πιστῶν δεῖ ἑνί τινι πείθεσθαι, ἵνα οὕτως ἐν ὁμονοίᾳ διατελεῖν δυνηθῇ. τὸ γὰρ εἰς ἀρχὴν μιᾶς λήγον ἐξουσίας, μοναρχίας εἰκόνι, τοὺς ὑπείκοντας, αἰτίᾳ εὐταξίας, εἰρήνης ἀπολαύειν τίθησιν· τὸ δὲ πάντας φιλαρχοῦντας, ἑνὶ μόνῳ ὑπεῖξαι μὴ θέλειν, [2] καὶ αἰτίᾳ διαιρέσεως, πάντως καὶ πεσεῖν ἔχουσιν.

LXI. Quod si quis adstantium, cum possit hominum improbitatem regere, tamen detrectat, de sua solum quiete solicitus; & ipse exspectet audire: [b] *Serve male & piger, oportuit te tradere pecu-* C *niam meam nummulariis; & ego veniens exegissem quod meum est. Ejicite inutilem servum in tenebras exteriores.* Et merito. Tuum enim, inquit, est o homo, probare verba mea, tamquam apud nummularios argentum & pecuniam. Itaque fidelium multitudo uni debet credere; ut ita possit vivere concorditer. Quod enim in unius potestatis imperium desinit, monarchiæ repræsentatione, facit ut subjecti per bonum ordinem fruantur pace: qui vero omnes volunt imperare, nec uni soli cedere; ob divisionem penitus concidant necesse est.

Ἀλλ' ἔτι μὴν πειθέτω τὰ παρ' ὀφθαλμοῖς γινόμενα. πῶς νῦν πολλῶν κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν ὄντων βασιλέων, συνεχῶς πόλεμοι γίνονται. ἔχει γὰρ ἕκαστος πρόφασιν εἰς πόλεμον, τὴν ἑτέρου ἀρχήν. ἐὰν δὲ εἷς ᾖ τοῦ παντὸς ἡγεμὼν, οὗ εἵνεκεν πολεμεῖ οὐκ ἔχων, ἀΐδιον τὴν εἰρήνην ἔχει. πέρας γοῦν ὁ Θεὸς τοῖς καταξιουμένοις αἰωνίου ζωῆς, ἕνα ἐν τῷ τότε αἰῶνι βασιλέα τοῦ παντὸς καθίστησιν, ἵνα αἰτίᾳ μοναρχίας ἄπτωτος εἰρήνη γένηται. χρὴ οὖν ἑνί τινι ὡς ὁδηγῷ τοὺς πάντας ἕπεσθαι, ὡς εἰκόνα Θεοῦ προτιμῶντας· τὸν δὲ ὁδηγὸν εἶναι τῆς εἰς τὴν ἁγίαν πόλιν εἰσιούσης εἰσόδου ἐπιστήμονα.

LXII. Sed & te persuadeant quæ ante oculos obversantur. Scilicet, nunc cum multi per omnem D terram sint reges, assidue bella oriuntur. Unusquisque enim occasionem ad bellum sumit ex alterius imperio. Si autem unus esset mundi imperator; ille desinente bellandi caussa, æternam obtineret pacem. Denique iis qui vitam perpetuam consequentur, unum Deus in illo sæculo constituit Universi regem, ut monarchiæ gratia, pax exoriatur stabilis. Debent itaque cuncti unum, tamquam viæ ducem sequi, sicque Dei imaginem honorare: is autem ductor scire debet viam, qua intratur in sanctam civitatem.

Τίνα δὲ ἄλλον αἱρήσομαι τῶν παρόντων, ἢ Ζακχαῖον, πρὸς ὃν καὶ ὁ κύριος εἰσιὼν ἀνεπαύσατο, τοῦ σώζεσθαι κρίνας ἄξιον εἶναι; καὶ τοῦτο εἰπὼν, παρεστῶτι τῷ Ζακχαίῳ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα, ἐβιάζετο ἐπὶ τὴν αὐτοῦ καθεσθῆναι καθέδραν. ὁ δὲ Ζακχαῖος προσπεσὼν τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, ἐδέετο ὅπως τοῦ ἄρχειν αὐτὸν ἀπολύσῃ, μετὰ τοῦ ὑπισχνεῖσθαι καὶ λέγειν, ὅτι ὁπόσα ποτὲ χρὴ τὸν ἄρχοντα ποιεῖν, ποιήσω, μόνον μοι τὸ ὄνομα τοῦτο μὴ ἔχειν χάρισαι· εὐλαβοῦμαι γὰρ τὸ τῆς ἀρχῆς ἐνδύσασθαι ὄνομα· πικροῦ γὰρ φθόνου καὶ κινδύνου γέμει.

LXIII. Quem vero alium ex adstantibus eligam, quam Zacchæum, [c] apud quem & Dominus in- E gressus mansit, judicans dignum esse qui salvaretur? Quo dicto, manum præsenti Zacchæo injiciens, cogebat eum in sua cathedra sedere. At Zacchæus accidens ad pedes ejus, rogabat uti principatu ipsum liberaret; simulque pollicebatur ac dicebat: Quæcumque qui præest facere debet, faciam; tantum mihi dona non habere hoc nomen: vereor enim principatus nomen induere, quoniam acerba invidia & periculo abundat.

[a] Matt. xxiv. 45-51. Luc. xii. 42-46. [b] Matt. xxv. 26. 27. 30. Luc. xix. 22. 23. [c] Luc. xix.

1. Θεοῦ γὰρ βουλὴ ἀναδείκνυται.] An imitatio sententiæ Homericæ, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή, sumto verbo ἀναδείκνυται ex Actor. 1. 24. Cot.

Ibid. Θεοῦ γὰρ βουλὴ ἀναδείκνυται. Μακάριος.] Frustra prorsus est Cl. Cotelerius, qui sententiæ Homericæ imitationem suspicatur. Eum, nempe, deceperunt accentus haud recte positus & interpunctio vitiosa. Lege: Θεοῦ γὰρ βουλῇ, ἀναδείκνυται μακάριος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος: *Dei enim consilio pronuntiatur beatus vir ille qui* &c. Davis.

2. Καὶ αἰτίᾳ διαιρέσεως.] Habet Turrianus lib. 5. pro Epistolis Pontificum cap. 9. αἰτίαν: minus bene. Cot.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· εἰ τοῦτο εὐλαβῇ, ἄρχων μὲν μὴ καλοῦ, ἀλλὰ ὁ καθεστώς, τοῦτο τοῦ κυρίου δεδωκότος λέγεσθαι, τῷ εἰπεῖν· μακάριος ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὃν καταστήσει ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς θεραπείας τῶν συνδούλων αὐτοῦ. εἰ δὲ παντελῶς οὐ θέλεις γνωσθῆναι ὅτι ἐξουσίαν διοικήσεως ἔχεις, ἀγνοεῖν μοι ἔοικας, ὅτι ἡ ὁμολογουμένη τοῦ προκαθεζομένου ἐξουσία, πολύ τι δύναται πρὸς δυσωπίαν τοῦ πλήθους. [1] ὡς γὰρ εἰληφότι ἐξουσίαν ἕκαστος πείθεται, ὡς μεγάλην ἀνάγκην τὴν συνείδησιν ἔχων. τί δὲ οὐχὶ καὶ ἀσφαλῶς γινώσκεις, ὅτι οὐχ ὡς οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν, ἄρχειν ἔχεις, ἀλλ' ὡς δοῦλος, αὐτοῖς ὑπηρετῶν· [2] ὡς πατὴρ, ἀδικουμένοις· ὡς ἰατρὸς, ἐπισκεπτόμενος· ὡς ποιμὴν, φυλάσσων· συνελὼν ἐρῶ, τὰς πάσας ὑπὲρ τῆς αὐτῶν σωτηρίας φροντίδας ἔχων; ὅτι οἴει, ἀγνοεῖν με οἵους καμάτους ἀναδέξασθαί σε βιάζομαι; ὑπὸ ὄχλων κρίνεσθαί σε ἀξιῶν, οἷς ἀρέσαι τινὰ ἀμήχανον· Θεὸν δὲ εὖ πράττοντα πείθειν δυνατώτατον. διὸ δέομαι προθύμως ἀναδέξασθαι, διὰ Θεὸν, διὰ Χριστὸν, ὑπὲρ τῆς ἀδελφῶν σωτηρίας, ὑπὲρ τῆς αὐτῶν οἰκονομίας, καὶ σῆς ὠφελείας.

LXIV. Dixit Petrus: Si hoc vereris, noli princeps vocari, sed constitutus seu præfectus; eam quippe appellationem Dominus concessit per hæc verba: [a] *Beatus ille homo, quem ejus dominus constituet super famulitium conservorum suorum*. Quod si omnino refugis agnosci pro eo qui habeat gubernandi potestatem, ignorare videris, professam præsidentis potestatem multum valere ad persuadendam flectendamque plebem. Et quippe tamquam potestatem adepto credunt singuli, conscientiam pro magna necessitate habentes. Quid verò; nonne & certo scis, te non ut principes gentium imperare debere; sed ut servum ministrare hominibus, ut patrem tueri injuria affectos, ut medicum visitare, ut pastorem custodire; uno verbo, cunctas pro eorumdem salute suscipere curas? An putas ignorare me, quales te compellam labores sumere? dum te volo a plebe judicari, cui placere nemo ullo studio potest; cum maxime fieri queat, ut qui bene operatur, sibi conciliet Deum. Quocirca oro te, ut alacriter episcopatum suscipias, propter Deum, propter Christum, pro fratrum salute, pro eorumdem gubernatione, & tua utilitate.

Καὶ τὸ ἕτερον δὲ λόγισαι, ὅτι ὥσπερ κάματον καὶ κίνδυνον ἔχει τὸ τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν οἰκονομεῖν, τοσούτῳ μείζων ὁ μισθός· ἀλλ' ἔτι μὴν καὶ ἡ κόλασις μείζων τῷ δυναμένῳ, καὶ ἀπειθήσαντι. βούλομαι οὖν, πολυμαθέστερον εἰδώς σε τῶν παρεστώτων, δανείζειν καλὰς γνώμας, ἃς παρὰ τοῦ κυρίου πεπίστευσαι· ἵνα, εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ ἀκούσῃς, καὶ ὥσπερ ὁ τὸ ἓν ἀποκρύψας τάλαντον, ἔγκλημα λαβὼν, κολάσει ὑπεύθυνος ἀναφανῇς. εἰ δὲ μὴ βούλει ἀγαθὸς φύλαξ καταστῆναι τῆς ἐκκλησίας, ἕτερον ἀντὶ σοῦ μήνυσον, σοῦ πολυμαθέστερον καὶ πιστότερον. ἀλλ' οὐ δώσεις. σὺ γὰρ καὶ τῷ κυρίῳ συνῆς, καὶ τὰς θαυμασίους πράξεις ἱστόρησας, καὶ διοίκησιν ἐκκλησίας μεμάθηκας.

LXV. Aliud etiam reputa; quod ficut labore & periculo non caret, gubernare Ecclesiam Christi, eo major est merces: sed & major pœna, ei qui potest, recusat tamen. Cupio igitur, qui te sciam adstantium eruditissimum, fœnori des pulcras sententias, quæ tibi a Domino traditæ sunt; ut audias: [b] *Euge serve bone & fidelis*; & non, quemadmodum qui unum talentum abscondit, opprobrium feras, & obnoxius supplicio declareris. Sin vero non vis bonus Ecclesiæ constitui custos, alium pro te indica, qui te sit doctior ac fidelior. Sed non dabis. Tu enim & cum Domino versatus es, ac vidisti mirabilia opera, & Ecclesiæ administrationem didicisti.

[3] Καί σου μὲν ἔργον ἐστὶν κελεύειν ἃ δεῖ, τῶν ἀδελφῶν ὑπείκειν καὶ μὴ ἀπειθεῖν. ὑπείξαντες μὲν οὖν σωθήσονται· ἀπειθήσαντες δὲ, ὑπὸ τοῦ κυρίου κολασθήσονται. ὅτι ὁ προκαθεζόμενος, Χριστοῦ τόπον πεπίστευται. διὸ ἤτοι τιμὴ ἢ ὕβρις τοῦ προκαθεζομένου, εἰς Χριστὸν φέρεται, ἀπὸ δὲ τοῦ Χριστοῦ εἰς τὸν Θεὸν ἀναφέρεται. τοῦτο δὲ εἴρηκα, ἵνα καὶ αὐτοὶ οἱ ἀδελφοὶ, τῆς πρὸς σὲ ἀπειθείας [4] τὸν κίνδυνον αὐτῷ μὴ ἀγνῶσιν· ὅτι ὃς ἂν σοι κελεύσαντι ἀπειθήσῃ, Χριστῷ ἀπειθῇ, Χριστῷ δὲ ἀπειθήσας, Θεὸν παροργίζει.

LXVI. Tuæ igitur partes sunt, jubere ea, in quibus fratres & subjicere se debent, & non refragari. Subjicientes ergo se, salvi fient: refragantes vero, a Domino punientur. Quoniam qui præsidet, Christi locum accepit. Quare præsidentis sive honor, sive contumelia, ad Christum refertur, & a Christo ad Deum. Id autem prolocutus sum, ut ipsi quoque fratres non ignorent, quanto in periculo versabuntur qui tibi non obtemperabunt. Nam qui tibi jubenti non obtemperabit, Christo non obediet; & dum non obedit Christo, Deum ad iram incitat.

Χρὴ οὖν τὴν ἐκκλησίαν, ὡς πόλιν ἐν ὕψει οἰκοδομημένην, φιλόθεον ἔχειν τάξιν καὶ διοίκησιν καλήν. πρὸ πάντων ὁ ἐπίσκοπος ὡς ἄρχων περὶ ὧν λέγει ἀκουέσθω. οἱ πρεσβύτεροι τὰ κελευόμενα γινέσθαι σπουδαζέτωσαν. οἱ διάκονοι ἐκπεριερχόμενοι τῶν ἀδελφῶν τὰ σώματα καὶ τὰς ψυχὰς ἐπισκεπέσθωσαν, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ ἀντιβαλλέτωσαν. οἱ λοιποὶ πάντες ἀδελφοὶ τὸ ἀδικεῖσθαι ἀναδεχέσθωσαν. εἰ δὲ κρίνεσθαι θέλουσιν περὶ ὧν ἀδικοῦνται, ἐπὶ τῶν πρεσβυτέρων συμβιβαζέσθωσαν· τὸν δὲ συμβιβασμὸν οἱ πρεσβύτεροι τῷ ἐπισκόπῳ προσαναφερέτωσαν.

LXVII. Oportet ergo ut Ecclesia, velut civitas in excelso ædificata, Deo dignum habeat ordinem præclaramque administrationem. Ante omnia, Episcopus, velut rector, in iis quæ dicit audiatur. Presbyteri curent fieri quæ jubentur. Diaconi circumambulantes, considerent fratrum corpora & animas, atque Episcopo denuntient. Reliqui omnes fratres, affici injuria suscipiant libenter. Quod si de iis in quibus injuria afficiuntur, cupiunt judicari, apud Presbyteros concilientur; & Presbyteri conciliationem ad Episcopum referant.

[a] Matt. xxiv. 45. Luc. xii. 42. [b] Matt. xxv. 21.


1. Ὡς γάρ.] Lege τῷ γὰρ, *ei enim, qui potestatem accepit, quisque paret*. Davis.

2. Ὡς πατὴρ ἀδικουμένοις.] Locum esse vitiatum satis liquet. Itaque, donec commodius inveniatur vocabulum, lubens rescripserim: ὡς πατὴρ διακηδόμενος, *ut pater eorum curam gerens*. Id.

3. Καί σου μὲν ἔργον &c.] Fraudi mihi fuit dum vertebam, sermonis continuitas, quam in MS. inveneram. Nec enim animadvertebam ponendam esse distinctionem post verbum δεῖ. Clara sententia. *Tuæ igitur partes sunt jubere quæ oportet: partes fratrum, subjicere se & non refragari*. Cot.

4. Τὸν κίνδυνον αὐτῷ.] Forte vacat αὐτῷ, vel legendum αὐτόν. Cot. — Cl. Cotelerius ultimam vocem vel delet, vel in αὐτὸν mutat. Neutrum recte: nam legendum τὸν κίνδυνον αὐτῶν, *periculum illorum*. Davis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



Νέων δὲ μὴ μόνον κατεπειγέτωσαν τοὺς γάμους, ἀλλὰ καὶ τῶν προβεβηκότων, μή πως ζέουσα ἡ ὄρεξις προφάσει πορνείας ἢ μοιχείας, λοιμὸν προσενέγκοι τῇ ἐκκλησίᾳ. ὑπὲρ πᾶσαν γὰρ ἁμαρτίαν ἡ τῆς μοιχείας ἀσέβεια Θεῷ ἐστύγηται· ὅτι οὐ μόνον αὐτὸν τὸν ἁμαρτήσαντα ἀναιρεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνεστιωμένους, καὶ συναμιλλωμένους· λύσσῃ γὰρ ἔοικεν, ὅτι τῆς ἰδίας μανίας μεταδιδόναι φύσιν ἔχει. σωφροσύνης οὖν χάριν σπευδέτωσαν τοὺς γάμους ἐπιτελεῖν, μὴ μόνον οἱ πρεσβύτεροι, ἀλλὰ καὶ οἱ πάντες. ἡ γὰρ τοῦ μοιχησαμένου ἁμαρτία, ἐπὶ τοὺς πάντας ἐλθεῖν βιάζεται. τοῦ οὖν σπεύδειν σωφρονεῖν τοὺς ἀδελφούς, τοῦτο πρώτη ἐλεημοσύνη. ψυχῆς γάρ ἐστιν θεραπεία· ἡ γὰρ τροφὴ τοῦ σώματος ἀνάπαυσίς ἐστιν.

A LXVIII. Non modo autem juvenes ad matrimonium compellant, sed & natu provectos; ne fervens cupiditas, per fornicationem vel adulterium, pestem in Ecclesiam inferat. Super omne enim peccatum, impietas adulterii odio a Deo habetur: quia non solum interficit ipsum peccatorem, sed & convescentes ac congressos. Rabiei quippe est similis; quandoquidem a natura habet ut suam communicet insaniam. Ergo propter castitatem, festinent nuptias conciliare, non modo Presbyteri, verum etiam omnes. Nam mœchi delictum, ad omnes necessario venit. Prima ergo misericordia est, fratres ad pudicitiam impellere: quoniam animæ est medela; at cibus, corporis est B recreatio.

Ὅμως ἐὰν ἀγαπήσητε τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν, οὐδὲν αὐτῶν ἀφαιρήσεσθε, ὧν δὲ ἔχετε μεταδώσητε· πεινῶντας γὰρ θρέψητε, διψῶσιν ποτὸν [1] παρέχετε, γυμνοὺς ἐνδύσητε, νοσοῦντας ἐπισκέψησθε, τοῖς ἐν εἱρκταῖς ὡς δυνατὸν βοηθήσητε, ξένους εἰς τὰ ἑαυτῶν σκηνώματα προθύμως ἀποδέξασθε, μηδένα μισήσητε. ὡς δὲ δεῖ εὐσεβεῖν εὐγνωμονοῦντας ὑμᾶς ὁ ὑμέτερος διδάξει νοῦς. πρὸ δὲ πάντων, εἰ καὶ δεῖ ὑμῖν λέγειν, συνεχέστερον συνέρχεσθε, εἴθε καθ' ὥραν, ἐπεί γε ἐν ταῖς νενομισμέναις τῆς συνόδου ἡμέραις. ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιεῖτε, ἐντὸς τειχῶν ἀσυλίας ἐστέ· ἀρχὴ γὰρ ἀπωλείας, ἀποταξία. μήτε οὖν προφάσει μικροψυχίας τῆς πρὸς ἀδελφὸν, ἀπολειπέσθω τις τοῦ συνεδρεύειν. ἐὰν γάρ τις ὑμῶν ἀπολειφθῇ τοῦ συνάγεσθαι, τῶν σκορπιζόντων τὴν Χριστοῦ ἐκκλησίαν λογισθήσεται, μετὰ μοιχῶν ἀποβληθήσεται. ὡς γὰρ μοιχὸς ὑπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ πνεύματος προφάσει τινὸς ἑαυτὸν ἀφώρισεν, καὶ τῷ πονηρῷ κατ' αὐτοῦ χώραν ἔδωκεν πρόβατον ἁρπάσει, ὡς μανδρῶν ἔξω εὑρεθέντα.

LXIX. Ceterum si fratres vestros diligatis, nihil eorum auferetis, immo vestra communicabitis: esurientes nutrietis, sitientibus præbebitis potum, induetis nudos, visitabitis ægrotantes, carcere inclusis succurretis pro viribus, peregrinos in vestra tecta suscipietis lubenter, neminem odio prosequemini. Quo modo autem pie vivere oporteat, vos attentos vester docebit animus. Verum ante omnia, si & vobis dicere necesse sit, frequenter convenite, utinam singulis horis; alioqui, conventus statis diebus. Nam si hoc feceritis, intra muros estis asyli: perditionis quippe initium est C ista desertio. Ne igitur quis, prætextu quod animo erga fratrem pusillo ac iniquo sit, desistat convenire. Si enim aliquis vestrum a congregatione destiterit, cum iis reputabitur, qui Christi dissipant Ecclesiam, cum adulteris ejicietur. Quoniam ut adulter, per spiritum in ipso exsistentem, prætextu quodam sumto, se ipsum separavit, & Malo locum contra se dedit, ut ovem raperet, nimirum, extra caulas inventam.

Πλὴν τοῦ ἐπισκόπου ὑμῶν ἀκούετε, καὶ τιμὴν πᾶσαν αὐτῷ ἀπονέμοντες μὴ κάμητε, εἰδότες ὅτι προφάσει τῇ πρὸς αὐτὸν εἰς Χριστὸν [2] φέρετε, ἀπὸ δὲ Χριστοῦ εἰς Θεὸν ἀναφέρετε· καὶ τῷ προσενέγκαντι πολυπλασίως ἀνταποδίδοτε. θρόνον οὖν Χριστοῦ τιμήσατε. ὅτι καὶ Μωυσέως καθέδραν τιμᾶν ἐκελεύσθητε, κἂν οἱ προκαθεζόμενοι ἁμαρτωλοὶ [3] νομίζονται. καὶ ταῦτα μὲν ὑμῖν αὐτάρκως εἴρηται· αὐτῷ δὲ πῶς ἀμέμπτως βιοῦν, περιττὸν ἡγοῦμαι λέγειν, ὁπότε τοῦ κἀμὲ διδάξαντος δόκιμος ὑπάρχῃ μαθητής.

LXX. Porro Episcopum vestrum audite, omnemque ei honorem tribuere ne cessetis: scitote quod per illum adducimini ad Christum, & a Christo ad Deum. Adducenti ergo multipliciter D retribuite. Honorate Christi thronum. Quandoquidem [a] & Moysis cathedram honorare jussi estis; quamvis in ea præsidentes, peccatores habeantur. Atque hæc quidem vobis sufficienter sunt dicta. Zacchæo autem qua ratione inculpate vivat, superfluum puto dicere; cum etiam illius qui me docuit probus sit discipulus.

Πλὴν ἀδελφοὶ, ἔνια οὐ χρὴ ἀναμένειν ἀκούειν, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν τὸ εὔλογον νοεῖν. Ζακχαῖος μόνος ὑμῖν ὅλος ἑαυτὸν ἀσχολεῖν ἀποδεδωκὼς, κοιλίαν ἔχων, καὶ ἑαυτῷ μὴ εὐσχολῶν, πῶς δύναται τὴν ἀναγκαίαν πορίζειν τροφήν; οὐχὶ δὲ εὔλογόν ἐστιν πάντας ὑμᾶς τοῦ ζῆν αὐτοῦ πρόνοιαν ποιεῖν; οὐκ ἀναμένοντας αὐτὸν ὑμᾶς αἰτεῖν, τοῦτο γὰρ προσαιτοῦντός ἐστιν· μᾶλλον δὲ τεθνήξεται λιμῷ, ἢ τοῦτο ποιεῖν ὑποστῇ. πῶς δὴ καὶ ὑμεῖς οὐ δίκην ὑφέξετε, μὴ λογισάμενοι ὅτι ἄξιός ἐστιν ὁ ἐργάτης τοῦ μισθοῦ αὐτοῦ; καὶ μὴ λεγέτω τις. οὐκ οὖν ὁ δωρεὰν παρασχεθεὶς λόγος, πωλεῖται; μὴ γένοιτο. εἴ τις γὰρ ἔχων πόθεν ζῆν, λάβοι, οὗτος πωλεῖ τὸν λόγον· εἰ δὲ μὴ ἔχων, τοῦ ζῆν χάριν λαμβάνει τροφὴν, ὡς καὶ ὁ κύριος ἔλαβεν ἔν τε δείπνοις, καὶ φίλοις, οὐδὲν ἔχων, ὁ εἷς αὖθις πάν-


LXXI. Verum, fratres, nonnulla ut audiatis exspectare non oportet, sed ex vobis ipsis quod æquum est intelligere. Zacchæus solus, se totum quo vobis vacet, tradens, cum ventrem habeat, sibique non provideat, quo modo potest cibum necessarium comparare? Nonne vero justum est, E ut omnes vos victus ejus curam geratis? neque exspectetis ut petat a vobis; hoc etenim mendico convenit: potius autem peribit fame, quam id facere sustineat. Et qua ratione vos pœnas non dabitis, si non reputaveritis, [b] dignum esse operarium mercede sua? Nec dicat aliquis: An ergo gratis datus sermo, venditur? Absit. Nam si quis qui habet unde vivat, accipit; hic vendit sermonem: non peccat vero, si non habens, accipiat cibum ad victum; sicut & Dominus in cœnis & apud amicos

a Matt. xxiii. 2. b Luc. x. 7.

1. Παρέχετε.] Lege παρέξετε, & ejusdem temporis verba, quæ præcedunt & consequuntur. DAVIS.

2. Φέρετε.] Forte φέρεσθε. Et mox ἀναφέρεσθε. Cot.
3. Νομίζονται.] Turriano ubi supra, νομίζωνται. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



τα ἔχων, οὐχ ἁμαρτάνει. ἀκολούθως οὖν τιμᾶτε A πρεσβυτέρους, κατηχητὰς, διακόνους χρησίμους, χήρας εὖ βεβιωκυίας, ὀρφανοὺς ὡς ἐκκλησίας τέκνα, ἀλλὰ καὶ ὁπότε χρεία τινὸς πόρου πρὸς ἀναγκαῖον γένοιτο, ἅμα οἱ πάντες συμβάλλεσθε. εἰς ἀλλήλους εὐσεβεῖτε, μὴ ὀκνοῦντες πᾶν ὅτι οὖν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ὑπομένειν,

accepit, qui nihil habebat, unus tamen omnia possidebat. Convenienter igitur honorate Presbyteros, Catechistas, Diaconos utiles, viduas recte viventes, orphanos velut filios Ecclesiæ. Sed & cum necessario opus erit pecunia, omnes pariter conferte. Mutuo exercete pietatem, nec pigeat omnia pro salute vestra sustinere.

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐπέθηκεν χεῖρα τῷ Ζακχαίῳ, λέγων· Δέσποτα καὶ κύριε τῶν ὅλων, ὁ πατὴρ καὶ Θεὸς, σὺ διαφύλαξον ποιμένα μετὰ ποίμνης. σὺ ἡ πρόφασις, σὺ ἡ δύναμις. ἡμεῖς τὸ βοηθούμενον, σὺ ὁ βοηθὸς, ὁ ἰατρὸς, ὁ σωτὴρ, τὸ τεῖχος, ἡ ζωὴ, ἡ ἐλπὶς, ἡ καταφυγὴ, ἡ χαρὰ, ἡ προσδοκία, ἡ ἀνάπαυσις· συνελὼν ἐρῶ· σὺ ἡμῖν τὰ πάν- B τα· πρὸς αἰώνιον ὕπαρξιν σωτηρίας συνέργησον· ῥῦσαι, φύλαξον. πάντα δύνασαι. σὺ γὰρ ἄρχων ἀρχόντων, καὶ κύριος κυρίων, δεσπότης βασιλέων, σὺ δὸς ἐξουσίαν τῷ προκαθεζομένῳ, λύειν ἃ δεῖ λύειν, καὶ δεσμεῖν ἃ δεῖ δεσμεῖν. σὺ σόφισον· σὺ ὡς δι' αὐτοῦ τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ σου, ὡς καλὴν νύμφην διαφύλαξον. σοῦ γάρ ἐστιν δόξα αἰώνιος, ὕμνος, πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας. Ἀμήν.

LXXII. Quibus dictis, manum Zacchæo imposuit, dicens: Here ac Domine omnium, Pater & Deus, tu pastorem cum grege custodi. Tu caussa, tu potestas. Nos, quod adjuvatur; tu, adjutor, medicus, servator, murus, vita, spes, refugium, gaudium, exspectatio, requies; breviter B dicam; tu nobis omnia es. Ad consequendam salutem æternam opitulare; libera, custodi. Cuncta potes. Tu enim es princeps principum, & dominus dominorum, herus regum. Tu antistiti da potestatem solvendi quæ oportet solvere, & ligandi quæ ligare oportet. Tu doce. Tu per eum tamquam per instrumentum, Ecclesiam Christi tui, velut pulcram sponsam tutare. Ad te enim pertinet æterna gloria, laus, Patri, & Filio, & Spiritui sancto, in omnia sæcula. Amen.

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, μετὰ ταῦτα ἔφη· ὅσοι ποτὲ βαπτισθῆναι θέλετε, ἀπὸ τῆς αὔριον νηστεύειν ἄρξασθε, καὶ καθ' ἡμέραν χειροθετεῖσθε, καὶ περὶ ὧν θέλετε πυνθάνεσθε, ἔτι γὰρ ἡμερῶν δέκα ὑμῖν ἐπι- C μεῖναι θέλω. μετὰ δὲ τρεῖς ἡμέρας βαπτίζειν ἀρξάμενος, ἐμὲ φωνήσας, καὶ Ἀκύλαν, καὶ Νικήτην, ἔφη· μέλλων ἐπὶ τὴν Τύρον ὁρμᾶν μεθ' ἡμέρας ἑπτὰ, βούλομαι ἐξ αὐτῆς ὑμᾶς ἀπελθόντας, παρὰ τῇ Χαναανίτιδι [1] Βερνίκῃ Ἰούστης θυγατρὶ λανθανόντως ἐπιξενωθέντας, παρ' αὐτῆς τὰ κατὰ τὸν Σίμωνα ἀκριβῶς γράψαι μοι. πολὺ γάρ μοι συμβάλλεται, ἵνα πρὸς αὐτὸ ἁρμόσωμαι. διὸ ἐξ αὐτῆς πορεύεσθε μετὰ εἰρήνης. καὶ δὴ βαπτίζοντα αὐτὸν ἐάσαντες, καθὼς ἐκέλευσεν, εἰς Τύρον αὐτὸν προήξαμεν τῆς Φοινίκης.

LXXIII. Quæ cum dixisset, postea infit: Quicumque baptizari vultis, ex crastino die jejunare incipite, & singulis diebus manus impositionem C accipite, ac interrogate de quibus volueritis. Adhuc enim decem dies volo vobiscum manere. Post tres autem dies, cum baptizare cœpisset, vocavit me, & Aquilam, & Nicetam, & dixit: Tyrum profecturus post septem dies, volo vos statim abire, & apud Chananæam Berenicen Justæ filiam clam hospitari, atque ex ea diligenter mihi perscribere quæ ad Simonem pertinebunt. Multum enim proderit mihi, ut ad id me præparem. Quapropter jamjam cum pace pergite. Igitur deserentes eum baptizantem; quemadmodum jusserat, in Tyrum Phœniciæ præcessimus eum.

ΟΜΙΛΙΑ Δ'.

D

Καισαρείας δὲ τῆς Στράτωνος ἐξιὼν ἐγὼ Κλήμης, [2] ἅμα Νικήτης καὶ Ἀκύλας, εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης εἰσέβαλλον, καὶ κατ' ἐντολὴν Πέτρου τοῦ ἀποστείλαντος ἡμᾶς, ἐξενίσθημεν παρὰ Βερνίκῃ θυγατρὶ τῆς Χαναανίτιδος Ἰούστης· ἥ τις ἀσμενέστατα ἡμᾶς ἀπεδέξατο, καὶ πολλῇ μὲν τῇ πρὸς μὲ τιμῇ ἀγωνιῶσα, στοργῇ δὲ τῇ πρὸς Ἀκύλαν καὶ Νικήτην, διὰ χαρὰν ὡς συνήθης παρρησιαζομένη ἐφιλοφρονεῖτο, καὶ πρὸς τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν ἡμᾶς δεκτικῶς κατήπειγεν. συνιδὼν οὖν ὅτι βραχεῖαν ἡμῖν ὑπέρθεσιν ποιεῖσθαι ἐπέτρεπεν· ὀρθῶς μὲν, ἔφην, ποιεῖς, ἐπισπεύδουσα τὰ τῆς ἀγάπης ἀποπληροῦν μέρη. προτιμητέος δὲ ταύτης ὁ πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν φόβος. δέδειμεν γὰρ ὑπὲρ πολλῶν ψυχῶν τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, τῆς ἐκεί- E νων σωτηρίας προτιμᾶν τὴν ἡμετέραν ἀνάπαυσιν.

HOMILIA QUARTA.

I. Cæsarea ergo Stratonis egressus ego Clemens, simulque Nicetas, & Aquila, in Tyrum Phœniciæ intravimus, & juxta Petri mandatum qui miserat nos, hospitati sumus apud Berenicen Justæ Chananææ filiam; quæ lubentissime nos suscepit; præque multo erga me honore contendens, & præ dilectione erga Aquilam & Nicetam ut familiares gaudens ac confidens, magna humanitate prosecuta est; nosque ad corpus curandum comiter incitavit. Intuitus ergo, quod hortaretur ut faceremus breves inducias: Recte, inquam, agis, dum caritatis implere munia festinas. At ipsi præferri debet timor erga Deum nostrum. E Veremur enim, qui pro multis animabus contendimus, recreationem nostram anteponere earum saluti.

Πυνθανόμεθα γὰρ ὅτι Σίμων ὁ μάγος, ἐπὶ τῆς ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τὸν κύριον ἡμῶν Πέτρον ζητήσεως ἡττηθεὶς, παραχρῆμα ἀποδρὰς ἐνταῦθα πολλὰ κακὰ διαπράσσεται. [3] πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπεναντίοις παρὰ τὴν ἀλήθειαν λοιδορῶν τὸν Πέτρον, τὰς τῶν πολλῶν συναρπάζει ψυχάς. μάγος γὰρ αὐτὸς ὢν, μάγον ἐκεῖνον ἀποκαλεῖ. καὶ πλάνος αὐτὸς ὢν, πλάνον ἐκεῖνον ἀποκηρύσσει, καὶ ἐν ταῖς ζητήσεσιν ἐπὶ πάντων τὸ ἧττον ἀπενεγ-

II. Audimus enim, quod Simon magus, in disputatione quam cum domino nostro Petro Cæsareæ habuit, superatus, statimque aufugiens, heic multa perpetrat mala. Apud omnes enim adversarios Petrum falso calumnians, multorum abripit animas. Nam cum ipse sit magus, eum magum appellat; & cum sit impostor, impostorem eum proclamat; cumque in disputatione per omnia victus cesserit ac

1. Βερνίκῃ.] Idem nomen Bernices seu Berenices, mulieri αἱμοῤῥοούσῃ, quam sanavit Christus, tribuitur ab alio fabulatore Joanne Antiocheno Malala, apud Damascenum Orat. 3. pro sacris imaginibus. COT.

2. Ἅμα Νικήτης καὶ Ἀκύλας.] Codex Regius 804. ἅμα Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ εἰς Τύρον τῆς Φοινίκης ἐπορευόμεθα. ID.

3. Πᾶσι γὰρ τοῖς ὑπεναντίοις.] *In omnibus enim contrariis*. Ita malim. ID.

A κάμενος καὶ φυγὼν, αὐτὸς φάσκει νενικηκέναι, καὶ τοῦ Πέτρου μὴ δεῖν ἀκούειν, πυκνότερον ἐντέλλεται, ὡς δῆθεν κηδόμενος ἵνα μὴ ὑπὸ δεινοῦ καταγοητευθῶσιν μάγου.

Ταῦτα οὖν μαθὼν ὁ κύριος ἡμῶν Πέτρος, προαπέστειλεν ἡμᾶς, ἐξεταστὰς τῶν λεχθέντων αὐτῷ ἐσομένους· ἵνα εἰ οὕτως ἔχοι, γραψάντων ἡμῶν αὐτὸς μάθῃ, καὶ ἐπελθὼν ἐξελέγξῃ αὐτὸν ἐκεῖνον ἄντικρυς ἐφ᾽ ὧν αὐτὸν διέβαλλεν. ἐπεὶ οὖν ὑπὲρ πολλῶν ψυχῶν ὁ κίνδυνος ἡμῖν πρόκειται, τούτου ἕνεκεν, τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναπαύσεως πρὸς βραχὺ ἀμελήσαντες, παρὰ σοῦ τῆς ἐνταῦθα διατωμένης βουλόμεθα ἀψευδῶς μαθεῖν, εἰ ἅπερ ἠκούσαμεν ἀληθῆ τυγχάνει· καὶ λέγοις ἂν ἤδη ἡμῖν ἕκαστα.

B Η Βερνίκη δὲ ἀξιωθεῖσα, ταῦτα μὲν οὕτως ἔφη [1] ἔχειν ὡς ἠκούσατε· τὰ δὲ ἄλλα τὰ κατ᾽ αὐτὸν τὸν Σίμωνα, ἅπερ ἴσως ἀγνοεῖτε, ἀκούσατε· φαντάσματά τε γὰρ καὶ ἰνδάλματα ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ φαίνεσθαι ποιῶν δι᾽ ἡμέρας, πᾶσαν ἐκπλήττει τὴν πόλιν· καὶ προϊόντος αὐτοῦ ἀνδριάντες κινοῦνται, καὶ σκιαὶ πολλαὶ προηγοῦνται, [2] ἅσπερ αὐτὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων εἶναι λέγει. πολλοὺς δὲ γόητα αὐτὸν ἐλέγχειν πειρωμένους, διαλλάξας πρὸς ἑαυτὸν ὕστερον προφάσει εὐωχίας, βοῦν θύσας, καὶ ἑστιάσας αὐτοὺς, διαφόροις νόσοις περιέβαλεν, καὶ δαίμοσιν ὑπέβαλεν· καὶ ἵνα μὴ πολλὰ λέγω, πολλοὺς κακώσας, θεὸς εἶναι ὑποληφθεὶς, [3] πρὸς τὸ φοβερὸν εἶναι καὶ προτετίμηται.

C Οθεν οὐκ οἴομαι δυνήσεσθαί τινα τοσοῦτον ἀναφθὲν πῦρ σβέσαι. οὐ δὲ γὰρ ἐνδοιάζει τις περὶ ὧν ἐκεῖνος ἐπαγγέλλεται, ἀλλὰ τοῦτο οὕτως ἔχειν διαβεβαιοῦται ἕκαστος. διὸ τοῦ μὴ κινδυνεύειν ὑμᾶς χάριν, παρακαλῶ μηδὲν ἐγχειρῆσαι πρὸς αὐτὸν, πρὶν ἂν Πέτρος ἔλθῃ, ὃς μόνος δυνήσεται πρὸς τοσαύτην δυναστείαν, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δοκιμώτατος ὑπάρχων μαθητὴς, ἀνταγωνίσασθαι. τοσοῦτον γὰρ πεφόβημαι τὸν ἄνδρα, ὡς εἰ μὴ καὶ ἄλλοτε πρὸς τὸν κύριόν μου Πέτρον διαλεχθεὶς, τὸ ἧττον ἀπηνέγκατο, συνεβούλευσα ἂν ὑμῖν καὶ αὐτὸν πείθειν τὸν Πέτρον, μὴ πειρᾶσθαι ἀντεξετάζεσθαι τῷ Σίμωνι.

D Κἀγὼ ἔφην· ὁ κύριος ἡμῶν Πέτρος εἰ ἠγνόει ὅτι αὐτὸς μόνος κατισχύει τῆς ἐκείνου δυναστείας, οὐκ ἂν ἡμᾶς προπέμπων ἐνετέλλετο, λανθανόντως τὰ κατὰ Σίμωνα διαμανθάνοντας αὐτῷ γράφειν. ὅμως ἐπεὶ ἑσπέρα κατειλήφει, ἁλῶν μεταλαβόντες ὑπνώσαμεν. ἕωθεν δέ τις τῇ Βερνίκῃ συνήθης ἐλθὼν ἔφη, τὸν Σίμωνα εἰς τὴν Σιδῶνα ἐκπεπλευκέναι, τῶν δὲ αὐτοῦ μαθητῶν καταλελοιπέναι Ἀππίωνα τὸν Πλειστονίκην, ἄνδρα Ἀλεξανδρέα, γραμματικὸν τὴν ἐπιστήμην, [4] ὃν πρὸς πατρός μοι φίλον, ὃν ἐπέγνων, καὶ Ἀννουβίωνα τὸν [5] Διοπολίτην τινὰ ἀστρολόγον, καὶ Ἀθηνόδωρον τὸν Ἀθηναῖον τῷ [6] Ἐπικούρῳ αἱρετιζόμενον λόγῳ. ἡμεῖς δὲ τὰ κατὰ τὸν Σίμωνα μαθόντες, ἕωθεν πάντα γράψαντες καὶ Πέτρῳ διαπέμψαντες, εἰς περίπατον ἀπετραπόμεθα.

E Καὶ Ἀππίων ἀπήντησατο ἡμῖν, οὐ μόνον μετὰ τῶν προειρημένων ἑταίρων τῶν δύο, ἀλλὰ καὶ μεθ᾽ ἑτέρων ἀνδρῶν ὡς τριάκοντα. καὶ ἅμα τῷ ἰδεῖν με, προσαγορεύσας καὶ καταφιλήσας ἔφη· οὗτός ἐστιν Κλήμης, περὶ οὗ ὑμῖν τῆς τε εὐγενείας καὶ τῆς [7] ἐλευθεροτρο-

fugerit, viciſſe ſe profitetur; frequenterque præcipit Petrum non eſſe audiendum, quaſi videlicet ſollicitus ne a peſſimo illudantur mago.

III. Hæc accipiens dominus noſter Petrus, præmiſit nos futuros verborum illius exploratores: ut ſi ita habeant, ipſe ſcribentibus nobis edoceatur; & adveniens arguat eumdem cominus, de calumniis erga ſe. Quando igitur pro multorum animabus periculum nobis adjacet; ideo corporis noſtri refectione ad breve tempus neglecta, a te quæ heic degis, certo ſcire volumus, an vera ſint quæ audivimus: jamque nobis ſingula ediſſere.

IV. Berenice vero rogata: Hæc quidem, inquit, eo modo ſe habent, quo audiviſtis: cetera vero ejuſdem Simonis, quæ forte ignoratis, audite: phantaſmata enim, & ſpectra ac ſimulacra in medio foro quotidie oſtendens, totam obſtupefacit civitatem: & procedente eo ſtatuæ moventur, ac multæ umbræ præeunt, quas ipſas dicit eſſe animas defunctorum. Multos autem qui eum præſtigiatorem nitebantur oſtendere, cum ſibi conciliaſſet citiſſime prætextu convivii, mactato bove, ipſiſque in eſcam dato, variis implicuit morbis, dæmonibuſque ſubjecit: ac ne plura proloquar, multos affligendo, deus eſſe creditur, & formidabilis eſt, & colitur.

V. Quocirca non puto a quoquam ignem tantum accenſum poſſe exſtingui. Nemo enim in dubium vocat quæ ille pollicetur, ſed ſinguli confirmant rem ita habere. Quare, ea gratia ut vos in periculum non veniatis, hortor ne quidquam tentetis adverſus eum; ante quam Petrus venerit, qui cum ſit Domini noſtri Jeſu Chriſti probatiſſimus diſcipulus, poterit ſolus contra tantam potentiam dimicare. Tantum quippe metuo hominem, ut niſi alias cum domino meo Petro diſceptans diſceſſiſſet inferior, conſilium dediſſem vobis, ipſum quoque Petrum perſuaderetis ne cum Simone diſputare niteretur.


VI. Et ego reſpondi: Si dominus noſter Petrus ignorat quod ipſe ſolus adverſus ejus potentiam prævalet, non utique præmittendo nos mandaſſet, ut clam Simonis geſta diſcentes ei ſcriberemus. Porro cum nox veniſſet, ſumto cibo dormivimus. Mane vero aliquis Berenices familiaris veniens dixit, Simonem in Sidonem navigaſſe; ex ſuis autem diſcipulis reliquiſſe Appionem Pliſtonicem, virum Alexandrinum, arte Grammaticum, paternum meum amicum, mihi cognitum, & Annubionem quemdam Diopolitam, Aſtrologum, atque Athenodorum Athenienſem Epicureæ ſectæ addictum. Nos autem edocti res Simonis, mane cuncta cum ſcripſiſſemus, & ad Petrum miſiſſemus, ad ambulationem convertimus gradum.

VII. Et occurrit nobis Appion, non ſolum cum prædictis duobus ſociis, ſed & cum aliis viris triginta circiter. Ac ſimul atque me vidit, ſalutans & oſculatus, ait: Hic eſt Clemens, de quo multum ad vos ſermonem habui, de illius nobilitate ac mori-

1. Εχειν.] Forte ἔχει. Cot.
2. Ασπερ αὐτὰς ψυχὰς τῶν τεθνηκότων εἶναι λέγει.] Memoratus Codex, αὐτὸς, ut in Epitome. Videndi, Anaſtaſius, Cedrenus, Nicephorus: primus Quæſt. 20. p. 2[illegible]. ſecundus Compendii Hiſtorici p.173. tertius Hiſt. Eccl. l.[illegible]. cap. 27. Ac forte in loco Cedreni rectius ſcribetur; καὶ ἑστιάσας αὐτοὺς, διαφόροις καὶ δυσιάτοις νόσοις καὶ δαίμοσιν ὑπέβαλε. Id.
3. Πρὸς τὸ φοβερὸν εἶναι.] Lege πρὸς τῷ φοβερὸν εἶναι, præter quam quod formidabilis eſt, præ aliis in honore eſt. Davis.

4. Ον πρὸς πατρός μοι φίλον, ὃν ἐπέγνων.] Forte vacat ὃν, aut legendum ὄντα. Cot. — Lege ὄντα ἐπέγνων, quem paternus, cum eſſet mihi amicus, noveram. Hæc concinnior eſt lectio Coteleriana. Vide Homil. v. c. 2. Davis.
5. Διοπολίτην.] Non ſequi ſcripturam Codicis religioni habui. Cot. — Lege Διοσπολίτην a Διοσπόλει. Davis.
6. Επικουρείῳ.] Forte Επικουρείῳ, vel Επικούρου. Cot.
7. Ελευθεροτροπίας.] In Membranis Regiis, ἐλευθεροτριχίας. Cot.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



πείας πολλὴν ἐποιούμην λόγον· ὅτι ἀνὴρ πρὸς γένους Τιβερίου Καίσαρος ὤν, καὶ [1] πάσης ἑλληνικῆς παιδείας ἐξησκημένος, ὑπὸ βαρβάρου τινὸς, τὴν προσηγορίαν Πέτρου, τὰ Ἰουδαίων ποιεῖν καὶ λέγειν ἠπάτηται. ὅθεν ἀξιῶ συναγωνίσασθαί μοι πρὸς τὴν διόρθωσιν αὐτοῦ. καὶ ἐφ' ὑμῶν αὐτοῦ πυνθάνομαι. λεγέτω μοι, ἐπειδὴ πρὸς τὸ εὐσεβεῖν ἑαυτὸν ἀποδεδωκέναι νομίζει, πῶς οὐχὶ τὰ μέγιστα ἀσεβεῖ, καταλιπὼν μὲν τὰ πάτρια, ἀποκλίνας δὲ [2] εἰς ἔθη βάρβαρα.

A bus liberalibus; quod vir ex genere Tiberii Cæfaris, & in omni Græca difciplina exercitatus, a Barbaro quodam qui vocatur Petrus, fraude compulfus effet ad peragendos ac prædicandos Judæorum ritus. Quare rogo, ut me in illo corrigendo adjuvetis. Et coram vobis eum interrogo. Refpondeat mihi; quandoquidem arbitratur, quod fe, ut pietatem coleret, dediderit; quo modo non maxime impius fit, qui patrios dereliquerit, declinaverit vero ad barbaros mores.

Ἐγὼ ἀπεκρινάμην· τὴν μὲν πρὸς ἐμέ σου ἀγαθὴν προαίρεσιν ἀποδέχομαι· τὴν δὲ ἀγνωσίαν ἀποσείομαι. ἡ μὲν γὰρ προαίρεσις ἀγαθὴ, ὅτι ἐν οἷς δοκεῖς καλοῖς, ἐν τούτοις εἶναί με θέλεις· ἡ δὲ γνῶσις οὐχ ὀρθῶς ἔχουσα, φιλίας προφάσει, ἐνεδρεύειν ἀγωνίζεται. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ἀγνωσία σοι εἶναι δοκεῖ, τὰ πάτρια ἔθη φυλάττοντα, τὰ Ἑλλήνων φρονεῖν; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· τὸν εὐσεβεῖν προαιρούμενον, οὐ πάντως φυλάσσειν δεῖ τὰ πάτρια, ἀλλὰ φυλάσσειν μὲν ἐὰν ᾖ εὐσεβῆ, ἀποσείεσθαι δὲ ἐὰν ἀσεβῆ τυγχάνῃ. ἐνδέχεται γάρ τινα πατρὸς ἀσεβοῦς ὄντα, εὐσεβεῖν βουλόμενον, μὴ θέλειν τῷ τοῦ πατρὸς ἀκολουθεῖν. καὶ ὁ μὲν Ἀππίων ἀπεκρίνατο· τί οὖν τὸν σὸν πατέρα ἔφης κακοῦ βίου γεγονέναι; κἀγὼ ἔφην· κακοῦ μὲν οὐκ ἦν βίου, κακῆς δὲ ὑπολήψεως. καὶ ὁ Ἀππίων· τίς ἦν ἡ κακὴ αὐτοῦ ὑπόνοια ἀκοῦσαι θέλω. κἀγὼ ἔφην· ὅτι τοῖς τῶν Ἑλλήνων ψευδέσιν καὶ κακοῖς ἐπίστευε μύθοις. καὶ ὁ Ἀππίων ἐπύθετο· τίνες εἰσὶν οὗτοι τῶν Ἑλλήνων οἱ ψευδεῖς καὶ κακοὶ μῦθοι; κἀγὼ ἔφην· ἡ περὶ θεῶν οὐκ ὀρθὴ δόκησις, ἣν ἐὰν μακροθυμῇς, ἀκούσῃ μετὰ τῶν φιλομαθῶν.

VIII. Ego refpondi: Tuam quidem in me præclaram voluntatem habeo acceptam; at ignorationem amolior. Scilicet, præclara quidem voluntas eft, quod in iis quæ tibi bona videntur, me verfa-
B ri cupis: verum cognitio non recte habens, prætextu amicitiæ infidiari nititur. Dixit Appion: Num ignoratio tibi videtur; patrios ritus fervando, fentire cum Græcis? Et ego refpondi: Qui vitam pie agere ftatuit, non omnimodis debet fervare patria inftituta; fed fervare quidem, fi pia fint; abjicere vero, fi fint impia. Ufu enim venire folet, ut aliquis patre impio natus, volens vivere pie, nolit patris mores fequi. Excepit Appion: Quid ergo? patrem tuum ais malæ vitæ exftitiffe. Refpondi ego: Non quidem erat malæ vitæ, fed malæ opinionis. Et Appion: Quæ illius fuerit mala fententia, cupio audire. Et ego dixi: Quod falfis ac pravis Græcorum fabulis habuit fidem. Atque Appion fcifcitatus eft:
C Quænam funt hæ Græcorum falfæ ac pravæ fabulæ? Refpondi: Non recta de diis opinatio; quam, fi æquo animo fers, cum difcendi cupidis audies.

Διὸ πρὸ τῶν διαλόγων, εἴς τινα ἡσυχότερον ὑποχωρήσωμεν ἤδη τόπον· ἐνταῦθα ὑμῖν διαλεχθήσομαι. τοῦ δὲ ἰδιολογεῖσθαί με βούλεσθαι αἰτία γέγονεν αὕτη, ἐπειδὴ οὐχ οἱ πολλοὶ, οὐδὲ οἱ φιλοσοφοῦντες αὐτοὶ ἅπαντες γνησίως προσέρχονται τῇ τῶν ὄντων κρίσει. ἴσμεν γὰρ πολλοὺς καὶ τῶν ἐπὶ φιλοσοφίᾳ μεγαλοφρονούντων κενοδοξοῦντας, ἢ χρηματισμοῦ χάριν περιβεβλημένους τὸν τρίβωνα, καὶ οὐκ αὐτῆς ἀρετῆς ἕνεκεν, οἵπερ ἐὰν μὴ εὕρωσιν δι' ὃ φιλοσοφοῦσιν, ἐπὶ τὸ χλευάζειν τρέπονται. διὰ δὴ τοὺς τοιούτους ἐπιτήδειόν τινα πρὸς τὸ ἰδιάζειν τόπον ἐπιλεξώμεθα.

IX. Quare ante differtationem, jam fecedamus in quietiorem aliquem locum; ubi vobifcum differam. Quod autem velim feorfum colloqui, cauffa hæc eft; quia non accedunt fincere plerique, neque etiam omnes philofophi, ad judicandum de rebus. Multos fiquidem novimus, eorum quoque qui de fe ob philofophiæ profeffionem magnifice fentiunt, inani gloria duci; aut lucri cupiditate, non autem virtutis amore indui pallio: qui fi non invenerint id propter quod philofophantur, vertunt fe ad cachin-
D nos. Ob iftos ergo aptum aliquem locum eligamus, in quo foli fimus.

Καὶ τὶς ἐν αὐτοῖς πλούσιος ἀνὴρ, καὶ διὰ παντὸς χῶρόν τινα περὶ ἑαυτὸν κεκτημένος [3] παμμιύσων φύλλων, ἔφη· ἐπειδὴ σφόδρα καῦμα ἐπιφλέγει, [4] βραχὺ τῇ πόλεως εἰς ἐμοὺς κήπους ὑποχωρήσωμεν. καὶ δὴ προϊόντες ἐκαθέζοντο ἔνθα ἦν καθαρὰ ψυχρῶν ναμάτων ῥεύματα, καὶ δένδρων παντοίων χλοερὰ σκέπη. ἔνθα ἐγὼ ἀσμένως ἐκαθεζόμην, καὶ οἱ λοιποὶ περὶ ἐμὲ, καὶ ἡσυχάζοντες, ἀντὶ τῆς μελλούσης ἀξιοῦν με φωνῆς, διὰ τοῦ ἀτενίζειν εἰς ἐμὲ, δηλοὶ ἦσαν τῆς ὑποθέσεως τὴν ἀπόδειξιν ἀπαιτοῦντες, καὶ δὴ οὕτως λέγειν ἠρξάμην.

X. Tum quidam ex illis, vir dives, qui agrum poffidebat frondibus elegantiffime ornatum, dixit: Quandoquidem vehementer adurit æftus, paullulum a civitate ad hortos meos fecedamus. Et progreffi, confederunt, ubi pura erant gelidorum laticum fluenta, & arborum omnigenum tegmen viride. Ibi ego lubens fedi, & reliqui circa me; qui filentes, pro voce qua me rogaturi erant, per fixos in me oculos clare videbantur quam promiferam demonftrationem pofcere. Itaque fic loqui cœpi.

Πολλή τις, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, [5] ἡ διαφορὰ τυγχάνει ἀληθείας τε καὶ συνηθείας. ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη εὑρίσκεται· τὸ δὲ ἔθος ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς, εἴτε ψευδὲς, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται· καὶ οὔτε [6] ἀληθὲς ὄντι αὐτῷ ἥδεται ὁ πα-

E XI. Multa eft, viri Græci, differentia inter veritatem atque confuetudinem. Veritas enim fincere quæfita, invenitur: confuetudo autem, quæcumque affumatur, feu vera, feu falfa, temere a fe ipfa confirmatur; neque cum vera eft, lætatur is qui affu-

1. Πάσης Ἑλληνικῆς παιδείας ἐξησκημένος.] Repone: πᾶσαν Ἑλληνικὴν παιδείαν ἐξησκημένος, uti femper loquuntur idonei fcriptores. Vide Epit. Cap. XVI. DAVIS.

2. Εἰς ἔθη βάρβαρα.] Idem Codex Membraneus n. 804. ἔθνη. COT. — Flocci eft εἰς ἔθνη βάρβαρα, quod dat Codex Regius. Recte fe habet vulgata verfio, eamque fervat Epit. Cap. XLVI. Vide & infra Cap. VIII. DAVIS.

3. Παμμιύσων φύλλων.] Prior vox dubio procul eft barbara, nec fatis liquet quid fit reponendum. Forte παμμίκτων φύλλων, nam poftea παντοίων δένδρων meminit. DAVIS. — Crediderim legi poffe παμμήνων φύλλων, ut fignificentur arbores per omnes menfes foliis abundantes, etiam media æftate, qua fæpe defunt frondes arboribus, in calidioribus oris, nifi fint rivi aquarum in vicina. CLER.

4. Βραχὺ τῇ.] Forte βραχύ τι. COT.

5. Διαφορὰ τυγχάνει.] Totum caput eodem modo habetur in Eclogis Damafceni capite περὶ συνηθείας πονηρᾶς &c. nifi quod omittitur vox τύχῃ, & πατρῴαν fcribitur, item rectius ἀληθεύοντι. COT.

6. Ἀληθὲς] Forte ἀληθεῖ. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

ραλαβὼν, οὔτε ψευδεῖ ἄχθεται. οὐ γὰρ κρίσει, ἀλλὰ προλήψει ὁ τοιοῦτος πεπίστευκεν, γνώμῃ τῶν πρὸ αὐτοῦ ἐπ' ἀδήλῳ [1] τύχῃ τὴν ἐπιδεδωκὼς ἐλπίδα. καὶ οὐκ ἔστιν ῥαδίως ἀποδύσασθαι τὴν πάτριον περιβολὴν, κἂν πάνυ αὐτῷ δείκνυται μωρὰ καὶ καταγέλαστος οὖσα.

A mit, neque cum falsa, contristatur. Non enim judicio, sed præsumta opinione is credidit, incerta fretus fortuna, majorum scilicet placito. Nec facile est exuere hereditarium sententiæ amictum, licet ei penitus ostendatur stultus ac ridiculus.

Αὐτίκα γοῦν ἐγὼ τὴν πᾶσαν Ἑλλήνων παιδείαν, κακοῦ δαίμονος χαλεπωτάτην ὑπόθεσιν εἶναι λέγω. οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν πολλοὺς θεοὺς εἰσηγήσαντο, καὶ τούτους κακοὺς καὶ παντοπαθεῖς· ἵνα ὁ τὰ ὅμοια πράττειν θέλων, μηδὲ αἰδεῖται, ὅπερ ἐστὶν ἀνθρώπου ἴδιον, παράδειγμα ἔχων τῶν μυθολογουμένων θεῶν τοὺς κακοὺς καὶ ἀσέμνους βίους. τῷ δὲ μηδὲ αἰδεῖσθαι, οὐδὲ ἐλπίδα μετανοίας ὁ τοιοῦτος ἐμφαίνει. ἄλλοι δὲ εἱμαρμένην εἰσηγήσαντο, τὴν λεγομένην γένεσιν, παρ' ἣν [2] μηδὲν πάσχειν [3] τι, ἢ ποιεῖν δύνασθαι. ὁμοίως οὖν καὶ τοῦτο τῷ πρώτῳ ταὐτόν ἐστιν. νομίσας γάρ τις ὅτι παρὰ γένεσιν οὐδεὶς οὔτε πάσχειν ἔχει, ῥαδίως ἐπὶ τὸ ἁμαρτάνειν ἔρχεται, καὶ ἁμαρτὼν οὐ μεταμελεῖται ἐφ' οἷς ἠσέβηκεν, ἀπολογίαν φέρων ὅτι ὑπὸ γενέσεως αὐτὰ ποιεῖν ἐξηναγκάζετο· καὶ ὡς τὴν γένεσιν κατορθῶσαι μὴ δυνάμενος, ἐφ' οἷς ἐξαμαρτάνει, οὐδὲ τὸ αἰδεῖσθαι ἔχει.

XII. Jam igitur ego universam Græcorum doctrinam dico esse perniciosissimam mali dæmonis disciplinam. Alii enim illorum induxerunt multos deos, eosque malos, omnibusque obnoxios perturbationibus: ut qui similia patrare velit, non erubescat, quod est hominis proprium, dum pro exemplo habet fabulosorum deorum pravos & inhonestos mores. Ex eo autem quod neque erubescit, B pœnitentiæ is nec spem ostendit. Alii vero fatum seu Genesim invexerunt, præter quam nemo quidquam vel facere vel pati possit. Similiter ergo & hoc idem est cum primo. Existimans enim aliquis, neminem præter Genesim quidquam vel facere vel pati posse, facile ad peccandum accedit, & post peccatum non ducitur pœnitentia impie gestorum; affertque pro defensione, quod a Genesi ita facere coactus sit: & quasi qui nequeat corrigere Genesim, neque verecundiam habet in peccatis.

Ἄλλοι δὲ ἀπρονόητον φορὰν εἰσηγοῦνται, ὡς αὐτομάτως τῶν πάντων περιφερομένων, οὐδενὸς ἐφεστηκότος δεσπότου. ταῦτα δὲ οὕτω νομίζειν, ὡς εἰρήκαμεν, πασῶν δοξῶν τυγχάνει οὖσα χαλεπωτάτη. ὡς γὰρ οὐκ ὄντος τοῦ ἐφεστῶτος καὶ προνοουμένου, καὶ ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμοντος, [4] πᾶν ὅ, τι δύναται διὰ τὴν ἀφοβίαν ἀκόλως δρῶσιν. Ὅθεν οὐ ῥαδίως, ἢ τάχα οὐδὲ ὅλως, οἱ τὰ τοιαῦτα φρονοῦντες σωφρονίζονται· τὸν γὰρ ἐπιστρέφοντα κίνδυνον οὐ προορῶνται. ὁ δὲ τῶν, [5] ὡς ὑμεῖς φατὲ, βαρβάρων Ἰουδαίων λόγος, εὐσεβέστατός ἐστιν, ἕνα πατέρα καὶ δημιουργὸν τοῦδε τοῦ παντὸς εἰσηγούμενος, τῇ φύσει ἀγαθὸν καὶ δίκαιον· ἀγαθὸν μὲν, ὡς μεταμελομένοις χαριζόμενον τὰ ἁμαρτήματα· δίκαιον δὲ, ὡς [6] ἑκάστῳ μετὰ τὴν μετάνοιαν κατ' ἀξίαν τῶν πεπραγμένων [7] ἐπαξίοντα.

XIII. Alii vero introducunt providentiæ expertem casum; ac si omnia sponte sua circumferantur, Domino nullo præsidente. Hæc autem ita censere: C ut diximus, omnium sententiarum est perniciosissima. Tamquam enim nullus sit præses, ac provisor, singulisque pro merito distributor; omne quod fieri potest, facile ob metus vacuitatem perpetrant. Quare vix, ac ne vix quidem, qui ista opinantur, honestam ducunt vitam: quia ingruens quo converti poterant, periculum non prævident. At vero doctrina eorum, quos Barbaros Judæos vocatis, maxime est pia; quæ unum Patrem, & Opificem totius hujus mundi inducit; natura bonum ac justum: bonum quidem, ut qui pœnitentibus veniam delictorum concedat; justum autem, ut qui unicuique post pœnitentiam pro factorum meritis irroget.

Οὗτος ὁ λόγος, εἰ καὶ μῦθος ὢν τυγχάνει, εὐσεβής γε ὢν, οὐκ ἀσύμφορος ἂν εἴη τῷ βίῳ. ἕκαστος γὰρ προσδοκίᾳ τοῦ κριθήσεσθαι ὑπὸ τοῦ παντεπόπτου Θεοῦ, πρὸς τὸ σωφρονεῖν μᾶλλον τὴν ὁρμὴν λαμβάνει. εἰ δὲ καὶ ἀληθὴς εἴη ὁ λόγος, ἀπήλλαξε μὲν τὸν σωφρόνως βεβιωκότα τῆς αἰωνίου κολάσεως, προσευεργέτηκεν δὲ τοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀϊδίοις τε καὶ ἀπορρήτοις γιγνομένοις ἀγαθοῖς.

D XIV. Hæc doctrina, quamvis fabula esset, cum pia sit, vitæ non esset inutilis. Singuli namque dum exspectant futurum erga se Dei cuncta intuentis judicium, ad temperate vivendum majorem impetum capiunt. Quod si & vera sit doctrina; æterno supplicio liberat eum qui vitam moderatam traduxit, simulque pro beneficio largitur futura a Deo bona æterna & ineffabilia.

Πάλιν ἐπάνειμι ἐπὶ τὴν πρωτίστην τῶν Ἑλλήνων δόξαν, τὴν πολλοὺς καὶ παντοπαθεῖς θεοὺς εἶναι μυθολογοῦσαν. καὶ ἵνα μὴ εἰς τὰ ἀσφαλῆ πολὺν ἀναλίσκω χρόνον, ἑκάστου τῶν λεγομένων θεῶν τὰς ἀσεβεῖς πράξεις εἰσηγούμενος, πάντας μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι αὐτῶν τοὺς ἔρωτας, τοῦ Διός τε καὶ Ποσειδῶνος, Πλούτωνός τε καὶ Ἀπόλλωνος, Διονύσου τε καὶ Ἡρακλέους, καὶ τῶν καθ' ἕνα ἕκαστον, [8] ὧν οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοεῖτε, ἐκ

XV. Sed ad primam revertor Græcorum ac Gentilium opinionem, quæ deos fabulatur multos, & omnibus obnoxios perturbationibus. Ac ne in res certas multum insumam temporis; dum uniuscujusque eorum qui apud vos dii nominantur impios E actus recenseo, cunctos quidem non dicam illorum amores, Jovis, Neptuni, Plutonis, Apollinis, Bacchi, Herculis, ac singulorum; quos neque ipsi

1. Τύχῃ τὴν ἐπιδεδωκὼς ἐλπίδα.] Cum vox τύχῃ a Joanne Damasceno prætermittatur, eam delendam censeo, scribendumque: τὴν ἐπιδεδωκὼς ἐλπίδα. DAVIS.
2. Μηδὲν πάσχειν &c.] Lego: μηδὲν πάσχειν τις ἢ ποιεῖν δύναται: nihil quisquam pati, aut facere potest. ID.
3. Πάσχειν τι.] Epit. τινά. Mox post οὐδεὶς, Epit. habet, οὔτε ποιεῖν. COT.
4. Πᾶν ὅ, τι δύναται.] Ex Ms. δύνανται. ID.
5. Ὡς ὑμεῖς φατέ.] Non soli Gentiles appellabant Judæos & Christianos, Barbaros; sed & ipsi Judæi atque Christiani eo se nomine donasse reperiuntur. Disces ex Josepho in prologo librorum de bello Judaico, Justino Martyre Apologia 2. Tatiano Oratione ad Græcos, Clemente Alex. multis in locis, & Origene in tomis contra Celsum. Ethnicorum vero auctorum illustria sunt testimonia duo: alterum Amelii Platonici, qui apud Eusebium Præpar. Evang. lib. XI. cap. 19 & Cyrillum lib. VIII. contra Julianum pag. 283. per Barbarum intelligit Joannem Evangelistam. Aliud Porphyrii in [illegible] versus Christianos; Ὠριγένης δὲ Ἕλλην ἐν Ἕλλησι παιδευθεὶς λόγοις, πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα. Hist. Eccl. Eusebii lib. VI. cap. 19. ID.
6. Ὡς ἑκάστῳ μετὰ τὴν μετάνοιαν &c.] [illegible] ὡς ἑκάστῳ μὴ μετανοοῦντι κατ' ἀξίαν τῶν πεπραγμένων ἐπαξίοντα Epitom. [illegible]
7. Ἐπαξίοντα.] [illegible]. ID.
8. Ὧν οὐδὲ &c.] [illegible] scribendum: ἃς (scilicet, ἔρωτας) οὐδὲ αὐτοὶ ἀγνοεῖτε, [illegible]) neque [illegible], qui litteris Græcis [illegible] &c. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



παιδείας Ἑλληνικῆς ὁρμώμενοι, οὓς ἐπαιδεύθητε βίους, ἵνα ὡς ζηλωταὶ τῶν θεῶν, τὰ ὅμοια πράττητε.

A ignoratis, utpote in Græcorum litteris instituti; quas vitas edocti estis, ut tamquam deorum æmulatores similia peragatis.

Ἀπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ βασιλικωτάτου Διὸς ἄρξομαι, οὗ ὁ μὲν πατὴρ Κρόνος τὰ ἴδια τέκνα, ὡς λέγετε, καταπιὼν, [1] τῇ ἐξ ἀδάμαντος ἅρπῃ τοῦ πατρὸς Οὐρανοῦ τὰ μόρια θερίσας, τῆς πρὸς γονεῖς ἀσεβείας, καὶ τῆς πρὸς τὰ τέκνα φιλίας, τοῖς τὰ μυστικὰ τῶν θεῶν ζηλοῦσιν τὸν ὑπογραμμὸν ἔδειξεν. αὐτὸς δὲ ὁ Ζεὺς τὸν αὐτοῦ πατέρα δήσας, καθεῖρξεν εἰς Τάρταρον, καὶ τοὺς ἄλλους κολάζει θεούς. τοῖς δὲ ἀῤῥητουργεῖν θέλουσιν τὴν Μῆτιν γεννήσας, κατέπιεν· ἦν δὲ ἡ Μῆτις γονή· βρέφος γὰρ καταπιεῖν, ἀδύνατον. ὑπὲρ δὲ ἀπολογίας παιδεραστῶν Γανυμήδην ἁρπάζει. μοιχοῖς δὲ ὑπὲρ μοιχείας βοηθῶν, αὐτὸς πολλάκις μοιχὸς εὑρίσκεται. [2] ἀδελφοκτονεῖν δὲ προτρέπει, ἀδελφαῖς συνελθὼν, Ἥρᾳ καὶ Δήμητρι, καὶ τῇ οὐρανίᾳ Ἀφροδίτῃ, ἣν τινες Δωδώνην λέγουσι. τοῖς δὲ θυγατράσι μίγνυσθαι βουλομένοις, Περσεφόνῃ συνεληλυθὼς, παράδειγμα πονηρὸν ἐκ τῶν μύθων γίνεται. ἄλλα γε μυρία ἠσέβηκεν, ἵνα ὑπὸ τῶν δυσσεβῶν διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀκρασίαν, θεὸς εἶναι ὁ μῦθος δογματισθῇ.

XVI. Sed ab ipso maximo rege Jove ordiar. Illius quidem pater Saturnus, liberis suis, ut soletis referre, devoratis, & adamantina falce demessis patri Cælo genitalibus; pietatis erga parentes, & amoris in liberos, iis qui deorum mysteria æmulantur ostendit exemplum. Ipse vero Juppiter patrem suum vinctum in Tartaro conclusit, & alios deos punit. Pro iis autem qui nefandam patrare volunt obscenitatem, Metin cum genuisset absorpsit: porro Metis erat semen; infantem enim absorberi impossibile. B In defensionem vero eorum qui puerorum indulgent amoribus, rapit Ganymedem. Adulteris autem in adulterio opem ferens, ipse sæpe mœchus invenitur. Ad sorores etiam ducendas invitat, congrediens cum sororibus, Junone, Cerere, Venere cælesti, quam nonnulli Dodonam vocant. Iis vero qui cum filiabus commisceri cupiunt, cum Proserpina congressus, exemplum improbum ex fabulis efficitur. Alia quoque innumera impie gessit; ut ab impiis hominibus propter exsuperantem intemperantiam fabulosum dogma de illius divinitate persuasum fuerit.

Ἰδιώταις ἔχοις περὶ τῶν τοιούτων ὑπολήψεων ἀγανακτεῖν μετρίως εὔλογον. τοῖς δὲ ἐκ παιδείας ὁρμωμένοις, τί δεῖ καὶ λέγειν; ὦ τινες [3] γραμματικοὶ καὶ σοφισταὶ ἀξιοῦντες εἶναι, τὰς τοιαύτας πράξεις θεῶν ἀξίας εἶναι βεβαιοῦσιν. αὐτοὶ γὰρ ἀκρατεῖς ὄντες, ταύτης τῆς μυθικῆς προφάσεως λαβόμενοι, ὡς δὴ μιμηταὶ τῶν κρειττόνων, ἄσεμνα διαπραττόμενοι παῤῥησιάζονται.

XVII. Et vero æquum videatur, circa has opiniones paullum indignari imperitis. Iis autem qui in litteris C instituti fuerunt, quidnam dicere oportet? qui Grammatici & Sophistæ esse gestientes, has actiones diis dignas esse affirment. Cum enim ipsi incontinentes sint; fabularum accepto prætextu, quasi numinum imitatores, libere perpetrant turpia.

Διὰ τοῦτο αὐτῶν πολλῷ ἔλαττον οἱ κατ' ἀγρὸν βιοῦντες ἐξαμαρτάνουσιν, οὐκ εἰσηγμένοι πονηρῶς δι' ὧν εἰσήχθησαν οἱ ταῦτα τολμῶντες, ἐκ παιδείας κακῆς ἀσεβεῖν μεμαθηκότες. οἱ γὰρ ἐκ παιδὸς διὰ τῶν τοιούτων μύθων μανθάνοντες γράμματα, ἔτι ἁπαλῇ οὔσῃ τῇ ψυχῇ, τὰς τῶν λεγομένων θεῶν ἀσεβεῖς πράξεις εἰς τὸν αὐτῶν συμφύουσι νοῦν. ὅθεν ἐπαυξηθείσης τῆς ἡλικίας, ὡς κακὰ σπέρματα καταβληθέντα τῇ ψυχῇ, τελεσφοροῦσιν· καὶ τὸ πάντων χαλεπώτατον, ὅτι οὔτε ἐκκοπῆναι ῥᾳδίως ἐστὶν τὰ ἐνεῤῥιζωμένα ἀσεβήματα, ὁπότ' ἂν ἀνδρωθεῖσιν αὐτοῖς χαλεπὰ εἶναι νοεῖται. [4] ἐν οἷς γὰρ ἕκαστος ἐκ παιδῶν ἐθίζεται, τούτοις ἐμμένειν ἥδεται· καὶ οὕτως, τῆς συνηθείας οὐ πολὺ ἔλαττον πρὸς τὴν φύσιν δυναμένης, δυσμετάβλητοι γίνονται πρὸς τὰ μὴ ἀπ' ἀρχῆς αὐτοῖς καταβληθέντα τῇ ψυχῇ καλά.


XVIII. Quocirca multo minus iis aberrant illi qui ruri degunt; non prave instituti in iis, quibus imbuti sunt qui ista audent, quique a mala eruditione impietatem didicerunt. Nam qui a puero per has fabulas edocti sunt litteras, cum adhuc tener est animus, impias putatorum deorum actiones menti suæ inserunt: quare adulta ætate, eæ instar malorum D seminum in animam dejectorum, fructum ferunt: & quod est omnium gravissimum, facile non exscinduntur radicatæ impietates, quando illi viri facti eas graves noxiasque esse intelligunt. In quibus enim unusquisque a teneris assuescit, iis gestit immorari: sicque, quia consuetudo non minus multo valet quam natura, ægre convertuntur ad ea bona, quæ principio in ipsorum animos non fuerunt injecta.

Διὸ χρὴ καὶ τοὺς νέους μὴ τοῖς διαφθείρουσιν ἀρκεῖσθαι μαθήμασιν, καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς ἀκμῆς ὄντας, ἐπιμελῶς ὑποστέλλεσθαι τῆς Ἑλλήνων ἐπακούειν μυθολογίας. πολὺ γὰρ ἀμαθίας χείρονά ἐστιν τὰ παρ' αὐτοῖς μαθήματα· ὡς ἐκ τῶν κατ' ἀγρὸν οἰκούντων, διὰ τὸ μὴ παιδευθῆναι τὰ παρ' Ἕλλησιν, ἔλαττον ἁμαρτανόντων, ἀπεδείξαμεν. φευκτέον δὴ τοὺς τοιούτους μύθους αὐτῶν, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὰ βιβλία· εἴθε δυνατὸν ἦν, καὶ τὰς πόλεις. κακῶν γὰρ μαθημάτων γέμοντες καὶ πνέοντες, τοῖς συναυλιζομένοις ὥσπερ λύσσαν τοῖς πλησίον μεταδιδοῦσιν ὧν πεπόνθασιν αὐτοί. τὸ δὲ χαλεπώτατον, ὅστις παρ' αὐτοῖς πλεῖον πεπαίδευται, [5] πολλῷ τῷ κατὰ φύσιν οὕτως φρονεῖν ἐκτέτραπται.

XIX. Quare oportet, ut pueri corruptricibus non acquiescant disciplinis; & qui in flore ætatis sunt, diligenter cohibeantur Græcorum audire fabulas. Multo enim inscitia pejor est eorum scientia; quemadmodum ex rusticis ostendimus, qui quod Græcam non E acceperint eruditionem, peccent minus. Fugere igitur oportet tales illorum fabulas, & theatra, & libros, &, utinam fieri posset! etiam civitates. Malarum enim institutionum homines pleni & spirantes, congredientibus, tamquam rabiem proximis, quæ ipsi passi sunt tradunt. Et quod est pessimum; quicumque apud eos magis est institutus, plus ita ad sentiendum contra naturam coactus perversusque fuit.

1. Τῇ ἐξ ἀδάμαντος ἅρπῃ.] Præponitur in MS. ἅμα. Ibidem mox, τῶν ὑπογραμμῶν. COT.
2. Ἀδελφοκτονεῖν.] Epit. ἀδελφογαμεῖν. ID.
3. Ὦ τινες γραμματικοὶ καὶ σοφισταὶ ἀξιοῦντες εἶναι.] Forte scriptum erat οἵ τινες. Sed legendum cum eodem MS. ὧν. ID.
4. Ἐν οἷς γὰρ &c. μυθολογίας.] Subjunguntur capiti II. a S. Damasceno, a quo citantur cum quibusdam parvi momenti varietatibus, si demas hanc, omnino certe amplectendam, ἀσκεῖσθαι *exerceri*, pro ἀρκεῖσθαι. ID.
5. Πολλῷ τῷ &c.] Reponendum puto: πολλῷ τῶν κατὰ φύσιν οὗτος φρονῶν ἐκτέτραπται: *multo magis hic ab ea, quæ secundum naturam est, ratione deflexus est.* DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



A Τινὲς δὲ τῶν παρ' αὐτοῖς καὶ φιλοσόφοι εἶναι ἀξιοῦντες, τὰ τοιαῦτα ἁμαρτήματα ἀδιάφορα τίθενται, καὶ τοὺς ἐπὶ ταῖς τοιαύταις πράξεσιν χαλεπαίνοντας, ἀνοήτους λέγουσιν. οὐ γάρ ἐστιν, φασὶ, τὰ τοιαῦτα τῇ φύσει ἁμαρτήματα, ὅσα θετοῖς ἀπηγόρευται νόμοις ὑπὸ τῶν κατ' ἀρχὰς γενομένων σοφῶν, διὰ τὸ εἰδέναι, ὅτι οἱ ἄνθρωποι εὐεμπίστῳ ψυχῇ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μεγάλως ἀχθόμενοι, πρὸς ἀλλήλους πόλεμον αἴρονται. ὧν ἕνεκα νόμον θέντες οἱ σοφοὶ, τὰ τοιαῦτα ὡς ἁμαρτήματα ἀπηγόρευσαν. γελοῖον δὲ οὕτως ὑπολαμβάνειν. πῶς γὰρ οὐχ ἁμαρτήματά εἰσιν τὰ θορύβων καὶ φόνων καὶ πάσης ταραχῆς αἴτια; ἢ γὰρ οὐκ ἐκ μοιχείας ἀνακύπτουσιν [1] βίων περιγραφαὶ, καὶ ἄλλα πλείω κακά;

XX. Ex illis autem quidam, qui & philosophi esse gloriantur, ista peccata faciunt indifferentia; eosque qui talibus succensent actionibus, stultos dicunt. Non enim, inquiunt, hæc natura sunt peccata, quæ per latas leges interdicta sunt in primis sapientibus; scilicet, quibus exploratum erat, homines mobili facile animo, circa talia vehementer offensos, bellum in se mutuo suscepturos: quapropter sapientes, lege posita, ista velut delicta prohibuere. Ita vero arbitrari est ridiculum. Qua enim ratione peccata non sunt, quæ tumultus producunt, & homicidia, omnemque conturbationem? Nonne enim ex adulterio oriuntur festinæ mortes, & alia multa mala?

B

Ἀλλὰ διὰ τί, φησιν, ὁ ἀνὴρ ἐὰν ἀγνοῇ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα μοιχευομένην, οὐ ζηλοῖ, οὐ θυμοῦται, οὐ θορυβεῖ, οὐ πολεμεῖ; οὕτως οὐκ ἔστιν τῇ φύσει τὰ τοιαῦτα κακὰ, ἀλλὰ ἡ ἄλογος ἀνθρώπων δόκησις ταῦτα δεινοποιεῖ. ἐγὼ δέ φημι, ὅτι κἂν μὴ τὰ δεινὰ ταῦτα συμβαίνῃ, ἐνδέχεται συνηθείᾳ τῇ πρὸς τὸν μοιχὸν, ἢ τὸν ἄνδρα ἀπολιπεῖν, ἢ καὶ συνοικοῦσαν ἐπιβουλεῦσαι, ἢ τὰ τοῦ ἀνδρὸς κόπῳ πεπορισμένα τῷ μοιχῷ παρασχεῖν· καὶ [2] ἀποδημοῦντος τοῦ ἀνδρὸς συλλαβοῦσαν ἐκ τοῦ μοιχοῦ, διὰ τὸ αἰδεῖσθαι τὸν ἔλεγχον, τὸ κατὰ γαστρὸς φθεῖραι θελῆσαι, καὶ γενέσθαι τεκνοκτόνον, ἢ καὶ φθείρουσαν συμφθαρῆναι· εἰ δὲ συνόντος τοῦ ἀνδρὸς ἐκ μοιχοῦ συλλαβοῦσα τέκοι, ἀνατραφεὶς ὁ παῖς τὸν μὲν πατέρα ἀγνοεῖ, τὸν δὲ οὐκ ὄντα νομίζει· καὶ οὕτως ὁ μὴ πατὴρ τελευτῶν, ἀλλοτρίῳ παιδὶ τὸν ἑαυτοῦ καταλείπει βίον. πόσα δὲ καὶ ἄλλα κακὰ ἐκ τῆς μοιχείας φυσικῶς ἀνακύπτειν φιλεῖ; καὶ οὐκ ἴσμεν τὰ κρύφια τῶν κακῶν. ὥσπερ γὰρ ὁ λυσσῶν κύων τούτους ἀναιρεῖ ὧνπερ ἂν ψαύσῃ, τῆς ἀφανεστάτης λύσσης μεταδιδούς· οὕτως καὶ τῆς μοιχείας τὸ κρύφιον κακὸν κἂν ἀγνοῆται, τῆς διαδοχῆς τὴν ἐκκοπὴν ἐξεργάζεται.

XXI. Sed cur, inquit, vir si ignoret uxorem suam adulterare, zelotypia non effertur, non irascitur, non tumultuatur, non bella ciet? Itaque ista non sunt natura mala; verum iniqua hominum opinio gravia ea facit. Ego autem aio, quod quamvis illa non accidant incommoda; consuetudine cum adultero fit, ut vel maritus deseratur, vel & uxor insidias struat, vel labore viri parta mœcho præbeat; utque peregre profecto conjuge, cum illa ex adultero conceperit, metu reprehensionis, uteri fetum nitatur labefacere, fiatque infanticida, vel dum perdit, ipsa simul pereat. Quod si, cum ea manente viro, ex mœcho concipiens pariat; eductus puer C patrem quidem nescit, eum vero qui non est esse putat; sicque moriens qui pater non est, alieno filio bona sua derelinquit. Quanta autem & alia mala ex adulterii natura oriri solent? Nescimus tamen malorum occulta. Quemadmodum enim rabiosus canis, quos tangit interimit, occultissimam rabiem communicans; ita & adulterii absconditum malum, etsi ignoretur, posteritatis procurat exscisionem.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν νῦν ἡμῖν παραλελείφθω. ἐκεῖνο δὲ ἅπαντες ἴσμεν, ὡς ἐπίπαν [3] ἐπὶ τούτῳ τοὺς ἄνδρας ἀνεπισχέτως δυσχεραίνοντας, πολέμους [4] ἐπὶ τούτων ἐγηγερμένους, καὶ οἴκων γενομένας ἀνατροπὰς, καὶ πόλεων ἁλώσεις, καὶ ἄλλα μυρία. διὰ τοῦτο ἐγὼ τῷ ἁγίῳ τῶν Ἰουδαίων Θεῷ καὶ νόμῳ προσέφυγον, ἀποδεδωκὼς D τὴν πίστιν ἀσφαλεῖ τῇ κρίσει, ὅτι ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δικαίας κρίσεως καὶ νόμος ὥρισται, καὶ ἡ ψυχὴ πάντως, τὸ κατ' ἀξίαν ὧν ἔπραξεν ὁπουδήποτε, ἀπολαμβάνει.

XXII. Verum hoc nunc relinquamus. Illud certe scimus omnes; plerumque eam ob caussam homines effrænate irasci, propterea bella exorta, factas domorum eversiones, ac urbium expugnationes, aliaque innumera. Quare ego ad sanctum Judæorum Deum, sanctamque eorumdem Legem confugi; cum fidem certo judicio habuissem, quod ex Dei justo judicio, & Lex fixa sit ac definita, & anima omnino pro meritis eorum quæ gessit, aliquando recipiet.

Ταῦτά μου εἰπόντος ὁ Ἀππίων ἐπήνεγκεν τῷ λόγῳ· τί γὰρ, οὐχὶ καὶ οἱ Ἑλλήνων, ἔφη, νόμοι τὰ φαῦλα ἀπαγορεύουσιν, καὶ τοὺς μοιχοὺς κολάζουσιν; κἀγὼ ἔφην· οὐκ οὖν οἱ Ἑλλήνων θεοὶ τὰ ἐναντία τοῖς νόμοις πράξαντες, κόλασιν ὀφείλουσιν. πῶς δὲ καὶ σωφρονίζειν ἐμαυτὸν δυνήσομαι, ὑπολαμβάνων ὅτι οἱ θεοὶ αὐτοὶ πρῶτοι, ἅμα τῇ μοιχείᾳ, τὰ χαλεπὰ πάντα διεπράξαντο, καὶ δίκην οὐ δεδώκασι, ταύτην μᾶλλον ὀφείλοντες διδόναι, ὡς μὴ δουλεύοντες ἐπιθυμίᾳ; εἰ δὲ ὑπέκειντο, πῶς ἦσαν θεοί; καὶ ὁ Ἀππίων· ἔστωσαν ἡμῖν E σκοποὶ μηκέτι θεοὶ, ἀλλ' οἱ δικασταὶ, εἰς οὓς ἀφορῶντες φοβηθησόμεθα ἁμαρτάνειν. κἀγὼ ἔφην· οὐκ ἔθ' ὅμοιον, ὦ Ἀππίων. ὁ μὲν γὰρ πρὸς ἄνθρωπον ἔχων τὸν σκοπὸν, ἐλπίδι τοῦ λαθεῖν, τολμήσει ἁμαρτάνειν· ὁ δὲ Θεὸν πανεπόπτην τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ὁρισάμενος, εἰδὼς αὐτὸν λαθεῖν μὴ δύνασθαι, καὶ τὸ λάθρα ἁμαρτεῖν παραιτήσεται.

XXIII. Hæc cum dixissem, Appion orationi subjecit: Quid enim? nonne, inquit, & Græcorum leges mala prohibent, & adulteros puniunt? Ego respondi: Igitur Græcorum dii, quod contraria legibus faciant, supplicium merentur. Quo modo autem & coercere me potero, dum existimo deos ipsos una cum adulterio cuncta flagitia perfecisse, nec pœnas dedisse; quas ideo magis dare debebant, quia non serviunt cupiditati? Quod si cupiditati obnoxii fuerunt, quo pacto dii erant? Et Appion: Sint nobis pro scopo, non dii, sed judices; in quos respiciendo, peccare metuemus. At ego excepi: Non jam simile est, o Appion. Qui enim ad hominem collimat, spe latendi, audebit peccare: qui vero Deum omnium inspectorem metæ loco animæ suæ proposuit, gnarus quod eum latere non possit, clam quoque peccare supersedebit.

Ταῦτα ὁ Ἀππίων ἀκούσας, ἔφη· ᾔδειν ἐξ ὅτι ἤκουσα Ἰουδαίοις σε προσομιλοῦντα, ἠλλοιῶσθαι τὴν

XXIV. Quæ cum audisset Appion, dixit: Intellexeram, ex quo accepi tibi cum Judæis esse con-


1. Βίων περιγραφαί.] Additur in MS. οἴκων καταλύσεις, μαγεῖαι, δόλοι, ἀπορίαι. Hoc est, *domorum eversiones, præstigiæ magicæ, fraudes, angustiæ*. Cot.

2. Ἀποδημοῦντος τοῦ ἀνδρός.] Vel ἀποδημούσης ἐκ τοῦ ἀνδρός. Ex vet. cod. Id.

3. Ἐπὶ τούτῳ.] Ibidem varia lectio, ἐπὶ τούτο. Et postea τῷ ἀγαθῷ, pro τῷ ἁγίῳ. Epit. 51. cap. Id.

4. Ἐπὶ τούτων ἐγηγερμένους.] Lege ἐπὶ τούτῳ, *propterea*. Davis.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 230.



γνώμην. καλῶς γὰρ εἴρηταί τινι· φθείρουσιν ἤθη A χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. κἀγὼ ἔφην· οὐκοῦν ἐπανορθοῦσιν ἤδη ἄχρηστα ὁμιλίαι καλαί. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· σήμερον πεπληροφορήμην τὴν σὴν ἐπιγνῶναι ἔνστασιν· διό σοι πρώτῳ εἰπεῖν συνεχωρήσαμεν. αὔριον δὲ ἐνταῦθα, εἴ σοι φίλον ἐστὶν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν φίλων συνελθόντων ἀποδείξω, ὅτι οἱ θεοὶ ἡμῶν οὔτε μοιχοὶ ὄντες τυγχάνουσιν, οὔτε φονεῖς, οὔτε παίδων φθορεῖς, οὐκ ἀδελφαῖς ἢ θυγατράσιν πλησιάσαντες· ἀλλ' οἱ ἀρχαῖοι τὰ μυστήρια μόνους τοὺς φιλομαθεῖς εἰδέναι θέλοντες, μύθοις οἷς εἴρηκας αὐτὰ προεκάλυψαν. Ζῆνα γὰρ τὴν ζέουσαν οὐσίαν εἶναι φυσιολογοῦσιν, Κρόνον δὲ τὸν χρόνον, καὶ Ῥέαν τὴν ἀεὶ ῥέουσαν τοῦ ὕδατος φύσιν. πλὴν ὡς ὑπεσχόμην αὔριον τὸ καθ' ἕκαστον εἶ- B δος ἕωθεν ὑμῖν συνελθοῦσιν ἀλληγορήσας, τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν ἐκφανῶ. κἀγὼ πρὸς ταῦτα ἔφην· αὔριον ὡς ὑπέσχου, οὕτως ποίησον· ἤδη δὲ ἐντεῦθεν καὶ πρὸς αὐτὰ, ἃ μέλλεις λέγειν, ἄκουσον.

suetudinem, te mutavisse sententiam. Præclare enim a quodam dictum est: *Mores bonos colloquia corrumpunt mala*. Excepi ego: Igitur mores malos colloquia bona corrigunt. Dixit Appion: Hodie abunde mihi fit, tuum certo agnovisse institutum: quare primus ut loquereris permisimus. Cras vero heic, si tibi videtur, iisdem amicis convenientibus, ostendam quod dii nostri neque adulteri sunt, neque interfectores, neque liberorum interemtores, neque sororum vel filiarum vitiatores. At veteres, dum mysteria a solis discendi cupidis volunt intelligi, ea fabulis quas dixisti occuluerunt. Jovem enim ferventem esse substantiam, physica ratione asserunt; Saturnum autem, tempus; & Rheam, semper fluentem aquæ naturam. Verumtamen, ut pollicitus sum, cras vobis mane convenientibus, singulas species allegorice exponens, rerum manifestam faciam veritatem. Ad hæc ego dixi: Crastina die, ut promisisti, ita facito. Jam vero hinc & adversus ea quæ dicturus es audi.

Αἱ τῶν θεῶν πράξεις, εἰ μὲν ἀγαθαὶ οὖσαι κακοῖς μύθοις προεκαλύφθησαν, πολλὴ τοῦ σκεπάσαντος δείκνυται κακία, ὅτι τὰ σεμνὰ ἀπέκρυψεν κακοῖς διηγήμασιν, ἵνα μή τις αὐτῶν ζηλωτὴς γένηται. εἰ δὲ ἀληθῶς ἀσεβῆ διεπράξαντο, ἔχρην τοὐναντίον ἀγαθοῖς αὐτὰ ἐπισκέπειν, ἵνα μὴ οἱ ἄνθρωποι, ὡς εἰς κρείττονας ἀφορῶντες, ἁμαρτάνειν ἐπιχειρῶσιν ἐκείνοις παραπλήσια. ταῦτά μου εἰπόντος, οἱ παρόντες φανεροὶ ἦ- C σαν ἀρχὴν λαμβάνοντες τῆς πρὸς τοὺς ὑπ' ἐμοῦ λεχθέντας λόγους ἀγάπης. καὶ γὰρ συνεχῶς καὶ ἐσπουδασμένως ἀξιοῦντες πάντως με τῇ ὑστεραίᾳ ἐλθεῖν, ἀπηλλάγησαν.

XXV. Deorum gesta, si bona cum essent, malis fabulis obtecta sunt; magna ejus qui texit ostenditur malitia, quod honesta pravis occultarit narrationibus, ne quis eorum fieret imitator. Quod si dii vere gesserant impia; contra oportebat illa bonis velare; ne homines, velut qui in numina respicerent, illis consimilia niterentur peccare. Hæc me dicente, qui aderant, non obscure videbantur incipere dictos a me sermones amore prosequi. Etenim frequenter & studiose rogantes ut omnino postridie venirem, digressi sunt.

ΟΜΙΛΙΑ Ε'.

Τῇ μὲν οὖν ἐν Τύρῳ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, καθὰ συνεταξάμεθα, εἰς τὸν ἡσύχιον τόπον ἐλθὼν, τοὺς μὲν ἑτέρους μετά τινων καὶ ἄλλων ἰδὼν, καὶ προσαγορεύσας, Ἀππίωνα δὲ μὴ ἑωρακὼς, ἠρόμην τοῦ μὴ παρεῖναι ἐκεῖνον τὴν αἰτίαν. καί τις ἔφη, δυσαρρώστως αὐτὸν ἀπ' αὐτῆς ἑσπέρας ἐσχηκέναι τὸ σωμάτιον. ἐμοῦ δὲ φήσαντος, εὔλογον εἶναι παραχρῆμα ὁρμήσαντας ἐπισκέψασθαι αὐτὸν, σχεδὸν οἱ πάντες ἠξίουν D πρότερον διαλεχθῆναί με αὐτοῖς, εἶθ' οὕτως κἀκεῖνον ἐπισκέψασθαι αὐτόν. μιᾶς οὖν πάντων γνώμης γενομένης, λέγειν ἠρξάμην.

HOMILIA QUINTA.

I. Sequente igitur apud Tyrum die, quemadmodum pacti eramus, in quietum locum adveniens, ceteros quidem cum quibusdam & aliis intuitus, cum salutassem, Appionem vero non viderem, caussam cur ille non adesset rogavi. Et aliquis respondit, illum ex ipsa vespera ægroto jacuisse corpusculo. Cumque ego dixissem, æquum esse ut statim profecti eum visitaremus; fere cuncti deprecati sunt, prius eis edissererem; sic enim postea posse fieri ut illum inviseremus. Quia ergo una erat omnium voluntas, loqui cœpi.

Ἐχθὲς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγεὶς, ὦ φίλοι, ὁμολογῶ ὅτι πάνυ φροντίζων ὑπὲρ τῆς πρὸς Ἀππίωνα μελλούσης ἔσεσθαι ζητήσεως, ὕπνου τυχεῖν οὐκ ἐδυνάμην. ἀγρυπνοῦντος δέ μου, εἰσέδραμεν τὰ ἐν Ῥώμῃ πρὸς αὐτόν μοι μεμηχανημένα. ἦν δὲ τοιαῦτα. ἐκ παιδὸς ἐγὼ Κλήμης ἀληθείας ἐρῶν, καὶ ζητῶν τὰ ψυχῇ διαφέροντα, καὶ εἰς ἀνασκευὰς καὶ κατασκευὰς δαπανῶν τοὺς χρόνους, καὶ μηθὲν τέλειον εὑρεῖν δυνάμενος, ὑπὸ τῆς ἀνοίας ἐξώκειλα εἰς νόσον. καὶ δὴ ἐμοῦ κατακειμένου, ὁ Ἀππίων ἐπιδημεῖ τῇ Ῥώμῃ, πα- E τρικὸς ὢν μοι φίλος, καὶ ἐπιξενοῦται ἐμοὶ, καὶ κλινήρη μαθὼν, πρὸς ἐμὲ εἰσέρχεται, ὡς ἰατρικῆς οὐκ ἀμύητος, καὶ πυνθάνεται τῆς κατακλίσεως τὴν αἰτίαν. ἐγὼ δὲ [1] τὸν ἄνδρα οὐκ ἀγνοῶν πάνυ Ἰουδαίους δι' ἀπεχθείας ἔχοντα, ὡς καὶ πολλὰ βιβλία κατ' αὐτῶν ἀναγεγραφέναι· καὶ αὐτὸν Σίμωνα νῦν οὐ διὰ φιλομαθείαν αὐτὴν εἰς φιλίαν [2] προσέμενεν· ἀλλ' ἐπειδὴ Σαμαρέα αὐτὸν οἶδεν, μισοϊουδαῖόν τε ὄντα, καὶ κατὰ Ἰουδαίων προεληλυθότα, διὰ τοῦτο αὐτὸν προσοικειώσατο, ἵνα δύναιτο κατὰ Ἰουδαίων τι παρ' αὐτοῦ μανθάνειν.

II. Heri hinc abiens, o amici, multum, fateor, solicitus de futura adversus Appionem disceptatione, somnum capere non potui. Vigilante autem me, occurrerunt quæ Romæ contra illum commentus fui. Sunt autem hæc. A puero ego Clemens veritatis studiosus, quærensque animæ utilia, & in confutationes ac probationes tempus insumens, nihilque valens veri invenire, in morbum ex mentis impotentia deveni. Cumque decumberem, Romam advenit Appion, paternus amicus, & apud me hospitatur: audiensque in lecto me jacere, ad me ingressus est, tamquam medicæ artis non imperitus; atque rogat caussam decubitus. Ego vero hominem non ignorans summo Judæos prosequi odio, adeo ut & contra eos multos scripserit libros; nunc certe Simonem ipsum in amicitiam admisit, non quidem ob discendi studium ac eruditionem: sed quia novit eum esse Samaritanum, & Judæorum hostem, adversus quos etiam sit progressus; ideo eum sibi conciliavit, quo possit aliquid ab illo contra Judæos discere.

1. Τὸν ἄνδρα οὐκ ἀγνοῶν.] Lege οὐκ ἀγνοῶ, *non ignoro*. Dav.
2. Προσέμενεν.] Sensum quidem vidit Cotelerius, quamquam de verbis parum solicitus. Legendum vero: εἰς φιλίαν προσιέμενον: *& ipsum Simonem ab eo nunc in amicitiam admitti, propter discendi cupiditatem scio;* nam ἀπὸ κοινοῦ repetendum ἀγνοῶ. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

Ταῦτα ἐγὼ προϊδὼν περὶ τοῦ Ἀππίωνος, ἅμα [1] τοῦ A πύθεσθαι αὐτὸν τὴν αἰτίαν τῆς νόσου, προσποιητῶς ἀπεκρινάμην, ὅτι τὰ νέων πάσχω, καὶ ἀλγῶ τὴν ψυχήν. ὁ δὲ πρὸς ταῦτα ἔφη· τέκνον, ὡς πατρὶ θαρσήσας λέγε, τίς σου τῆς ψυχῆς ἡ νόσος. ἐμοῦ δὲ προσποιητῶς πάλιν ἀναστενάξαντος, ὡς δὴ περὶ ἔρωτος εἰπεῖν αἰδουμένου· διά γε τῆς σιωπῆς, καὶ τοῦ κάτω νεύειν, περὶ οὗ ἤθελον ἐνδείκνυσθαι, παρεῖχον τὴν ὑπόνοιαν· ὁ δὲ [2] ἐρῶν με γυναικὸς ἀληθῶς ἀναπεισθεὶς, ἔφη· οὐδέν ἐστιν ἐν τῷ βίῳ, βοηθείας τυχεῖν μὴ δυνάμενον. καὶ γὰρ αὐτὸς ὅτε νέος ἤμην, ἐρασθεὶς γυναικὸς ἀξιολογωτάτης, οὐ μόνον αὐτῆς τυχεῖν ἡγούμην ἀδύνατον εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ προσαγορεῦσαι ποτὲ ἤλπιζον· καὶ ὅμως περιτυχών τινι Αἰγυπτίῳ, πάνυ τὰ μάγων ἀκριβοῦντι, καὶ φιλωθεὶς, ἐκφαίνω μου τὸν ἔρωτα· καὶ οὐ μόνον ἑαυ- B τόν μοι παρεῖχεν πρὸς πᾶν ὃ ἐβουλόμην, ἀλλὰ δαψιλέστερον πρός με φιλοτιμούμενος, καὶ τὴν ἐπαοιδὴν, δι' ἧς ἔτυχον, διδάσκειν οὐκ ἐφθόνησεν· [3] ἐκ δὲ τῆς ἐκείνου λαθραίας ὑποδείξεως πεισθεὶς, τῇ τοῦ διδάξαντος ἀφθονίᾳ, καὶ ἅπαξ ἐπιτυχὼν, ἐπαυσάμην τοῦ ἔρωτος.

III. Hæc ego sciens de Appione; simul ac caussam morbi petiit, respondi simulate, me juvenum more affectum dolere animo. Ad hæc ille dixit: Fili, tamquam patri confisus narra, quinam sit animi tui morbus. Cumque iterum ficte vehemens ducerem suspirium, quasi veritus fateri amorem, silendo & oculis in terram demissis, suspicionem dedi ejus quod indicari volebam. At ille re vera me mulierem deperire persuasus, dixit: Nihil in vita est, cui non possit adhiberi remedium. Ipse enim ego, adhuc juvenis, cum in amorem incidissem elegantissimæ mulieris, non modo impossibile judicabam illa frui, verum neque salutare umquam sperabam: & tamen nactus aliquem Ægyptium, magicis in artibus peritissimum, & contracta cum eo amicitia, amorem meum declaro: ac non solum ille se mihi ad cupita omnia tradidit; sed largissime mihi gratificans, etiam carminis per quod potitus fui scientiam non invidit: atque per illius hominis occultam demonstrationem persuasus; magistri munificentia, & simul potitus, amare cessavi.

Ὅθεν εἰ καὶ σὺ τοιοῦτόν τι πέπονθας ἀνθρωπίνως, θάρσησον ἡμῖν πρὸς τὸ ἀμέριμνον· ἐντὸς γὰρ ἡμερῶν ἑπτὰ πάντως αὐτῆς ἐπιτυχεῖν σε ποιήσω. ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ, εἰς τὸν ἐμοῦ σκοπὸν ἀποβλέπων, ἔφην· σύγγνωθί μοι, μὴ πάνυ πιστεύοντι μαγείαν ὑφεστάναι· πολλῶν γὰρ πολλὰ ἐπαγγελλομένων, καὶ διαψευσαμένων, ἤδη πεπείραμαι. πλὴν δυσωπεῖ με, καὶ C εἰς ἐλπίδας ἄγει ἡ σὴ ὑπόσχεσις. δέδοικα δὲ ἐνθυμούμενος, μὴ ἄρα οἱ δαίμονες τοῖς μάγοις ἐνίοτε πρὸς τὰ κελευόμενα οὐχ ὑπείκουσιν.

IV. Unde si & tu tale quid, hominum more pateris; mihi confisus, depone curas: intra enim septem dies, omnino te mulieris faciam compotem. His ego auditis, meum respiciens ad scopum, aio: Ignosce mihi, non penitus credenti magiam exstare: multos quippe jam expertus sum, multa pollicitos ac mentitos. Attamen movet me ac in spem adducit promissio tua. Vereor autem, dum cogito, forte dæmones interdum magis ad mandata non obedire.

Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ταῦτα ἐμοί σου μᾶλλον συγχώρει εἰδέναι. πλὴν ἵνα μὴ δοκῇς, πρὸς ὃ ἔφης, μηδὲν ἀκηκοέναι παρ' ἐμοῦ, μάθε πῶς ἀνάγκην ἔχουσιν οἱ δαίμονες τοῖς μάγοις ὑπείκειν περὶ ὧν κελεύονται. ὡς γὰρ ἀδύνατόν ἐστιν στρατιώτην ἀντειπεῖν τῷ ἡγουμένῳ, αὐτοῖς τε τοῖς ἡγουμένοις οὐχ οἷόν τε παρακοῦσαι βασιλέως· εἰ γάρ τις ἀντερεῖ τοῖς ἐφεστηκόσιν, πάντως τιμωρίας ἀξιοῦται· οὕτως ἀδύνατόν ἐστιν τοὺς δαίμονας μὴ ὑπουργεῖν τοῖς αὐτῶν ἡγουμένοις ἀγγέλοις, καθ' ὧν ὁρκιζόμενοι, φρίττοντες εἴκουσιν, ὡς εἰδότες D ὅτι [4] ἀπελθήσαντες πάντως κολάζονται. ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι κατὰ τοῦ κρείττονος ὑπὸ μάγων ὁρκιζόμενοι, ὑπείκουσιν, μήπως ἀπειθείας κριθέντες ἀπόλωνται. εἰ γὰρ μὴ πάντα ἔμψυχα ὄντα καὶ λογισμένα προεώρα τὴν ἐκ τοῦ κρείττονος δίκην, σύγχυσις ἂν ἐγεγόνει, τῶν πάντων στασιαζόντων πρὸς ἄλληλα.

V. Respondit Appion: Mihi concede, ut hæc plus quam tu cognoscam. Ne tamen nihil videaris ex me audivisse de eo quod dixisti; disce qua ratione cogantur dæmones obsequi mandatis magorum. Nam sicut fieri non potest, ut miles duci contradicat; & sicut ipsi duces non possunt imperatori non obtemperare: (si quis enim præpositis resistat, omnino pœnas solvet) ita fieri nequit, ut dæmones Angelis ducibus suis non subserviant; per quos adjurati, cedunt trementes; ut qui bene noverint se post discessum omnino puniendos. Ipsi quoque Angeli, per Deum a Magis adjurati, obediunt, ne inobsequentiæ rei pereant. Nisi enim cuncta anima & ratione prædita justitiam Numinis præviderent, oriretur confusio; omnibus, nempe, mutua seditione laborantibus.

Κἀγὼ ἔφην· οὐκοῦν ὀρθῶς ἔχει τὰ ὑπὸ ποιητῶν καὶ φιλοσόφων λεγόμενα, ὡς ἐν ᾅδου αἱ ψυχαὶ τῶν ἀσεβῶν κρίθεῖσαι, ἐφ' οἷς ἐτόλμησαν κολάζονται; οἷον Ἰξίωνος, καὶ Ταντάλου, Τιτύου τε καὶ Σισύφου, καὶ τῶν Δαναοῦ θυγατέρων· καὶ ὅσοι ποτὲ ἄλλοι ἐνταῦθα ἠσέβησαν. καὶ πῶς, εἴγε ταῦθ' οὕτως μὴ ἔχῃ, δυνατὸν ἂν μαγείαν ὑφεστάναι; τοῦ δὲ εἰπόντος οὕτω τὰ ἐν ᾅδου E ἔχειν· ἐγὼ ἐπυθόμην. διὰ τί δὴ καὶ αὐτοὶ μαγείαν οὐ πεφοβήμεθα, ἐπὶ μοιχείας πεπεισμένοι τὴν ἐν ᾅδου δίκην; [5] μοιχείᾳ γὰρ βιάσασθαι τὴν μὴ θέλουσαν, οὐ συντίθεμαι εἶναι δίκαιον. εἰ δέ τις αὐτὴν πείθειν ἐπαγγέλλεται, πρὸς τοῦτο, μετὰ τοῦ καὶ χάριν ὁμολογεῖν, ἑτοίμως ἔχω.


VI. Et ego dixi: Vera itaque sunt quæ a poetis & philosophis narrantur; in inferis animas impiorum judicari, & pro facinoribus puniri? Exempli gratia, animas Ixionis, Tantali, Tityi, Sisyphi, & Danai filiarum; nec non alios omnes quicumque heic vixerunt impie. Ac quo modo, si hæc non ita se habeant, poterit magia subsistere? Cumque ille respondisset, ita esse de inferis; ego interrogavi: Et cur ipsi magiam non timemus, qui certi sumus de pœnis adulterii apud inferos? Stupro siquidem nolentem feminam comprimere, justum esse non assentior. Sed si quis persuasurum illam pollicetur; ad id ego sum paratus, insuperque habebo gratiam.

Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· οὐ δοκεῖ σοι τ' αὐτὸν εἶναι,

VII. Excepit Appion: Nonne tibi videtur idem

1. Τοῦ.] Lege τῷ. Davis.
2. Ερῶν.] Forte ἐρῶντα, vel ἐρᾷν Cot.
3. Ex δὲ τῆς ἐκείνου &c.] Nihil in his verbis inest vitii, si modo pravam distinctionem, quæ Cotelerium fefellit, auferas. Sic igitur interpungas velim: ἐκ δὲ τῆς ἐκείνου λαθραίας ὑποδείξεως, πεισθεὶς τοῦ διδάσκοντος ἀφθονίᾳ, καὶ ἅπαξ ἐπιτυχὼν ἐπαυσάμην τοῦ ἔρωτος: *privata [illegible] admonitione factum est, ut, cum doctori minime invisus [illegible] haberem, eaque semel potitus essem, amare desierim.* D[illegible].
4. Απελθήσαντες.] Non est vox Græca. Lege ἀπειθήσαντες, *non obsequuti*. Absurde deduxit Cotelerius ab ἀπέρχομαι, quasi in Aoristo primo haberet [illegible]. Cler.
5. Μοιχείᾳ.] Legendum μαγείᾳ γὰρ [illegible]; ut liquido patet ex Capp. vii. & viii. Davis.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 230.



εἴτε μαγείᾳ αὐτῆς ἐπιτυχὼν, εἴτε πείσας λόγοις; A κἀγὼ ἔφην· οὐ πάντως ὅμοιον· πολὺ γὰρ ἀφέστηκεν ἀλλήλων ἑκάτερον· ὁ μὲν γὰρ ἀκοῦσαν γυναῖκα τῇ τῆς μαγείας βίᾳ ἐπαναγκάσας, ὡς ἐπιβουλεύσας σώφρονι, χαλεπωτάτην ὑπέχει τὴν δίκην· ὁ δὲ λόγῳ πείσας, καὶ ἐπὶ τῇ αὐτῆς ἐξουσίᾳ καὶ βουλῇ ποιησάμενος τὴν αἵρεσιν, οὐκ ἐβιάσατο. ἧττον δὲ οἶμαι κολασθήσεσθαι τὸν πεπεικότα τοῦ βιασαμένου. τοιγαροῦν εἰ μὲν πεῖσαι δύνασαι, χάριν ἕξω ἐπιτυχών· ἄλλως δὲ ἥδιόν μοι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ τὴν μὴ βουλομένην, βιαίως ἐπαναγκάσαι.

A esse, sive per magiam ea potiaris, sive per verborum suadelam? Respondi ego: Non omnino par est: multum quippe distat unum ab altero. Qui enim invitam mulierem per vim magiæ cogit; tamquam insidiator pudicæ, gravissimas dabit pœnas: qui vero sermone persuasit, atque in ejus arbitrio ac voluntate posuit electionem; is non intulit vim. Minus autem, opinor, punietur qui suasit, quam qui coegit. Quocirca si quidem persuadere potes, gratiam habebo compos factus: aliter vero, dulcius mihi mori, quam nolentem, vi adigere.

Καὶ ὁ Ἀππίων ἀληθῶς διαπορῶν ἔφη. τί με χρὴ πρὸς σὲ λέγειν; ποτὲ μὲν γὰρ ὡς ὑπὸ ἔρωτος B ἐνοχλούμενος, εὔχῃ ἐπιτυχεῖν· ποτὲ δὲ ὡς οὐκ ἐρῶν, τῆς ἐπιθυμίας προτιμᾷς τὸν φόβον· καὶ οἴει πείσας μὲν, ὡς ἀναμάρτητος, ἔσεσθαι ἀνάθωος, βίᾳ δὲ τῇ τῆς μαγείας ἐπιτυχὼν, ὑφέξειν δίκην. ἀλλ' ἀγνοεῖς ὡς τὸ τέλος παντὸς πράγματος κρίνεται, ὅτι γέγονεν, οὐ τὸ πῶς γέγονεν δοκιμάζεται. καὶ σὺ δὲ ἐὰν μοιχεύσῃς, οὐδήπου μαγείᾳ μὲν δυνηθεὶς, ὡς ἀσεβήσας κριθήσῃ, πείσας δὲ, τῆς κατὰ τὴν μοιχείαν ἁμαρτίας ἀπολυθήσῃ; κἀγὼ ἔφην· διὰ τὸ ἐρᾶν, πάντως μοι προκειμένου τυχεῖν τῆς ἐρωμένης, ἀνάγκη μέν μοι ἑλέσθαι θάτερον· αἱρήσομαι δὲ οἷόν τε κολακεῦσαι μᾶλλον, ἢ μαγεῦσαι. ἀλλ' οὐδὲ κολακείᾳ πείθειν αὐτὴν ῥᾴδιον· πάνυ γάρ ἐστιν ἡ γυνὴ φι- C λόσοφος.

VIII. Et Appion vere dubius animi, dixit: B Quid me tibi effari oportet? Interdum enim quasi amoris impatiens, frui desideras; interdum vero quasi non ames, metum anteponis cupidini: & existimas, quod si persuaseris, impune tamquam qui non peccaveris evades; sin vero per magicam vim compos voti fias, pœnas dabis. Sed ignoras, cujuscumque negotii finem judicari; & factum, non facti modum expendi. Et vero tu si adulterium commiseris; numquid, per magiam compos, tamquam impius condemnaberis; per suasionem vero, ab adulterii peccato absolveris? Et ego respondi: Cum amem, omninoque mihi proponam frui amata; necesse quidem est ut alterum eligam: malim vero, si facultas est, adulatione uti, quam magia. Sed C nec blanditiis facile erit mulierem ad consensum adducere: valde enim sapientiæ studiosa est.

Καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· ταύτῃ μᾶλλον εὔελπίς εἰμι πείσειν αὐτὴν δυνήσεσθαι, ὡς αὐτὸς θέλεις, εἴ περ γε προσομιλῆσαι αὐτῇ δυνάμεθα. κἀγὼ ἀπεκρινάμην· ἀδύνατον. καὶ ὁ Ἀππίων ἐπύθετο, εἰ ἐπιστεῖλαι αὐτῇ δυνατόν ἐστιν. κἀγὼ ἔφην· δυνατὸν τοῦτό γε. καὶ ὁ Ἀππίων ἔφη· [1] ἔτι τῇ νυκτὶ ταύτῃ συγγράψω βιβλίον, μοιχείας ἐγκώμιον, ὅπερ σὺ παρ' ἐμοῦ λαβὼν διαπέμψεις αὐτῇ, καὶ ἐλπίζω ὅτι πεισθεῖσα συνθήσεται. συγγράψας ὁ Ἀππίων ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ἐδίδου ἐμοί· περὶ οὗ καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐνενόησα, καὶ [2] εὔκαιρος ἔχειν αὐτὸ ὑπεμνήσθην, σὺν ἄλλοις βιβλίοις, οἷς μεθ' ἑαυτοῦ ἐπιφέρομαι. διηγησάμενος D δὲ ταῦτα, ἔδειξα τοῖς παροῦσι τὸ βιβλίον, καὶ βουλομένοις ἐπακοῦσαι ἀνέγνων καὶ δὴ ἀναγνοὺς ἔφην· αὕτη ἐστὶν, ἄνδρες, ἡ τῶν Ἑλλήνων παιδεία, γενναίαν ὑπόθεσιν ἔχουσα πρὸς τὸ ἀδεῶς ἐξαμαρτάνειν. τὸ δὲ βιβλίον ἦν οὕτως ἔχον.

IX. Et Appion: Eo magis inquit, bona me spes habet, posse ei persuaderi, quemadmodum cupis, si cum ea colloqui detur. Ego respondi: Fieri nequit. Appion autem sciscitatus est, num posset ad eam scribi. Et ego dixi, id quidem fieri posse. Tum Appion: Jam nocte hac conscribam libellum, Mœchiæ Laudem; quem tu a me acceptum, ad eam mittes; & spero quod flexa consentiet. Atque Appion compositam eam Epistolam mihi dedit; de qua, nocte ista cogitavi; quamque opportune recordatus sum me habere una cum D aliis libellis, quos mecum defero. Hæc cum narrassem, adstantibus ostendi Epistolam, cupidisque audire recitavi. Legens autem dixi: Hæc est, o viri, Græcorum disciplina, quæ largam præbet ad audacter peccandum occasionem. Epistola vero ita habebat.

Ο ΕΡΩΝ ΤΗ ΕΡΩΜΕΝΗ.

ἀνωνύμως.

[3] Διὰ τοὺς ἐκ τῶν ἀνοήτων ἀνθρώπων νόμους, ἐπιταγαῖς Ἔρωτος, τοῦ πάντων πρεσβυτάτου παιδὸς χάριν, ἔγνων σε [4] φιλοσοφίαν προσανέχουσαν, καὶ ἀρετῆς ἕνεκα τὸν τῶν κρειττόνων ζηλοῦσαν βίον. τίνες E δὲ ἂν εἶεν κρείττονες, ἢ θεοὶ μὲν ἁπάντων, ἀνθρώπων δὲ οἱ φιλόσοφοι; οὗτοι γὰρ μόνοι ἴσασιν τῶν ἔργων, ποῖα μέν ἐστιν φύσει κακὰ, ἢ καλὰ, ποῖα δὲ τῇ τῶν νόμων θέσει οὐκ ὄντα νομίζεται. αὐτίκα γοῦν [5] τὴν λεγομένην μοιχείαν πρᾶξιν, τινὲς ὑπειλήφασιν εἶναι κακὴν, καί τοι καλὴν κατὰ

AMATOR ADAMATÆ.

Absque nominibus.

X. Ego per Cupidinis mandata, antiquissimi omnium pueri gratia, cognovi te propter stultorum hominum leges animum ad studium sapientiæ applicare, & ob virtutem æmulari meliorum vitam. E Quinam vero meliores sint, quam inter omnia dii, & inter homines philosophi? Illi namque soli sciunt quænam ex actionibus natura sint malæ aut bonæ, & quænam per legum decreta tales, cum non sint, habeantur. Jam ergo actionem quæ dicitur mœchia, nonnulli malam esse crediderunt,

1. Ετι τῇ νυκτὶ ταύτῃ.] Lege ἐπὶ τῇ νυκτὶ ταύτῃ, *hac nocte*. Davis.

2. Εὔκαιρος.] MS. εὔκαιρος. unde facio εὐκαίρως. Cot.

3. Διὰ τοὺς —— παιδὸς χάριν.] Hæc ad Epistolæ pertinent inscriptionem, & hoc modo dirigenda: Ὁ ἐρῶν τῇ ἐρωμένῃ (ἀνωνύμως διὰ τοὺς ἐκ τῶν ἀνοήτων νόμους) ἐπιταγαῖς Ἔρωτος, τοῦ πάντων πρεσβυτάτου παιδός: *Amator amatæ (absque nominibus, propter leges a stultis hominibus sancitas.) Amoris, antiquissimi omnium pueri, jussu, salutem dicit*. Qui ex Cotelerii versione bonam mentem extuderit, is mihi magnus erit Apollo. Ipsa vero Epistola sic incipit: Ἔγνων σε φιλοσοφίᾳ προσανέχουσαν &c. Davis.

4. Φιλοσοφίαν.] Forte φιλοσοφίᾳ. Cot.

5. Τὴν λεγομένην μοιχείαν πρᾶξιν, τινές.] Interpunge: τὴν λεγομένην μοιχείαν πρᾶξιν τινὲς ὑπειλήφασιν εἶναι κακήν: *adulterium quod dicitur, actionem esse malam nonnulli censuerunt*. Tam levia non observarem, nisi quod, prava distinctione non animadversa, perturbatior facta est Cl. Cotelerii versio. Davis.

πάντα ὑπάρχουσαν. εἰς γὰρ τὴν τοῦ βίου πολυγονίαν, ἐπιταγαῖς Ἔρωτος γίνεται. Ἔρως δέ ἐστιν ὁ πάντων θεῶν πρεσβύτατος. ἄνευ γὰρ δὴ Ἔρωτος οὐ στοιχείων, οὐ θεῶν, οὐκ ἀνθρώπων, οὐ ζώων ἀλόγων, οὐ τῶν λοιπῶν ἁπάντων μίξις ἢ γέννησις γενέσθαι δύναται. πάντες γάρ τοι ὄργανα ἐσμεν τοῦ Ἔρωτος. αὐτὸς ὁ δι' ἡμῶν τεχνίτης, παντὸς τοῦ γενωμένου ψυχαῖς ἐπιδημῶν ἐστι νοῦς. ὅθεν οὐκ αὐτοὶ θέλοντες, ἀλλ' ὅταν ὑπ' αὐτοῦ κελευσθῶμεν, τὸ ἐκείνου βούλημα ποιεῖν ἐπιθυμοῦμεν. εἰ δ' ἐκείνου βουλῇ ἐπιθυμοῦντες, χάριν τῆς λεγομένης σωφροσύνης, κρατεῖν τῆς ἐπιθυμίας ἐπιχειρήσωμεν, πῶς τῷ πάντων πρεσβυτάτῳ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων ἀντιπράττοντες, οὐ τὰ μέγιστα ἀσεβήσωμεν;

licet omnimode bona sit. Nam ad generis multiplicationem, jussu Cupidinis exercetur. Est autem Cupido deorum omnium antiquissimus. Absque enim Cupidine, non elementorum, non deorum, non hominum, non brutarum animantium, non ceterorum omnium congressus vel generatio fieri potest. Omnes etenim Amoris sumus instrumenta. Ipse est mens per nos opifex, ad cunctorum quæ gignuntur animas adveniens. Unde non quando ipsi volumus, sed quando ab eo jubemur, illius voluntatem facere desideramus. Quod si, qui ejus voluntate cupimus, cupiditatem, propter id quod vocatur pudicitia, nisi fuerimus comprimere; quo modo, dum omnium deorum hominumque antiquissimo refragamur, non maximam impietatem admittemus?

Ἀλλὰ πᾶσαι μὲν ἀνεῴχθησαν αὐτῷ θύραι· πάντες δὲ μοχθηροὶ καὶ θετοὶ λυέσθωσαν νόμοι, ζηλοτύποις ἀνθρώποις κείμενοι, οἵ τινες ὑπὸ ἀνοίας κρατούμενοι, καὶ τὸ εὔλογον νοεῖν μὴ βουλόμενοι, προσέτι δὲ καὶ τοὺς λεγομένους μοιχοὺς ὑφορώμενοι, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Διὸς διά γε τοῦ Μίνω καὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος εὐλόγως θετοῖς παίζονται νόμοις. Ἔρωτα γὰρ ἐπιδημήσαντα ψυχαῖς οὐκ ἔστιν ἐπισχεῖν. οὐ γάρ ἐστιν ἑκούσιον τὸ τῶν ἐρώντων πάθος. αὐτίκα γοῦν ὁ Ζεὺς αὐτὸς ὁ τούτων νομοθέτης, μυρίαις συνῆλθεν γυναιξὶν, καὶ ὑπ' ἐνίων μὲν σοφῶν ἀνδρῶν [1] εὐεργέτης πρὸς τεκνοποιΐαν, ἐνίοτε τὴν αὐτοῦ μίξιν ἀνθρώποις δωρούμενος· [2] παρ' οἷς δὲ ἐπὶ τῇ χάριτι ἐπίσατο, ἀγνοούμενος μετεμορφοῦτο τὴν ἰδέαν, ἵνα μήτε αὐτοὺς λυπῇ, μήτε τοῖς ὑπ' αὐτοῦ τεθεῖσιν νόμοις ἀντιπράττειν δοκῇ. δεῖ οὖν τῇ φιλοσοφίᾳ προσανέχουσαν, καλοῦ βίου χάριν, μιμεῖσθαι τοὺς ὁμολογουμένους κρείττονας· ὧν αἱ μίξεις μυρίαι γεγόνασιν.

XI. Universa itaque ipsi aperta sint ostia; & omnes molestæ ac adscititiæ solvantur leges, zelotypis hominibus positæ, qui mente capti, nec volentes æquum intelligere, insuperque & dictos adulteros suspicati, a Jove ipso per Minoem & Rhadamanthum juste illuduntur latis legibus. Nam Amorem animis accedentem, coercere non possumus. Neque enim voluntarius est amantium affectus. Ipse itaque Juppiter, harum legum lator, innumeris concubuit cum mulieribus; & quidem propter quosdam sapientes viros beneficus in liberorum procreatione factus, nonnumquam congressum suum hominibus donavit: apud eos vero qui gratiam non intelligebant, clam mutabat formam, ut nec illos contristaret, nec a se positis legibus videretur derogare. Quæ ergo philosophiæ incumbis, præclaræ vitæ gratia, imitari debes eos qui ex confesso Optimi sunt; quorum infiniti exstiterunt concubitus.

Καὶ ὑπὲρ τοῦ μὴ τὸν χρόνον παραναλίσκειν μάτην εἰς τὰς ἀποδείξεις τὰς πλείονας, ἀπ' αὐτοῦ τοῦ Διὸς, τοῦ πατρὸς θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, ἄρξομαι τὰς ἐνίων μηνύειν κοινωνίας· πασῶν γὰρ ὑπομνησθῆναι διὰ τὸ πλῆθος ἀδύνατον. ἄκουε τοίνυν αὐτοῦ τοῦ μεγάλου Διὸς, διὰ τὴν τῶν ἀνοήτων ἀνδρῶν ζηλοτυπίαν, τὰς διὰ τῆς μεταμορφώσεως λανθανούσας κοινωνίας. ἐν πρώτοις γὰρ τῆς μοιχείας ἁμαρτίαν σοφοῖς λῦσαι θέλων, ὁπότε ἔμελλεν γαμεῖν, καὶ ὡς ἐπὶ πρώτῃ εὐνῇ [3] κατὰ τοὺς πολλοὺς μοιχοὺς εἰδὼς, οὐ γινόμενος, διὰ τῆς δοκούσης, ὡς ἔφην, ἁμαρτίας τὸν ἀναμάρτητον γάμον ἐποιήσατο. ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ Ἥραν οὖσαν γαμεῖ, ὁμοιωθεὶς [4] κόκκυγος πτερῷ, [5] ἐξ ἧς Ἥβη τε καὶ Ἰλιθυῖα ἐγένετο. τὴν Μῆτιν γὰρ χωρὶς τῆς πρός τινα μίξεως ἀποκυΐσκει, ὡς καὶ Ἥρα τὸν Ἥφαιστον.

XII. Et ne tempus frustra impendam in plures demonstrationes; ab ipso Jove, deorum ac hominum parente, incipiam quorumdam indicare complexus: cunctos enim memorare, ob multitudinem impossibile est. Audi ergo magni ipsius Jovis, ob stolidorum hominum zelotypiam, clancularios per transformationem coitus. In primis enim, mœchiæ peccatum dum sapientibus solvere vult, quando uxorem ducturus fuit, & ut in primo concubitu juxta plures mœchos sentiens; ibi cum fuit, per creditum (ut dixi) peccatum contraxit inculpatum matrimonium. Nam Junonem sororem suam in uxorem accepit, assimilatus avi cuculo, ex qua natæ sunt Hebe & Ilithyia. Metin namque absque ulla penitus mistione peperit, sicut & Juno Vulcanum.

[6] Ἔτι δὲ μίγνυται [7] ἀδελφῇ τῇ ἐξ Οὐρανοῦ καὶ

XIII. Adhuc vero cum sorore miscetur; progenita

1. Εὐεργέτης πρὸς τεκνοποιΐαν, ἐνίοτε τὴν αὐτοῦ.] Legendum credo: εὐεργέτης πρὸς τεκνοποιΐαν ἐνομίσθη, τὴν αὐτοῦ μίξιν: *Beneficus ad procreationem liberorum putatus est, congressu suo homines donans.* Davis.

2. Παρ' οἷς δ' ἐπὶ τῇ χάριτι ἐπίσατο ἀγνοούμενος.] Locus male se habet, qui forsan hoc modo sanari possit: Παρ' οἷς δὲ ἐπὶ τῇ χάριτι ἠπίστατο ἀχθομένοις, μετεμορφοῦτο τὴν ἰδέαν: *apud eos vero, quos hocce beneficium moleste ferre novit, formam mutavit.* Id.

3. Κατὰ τοὺς πολλοὺς εἰδὼς, οὐ γινόμενος.] Versio Cotelerii nec idoneum sensum fundit, nec verbis Græcis convenit, quæ quidem & ipsa sunt mendosa. Forsan reponendum: κατὰ τοὺς πολλοὺς μοιχοῖς ἐοικὼς οὐ γινόμενος: *ut multi censent, mœchis similis, non revera tamen mœchus factus.* Id.

4. Κόκκυγος.] Leg. κόκκυγι. Cot.

5. Ἐξ ἧς Ἥβη τε καὶ Ἰλιθυῖα.] Apollodorus lib. 1. Bibliothecæ; Ζεὺς γαμεῖ Ἥραν, καὶ τεκνοῖ Ἥβην, Εἰλείθυιαν, Ἄρην. Ilithyiæ autem nomen Græce variis modis pingi solet, per I. Ει. E. H. in prima syllaba, ι. ει. η. in secunda, ια. ει. in tertia, & per accentum vel acutum in antepenultima, vel circumflexum in penultima, aut acutum: sed usitatior meliorque scriptura est Εἰλείθυια. Vide Etymologicum magnum. Addo, in Theopompi loco rectius apud Suidam voce Καταπλήξ, legi Εἰλείθυια, quam apud Harpocrationem eadem voce, Εἰλήθεια. Id.

6. Ἔτι δὲ μίγνυται ἀδελφῇ τῇ ἐξ Οὐρανοῦ καὶ Θαλάσσης αὐτῷ γενομένης ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτομῆς Ἔρως καὶ Κύπρις, ἣν καὶ Διώνην λέγουσιν.] Forte γενομένη ἦ. Non repugnabo, si quis legere voluerit, γενομένη ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτομῆς: & intelligere exsectionem, quam fecisse, non quam passus esse dicitur Saturnus. Utrumque enim tradunt fabulæ, Saturnum & genitalia patri Urano seu Cælo abscidisse, & genitalibus privatum fuisse per Jovem filium. Porphyrius de antro Nympharum; Κρόνος δεθεὶς ἐκτέμνεται ὡς ὁ Οὐρανός. Scholiastes Apollonii ad lib. 4. vers. 985, 986. Σίμμαχος δὲ ἐκ τοῦ δρεπάνου, ᾧ ἐξέτεμεν τοῦ Οὐρανοῦ τὰ αἰδοῖα ὁ Κρόνος, ἢ ὁ Ζεὺς τὰ τοῦ Κρόνου. Aristides Isthmica in Neptunum; ὡς ἄρα ἐνταῦθα ἐπράχθη τὸ ἔργον τὸ περὶ τὸν Κρόνον ὑπὸ τῶν παίδων αὐτοῦ, τὸ περὶ τὴν ἐκτομήν. Mitto alios: miror que Eustathium a viro docto reprehensum, quod ad

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



Θαλάσσης αὐτῷ γενομένης ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτομῆς [1] Ερως καὶ Κύπρις, ἣν καὶ [2] Δωδώνην λέγουσιν· μίγνυται δὲ καὶ Αντιόπῃ τῇ Νυκτέως, σατύρῳ παρεικασμένος, ἐξ ἧς Αμφίων καὶ Ζῆθος γεγόνασιν. Αλκμήνῃ τῇ Αμφιτρύωνος γυναικὶ συνέρχεται, ὁμοιωθεὶς τῷ Αμφιτρύωνι τῷ γεγαμηκότι, ἐξ ἧς Ηρακλῆς ἐγένετο. καὶ Αἰγίνῃ τῇ [3] Ασκληπιοῦ πλησιάζει, γενόμενος ἀετὸς, ἐξ ἧς Αἰακὸς τίκτεται. [4] Αμαλθαῖς δὲ τῇ Φώκου, ὁμοιωθεὶς ἄρκτῳ συνδυάζεται. καὶ Δανάῃ τῇ Ακρισίου χρυσὸς ἐπεῤῥύη, ἐξ ἧς Περσεὺς [5] ἀνείπη, Καλλιστῷ τῇ Λυκάονος ἠγριώθη λέων, καὶ ἄλλον τίκτει Αρκάδα. Ευρώπῃ τῇ Φοίνικος διὰ ταύρου συνῆλθεν, ἐξ ἧς Μίνως, καὶ Ραδάμανθυς, καὶ Σαρπηδὼν ἐξέφυσαν· Ευρυμεδούσῃ τῇ Αχελώου, μύρμηξ γενόμενος, ἐξ ἧς Μυρμιδών. [6] Ερσαίου νύμφῃ, γενόμενος γὺψ, ἐξ ἧς οἱ ἐν Σικελίᾳ πάλαι σοφοί. Εἴμᾳ τῇ γηγενεῖ ἐν Ρόδῳ, διὰ ὄμβρου συνῆλθεν, ἐξ ἧς Παργαῖος, Κρόνιος, Κῦτος. [7] καὶ Οσπίαν ἐνύμφευσεν, ὁμοιωθεὶς τῷ γήμαντι Φοίνικι, ἐξ ἧς [8] Αγχίνοος αὐτῷ ἐξέφυσαι· μεσίτῃ τῇ Θεστίου, τῇ καὶ Λήδᾳ νομισθείσῃ, κύκνος, ἢ χὴν γενόμενος, Ελένην ἐπεκυήσατο· καὶ αὖθις ἀστὴρ γενόμενος, Κάστορα καὶ Πολυδεύκην ἐξέφηνεν. Λαμίᾳ ἐπερμορφώθη ἔποψ.

ex Cælo & Mari, vel ex Saturni virilibus exsectis; unde Cupido & Cypris; quam & Dodonam vocant. Miscetur etiam cum Antiope Nyctei filia, similis factus Satyro; ex qua orti Amphion & Zethus. Congreditur cum Alcmena Amphitryonis uxore, specie Amphitryonis mariti sumta; unde genitus Hercules. Et cum Ægina filia Asopi consuescit, mutatus in aquilam; ex qua nascitur Æacus. Cum Amalthea vero Phoci concumbit, speciem ursi referens. Et in Acrisii Danaen, forma auri influxit; ex qua exortus declaratusque est Perseus. Propter Callistonem Lycaonis filiam in ferum leonem versus est, aliumque peperit Arcadem. Europam Phœnicis, per taurum inivit; ex qua procreati sunt Minos, & Rhadamanthus, & Sarpedon: Eurymedusam Acheloi, formica factus; ex qua Myrmidon: Ætnam nympham, mutatus in vulturem, ex qua veteres illi sapientes qui in Sicilia. Imam terrigenam apud Rhodum, in imbrem transformatus vitiavit; e qua suscepit Pargæum, Cronium, Cytum. Cum Cassiepeia se junxit, assimilatus marito ejus Phœnici; de qua illi natus est Anchinous. Ex Nemesi Thestii filia, quæ & Leda putatur, in cycnum seu anserem mutatus, genuit Helenam: & iterum in stellam conversus, Castorem & Pollucem produxit. Utque Lamia potiretur, transformatus est in upupam.

Μνημοσύνην αὐτὸς, εἰκασθεὶς ποιμένι, Μουσῶν ἀποφαίνει μητέρα· Σεμέλην τὴν Κάδμου πυρσεύων γαμεῖ, ἐξ ἧς Διόνυσον τελεῖ. Περσεφόνην αὐτὸς ἐκνυμφεύει τὴν θυγατέρα, αὐτὸς ὁμοιωθεὶς δράκοντι, [9] καὶ τῇ γυναικὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Πλούτωνος εἶναι νομισθείσῃ. καὶ ἄλλαις πολλαῖς, καὶ δίχα μεταμορφώσεως μίγνυται, ζῆλον τῶν ἀνδρῶν οὐκ ἐχόντων ὡς ἐφ' ἁμαρτίᾳ, ἀλλ' εὖ εἰδότων ὅτι ἀφθόνως ταῖς γυναιξὶν αὐτῶν κοινωνῶν γεννᾷ, χαριζόμενος αὐτοῖς Ερμεῖς, Απόλλωνας, Διονύσους, Ενδυμίωνας, καὶ ὅσους ἄλλους εἰρήκαμεν, ἐκ μίξεως αὐτοῦ κάλλει διαπρεπεστάτους.

XIV. Idem Mnemosynen, pastori similis factus, matrem facit Musarum. Semelen Cadmi filiam, mutatus in ignem, ducit; ex qua Bacchum procreat. Ipse, forma draconis accepta, Proserpinam filiam comprimit, quæ & uxor fratris sui Plutonis esse existimatur. Et cum aliis pluribus, etiam non mutata forma concumbit; hominibus qui zelotypiam quasi de peccato non habent, sed probe sciunt quod sæpe ac honorifice cum mulieribus eorum mistus generet; iis inquam hominibus donans Mercurios, Apollines, Bacchos, Endymiones & alios, quorum mentionem fecimus; ex ejus concubitu forma præstantissimos.

Καὶ ἵνα μὴ εἰς [10] ἄπορον ἐξήγησιν τὸν χρόνον δαπανῶ, πάντων μετὰ Διὸς θεῶν ἀφθόνους εὑρήσεις κοινωνίας· οἱ ἀνόητοι δὲ, μοιχείας λέγουσιν τῶν θεῶν, μὴ δὲ τῶν ἀῤῥένων τὰς μίξεις φυλαττομένων ὡς αἰσχρὰς, ἀλλὰ ἐπιτηδευόντων καὶ τοῦτο ὡς εὐπρεπές. αὐτίκα γοῦν αὐτὸς ὁ Ζεὺς Γανυμήδους ἐρᾷ· Ποσειδῶν Πέλοπος· Απόλλων Κινύρου, Ζακυνθου, Υακίνθου, Φόρβαντος, Υλα, Αδμήτου, Κυπαρίσσου, Αμύκλα, Τρωΐλου, [11] Βράγχου,

XV. Sed ne tempus in narrationem infinitam & inexplicabilem impendam; omnium cum Jove deorum multos munificosque invenies concubitus. At stulti homines, adulteria deorum vocant: qui tamen dii, ne quidem a consuetudine cum masculis tamquam turpi abstinuerunt; sed & illam ut honestam consectati sunt. Ipse etenim Juppiter, Ganymedis amore ducitur; Neptunus, Pelopis; Apollo, Cinyræ,

Dionysii Geographii versum 32. scripserit, Saturno virilia fuisse excisa. Conferendus autem est totus iste locus cum aliis, Recognit. lib. 10. cap. 20. 33. Clementin. Homil. 4. n. 16 Homil. 6. n. 2. ac Epitom. cap. 51. Cot.

7. Ετι δὲ μίγνυται ἀδελφῇ τῇ ἐκ Οὐρανοῦ.] Totum locum sic restituendum puto: ἔτι δὲ μίγνυται ἀδελφῇ τῇ ἐκ Κρόνου καὶ Θαλάσσης αὐτῷ γενομένῃ, ἀπὸ τῆς Κρόνου ἐκτομῆς (ἐξ ἧς Ερως καὶ Κύπρις) ἣν καὶ Δωδώνην λέγουσι. Licet enim ex demessis Cæli virilibus & in mare projectis orta ferretur Venus, quemadmodum docet noster Hom. VI. 2. ea tamen Jovis non soror, sed amita censeretur; adeo ut, hoc in loco, ἐκ Κρόνου καὶ Θαλάσσης omnino sit legendum. Auctor Recogn. lib. X. c. 20. *Juppiter desecta SATURNI genitalia in mare projecit; sed cruor, qui defluxit ex vulnere susceptus fluctibus & frequenti collisione in spumam conversus, procreavit eam quam dicunt Aphroditen, ex cujus concubitu, quæ erat utique soror, hunc ipsum Jovem ferunt genuisse Cyprin.* Aphroditen vero Jovis sororem Δωδώνην dictam fuisse patet ex Homilia IV. c. 16. & Epitomes cap. LI. Davis.

1. Ερως.] Forte præmittendum ἧς. Cot.

2. Δωδώνην.] Nemo umquam Venerem, aut Cyprin *Dodonam* vocavit, sed multi *Diones* filiam dixerunt. Itaque legerim Διώνης, subintelligens θυγατέρα. Mendosa sunt loca, in quibus aliter hoc nomen legitur. Vid Iliad. E. v. 370. Cler.

3. Ασκληπιοῦ.] Forte Ασωποῦ. Cot.

4. Αμαλθαῖς.] Conjectavi Αμαλθείᾳ. Amalthea. quæ Manthea dicitur Recognit. x. 22. Id.

5. Ανείπη.] Lege ἀνέπτη, *evolavit*. Perseus enim elatus fuisse fingitur. Præter Mythologos aliosque scriptores bene multos adi Maximum Tyrium Dissert. XII. p. 130. & Aristidem tom. I. p. 37. Davis.

6. Ερσαίου νύμφῃ.] Ætnam assumsi ex Recognitionibus. Quamquam legi posset ἑρσαίᾳ νύμφῃ, quod significat roscidam Nympham; vel potius χερσαίᾳ, quod terrestrem, a fabula vulgari Ætnæ seu Thaliæ humo infossæ. Suspicabitur etiam forte nonnullus ex Παλικοὶ aut Παλισκοὶ non intellecto factum fuisse πάλαι σοφοί. Cot.

7. Καὶ Οσπίαν.] Forte Κασσιόπειαν, vel Κασσιέπειαν. Paullo post legendum ἐξέφυ. Νεμέσει τῇ Θεστίου. Et mox Λαμίᾳ. Id.

8. Αγχίνοος.] Recognitiones, *Achinos*. Qui Apollodoro, & Apollonii Scholiastæ, aliisque, Atymnius. Restitui mox Nemesis nomen. Eadem etiam Αδράστεια dicitur. Unde initio Athenagoræ scribere licet, τὴν Ελένην Αδραστείας, quo loci editum habetur, Ελένην Αδραστείαν. *Helenam Adrasteæ filiam*, pro *Helenam Adrastiam*. Id.

9. Καὶ τῇ γυναικὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ.] Hinc incipienda periodus, nisi locus mancus sit. Id. — Lege: καὶ τὴν (nempe Περσεφόνην) γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ Πλούτωνος νομισθεῖσαν, *quæ uxor fratris Plutonis esse putabatur*. Davis.

10. Απορον.] Forte ἄπειρον. Cot.

11. Βράγχου, Τυμναίω πάρου, ποτνιαίως.] Ita in MS. Unde confici queat, Βράγχου Τυμνίου, Πάρου Ποτνιέως. *Branchi Tymnii, Pari Potniensis*. aut Βράγχου Ατυμνίου, Πάρου Ποτνιέως. aut quid simile. Erant enim Branchidæ in agro

Τυμναίο πάρου, Ποτνιαίως, Ορφέως· Διόνυσος δὲ Λαόνιδος, Αμπέλου, Υμαινέου, Ερμαφροδίτου Αχιλλέως· ὁ δὲ Ασκληπιὸς Ιππολύτου· καὶ Ηφαιστος Πηλέως· Πᾶν δὲ Δαφνίδος· ὁ δὲ Ερμῆς Περσέως, Χρύσου, Θέρσου, Οδρύσου· [1] Ηρακλῆς δὲ Αβδήρου, Δρύοπος, Ιοκάστου, Φιλοκτήτου, Υλα, Πολυφήμου, Αἵμονος, Χώνου, Ευρυστέως.

Zacynthi, Hyacinthi, Phorbantis, Hylæ, Admeti, Cyparissi, Amyclæ, Troili, Branchi, Tymnii, Parii, Potniensis, Orphei: Bacchus vero Laonidis, Ampeli, Hymenæi, Hermaphroditi, Achillis: Æsculapius autem, Hippolyti: Vulcanus, Pelei: Pan, Daphnidis: at Mercurius, Perſei, Chryſæ, Therſi, Odryſi: Hercules denique, Abderi, Dryopis, Jocaſti, Philoctetis, Hylæ, Polyphemi, Hæmonis, Choni atque Euryſthei.

Πάντων οὖν σοι τῶν ἐπισημοτέρων θεῶν, ἐκ μέρους τοὺς ἔρωτας παρεθέμην, φιλτάτη, ἵνα εἴδῃς ὅτι μόνοις ἀνθρώποις τοῖς ἀνοήτοις περὶ τούτου γίνεται ζηλοτυπία. διὸ καὶ θνητοὶ τυγχάνουσιν, καὶ λυπηρῶς τὸν βίον διατελοῦσιν, ὅτι τὰ δόξαντα τοῖς θεοῖς καλὰ, αὐτοὶ διὰ τὸν αὐτῶν ζῆλον κακὰ εἶναι ἀπεφήναντο. μακαρία οὖν ἔσῃ τοῦ λοιποῦ, μιμουμένη θεοὺς, καὶ οὐκ ἀνθρώπους. ἄνθρωποι γὰρ τὴν νομιζομένην σωφροσύνην ἰδόντες σε διαφυλάσσουσαν, διὰ τὸ ἴδιον πάθος, ἐπαινοῦσιν μὲν, οὐκ ὠφελοῦσιν δέ· [2] θεοῖς δὲ ἐξομοιουμένην σε ἑαυτοῖς ὁρῶντες, καὶ ἐπαινέσουσιν, καὶ ὠφελήσουσιν.

XVI. Omnium itaque illuſtriorum deorum tibi amores ex parte propoſui, Cariſſima, ut agnoſceres apud ſolos homines ſtolidos, oriri ea ex re zelotypiam. Quare & mortales ſunt, vitamque in triſtitia tranſigunt: quia quæ a diis judicantur bona, ipſi zelo ſuo ducti, mala eſſe cenſent. Igitur deinceps eris beata, ſi deos imiteris, non homines. Nam homines, intuiti te ſervare quam putant caſtitatem; propter affectum proprium laudant quidem, at non adjuvant: dii vero, cum te ſpectabunt ſibi ſimilem, ſimul laudabunt ac opem ferent.

Λόγισαι γάρ μοι πόσας ἠμείψαντο ἐρωμένας· ὧν τὰς μὲν κατηστέρισαν, τινῶν δὲ καὶ τέκνα καὶ συνεργοὺς εὐηργέτησαν. αὐτίκα γοῦν Ζεὺς κατηστέρισεν [3] Καλλιστὼ, τὴν λεγομένην ἄρκτον μικρὰν, ἣν καὶ κυνὸς οὐρὰν προσαγορεύουσίν τινες. Ποσειδῶν Δελφῖνα διὰ τὴν Αμφιτρίτην ἐνέταξεν τῷ οὐρανῷ. καὶ Ωρίωνα τὸν Ευρυαλῆς τῆς Μίνω, δι' Ευρυάλην τὴν μητέρα, τῶν ἄστρων κατηξίωσεν. Διόνυσος τὸν Αριάδνης στέφανον. Ζεὺς τὸν ἀετὸν, συνεργήσαντα ἐπὶ τῇ Γανυμήδους ἁρπαγῇ, καὶ αὐτὸν τὸν Γανυμήδην ἐν Υδροχόου τιμῇ ἔταξεν· καὶ ταῦρον δι' Ευρώπην ἐτίμησεν. ἀλλὰ καὶ Κάστορα καὶ Πολυδεύκην καὶ Ελένην Λήδᾳ χαριζόμενος ἐποίησεν ἀστέρας· καὶ Περσέα διὰ Δανάην· καὶ [4] Αρκα διὰ Καλλιστώ· [5] παρθένον τῇ, καὶ Δίκην διὰ Θέμιν· Ηρακλέα διὰ Αλκμήνην. καὶ οὐκέτι μηκυνῶ πλέον· μακρὸν δὲ τὸ κατ' εἶδος λέγειν· ὅσους ἄλλους διὰ πολλὰς ἐρωμένας εὐεργετήκασιν οἱ θεοὶ, ταῖς πρὸς ἀνθρώπους κοινωνίαις, ἃς οἱ ἀνόητοι ὡς κακὰς πράξεις ἀπαγορεύουσιν, οὐκ εἰδότες ὅτι ἡδονή ἐστιν ἡ μεγάλη ἐν ἀνθρώποις ἀπόλαυσις.

XVII. Cogita enim mihi, quam multas remunerati fuerint amicas: ex quibus alias quidem retulerunt in numerum ſtellarum; aliarum vero & liberos, & adjutores, beneficiis affecerunt. Jam ergo Juppiter Calliſtonem, ſtellam fecit, quæ vocatur Urſa minor, quamque Cynoſuram appellant nonnulli. Neptunus in cælo collocavit Delphinum, Amphitrites gratia: & Orionem ex Euryale Minois filia natum, propter matrem Euryalen, aſtris donavit. Bacchus coronam Ariadnæ. Juppiter aquilam, qua in rapiendo Ganymede uſus fuerat: ipſumque Ganymedem in Aquarii honore conſtituit: ac taurum honoravit ob Europam. Quin & Caſtorem, Pollucem ac Helenam, Ledæ gratificans, ſtellas fecit: & Perſeum, propter Danaen: & Arcadem, propter Calliſtonem: Virginem, quæ & Dice, ob Themin: Herculem, propter Alcmenam. Et ne adhuc magis producam ſermonem; (longum enim eſt ſingula referre) in quot alios, multarum amicarum ergo, benefici exſtiterunt dii, per humanos complexus; quos ſtulti ut mala opera prohibent, ignari voluptatem magnum eſſe inter homines commodum.

Τί δὲ καὶ τῶν σοφῶν οἱ περιβόητοι, οὐχ ἡδονὴν προκρίνουσιν, καὶ αἷς ἐβουλήθησαν ἐμίγησαν; ὧν πρῶτος ὁ τῆς Ελλάδος διδάσκαλος, περὶ οὗ αὐτὸς ὁ Φοῖβος ἔφη· ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος· οὐκ [6] ἐν τῇ εὐνομωτάτῃ πόλει τῇ Λακεδαίμονι κοινὰς προτίθησι τὰς γυναῖκας, καὶ [7] ὑπὸ τῷ τρίβωνι τὸν καλὸν Αλκιβιάδην καλύπτει; καὶ ὁ Σωκρατικὸς δὲ Αντισθένης, περὶ τοῦ δεῖν τὴν λεγομένην μοιχείαν μὴ [8] ἀποσιεσθαι γράφει. ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου

XVIII. Quid vero? Nonne & ſapientum celeberrimi, voluptatem maximi fecerunt, & cum quibus placuit mulieribus commiſti ſunt? Inter quos primus, ille Græciæ magiſter, de quo ipſe Apollo pronuntiavit; *Omnium hominum Socrates ſapientiſſimus*; nonne in civitate optimis legibus gubernata, Lacedæmone, communes uxores proponit; & ſub pallio pulcrum occultat Alcibiadem? Et vero Socraticus Antiſthenes, de mœchia quæ dicitur non

Mileſio, teſtibus Herodoto, Strabone, Pauſania; & Miletum ac Tymnum in Caria ponit Stephanus: quare Branchus Tymnius forſan dictus fuerit, quem multi Theſſalum faciunt. Atymnium autem amatum eſſe ab Apolline tradit Nonnus Dionyſiacorum lib. 19. & 29. Verum in his corruptis atque ignorabilibus plura nihil neceſſe. Mox leg. Υμεναίου. COT.

1. Ηρακλῆς δὲ Αβδήρου.] Apollodorus lib. 2. de Diis, Abderum appellat Ηρακλέους ἐρώμενον, *Herculis amaſium*. Ηρακλέους φίλον Tzetzes Chiliade 2. In Stephano Byzantio; Αβδηρα, ἀπὸ Αβδήρου τοῦ υἱοῦ Ηρμου, Ηρακλέους ἐρωμένου. ID.

2. Θεοῖς] Leg. θεοί. ID.

3. Καλλιστὼ, τὴν λεγομένην ἄρκτον μικρὰν, ἣν καὶ κυνὸς οὐρὰν προσαγορεύουσίν τινες.] Apud alios Calliſto nomine ἄρκτου μεγάλης urſæ majoris gaudet; ad diſtinctionem urſæ minoris, ſeu Cynoſuræ. ID.

4. Αρκα] Leg. Αρκάδα. Et, mox, παρθένον τε. ID.


5. Παρθένον τὴν καὶ Δίκην.] Ita videtur legendum ID.

6. Εν τῇ εὐνομωτάτῃ πόλει τῇ Λακεδαίμονι.] Obſervat Theodoritus Sermone de legibus, Platonem hac in parte ſuſpexiſſe Lycurgi leges. COT. — Obſervavit quidem Theodoritus Therap. IX. p. 125. *Platonem* ex imitatione Lycurgi τὰς ἀνόμους εἰς τοὺς γάμους παρανομίας ſuæ Reip. civibus indulſiſſe. Videſis etiam Ciceronem apud Nonium V. *proprium*. Sed ἐν τῇ Λακεδαίμονι κοινὰς προτιθέναι γυναῖκας nullo modo dici poteſt Socrates: nam Lacedæmoniorum non fuit legiſlator; at ſuam πόλιν λόγῳ ἔκτισεν, eaque ſtatuit, quæ tali Reip. convenire videbantur. Aut ergo vehementer erravit noſter, aut, ejectis vocibus τῇ Λακεδαίμονι, legendum: οὐκ ἐν τῇ εὐνομωτάτῃ πόλει κοινὰς προτίθησι τὰς γυναῖκας. Vide Platonem lib. v. de Rep. p. 322. ed. Cantabr. DAVIS. — Suſpicari quis poſſit plura hinc excidiſſe verba & collatam Platonicam Rempublicam cum Spartana, hoc circiter ſenſu: ὥσπερ Λύκουργος ἐν τῇ Λακεδαίμονι τὰς παρθένους γυμνὰς, οὕτως κοινὰς προτίθησι τὰς γυναῖκας: *ut Lycurgus Lacedæmone virgines nudas: ita & proſtituit mulieres communes*. CLER.

7. Καὶ ὑπὸ τῷ τρίβωνι τὸν καλὸν Αλκιβιάδην καλύπτει.] Videantur Luciani Amores. COT.

8. Αποσιεσθαι] Pro ἀποσείεσθαι. ID.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



A μαθητὴς Διογένης Λαΐδι οὐκ [1] ἐπί τε μισθῷ τὸ φέρειν αὐτὴν ἐπ' ὤμων δημοσίᾳ κοινωνεῖ μετὰ παῤῥησίας; οὐκ Ἐπίκουρος ἡδονὴν προκρίνει; οὐκ Ἀρίστιππος μυρισθεὶς, ὅλον αὑτὸν Ἀφροδίτῃ χαρίζεται; οὐ Ζήνων ἀδιαφορεῖν αἰνιττόμενος, διὰ πάντων τὸ θεῖον [2] εἶναι λέγει, ἵνα γνώριμον τοῖς συνετοῖς γένηται, ἵνα ᾧ ἄν τις μιγῇ, ὡς ἑαυτῷ μίγνυται, καὶ περιττὸν τὰ ἀπαγορεύειν τὰς λεγομένας μοιχείας, ἢ μίξεις μητρὸς, ἢ θυγατρὸς, ἢ ἀδελφῆς, ἢ παίδων; [3] Χρύσιππος δὲ ἐν ταῖς ἐρωτικαῖς ἐπιστολαῖς, καὶ τῆς ἐν Ἀργεῖ εἰκόνος μέμνηται, πρὸς τῷ τοῦ Διὸς αἰδοίῳ φέρων τῆς Ἥρας τὸ πρόσωπον.

B Οἶδα ὅτι ταῦτα τῆς ἀληθείας ἀμυήτοις φοβερὰ καὶ αἴσχιστα καταφαίνεται, ἀλλ' οὐ τοῖς Ἑλλήνων θεοῖς καὶ φιλοσόφοις, οὐ τοῖς Διονύσου καὶ Δημήτρας μυστηρίοις. ἀλλ' ἐφ' ἅπασι τούτοις, ἵνα μὴ πάντων θεῶν καὶ φιλοσόφων τοὺς βίους λέγων παραναλίσκω τοὺς χρόνους, δύο ἔστωσάν σοι μέγιστοι σκοποὶ, θεῶν μὲν Ζεὺς, ἀνδρῶν δὲ φιλοσόφων Σωκράτης. τὰ δὲ λοιπὰ, ἐξ ὧν σοι γράψας ὑπέμνησα συνεῖσα, ἔπεχε, μήποτε ἐραστὴν σου λυπήσῃς· ἐπεὶ ὡς θεοῖς [4] καὶ ἐρῶσιν τὰ ἐναντία πράξασα, ἀσεβὴς κριθεῖσα, τὴν προσήκουσαν ὑφέξεις τιμωρίαν. ἐὰν δὲ παντὶ ἐραστῇ ἑαυτὴν παράσχῃς, ὡς θεοὺς μιμουμένη, τῆς παρ' αὐτῶν τεύξῃ εὐεργεσίας. τὰ δὲ λοιπὰ, φιλτάτη, μεμνημένη περὶ ὧν σοι ἐξέφηνα μυστηρίων, διὰ γραμμάτων μοι τὴν σὴν δεῖξον προαίρεσιν. ἔῤῥωσό μοι. C

Ἐγὼ τοίνυν λαβὼν τὸ βιβλίον τοῦτο παρὰ τοῦ Ἀππίωνος, ὡς ὄντως διαπέμψων αὐτὸ τῇ ἐρωμένῃ, ἐπλασάμην ὡς ἐκείνης πρὸς ταῦτα ἀντιγραψάσης, καὶ τῇ [5] ὑστερέᾳ ἐλθόντι αὐτῷ ἀπέδωκα τῷ Ἀππίωνι, ὡς δῆθεν τὴν παρ' ἐκείνης ἀντιγραφὴν, οὕτως ἔχουσαν.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ,

πρὸς Ἀππίωνα ὡς παρὰ τῆς ἐρωμένης.

Θαυμάζω πῶς ἐπὶ σοφίᾳ με ἐπαινέσας, ὡς ἀνοήτῳ γράφεις. εἰς γὰρ σὸν πάθος πεῖσαί με θελήσας, ἐκ τῶν περὶ τοὺς θεοὺς μυθολογημάτων ἐποιήσω τὰ παραδείγματα, ἔρωτα τὸν πάντων πρεσβύτατον, ὡς ἔφης, [6] ἐπὶ τῆς πάντων θεῶν καὶ ἀνθρώπων, βλασφημῆσαι μὴ φοβηθεὶς, ὅπως τὴν ἐμὴν φθείρῃς ψυχὴν, καὶ τὸ ἐμὸν σῶμα περιυβρίσῃς. ἔρως γὰρ θεῶν οὐκ ἔστιν ἀρχηγέτης, ὁ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις. εἰ γὰρ ἑκὼν ἐπιθυμεῖ, αὐτός ἐστιν ἑαυτοῦ πάθος καὶ κόλασις, καὶ θεὸς οὐκ ἂν εἴη ὁ πάσχων ἑκών· εἰ δὲ ἄκων ἐρᾷ τῆς μίξεως, καὶ τὰς ἡμετέρας διερχόμενος ψυχὰς, ὥσπερ δι' ὀργάνων τῶν ἡμετέρων σωμάτων, εἰς τὰς τῶν νοητῶν φέρεται συνουσίας, ὁ τοῦτον ἐρᾶν ποιῶν καὶ φέρων, μείζων αὐτοῦ τυγχάνει· καὶ πάλιν αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ φέροντος ἑτέρῳ πόθῳ φερομένου, μείζων ἄλλος ὁ φέρων ἐκεῖνον εὑρίσκεται· καὶ εἰς ἀπέραντον [7] ἐπαναφορὰν τῶν ἐρώντων γίνεται, ὅ ἐστιν ἀδύνατον. οὕτως οὐκ ἔστιν οὔτε ὁ φέρων, οὔτε ὁ φερόμενος, ἀλλὰ αὐτοῦ τοῦ ἐρῶντος τὸ ἐπιθυμητικόν ἐστιν πάθος, ἐλπίδι αὐξόμενον, καὶ ἀπογνώσει μειούμενον.

A repellenda scribit. Sed & hujus discipulus Diogenes, an non palam ac libere cum Laide concumbit; ea mercede, ut illam ferret humeris? Nonne Epicurus effert voluptatem? Nonne Aristippus unguentis delibutus, totum se Veneri addicit? Nonne Zeno promiscuum innuens coitum, dicit deum esse in omnibus, ut intelligentibus exploratum sit, cum quovis misceatur aliquis, cum ipso numine misceri, frustraque prohiberi vocata adulteria, vel concubitus cum matre, aut filia, aut sorore, aut liberis? Chrysippus autem in amatoriis Epistolis, & Argivæ imaginis meminit, apponens ad Jovis pudenda os Junonis.

B XIX. Scio, hæc veritatis ignaris terribilia & turpissima videri; at non Græcorum diis, ac philosophis, non Bacchi & Cereris mysteriis. Verum super his omnibus, ne cunctorum deorum & philosophorum vitis referendis tempus insumam; duo tibi sint maximi scopi, inter deos quidem Juppiter; inter homines autem philosophos Socrates. Reliqua vero, ex iis quorum his litteris mentionem feci, intelligens, cave ne amatorem tuum contristes: quoniam sicut quæ diis & Amoribus feceris contraria, impietatis damnaberis, congruensque feres supplicium. Si vero omni te præbueris amatori; tamquam deos imitata, ab iis beneficium reportabis. Ceterum, carissima, memor a me relatorum mysteriorum, mihi C per litteras tuam indica voluntatem. Vale.

XX. Ego igitur hoc libello ab Appione accepto, quasi vere missurus ad amatam; tamquam illa rescripsisset confinxi; & postridie venienti tradidi Appioni, velut mulieris rescriptum; quod ita habet.

RESCRIPTUM AD EPISTOLAM,

Appioni, tamquam ab adamata.

XXI. Miror qua ratione, cum me de sapientia laudes, tamquam stultam compellas. Nam dum cupis D me ad tuum adducere affectum, ex deorum fabulis sumsisti exempla; Amorem, (quem omnium antiquissimum dixisti, quemque supra cunctos deos & homines collocasti) non veritus infamare; quo meum corrumperes animum, meumque contumelia afficeres corpus. Amor enim non est deorum princeps ac ductor; qui in cupiditatibus versatur. Nam si sponte cupit; ipse est sui perpessio & supplicium; nec deus est, qui voluntarie patitur: sin vero invitus appetit concubitum, & nostras pervadens animas, tamquam per corporum nostrorum instrumenta fertur ad congressum eorum quæ sub intelligentia cadunt; qui eum inducit ad amandum, major est eo: iterumque cum hic qui inducit, in E alium inducatur amorem; major alius qui hunc inducit reperitur: & in infinitum amantium numerum fit progressus; quod fieri non potest. Igitur neque est qui inducit, neque qui inducitur; sed est ipsius amantis affectus concupiscens, qui spe augetur, & desperatione minuitur.

1. Επί τε μισθῷ τὸ φέρειν.] Lege: ἐπὶ τῷ μισθῷ τοῦ φέρειν. DAVIS.
2. Εἶναι] Forte ἰέναι. COT.
3. Χρύσιππος.] Præter Diogenem Laertium, Theophilus Antiochenus lib. 3. ad Autolycum p. 122. Χρύσιππος δὲ ὁ πολλὰ φλυαρήσας πῶς οὐχὶ εὑρίσκεται, σημαίνων τὴν Ἥραν στόματι μιαρῷ συγγίνεσθαι τῷ Διί; & p.118. 119. e MS. Regio; τὴν τε Ἥρα ἰδίαν ἀδελφὴν μὴ μόνον τὸν Δία γαμεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ στόματος ἀνάγνου ἀῤῥητοποιεῖν. ubi Editiones nullo sensu; ἀδελφὴν αὐτῶν μὴ μόνον τὸν διὰ γάμου. ID.
4. Καὶ ἐρῶσιν.] Lege Ἥρωσιν. *Heroibus*. DAVIS. ---- Optime, & vix aliter legi in MS. crediderim, sed aliud agentem *Cotelerium* ita exscripsisse. CLER.
5. Υστερέᾳ] Pro ὑστεραίᾳ. COT.
6. Επὶ τῆς] Forte ἐπειδὴ. ID.
7. Επαναφορὰν.] Lege ἐπαναφορά. IDEM. ---- Sententia est eorum qui amando peccant infinitas fore caussationes, ut sic loquar, dum alii ad alios caussam peccandi referunt. CLER.

A Οἱ δὲ κρατεῖν αἰσχρὰς ἐπιθυμίας μὴ βουλόμενοι, τῶν θεῶν καταψεύδονται, ἵνα περὶ ὧν πράττουσιν, τοὺς θεοὺς ὡς προτέρους δράσαντας ὑποδεικνύντες, ἀπαλλάσσονται τῆς μέμψεως. εἰ γὰρ παιδοποιΐας ἕνεκεν, καὶ οὐκ ἀσελγείας, οἱ λεγόμενοι θεοὶ τὰς μοιχείας ἐπετέλουν, τί καὶ τοῖς ἄρσεσιν ἐμιγνοῖντο; ἀλλὰ χαριζόμενοί, φησιν, ταῖς ἐρωμέναις, κατηστέριζον αὐτάς. οὐκοῦν πρὸ τούτου οὐκ ἦσαν ἀστέρες, μέχρις ὅτε ἀσελγείας προφάσει ὑπὸ μοιχῶν ὁ οὐρανὸς ἄστροις ἐκοσμήθη; πῶς δὲ καὶ οἱ τῶν κατηστερισμένων ἔκγονοι ἐν ᾅδου κολάζονται; ὅ, τε Ἄτλας βαρούμενος, καὶ ὁ Τάνταλος δίψῃ ἀνιώμενος, καὶ ὁ Σίσυφος ἐρείδων πέτραν, Τιτυὸς τὰ σπλάγχνα διορυττόμενος, Ἰξίων περὶ τροχὸν ἀπαύστως κυλινδούμενος. πῶς δὲ καὶ οἱ ἐρασταὶ θεοὶ ὄντες, οὓς ἐμίαναν B κατεστήριζον, ἑαυτοῖς τοῦτο μὴ χαρισάμενοι;

XXII. Qui vero turpem nolunt cupiditatem coercere, de diis mendaciter fingunt; ut in iis quæ perpetrant, deos primos esse auctores ostendendo, culpa liberentur. Si enim suscipiendæ sobolis gratia, & non libidinis ergo, qui dii vocantur adulteria commiserunt; cur cum masculis quoque miscebantur? Sed ut gratificarentur, inquit, mulieribus adamatis, illas in astra converterunt. Igitur antea astra non erant, usque dum lasciviæ occasione cælum stellis exornaretur? Et quo modo in stellas relatarum liberi ac nepotes apud inferos puniuntur? Atlas gravatus pondere: Tantalus enectus siti: Sisyphus petram retinens: Tityus pertusus viscera: Ixion circa rotam indesinenter volutatus. Qui vero & amatores dii, eos quos polluerant, inter astra retulerunt; sibi autem id muneris non sunt largiti?

Οὐκ ἄρα ἦσαν θεοὶ, ἀλλὰ τυράννων αἰνίγματα. Κρόνου γὰρ [1] ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν, οὐκ ἐν οὐρανῷ, ἀλλ' ἐν γῇ τάφος τις δείκνυται, ἀνδρὸς ἀγρίου καὶ τεκνοβόρου. ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀσελγοῦς Διὸς, τοῦ μυθικοῦ, τοῦ ὁμοίως τὴν θυγατέρα Μῆτιν καταπιόντος, ἐν Κρήτῃ θεωρεῖται τάφος· καὶ ἐν τῇ Ἀχερουσίᾳ δὲ λίμνῃ Πλούτωνος καὶ Ποσειδῶνος· [2] Ἡλίου δὲ ἐν Ἄστροις, καὶ [3] Σελήνης ἐν Κάρκοις· Ἑρμοῦ δὲ ἐν Ἑρμουπόλει· Ἄρεως ἐν Θρᾴκῃ· Ἀφροδίτης ἐν Κύπρῳ· Διονύσου ἐν Θήβαις· καὶ τῶν ἄλλων ἐν ἄλλοις τόποις. πλὴν φαίνονται αὐτῶν τῶν λεχθέντων θεῶν οἱ τάφοι. ἄνθρωποι γὰρ ἦσαν, καὶ ταῦτα μοχθηροὶ, καὶ μάγοι. οὐδὲ γὰρ ἄλλως μονοκράτορες C ἐγεγόνεισαν· Ζεὺς λέγω ὁ μυθικὸς, καὶ Διόνυσος· εἰ μὴ τῇ μεταμορφώσει ὧν ἤθελον ἀπεκράτουν εἰς ὅπερ αὐτοὶ ἤθελον.

XXIII. Non ergo erant dii, sed tyrannorum velamina. Saturni namque in Caucasiis montibus, non in cælo, sed in terra, sepulcrum ostenditur, hominis feri, ac liberorum voratoris. Item lascivi Jovis, fabulosi, quique similiter Metin filiam deglutivit, in Creta cernitur sepulcrum: & in Acherusia palude, Plutonis ac Neptuni: Solis vero, Atris; & Lunæ, Carris: Mercurii, apud Hermopolin: Martis in Thracia: Veneris apud Cyprum: Liberi, apud Thebas: aliorumque, aliis in locis. Itaque eorum qui dii vocantur, sepulcra comparent. Homines enim erant: iique improbi & magi. Aliter siquidem non facti fuissent Monarchæ ac Domini: Juppiter, inquam, fabulosus, & Bacchus; nisi per transformationem, quos & quas volebant ad id quod volebant compulissent.

Εἰ δὲ τούτων δεῖ ζηλοῦν τοὺς βίους, μὴ μόνον τὰς μοιχείας, ἀλλὰ καὶ τὰς τραπέζας αὐτῶν μιμώμεθα. ὁ γὰρ Κρόνος τὰ αὐτοῦ τέκνα κατέπιεν, καὶ Ζεὺς ὁμοίως τὴν αὐτοῦ θυγατέρα. καὶ τί δεῖ λέγειν; Πέλοψ πάντων θεῶν δεῖπνον ἐγένετο. ὅθεν καὶ ἡμεῖς πρὸ τῶν ἀθεμίτων γάμων, ὅμοιον δεῖπνον τοῖς θεοῖς ἐπιτελέσωμεν. οὕτω γὰρ ἂν εἴη τὸ δεῖπνον τῶν γάμων ἄξιον. ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἂν ὑποσταίη ποτὲ, ὡς οὐδὲ ἐγὼ τὸ μοιχήσασθαι. πρὸς τούτοις δέ μοι ἔρωτος ὡς D δυνατοῦ θεοῦ ἀπειλεῖς χόλον. ἔρως θεὸς οὐκ ἔστιν, οἷος δοκεῖ, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ ζώου κράσεως πρὸς διαδοχὴν τοῦ βίου, κατὰ πρόνοιαν τοῦ τὰ πάντα ἐνεργήσαντος, συμβαίνουσα ἐπιθυμία, ἵνα τὸ πᾶν γένος μηδεπώποτε ἐπιλείπῃ, ἀλλὰ προφάσει ἡδονῆς, ἐκ τῆς τοῦ μέλλοντος τελευτᾷν οὐσίας, πάλιν ἄλλος γένηται, νομίμῳ προεκφυκὼς γάμῳ, ὅπως πρὸς τὸ [4] μὴ γηροτροφεῖν τὸν αὐτοῦ πατέρα γνώσῃ· ὅπερ ποιεῖν οἱ ἐκ μοιχείας γεγονότες, οὐκ ἂν ἐδύναντο, φύσιν στοργῆς πρὸς τοὺς γεννήσαντας οὐκ ἔχοντες.

XXIV. Quod si eorum æmulanda est vita; non modo illorum adulteria, sed & mensas imitemur. Nam Saturnus liberos suos absorpsit, pariterque Juppiter suam filiam. Et quid opus est verbis? Pelops, omnium deorum epulum fuit. Unde & nos ante nefarium conjugium, deorum peragamus epulum simile. Sic enim dignum fuerit conjugio epulum. Verum id nemo facere sustinuerit; ut nec ego mœchari. Ad hæc vero mihi Amoris velut potentis dei minaris indignationem. Amor deus non est, qualis videtur; sed est cupiditas, quæ ex temperamento animalis, propter successionem vitæ, accidit per omnium Opificis providentiam; ne universum genus aliquando deficiat: sed ut occasione voluptatis, ex morituri hominis substantia, iterum alius nascatur, legitimo productus matrimonio: quo patrem suum cognoscat, quem in senectute nutriat: quod facere nequeunt qui ex adulterio geniti sunt, cum naturalem non habeant erga genitores benevolentiam.


1. Ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν.] Et Hom. 6. cap. 21. Hinc Cæsarius Responsione ad Interrogationem 112. πρὸς δὲ τοῖς Καυσίοις (l. Καυκασίοις) ὄρεσι Κρόνος, μᾶλλον δὲ ὄντως ὑπὸ τῶν ὄνων προσεκυνήθη, ἀνακράζων καὶ ὀγκώμενος καθ' Ἑλλήνων. In Epiphanii Ancorato cap. 108. Ζεὺς Κρονίδης, ὁ ταρταρώσας τὸν ἴδιον αὐτοῦ πατέρα ἐν τῷ Καυκασίῳ ὄρει. Sed apud Clementem Alexandrinum Protreptici p. 18. 19. Saturnus in Sicilia sepultus fuisse dicitur. COT.

2. Ἡλίου δὲ ἐν Ἄστροις.] Homilia 6. cap. 21. ἐν Πάτραις. Et τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Πάτραις memorat Pausanias in Achaicis. *Alii Patrias, Apollineas volunt, a Patris Achaiæ civitate, in qua Patrius Apollo colitur*: verba Servii in Æneidos librum 3. Ad lectionem Ἄστροις propius accedit Ἄτροις. τὰ Ἄτρα autem seu αἱ Ἄτραι oppidum est inter Euphratem ac Tigrim. Legi quoque posset Πατάροις, ob Apollinem Patareum, Ἀπόλλωνα ἐν Παττάροις τῆς Λυκίας, Stephano, qua in Lycia natum Apollinem opinio fuit Veterum. Sed Ἄτροις certa lectio est, quia cap. 21. Hom. 6. Sol jacere dicitur in Mesopotamia, hoc est inter duos memoratos fluvios. ID.

3. Σελήνης ἐν Κάρκοις] Ad oram codicis nostri posita E est manu recentiori emendatio, his verbis, ὡς οἶμαι καρχίνοις. Ego tamen legerim Κάῤῥαις: ex Hom. 6. cap. 21. ubi habetur ἐν Κάραις. Certe ad Carras Σελήνη, deus Lunus colebatur, testantibus Herodiano & Spartiano in Antonino Caracalla. Luna Ammiano lib. XXIII. paullo post initium. Κάῤῥαι autem Stephano aliisque, sunt Theodorito Hist. Eccl. lib. 3. cap. 21. Κάραι. Item [illegible] 6. cap. 33. Et ubi legimus in titulo Epistolæ 314. S. Basilii, ἐπισκόπῳ Καρῶν, codices MSS. scriptum habent [illegible]ρῶν. Ex sacra Scriptura apud Varios, Charan, [illegible], Charra, Καῤῥὰν & Κάῤῥαι. Historici, & Notitiæ, [illegible], Κάῤῥαι, Κάραι. Apud Cedrenum edit. Basil. p. 247. [illegible] ἐν δὲ Κάραις, τῇ παρὰ τοῖ Κάρυ τοῦ βασιλέως [illegible] λει. In Concilio Chalcedonensi, [illegible] ρῶν. Carrhæ. Carrhoru[illegible]. [illegible] Carrhensium: civitatis Carrhen[illegible]. Denique Theodorus Abucara [illegible] Ecclesiæ præerat, non Cirum seu Carræ: videturque dictus Ἀβουκαρᾶ nomine Arabico, quo[illegible] [illegible], hoc est Episcopum urbis Cara. ID.

4. Πρὸς τὸ μὴ] Vox ultima va[illegible]

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



A Ἐπεὶ οὖν διαδοχῆς ἕνεκεν γνησίας ἐπαυξήσεως, ὡς ἔφην, ἡ ἐπιθυμία συμβαίνει ἡ ἐρωτικὴ, χρὴ τοὺς γονεῖς σωφροσύνης προνοουμένους, τοὺς αὐτῶν παῖδας πρὸ τῆς ἐπιθυμίας διὰ τῶν σωφρονιζόντων βιβλίων προπαιδεύειν, καὶ τοῖς κρείττοσιν αὐτοὺς προεθίζειν λόγοις· ὅτι δευτέρα φύσις ἡ συνήθεια· πρὸς τούτοις δὲ πυκνῶς αὐτοὺς τὰς κολάσεις ὑπομιμνήσκειν τὰς ἐκ τῶν νόμων, ἵνα ὥσπερ χαλινῷ τῷ φόβῳ χρώμενοι, ταῖς ἀτόποις μὴ συντρέχωσιν ἡδοναῖς. προσήκει δὲ καὶ πρὸ τοῦ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπακμάσαι, γάμῳ τὸ φυσικὸν τῆς ἡλικίας πληροφορεῖν πάθος, πρότερον πείσαντας εἰς εἶδος ἑτέρας γυναικὸς μὴ ἀτενίζειν.

XXV. Quandoquidem igitur propter legitimum progeniei incrementum, ficut dixi, amoris oritur cupiditas: oportet ut parentes, de caftitate foliciti, liberos fuos ante quam veniat cupiditas, erudiant in libris, qui bonam mentem ingenerare valeant, eofque probis præaffuefaciant fermonibus: quia confuetudo eft altera natura: ad hæc autem frequenter in eorum memoriam revocent legum pœnas; quo metu, tamquam freno ufi, abfurdis non confentiant voluptatibus. Convenit vero, ut ante quam ferveat cupiditas, naturali ætatis affectui per connubium fatisfiat: perfuadeamufque illis prius, ne formam alterius mulieris contemplentur.

B Ὁ γὰρ νοῦς ἡμῶν ὁπότ' ἂν τὰ πρῶτα τῇ τέρψει τὸ εἶδος τῆς ἐρωμένης ἀπομάξηται, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ, ἐνορῶν ἀεὶ τὴν μορφὴν, διὰ τῆς μνήμης βασανίζεται· καὶ μὴ τυγχάνων μὲν τῆς ἐπιθυμίας, τῆς ἐπιτυχίας μελετᾷ τὰς ὁδούς· ἐπιτυχὼν δὲ, μᾶλλον αὔξεται, ὥσπερ τὸ πῦρ τῆς ὕλης εὐποροῦν· καὶ μάλιστ' ὅτ' ἂν τῇ ψυχῇ τοῦ ἐρῶντος πρὸ τοῦ πάθους προσεντετυπωμένος μὴ προϋπάρξῃ φόβος. ὡς γὰρ ὕδωρ πῦρ κατασβέννυσιν· οὕτως καὶ φόβος τῆς ἀλόγου ἐπιθυμίας ἐστὶ σβεστήριος. ὅθεν ἐγὼ ἔκ τινος Ἰουδαίου τὰ Θεῷ πρέποντα νοεῖν καὶ ποιεῖν ἐκμαθοῦσα, ἀνάλωτος πρὸς μοιχείαν ὑπὸ ψευδῶν μύθων οὐ γίνομαι. [1] Θέλοντι δέ σοι, καὶ σπουδάζοντι σωφρονεῖν, φλεγμαινούσῃ ψυχῇ πρὸς ἔρωτα, βοηθοίη Θεὸς, καὶ τὴν ἴασιν παράσχοι.

XXVI. Etenim mens noftra, cum primum fibi repræfentarit cum voluptate adamatæ pulcritudinem, quafi in fpeculo femper formam intuens, per memoriam torquetur: & fi quidem voto non fruitur, potiendi artes meditatur; fin autem fruitur, crefcit cupiditas, ficut ignis materia abundans; præfertimque quando in amatoris animo timor ante affectum impreffus non præexftitit. Nam ficut aqua exftinguit ignem; ita etiam timor vim habet exftinguendi pravam cupiditatem. Quocirca ego, ut quæ a quodam Judæo didicerim cogitare ac facere quæ Deum decent, per falfas fabulas in ftuprum adduci non poffum. Tibi vero, cupienti ac ftudenti cafte vivere, animæque ad amorem flagranti, Deus auxilium præbeat, atque tribuat medicinam.

C Ἐπακούσας δὲ ὁ Ἀππίων τῆς ὑποκειμένης ἀντιγραφῆς, ἔφη· μή τι ἀλόγως Ἰουδαίους μισῶ; νῦν οὖν [2] ταύτην τίς ποτε συντυχὼν Ἰουδαῖος, καὶ εἰς τὴν θρησκείαν μεταγαγὼν, ἀνέπεισε σωφρονεῖν, καὶ ἀδύνατόν ἐστιν τοῦ λοιποῦ αὐτὴν εἰς κοινωνίαν ἑτέρου τινὸς συνελθεῖν. ὅτι οἱ τοιοῦτοι τὸν Θεὸν ὡς παντεπόπτην τῶν πράξεων προθέμενοι, σφόδρα σωφρονεῖν ἐγκαρτεροῦσιν, ὡς λαθεῖν μὴ δυνάμενοι.

XXVII. Audito autem fictitio refcripto, Appion dixit: An fine ratione Judæos odi? Nunc ergo hanc aliquis Judæus nactus, adductamque ad fuum cultum, in caftitate degere perfuafit; & deinceps impoffibile eft ut ea in cujufquam complexus veniat. Quia ifti, Deum tamquam omnium operum infpectorem fibi proponentes, pudicitiam admodum retinent, velut qui non poffint latere.

D Ταῦτα ἀκούσας, ἔφην τῷ Ἀππίωνι· νῦν σοι τὰ ἀληθῆ ὁμολογήσω. ἐγὼ γυναικὸς οὐκ ἠράσθην, οὐδὲ ἄλλου τινὸς, πάνυ μου τῆς ψυχῆς δεδαπανημένης πρὸς ἄλλας ἐπιθυμίας, καὶ πρὸς τῶν ἀληθῶν δογμάτων εὕρεσιν· καὶ μέχρι τοῦ νῦν πολλὰς γνώμας φιλοσόφων διασκοπήσας, πρὸς οὐδεμίαν αὐτῶν ἔνευσα, ἢ πρὸς τὸ Ἰουδαίων μόνον, ἐμπόρου τινὸς αὐτῶν ὀθόνας πιπράσκοντος ἐνταῦθα τῇ Ῥώμῃ ἐπιδεδημηκότος, καὶ ἔκ τινος συντυχίας ἀγαθῆς ἁπλούστερόν μοι τὸ μοναρχικὸν φρόνημα παραθεμένου.

XXVIII. Quæ cum audiviffem, dixi Appioni: Jam tibi verum fatebor. Ego mulierem non amavi, neque quid hujufmodi: animus quippe meus in alia omnino confumitur defideria, fcilicet, in reperiendis veris dogmatibus. Et huc ufque animo ad varias philofophorum opiniones adjecto, ad nullum illorum inclinavi, nifi ad Judaicam religionem; cum ex illis mercator aliquis linteorum heic Romam adveniffet, & bono quodam cafu mihi fimpliciter fententiam de uno Dei principatu commendaffet.

E Ἀκούσας δέ μου τῆς ἀληθείας ὁ Ἀππίων, ὁ ἀλόγως μισῶν τὸ Ἰουδαίων, καὶ τί ποτέ ἐστιν αὐτῶν τὸ πιστὸν οὔτε εἰδὼς οὔτε εἰδέναι θέλων, ἀνεικάστως ὀργισθεὶς τῇ σιωπῇ ἐξ αὐτῆς ἤδη τῆς Ῥώμης ἀπηλλάσσετο· καὶ ἔκτοτε νῦν πρῶτον αὐτῷ συμπετυχηκὼς, τὸν ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου θυμὸν ὑποπτεύω εἰκότως. πλὴν ἐφ' ὑμῶν αὐτοῦ πεύσομαι, τί ἂν ἔχοι λέγειν περὶ τῶν λεγομένων θεῶν, ὧν οἱ βίοι παντοπαθεῖς εἶναι μυθολογούμενοι, πρὸς τὴν τοῦ ὁμοίου μίμησιν ἐπιτηδὲς ᾄδονται δημοσίᾳ· ὧν πρὸς τοῖς ἀνθρωπίνοις πάθεσιν, ὡς ἔφην, καὶ οἱ κατὰ τόπον δείκνυνται τάφοι.

XXIX. Appion vero, a me accepta veritate; qui Legem Judæorum inique oderat, nec quæ effet illorum fides fciebat aut volebat fcire; abfque judicio iratus, clam ftatim Roma difceffit: & ex eo nunc primum illum nactus, iram temporis illius merito vereor. Attamen coram vobis interrogabo, quid dicere habeat de vulgaribus diis, quorum vitæ, quas omnibus vitiis fubjectas referunt fabulæ, palam de induftria ad imitationem canuntur; quorumque, præter humanos affectus, ut dixi, etiam fepulcra per loca oftenduntur.

Ταῦτα οἱ ἕτεροι προακούσαντες ἐμοῦ, καὶ μαθεῖν τὰ ἑξῆς ποθοῦντες, συνῆλθόν μοι, ὡς ἐπισκεψόμενοι Ἀππίωνα. καὶ δὴ λελουμένον αὐτὸν ἤδη καταλαμβάνομεν ἐφ' ἑτοίμῳ τραπέζῃ. δι' ὅπερ ὀλίγα ἠκριβολογησάμεθα εἰς τὸν περὶ θεῶν λόγον. ὁ δὲ οἶμαι

XXX. Ifta cum a me alii ante audiviffent, & confequentia defiderarent difcere, convenerunt me, ut Appionem invifuri. Et vero eum jam lotum invenimus, menfa parata. Quare pauca examinavimus circa doctrinam de diis. Ille vero noftram,

1. Θέλοντι δέ σοι.] Turbatus eft, ut opinor, ordo verborum, qui fic videtur conftituendus: θέλοντι δέ σοι καὶ σπουδάζοντι σωφρονεῖν βοηθοίη Θεὸς, καὶ φλεγμαινούσῃ ψυχῇ τὴν ἴασιν παράσχοι. Ita belle procedit oratio, quæ alioquin eft impeditiffima. DAVIS.

2. Ταύτην.] Lege ταύτῃ, *huic* nempe *mulieri*. IDEM.

συνεὶς ἡμῶν τὴν προαίρεσιν, εἰς τὴν ἐπιοῦσαν [1] ἔχειν τι εἰπεῖν ὑπέσχετο περὶ θεῶν, καὶ τὸν αὐτὸν προεδήλωσεν ἡμῖν τόπον, ὡς ἐκεῖ διαλεξόμενος. ἡμεῖς δὲ σὺν τῇ ὑποσχέσει χάριν ὁμολογήσαντες αὐτῷ, οἴκαδε ἕκαστος ἀπεχωρήσαμεν.

A opinor, intelligens voluntatem, craftina die se aliquid de diis dicturum promisit; eumdemque nobis indicavit locum, in quo esset locuturus. Nos autem cum promissione, gratiis illi actis, singuli domum reversi sumus.

ΟΜΙΛΙΑ ϛʹ.

Τρίτη δὲ ἡμέρᾳ εἰς τὸ προωρισμένον τῆς Τύρου χωρίον σὺν τοῖς οἰκειοτάτοις ἐλθὼν ἐγώ γε, εὑρίσκω τὸν Αππίωνα, Ανουβίωνός τε καὶ Αθηνοδώρου καθεζόμενον μέσον, καὶ μετὰ πολλῶν ἄλλων τῶν ἐκ παιδείας ἀνδρῶν ἡμᾶς ἀναμενόντων. καὶ ὅμως οὐδὲν καταπλαγεὶς, προσαγορεύσας ἀντικαθέζομαι τῷ Αππίωνι· ὃς μετ᾽ οὐ πολὺ λέγειν ἤρξατο· Βούλομαι πρῶτος ἀρξάμενος ἐντεῦθεν ἤδη ταχέως ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ζητούμενον. πρὸ τοῦ σε, τέκνον Κλήμης, ἡμῖν παρεῖναι, Ανουβίων [2] οὗτος καὶ Αθηνόδωρος, οἱ χθὲς ἅμα τοῖς ἄλλοις ἐπακούσαντές σου διαλεγομένου, ἀφηγήσαντό μοι, πῶς ἐν τῇ Ρώμῃ συνεργούμενός σοι ὡς ἐρῶντι, πολλὰ τῶν θεῶν κατεψευσάμην, εἰπὼν αὐτοὺς παιδεραστὰς, ἀσελγεῖς, μιγνυμένους μητράσιν, ἀδελφαῖς, θυγατράσιν, καὶ μυρίαις μοιχείαις ἀνεχομένους. ἀλλ᾽ ἔχρην σε, ὦ τέκνον, εἰδέναι ὅτι μὴ τοιαῦτα περὶ θεῶν φρονῶν ἔγραφον, ἀλλὰ στοργῇ τῇ πρὸς σὲ τὰ ἀληθῆ λέγειν ἀπεκρυπτόμην, ἅπερ εἰ νῦν ἐθέλεις, παρ᾽ ἐμοῦ ἄκουσον.

HOMILIA SEXTA.

I. Tertio autem die ad præfinitum Tyri agrum, cum familiarissimis ego veniens, Appionem nanciscor, in medio Anubionis & Athenodori sedentem, unaque plures alios eruditos viros, qui nos opperiebantur. Attamen nihil veritus, salutans consedi ex adverso Appionis; qui non mul- B to post loqui cœpit: Volo, primus incipiens hinc, jam cito venire ad quæstionem. Ante quam tu, fili Clemens, adesses nobis: Anubion hic, & Athenodorus, qui heri una cum aliis audierunt te differentem, narraverunt mihi, quo modo Romæ tibi ut amanti occurrens, multa contra deos mentitus fuerim, illos prædicans pædicones, lascivos, stupratores matrum, sororum, filiarum, innumerisque obnoxios adulteriis. Sed te oportuit, fili, scire me talia non ex animo scripsisse, at amore tui vera occultasse; quæ si nunc desideras, audi a me.

Τῶν πάλαι ἀνδρῶν οἱ σοφώτατοι, πᾶσαν ἀλήθειαν [3] αὐτοὶ καμάτων μεμαθηκότες, τοὺς ἀναξίους καὶ μὴ ὀρεγομένους θείων μαθημάτων ἀπεκρύψαντο τὴν ἐπιστήμην λαβεῖν. οὔτε γὰρ ἀπ᾽ Οὐρανοῦ, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Γῆς γεγόνασιν παῖδες δώδεκα, [4] ὡς ὁ μῦθος καταριθμεῖ· ἄῤῥενες μὲν, Ωκεανὸς, Κοῖος, [5] Κριὸς, Υπερίων, Ιάπετος, Κρόνος· θήλειαι δὲ, [6] Θεὰ, Θέμις, Μνημοσύνη, Δημήτηρ, Τηθὺς, Ρέα. οὔτε τῇ ἐξ ἀδάμαντος ἅρπῃ τὰ αἰδοῖα Κρόνος Οὐρανοῦ τοῦ πατρὸς ἐκτεμὼν, ὡς φατὲ, εἰς βυθὸν ἀπέῤῥιψεν· ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐκ τῆς ἀποτομῆς τοῦ Οὐρανοῦ σταγόνων ῥυέντος αἵματος ἡ Αφροδίτη ἐγένετο. οὐδ᾽ αὖ Κρόνος τῇ Ρέᾳ μιγεὶς καὶ γεννήσας Πλούτωνα πρῶτον, κατέπιεν, διά τινα Προμηθέως θεσμὸν δεδιὼς μήποτε γεννηθὲν ἐξ αὐτοῦ βρέφος, γενναιότερον αὐτοῦ γενόμενον, ἀφέληται αὐτὸν τῆς βασιλείας. οὐ τὸν Ποσειδῶνα δεύτερον γεννήσας, ὁμοίως κατέπιεν. οὐ μετὰ τούτους τὸν Δία γεννηθέντα ἡ μήτηρ κατακρύψασα ἡ Ρέα, ἀπατήσασα τῷ Κρόνῳ καταπιεῖν [7] ἀντιδέδωκεν. οὐ καταποθεὶς, τοὺς προκαταποθέντας θλίψας ἔξωσεν, ὡς προελθεῖν. πρῶτον μὲν τὸν πρῶτον καταποθέντα Πλούτωνα, ἐπ᾽ αὐτῷ Ποσειδῶνα, καὶ τρίτον τὸν Δία. οὐδέ γε, ὥς φασιν, μητρὸς προνοίᾳ διασωθεὶς ὁ Ζεὺς, καὶ εἰς οὐρανὸν ἀναβὰς, τὸν πατέρα τῆς βασιλείας καθεῖλεν. οὐ πατέρος ἀδελφοὺς ἐκόλασεν. οὐκ εἰς πόθον γυναικῶν θνητῶν κατῆλθεν. οὐκ ἀδελφαῖς ἢ θυγατράσιν, οὐκ ἀδελφῶν γυναιξὶν, οὐ παισὶν, αἰσχρῶς συνεγένετο. οὐδὲ Μῆτιν γεννήσας κατέπιεν, ἵνα ἀπ᾽ ἐγκεφάλου μὲν τὴν Αθηνᾶν ἀναφύσῃ, ἐκ τῆς Μήτιδος, ἐκ δὲ τοῦ μηροῦ τὸν Διόνυσον τέκῃ, ὃν ὑπὸ Τιτάνων ἐσπαράχθαι λέγουσιν. οὐ δεῖπνον ἐπὶ τῷ Θέτιδος καὶ Πηλέως γάμῳ συντελεῖ. οὐ τὴν Εριν τῶν γάμων ἀπεώσατο. οὐχ αὐτὴ ἡ Ερις, ἀτιμασθεῖσα, μάχην καὶ στάσιν τοῖς ἑστιωμένοις ἐπενόησεν. οὐ μῆλον χρύσεον ἐκ τῶν Εσπερίδων κήπων λα-

II. Antiquorum hominum sapientissimi, omnem C veritatem per laborem edocti, indignos, divinarumque disciplinarum non cupidos celarunt scientiæ traditionem. Neque enim ex Cælo, illiusque matre Terra progeniti sunt duodecim liberi, quemadmodum fabula enumerat; mares quidem, Oceanus, Coeus, Crius, Hyperion, Japetus, Saturnus; feminæ vero Theia, Themis, Mnemosyne, Ceres, Tethys, Rhea. Neque Saturnus adamantina falce exsecta patri Cælo virilia, ut fertis, in mare projecit. Sed neque ex Cæli exsectione per fusi sanguinis guttas orta est Venus. Neque etiam Saturnus ex Rhea primo sibi genitum Plutonem absorbuit; propter Promethei oraculum veritus ne ex eo concubitu natus infans, fortior ipso exsiste- D ret, privaretque ipsum regno. Non secundo genitum Neptunum, similiter absorpsit. Non post hos natum Jovem mater Rhea occultavit; nec expetenti Saturno ad devorandum, tradidit. Non is devoratus, prius absorptos trusit, & coegit exire; primum quidem, qui primus absorptus fuerat Plutonem; postea Neptunum; tertium, Jovem. Neque, ut aiunt, matris consilio servatus Juppiter, ac in cælum ascendens, patrem regno depulit. Nec patris fratres supplicio affecit. Non in amorem devenit mortalium feminarum. Non cum sororibus vel filiabus, non cum fratrum uxoribus, non cum pueris, turpiter concubuit. Neque filiam suam Metin deglutivit; ut a cerebro E quidem Minervam produceret, ex Metide; ex femore vero gigneret Bacchum, quem a Titanibus ferunt discerptum fuisse. Non cœnam in Thetidis & Pelei nuptiis celebravit. Non Discordiam expulit e nuptiis. Non Discordia probro affecta, pugnam & seditionem epulantibus commenta est.

1. Εχειν.] Malim ἥκειν ὡς εἰπεῖν ὑπέσχετο: *venturum se, ut aliquid de diis diceret, promisit*. DAVIS.

2. Οὗτος] Forte οὗτος. COT.

3. Αὐτοὶ καμάτων.] Lege αὐτοὶ διὰ καμάτων. DAVIS. — Sed ut verbis *emendi, vendendi conjungitur genitivus*, omissa præpositione: ita heic potest ejusmodi Ellipsis esse post verbum μανθάνειν. CLER.


4. Ως ὁ μῦθος.] Lege ὅς. DAVIS. — Potest tamen ferri ὡς, *ut fabula numerat*. CLER.

5. Κριός.] Lege Κρεῖος, seu Κρῖος. Vide Hesiodum Theogoniæ v. 133. & Apollodorum Bibl. lib. I. cap. I. 3. DAV.

6. Θεά] Forte Θεία. COT.

7. Αντιδέδωκεν.] Lege λίθον ἀντιδέδωκε, *lapidem ejus loco tradidit*. Præter Mythologos aliosque Scriptores plurimos, vide Recognitionum lib. x. cap. 19. & Hesychium in Βαίτυλος. Certe aliquid deesse monstrat ipsa τοῦ ἀντιδιδόναι potestas, quod *aliquam rem alterius loco dare* sonat. Huic tamen emendationi repugnari τρέφειν τὸν Δία (quod sequitur) non inficias eo. Quare ibi rescripserim τρέφειν τὸν Λίθον, ne concentus auctorum destruatur. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



βῦσα, ἐπέγραψεν, δῶρον τῇ καλῇ. ἔπειτα μυθολογῦσιν ὡς Ηρα τε καὶ Αθlωᾶ καὶ Αφροδίτη εὑρίσκυσι τὸ μῆλον, καὶ φιλονεικῦσαι ἔρχονται πρὸς τὸν Δία· ἃς αὐτὸς μὲν οὐκ ἔκρινεν, δἰ Ερμῦ δὲ πρὸς τὸν ποιμένα Πάριν κριθησομένας περὶ κάλλους ἐξέπεμψεν. ἀλλ' ὔτε ἐκρίθησαν θεαί· ὔτε ὁ Πάρις τῇ Αφροδίτῃ τὸ μῆλον ἀπέδωκεν. ὐκ Αφροδίτη τιμηθεῖσα, τῷ τῆς Ελένης αὐτὸν ἀντετίμησεν γάμῳ. οὐ γὰρ ἂν ἡ τῆς θεᾶς τιμὴ πρόφασις ἐγίνετο παμφύλου πολέμου, καὶ ταῦτα ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ τlὼ τιμlὼ ἀπειληφότ☉, καὶ ἀγχιστεύοντ☉ τῷ τῆς Αφροδίτης γένει. ἀλλὰ, ὡς ἔφlω, ὦ τέκνον, ἔχει τινὰ λόγον τὰ τοιαῦτα οἰκεῖον καὶ φιλόσοφον, ἀλληγορίᾳ φρασθlῶαι δυνάμενον· ὥστε σε ἀκούσαντα θαυμάσαι. κἀγὼ ἔφlω· δέομαι μή με ἀναβαλλόμεν☉ βασανίσῃς. καὶ ὃς ἔφη· μηδὲν φοβηθῇς, οὐ γὰρ ὑπερθήσομαι, ἀλλ' ἄρξομαι ἤδη λέγειν.

Non accepto ex hortis Hesperidum malo aureo inscripsit; Donum pulcræ. Postea fabulantur quod Juno, Minerva & Venus malum invenerint, & contendentes venerint ad Jovem: quas ipse quidem non judicaverit; per Mercurium vero miserit ad pastorem Paridem, de pulcritudine judicandas. Sed nec deæ judicatæ fuerunt: neque Paris Veneri pomum tradidit. Non Venus honorem consecuta, Paridem Helenæ conjugio vicissim honoravit. Neque enim deæ honor, caussa fuit belli inter tot gentes; idque in perniciem ejus qui honore affectus fuerat, quique ad genus Veneris jure propinquitatis pertinebat. Verum, sicut dixi, o fili, hæc rationem quamdam habent propriam & philosophicam, quæ per allegoriam potest explicari; adeo ut tu, cum audieris, admireris. Et ego dixi: Oro ne me mora torqueas. Ille respondit: Nihil timeas. Non enim differam, sed jam incipiam loqui.

Ην ποτὲ ὅτε ὐδὲν πλlὼ χάος κ̀ στοιχείων [1] ἀτάκτων ἔτι συμπεφορημένων μίξις ἀδιάκριτος. τῦτο καὶ τῆς φύσεως ὁμολογύσης, κ̀ τῶν μεγάλων ἀνδρῶν οὕτως ἔχειν νενοηκότων. καὶ μάρτυρα τῶν μεγάλων ἐν σοφίᾳ, τὸν μέγιστον Ομηρον, αὐτόν σοι παρέξομαι, εἰπόντα περὶ τῆς ἀνέκαθεν συγχύσεως.

Αλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ κ̀ γαῖα γένησθε.

ὡς ἐκεῖθεν ἁπάντων τlὼ γένεσιν ἐχηκότων, κ̀ μετὰ ἀνάλυσιν τῆς ὑγρᾶς καὶ γηίνης ὐσίας εἰς τlὼ πρώτην πάλιν ἀποκαθισαμένων φύσιν, ὅ ἐστιν χάος. Ησίοδος δὲ ἐν τῇ Θεογονίᾳ λέγει.

Ητοι μὲν πρώτιστα χάος ἐγένετο.

[2] τὸ δὲ ἐγένετο, δῆλον ὅτι γεγενῆσθαι ὡς γεννητὰ σημαίνει, ὐ τὸ ἀεὶ εἶναι ὡς ἀγέννητα. κ̀ Ορφεὺς δὲ τὸ χάος ὠῷ παρεικάζει, ἐν ᾧ τῶν πρώτων στοιχείων lὼ ἡ σύγχυσις. τῦτο Ησίοδος χάος ὑποτίθεται, ὅπερ Ορφεὺς ὠὸν λέγει γεννητὸν, ἐξ ἀπείρυ τῆς ὕλης προβεβλημένον· γεγονὸς δὲ ὕτω·

III. Exstitit aliquando tempus, cum nihil erat, præter Chaos, & elementorum confusorum, adhuc aggestorum, misturam promiscuam. Id enim fatetur natura: atque ita habere, asserunt viri magni. Et inter sapientia præstantes, præstantissimum Homerum tibi afferam, dicentem de prima confusione:

Vos equidem cuncti tellus fiatis & unda:

tamquam hinc omnia ortum habeant; atque post substantiæ humidæ ac terrenæ dissolutionem, in primam iterum restituantur naturam, hoc est, in Chaos. Hesiodus vero in Theogonia dicit:

Primo nempe Chaos factum fuit.

Per illud, *factum fuit*, clarum est quod significet, ea ut genita ortum habuisse, non autem ut ingenita semper exstitisse. Orpheus autem Chaos ovo comparat, in quo primorum elementorum erat confusio. Hoc Hesiodus Chaos proponit, quod Orpheus ovum dicit genitum, ex infinita materia productum; factumque ita:

Τῆς τετραγενῦς ὕλης ἐμψύχυ ὔσης, καὶ ὅλου [3] ἀπείρυ τινὸς βυθῦ ἀεὶ ῥέοντος, καὶ ἀκρίτως φερομένυ, καὶ μυρίας ἀτελεῖς [4] κράσεις εἰς ἄλλοτε ἄλλως ἐπαναχέοντ☉, καὶ διὰ τῦτο αὐτὰς ἀναλύοντος τῇ ἀταξίᾳ, καὶ κεχηνότος ὡς εἰς γέννησιν ζώου δεθlῶαι μὴ δυναμένυ, συνέβη ποτὲ αὐτῦ τῦ ἀπείρου πελάγυς, ὑπὸ ἰδίας φύσεως περιωθυμένυ κινήσει φυσικῇ, ἀτάκτως ῥυlῶαι ἀπὸ τῦ αὐτῦ εἰς τὸ αὐτὸ, ὥσπερ ἴλιγγα, καὶ μίξαι τὰς οὐσίας, καὶ οὕτως [5] ἐξ ἀκουστοῦ πάντων τὸ νοστιμώτατον, ὅπερ πρὸς γέννησιν ζώου ἐπιτηδειότατον lὼ, ὥσπερ ἐν χώνῃ κατὰ μέσου ῥυlῶαι τοῦ παντὸς, καὶ ὑπὸ τῆς πάντα φερούσης ἴλιγγ☉ χωρῆσαι βάθ☉, καὶ τὸ περικείμενον πνεῦμα ἐπισπάσασθαι, καὶ ὡς εἰς γονιμώτατον συλληφθὲν ποιεῖν κριτικlὼ σύστασιν. ὥσπερ γὰρ ἐν ὑγρῷ φιλεῖ γίνεσθαι πομφόλυξ· οὕτως σφαιροειδὲς πανταχόθεν συνελήφθη [6] νυκτός. ἔπειτα αὐτὸ ἐν ἑαυτῷ κυηθὲν, ὑπὸ τοῦ παρειληφότ☉ θειώδους πνεύματ☉ ἀναφερόμενον, προέκυψεν εἰς φῶς μέγιστόν τι τοῦτο ἀποκύημα, ὡς ἂν ἐκ παντὸς τοῦ ἀπείρου βυθοῦ ἀπο-

IV. Cum materia quatuor genera complectens, haberet animam; & totum immensum quoddam profundum semper flueret, ac temere ferretur, & innumeras imperfectas mistiones subinde profunderet, atque ideo illas ob confusionem solveret, nec non hiaret quasi ad generationem animalis quod non poterat compingi: aliquando contigit, ut illud infinitum pelagus, per propriam naturam concussum motu naturali, ordinate ab eodem ad idem instar vorticis flueret, substantiasque misceret; sicque mirum in modum, quod omnium optimum ac maturissimum erat, atque ad generationem animalis aptissimum, velut in fornace per mediam decurreret universitatem, & per cuncta ferentem vorticem iret ad profundum, circumfusumque spiritum attraheret; nec non quasi in maximam fecunditatem conceptum, faceret discretam compositionem. Quemadmodum enim in humido fieri solet bulla; ita orbiculatum undique comprehensum est corpus. Deinde ipsum in seipso conceptum; a divino qui assumserat spiritu subvectum; in lucem prodiit maximum hoc germen

1. Ατάκτων.] Lege ἀτάκτως, *elementa nullo ordine congesta*. DAVIS.

2. Τὸ δὲ ἐγένετο.] Eodem modo Hesiodus intelligitur apud Philonem Judæum libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμυ p. 491. Verba Philonis digna sunt quæ heic legantur: *πατέρα δὲ τῦ Πλατωνικῦ δόγματ☉ ἔνιοι νομίζυσι τὸν Ησίοδον, γεννητὸν καὶ ἄφθαρτον οἰόμενοι τὸν κόσμον ὑπ' ἐκείνυ λέγεσθαι· γεννητὸν μὲν, ὅτι φησίν.*

Ητοι μὲν πρώτιστα χά☉ γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερν☉, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

ἄφθαρτον δὲ, ὅτι διάλυσιν καὶ φθορὰν ὐ μεμήνυκεν αὐτῦ. COT.

3. Απείρυ τινὸς βυθῦ ἀεὶ ῥέοντ☉.] Et quibusdam interpositis; *αὐτῦ τῦ ἀπείρυ πελάγυς*, &c. Pertinent huc loca Recognitionum lib. 10. cap. 17. & 31. &c. itemque verba Porphyrii libro de antro Nympharum, sub finem: *πόντ☉ δὲ, καὶ θάλασσα, καὶ κλύδων, καὶ παρὰ Πλάτωνι ἡ ὑλικὴ σύστασις. Ceterum & apud Platonem materiæ congeries, pontus, mare ac procellarum æstus appellatur.* Nicephorus in Synesium p. 385. *βυθὸν δὲ φασὶν τὴν ὕλην.* Atque hinc Bythus Valentinianorum. Vide in Chronographia Georgii Syncelli p. 29. ID.

4. Κράσεις εἰς ἄλλοτε ἄλλως.] Lege: *κράσεις ἄλλοτε ἄλλας*, deleta præpositione, quæ ex perperam repetita prioris vocis ultima syllaba nata est. DAVIS.

5. Εξ ἀκυστῦ.] Scribendum puto ἐξ ἑκάστυ. Recepta certe lectionis mentem nullus video; nam Cl. Cotelerius, qui vertit *mirum in modum* divinavit, non locum, verbis ducibus, adsequutus est. DAVIS.

6. Νύκτος.] Forte κύτος. COT.

Sæcul. II. circa Ann. Chr. 230.

κεκυημένον ἔμψυχον δημιούργημα, καὶ τῇ περιφερείᾳ τῶν ὠῶν προσεοικὸς, καὶ τῷ τάχει, τῆς πτήσεως.

A seu fetus, tamquam ex omni immenso profundo progenitum opificium animatum, simile ovis per rotunditatem, & avibus per celeritatem.

Κρόνον οὖν τὸν χρόνον μοι νόει· τὴν δὲ Ῥέαν τὸ ῥέον τῆς ὑγρᾶς οὐσίας· ὅτι χρόνῳ φερομένη ἡ ὕλη ἅπασα, ὥσπερ ὠὸν τὸν πάντα περιέχοντα σφαιροειδῆ ἀπεκύησεν οὐρανόν· ὅπερ κατ' ἀρχὰς τοῦ γονίμου μυελοῦ πλήρες ἥνωσαν στοιχεῖα, καὶ χρώματα παντοδαπὰ ἐκτεκεῖν δυνάμενον, καὶ ὅμως παντοδαπὴν ἐκ μιᾶς οὐσίας τε καὶ χρώματος ἑνὸς ἔφερε τὴν φαντασίαν. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ τοῦ ταὼ γεννήματι, ἓν μὲν τοῦ ὠοῦ χρῶμα δοκεῖ, δυνάμει δὲ μυρία ἔχει ἐν ἑαυτῷ τοῦ μέλλοντος τελεσφορεῖσθαι χρώματα· οὕτως καὶ τὸ ἐξ ἀπείρου ὕλης ἀποκυηθὲν ἔμψυχον ὠὸν, ἐκ τῆς ὑποκειμένης καὶ ἀεὶ ῥεούσης ὕλης κινούμενον, παντοδαπὰς ἐκφαίνει τροπάς. ἔνδοθεν γὰρ τῆς περιφερείας ζῶόν τι ἀῤῥενόθηλυ εἰδοποιεῖται προνοίᾳ τοῦ ἐνόντος ἐν αὐτῷ θείου πνεύματος, ὃν Φάνητα Ὀρφεὺς καλεῖ, ὅτι αὐτοῦ φανέντος τὸ πᾶν ἐξ αὐτοῦ ἔλαμψεν, τῷ φέγγει τοῦ διαπρεπεστάτου τῶν στοιχείων πυρὸς, ἐν τῷ ὑγρῷ τελεσφορουμένου. καὶ οὐκ ἄπιστον, ὅτι καὶ ἐπὶ [1] λαμπυρίδων, δείγματος ἕνεκα, ἡ φύσις ἡμῖν ὁρᾷν ὑγρὸν φῶς ἐδωρήσατο.

V. Saturnum igitur mihi puta esse tempus, Rheam vero, illud humidæ substantiæ, quod fluit: quia per tempus versata omnis materia; velut ovum, cælum quod rotundum est quodque omnia complectitur, peperit. Quod ovum, principio fecunda medulla plenum, concusserunt elementa; & cum posset omnigenas species procreare, attamen omnigenam ex una substantia unaque specie tulit imaginem. Sicut enim in pavonis fetu, unus quidem B ovi videtur color, potestate autem mille in se habet perficiendi animalis colores: ita & quod ex immensa materia genitum est ovum animatum, ex subjecta semperque fluente materia commotum, omnimodas exserit mutationes. Intra enim circumferentiam aliquod animal, quod est masculofemina, per inexsistentis divini spiritus providentiam formatur, quod Phanetem Orpheus vocat; quia cum apparuisset, universum ex ipso fulsit, nimirum, splendore ignis elementorum excellentissimi in humiditate perfecto. Neque id incredibile; quandoquidem & in cicindelis, exempli gratia, natura nobis concessit humidum lumen contemplari.

Τὸ μὲν οὖν πρωτοσύστατον ὠὸν ὑποθερμανθὲν, ὑπὸ τοῦ ἔσωθεν ζώου ῥήγνυται· ἔπειτα δὲ μορφωθὲν προέρχεται ὁποῖόν τι καὶ Ὀρφεὺς λέγει·

—— [2] κραμαίου χισθέντος [3] πολυχανδέος ὠοῦ.

καὶ οὕτω μεγάλῃ δυνάμει αὐτοῦ τοῦ προεληλυθότος φανέντος, τὸ μὲν κύτος τὴν ἁρμονίαν λαμβάνει, καὶ τὴν διακόσμησιν ἴσχει· αὐτὸς δὲ ὥσπερ ἐπ' ἀκρωρείας οὐρανοῦ προκαθέζεται, καὶ ἐν ἀποῤῥήτοις τὸν ἄπειρον περιλάμπων αἰῶνα. [4] ἡ δὲ τοῦ κύτους ἔνδοθεν γόνιμος ὑπολειφθεῖσα ὕλη, ὡς ἐν πολλῷ τῷ χρόνῳ ὑποκειμένης ἕως φυσικῆς ὑποζέουσα ἡ θερμότης τῆς πάντων διέκρινεν οὐσίας. τὸ μὲν γὰρ κατώτερον αὐτῆς πρῶτον ὥσπερ ὑποστάθμη ὑπὸ τοῦ βάρους εἰς τὰ κάτω ὑπεχώρησεν· ὃ διὰ τὴν ὁλκότητα καὶ διὰ τὸ ἐμβριθὲς [5] καὶ πολὺ τῆς ὑποκειμένης οὐσίας πλῆθος, Πλούτωνα προσηγόρευσαν, ᾅδου τε καὶ νεκρῶν βασιλέα εἶναι ἀποφηνάμενοι.

C VI. Ovum igitur quod primo constitit; cum calefactum esset, rumpitur ab intus posito animali: postea vero forma accepta prodit illud, ut & Orpheus ait;

--- disrupta testa ovi quod cuncta tenebat.

Sicque per magnam illius qui prodiit ac apparuit potestatem, moles quidem cohærentiam accipit, & ordinem digestionemque consequitur: ipse autem velut in vertice cæli præsidet, & in arcanis immensum illustrat sæculum. Molis vero intus fecundam relictam materiam, dum per multum tempus usque ad naturale subjectum calor fervefacit, ab universi separavit substantia. Infimum etenim illius, primo tamquam fæx, pondere ipso D in inferiora cessit: quod propter gravitatem, & pondus, & subjectæ substantiæ copiam, Plutonem appellaverunt, quem inferorum mortuorumque regem pronuntiarunt.

Ταύτην μὲν οὖν τὴν πρώτην καὶ πολλὴν, ῥυπαρὰν καὶ τραχεῖαν οὐσίαν, ὑπὸ Κρόνου τοῦ χρόνου καταποθῆναι λέγουσιν, φυσικῶς, διὰ τὴν κάτω ὑπονόστησιν αὐτῆς. μετὰ δὲ τὴν πρώτην ὑπόσταθμην τὸ συῤῥυὲν ὕδωρ καὶ πρώτῃ ἐπιπολάσαν ὑποστάσει, Ποσειδῶνα προσηγόρευσαν. τὸ δὲ λοιπὸν τρίτον τὸ καθαρώτατον καὶ κορυφαιότατον, ἅτε διαυγὲς ὂν πῦρ, Ζῆνα ὠνόμασαν, διὰ τὴν ἐν αὐτῷ ζέουσαν φύσιν· ἀνωφερὲς γὰρ ὂν τὸ πῦρ, πρὸς μὲν τὰ κάτω ὑπὸ χρόνου τοῦ Κρόνου οὐ κατεπόθη, ἀλλ' ὡς ἔφην, ἡ πυρώδης οὐσία ζωτική τε καὶ ἀνωφερὴς οὖσα, εἰς αὐτὸν ἀνέπτη τὸν ἀέρα. ὃς καὶ φρονιμώτατος

VII. Hanc itaque primam, multamque, sordidam atque asperam substantiam, a Saturno seu tempore fuisse devoratam ajunt; convenienter naturæ; scilicet ob illius substantiæ recessum ad inferiora. Post primum vero sedimentum, confluentem aquam & primæ fæci supernatantem, Neptuni nomine donarunt. Tertium autem reliquum, purissimum ac eminentissimum, quod nempe esset E ignis lucidus, nominaverunt Jovem, propter fervidam ipsius naturam. Cum enim ignis in sublime feratur, cum inferioribus quidem a tempore Saturno non est absorptus; sed, quemadmodum dixi, ignea substantia, utpote vitalis & in altum ten-

1. Λαμπυρίδων.] *Lucentes vespere per arva cicindelæ. Ita appellant rustici stellantes volatus, Græci vero lampyridas, incredibili benignitate naturæ.* Plinius lib. 18. cap. 26. Cot.

2. Κραμαίου.] Forte κραμέου, pro κεραμέου. Id.

3. Πολυχανδέος ὠοῦ.] Rufinus Recognit. x. 17. 30. *ovi immanis*. ὑπερμεγέθες ὠόν: Athenagoras Legatione pro Christianis p. 18. In Hesychio, & Theocriti Scholiaste; πολυχανδέα· πολλὰ χωροῦσαν, πολυχώρητον. De ovo autem isto didicerat Orpheus ab Ægyptiis, qui ex ore Dei prodiisse dicebant ovum, hoc est, Mundum, ut legere est apud Eusebium Præparat. Evang. lib. 3. cap. 11. p. 115. Sed & πρωτογόνου ὠοῦ meminit Helladius Besantinous Codice 279. Photianæ Bibliothecæ. Hic, πρωτοσύστατον ὠόν. Vide nos superius ad Recognit. x. 17. Videnda quoque Phœnicum Theologia, Præparat. Evangel. lib. 1. cap. 10. pag. 33. Id.

4. Ἡ δὲ τοῦ κύτους.] Periodus imperfecta vel corrupta. Quid si minima mutatione reponatur, τὰς πάντων διέκρινεν οὐσίας? Iste sensus emerget: *Molis vero intus fecunda relicta materia, ut & multo in tempore usque ad naturale subjectum calor subservefaciens, cunctorum substantias discrevit*. Vide cap. 12. Id.

5. Καὶ πολὺ τῆς ὑποκειμένης οὐσίας πλῆθος, Πλούτωνα προσηγόρευσαν.] Nam Πλούτων deduci solet a πλοῦτος, & πλοῦτος a πολύς. Cujus Etymologiæ Plutonis rationes varias habes in Etymologico magno, Platonis Cratylo, Ciceronis lib. 2. de natura Deorum, Eusebii Præparat. Evang. lib. 3. cap. 11. ejusdem Oratione de laudibus Constantini; item apud Lucianum, Fulgentium, Cornutum aliosque. Idem.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



ἐστι, διὰ τὴν καθαρότητα. τῇ οὖν ἰδίᾳ θερμότητι ὁ Ζεὺς, τουτέστιν ἡ ζέουσα οὐσία, τὸ καταλειφθὲν ἐν τῷ ὑποκειμένῳ ὑγρῷ, τὸ ἰσχνότατον καὶ θεῖον [1] ὂν ἱμᾷ τι πνεῦμα, ὅπερ Μῆτιν ἐκάλεσαν.

A dens, in aerem evolavit: qui & prudentissimus est, propter puritatem. Suo igitur calore Juppiter, hoc est, substantia fervida, haurit quod relictum est in subjecto humido, scilicet, tenuissimum divinumque spiritum; cui Metis nomen dedere.

Κατὰ κορυφῆς δὲ αὐτῶ ἐλθὸν τῶ αἰθέρος, καὶ συμποθὲν ὑπ' αὐτῶ, ὥσπερ ὑγρὸν θερμῷ μιγὲν, τὸν ἀεικίνητον [2] παλμὸν ἐμποιῆσαν, γεννᾷ τὴν σύνεσιν, ἣν καὶ Παλλάδα ἐπονομάζουσιν, διὰ τὸ πάλλεσθαι, τεχνικωτάτην οὖσαν φρόνησιν, ᾗ χρώμενος τὸν πάντα ἐπεχνήσατο κόσμον ὁ αἰθέριος τεχνίτης. ἀπ' αὐτῶ δὲ τῶ διήκοντος Διὸς, τῶ θερμοτάτω αἰθέρος, ὁ ἀὴρ μέχρι τῶν ἐνταῦθα διικνεῖται τόπων, ἣν ἐπονομάζουσιν Ηραν. καὶ διὸ δὴ τῆς τῶ αἰθέρος καθαρωτάτης οὐσίας ὑποβεβηκυῖα, ὡς θήλεια τὴν καθαρότητα, πρὸς σύγκρισιν τῶ κρείττονος, ἀδελφὴ Διὸς κατὰ τὸ εἰκὸς ἐνομίσθη, ὡς ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας γεγεννημένη· γαμετὴ δὲ, διὰ τὸ ὡς γυναῖκα ὑποκεῖσθαι.

VIII. Ad ætheris autem verticem veniens, & ab eo imbibitum, velut humidum sicco permistum; quando perpetuum indidit palpitationis motum, gignit intelligentiam, quam & Palladem a palpitando cognominant; quæ est artificiosissima prudentia, qua usus æthereus artifex universum mundum fabricatus est. Ab ipso autem penetrante Jove, seu fervidissimo B æthere, aer ad hæc usque loca pervenit, quem Junonem nuncupant. Atque ideo ex ætheris purissima substantia delapsa, tamquam femina ratione puritatis, comparatione præstantioris, soror Jovis rite existimata est, ut quæ ex eadem substantia genita sit; uxor vero, quod velut mulier subjaceat.

Παραλαμβάνεται δέ· ἡ μὲν Ηρα πρὸς ἀέρος εὐκρασίαν, δι' ὃ καὶ γονιμωτάτη ἐστίν· ἡ δὲ Αθηνᾶ, ἣν καὶ Παλλάδα λέγουσιν, διὰ τὸ ἄκρως θερμὸν, γένεσίν τινος ποιῆσαι μὴ δυναμένη, παρθένος ἐνομίσθη. ὁμοίως δὲ καὶ Αρτεμις ἑρμηνευομένη, ἣν εἰς τὸν κατώτατον μυχὸν τῶ ἀέρος παραλαμβάνουσιν, καὶ δι' ἀκρότητα κρύους ἄγονον οὖσαν, ὁμοίως παρθένον ἐκάλεσαν. Διόνυσον δὲ ὡς φρενῶν θολωτικὸν ὀνομάζουσιν, τὴν ἀπὸ τῶν ἄνω τε καὶ κάτω ἀτμῶν τὴν θολερὰν καὶ μεθύουσαν σύστασιν. τὸ δὲ κατωτέρω τῆς γῆς ὕδωρ, ἓν ὂν τῇ φύσει, καὶ διὰ πάντων τῶν χερσαίων πόρων [3] διεῖρον, καὶ εἰς πολλὰ διαιρούμενον, ὥσπερ συγκοπτόμενον, Οσιριν ἐκάλεσαν. λαμβάνουσι δὲ καὶ Αδωνιν εἰς ὡραίους καιρούς· Αφροδίτην εἰς μίξιν καὶ γένεσιν· Δήμητραν εἰς [4] τὴν· Κόρην εἰς σπέρματα· καὶ Διόνυσόν τινες εἰς ἄμπελον.

IX. Assumitur autem; Juno quidem, pro aeris bona temperie, quare & fecundissima est: Minerva vero, quam & Palladem vocant, cum ob summum calorem nihil possit producere, credita est virgo. Similiterque interpretantur Dianam, quam pro infimo aeris recessu accipiunt, quamque quia ob summum frigus sterilis est, similiter virginem appella- C vere. Liberum vero, tamquam qui mentem turbet, nominant turbidam eam inebriantemque compagem, quæ a superioribus inferioribusque vaporibus oritur. At aquam terra inferiorem, cum natura sit una, & omnes terrestres meatus trajiciat atque in multa dividatur, quasi concisam, Osirin nuncuparunt. Et vero sumunt Adonin, pro pulcris temporibus: Venerem, pro concubitu & generatione: Cererem, pro terra: Proserpinam, pro seminibus: & Bacchum quidam, pro vite.

Καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὁμοίως τοιαύτην τινὰ ἀλληγορίαν ἔχοντα νόει μοι· [5] Απόλλωνα δὲ ἥλιον τὸν περιπολοῦντα εἶναι νόμιζε, γονὴν ὄντα τῶ Διὸς, [6] ὃν καὶ Μίθραν ἐκάλεσαν, ἐνιαυτοῦ συμπληροῦντα περίοδον. αὐταὶ δὲ αἱ μεταμορφώσεις τοῦ παν-

X. Atque omnia hujusmodi, pariter aliquam ejusdem generis habere allegoriam existimato. A- D pollinem vero puta esse circumeuntem solem; Jovis fetum; quem & Mithram vocaverunt; qui anni ambitum complet. Ipsæ autem Jovis ubique

1. Θεῖον ὂν ἱμᾷ τι πνεῦμα.] Omnino legendum θεῖον ἐνιμᾶται πνεῦμα, *divinum extrahit spiritum*. Vide Epiphanium Hæres. LVI. 2. DAVIS.

2. Παλμόν. πάλλεσθαι.] *Palpitationem, vibrationem. Palpitare, vibrare*. Vulgare Etymum. Pari modo Apollinem ἀπὸ τῶ ἀεὶ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας dictum vult Plato, teste Macrobio lib. 1. Saturnal. cap. 17. ἀπὸ τῆς τῶν ἀκτίνων πάλσεως. Porphyrius apud Eusebium Præparat. Evang. lib. 3. cap. 11. ἀπὸ τῶ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας τὰς ἰδίας. In Etymologico. Est enim Minerva virtus solis, Porphyrio in cap. eodem Macrobii. Alii per Minervam summum ætheris cacumen intelligunt, apud Macrob. lib. 3. cap. 4. idque convenit cum his nostri Operis verbis, κατὰ κορυφῆς ἐλθὸν τῶ αἰθέρος, & cum iis quæ Cornutus, Martianus, multique de Minerva scripsere. *Minervam alii ætherium verticem, & summitatis ipsius esse summam dixerunt*. Arnobius lib. III. *Ætheris partem superiorem Minervam tenere dicunt*. Et, *Minervam summum æthera esse dixerunt*. Augustinus de civitate Dei lib. IV. cap. 10. & lib. VII. cap. 16. Potest etiam heic πάλλεσθαι sumi in sensu passivo, juxta illud Etymologici, Παλλάς· ἡ Αθηνᾶ. ἡ παρὰ τὸ ἀναπεπάλθαι ἐκ τῆς κεφαλῆς τῶ Διός. COT.

3. Διεῖρον.] Reponendum διέρπον, *perrepens*. DAVIS.

4. Εἰς τὴν] Leg. εἰς γῆν. COT.

5. Απόλλωνα δὲ ἥλιον τὸν περιπολοῦντα εἶναι νόμιζε.] Allusio ad aliud Apollinis veriloquium apud Platonem in Cratylo, Απόλλων, quasi ἀπολῶν hoc est ὁμοπολῶν: aut ad hæc Macrobiana: *Cleanthes ὡς ἀπ' ἄλλων καὶ ἄλλων τόπων τὰς ἀνατολὰς ποιουμένου, quod ab aliis atque aliis locorum declinationibus faciat ortus. Cornificius arbitratur Apollinem nominatum ἀπὸ τῶ ἀναπολεῖν, id est, quia intra circuitum mundi, quem Græci πόλον appellant, impetu latus ad ortus refertur*. Quo loci nota connecti in versione binas lectiones, ἀναπολὰς & ἀνατολὰς, ἀναπολεῖν & ἀνατολεῖν, cum originis ratio posteriorem excludat. ID.

6. Ὃν καὶ Μίθραν ἐκάλεσαν, ἐνιαυτῶ συμπληροῦντα περίοδον.] Hanc in rem singularis est locus Hieronymi ad caput 3. Amosi Prophetæ. *Basilides omnipotentem Deum portentoso nomine appellat* Αβραξας, *& eumdem secundum Græcas litteras, & annui cursus numerum dicit in solis circulo contineri: quem Ethnici sub eodem numero aliarum litterarum vocant* Μίθραν, seu potius Μείθραν, aut quod alii legunt Μήθρην: ut idem numerus constet; nimirum 365. qui in Αβραξας, & in Μείθρας ac Μήθρης invenitur. De Mithra alii multa subministrabunt. Ego vero dumtaxat proponam doctis examinanda verba corrupta & obscura Porphyrii lib. 4. de Abstinentia cap. 16. ubi ex Pallade scriptore rationem red- E dens cur Mithræ mysteriis initiati nominibus animalium appellarentur, ait: τὴν κοινὴν φορὰν οἴεσθαι, ὡς πρὸς τὴν τῶ ζωδιακῶ κύκλω ἀποτείνειν· τὴν δὲ ἀληθινὴν ὑπόληψιν καὶ ἀκριβῆ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν αἰνίττεσθαι, ἃς παντοδαποῖς περιέχεσθαι σώμασι λέγουσι. καὶ γὰρ Λατίνων τινὰς τῇ σφῶν διαλέκτῳ ἄπρους, καὶ σκώπρους, λασύρους τε καὶ μερύλους καλεῖν. Quid, amabo, sibi volunt voces, σκώπρους, λασύρους? Scribendumne est σκρώφους & λάρους, quod conjectabam? ut primum sit Scrophæ cognomen, proprium familiæ Romanæ Tremelliorum, in Varrone & Macrobio; posterius vero, prænomen Lartis. Nam Lar Herminii Consulis, Tolumnii Velentium regis, & Porsenæ regis Clusinorum prænomen, Græcis est Λάρος: putaveruntque forsan Græcorum nonnulli non mediocri errore, deduci hoc vocis a laro ave. Hæc si vera non videbuntur, alia libenter accipiemus. Restat ut Latinam interpretationem subnectamus. *Vulgus existimare, hoc ad Zodiaci circulum respicere: veram tamen opinionem & accuratam esse, quæ censet illud de animabus humanis aliquid subinnuere, quas omne genus corporibus circumdatas aiunt. Etenim Latinos* (f. Λατίνους) *aliquos sua lingua Apros & Scrofas, Laros* (pro *Lartes*) *atque Merulas appellare*. ID.

ταχῇ διήκοντος Διὸς, αἱ πολλαὶ νοείσθωσάν σοι τροπαὶ, τὰς δὲ μυρίας αὐτοῦ γυναῖκας, ἐνιαυτοὺς ἢ γενεὰς ἐπινόει. ἀπ' αὐτοῦ γὰρ τοῦ αἰθέρος ἡ διηνουμένη τὸν ἀέρα δύναμις, ἑκάστῳ ἐνιαυτῷ καὶ γενεᾷ συνουσιάζουσα, διαφόρως αὐτὸν τρέπει, καὶ οὕτως γεννᾷ ἢ φθείρει τὰ ὡραῖα. καὶ παῖδες μὲν λέγονται οἱ ὡραῖοι καρποί· [1] αἱ δὲ πρὸς τοὺς ἄφρονας δείξεις, αἱ κατ' ἐνίους καιροὺς ἀκαρπίαι.

A pervadentis transformationes, multæ a te intelligantur temporum conversiones. Plurimas vero illius feminas, annos vel ætates reputa. Vis enim quæ ab ipso æthere per aerem vadit, cum singulis annis ac ætatibus congressa, varie illum convertit, sicque gignit aut corrumpit fruges. Et filii quidem dicuntur, fructus maturi: apparitiones autem ad stultos vocantur, quorumdam temporum sterilitates.

Ταῦτα τοῦ Αππίωνος ἀλληγοροῦντος, συννοὺς ὢν ἐγὼ, ἔδοξα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις μὴ παρακολουθεῖν. δι' ὃ τὸν λόγον ἐγκόψας ἔφη μοι· εἰ μὴ παρακολουθεῖς οἷς λέγω, τί καὶ τὴν ἀρχὴν διαλέγομαι; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· μή με ὑπολάμβανε ἀναισθήτως ἔχειν τῶν ὑπό σου λεγομένων. πάνυ γὰρ αὐτὰ συνίημι, ἅτε δὴ οὐ πρῶτον αὐτῶν ἀκηκοώς. ἵνα δὲ γνῷς ὅτι οὐκ ἀγνοῶ τὰ ὑπό σου λεγόμενα, τὰ μέν σοι ῥηθέντα ἐπιτεμοῦμαι· τῶν δὲ παραλειφθέντων σοι κατὰ ἀκολουθίαν, ὡς παρ' ἑτέρων ἤκουσα, ἀποπληρώσω τὰς ἀλληγορίας. καὶ ὁ Αππίων ἔφη· ποίησον οὕτως ὡς λέγεις.

XI. Quæ cum Appion allegorice exponeret; ego cogitabundus, visus sum dicta ab eo non assequi. Quocirca sermonem interrumpens, dixit mihi: Si quæ loquor non assequeris; cur & omnino B differo? Respondi ego: Noli suspicari me non percipere sensum verborum tuorum. Plane enim ea intelligo, ut qui non nunc primum audierim. Quo autem cognoscas, quæ profers a me non ignorari; quæ quidem dixisti, in compendium redigam; quæ vero omisisti, ordine, ut ab aliis accepi, supplebo allegorias. Et Appion: Fac, inquit, ita ut dicis.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· παρίημι νῦν ἐπ' ἀκριβὲς λέγειν τὸ ἐκ τῆς ἀπείρου ὕλης κατὰ ἐπιτυχίαν κράσεως ἀποκυηθὲν ἔμψυχον ᾠὸν, οὗ ῥαγέντος κατά τινας, ἀρρενόθηλυς ἐξέθορεν Φάνης. καὶ πάντ' ἐκεῖνα ἐπιτέμνομαι, μέχρι οὗ τὸ ῥαγὲν κύτος τὴν ἁρμονίαν ἔλαβεν, ὑπολειφθείσης αὐτοῦ μυελώδους ὕλης· καὶ τὸν λόγον τῶν ὑπ' αὐτῆς ἔνδοθεν γενομένων ἐπικεφαλαιῶν, μετὰ τῶν ἀκολούθων ἐπιτρέχω. ἐγεννήθη γὰρ, ὡς λέγεις, ἐκ Κρόνου καὶ Ῥέας, ὑπό τε χρόνου καὶ ὕλης, τὰ μὲν πρῶτα Πλούτων, ὡς κάτω παραχωρήσασα ὑποστάθμη· δεύτερα δὲ Ποσειδῶν, [2] ὃς ἥ τις ἐστὶν ὑγρὰ οὐσία ἐπιπολάσασα τῇ κάτω ὁλκωτάτῃ φύσει. ἡ δὲ τρίτη ἀνωτάτη τε καὶ αἰθὴρ οὖσα, ὥσπερ ἐστὶν Ζεὺς, ἥ τις οὐ κατεπόθη, ἀλλὰ θέρμη οὖσα ἰσχὺς, καὶ ἀνωφερῆ ἔχουσα τὴν φύσιν, ὥσπερ ὑπό τινος ῥιπῆς εἰς τὸν ἄνω ἡγεμονικώτατον ἀνέπτη αἰθέρα.

XII. Et ego subjeci: Prætereo nunc accurate referre ovum animatum, ex infinita materia per adeptam temperationem progenitum, quo disrupto juxta nonnullos, exsiliit Phanes masculo-femina. Et cuncta illa præcido, usque dum rupta moles C cohærentiam accepit, remanente illius medullosa materia. Et sermonem de iis quæ intus ab ea facta sunt abbrevians, cum consequentibus percurro. Notus enim est, ut dicis, ex Saturno & Rhea, id est, ex tempore & materia, primo quidem Pluto, velut fæx quæ infra secessit: secundo autem Neptunus; qui est humida substantia, inferiori naturæ ponderosissimæ supernatans. Tertia vero soboles, suprema est atque æther, scilicet Juppiter; quæ absorpta non fuit; sed cum esset calida vis, haberetque naturam sursum vergentem, sicut impetu quodam in superiorem ac maxime principalem ætherem evolavit.

Δεσμὰ δὲ τὰ Κρόνου ἐστὶν ἡ σύμπηξις οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὡς καὶ ἄλλων ἀλληγορούντων ἀκήκοα· ἡ δὲ ἀποκοπὴ τῶν μορίων, ὁ τῶν στοιχείων χωρισμὸς καὶ διάκρισις· ὅτι πάντα ἐκ τῆς ἰδίας φύσεως ἀπετμήθη, καὶ ἀφωρίσθη, καθ' ἑαυτὰ τετάχθαι ἕκαστον· καὶ οὐκ ἔτι γεννᾷ χρόνος, ἀλλὰ τὰ γεννηθέντα δι' αὐτοῦ νόμῳ φύσεως ποιεῖται τὰς διαδοχάς. ἡ δὲ ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνακύψασα Ἀφροδίτη, ἡ ἐκ τοῦ ὑγροῦ γόνιμος οὐσία, ᾗ τὸ θερμὸν πνεῦμα μιγὲν, τὸν τῆς μίξεως ποιεῖται ἔρωτα, καὶ τελεσιουργεῖ τοῦ κόσμου τὸ κάλλος.

XIII. Saturni autem vincula sunt cæli ac terræ compages, ut alios interpretantes audivi. Abscissio vero membrorum genitalium, est elemento- D rum sejunctio ac discretio: quoniam omnia a sua natura abscissa fuerunt & separata, ut singula seorsum collocarentur: nec amplius gignit tempus; sed quæ per illud genita sunt, naturali ordine faciunt successiones. At quæ ex pelago emersit Venus, est humidi fecunda substantia, cum qua mistus calidus spiritus, coitus cupidinem indit, & mundi perficit venustatem.

Τὸ δὲ συμπόσιον τὸ γαμήλιον, ἔνθα τὸ δεῖπνον ἐτέλει Ζεὺς, ὑπέρ τε τῆς Νηρεΐδος Θέτιδος καὶ τοῦ καλοῦ Πηλέως, ἀλληγορίαν ἔχει ταύτην, ἵνα γνῷς ὅτι καὶ ἄνευ σοῦ, Αππίων, τὰ τοιαῦτα ἠκούσαμεν. τὸ μὲν δὴ συμπόσιον, ὁ κόσμος· οἱ δὲ δώδεκα, [3] οὐράνια τῶν μοιρῶν περιστηρίγματα, ἅ τινα ζώδια καλοῦσιν· Προμηθεὺς, ἡ προμήθεια, ὑφ' ἧς τὰ πάντα ἐγένετο· Πηλεὺς, [4] πηλὸς ὁ ἀπὸ γῆς εἰς ἀνθρώπου γένεσιν περινοηθεὶς, καὶ μιγεὶς τῇ Νηρεΐδι, τουτέστιν

XIV. Convivium autem nuptiale, cum Juppiter cœnam celebravit, propter Thetidem Nereidem, & E eximium Peleum, hanc habet allegoriam; ut scias, Appion, etiam sine te ista nos audiisse. Convivium itaque, mundus est: duodecim vero illi, regionum cæli fulcimenta sunt, quæ signa vocant: Prometheus, providentia, per quam omnia facta sunt: Peleus, limus, qui e terra ad hominis generationem excogitatus est, & cum Nereide, id est, aqua commistus.


1. *Αἱ δὲ πρὸς τοὺς ἄφρονας δείξεις, αἱ κατ' ἐνίους καιροὺς ἀκαρπίαι.*] Pulcre mihi videor hunc locum integritati suæ restituere, ponendo, *αἱ δὲ πρὸς τοὺς ἄρρενας μίξεις* cap. 18. *ἀρρενομιξίαι*. Atque hinc apparet quam corrupto utar Exemplari: ut si interdum cespitem, veniam ab æquo lectore possim sperare. Cot.

2. *Ος ἥ τις ἐστίν.*] Leg. *ὅτις ἐστὶν*, *qui est*. Davis

3. *Οὐράνια τῶν μοιρῶν περιστηρίγματα.*] Cl. Cotelerii versionem non satis capio. Legendum videtur: *οὐράνια, τῶν μοιρῶν περιστηρίγματα*: *duodecim cælestes sunt Parcarum fulcimenta, quæ ζώδια nominantur*. Astrologos enim ex Zodiaci signis fata nascentium prædixisse nemini latet. Videsis *Achillem Tatium* Isagog. ad Arati Phænomena cap. XXIII. p. 145. Id.

4. *Πηλὸς ὁ ἀπὸ γῆς εἰς ἀνθρώπου γένεσιν περινοηθείς.*] Ultima vox huc non quadrat. Mihi reponendum videtur *παραληφθεὶς*, *acceptus*, *sublatus*. Id.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



ὕδατι. ἐκ δὲ τῆς τῶν δύο μίξεως, ὕδατός τε καὶ γῆς, A ὁ πρῶτος, οὐ γεννηθεὶς, ἀλλὰ πλασθεὶς τέλειος, [1] διὰ τὸ μαζοῖς χείλη μὴ προσενεγκεῖν, Αχιλλεὺς προσηγορεύθη· [2] ἔστι δὲ αὐτὸς καὶ [3] ἀκμὴν, ἥ τις ἐὰν ἐπιθυμίαν Πολυξένην ὡς ἀληθείας ἀλλοτρίαν οὖσαν καὶ ξένην, ἰῷ ὄφεως ἀναιρεῖται, βέλει κατὰ πτέρναν καὶ κατὰ ἴχνος ἐνέρποντος τοῦ θανάτου.

Ηρα τοίνυν, καὶ Αθηνᾶ, καὶ Αφροδίτη, καὶ Ερις, καὶ μῆλον, καὶ Ερμῆς, καὶ κρίσις, καὶ ποιμὴν, τοιοῦτόν τινα νοῦν ὑπαινίσσεται. Ηρα, σεμνότης· Αθηνᾶ, ἡ ἀνδρεία· Αφροδίτη, αἱ ἡδοναί. Ερμῆς, ὁ ἑρμηνευτικὸς λόγος· ὁ ποιμὴν Πάρις, ἡ ἀλόγιστος ὁρμὴ καὶ βάρβαρος. ἐὰν οὖν κατὰ τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλι- B κίας, ὁ τὴν ψυχὴν ποιμαίνων λογισμὸς, τύχῃ ὢν βάρβαρος, καὶ παραλιπὼν τὰ συμφέροντα, ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην παρωσάμενος, μόνας ἕληται τὰς ἡδονὰς, καὶ μόνῃ τῇ ἐπιθυμίᾳ τὴν νίκην ἀποδῷ, ὡς παρ' αὐτῆς τὰ τέρποντα ἀντιλαμβάνων, ἐπ' ὀλέθρῳ ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν αὐτοῦ, ὁ μὴ ὀρθῶς κρίνας, τὴν τέρψιν λήψεται. Ερις δέ ἐστιν ἡ φιλονεικοῦσα κακία. τὸ δὲ τῶν Εσπερίδων χρυσοῦν μῆλον, ὁ πλοῦτος ἂν εἴη, ὃς ἐνίοτε καὶ τοὺς σώφρονας, ὥσπερ τὴν Ηραν, [4] πρὸς ῥαθυμίαν ἐπίσπαται· καὶ τοὺς ἀνδρείους, ὥσπερ τὴν Αθηνᾶν, εἰς τὰ μὴ αὐτοῖς πρέποντα φιλονεικοτέρους ἀπεργάζεται· καὶ ψυχῆς κάλλος, ὥσπερ Αφροδίτην, προφάσει τρυφῆς ἀπολλύει. συντόμως ἐρῶ. πάντας εἰς κακὴν ἔριν C ἀνερεθίζει ὁ πλοῦτος.

Ο δὲ τὸν τοῦ πλούτου ἡγεμόνα καὶ φύλακα [5] ὄφιν ἀνελὼν Ηρακλῆς, ὁ γνήσιος καὶ φιλόσοφός ἐστι νοῦς, ὃ πάσης κακίας γυμνὸς ὢν ἐκπερινοστεῖ τὸν κόσμον, ἐπιδημῶν ταῖς ψυχαῖς, καὶ σωφρονίζων τοὺς ἐντυγχάνοντας· λέγω δὲ ἀνθρώπους ἐοικότας λέουσιν τολμηροῖς, ἢ ἐλάφοις δειλοῖς, ἢ κάπροις ἀγρίοις, ἢ ὕδραις πολυτρόποις. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅσα ἀθλῆσαι λέγεται Ηρακλῆς, νοερᾶς ἀρετῆς ἐστιν αἰνίγματα. αὐτάρκως νῦν ἐχέτω τὰ εἰρημένα· εἰς γὰρ ἕκαστον εἰπεῖν, οὐδὲ ὁ σύμπας χρόνος ἀρκέσει.

Πλὴν θαυμάζω πῶς ταῦτα σαφῶς καὶ εὐσεβῶς καὶ D ὠφελίμως ἀνακαλύπτῳ τῇ ἀληθείᾳ δηλοῦσθαι δυνάμενα, οἱ πλαγίοις ἀποκρύψαντες αἰνίγμασιν, καὶ μύθοις αὐτὰ προκαλύψαντες κακοῖς, ὑπό σου ἔμφρονες καὶ σοφοὶ εἶναι λέγονται. οἵ τινες ὥσπερ ὑπὸ κακοῦ προαχθέντες δαίμονος, σχεδὸν τοὺς πάντας ἐνήδρευσαν ἀνθρώπους. ἢ γὰρ οὐκ ἔστιν ταῦτα αἰνίγματα, ἀλλ' ἀληθῆ τῶν θεῶν ἁμαρτήματα, καὶ ἐλέγχειν αὐτοὺς οὐκ ἔδει· οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτὰ τοῖς ἀνθρώποις εἰς μίμησιν προτιθέναι· ἢ αἰνιγματωδῶς ἐλεγχθῆ τὰ ὑπὸ τῶν θεῶν [6] ψευδῶς πεπραγμένα, καὶ ἥμαρτον, ὦ Αππίων, ὅτι οἱ ὑπὸ σοῦ ὀνομαζόμενοι σοφοὶ, τὰ σεμνὰ ἀσέμνοις μύθοις καλύψαντες, ἁμαρτεῖν τοὺς ἀνθρώπους προετρέψαντο· καὶ ταῦτα ὑβρίσαντες οὓς καὶ θεοὺς E εἶναι ἐνόμισαν.

Δι' ὅπερ μὴ σοφοὺς ἀλλὰ κακοὺς δαίμονας τοὺς τοι-

A Ex amborum vero mistura, aquæ & terræ; primus non genitus, sed formatus est perfectus; & quod uberibus labia non admoverit, Achilles nuncupatus fuit: est autem ille, robur; quod propter amorem cupiditatis, Polyxenæ, ut quæ a veritate aliena sit ac peregrina, serpentis veneno interficitur, irrepente morte ex sagitta per calcaneum & vestigium.

XV. Juno igitur, Minerva, Venus, Discordia, malum, Mercurius, judicium, & pastor, hanc habent significationem. Juno, honestas: Minerva, fortitudo: Venus, voluptates: Mercurius, sermo rerum interpres: pastor Paris, impetus expers ra- B tionis & barbarus. Si ergo in flore ætatis, intellectus animæ pastor, barbarus sit, qui utilia deferens, fortitudinem repellens ac temperantiam, solas eligat voluptates, solique cupiditati tradat victoriam, ut qui ab ea vicissim dulcia consequatur; ad sui suorumque perniciem, qui non recte judicarit, oblectationem præferet. Discordia vero, est contentiosa malitia. Hesperidum autem pomum aureum, divitiæ sint, quæ interdum etiam temperantes, ut Junonem, ad socordiam impellunt; & fortes, ut Minervam, ad ea quæ illos non decent contentiosiores reddunt; animique pulcritudinem, sicut Venerem, prætextu deliciarum pessumdant. Uno verbo dicam. Cunctos ad malam discordiam C instigant divitiæ.

XVI. Porro Hercules, qui divitiarum ducem & custodem serpentem interimit, intellectus est sincerus & philosophicus, qui omnis sceleris purus mundum circuit, ad animas adveniens, & obvios castigans: homines dico, leonibus audacibus similes, vel timidis cervis, vel feris apris, vel hydris multiplicibus. Itemque cetera omnia quæ debellasse dicitur Hercules, innuunt vim animi. At nunc quæ dicta sunt sufficiant. Ad singula enim referenda, omne non satis esset tempus.

D XVII. Ceterum miror cur, cum hæc clare, pie ac utiliter, aperta rectaque via potuissent declarari, ii qui illa obliquis celaverunt ænigmatibus, atque turpibus occultarunt fabulis, dicantur a te cordati ac sapientes exstitisse. Qui sane velut a malo producti dæmone, omnes fere homines seduxerunt. Aut enim hæc non sunt ænigmata, sed peccata deorum vera; & non oportuit illos ostendere, neque principio ea hominibus proponere imitanda: aut ænigmatice ostensa sunt, quæ a diis vere facta non fuerant; & deliquerunt, Appion, quos vocas sapientes, dum honesta inhonestis fabulis velantes, ad peccandum homines incitarunt; idque cum contumelia eorum, quos & E credebant deos.

XVIII. Quocirca non sapientes, sed dæmones

1. *Διὰ τὸ μαζοῖς χείλη μὴ προσενεγκεῖν, Αχιλλεὺς προσηγορεύθη.*] Verba ex verbis Apollodori lib. 3. Bibliothecæ; *ὠνόμασεν Αχιλλέα, ὅτι τὰ χείλη μαστοῖς οὐ προσήνεγκε.* Latine rem sic expressit Tertullianus de pallio cap. 4. *quandoquidem labiis vacuerat ab uberum gustu*; ubi consulendæ Notæ magni illius Salmasii: qui tamen in eo audiendus non est, quod Etymologici verba solicitat, non animadvertens in iis duplicem conjungi originationem, hanc a *χείλη*, & aliam in Eustathio quoque a *χιλός* seu *χιλή*. Sed hæc levia sunt, nec digna quæ nos morentur. COT.

2. *Εστι δὲ αὐτὸς καὶ ἀκμὴν ἥτις ἐὰν ἐπιθυμίαν Πολυξένην.*] Sensus constabit, si modo legas: *ἔστι δὲ αὐτὸς κατ' ἀκμὴν, ἥ, τις ἐὰν ἐπιθυμῇ ἔχειν Πολυξένην: est vero ipse in ætatis flore, quo tempore si quis ducere cupiat Polyxenam.* Videlicet, Paris cum Deiphobo Achillem juvenem peremit, dum Polyxenæ conjugium speraret. DAVIS.

3. *Ακμὴν, ἥ τις ἐάν.*] Leg. *ἀκμῇ, ἥ τις ἐρᾷ.* COT.

4. *Πρὸς ῥαθυμίαν ἐπίσπαται.* [Legendum puto, *πρὸς ἐπιθυμίαν ἐφίσπαται.* Non enim Junonem socordem, sed ejus potiundi cupidam fecit *τῶν Εσπερίδων μήλων.* DAVIS.

5. *Οφιν ἀνελὼν Ηρακλῆς, ὁ γνήσιος καὶ φιλόσοφός ἐστι νοῦς* &c.] Cornutus; *Ηρακλῆς δέ ἐστιν ὁ ἐν τοῖς ὅλοις λόγος* &c. In Collectaneis Constantini Porphyrogenetæ, Excerpta ex Joannis Antiocheni Historia Chronica, ipso initio; *ὅτι τὸν Ηρακλέα τὸν τῆς Αλκμήνης, φιλόσοφον ἱστοροῦσιν* &c. Tria loca integra conferre operæ pretium fuerit: quorum ultimum feliciter emendavit ad oram libri sui *ὁ μακαρίτης* Joannes Tarinus, vir summo ingenio, summa eruditione, summa virtute. Ubi enim legitur, *ἐνίκησε τὸν υἱὸν τῆς φαύλης ἐπιθυμίας*, apposuit. *ἰὸν. ἰὸς* autem, hoc est, venenum, optime quadrat ad fabulam illic relatam Draconis ab Hercule occisi. COT.

6. *Ψευδῶς πεπραγμένα.*] Sensus postulare videtur *ἀψευδῶς πεπραγμένα, vere facta.* DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.

οὕτους νόμιζε· οἵ τινες κακὰς ὑποθέσεις ἔργων καλῶν προεβάλλοντο, ἵνα οἱ θέλοντες μιμηταὶ γενέσθαι τῶν κρειττόνων, τὰς τῶν λεγομένων θεῶν ζηλῶσιν πράξεις, ἃς διαλεγόμενος τῇ πρὸ ταύτης ἡμέρᾳ οὐκ ἀπεκρυψάμην. λέγω δὲ πατροφονίας, τεκνοκτονίας, μίξεις ἀσεβεῖς μητέρων, θυγατέρων, ἀδελφῶν, μοιχείας ἀπρεπεῖς, καὶ ἀῤῥενομίξεις, καὶ μιαρὰς ἀῤῥητουργίας, πρὸς ἄλλαις μυρίαις τοιαύταις [1] ἀθεμίτοις μίξεσιν. ὧν ἀσεβέστεροι οἱ ταῦτα ἀληθῆ δοκεῖν εἶναι θέλοντες, ἵνα τὰ ὅμοια ποιοῦντες, μὴ αἰδοῦνται. οἵ περ εἴγε εὐσεβεῖν ἐβούλοντο, ἔχρῆν αὐτοὺς, ὅπερ ἀρτίως εἶπον, εἰ καὶ ὄντως οἱ θεοὶ τὰ περὶ αὐτῶν ᾀδόμενα διεπράξαντο κακὰ, τιμῇ τῇ πρὸς θεοὺς, εὐπρεπεστέροις τισὶ μύθοις τὰ μὴ σεμνὰ ἐπισκέπειν, καὶ μὴ τοὐναντίον, ὥς φατε, καλῶν αὐτοῖς πράξεων γεγενημένων, [2] κακὰ καὶ ἄσεμνα περιβάλλειν ὀχήματα, ἅ τινα ἀλληγορούμενα, καὶ διὰ καμάτων μόγις νοηθῆναι δύναται· καὶ ὅταν νοηθῇ τισὶν, ἐκείνοις μὲν ἀντὶ τοῦ πολλοῦ μόχθου παρέσχον τὸ μὴ πλανηθῆναι, ἐξὸν δὲ [3] μοχθῆσαι· τοὺς δὲ πλανηθέντας ἄρδην ἀπώλεσαν. πλὴν τοὺς εἰς τὸ σεμνότερον ἀλληγοροῦντας αὐτοὺς ἀποδέχομαι, ὥσπερ τοὺς ἐκ τῆς Διὸς κεφαλῆς αἰνιξαμένους ἀναπηδῆσαι τὴν φρόνησιν. ἴσως δὲ ἐκεῖνό μοι πιθανώτερον, ὅτι [4] μοχθηρῶν ἀνδρῶν, δόξαν θεῶν ἀπενεγκαμένων, ἐκεῖναι ἐτόλμησαν αἱ ὕβρεις.

A pravos, istos existima; qui mala, operum bonorum argumenta prætenderunt; ut ii qui cuperent præstantiorum fieri imitatores, vulgatorum deorum æmularentur gesta, quæ pridie differens non occului. Parricidia, inquam, liberorum cædes; impios cum matribus, filiabus, sororibus, concubitus; indigna adulteria; masculorum initus, & impuras nefandasque libidines, cum innumeris aliis ejusdemmodi illicitis commistionibus. Inter quos homines, magis impii sunt, qui hæc facinora cupiunt videri vera, quo similia facientes, non erubescant. At si pie agere voluissent; oportuit, sicut modo dixi, ut, etsi dii vere admisissent de iis decantata flagitia, propter reverentiam erga deos obtegerent res inhonestas fabulis quibusdam decen- B tioribus; & non e contrario, quemadmodum aitis, bonis eorum operibus mala & turpia admoverent vehicula & fulcimenta; quæ allegorice explicata, multo cum labore vix possunt intelligi: & quando a nonnullis fuerunt intellecta, illis quidem pro magna molestia præbuerunt non errare, cum licuisset molestia & labore non premi; eos vero qui aberrarunt, funditus perdiderunt. Laudo itaque illos qui fabulas ad honestiores trahunt allegorias; ut qui ex Jovis capite prudentiam prosiliisse innuunt. Certe illud mihi videtur probabilius, facta fuisse contumeliosa hæc ab improbis hominibus, qui honorem divinum reportarunt. C

Ἁπάντων δὲ τῶν θεῶν τὴν ποιητικὴν ἀλληγορίαν οὐκ ἀκόλουθον εὑρίσκομεν. αὐτίκα γοῦν ἐπὶ τῆς διακοσμήσεως τῶν ὅλων, ποτὲ μὲν φύσιν λέγουσιν ποιηταὶ, ποτὲ δὲ νοῦν ἀρχηγὸν γενέσθαι τῆς ὅλης δημιουργίας. ἐκ φύσεως μὲν γὰρ τῶν στοιχείων τὴν πρώτην κίνησιν καὶ σύμμιξιν γεγονέναι· ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ νοῦ προνοίας διακεκοσμεῖσθαι. καὶ ἀποφηνάμενοι μὲν, οἱ μὲν φύσει δεδημιουργεῖσθαι τὸ πᾶν, μὴ δυνάμενοι μὲν ἀνεπιλήπτως τοῦτο ἀποδεικνύναι, διὰ τὸ τῆς δημιουργίας ἔντεχνον, παρεμπλέκουσιν καὶ τοῦ νοῦ τὴν πρόνοιαν, ὡς συναρπάσαι καὶ τοὺς πάνυ σοφοὺς δυνάμενοι. ἡμεῖς δέ φαμεν πρὸς αὐτούς· εἰ μὲν ἐξ αὐτομάτου φύσεως ὁ κόσμος γέγονεν, πῶς ἔτι ἀναλογίαν καὶ τάξιν εἴληφεν, ἅπερ ὑπὸ μόνης ὑπερβαλλούσης φρονήσεως γενέσθαι δυνατόν ἐστιν, καὶ καταληφθῆναι ὑπὸ ἐπιστήμης τῆς μόνης, ταῦτα ἀκριβοῦν δυναμένης; εἰ δὲ φρονήσει τὰ πάντα τὴν σύγκρασιν καὶ διακόσμησιν εἴληφεν, ὅπερ ἀνάγκη μὴ ἄλλως ἔχειν, πῶς ἔτι ἐκ τοῦ αὐτομάτου συμβῆναι ταῦτα γενέσθαι δυνατὸν ἦν;

XIX. Porro omnium deorum non invenimus poeticam allegoriam esse consequentem. Statim ergo in mundi dispositione, Poetæ aliquando dicunt Naturam, aliquando Mentem, ducem exstitisse totius opificii. Etenim ex Natura primam ortam esse elementorum motionem ac commixtionem: at per Mentis providentiam, dispositam fuisse. Et quidem illi, affirmantes orbem a Natura conditum, cum id nequeant certo demonstrare, propter artificiosum mundi opus, innectunt quoque Mentis providentiam, ut & eos qui omnino sapiunt possint abripere. Nos autem ad illos dici- D mus: Si mundus a Natura fortuito operante factus est; quo modo jam proportionem ac ordinem accepit; cum id a sola excellente prudentia fieri queat, atque comprehendi a sola scientia hæc pernoscere ac perficere valente? Quod si universa a prudentia acceperunt compagem & dispositionem, quod necessario aliter se habere non potuit; quo pacto adhuc possibile fuit, ut hæc casu fieri contingeret?

Οἱ τοίνυν τὰ θεῖα ἐπὶ τὸ αἰσχρὸν ἀλληγορῆσαι θελήσαντες, οἷον τὴν Μῆτιν καταποθῆναι ὑπὸ Διὸς, εἰς ἀπορίαν ἐμπεπτώκασιν, οὐ συνιέντες, ὅτι οἱ πλαγίως φυσιολογήσαντες περὶ θεῶν, καὶ τὸ εἶναι θεοὺς αὐτοὺς ἀνῃρήκασιν, τὰ εἴδη αὐτῶν, διὰ τῆς ἀλληγορίας, εἰς τὰς τοῦ κόσμου οὐσίας διαλύσαντες. πιθανώτερον οὖν λέγειν, ὅτι οἱ ὑπ᾽ αὐτῶν ᾀδόμενοι θεοὶ, κακοί τινες γεγόνασιν μάγοι· οἵ τινες ἄνθρωποι ὄντες μοχθηροὶ, μαγείᾳ μεταμορφούμενοι, γάμους διέλυον, βίους διέφθειρον· τοῖς δὲ πάλαι οὐκ εἰδόσιν τί ποτέ ἐστιν μαγεία, δι᾽ ὧν ἔπραττον ἐδόκουν εἶναι θεοί· ὧν κατὰ πόλεις καὶ οἱ μόροι καὶ οἱ τάφοι φαίνονται.

XX. Qui ergo deorum gesta turpioribus allegoriis voluerunt explicare, velut, Metin a Jove fuisse absorptam; ii in angustias inciderunt ignari E quod qui de diis ex obliquo physicas protulerunt interpretationes, deorum quoque ipsorum exsistentiam sustulerunt; eorum genera, per allegoriam, in mundi substantias dissolvendo. Verisimilius ergo est, dicere quod ab iis decantati dii, quidam fuerunt improbi magi, qui cum essent homines nequam, per magiam transformati, matrimonia diremerunt, vitæ rationes vitiarunt: a veteribus autem, qui nesciebant quid esset magia, propter illa quæ faciebant, dii esse visi sunt: quorum interitus & sepulcra per urbes cernuntur.

1. Ἀθεμίτοις μίξεσιν.] Impuras omne genus μίξεις supra memorarat; quapropter heic rescripserim ἀθεμίτοις πράξεσιν, illicitis actionibus. DAVIS.

2. Κακὰ καὶ ἄσεμνα περιβάλλειν ὀχήματα.] Quis, modo monitus sit, dubitabit quin legendum σχήματα, habitus, vestimenta? Hoc ipsa τοῦ περιβάλλειν vis liquidum fecit. IDEM.

3. Μοχθῆσαι.] Forte μὴ μοχθ. COT.

4. Μοχθηρῶν ἀνδρῶν, &c.] Nec Syntaxin, nec mentem commodam suppeditant hæc vocabula. Utraque tamen, levi mutatione potest restitui. Legendum: μοχθηρῶν ἀνδρῶν —— ἐκεῖναι τόλμαι ἦσαν αἱ ὕβρεις, vel si mavis, ὑπὸ μοχθηρῶν ἀνδρῶν —— ἐκεῖναι ἐτολμήσαν αἱ ὕβρεις. Aut hæc, aut illa ratio satis orationi consulit. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



A Αὐτίκα γοῦν, ὡς καὶ ἄλλοτε εἶπον, ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν Κρόνου τινὸς [1] σχῆμα ἀνθρώπου δείκνυται, τυράννου ἀγρίου, καὶ τεκνοκτόνου. ὁ δ' ἐκείνου υἱὸς, Ζεὺς τὸ ὄνομα, χείρων γενόμενος, μαγείας δυνάμει, κοσμοκράτωρ ἀναφανεὶς, πολλοὺς διαλύει γάμους, καὶ τὸν πατέρα [2] σὺν τοῖς θεοῖς κολάζει. καὶ οὕτως τελευτήσαντος τὸν τάφον Κρῆτες ἐπιδείκνυσιν. ἐν δὲ τῇ Μεσοποταμίᾳ κεῖνται· Ἥλιος μέν τις, ἐν Πάτραις· Σελήνη δέ τις, ἐν Κάραις· Ἑρμῆς ἐν Αἰγύπτῳ τις ἄνθρωπος· Ἄρης ἐν Θράκῃ· Ἀφροδίτη ἐν Κύπρῳ· Ἀσκληπιὸς ἐν Ἐπιδαύρῳ· καὶ ἄλλων πολλῶν τοιούτων φαίνονται τάφοι.

XXI. Jam ergo, ſicut alias retuli, in Caucaſiis montibus oſtenditur Saturni cujuſdam hominis tumulus, feri tyranni, ac liberorum interfectoris. Cujus filius, Juppiter nomine, patre pejor, per magiæ vim, mundi dominus declaratus, multa diſſolvit matrimonia, patremque cum diis ſupplicio afficit; ſicque mortui buſtum Cretenſes oſtendunt. In Meſopotamia vero jacent: Sol quidam Atris; & quædam Luna, Carris: Mercurius, in Ægypto aliquis homo; Mars, in Thracia: Venus, apud Cyprum: Æſculapius, Epidauri: & aliorum multorum ſimilium viſuntur ſepulcra.

Οὕτως προφανῶς τοῖς ὀρθῶς νοοῦσιν ἄνθρωποι γεγενῆσθαι ὡμολόγηνται. καὶ οἱ μὲν συγχρονοῦντες αὐτοῖς, ὑπαισθόμενοι αὐτοὺς θνητοὺς γεγονέναι, ἀμελέστερον αὐτοῖς ἀποθανοῦσιν προσεῖχον. ὁ δὲ πολὺς χρόνος δόξαν θεῶν αὐτοῖς περιέθηκεν. καὶ μὴ θαύμαζε, εἰ οἱ κατὰ Ἀσκληπιὸν καὶ Ἡρακλέα γενόμενοι ἐξηπατήθησαν, ἢ κατὰ Διόνυσον, ἢ κατὰ ἄλλον τινὰ τῶν τότε· ὅπου καὶ Ἕκτορα ἐν Ἰλίῳ, καὶ Ἀχιλλέα ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ οἱ ἐκεῖ προσκυνοῦσιν· Πάτροκλον, Ὀπούντιοι· τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον, Ῥόδιοι.

B XXII. Atque ita eos homines fuiſſe, aperte confitebuntur quotquot recte judicabunt. Et quidem qui eadem cum ipſis vixerunt ætate, intelligentes eos homines exſtitiſſe, indiligentius illis mortuis attenderunt. Longum vero tempus opinionem quod dii eſſent illis adjecit. Neque mireris, ſi decepti fuerint qui vixerunt temporibus Æſculapii, & Herculis, aut Bacchi, aut alterius cujuſvis tunc florentis; cum & Hectorem in Ilio, & Achillem in Leuce inſula, incolæ adorent; Patroclum, Opuntii; Alexandrum Macedonem Rhodii.

Ἀλλὰ καὶ [3] παρ' Αἰγυπτίοις ἔτι καὶ νῦν ἄνθρωπος ὡς θεὸς πρὸ τοῦ θανάτου προσκυνεῖται. καὶ τοῦτο μὲν ἧττόν ἐστιν ἀσέβημα, ὅτι ζῶντος ἀνθρώπου θείας τιμὰς νομίζουσιν Αἰγύπτιοι· ἀλλὰ τὸ πάντων γελοιότατον, ὅτι καὶ πτηνὰ καὶ ἑρπετὰ καὶ ζῶα πάντα προσκυνοῦσιν. οὐδὲν γὰρ κρίσει νοοῦσιν ἢ ποιοῦσιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων. τὸ δὲ πάντων αἴσχιστον εἶδέ μοι, τὸν δι' αὐτῶν ὄντα πατέρα θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων, λέγουσιν [4] Λήδᾳ συνεσχηματισμένον, ὃν πολλοὶ Δία ἀναγράψαντες ἐν πίνακι δημοσίᾳ ἀνατεθέασιν. πρὸς δὲ τὴν ἐκδικίαν ταύτης τῆς ὕβρεως ἤθελον, εἰ τὸν τοῦ καιροῦ βασιλέα αὐτῶν γράψαντες ἐπὶ αἰσχρᾶς πλοκῆς, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Διὸς τετολμήκασιν ποιῆσαι, οὕτω ποιήσαντες ἀνέθεσαν δημοσίᾳ· ἵνα κἂν ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ προσκαίρου βασιλέως, καὶ ταῦτα ἀνθρώπου ὄντος, μάθωσι κολασθέντες, ὡς δεῖ τὴν δέουσαν ἀπονέμειν τιμήν. ταῦτα δέ σοι λέγω, οὐχ ὡς αὐτὸς ἤδη ἐπιγνοὺς τὸν ὄντως Θεὸν, ἀλλ' εὐγνωμονῶν ὁμολογῶ, εἰ καὶ τί Θεὸς οὐκ οἶδα, ἀλλ' οὖν γε σαφῶς ὅτι Θεὸν νομίζω εἰδέναι.

C XXIII. Sed & apud Ægyptios, nunc quoque homo ante mortem ut deus colitur. Atque hæc quidem minor eſt impietas, quod homini vivo divinos honores decernunt Ægyptii: verum quod maxime eſt ridiculum, eorumdem cultus eſt erga aves, ſerpentes, cunctaque animalia. Nihil enim ex judicio cogitant vel faciunt hominum plerique. Rem vero omnium turpiſſimam, mihi vide: Eum qui juxta illos deorum hominumque eſt pater, aiunt cum Leda fuiſſe nequiter conjunctum; quem Jovem multi depingentes, in tabula publice conſecrant. Ad cujus contumeliæ vindictam, vellem, regem ſuum temporalem, in turpi complexu pictum, (de illo facientes, quod de Jove facere audent) palam proponerent; quo vel ab ira temporarii imperatoris, idque hominis, diſcerent per ſuum ſupplicium, quemadmodum oporteat convenientem deferre honorem. D Iſta autem tibi refero; non quaſi ipſe jam cognoſcam eum, qui vere eſt Deus; ſed æquo animo profiteor, quod licet non noverim quid ſit Deus, attamen Deum clare mihi videor ſcire.

Αὐτίκα γοῦν τὰ πρῶτα τέσσαρα στοιχεῖα θεὸς εἶναι οὐ δύναται, τὰ ἀπὸ ἄλλου γενόμενα· οὐχ ἡ μίξις· οὐχ ἡ κρᾶσις· οὐχ ἡ γένεσις· οὐ τὸ πᾶν περιέχον ὁρατὸν κύτος· οὐδὲ ἡ ἐν τῷ ᾅδῃ συῤῥεῦσα ὑποστάθμη· οὐ τὸ ἐπιπολάζον ὕδωρ· οὐχ ἡ ζέουσα οὐσία· οὐχ ὁ ἐξ αὐτῆς μέχρι τῶν ἐνταῦθα διήκων ἀήρ. τά τε γὰρ στοιχεῖα τέσσαρα, εἴπερ ἀλλήλων διεστάλκει, ἄνευ τινὸς μεγάλου τεχνίτου μιγῆναι πρὸς ζώου γένεσιν οὐκ ἐδύνατο· εἴπερ ἀεὶ ἀλλήλοις συνῆπτε, καὶ οὕτως ὑπὸ τεχνίτου νοῦ πρὸς τὸ οἰκεῖον τῶν τοῦ ζώου μελῶν καὶ μερῶν συναρμόζεται, ἵνα τὴν ἑκάστου πρὸς ἕκαστον ἀναλογίαν ἀποσώζειν δύνηται, καὶ τὴν ἕξιν εὐπερίγραφον ἔχῃ, καὶ τὰ ἔνδοθεν πάντα τὴν προσήκουσαν ἁρμονίαν λαμβάνῃ· ὁμοίως τὸ καὶ τοὺς οἰκείους τόπους ἑκάστου μετὰ πάσης εὐμορφίας ὁ τεχνίτης νοῦς ἀκριβοῖ. συνελὼν ἐρῶ· καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ποτὲ ζῶον δεῖ ἔχειν, οὐ-

XXIV. Principio itaque, quatuor prima elementa non poſſunt eſſe deus, quæ ab alio fiunt: non miſtura; non temperies; non generatio; non omnis hæc quæ ambit viſibilis moles: neque quod ad inferos confluxit ſedimentum; non ſupernatans aqua; non fervida ſubſtantia; non aer qui ab ea huc uſque protenditur. Nam quatuor elementa, ſi ab invicem ſeparata fuerunt, non potuerunt abſque magno artifice ad animalis generationem miſceri: ſin vero ſemper mutuo fuerunt conjuncta, ſic quoque ab artifice E Mente ad proprietatem membrorum & partium animalis adaptantur; quo poſſint ſingulorum ad ſingula ſervare proportionem, & habitudinem recte conformatam obtineant, utque interiora omnia convenientem accipiant cohærentiam. Similiter & uniuscujuſquæ propria loca cum omni elegantia Mens artifex diſponit. Compendio dicam: & in omnibus

1. Σχῆμα.] Leg. σῆμα. Vid. ſup. Hom. V. cap. XXIII. COT.

2. Σὺν τοῖς θεοῖς.] Lege *σὺν τοῖς θείοις, cum patruis*. Vide ſupra Cap. II. DAVIS.

3. Παρ' Αἰγυπτίοις ἔτι καὶ νῦν ἄνθρωπος ὡς θεὸς πρὸ τοῦ θανάτου προσκυνεῖται.] Et Hom. II. c. 6. Eleganter, ut omnia, Minucius Felix: *Ægyptii ſane hominem ſibi quem conſulant eligunt; illum unum propitiant, illum de omnibus conſulunt, illi victimas cædunt: & ille, qui ceteris deus, ſibi certe homo eſt, velit nolit: nec enim conſcientiam ſuam decipit, ſi fallit alienam.* Idem traditur a Porphyrio περὶ τῆς τῶν ἐμψύχων ἀποχῆς, lib. 4. num. 9. citantque Porphyrium Euſebius lib. 3. Præparat. Evangel. cap. 4. 12. ac Theodoritus Sermone 3. contra Græcos. COT.

4. Λήδᾳ συνεσχηματισμένον.] An συνεῖναι σχηματισμένον? ID.

δὲν ἐνέλειπε τῷ μεγάλῳ τούτῳ ζώῳ τῆς ὅλης περιφορᾶς.

A aliis quæ animal habere debet, nihil deest magno huic animali totius orbis.

Οὕτως ἀνάγκη τινὰ εἶναι νοεῖν ἀγέννητον τεχνίτην, ὃς τὰ στοιχεῖα ἢ διεστῶτα συνήγαγεν, ἢ συνόντα ἀλλήλοις πρὸς ζώου γένεσιν τεχνικῶς ἐκέρασεν, καὶ ἓν ἐκ πάντων ἔργον ἀπετέλεσεν. ἀδύνατον γὰρ ἄνευ τινὸς νοῦ μείζονος πάνυ σοφὸν ἔργον ἀποτελεῖσθαι. οὐδὲ μὴν ἔρως εἶναι δύναται πάντων τεχνίτης, οὐκ ἐπιθυμία, οὐκ ἰσχὺς, οὐκ ἄλλο τι τοιοῦτον· ἅ τινα παθητὰ συμβαίνειν καὶ ἀποβαίνειν πέφυκεν. ἀλλ' οὐδὲ τὸ ὑφ' ἑτέρου φερόμενον, ἐστὶν Θεός· οὐδέ γε τὸ ὑπὸ χρόνου ἢ φύσεως ἀλλοιούμενον, καὶ εἰς τὸ μηκέτι εἶναι ἀναλυόμενον.

XXV. Ita necessario intelligi debet quemdam esse ingenitum artificem, qui elementa, vel distantia conjunxerit, vel præsentia mutuo ad animal producendum, affabre miscuerit; unumque perfecerit ex cunctis opus. Fieri enim non potest, ut absque majori quadam Mente, sapientissimum opus absolvatur. Sed nec Amor esse potest cunctorum opifex; non cupiditas; non vis; non quid aliud ejusmodi: quæ omnia, casui obnoxia, venire & abire solent. Neque etiam quod ab alio movetur, deus est; neque quod a tempore, aut natura mu- B tatur, ac in nihilum resolvitur.

Ταῦτά μου διαλεγομένου πρὸς τὸν Ἀππίωνα, ἀπὸ Καισαρείας ἐπέστη Πέτρος, καὶ συνδρομαὶ τῶν ὄχλων ἐγένοντο ἐν τῇ Τύρῳ, σπευδόντων ὑπαντᾶν αὐτῷ, καὶ χάριν τῇ ἐπιδημίᾳ ὁμολογεῖν. καὶ ὁ μὲν Ἀππίων ὑπεχώρει μετὰ Ἀνουβίωνος καὶ Ἀθηνοδώρου μόνου· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ὡς ἀπαντησόμενοι τῷ Πέτρῳ ὡρμήσαμεν. πρῶτος δὲ ἐγὼ πρὸ τῶν πυλῶν ἀποδεξάμενος αὐτὸν, ἐπὶ τὴν ξενίαν ἦγον. ὡς δὲ ἐγενόμεθα, τοὺς μὲν ὄχλους ἀπελύσαμεν, αὐτῷ δὲ ἀξιώσαντί με τὰ πραχθέντα λέγειν, οὐδὲν ἀπεκρυπτόμην, ἀλλ' ἐμήνυον τάς τε τοῦ Σίμωνος διαβολὰς, καὶ τὰς τερατώδεις φαντασίας ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένας, καὶ ὅσας ἔπεμψεν νόσους μετὰ τὴν ἐκ τῆς βουθυσίας ἑστίασιν, καὶ ὅτι ἐκ τῶν νοσούντων οἱ μὲν αὐτόθι κατέμειναν ἐν τῇ Τύρῳ, οἱ δὲ τῷ Σίμωνι ἅμα τῷ ἐμὲ ἐλθεῖν συνεξεληλύθησαν εἰς τὴν Σιδῶνα, ὡς ὑπ' αὐτοῦ θεραπευθησόμενοι, καὶ ὅτι ἐμάνθανον μηδένα αὐτῶν ἰάσεως ὑπ' αὐτοῦ τετυχηκέναι· καὶ τὴν πρὸς Ἀππίωνά μοι γεγενημένην διάλεξιν τῷ Πέτρῳ διηγησάμην. ὁ δὲ στοργῆς καὶ προτροπῆς χάριν, ἐπαινέσας με, καὶ εὐλογήσας, ἄρτων μεταλαβὼν, διὰ τοὺς καμάτους τῆς ὁδοιπορίας, τῇ ἀναγκαιοτάτῃ ἡσυχίᾳ τοῦ ὕπνου ἑαυτὸν ἐπέτρεπεν.

XXVI. Quæ cum ad Appionem proloquerer, e Cæsarea advenit Petrus; & concursus multitudinis in Tyro facti sunt, festinantis ipsi occurrere, gratiamque adventus profiteri. Et Appion quidem secessit, cum Anubione & Athenodoro dumtaxat; reliqui vero omnes, Petro obviam ituri prodivimus. Primus autem ego, ante portas eum excipiens, ad hospitium duxi. Ubi cum fuimus, plebem quidem dimisimus: ei vero roganti ut acta narrarem, nihil abscondi; sed Simonis indicavi calumnias; & portentosas præstigias ab ipso editas; quotque morbos immiserit post illud ex immolato C bove convivium; & quod ex ægrotis alii quidem illic apud Tyrum permanserint, alii vero simul ac ego veni egressi sint cum Simone in Sidonem, tamquam ab eo sanandi, quodque audierim nullum eorum ab ipso sanatum fuisse: sed & meam adversus Appionem disputationem Petro retuli. At ille præ amore, & exhortandi gratia, in me laudem ac benedictionem contulit; & cibo sumto, se somni quieti, quæ ob itineris fatigationem maxime erat necessaria, tradidit.

ΟΜΙΛΙΑ Ζ'. ΕΝ ΤΥΡΩ Δ'.

Τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῆς ἐν Τύρῳ ἡμῶν ἐπιδημίας, ὑπὸ τὴν ὄρθρον, προεληλυθότι τῷ Πέτρῳ ἀπήντων πλησιόχωροί τε οὐκ ὀλίγοι, καὶ αὐτῆς Τύρου πάμπολλοι· καὶ ἐπεφώνουν λέγοντες· ὁ Θεὸς διὰ σοῦ ἡμᾶς ἐλεείτω, διὰ σοῦ θεραπευέτω. ὁ δὲ Πέτρος ἔστη ἐπὶ λίθου τινὸς ὑψηλοῦ πρὸς τὸ δύνασθαι πᾶσιν ὁρᾶσθαι· καὶ προσαγορεύσας θεοσεβεῖ νόμῳ, οὕτως ἤρξατο.

HOMILIA VII. TYRI IV.

I. D Quarto vero die nostri apud Tyrum adventus, sub diluculum egresso Petro processerunt obviam non pauci finitimi, ac ex ipsa Tyro quamplurimi; & acclamabant, dicentes: Deus per te nostri misereatur, per te nos curet. Petrus vero stetit in excelso lapide, ut ab omnibus posset conspici; cumque religioso more salutasset, ita exorsus est.


Θεῷ, τῷ κτίσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὸ σύμπαν, οὐ λείπει πρόφασις πρὸς σωτηρίαν τῶν σώζεσθαι θελόντων. ὅθεν μηδὲ ἐπὶ τοῖς δοκοῦσιν φαύλοις, ὑπὸ προπετείας τις αὐτὸν ὡς μὴ φιλάνθρωπον αἰτιάσθω. [1] τῶν γὰρ συμβαινόντων ἀνθρώπων τὰ τέλη ἀνθρώποις μὲν ἄγνωστα, ὡς ἐπὶ κακῷ ὑποπτευόμενα, Θεῷ δὲ ὡς [2] ἀποσόμενα εὐτυχῶς γνώριμα. αὐτίκα γοῦν Σίμων ἀριστερὰ τοῦ Θεοῦ δύναμις ὢν, καὶ τῶν τὸν Θεὸν οὐκ εἰδότων ἐπὶ κακοποιΐᾳ τὴν ἐξουσίαν ἔχων, νόσοις ὑμᾶς περιβαλεῖν ἠδυνήθη· αἵ τινες διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγαθὴν πρόνοιαν γενέσθαι συγχωρηθεῖσαι, ἠνάγκασαν ὑμᾶς τὸν ἰᾶσθαι δυνάμενον περιβλεψαμένους καὶ εὑρόντας, προφάσει τῆς τοῦ σώματος θεραπείας τὰ Θεῷ δοκοῦντα ἀναδεξαμένους πεισθῆναι φρονεῖν· ἵνα οὕτως ἅμα τοῖς σώμασι σωθησομένοις, καὶ τὰς ψυχὰς σώας ἔχητε.

II. Deo creatori cæli & mundi, non deest occasio ad salutem eorum qui servari volunt. Quocirca neque in iis quæ videntur mala, aliquis per temeritatem illum velut hominum non amantem insimulet. Eorum enim quæ mortalibus accidunt, fines quidem hominibus incogniti sunt, ac de malitia suspe- E cti, Deo autem cogniti, ut cessuri feliciter. Itaque Simon; qui sinistra Dei virtus est, potestatemque habet ad maleficentiam in eos qui Deum nesciunt; vos potuit morbis implicare: qui morbi per bonam Dei providentiam evenire permissi, coegerunt vos, ut quæsito eo qui sanare valeret, & invento, occasione corporalis medelæ placita Deo susciperetis atque crederetis; ut sic una cum servatis corporibus, & animas habeatis salvas.

1. *Τῶν γὰρ συμβαινόντων ἀνθρώπων.*] Pro *ἀνθρώπων* legendum forte *ἀνθρώποις*. Cot. — Abundat ultima vox & prorsus est delenda: nam emendatio Coteleriana odiosam facit repetitionem. Davis.

2. *Ἀποσόμενα εὐτυχῶς.*] Forte *ἐπεσόμενα*, vel *ἀποσωζόμενα*. Cot. — Nec *ἐπεσόμενα*, nec *ἀποσωζόμενα* legendum, prout voluit *Cotelerius*, sed *ἀποβησόμενα* procul dubio scripsit noster. Davis.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



A Μανθάνω οὖν, ὡς βουθυτήσας εἱστίασεν ὑμᾶς ἐν μέσῃ τῇ ἀγορᾷ· καὶ οὕτως ὑμεῖς οἴνῳ πολλῷ παρενεχθέντες, ἅμα τοῖς πονηροῖς δαίμοσιν τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἐφιλοφρονεῖσθε· καὶ οὕτως ὑμῶν οἱ πλεῖστοι ὑπὸ τῶν παθῶν κατελήφθησαν, ἀγνοίας αἰτίᾳ καθ' ἑαυτῶν ἰδίαις χερσὶν ἐπισπασάμενοι τὸ τοῦ ὀλέθρου ξίφος. οὐ γὰρ ἂν τὴν καθ' ὑμῶν ἔσχον ἐξουσίαν οἱ δαίμονες, εἰ μὴ πρότερον τῷ ἄρχοντι αὐτῶν ὁμοδίαιτοι ἐγεγόνειτε. οὕτω γὰρ ἀπαρχῆς ὑπὸ τοῦ πάντα κτίσαντος Θεοῦ, δυσὶν ἑκάστοτε ἄρχουσι, [1] δεξιόν τε καὶ εὐωνύμων ὡρίσθη νόμος, [2] ἔχειν ἑκάτερον αὐτῶν ἐξουσίαν, ἐὰν μὴ πρότερόν τινι ὁμοτράπεζος γένηται, ὃν εὐποιῆσαι ἢ κακῶσαι βούλεται· ὥσπερ οὖν τῶν δαίμοσιν ἀποδεδομένων θυμάτων μεταλαβόντες, τῷ τῆς κακίας ἡγεμόνι κατεδουλώθητε· B οὕτως ἂν τούτων παυσάμενοι, τῷ Θεῷ διὰ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δεξιοῦ ἡγεμόνος προσφύγητε, ἀθύτοις τιμαῖς ποιοῦντες ἃ βούλεται, εὖ ἴστε ὅτι σὺν τῇ τοῦ σώματος ἰάσει, καὶ τὰς ψυχὰς ὑγιαινούσας ἕξετε. αὐτὸς γὰρ μόνος διὰ τῆς ἀριστερᾶς ἀναιρῶν, διὰ τῆς δεξιᾶς ζωοποιῆσαι δύναται· ὁμοίως δὲ καὶ πατάξαι, καὶ ἀναστῆσαι κείμενον.

Διὰ τοῦτο πρῶτον ὑπὸ τοῦ προδρόμου Σίμωνος προαπατηθέντες, Θεῷ τὰς ψυχὰς ἀπεθάνετε, καὶ τὰ σώματα ἐκακώθητε· δύνασθε δὲ ὁμοίως τὸ δεύτερον, διὰ τῆς μετανοίας, ὡς ἔφην, τὰ Θεῷ ἀρέσκοντα ἀναδεξάμενοι, καὶ τὰ σώματα ἀναῤῥῶσαι, καὶ τὰς ψυχὰς ἀναλαβεῖν. C ἔστιν δὲ τὰ ἀρέσκοντα τῷ Θεῷ, τὸ αὐτῷ προσεύχεσθαι· αὐτόν [3] ἐστιν ὡς πάντα νόμῳ κριτικῷ διδόντα· τραπέζης δαιμόνων ἀπέχεσθαι· νεκρᾶς μὴ γεύεσθαι σαρκός· μὴ ψαύειν αἵματος· [4] ἐκ παντὸς ἀπολύεσθαι λύματος· τὰ δὲ λοιπὰ ἑνὶ λόγῳ, ὅσοι Θεὸν σέβοντες ἤκουσαν Ἰουδαῖοι, καὶ ὑμεῖς ἀκούσατε ἅπαντες· ἐν πολλοῖς σώμασιν μίαν γνώμην ἀναλαβόντες. ἅπερ ἕκαστος ἑαυτῷ βούλεται καλά, [5] τὰ αὐτὰ βουλευέσθω καὶ τῷ πλησίον. οὕτω δ' ἂν ὑμῶν ἕκαστος νοήσειεν τὸ καλόν, εἰ ἑαυτῷ διαλεχθείη τὰ τοιαῦτα· οὐ θέλεις φονευθῆναι, ἕτερον μὴ φονεύσῃς· οὐ θέλεις τὴν σὴν ὑφ' ἑτέρου μοιχευθῆναι γυναῖκα, τὴν ἑτέρου μὴ μοίχευε γαμετήν· οὐ θέλεις τι τῶν σῶν κλαπῆναι, ἑτέρου μὴ κλέπτε μηδέν. D καὶ οὕτως ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν τὸ εὔλογον συνοῦντες καὶ ποιοῦντες, Θεῷ προσφιλεῖς γενόμενοι, ἐπιτεύξεσθε τῆς ἰάσεως· ἐπεί, καὶ ἐν τῷ παρόντι αἰῶνι βασανισθήσεσθε τὰ σώματα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι κολασθήσεσθε τὰς ψυχάς.

Τοιαῦτα ὑπὸ τοῦ Πέτρου ἐν ὀλίγαις ἡμέραις κατηχηθέντες, καὶ ἰαθέντες, ἐβαπτίσθησαν. ἔπειτα τοῖς λοιποῖς αὐτοῦ θαύμασιν, οἱ λοιποὶ πάντες ἐν μέσαις ταῖς ἀγοραῖς πανδημεὶ ἐπὶ σποδοῦ καὶ σάκκου ἐκαθέζοντο, μετανοοῦντες ἐπὶ τοῖς πρότερον ἡμαρτημένοις. καὶ οἱ ἐν Σιδῶνι ταῦτα ἀκούσαντες, τὰ ὅμοια ἐποίησαν, καὶ ἱκέτας πρὸς τὸν Πέτρον ἀπέστελλον, ὡς αὐτοὶ διὰ τὰς νόσους πρὸς αὐτὸν ἐλθεῖν μὴ δυνάμενοι. ὁ Πέτρος δὲ ἡμερῶν οὐ πολλῶν ἐνδιατρίψας τῷ Τύρῳ, E καὶ κατηχήσας τοὺς ἐν αὐτῇ ἅπαντας, καὶ παντοδαπῶν αὐτοὺς ἀπαλλάξας παθῶν, ἐκκλησίαν τε συστησάμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπομένων αὐτῷ πρεσβυτέρων ἐπίσκοπον αὐτοῖς καταστήσας, ὥρμησεν εἰς Σιδῶνα. ὁ δὲ Σίμων μαθὼν ἥκοντα τὸν Πέτρον, εὐθὺς ἀπέδρα εἰς Βήρυτον μετὰ Ἀππίωνος καὶ τῶν αὐτοῦ ἑταίρων.

III. Audio utique eum bove mactato convivium vobis in medio dedisse foro: ficque vos multo vino abrepti, una cum pravis dæmonibus principem eorum complexi eftis: atque ita veftrum plurimi morbis capti funt; per ignorantiam in fe propriis manibus attracto perniciei gladio. Neque enim adverfum vos dæmones habuiffent poteftatem, nifi prius cum eorum principe fuiffetis epulati. Principio fiquidem illa per univerforum conditorem Deum lex præfinita eft, duobus utrimque ducibus, dextrorum & finiftrorum; ut non habeat alter illorum poteftatem, nifi prius conviva cujufpiam fuerit, quem beneficio vel injuria cupit afficere. Sicut ergo perceptis facrificiis quæ dæmonibus fuerant oblata, veniftis in fervitutem illius qui malitiæ princeps eft: ita fi ab iis abftinueritis, & ad Deum per bonum dextrumque principem confugeritis, honoribus facrificii expertibus facientes quæ vult; probe fcitote, quod cum corporis fanitate, animas quoque poffidebitis fanas. [a] Ipfe namque folus per Siniftram occidens, per Dextram poteft vitam largiri; pariterque & percutere, ac jacentem erigere.

IV. Propterea primum a præcurfore Simone decepti, ratione animæ mortui eftis Deo, & corpore fuiftis afflicti: poteftis autem fimiliter iterum per pœnitentiam, ut dixi, Deo placita amplexi, & corpore convalefcere, & animam recuperare. Porro Deo placita funt; eum precari; petere ab illo, tamquam ab eo qui cuncta æqua lege tribuit; dæmonum menfa abftinere; non guftare carnem demortuam; fanguinem non attingere; ab omni illuvie liberari. Reliqua autem uno verbo; quæcumque Judæi, erga deum religiofi homines, audierunt, & vos cuncti audite; in multis corporibus unam mentem adepti. [b] Quæ unufquifque fibi defiderat bona, eadem & de proximo ftatuat. Sic autem unufquifque veftrum bonum cogitaverit, fi ifta apud fe repetat: Non vis interfici, alterum non interficias: non vis uxorem tuam ab alio conftuprari, alterius nuptam ne conftupra: non vis quidpiam rerum tuarum furto auferri, nihil alterius furare. Atque ita ex vobis ipfis quod rationi confentaneum eft intelligentes, atque facientes, Deo cari effecti, confequemini fanitatem: alioquin, & in præfenti fæculo corporibus torquebimini; & in futuro, puniemini animabus.

V. Hæc a Petro paucis diebus edocti, & fanati, baptizati funt. Deinde inter cetera illius miracula, reliqui omnes in medio foro paffim in cinere & facco fedebant, agentes pœnitentiam de prioribus delictis. Et qui Sidonem incolebant, ifta audientes, fimilia fecerunt, miferuntque ad Petrum fupplicaturos, quod ipfi propter morbos non poffent ad illum venire. Igitur Petrus cum per paucos dies Tyri commoratus effet, cunctofque illius civitatis homines inftruxiffet, & liberaviffet omnigenis morbis, ac inftituiffet Ecclefiam, atque ex Presbyteris qui eum fequebantur, ipfis Epifcopum conftituiffet, Sidonem appulit. At Simon, audiens quod adventaret Petrus, confeftim ad Berytum aufugit cum Appione & fociis.

a Deut. xxxii. 39. & I. Reg. II. 6. *b* Matt. vii. 12.

1. Δεξιόν τε καὶ εὐωνύμων.] Lege δεξιῷ τε καὶ εὐωνύμῳ, ut paullo poft δεξιὸν ἡγεμόνα dicit Auctor. Vide & Cap. XI. DAVIS.

2. Ἔχειν ἑκάτ.] Forte præpon. μή. COT.

3. Αὐτόν ἐστιν] Pro ἐστιν forte αἰτεῖν. Paullo poft forte ἴσα Θεόν. ID.

4. Ἐκ παντὸς ἀπολύεσθαι λύματος.] Vox λῦμα poftulare videtur ἀπολούεσθαι. ID.

5. Τὰ αὐτὰ βουλευέσθω, καὶ τῷ πλησίον.] Lege βουλέσθω *eadem etiam vicino cupiat*. Non enim de *confulendo*, fed de *volendo* agitur. DAVIS.

A Τοῦ δὲ Πέτρου εἰσιόντος εἰς τὴν Σιδῶνα, πολλοὺς ἐν κλίναις φέροντες, πρὸ αὐτοῦ ἐπέθεσαν. ὁ δὲ πρὸς αὐτοὺς ἔφη· μὴ τοίνυν νομίσητε ἐμέ τι δύνασθαι πρὸς ὑμετέραν ἴασιν, ἄνδρα θνητὸν καὶ αὐτὸν πολλοῖς πάθεσιν ὑποπεσεῖν δυνάμενον· ὑφηγεῖσθαι δὲ ὑμῖν τὸν τρόπον δι' οὗ σωθῆναι δυνήσεσθε οὐ φθονῶ, καὶ αὐτὸς παρὰ τοῦ τῆς ἀληθείας προφήτου μαθὼν τοὺς προωρισμένους τοῦ Θεοῦ πρὸ καταβολῆς κόσμου ὁρισμούς. λέγω δὲ ἐπὶ ποίαις κακαῖς πράξεσιν τοὺς ἀνθρώπους ἔταξεν ὑπὸ τοῦ τῆς κακίας ἡγεμόνος κακοῦσθαι· ὁμοίως τε ἐπὶ ποίαις ἀγαθαῖς πράξεσιν ὥρισεν πρότερον πιστεύσαντας αὐτῷ ἰωμένῳ, τὰ σώματα σώζεσθαι, ἔπειτα καὶ τὰς ψυχὰς ἐπανορθοῦσθαι πρὸς τὸ ἀνώλεθρον.

VI. Ceterum cum Petrus Sidonem ingressus esset, multos in lectis allatos, coram ipso posuerunt. Ille autem dixit ad eos: Ne vero existimetis, me aliquid posse ad curationem vestram, qui sim ipse quoque homo mortalis, & in multa possim incidere adversa: docere autem vos modum quo salvi esse possitis, non gravabor; qui ipse etiam a veritatis Propheta didici præfixos a Deo ante mundi constitutionem terminos. In qualibus, inquam, malis operibus disposuit ut homines a malitiæ duce affligantur: & similiter in qualibus bonis operibus decrevit ut qui in eum velut medicum crediderit, prius corpore curentur, deinde & anima instaurentur ad salutem.

B Ταύτας τοίνυν τάς τε ἀγαθὰς καὶ κακὰς πράξεις εἰδὼς, προμηνύω ὑμῖν, ὡς ὁδοὺς δύο, ὑποδεικνύων διὰ ποίας μὲν βαδίζοντες ἀπόλλυνται, ποίᾳ δὲ ὁδεύοντες ἀποσώζονται, Θεῷ ὁδηγούμενοι. ἡ μὲν οὖν τῶν ἀπολλυμένων ὁδὸς, πλατεῖα μὲν καὶ ὁμαλωτάτη, ἀπολλύουσα δὲ ἄνευ τοῦ πόνου· ἡ δὲ τῶν σωζομένων, στενὴ μὲν καὶ τραχεῖα, σώζουσα δὲ πρὸς τῷ τέλει τοὺς διαπορευθέντας ἐπιπόνως. τούτων δὲ τῶν δύο ὁδῶν προκαθέζεται ἀπιστία καὶ πίστις· καὶ ὁδεύουσιν, διὰ μὲν ἀπιστίας, οἱ τὰς ἡδονὰς προκρίναντες, δι' ἃς οὐδὲ ζητεῖν τὸ συμφέρον οὐ διεφύλαξαν. ἀγνοοῦσιν μέντοι ὡς οὐκ ἀνθρωπίνοις ὅμοια τὰ Θεοῦ βουλήματα· πρῶτον μὲν γὰρ οἶδεν τὰ πάντων διανοήματα, καὶ οὐκ ἐν τῷ ἐγχειρῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ἐννοῆσαι C ἕκαστος εὐθύνεται. [1] πολλῶν δὲ ἧττον ἀσεβοῦσιν οἱ ἐγχειροῦντες καλὰ νοεῖν καὶ ἀποτυγχάνοντες, τῶν μηδὲ ὅλως ἐγχειρούντων τοῖς καλοῖς. ὅτι αὐτῷ τῷ Θεῷ [2] ἔδοξεν τῶν ἐν γνώσει τῶν καλῶν παραπιπτόντων, κατὰ λόγον τῶν ἀνθρωπίνων παραπτωμάτων, μετρίως κολασθέντας σωθῆναι. οἱ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ τοῦ γνῶναι τὸ κρεῖττον ἐξημεληκότες, κἂν μυρία ἕτερα πράξωσιν καλὰ, ἐν ᾗ δὲ αὐτὸς ὥρισεν θρησκείᾳ μὴ γένωνται, ἀμελείας ἔγκλημα λαβόντες, τῇ μεγίστῃ ἀποσβεσθήσονται κολάσει παντελεῖ.

VII. Has ergo cognoscens bonas & malas actiones, prænuntio vobis, quasi duas ostendens vias; per quam quidem gradientes, pereunt; per quam vero incedentes, evadunt, ducti a Deo. [a] Via igitur pereuntium, lata est & planissima, perditque absque labore: at via servatorum, angusta est & aspera, tandemque iter facientes servat cum labore multo. Ceterum his duabus viis præsident, incredulitas, & fides: proficiscuntur autem, per incredulitatem quidem, qui voluptates prætulerunt, propter quas neque quod utile est curaverunt quærere. Itaque ignorant, Dei consilia similia non esse humanis. Primo etenim novit Deus cogitationes omnium; & non ob solam operationem, sed & propter cogitationem unusquisque judicatur. Multo autem minus impii sunt, qui nituntur bona intelligere, & aberrant; quam qui nullatenus aggrediuntur bona. Quia Deo placuit, ut qui bona cognoscunt, cum lapsi fuerint, juxta rationem humanorum lapsuum modice castigati, serventur. At qui omnino intelligere meliora neglexerunt, etsi operentur innumera alia præclara; quod in religione a Deo definita non exstiterint, indiligentiæ sumto crimine, per maximum penitus interibunt supplicium.

IX. Sed inquit: Melius facimus, qui ei omnibusque simul gratias agimus. Verum hæc dicendo, non intelligitis structas vobis insidias. Quemadmodum enim quando unum ægrum multi medici, qui nihil possunt, promittunt curare; unus vero qui revera
D potest mederi, remedium suum non porrigit, secum reputans, quod etsi ipse sanaverit, attribuetur aliis: ita & Deus, una cum multis qui nihil possunt rogatus, non præstat beneficium. Quid ergo, inquit: Deus ideo ne indignatur, si cum ipse curet, adscribatur alteri? Respondeo: Licet non indignetur, attamen non vult esse erroris adjutor. Postquam enim ipse benefecit, & idolum quod nihil egit, tamquam efficax fidem accipit. Sed & ego tibi dico: Nisi propria & naturali injuria afficeretur, quando una cum sensum non habentibus timetur ac adoratur, forte hoc etiam sustineret, per quem cœpistis rationi consentanea pro salute vestra intelligere. Deus enim sibi sufficiens, nullo indiget, neque læditur.

[a] Rom. xi. 34.

1. Ἀλλὰ τὴν ἀρχὴν ἔδει ποιῆσαι ἡμᾶς μηδὲ ὅλως περὶ τοιούτων ἐνθυμεῖσθαι.] Aliter & coactius hæc videntur a Rufino accepta. *Sed debuimus omnino nec ad cogitationem istam venire, ut hæc feceremus.* COT.

2. Καὶ πῶς δυνατόν.] Ista Clementis sic apud Maximum proferuntur; *οὐ δυνατόν τινα ἀγαθὸν εἶναι βεβαίως, εἰ μὴ κατὰ προαίρεσιν οἰκείαν. ὁ γὰρ ὑφ' ἑτέρου ἀνάγκης ἀγαθὸς γενόμενος, οὐκ ἀγαθός. ὅτι μὴ ἰδίᾳ προαιρέσει ἐστὶν, ὅ ἐστιν. τὸ γὰρ ἑκάστου ἐλεύθερον, ἀποτελεῖ τὸ ὄντως ἀγαθὸν, καὶ δεικνύει τὸ ὄντως κακόν· ὅθεν διὰ τῶν ὑποθέσεων τούτων, ἐμηχανήσατο ὁ Θεὸς φανερῶσαι τὴν ἑκάστου διάθεσιν. Fieri non potest ut quisquam sit constanter bonus, nisi ex animi sui proposito proprio. Qui enim ab altero ex necessitate factus est bonus, bonus non est: quia non ex instituto sit, quod est. Libera enim cujusque voluntas, quod revera bonum est efficit, & revera malum ostendit: unde Deus per istas occasiones voluit cujusque affectionem patefacere.* Quæ, inter Clementis Romani alia,
E leguntur in Eclogis Jo. Damasceni Mss. Collegii Claromontani cap. *De homine & libertate.* ID.

3. *Εἰ μὴ φυσικῶς ἠδίκητο, πρὸς ἀναίσθητα ἐπτοημένος.*] Per me licet in sensu activo sumere, *ἐπτοημένος*, ac vertere: *Nisi naturaliter injuria afficeretur qui ad sensu destituta attonitus stupet.* ID.

4. Ὅνπερ γὰρ τρόπον Καῖσαρ.] Sæpe dictæ Eclogæ cap. *περὶ βλασφημούντων καὶ μεγαλορρημονούντων καὶ πταιόντων εἰς τὸν Θεὸν ἐξ ἀνοίας. Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος Ῥώμης. Ὃν τρόπον ὁ βασιλεὺς, οὔτε βλασφημούμενος βλάπτεται, οὔτε εὐχαριστούμενος ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα μεγαλύνεται· ἀλλὰ τοῦ εὐχαριστοῦντος μὲν γίνεται τὸ ἀκίνδυνον, τοῦ δὲ βλασφημοῦντος ὁ ὄλεθρος. οὕτως οἱ Θεὸν μὲν εὐφημοῦντες, αὐτὸν μὲν οὐ μεγαλύνουσιν ὑπὲρ τὴν οἰκείαν δόξαν, ἑαυτοὺς δὲ σώζουσιν· οἱ δὲ βλασφημοῦντες, αὐτὸν μὲν οὐ βλάπτουσιν, ἑαυτοὺς δὲ ὀλοθρεύουσι. καὶ μείζων ἡ κόλασις, ὅσῳ μείζων ἡ ἀσέβεια, ὡς καὶ πάντων κρείττων ὁ Θεός· ὑπὲρ οὗ πᾶσα ἡ κτίσις ἀγανακτεῖ.* ID.

που Καῖσαρ οὔτε βλασφημούμενος βλάπτεται, οὔτε εὐχαριστούμενος ὠφελεῖται· ἀλλὰ τῷ εὐχαριστοῦντι μὲν γίνεται τὸ ἀκίνδυνον, τῷ δὲ βλασφημοῦντι ὄλεθρος· οὕτως οἱ Θεὸν εὐφημοῦντες, αὐτὸν μὲν οὐδὲν ὠφελοῦσιν, ἑαυτοὺς δὲ σώζουσι· ὁμοίως καὶ οἱ βλασφημοῦντες, αὐτὸν μὲν οὐκ ἀδικοῦσιν, αὐτοὶ δὲ ὀλοθρεύονται.

A Nostrum quippe est, juvari, aut lædi. Nam sicut Cæsar, neque maledictis læditur, neque gratiarum actionibus juvatur; sed qui gratias agit, securitatem habet; qui maledicit, interitum: ita qui Deum laudibus prosequuntur, ipsum nequaquam adjuvant, sibi vero ipsis salutem afferunt; parique modo, qui conviciis appetunt, ei quidem non faciunt injuriam, ipsi vero pereunt.

Ἀλλά φησιν, οὐχ ὁμοίως ἐπ' ἀνθρώπου καὶ Θεοῦ. σύμφημι κἀγώ, ὅτι οὐχ ὁμοίως. [1] μείζων γὰρ ἡ κόλασις ὡς μεῖζον ἀσεβήσαντι· ἥττων δὲ τῷ εἰς τὸν ἥττονα ἁμαρτήσαντι. ὡς οὖν πάντων μείζων ὁ Θεός, οὕτως μείζονα ὑφέξει κόλασιν ὁ εἰς αὐτὸν ἀσεβήσας, ὡς εἰς μείζονα ἁμαρτήσας. οὐκ αὐτοῦ αὐτόχειρος ἀμυνομένου, ἀλλὰ πάσης τῆς κτίσεως ἐπὶ τούτῳ ἀγανακτούσης, καὶ φυσικῶς ἐπεξερχομένης. οὐ γὰρ δώσει τῷ βλασφήμῳ, οὐχ ἥλιος τὸ φῶς, οὐ γῆ τοὺς καρποὺς, οὐ πηγὴ τὸ ὕδωρ, οὐκ ἐν ᾅδῃ τῇ ψυχῇ ὁ ἐκεῖ καθεστὼς ἄρχων τὴν ἀνάπαυσιν· ὁπότε καὶ νῦν [2] ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου προθεσμίας ὑφεστώσης παραγανακτεῖ πᾶσα ἡ κτίσις. διὸ [3] οὔτε τελείους ὑετοὺς παρέχει, οὔτε γῆ τοὺς καρπούς· διὸ οἱ πλείονες λυμαίνονται. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀὴρ θυμῷ ὑπεκκαιόμενος, [4] πρὸς λοιμώδη πρᾶξιν μεταβάλλεται. πλὴν ὅσων ἀπολαύομεν ἀγαθῶν, τῷ αὐτοῦ ἐλέῳ εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν βιάζεται τὴν κτίσιν. οὕτως ὑμῖν τοῖς ἀτιμάζουσιν τὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν ἡ πᾶσα κτίσις χαλεπαίνει.

X. Sed, inquit, non similirer in homine, & Deo. Et ego fateor, quod non similiter. Majus enim supplicium, ut magis impio: minus autem, ei qui in minorem peccavit. Sicut ergo maximus omnium est Deus, ita maximas dabit pœnas, qui in eum im- B pius exstiterit, quoniam adversus maximum deliquit. Neque Deus propria manu ulciscetur; at omnis creatura in ea re indignabitur, & naturaliter vindicabit. Non enim blasphemo dabit lucem sol, non fructus terra, non aquam fontes, non tribuet animæ in inferis requiem, qui ibi constitutus est princeps: quando nunc quoque, adhuc subsistente præfinito mundi tempore, ægre fert universa creatura. Ideoque nec *cælum* sufficientem mittit imbrem, neque terra fructus dat; unde plurimi pereunt. Ipse etiam aer furore accensus, ad pestem producendam convertit se. In bonis tamen quibus fruimur, misericordia sua Deus ad benignitatem erga nos cogit creaturam. Ita vobis, qui cunctorum opificem inhonestatis, omnis C creatura succenset.

Κἂν γὰρ τῇ τοῦ σώματος λύσει τὴν κόλασιν ἐκφύγητε, πῶς τὴν ψυχὴν ὑμῶν ἄφθαρτον οὖσαν διὰ τῆς φθορᾶς φυγεῖν δυνήσεσθε; [5] ἀθάνατος γὰρ ἡ ψυχὴ καὶ τῶν ἀσεβῶν, οἷς ἄμεινον ἦν μὴ ἄφθαρτον αὐτὴν ἔχειν. κολαζομένη γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀσβέστου πυρὸς ἀπεράντῳ τιμωρίᾳ, καὶ μὴ θνήσκουσα, ἐπὶ κακῷ τῷ αὐτῆς τέλος λαβεῖν οὐκ ἔχει. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις ὑμῶν· φοβεῖς ἡμᾶς, Πέτρε. διδάξατε οὖν ἡμᾶς, πῶς σιγῶντες ἐροῦμεν τὰ ὄντα ὡς ἔστιν· ἄλλως γὰρ αὐτὰ ὑμῖν σημαίνειν οὐ δυνάμεθα. ἐάν τε σιγήσωμεν, ἐνεδρεύεσθε ὑπὸ τῶν κακῶν διὰ τὴν ἄγνοιαν· ἐάν τε λαλήσωμεν, ὡς ἐπὶ ψευδεῖ ὑποθέσει φοβοῦντες ὑμᾶς ὑποπτευόμεθα. [6] πῶς οὖν ἐπᾴσωμεν τῷ εἰς τὴν ὑμετέραν κακῷ ἐνδομυχοῦντι, καὶ πανούργως ὑποσπείροντι ὑμῖν τὰς Θεῷ ἐχθραινούσας ὑπονοίας, [7] προφάσει τῇ πρὸς Θεὸν φιλίᾳ; διαλλάγητε ἑαυτοῖς· ὑπὲρ γὰρ τῆς ὑμῶν σωτηρίας γίνεται ἡ μετὰ εὐποιίας πρὸς αὐτὸν καταφυγή. ἔχθρα τίς ἐστιν Θεῷ ἐν ὑμῖν ἄλογος ἐπιθυμία· ὑπονοίᾳ γὰρ φρονήσεως τὴν ἄγνοιαν κρατύνει.

XI. Nam etsi per solutionem a corpore effugiatis pœnam; quo modo animam vestram, quæ immortalis est, per mortem poteritis fugere? Immortalis enim est etiam impiorum anima, quibus melius esset, non immortalem eam habere. Nam per ignem inexstinctum cruciata perpetuo supplicio, neque moriens, in malo suo finem non habet accipere. Sed forsan dicet vestrum aliquis: Terres nos Petre. Docete igitur nos, quo pacto tacentes, proferemus vobis res quemadmodum sunt: aliter enim vobis eas non possumus indicare. Quod si tacuerimus, decipiemini a malis per igno- D rantiam; sin vero loquimur, suspecti simus, quasi vos falsam ob caussam terreamus. Quo pacto igitur malum eum incantabimus, qui intra animam vestram latet, callideque vobis inimicas Deo subserit opiniones, prætextu amicitiæ erga Deum? Reconciliemini vobiscum: namque pro vestra salute fit ad eum cum bonis operibus perfugium. Inimicitia quædam ad Deum est, quæ in nobis cum ratione pugnat cupiditas: quia suspicione prudentiæ corroborat inscitiam.

1. *Μείζων γὰρ ἡ κόλασις ὡς μεῖζον ἀσεβήσαντι.*] Lego: *τῷ εἰς μείζονα ἀσεβήσαντι: ei qui in majorem impie se gessit.* Quam quidem mutationem sequens membrum, nisi fallor, postulat. DAVIS.

2. *Ἐπὶ*] Forte *ἔτι*. COT.

3. *Οὔτε τελείους ὑετοὺς παρέχει.*] Post *οὔτε* reponendum forte *οὐρανός*. ID. --- Cotelerio deesse videtur *οὐρανός*. Forte tamen scripsit noster: *διὸ οὔτε νέφη τοὺς ὑετοὺς παρέχει.* Vide sis Eustathium in Hexaem. p. 5. Ego sane quid sibi velint *τέλειοι ὑετοὶ*, non capio. DAVIS.


4. *Πρὸς λοιμώδη πρᾶξιν μεταβάλλεται.*] Immo *πρὸς λοιμώδη ἕξιν*, *in habitum*, vel *in temperiem pestilentem*. ID.

5. *Ἀθάνατος γὰρ ἡ ψυχή.*] Ut Clementis sententia citatur a Maximo, Locorum communium Sermone 53. ut Clementis Romani, in Damasceno Ms. cap. *περὶ ψυχῆς* καὶ νοῦ: ad hunc modum: *ἀθάνατοι πᾶσαι αἱ ψυχαὶ, καὶ τῶν ἀσεβῶν, αἷς ἄμεινον ἦν μὴ ἀφθάρτους εἶναι. κολαζόμεναι γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀσβέστου πυρὸς ἀπεράντῳ τιμωρίᾳ, καὶ μὴ θνήσκουσαι, ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν τέλος λαβεῖν οὐκ ἔχουσιν. Immortales omnes animæ sunt, etiam impiorum, quibus melius esset non esse corruptioni non obnoxias. Nam per ignem inexstinctum cruciatæ perpetuo supplicio, nec morientes, suo ipsarum malo sui finem accipere non possunt.* Recognitionum lib. v. cap. 28. *Immortales namque sunt etiam impiorum animæ, quas ipsi fortasse velint pariter cum corporibus suis finiri: sed non ita est; perferunt enim ignis æterni sine fine supplicia, & ad perniciem sui naturam non habent moriendi.* Cum Clementinis loquitur Justinus Martyr Apologia II. p. 64. & Dialogo cum Tryphone p. 223. dicitque improbis lucrum, *ἕρμαιον*, fore, animas mori, & finem habere in statum sensus vacuum, *εἰς ἀναισθησίαν*. Ad sensum vero Recognitionum Minucius Felix, quem eo loco citavi. Ac ex philosophis Hierocles in carmina Pythagorica ad vers. 29. *οὐ βούλεται ὁ κακὸς ἀθάνατον εἶναι τὴν αὐτοῦ ψυχὴν, ἵνα μὴ ὑπομένῃ τιμωρούμενος. Non enim vult qui malus est, esse sibi animum immortalem, ne scelerum ultionem patiatur.* COT.

6. *Πῶς ἂν ἐπᾴσωμεν τῷ εἰς τὴν ὑμετέραν κακῷ ἐνδομυχοῦντι.*] Videtur legisse Rufinus *ἐπάσωμεν*, & *ὑποσπείρειν*. Ait enim *Et suffocemus latentem intus ..., & obsidentem sensus vestros serpentem.* ID.

7. *Προφάσει τῇ πρὸς Θεὸν φιλίᾳ.*] Leg. *τῆς πρὸς Θεὸν φιλίας*. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



Ἄλλοι δὲ λέγουσιν· οὐ πεφρόντικεν ἡμῶν ὁ Θεός. A καὶ τοῦτο ψεῦδός ἐστιν. εἰ γὰρ ὄντως οὐκ ἐφρόντιζεν, οὐκ ἂν οὐδὲ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνέτελλεν ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηρούς, οὔτε τὸν ὑετὸν αὐτοῦ ἔφερεν ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. ἕτεροι δὲ λέγουσιν· εὐσεβέστεροί ἐσμεν, καὶ αὐτὸν καὶ τὰ ἀγάλματα σέβοντες. οὐκ οἶμαι εἰ τοῦτο λέγων ἐρεῖ βασιλεῖ· τὴν ἴσην σοι ἀπονέμω τιμήν, οἵαν καὶ τοῖς νεκροῖς καὶ ἐῤῥιμμένῃ κοπρίᾳ· οὐκ οἴομαι εἰ καλῶς ἀπαλλάξει. ἀλλ' ἐρεῖ τις· κοπρίαν λέγεις τὰ σεβάσματα ἡμῶν; ναί φημι. ἄχρηστα γὰρ ὑμῖν αὐτὰ ἐποιήσατε, εἰς τὸ σέβειν καταριθμήσαντες. [1] τῆς οὐσίας αὐτῶν ἴσως ἄλλο τι, [2] εἰς χρῆσιν κόπρου εὐχρηστησάσης. νῦν δὲ οὐδὲ εἰς τοῦτο χρησιμεύει, ὅτε μετασχηματίσαντες προσκυνεῖτε. πῶς δὲ εὐσεβέστεροι εἶναί φατε, οἱ πάντων ἀσεβέστατοι, B ταύτῃ αὐτῇ τῇ μιᾷ καὶ ἀσυγκρίτῳ ἁμαρτίᾳ ψυχῆς ὄλεθρον ὀφείλοντες τὰ ἀληθῆ, ἐὰν ἐπιμείνητε; ὡς γὰρ εἴ τις υἱὸς πολλὰ εὐεργετούμενος ὑπὸ τοῦ πατρός, ἑτέρῳ τινὶ τῷ μὴ πατρὶ τὴν ὀφειλομένην τῷ πατρὶ ἀποδῷ τιμήν, πάντως ἀποκληρονόμος γίνεται· ἐπὰν δὲ κατὰ γνώμην τοῦ πατρὸς βιοὺς, εὐχαριστῇ ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις, εὐλόγως κληρονόμος γίνεται.

XII. Alii vero dicunt: Deus noſtri curam non gerit. Hoc quoque falſum eſt. Nam ſi vere curam non gereret; neque [a] ſolem ſuum oriri faceret ſuper bonos & malos, neque pluviam ſuam demitteret ſuper juſtos & injuſtos. Dicunt alii: Magis pii ſumus, qui & ipſum & ſimulacra colimus. Non puto, ei qui ita loquitur, ſi diceret regi: Eumdem tibi tribuo honorem, quem mortuis, & abjecto fimo; non puto, inquam, ei bene ceſſurum. Sed inquiet aliquis: Fimum vocas noſtra numina? Ita aio. Inutilia enim vobis ea reddidiſtis, dum in deos adſcribitis. Cum forſan illorum materia ad aliquid aliud, in uſum fimi, fuiſſet utilis. Nunc vero neque ad hoc prodeſt, quando a vobis transfiguratam colitis. Qua autem ratione, vos magis pios dicitis, qui omnium eſtis impiiſſimi, hoc ipſo uno & incomparabili peccato interitum animæ merentes re vera, ſi perſeveretis? Sicut nempe, ſi quis filius, plurima beneficia a patre conſecutus, alteri qui pater non ſit, debitum patri honorem deferat, plane exheredabitur: cum vero ex ſententia patris vivens, gratias de beneficiis egerit, merito heres relinquetur.

Ἄλλοι δὲ λέγουσιν· ἀσεβεῖν μέλλομεν, ἐὰν τὰ παραδοθέντα ἡμῖν ἐκ πατέρων σεβάσματα λείψωμεν· ὅμοιον γάρ ἐστιν τῷ παραθήκην φυλάξαι. οὐκοῦν τούτῳ τῷ λόγῳ κἂν λῃστοῦ τις ᾖ πατρός, ἢ αἰσχροβίου, οὐκ ὀφείλει ὁ υἱὸς νήψας τὸ κρεῖττον ἑλέσθαι, C ἵνα μὴ ἀσεβήσῃ, καὶ μὴ τὰ ἴσα τοῖς γονεῦσιν ποιῶν ἁμαρτάνῃ; πῶς δὲ ἀνόητοι οἱ λέγοντες· ταῦτα προσκυνοῦμεν, ἵνα μὴ αὐτῷ ὀχλῶμεν; ὡς ὀχλουμένου Θεοῦ ἐφ' οἷς εὐφημεῖται, μὴ ὀχλουμένου δὲ ἐφ' οἷς ἀχαριστούμενος βλασφημεῖται. διὰ τί οὖν ὁπόταν ἐποχὴ ὑετοῦ γένηται, πρὸς οὐρανὸν τὰ πάντα ἀφορῶντες, εὐχὰς καὶ λιτὰς ἀπονέμετε, καὶ ὅταν ἐπιτύχητε, τάχιον ἐπιλανθάνεσθε; ἀμήσαντες γάρ, ἢ τρυγήσαντες, εὐθέως τοῖς μηδὲν οὖσιν εἰδώλοις τὰς ἀπαρχὰς ἀπονέμετε, τάχιον ἐπιλανθανόμενοι τοῦ εὐεργετήσαντος Θεοῦ. [3] καὶ οὕτως εἴσασι. καὶ εἰς τοὺς ναοὺς γενόμενοι, θυσίας ἐπιτελοῦντες εὐωχεῖσθε. διὰ τοῦτο οἱ μὲν ὑμῶν λέγουσιν· παρηγορίας καὶ τοῦ εὐωχεῖσθαι χάριν καλῶς ταῦτα ἐπινενόηται. D

XIII. Alii vero dicunt: Impii erimus, ſi nobis a patribus tradita numina dereliquerimus: idem enim eſt ac depoſitum ſervare. Igitur hac ratione, ſi aliquis ortus ſit ex patre latrone, aut obſceno, non debet filius frugi eſſe, melioremque vitam amplecti; ne impius evadat, peccetque eadem cum parentibus non agendo? Quam ſtulti autem ſunt, qui dicunt: Hæc adoramus, ne Deo ſimus moleſti! Quaſi Deo moleſta ſint ea quibus laudatur; non moleſta vero, quibus ingrate accipitur & infamatur. Cur ergo cum imbris acciderit remora, in cælum omnino intuiti, preces ac ſupplicationes aſſignatis; & quando obtinuiſtis, cito oblivíſcimini? Facta enim meſſe, aut vindemia, ſtatim ad idola, quæ nihil ſunt, primitias defertis; celeriter Dei immemores, beneficii auctoris: ſicque in perpetuum. Et in templis poſiti, ſacrificia celebratis, atque genio indulgetis. Quapropter nonnulli ex vobis dicunt: Solatii & bonæ tractationis cauſſa præclare iſta excogitata ſunt.

Ὦ ἀνόητοι. ὑμεῖς τοῦ λεγομένου γένεσθε δίκαιοι κριταί. εἴπερ γὰρ καὶ ἔχρην ἐνταῦθα εἰς εὐφρασίαν σώματος ἑαυτὸν δοῦναι ποίᾳ εὐωχίᾳ· ἄμεινον ἢ ἐν ποταμοῖς, καὶ ὕλαις, καὶ ἄλσεσιν, ἔνθα εἰλαπίναι, καὶ συμπόσια, καὶ κατάσκιοι τόποι, ἢ ὅπου ἀπόνοια δαιμόνων, καὶ χειρῶν τομαί, καὶ αἰδοίων ἀποκοπαί, καὶ οἶστροι, καὶ μανίαι, καὶ τριχῶν κόμαι, καὶ κόμποι, καὶ ἐνθουσιασμοί, καὶ ὀλολυγαί, καὶ πάντα ἐκεῖνα, τὰ μεθ' ὑποκρίσεως εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων γινόμενα· ὅπως τὰς αὐτῶν ὀφειλομένας εὐχὰς καὶ εὐχαριστίας, καὶ νεκρῶν νεκροτέροις προσενέγκητε; E

XIV. O ſtolidi! Vos hujus dicti eſtote juſti judices. Si enim oportebat heic ſe ad corporis voluptatem alicui tradere oblectationi; meliorne erat, quæ in fluviis, & ſilvis, & lucis, ubi compotationes & convivia, & loci umbroſi; vel ubi dæmoniaca amentia, & manuum ſectiones, abſciſſiones verendorum, rabidus furor, inſania, ſparſi crines, ſtrepitus ſtridoreſque, afflatus fanatici, ululatus, omniaque illa quæ cum ſimulatione ad terrorem amentium fiunt; ut a vobis debitas preces & gratiarum actiones iis offeratis, qui mortuis magis ſunt mortui?

Καὶ διὰ τί χαίροντες ταῦτα ποιεῖτε; ἐπεὶ οὐ θέλει ὑμῖν ὁ ἐμφωλεύων εἰπεῖν ὄφις, ὃς ἐνέσπειρεν ὑμῖν τὴν ἄκαρπον ἐπιθυμίαν, λέγων ὑπομνήσω. ἔχει δὲ οὕτως· παρὰ τῇ τοῦ Θεοῦ θρησκείᾳ κηρύσσεται νήφειν, σωφρονεῖν, ὀργῆς κρατεῖν, ἀλλότρια μὴ νοσφίζεσθαι, δικαίως βιοῦν, ἐπιεικῶς, εὐσταθῶς, πρᾴως· κολά-

XV. Et cur læti iſta facitis? Quoniam intus latens ſerpens vobis non vult edicere, qui infructuoſam inſeruit cupiditatem; dicam ego atque memorabo. Ita autem habet: Apud religionem Dei prædicatur agere ſobrie, ſibi temperare, iram tenere, non ſubripere aliena, juſte vivere, cum bo-

[a] Matth. v. 45.

1. Τῆς οὐσίας αὐτῶν, ἴσως ἄλλο τι εἰς χρῆσιν κόπρου.] Forte ἄλλοτε pro ἄλλο τι. COT. --- Fruſtra pforſus eſt Cl. Cotelerius, qui ἄλλο τι mutat in ἄλλοτε. Mihi totus locus, hoc modo videtur refingendus: τῆς οὐσίας αὐτῶν ἴσως εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς χρῆσιν κόπρου εὐχρηστησάσης. Eumdem certe ſenſum in verſione ſua repræſentavit vir doctiſſimus. DAVIS.

2. Εἰς χρῆσιν κόπρου.] In uſum fimi, inſtar fimi. COT.

3. Καὶ οὕτως εἴσασι, vel ut ad oram Codicis emendatur ἴσασι.] Eſt forte varia lectio marginalis ad οὖσιν quod præcedit. τοῖς μηδὲν ἴσασιν εἰδώλοις, *ad Idola quæ nihil ſentiunt aut cognoſcunt*. In Rufino, *ad ſurda & muta ſimulacra*. Ceterum pro εἴσασι legendum videtur εἰσαεί. COT.

ζειν ἑαυτὸν μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις, ἢ μὴ ἔχοντα ἑτέρου ἀδίκως ἀφελόμενον κορεσθῆναι. παρὰ δὲ τοῖς λεγομένοις θεοῖς τὰ ἐναντία γίνεται. καὶ ἔνια εἰς κατάπληξιν δικαιοσύνης παραγγέλλετε, ἅπερ εἰ καὶ πάντα ποιεῖτε τὰ παραγγέλματα, μία ἡ πρὸς Θεὸν ἄγνοια ἱκανὴ τυγχάνει πρὸς τὴν καθ' ὑμῶν τιμωρίαν. πλὴν συνερχόμενοι εἰς τοὺς ὑφ' ὑμῶν αὐτοῖς δοθέντας τόπους, ἡδέως μεθύσκεσθε, καὶ βωμοὺς ἀνάπτετε, ὧν ἡ κνίσσα ῥεμβομένη, καὶ τὰ τυφλὰ καὶ κωφὰ πνεύματα, διὰ τῆς ἐξουσίας, ἄγει εἰς τὸν τῆς ὀσφρήσεως αὐτῶν τόπον. καὶ οὕτως τῶν ἐκεῖ [1] οἱ μὲν ἐνθουσιασμῷ, οἱ δὲ βρωτῶν ἀλλοκότων ἐμπίμπλανται, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ ἀσελγαίνειν τρέπονται, οἱ δὲ ἐπὶ κλοπὰς καὶ φόνους. ἡ γὰρ τοῦ ἐκεῖ αἵματος ἀναθυμίασις, καὶ ἡ τῶν οἴνων σπονδὴ, καὶ αὐτὴ κορεῖ τὰ ἀκάθαρτα πνεύματα, ἅ τινα ἐνδομυχοῦντα εἰς ὑμᾶς, φιληδόνως ἔχειν τὰ ἐκεῖ ποιοῦσιν· καὶ δι' ὀνείρων ὑμᾶς φαντασίαις ψευδέσιν περιβάλλουσιν, καὶ μυρίοις παθήμασιν τιμωροῦσιν. προφάσει γὰρ τῶν λεγομένων ἱεροθύτων, χαλεπῶν δαιμόνων ἐμπίπλασθε· οἳ καὶ φρονίμως ὑμᾶς λανθάνοντες ἀναιροῦσιν, ἵνα μὴ συνῆτε ὑμῶν τὴν ἐπιβουλήν. προφάσει γάρ τινος ἐπηρείας, ἢ ἀνάγκης, ἢ ἔρωτος, ἢ ὀργῆς, ἢ λύπης, ἢ ἀγχόνῃ, ἢ ὕδατι πνίξαντες, ἢ ἀπὸ κρημνοῦ ῥίψαντες· ἢ αὐτοχειρίᾳ, ἢ ἀποπληξίᾳ, ἢ ἑτέρῳ τινὶ πάθει τοῦ ζῆν μεθιστᾶσιν.

Ἡμῶν δὲ οὐδεὶς τοιοῦτόν τι παθεῖν δύναται. ἀλλ' αὐτοὶ ὑφ' ἡμῶν κολάζονται. ὁπόταν εἴς τινα εἰσιόντες, βραδέως ἐξιέναι ἡμᾶς παρακαλοῦσιν. ἀλλ' ἐρεῖ τις· ἴσως τοιούτοις πάθεσιν καὶ θεοσεβῶν τινες ὑποπίπτουσιν· φημὶ ὅτι τοῦτο ἀδύνατον. θεοσεβὴς γὰρ οὗτός ἐστιν, ἐγώ φημι, ὁ ὄντως θεοσεβὴς, οὐχ ὃς ἂν μόνον λέγηται. ὁ δὲ ὄντως ὢν, τοῦ δοθέντος αὐτῷ νόμου ἐκτελεῖ τὰς πράξεις. ἐάν τις ἀσεβήσῃ, εὐσεβὴς οὐκ ἔστιν. ὅνπερ τρόπον ἐάν τις ἀσεβήσῃ, ἔννομον πράξῃ, Ἰουδαῖός ἐστιν· [2] μὴ πράξας δὲ, Ἕλλην· ὁ γὰρ Ἰουδαῖος, πιστεύων Θεῷ, ποιεῖ τὸν νόμον· δι' ἧς πίστεως καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὄρεσιν ἐοικότα καὶ βαροῦντα μεθίστησιν πάθη. ὁ δὲ μὴ ποιῶν τὸν νόμον, δῆλον ὅτι ἐκ τοῦ μὴ πιστεύειν Θεῷ, λιποτακτεῖ· καὶ οὕτως ὡς οὐχὶ Ἰουδαῖος ἁμαρτωλὸς, διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐπικρατεῖται ὑπὸ τῶν εἰς τὸ τιμωρεῖν τοὺς ἁμαρτάνοντας καθεστώτων παθῶν. βουλῇ Θεοῦ τῇ ἀπαρχῆς ὁρισθείσῃ, δικαίως τοῖς σέβουσιν αὐτὸν, παραπτωμάτων χάριν ἡ τιμωρία ἕπεται. ὃ γίνεται, ἵνα ὡς ὀφείλημα διὰ τῆς βασάνου ἀπαιτήσασα τὴν ἁμαρτίαν, τοὺς ἐπιστρέψαντας καθαροὺς ἐν τῇ τῶν ὅλων παραστήσει κρίσει. ὡς γὰρ τοῖς κακοῖς ἡ ἐνταῦθα τρυφὴ εἰς ζημίαν αἰωνίων ἀγαθῶν γίνεται· οὕτως αἱ τιμωρίαι τοῖς παραπίπτουσιν Ἰουδαίοις πέμπονται εἰς ἔκπραξιν, ἵνα ἐνταῦθα [3] ἀπολαβόντες τὸ παράπτωμα, τῆς ἐκεῖ ἀπαλλαγῶσιν αἰωνίας κολάσεως.

Ὑμεῖς δὲ ταῦτα εἰπεῖν οὐ δύνασθε· οὐ γὰρ πιστεύετε τὰ ἐκεῖ εἶναι ὡς ἡμεῖς λέγομεν· λέγω δὴ ὅπου πᾶσιν ἡ ἀνταπόδοσις γίνεται. οὗ ἕνεκεν ἀγνοοῦντες τὸ συμφέρον, ὑπὸ τῶν προσκαίρων ἡδονῶν μὴ λαβεῖν τὰ αἰώνια ἐνεδρεύεσθε. διὸ ἡμεῖς τοῦ συμφέροντος ὑμῖν τὰς ἀποδείξεις ποιεῖν πειρώμεθα· ἵνα πληροφορηθέντες περὶ τῶν τῆς θεοσεβείας ἐπαγγελμάτων, διὰ τῶν ἀγαθῶν πράξεων δυνηθῆτε σὺν ἡμῖν τὸν ἄλυπον αἰῶ-

A no jure, tranquille, leniter; se in indigentia potius continere ac reprimere, quam cum non habeas, alterius bonis injuste ablatis expleri. Apud vocatos autem deos, contraria peraguntur. Et nonnulla in admirationem justitiæ denuntiatis: quæ licet omnia præcepta exsequeremini, una Dei ignoratio sufficit ad punitionem vestram. Ceterum convenientes ad loca quæ vobis assignastis, alacriter inebriamini; & aras accenditis, quarum nidor vagatus, cæcos surdosqne spiritus, vi sua ad odoratus locum ducit. Sicque ibi alii fanatico furore, alii absurdis cibis replentur; ad libidinem vertuntur alii, ad furta alii & adulteria. Nam fusi illic sanguinis vapor, & vini libatio, etiam
B satiat impuros spiritus; qui intra vos occultati, omnia hæc reddunt suavia; atque per somnia vos falsis spectris irretiunt, innumerisque perpessionibus puniunt. Nam occasione sacrarum, ut vocant, hostiarum, repleti estis truculentis dæmonibus; qui caute vos inscios perimunt, ut non sentiatis factas insidias. Prætextu siquidem cujuspiam injuriæ, vel calamitatis, amoris, iræ, mœstitiæ, aut laqueo aut aqua suffocant, e loco præcipiti dejiciunt; homicidio sui, aut apoplexia, aut alio morbo, e vita cogunt migrare.

XVI. Ex nobis autem nullus tale quid potest pati. Sed a nobis dæmones torquentur. Quando-
C quidem in aliquem ingressi, ut tardius egrediantur rogant nos. Sed dicet aliquis: In has perpessiones incidunt interdum etiam quidam Dei cultores. Aio id fieri non posse. Ille enim de quo loquor, cultor Dei est, qui vere est Dei cultor, non qui dumtaxat dicitur. Qui autem vere est, traditæ sibi legis perficit opera. Si quis impie egerit, pius non est. Quemadmodum si alienigena Legem servet, Judæus est; qui vero non servat, est Gentilis. Judæus enim, Deo credens, Legem implet; per quam fidem, etiam alia mala montibus similia & gravissima transfert. Qui vero non exsequitur Legem, clarum est quod non credendo in Deum, fit transfuga; ideoque peccator velut, nequaquam Judæus,
D propter peccatum a calamitatibus subigitur, quæ ad puniendos peccatores constitutæ sunt. Nam consilio Dei, quod ab initio sancitum fuit, illius cultores juste propter delicta pœna consequitur. Quod fit, ut postquam pœna de peccato, velut debito, per vexationem rationem repetierit, conversos homines in cunctorum judicio puros repræsentet. Sicut enim improbis præsentes deliciæ in damnum futurorum bonorum cedunt: ita supplicia lapsis in peccatum Judæis mittuntur ad exactionem, ut recepta heic delicti pœna, a futura illic æterna damnatione liberentur.


XVII. Vos vero hæc dicere non potestis: quia
E non creditis quæ illic sunt esse quemadmodum dicimus. Dico autem, ubi cunctis fit retributio. Quocirca quod est utile ignorantes, a temporariis voluptatibus ne æterna accipiatis decipimini. Quare nos conamur, commodi vobis probationes afferre; ut plene certi de pietatis promissionibus, per bona opera possitis nobiscum sæculi quod tri-

1. Οἱ μὲν ἐνθουσιασμῷ.] Lege ἐνθουσιασμοῦ, flagitante Linguæ Græcæ ratione. DAVIS.

2. Μὴ πράξας δὲ, Ἕλλην· ὁ γὰρ Ἰουδαῖος πιστεύων Θεῷ.] Sede vocabuli mutata lego: Ἐὰν ὁ ἀλλόφυλος τὸν νόμον πράξῃ, Ἰουδαῖός ἐστιν· μὴ πράξας δὲ Ἰουδαῖος, Ἕλλην· ὁ γὰρ πιστεύων Θεῷ ποιεῖ τὸν νόμον: *si alienigena legi paret, Judæus est, Judæus vero qui non paret, Græcus. Qui enim Deo credit, servat legem*. Hoc modo elegans nasci videtur antithesis. ID.

3. Ἀπολαβόντες τὸ παράπτωμα.] Inepte. Legendum, ἀπολαύοντες τὸ παράπτωμα, *ex peccato damnum capientes*. Hæc certe vox accusandi casum regere potest, & in malam partem non raro sumitur. Vide Philonem de Opificio Mundi, pag. 26. C. Lucianum in Timone p. 56. & Eusebium Hist. eccl. lib. I. cap. 8. Simile mendum tollemus infra Hom. XV. cap. 8. IDEM. — Forte qui mutavit ἀπολαύοντες in ἀπολαβόντες, quod genitivum regit, mutavit τοῦ παραπτώματος in τὸ παράπτωμα. Sæpe certe mendum e mendo nascitur. Vide Franc. Vigerum Idiomat. L. G. cap. V. Sect. IV. 8. CLER.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



να κληρονομῆσαι. μέχρι μὲν οὖν γνωρίζετε ἡμᾶς, μὴ χαλεπαίνετε ὑμῖν ὡς ψευδομένοις, περὶ ὧν ὑμῖν θέλομεν καλῶν. τὰ γὰρ ἡμῖν νομισθέντα ἀληθῆ τε καὶ ἀγαθὰ, ταῦτα ὑμῖν φέρειν οὐκ ἐφθονήσαμεν· ἀλλὰ τοὐναντίον ἐσπεύσαμεν συγκληρονόμους ὑμᾶς ποιῆσαι ἀγαθῶν, ὧν ἡμεῖς νενοήκαμεν. οὕτω γὰρ χρὴ πρὸς τοὺς ἀπίστους λέγειν. ὅτι δὲ ἀληθεύομεν ὄντως, περὶ ὧν λέγομεν, οὐκ ἄλλως δυνήσεσθε εἰδέναι, ἐὰν μὴ πρότερον φιλαληθῶς ὑπακούσητε.

Διὸ ἐπὶ τοῦ παρόντος, κἂν τὰ μυρία ὑμᾶς ὁ ἐν ὑμῖν [1] ἐνδομαιχῶν ὄφις, κακοὺς ὑποβαλὼν λογισμοὺς καὶ ἀσχολίας, ἐνεδρεύειν θέλει· ἀλλ᾽ οὖν γε ὑμεῖς ὀφείλετε ταύτῃ μᾶλλον προσφιλονεικοῦντες αὐτῷ, συνεχῶς ἡμῶν ἐπακούειν. [2] δεῖ γὰρ συνεδρεύοντας ὑμᾶς τοὺς σφόδρα ἠπατημένους, εἰδέναι πῶς χρὴ ἐπᾴδειν αὐτῷ. ἄλλως δὲ ἀδύνατον. ἐπᾴδειν δὲ λέγω, τῷ λογισμῷ ἀντιτάσσεσθαι ταῖς κακαῖς αὐτῶν συμβουλίαις.

Ὅθεν ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης πολὺ τὸν κόσμον πεπλανημένον εἰδὼς, καὶ τῇ κακίᾳ συνθέμενον ἰδὼν, οὐκ ἠγάπησεν τὴν πρὸς αὐτὸν εἰρήνην, ὡς ἐκ πλάνης συνοῦσαν. ὅτι εἰς τέλος ἐπιφέρει πᾶσιν τοῖς πρὸς κακίαν ὁμογνωμονοῦσιν, παραθεὶς ἀντὶ πλάνης τοῖς νήψασιν, ὥσπερ πῦρ ἐμβαλὼν τὴν κατὰ τοῦ ἐνεδρεύσαντος ὀργὴν, μαχαίρᾳ ἐοικυῖαν· προτείνας λόγον, ἀναιρεῖ τὴν ἄγνοιαν τῇ γνώσει, ὥσπερ τέμνων καὶ χωρίζων ζῶντας ἀπὸ τῶν νεκρῶν. τῆς μὲν οὖν κακίας ὑπὸ τῆς νομίμου γνώσεως νικωμένης, πόλεμος συνεῖχε τὸ πᾶν. σωτηρίας γὰρ χάριν υἱὸς ὑπείξας ἀπειθοῦς ἐχωρίζετο πατρὸς, ἢ καὶ πατὴρ τέκνου, ἢ τεκοῦσα θυγατρὸς, ἢ θυγάτηρ μητρὸς, καὶ ἅπαξ οἱ συγγενεῖς συγγενῶν, καὶ φίλοι συνήθων.

Καὶ μή τις λεγέτω· πῶς τοῦτο δίκαιον, χωρίζεσθαι γονεῖς τέκνων, καὶ τέκνα γονέων; δίκαιον, καὶ πάνυ. εἰ γὰρ συνόντες, μετὰ τοῦ μηδὲν αὐτοὺς ὠφελεῖν, καὶ συναπώλλυντο αὐτοῖς, πῶς οὐ δίκαιον χωρισθῆναι τὸν σώζεσθαι θέλοντα ἀπὸ τοῦ μὴ θέλοντος, συναπολέσθαι δὲ βουλομένου; πρὸς τούτοις, οὐδὲ αὐτοὶ οἱ τὸ κρεῖττον νενοηκότες χωρισθῆναι ἤθελον, ἀλλὰ συνεῖναι καὶ ὠφελεῖν αὐτοὺς τῇ τῶν κρειττόνων ὑφηγήσει. ὅθεν οἱ ἀπειθεῖς ἐπακούειν αὐτῶν μὴ θέλοντες, αὐτοὶ αὐτοὺς ἐπολέμουν, χωρίζοντες, διώκοντες, μισοῦντες. οἱ δὲ ταῦτα πάσχοντες, ἐλεοῦντες ἑαυτοὺς ὑπὸ ἀγνοίας ἐνεδρευομένους, διδασκαλίᾳ φρονήσεως ηὔχοντο ὑπὲρ τῶν κακὰ αὐτοὺς διατιθεμένων, τὴν ἄγνοιαν τοῦ ἁμαρτήματος αἰτίαν εἶναι μεμαθηκότες. αὐτὸς γὰρ ὁ διδάσκαλος προσηλωθεὶς ηὔχετο τῷ πατρὶ, τοῖς αὐτὸν ἀναιροῦσιν ἀφεθῆναι τὸ ἁμάρτημα, εἰπών· πάτερ, ἄφες αὐτοῖς τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, οὐ γὰρ οἴδασιν ἃ ποιοῦσιν. μιμηταὶ οὖν γινόμενοι τοῦ διδασκάλου καὶ αὐτοὶ, ἐν οἷς ἔπασχον, ὑπὲρ τῶν διατιθεμένων ηὔχοντο, ὡς ἐδιδάχθησαν. οὕτως οὐ γονεῖς μισοῦντες ἐχωρίζοντο, ὁπότε καὶ ὑπὲρ τῶν μὴ γονέων, μηδὲ συγγενῶν, ἐχθρῶν δὲ γενομένων ἐποίουν συνεχεῖς εὐχὰς, καὶ ἀγαπᾶν πειρῶνται ὡς ἐκελεύσθησαν.

Εἴπατε δέ μοι ὑμεῖς, πῶς τοὺς γονεῖς ἀγαπᾶτε; εἰ μὲν ὡς τὸ δίκαιον ἀεὶ σκοποῦντες, συνήδομαι· εἰ δὲ ὡς ἔτυχεν, οὐκέτι. δύνασθε γὰρ καὶ μικρᾷ προφάσει τούτων γενέσθαι ἐχθροί. εἰ δὲ εἰδότες ἀγαπᾶτε, εἴπατε ἡμῖν, τί ἐστιν

A ſtitia vacat heredes exſiſtere. Donec igitur cognoſcatis nos, ne nobis ſuccenſeatis, tamquam mentiamur circa bona quæ vobis cupimus. Quæ enim putavimus vera & bona, ea ad vos afferre non invidimus: ſed contra feſtinavimus reddere vos bonorum quæ novimus, coheredes. Ita quippe ad infideles loquendum eſt. Quod autem plane veros proferamus ſermones, non aliter poteritis ſcire, niſi prius cum veritatis ſtudio audiatis.

XVIII. Quapropter nunc, licet ſerpens, quem intus habetis latentem, mille vobis tendat inſidias, pravas ſubjiciendo cogitationes, & impedimenta; attamen eo magis obſiſtere ei debetis, & B aſſiduo nos audire. Oportet enim obſeſſos vos, ac vehementer deceptos, cognoſcere quo modo ille incantandus ſit. Aliter vero fieri nequit. Incantare autem dico, mente repugnare pravis dæmonum conſiliis.

XIX. Unde veritatis Propheta, ſciens mundum erraſſe plurimum, & malitiæ conſenſiſſe intuitus; non expetivit pacem cum illo, ut ex errore conſiſtentem; ſed tandem cunctis in malitia conſentientibus inducit, & reſipiſcentibus in locum erroris proponit, ac velut ignem immittit iram adverſus inſidiatorem, quæ gladio ſimilis eſt: objectoque ſermone, ignorantiam cognitione interi- C mit, quaſi ſcindens ac ſeparans vivos a mortuis. Itaque malitia per legitimam cognitionem devicta, bellum cuncta tenuit. Nam [a] propter ſalutem filius credens, a patre incredulo ſeparavit ſe, vel pater a filio, genitrix a filia, filia a matre; ſimulque propinqui a propinquis, & amici a familiaribus.

XX. Neque dicat aliquis: Quo modo id juſtum fuerit, ſeparari parentes a liberis, liberos a parentibus? Juſtum eſt, & valde. Nam ſi una morati, præterquam quod nihil eis proderunt, etiam cum illis peribunt; quo pacto æquum non eſt ſeparari eum qui ſalvari vult, ab eo qui non vult, ſed una perire cupit? Ad hæc: non illi qui quod præ- D ſtat intelligunt, vellent ſeparari, immo ſimul manere, aliosque meliorum expoſitione juvare. Unde increduli, dum nolunt illos audire, ipſi contra eos pugnabant, per ſeparationem, perſecutionem, odium. Qui vero iſta ſuſtinebant, miſerati eos qui ipſis per ignorantiam inſidiabantur, doctrina prudentiæ orabant pro vexatoribus ſuis, ſcientes cauſſam delicti eſſe ignorantiam. Ipſe enim Magiſter, clavis confixus orabat Patrem, ut ejus interfectoribus dimitteret peccatum, dicens: [b] *Pater, dimitte illis peccata ſua: non enim ſciunt quæ faciunt*. Imitantes ergo Magiſtrum & ipſi in iis quæ patiebantur orabant pro afflictoribus, quemadmodum edocti fuerant. Sic non odio paren- E tum ſeparabantur; quandoquidem & pro iis, qui nec erant parentes, nec propinqui, ſed inimici, preces continuas fundebant, eoſque, prout juſſi erant, nitebantur diligere.

XXI. Mihi autem dicite vos, quo modo parentes diligatis. Equidem ſi velut juſtitiam ſemper intuiti; bene eſt: ſin vero temere; non amplius bene. Poteſtis enim parvam ob cauſſam, eorum hoſtes fieri. Quod ſi gnari diligitis; dicite nobis,

a Matth. x. 34. *b* Luc. xxiii. 34.

1. Ενδομαιχῶν] Forte ἐνδομυχῶν. Cot.
2. Δεῖ γὰρ συνεδρεύοντας ὑμᾶς.] Neſcio quei verbum ἐνεδρεύειν tranſtulerim. Senſus clarus eſt: *Oportet enim ut vos qui valde decepti fuiſtis, in conſeſſum conveniendo cognoſcatis quo modo illum incantare oporteat*. Id.

γονεῖς. ἐρεῖτε γένους ἀρχηγέται. διὰ τί οὖν τὸ τῶν ὅλων γένος οὐκ ἠγαπήσατε, εἴπερ δικαίῳ φρονήματι τοῦτο ποιεῖν ἐπανείλεσθε; ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ἐρεῖτε· οὐχ ἑωράκαμεν αὐτόν. διὰ τί οὖν μὴ ζητήσαντες, τὰ ἀναίσθητα κολακεύετε; τί δέ; εἰ καὶ δύσκολον ἦν ὑμῖν γνῶναι τί Θεός· τὸ μέν τοι τί οὐ Θεὸς, μὴ εἰδέναι οὐκ ἐδυνάσθε, ἵνα λογίσησθε ὅτι Θεός ἐστιν, οὐ ξύλον, οὐ λίθος, οὐ χαλκὸς, οὐκ ἄλλο τι ἐκ φθαρτῆς γεγονὸς ὕλης.

A quid sint parentes. Respondebitis: Originis auctores. Cur ergo cunctarum rerum originem *Deum* non amatis, si justo judicio hoc suscepistis facere? Sed & jam dicetis: Illum non movimus. Quare igitur non percontati, colitis sensu destituta? Quid vero? etsi difficile erat vobis cognoscere quid sit Deus; at quid non sit Deus, nonne potuistis scire? ut reputaretis neque lignum, neque lapidem, neque æs, neque aliud quid ex corruptibili constans materia, Deum esse.

[1] Ἡ γὰρ οὐχ ὑπὸ σιδήρου ἐτορνεύθησαν, καὶ ὁ τορνεύσας σιδηρὸς ὑπὸ πυρὸς ἐμαλάχθη, καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ σβέννυται ὑπὸ ὕδατος; τὸ δὲ ὕδωρ οὐχ ὑπὸ πνεύματος τὴν κίνησιν ἔχει, καὶ τὸ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ τὰ ὅλα πεποιηκότος Θεοῦ τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκστάσεως ἔχει; οὕτως γὰρ ὁ προφήτης εἴρηκεν Μωσῆς· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος· καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. ὅπερ καὶ λέγοντος τοῦ Θεοῦ, τὸ πνεῦμα ὥσπερ χεὶρ αὐτοῦ, τὰ πάντα δημιουργεῖ, φῶς ἀπὸ σκότους χωρίζον, καὶ μετὰ τὸν ἀόρατον οὐρανὸν, τὸν φαινόμενον ἐφαπλῶσαι· ἵνα τὰ ἄνω τοῖς τοῦ φωτὸς ἀγγέλοις οἰκηθῇ, τὰ δὲ κάτω ὑπὸ ἀνθρώπου ἅμα τοῖς δι' αὐτὸν γενομένοις πᾶσιν διοικηθῇ.

XXII. Nonne enim ferro cælata sunt simulacra, & ferrum quod sculpsit, igne emollitum est, & ignis aqua exstinguitur? An non vero aqua B per spiritum movetur, atque spiritus a Deo cunctorum opifice initium exstantiæ habet? Sic enim dixit Moyses propheta: [a] *In principio creavit Deus cælum & terram: terra autem erat invisibilis, & incomposita: & tenebræ erant super abyssum: & spiritus Dei ferebatur super aquas.* Qui spiritus, dicente Deo, velut manus ipsius, cuncta fecit, lucem separavit a tenebris; & post cælum invisibile, visibile expandit; ut superiora ab Angelis lucis habitarentur; inferiora vero ab homine una cum omnibus propter ipsum factis administrarentur.

Διὰ γάρ σε τὸν ἄνθρωπον, ὁ Θεὸς ἐκέλευσεν τὸ ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς ὑποχωρῆσαι ὕδωρ, ἵνα καρποὺς ἡ γῆ σοι προσενέγκαι δυνηθῇ· καὶ τρηδόνας ἐποίησεν, ἵνα σοι παράσχῃ πηγὰς, καὶ ποταμῶν ῥεῖθρα φανῇ, καὶ ζῶα [2] ἐκβασθῇ· συνελὼν ἐρῶ, ἵνα πάντα σοι παραστῆναι δυνηθῇ. ἢ γὰρ οὐ διὰ σὲ ἄνεμοι πρὸς καρπῶν ἐπιγονὴν, καὶ ὑετοὶ φέρονται, καὶ τροπαὶ γίνονται; αὐτίκα γοῦν ἥλιος καὶ σελήνη ἅμα τοῖς ἄλλοις ἄστροις διὰ σὲ τὰς ἀνατολὰς καὶ δύσεις ἐκπληροῦσιν, καὶ ποταμοὶ καὶ λίμναι ἅμα [3] ταῖς πάσαις ὑπηρετοῦσιν. ὅθεν σοι τῷ ἀναισθήτῳ ὥσπερ ἡ μείζων ἐδόθη τιμὴ, οὕτως ἀχαριστήσαντι ἡ μείζων διὰ πυρὸς κόλασις προητοίμασται, ὅτι γνῶναι οὐκ ἠθέλησας ὃν πρὸ πάντων ἔδει γνῶναι.

XXIII. Nam propter te hominem, Deus aquam C quæ supra faciem terræ erat, jussit secedere, ut tibi terra fructus posset producere: & fecit meatus, quo fontes tibi præberet, ac apparerent fluminum undæ, & animalia exirent: uno verbo, ut omnia se tibi possent offerre. Aut non propter te venti spirant, ad fructuum productionem, & imbres deferuntur, & anni tempestates fiunt? Jam vero sol & luna cum aliis stellis propter te oriuntur & occidunt; fluvii & stagna, cum maribus tibi subserviunt. Unde tibi sensu carenti quemadmodum major præstitus est honor; ita ingrato major præparata est ignis pœna: quod scire nolueris quem ante omnia oportuit cognoscere.

Κἂν νῦν δὲ ἐκ τῶν ἡττόνων ἐπίγνωθι τὴν τῶν ὅλων αἰτίαν, λογισάμενος ὅτι τὰ πάντα τὸ ὕδωρ ποιεῖ, τὸ δὲ ὕδωρ ὑπὸ πνεύματος κινήσεως τὴν γένεσιν λαμβάνει, τὸ δὲ πνεῦμα ἀπὸ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχει. καὶ οὕτως ἔδει λογίσασθαι, ἵνα ἐπὶ λόγῳ εἰς Θεὸν καταντῆσαι δυνηθῇς. ὅπως ἐπιγνῷς [4] αὐτὸ γένος, καὶ πρωτογόνῳ ἀναγεννηθεὶς ὕδατι, καὶ κληρονόμος καταστῇς τῶν πρὸς ἀφθαρσίαν γεννησάντων σε γονέων.

D XXIV. Sed vel nunc ex minoribus agnosce cunctorum caussam; considerans quod omnia aqua producit, aqua vero a spiritu accipit motus originem, spiritus autem ab universorum Deo initium habet. Atque ita oportet reputare, quo per rationem ad Deum possis pervenire. Ut agnoscas tuum genus, & regeneratus aqua primigenia, etiam heres efficiaris parentum qui te ad incorruptionem genuerunt.

Διὸ ἑτοίμως πρόσελθε, ὡς υἱὸς πατρὶ, ἵνα τῶν ἁμαρτημάτων σου ὁ Θεὸς τὴν ἄγνοιαν αἰτίαν θῇ. εἰ δὲ καὶ μετὰ τὸ κληθῆναι, οὐ θέλεις, ἢ βραδύνεις, δικαίᾳ Θεοῦ ἀπολῇ κρίσει, τῷ μὴ θελῆσαι, μὴ θεληθείς. καὶ μή τοι νομίσῃς ὅτι ἐὰν πάντων τῶν ποτὲ γενομένων εὐσεβῶν εὐσεβέστερος γένῃ, ἀβάπτιστος δὲ ᾖς, ἐλπίδος τυχεῖν δυνήσῃ ποτέ. ταύτῃ γὰρ μᾶλλον πλείονα ὑφέξεις κόλασιν, ὅτι καλὰ ἔργα οὐκ ἐποίησας καλῶς. καλὴ γὰρ εὐποιΐα, ὁπόταν ὡς Θεὸς ἐκέλευσεν γίνηται. σὺ δὲ εἰ οὐ θέλεις, ὡς ἐκείνῳ ἔδοξεν, βαπτισθῆναι, τῷ σῷ θελήματι ὑπηρετῶν, ἐχθραίνεις τῇ ἐκείνου βουλῇ.

XXV. Propter quod promte, tamquam filius ad patrem accede; ut Deus caussam peccatorum tuorum ponat ignorantiam. Quod si postquam vocatus es, non vis, aut cunctaris; justo Dei judicio peribis; E & quia noluisti, nolet te Deus. Nec vero putes, quod etsi omnium qui umquam fuerunt pii, piissimus sis, non fueris autem baptizatus, spem adipisci aliquando poteris. Eo enim majores dabis pœnas, quod bona opera non bene feceris. Præclara enim res est, bona operari, quando juxta mandatum Dei fit. Tu vero, si, ut illi placet, nolis baptizari, tuæ voluntati obsequens, illius consilio repugnas.

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· τί συμβάλλεται πρὸς εὐσέβειαν

XXVI. Sed aliquis forsan dicet: Quid confert

[a] Gen. I. 1.

1. Ἡ γὰρ οὐχ ὑπὸ σιδήρου &c.] Proferuntur a Turriano pro Epistolis Pontificum lib. 5. cap. ult. cum quibusdam, sed nullius momenti varietatibus. COT.

2. Ἐκβασθῇ.] Forte ἐκβρασθῇ. ID.

3. Ταῖς πάσαις.] Ex Recogn. VI. 7. legendum fortasse θαλάσσαις. ID.

4. Αὐτό.] Lege σαυτοῦ γένος, suum ipsius genus. DAVIS.

SÆCUL. II. CIRCA ANN. CHR. 230.



τὸ βαπτισθῆναι ὕδατι; πρῶτον μὲν, ὅτι τὸ δόξαν A Θεῷ πράττεις. δεύτερον δὲ, ἐξ ὕδατος ἀναγεννηθεὶς Θεῷ, [1] αἰτίᾳ φόβου, τὴν ἐξ ἐπιθυμίας πρώτην σοι γενομένην καταλλάσσεις γένεσιν, καὶ οὕτως σωτηρίας τυχεῖν δύνῃ· ἄλλως δὲ ἀδύνατον. οὕτως γὰρ ἡμῖν ὤμοσεν ὁ προφήτης, εἰπών· ἀμὴν ὑμῖν λέγω, ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε ὕδατι ζῶντι, εἰς ὄνομα πατρὸς, υἱοῦ, ἁγίου πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. διὸ προσέλθετε. ἔστιν γάρ τι ἐκεῖ ἀπαρχῆς ἐλεήμον, ἐπιφερόμενον τῷ ὕδατι, [2] τοὺς βαπτιζομένους ἐπὶ τῇ τρισμακαρίᾳ ἐπωνομασίᾳ καὶ ῥύεται τῆς ἐσομένης κολάσεως, ὥσπερ δῶρα προσφέρον τῷ Θεῷ [3] ὅτ᾽ ἂν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος αὐτῶν τῶν βαπτισθέντων τὰς εὐποιΐας. διὸ προσφεύγετε τῷ ὕδατι· τοῦτο γὰρ μόνον τὴν τοῦ πυρὸς ὁρμὴν σβέσαι δύναται. B τοῦτῳ ὁ μήπω προσελθεῖν θέλων, ἔτι τὸ τῆς λύσσης φέρει πνεῦμα, οὗ ἕνεκα ἐπὶ τῇ αὐτοῦ σωτηρίᾳ ὕδατι ζῶντι προσελθεῖν οὐ θέλει.

Πρόσελθε οὖν, κἂν δίκαιος ἦς, κἂν ἄδικος. δικαίῳ γὰρ ὄντι σοι, μόνον ἔλειπεν τὸ πρὸς σωτηρίαν βαπτισθῆναι, εἰς ἄφεσιν τῶν ἐν ἀγνοίᾳ πεπραγμένων. [4] ὑποκαταλείπεται κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἀσεβείας, ἡ ἐπὶ τὸ βάπτισμα εὐποιΐα. διὸ εἴ τι δίκαιος εἶ, εἴτε ἄδικος, σπεῦσον γεννηθῆναι Θεῷ· ὅτι ἡ ἀναβολὴ κίνδυνον φέρει, διὰ τὸ ἄδηλον εἶναι τοῦ θανάτου τὴν προθεσμίαν. τῷ ἐξ ὕδατος γεννῶντί σε πατρὶ διὰ τῆς εὐποιΐας τὴν ὁμοιότητα δείξας. ὡς φιλαληθὴς τὸν ἀληθῆ Θεὸν τιμῶν ὡς πα- C τέρα. τιμὴ δὲ αὐτῷ, τὸ ζῆν σε ὡς αὐτὸς δίκαιος ὢν θέλει. δικαίου δὲ θέλημα τὸ μὴ ἀδικεῖν. ἀδικία δέ ἐστιν φονεύειν, μοιχεύειν, μισεῖν, πλεονεκτεῖν, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· τούτων δὲ εἴδη πολλά.

Πλὴν τούτοις συνεισφέρειν δεῖ τί ποτε, ὃ κοινότητα πρὸς ἀνθρώπους μὲν οὐκ ἔχει, ἴδιον δὲ θρησκείας Θεοῦ τυγχάνει. λέγω δὴ τὸ καθαρεύειν· τὸ ἐν ἀφέδρῳ οὔσῃ τῇ ἰδίᾳ γαμετῇ μὴ κοινωνεῖν· ὅτι τοῦτο ὁ Θεοῦ κελεύει νόμος. τί δέ; εἰ μὴ καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ θρησκείᾳ τὸ καθαρεύειν ἀνέκειτο, ὑμεῖς ὡς οἱ κάνθαροι [5] ἡδέως ἀνεκυλίεσθε; διὸ ὡς ἄνθρωποι ἔχοντές τι πλεῖον τῶν ἀλόγων ζώων, τὸ λογικὸν εἶ- D ναι, τὴν μὲν καρδίαν τῶν κακῶν οὐρανίῳ καθαίρετε λογισμῷ, λουτρῷ δὲ πλύνατε τὸ σῶμα. καλὸν γὰρ τὰ ἀληθῆ τὸ καθαρεύειν. οὐχ ὡς ὅτι προηγεῖται τῆς κατὰ τὴν καρδίαν καθάρσεως ἡ τοῦ σώματος ἁγνεία, ἀλλὰ ὡς ὅτι ἕπεται τῷ ἀγαθῷ τὸ καθάριον. καὶ γὰρ ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ἐνίους τῶν ἐν ὑμῖν Φαρισαίων καὶ γραμματέων, οἵ εἰσιν [6] ἀφωρισμένοι, καὶ τὰ νόμιμα ὡς γραμματεῖς τῶν ἄλλων πλεῖον εἰδότες· ὅμως διήλεγχεν αὐτοὺς ὡς ὑποκριτὰς, ὅτι μόνα τὰ ἀνθρώποις φαινόμενα ἁγνεύοντες, τὰ τῆς καρδίας καθαρὰ καὶ Θεῷ μόνῳ ὁρώμενα παρελίμπανον.

Ῥητῇ οὖν ταύτῃ φωνῇ ἐχρήσατο, τὰ ἀληθῆ πρὸς E τοὺς ὑποκριτὰς αὐτῶν, οὐ πρὸς πάντας. ἐνίων γὰρ καὶ ἐπακούειν ἔλεγεν, ὅτι τὴν Μωϋσέως ἐπιστεύθησαν καθέδραν. πλὴν πρὸς τοὺς ὑποκριτὰς ἔλεγεν· οὐαὶ ὑμῖν

A ad pietatem, aqua baptizari? Primo quidem; quia id quod Deo placuit, facis. Secundo vero, per aquam Deo renatus, timoris caussa, primam nativitatem quam ex concupiscentia traxisti, permutas, sicque salutem consequi potes: aliter autem impossibile est. Ita enim nobis juravit Propheta, dicens [a]: *Amen dico vobis, nisi renati fueritis aqua viva, in nomine Patris, Filii, Spiritus sancti, non introibitis in regnum cælorum*. Quocirca accedite. Ibi namque est aliquid ab initio misericors, quod [b] fertur super aquam, & eos qui in ter beata invocatione baptizati sunt, eripit de futuris suppliciis; & quæ post baptismum facta sunt a baptizatis bona opera, Deo offert quasi donum. Quare confugite B ad aquam: hæc enim sola vim ignis potest exstinguere. Ad quam qui nondum vult venire, adhuc rabidum gerit spiritum, cujus gratia non vult pro sua salute adire aquam vivam.

XXVII. Accede igitur, sive justus sis, sive injustus. Nam tibi, si justus es, solum deerat baptizari in salutem & in remissionem eorum quæ in ignorantia perpetrasti; si vero injustus, relinquitur ut baptismatis bona opereris, juxta impietatis proportionem. Quapropter sive justus es, sive iniquus, festina nasci Deo; quia dilatio affert periculum: nam incertum est præstitutum morti nostræ tempus. Patri, qui te ex aqua genuit, similitudinem per C bona opera ostende. Tamquam veri studiosus, verum Deum honora ut patrem. Honor autem ejus est, ut ita vivas, sicut ipse, qui justus est, desiderat. Porro justi voluntas est, injustitiam non facias. Et est injustitia, occidere, adulterare, odisse, fraudare, ceteraque his similia, quorum multæ sunt species.

XXVIII. Verumtamen istis adjiciendum est aliquid, quod quidem cum reliquis hominibus non est commune, sed proprie competit religioni Dei. Dico autem, in puritate degere; ad uxorem suam quando in purgatione est non accedere: hoc quippe jubet Dei Lex [c]. Quid vero? nisi puritas in religione Dei esset consecrata, vos ut canthari in vo- D luptate volveremini? Quare, tamquam homines, aliquid amplius brutis animantibus habentes, nimirum, esse rationales; cor quidem a malis purgate per cælestem intellectum; lavacro autem corpus diluite. Nam inter vere bona est munditiеs. Non quasi cordis puritatem præcedat castitas corporis; sed quia post bonum sequitur quod mundum est. Etenim Magister noster quosdam vestrorum Pharisæorum & Scribarum, qui sunt separati, & Legis instituta, ut Scribæ, plus ceteris cognoscunt, redarguebat tamen velut hypocritas; quod ea sola quæ ab hominibus videntur purificarent, cordis vero puritatem, quam solus Deus aspicit, relinquerent.

E XXIX. Hac ergo ipsa voce usus est, re vera ad eorum hypocritas, non vero ad omnes. Nam præcepit [d] ut quibusdam obediretur, quod iis commissa fuisset Moysis cathedra. Verum ad hypocritas di-

[a] Joan. III. 5. [b] Gen. I. 1. [c] Levit. XVIII. 19. [d] Matth. XIII. 2.

1. Αἰτίᾳ φόβου.] Non erat in Codice Turriani: nec a Rufino agnoscitur. Mox pro καταλλάσσεις, apud Turrianum ἀποτέμνῃ. Rufinus, *amputatur*. COT. — Saltem rescribendum αἰτίᾳ φόβου. At vero quandoquidem hasce voces nec legit *Rufinus*, nec agnoscit *Turriani* MS. eas a mala manu esse credo; non enim video quid heic faciant. DAVIS.

2. Τοὺς βαπτιζομένους.] Deest forte verbum. *Et agnoscit eos qui baptizantur*. Rufinus. COT. — Nullum, ut videtur deest verbum. Transposita tantum particula copulante legendum: καὶ τοὺς βαπτιζομένους ἐπὶ τῇ τρισμακαρίᾳ ἐπωνομασίᾳ ῥύεται καὶ τῆς ἐσομένης κολάσεως. Ita certe sensus fit integer. DAVIS.

3. Ὅτ᾽ ἄν.] Lege ὡς ἄν. Nec aliter Cotelerius, ut ex ejus translatione liquet. ID.

4. Ὑποκαταλ.] Forte præmittendum ἀδίκῳ δέ. COT.

5. Ἡδέως.] *In voluptate*, vel *cum voluptate*. Rufinus, *libenter*. ID.

6. Ἀφωρισμένοι.] Id significat nomen Φαρισαῖοι. Paullo ante puto legendum, τῶν ἐν ἡμῖν Φαρισαίων. Suspecta autem Ebionismi & Judaismi sunt quæ his capitibus dicuntur de lavatione. ID.

γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταὶ, ὅτι καθαρίζετε A τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος τὸ ἔξωθεν· ἔσωθεν δὲ γέμει ῥύπους. Φαρισαῖε τυφλὲ, καθάρισον πρῶτον τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος τὸ ἔσωθεν, ἵνα γένηται καὶ τὰ ἔξω αὐτῶν καθαρά. καὶ ἀληθῶς. φωτισθέντος γὰρ τοῦ νοῦ τῇ γνώσει, ὁ μαθὼν δύναται ἀγαθὸς εἶναι· ᾧ παρέπεται τὸ καθαρὸν γενέσθαι. ἐκ τῆς ἔσω γὰρ διανοίας, ἡ τοῦ ἔξω σώματος ἀγαθὴ γίνεται πρόνοια. ὡς ἀπό γε τῆς κατὰ τὸ σῶμα ἀναισθησίας, τῆς διανοίας πρόνοια γενέσθαι οὐ δύναται· οὕτως ὁ καθαρὸς καὶ τὸ ἔξω καὶ τὸ ἔσω καθάραι δύναται· ὁ δὲ τὰ ἔξω καθαίρων, πρὸς [1] ἀνθρώπους τὸν ἔπαινον ἀφορῶν, τοῦτο ποιεῖ, καὶ ἐπαίνῳ τῶν ἱστορούντων, παρὰ τῷ Θεῷ οὐδὲν ἔχει.

xit [a]: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ; quia mundatis calicis & paropsidis quod exterius est; intus autem ea plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, munda prius calicis & paropsidis interius, ut & illorum exteriora munda fiant.* Et vere. Nam mente per scientiam illustrata, qui didicit potest esse bonus; quam rem consequitur puritas. Quia ex interiori intellectu fit exterioris corporis bona provisio; quemadmodum ex corporis neglectu, mentis provisio fieri nequit. Ita qui purus est, & quod exterius est, & quod interius potest purgare: qui vero exteriora purgat, ad hominum laudes aspiciens id agit; ac propter cernentium laudes, nihil a Deo recipit.

Τίνι δὲ οὐ φαίνεται ὅτι κρεῖττόν ἐστιν γυναικὶ ἐν B γυναικίοις οὔσῃ μὴ συνελθεῖν, ἀλλὰ καθαρθείσῃ καὶ βαπτισθείσῃ; ἀλλὰ καὶ μετὰ κοινωνίαν βαπτίζεσθαι δεῖ. εἰ δὲ τοῦτο ποιεῖν ὀκνεῖτε, ἀναπολήσατε πῶς τὰ τῆς ἁγνείας μέρη μετεδιώκετε, ὅτε ἀναισθήτοις εἰδώλοις θρησκεύετε. αἰσχύνθητε ὅτι ἐνταῦθα ὅπου ἔχρῆν, οὐ τὸ πλεῖον λέγω, ἀλλὰ μόνον καὶ ὅλον τὸ τῆς ἁγνείας ἀναδέξασθαι, ὀκνηρότεροι γίνεσθε. νοήσατε οὖν τὸν ἐκεῖ ὑμᾶς πεποιηκότα, καὶ διανοηθήσεσθε τίς ἐστιν ὁ ἐνταῦθα ὄκνον πρὸς ἁγνείαν ὑμῖν ἐμβάλλων.

XXX. Cui vero non apparet, melius esse ad mulierem menstrua patientem non accedere, sed ad purificatam & lotam? Oportet etiam post concubitum lavari. Quod si hoc facere vos piget, animo repetite, quo pacto castimoniæ munia prosequebamini, quando sensus expertia idola colebatis. Erubescite, quod heic, ubi oportuit, non dico majorem, sed singularem & integram amplecti castitatem, segniores estis. Cogitate igitur eum qui vos illic constituerat, & intelligetis quis heic vobis segnitiem ad castimoniam immittat.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις ὑμῶν· χρὴ οὖν ἡμᾶς ποιεῖν ὅσα ἐν εἰδώλοις ἐποιοῦμεν; φημί σοι, οὐχ ὅλα, ἀλλ' ὅσα καλῶς ἐποιεῖτε, καὶ ἐνταῦθα πλεῖον. ὅ τι γὰρ ἂν C καλῶς γίνηται ἐν τῇ πλάνῃ, ἀπὸ τῆς ἀληθείας ἤρτηται, ὡς εἰ καί τι ἐν τῇ ἀληθείᾳ κακῶς γένοιτο, ἀπὸ τῆς πλάνης ἐστίν. ἀπολάβετε οὖν ὑμῶν πανταχόθεν τὰ ἴδια, μὴ τὰ ἀλλότρια· καὶ μὴ λέγετε· εἴ τι ποιοῦσιν οἱ πεπλανημένοι καλὸν, ποιεῖν οὐκ ὀφείλομεν. τούτῳ γὰρ τῷ λόγῳ, ἐὰν μὴ φονεύῃ τις εἴδωλα σέβων, φονεύειν ὀφείλομεν, ὅτι ὁ ἐν πλάνῃ ὢν οὐ φονεύει.

XXXI. Sed dicet aliquis vestrum: Oportet ergo nos facere quæcumque apud idola egimus? Aio tibi: Non omnia, sed quæcumque bene faciebatis, atque heic majorem in modum. Quidquid enim bene fit in errore, a veritate pendet; sicut & si quid male fiat in veritate, ex errore venit. Recipite igitur quæ undique ad vos pertinent, non quæ sunt aliena: & ne dicatis: Si quid boni faciunt qui errant, facere non debemus. Hac siquidem ratione, si non occidat idolorum cultor, debemus occidere, quia qui in errore versatur non occidit.

[2] Οὐχὶ ἄλλο τὸ πλεῖον; ἵνα οἱ ἐν πλάνῃ μὴ φονεύωσιν, ἡμεῖς ὀργιζώμεθα· ἐὰν ὁ ἐν πλάνῃ [3] μοιχεύει, ἡμεῖς τὴν ἀρχὴν μὴ δὲ ἐνθυμηθῶμεν· ἐὰν ὁ ἐν πλάνῃ τὸν ἀγαπῶντα ἀγαπᾷ, ἡμεῖς καὶ τοὺς μισοῦντας· ἐὰν ὁ ἐν πλάνῃ δανείζῃ τοῖς ἔχουσιν, ἡμεῖς καὶ D τοῖς μὴ ἔχουσιν. ἁπαξαπλῶς ὀφείλομεν οἱ τὸν ἄπειρον αἰῶνα ἐλπίζοντες κληρονομεῖν, τῶν τὸν παρόντα μόνον εἰδότων, τῶν ὑπ' αὐτῶν γενομένων καλῶν κρεῖττον ποιεῖν· εἰδότες, ὅτι ἐὰν αὐτῶν τὰ ἔργα τοῖς ἡμετέροις ἔργοις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἀνακριθέντα, [4] ὅσα τῇ εὐποιίᾳ ἀρετῇ, καὶ ἡμεῖς ἐναισχυνθῆναι ἔχομεν, αὐτοὶ δὲ διὰ πλάνην τὰ καθ' αὐτῶν ποιήσαντες ἀπολέσθαι. τὸ δὲ αἰσχυνθῆναι κατὰ τοῦτο εἴρηκα, ὅτι μὴ πλεῖον ἐποιήσαμεν αὐτῶν, ὧν καὶ πλεῖον ἐγνώκαμεν. εἰ δὲ αἰσχυνθῆναί ἐστιν, τὴν εὐποιίαν αὐτοῖς ἴσην δείξαντες, καὶ οὐ πλεῖον, πῶς γε μᾶλλον, ἐὰν αὐτῶν τῆς εὐποιίας τὸ ἧττον δείξωμεν;

XXXII. Nonne aliud potius? Ut [b] si illi qui errant, homicidium non faciunt; nos, ne irascamur quidem: si errans non mœchatur; nos, primitus ne quidem concupiscamus: si ille amantem amat; nos, etiam inimicos diligamus: si ille mutuum dat iis qui habent; nos, etiam non habentibus. Omnino sane debemus qui æterni sæculi hereditatem speramus, in bonis operibus superare eos qui præsens tantum sæculum norunt: gnari quod si opera illorum cum nostris operibus in die judicii collata, paris meriti reperiantur, confusio nobis erit; & illi per errorem sua operati interibunt. Fore autem nobis confusionem, in eo dixi, quod non amplius fecerimus quam illi, quibus amplius intelleximus. Quod si confusio erit, in operibus bonis nos illis æquales ostendere, non superiores; quanto magis, si in iisdem operibus nos inferiores exhibuerimus?

Ὅτι δὲ ὄντως ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ταῖς τῶν πεπλανη- E μένων εὐποιίαις αἱ τῶν ἀλήθειαν ἐγνωκότων [5] ἰσάζονται πράξεις, αὐτὸς ἡμᾶς ὁ ἀψευδὴς ἐδίδαξεν, εἰπὼν πρὸς μὲν τοὺς ἀμελοῦντας ἐλθεῖν καὶ ἐπακούειν αὐτοῦ· Βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινεῖ αὐτήν· ὅτι ἦλθεν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς ἀκοῦσαι τὴν σοφίαν Σολομῶντος· καὶ ἰδοὺ πλεῖον Σολομῶντος ὧδε, καὶ οὐ πι-

XXXIII. Quod autem vere in die judicii bonis operibus errantium æquentur actiones cognoscentium veritatem, ipse nos docuit qui nescit mentiri, dicens ad eos quidem qui negligebant venire & audire illum [c]: *Regina Austri surget cum generatione ista, & condemnabit eam; quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis; & ecce plusquam Salomon heic; & non creditis.* Ad eos vero e po-

a Matth. XXIII. 25. *b* Matth. V. Luc. VI. *c* Matth. XII. 42.

1. Ἀνθρώπους.] Necessario legendum *ἀνθρώπων*, *hominum*. Davis.

2. Οὐχὶ ἄλλο τὸ πλεῖον.] Aut cum Rufino, οὐχί· ἀλλὰ τὸ πλεῖον. Et statim forte legendum ἵνα εἰ οἱ. Mox post ἡμεῖς deest μὴ, vel μὴ δέ. Cot.

3. Μοιχεύει] Deest μή. Et paullo post legendum forte ἐπιθυμηθῶμεν. Id.

4. Ὅσα] Leg. ἴσα. Id.

5. Ἰσάζονται.] *Æquantur*. id est *comparantur*. Id.

στεύετε. πρὸς δὲ τοὺς ἐν τῷ λαῷ μὴ θέλοντας μετανοῆσαι ἐπὶ τῷ κηρύγματι αὐτοῦ, εἶπεν· ἄνδρες Νινευῖται ἐγερθήσονται μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι ἀκούσαντες μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ· καὶ ἰδοὺ πλεῖον ὧδε, καὶ οὐδεὶς πιστεύει. καὶ οὕτως πρὸς πᾶσαν ἀσέβειαν αὐτῶν ἀντιπαραθεὶς τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεποιηκότας, εἰς κατάκρισιν τῶν ἐν θεοσεβείᾳ μηδὲ τὸ ἴσον καλὸν τοῖς πεπλανημένοις πεποιηκότων, τοὺς ἔχοντας λογισμὸν ἐνουθέτει, μὴ μόνον ὅσα τοῖς ἔθνεσιν τὰ καλὰ ἴσως ποιεῖν, ἀλλὰ τὸ πλεῖον. ὁ δὲ λόγος μοι ἐῤῥύη, πρόφασιν λαβὼν ἐκ τοῦ δεῖν φυλάσσειν τὴν ἄφεδρον, καὶ ἀπὸ κοινωνίας βαπτίζεσθαι· μὴ ἀρνεῖσθαι τὴν τοιαύτην ἁγνείαν, κἂν οἱ πεπλανημένοι αὐτὴν πράττωσιν, ὅτι εἰς κατάκρισιν τῶν ἐν θεοσεβείᾳ εἰσὶν οἱ ἐν πλάνῃ ποιοῦντες καλῶς μετὰ τοῦ μὴ σώζεσθαι· ὅτι ἡ τιμὴ τῆς ἁγνείας αὐτῶν ἐστιν διὰ τὴν πλάνην, καὶ οὐ διὰ θρησκείαν τοῦ ὄντως πατρὸς καὶ Θεοῦ τῶν ὅλων.

pulo, qui nolebant ad illius prædicationem agere pœnitentiam, dixit [a]: *Viri Ninivitæ surgent cum generatione hac, & condemnabunt illam; quia audientes egerunt pœnitentiam ad prædicationem Jonæ; & ecce plus heic; & nemo credit.* Sicque ad omnem eorum impietatem opponens Ethnicorum bene operantes, in condemnationem eorum qui in vera religione ratione bonorum operum æqualia non faciebant errantibus; admonebat cordatos, ut non solum bonitatem Gentilium æquarent operibus, sed etiam vincerent. Mihi autem fluxit hic sermo, occasione accepta ex eo quod oportet servare tempus purgationis, & post concubitum corpus abluere; nec infitiari hanc castimoniam, licet qui a veritate aberrant, illam exsequantur: quandoquidem qui in errore bene agunt, & veræ religionis homines condemnant, & non salvantur: quia castitatem colunt propter errorem, non vero propter pietatem in verum patrem ac omnium Deum.

Τοῦτο δὲ εἰπὼν, ἀπέλυσεν τοὺς ὄχλους, καὶ συνήθως ἄρτον σὺν τοῖς φιλτάτοις μεταλαβὼν, ἡσύχασεν. οὕτως οὖν ποιῶν, καὶ διαλεγόμενος ἑκάστοτε, [1] προσαγωγὰς κατὰ τὸ βέβαιον προσέφερεν τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ, τοὺς νομιζομένους μετὰ τῆς νομιζομένης γενέσεως ἐλέγχων, καὶ ὅτι αὐτοματισμὸς μὲν οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ κατὰ πρόνοιαν διοικεῖται ὁ κόσμος.

XXXIV. Quod cum dixisset, turbas dimisit; & ex more cum familiaribus cibo sumto, quievit. Ita ergo faciens, & quotidie disserens, oblationes firmas legi Dei offerebat; putatos deos, cum credita genesi confutans, ostendensque temerarium rerum casum nequaquam esse, sed mundum ex providentia gubernari.

Τριῶν οὖν μηνῶν πληρωθέντων, νηστεῦσαί μοι κελεύσας ἡμερῶν, ἀγαγών με εἰς τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ πλησίον οὔσας πηγὰς, ὡς εἰς ἀέναον ἐβάπτισεν ὕδωρ. οὕτως οὖν εὐωχηθέντων τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν ἐπὶ τῇ θεοδωρήτῳ μου ἀναγεννήσει, μετ᾽ οὐ πολλὰς ἡμέρας τοῖς πρεσβυτέροις ἐπιστρέφων, ἐπὶ πάσης τῆς ἐκκλησίας ἐνετείλατο, λέγων· ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς κύριος ἡμῶν καὶ προφήτης, ὑφηγήσατο ἡμῖν, ὡς ὁ πονηρὸς τεσσαράκοντα ἡμέρας διαλεχθεὶς αὐτῷ, καὶ μηδὲν δυνηθεὶς πρὸς αὐτὸν, ἐκ τῶν αὐτοῦ ἐπηκόων ἐπηγγέλλετο πρὸς ἀπάτην ἀποστόλους πέμψαι. διὸ πρὸ πάντων μέμνησθε ἀπόστολον ἢ διδάσκαλον ἢ προφήτην, μὴ πρότερον ἀντιβάλλοντα αὐτοῦ τὸ κήρυγμα Ἰακώβῳ τῷ λεχθέντι ἀδελφῷ τοῦ κυρίου μου, καὶ πεπιστευμένῳ ἐν Ἱερουσαλὴμ τὴν Ἑβραίων διέπειν ἐκκλησίαν, καὶ [2] μετὰ μαρτύρων προσεληλυθότι πρὸς ὑμᾶς. ἵνα μὴ ἡ κακία ἡ τῷ κυρίῳ προδιαλεχθεῖσα ἡμέρας τεσσαράκοντα μηδὲν δυνηθεῖσα, ὕστερον ὡς ἀστραπὴ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς πεσοῦσα, καθ᾽ ὑμῶν ἐκπέμψῃ κήρυκα· ὡς νῦν ἡμῖν τὸν Σίμωνα ὑπέβαλεν προφάσει ἀληθείας ἐπ᾽ ὀνόματι τοῦ κυρίου ὑμῶν κηρύσσοντα· [3] πλάνην δὲ ἐνσπείροντα ὑποβάλλῃ. οὗ χάριν ὁ ἀποστείλας ἡμᾶς ἔφη· πολλοὶ ἐλεύσονται πρὸς μὲ ἐν ἐνδύματι προβάτων, ἔσωθεν δὲ λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγινώσκετε αὐτούς.

XXXV. Completis ergo tribus mensibus, cum per dies jussisset me jejunare; ducens ad fontes maris vicinos, ut in perenni aqua baptizavit. Sic igitur fratribus nostris feriatis ac lætis, pro mihi a Deo concessa secunda nativitate, Petrus paucis post diebus conversus ad presbyteros, coram omni ecclesia præcepit, dicens: Qui misit nos Dominus noster & Propheta, narravit nobis, [b] quemadmodum diabolus quadraginta diebus cum eo collocutus, nihilque contra valens, promiserit se ex suis sectatoribus Apostolos ad fraudem faciendam missurum. Quare ante omnia memores estote illius Apostoli, vel magistri, vel Prophetæ, qui non prius prædicationem suam doctrinamque contulerit cum Jacobo, dicto Domini mei fratre, cui creditum est ecclesiæ Hebræorum Hierosolymitanæ regimen; nec ad vos venerit cum testibus. Ne forte malitia, quæ prius cum Domino per quadraginta dies disceptavit, nec quidquam potuit; deinceps velut fulgure cælo in terras delapsa, contra vos mittat præconem; sicut nobis immisit Simonem, prætextu veritatis in nomine Domini nostri prædicantem; subjiciatque institorem erroris. Qua de caussa qui misit nos, dixit [c]: *Multi venient adversus me in vestimento ovium, intrinsecus autem lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscite eos.*

Καὶ ταῦτα εἰπὼν, τοὺς μὲν προπόμπους ἐξέπεμψεν εἰς Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας, ἐκεῖ τὴν ἐπομένην ἐπιμένειν εἰπών. τῶν οὖν πορευθέντων, ὁ Πέτρος πολλῶν πεπεισμένων ὄχλων, νόσους, πάθη, δαίμονας ἀπελάσας, καὶ εἰς τὰς ἐν τῇ θαλάσσῃ πλησίον οὔσας πηγὰς βαπτίσας, καὶ εὐχαριστίαν [4] καλέσας, Μαροόνην τὸν ἀποδεξάμενον αὐτὸν, ἤδη λοιπὸν τέλειον ὄντα, ἐπίσκοπον καταστήσας, καὶ πρεσβυτέρους δώδεκα ὁρίσας, καὶ διακόνους δείξας, καὶ χηρικὰ συστησάμενος, ὑπέρ τε τοῦ κοινοῦ καὶ [5] συμφέ-

XXXVI. Atque his dictis; eos qui ad præcedendum fuerant ordinati, in Antiochiam Syriæ emisit, jubens ut ibi tempus secuturum exspectarent. Iis itaque profectis, Petrus ingenti hominum multitudine ad fidem adducta, morbos, ægritudines, dæmones expulit; in fontibus maris vicinis baptizavit, & Eucharistiam fregit: cumque Maroonem hospitem suum, jam omnino perfectum, in Episcopum constituisset; duodecim Presbyteros designasset; fecisset Diaconos; quæ ad ordinem viduarum pertinent statuisset; pro

a Luc. XI. 32. *b* Marc. I. 13. *c* Matth. VII. 15.

1. *Προσαγωγὰς κατὰ τὸ βέβαιον προσέφερεν τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ.*] Ab hujusce loci mente mirum quantum aberravit Cl. Cotelerius. Ad verbum sic verte: *divinæ legi firmas adduxit accessiones*; hoc est, homines nonnullos ita convertit, ut in posterum divinæ revelationi ex animo crederent & adhærerent. DAVIS.

2. *Μετὰ μαρτύρων προσεληλυθότι.*] Num *μαρτυρίων*, & *προσεληλυθότα*. COT.

3. *Πλάνην δέ.*] Lege *πλάνην τε*. DAVIS.

4. *Καλέσας.*] Leg. *κλάσας*. COT.

5. *Συμφέροντος της ἐκκλησίας τὴν τάξιν.*] Lege *τῇ τάξει*, *de eo, quod Ecclesiæ ordini conducebat*. DAVIS.

ροντος τῆς ἐκκλησίας τὴν τάξιν προσομιλήσας, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Μαροόνῃ πείθεσθαι συμβουλεύσας, ἤδη τριῶν μηνῶν πληρωθέντων, τοῖς ἐν Τριπόλει τῆς Φοινίκης ἀποταξάμενος, τὴν ἐπὶ Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἐπορεύετο ὁδόν.

A communi bono ac utilitate Ecclesiæ de ordine esset collocutus; & consilium dedisset ut Episcopo Marooni obedirent; jam tribus mensibus completis, vale dixit Tripolitanis Phœniciæ, & iter versus Antiochiam Syriæ ingressus est.

SÆCUL. III. CIRC. ANN. CHR. 230.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΒ'.

Ἐκβάντες οὖν τὴν Τρίπολιν τῆς Φοινίκης, ὡς ἐπὶ Ἀντιόχειαν τῆς Συρίας ἐλθεῖν, αὐτῆς ἡμέρας ἐν Ὀρθωσίᾳ ἐμείναμεν ἐλθόντες. καὶ διὰ τὸ πλησίον εἶναι ἧς ἐξήλθομεν πόλεως, πάντων σχεδὸν προακηκοότων τοῦ κηρύγματος, μιᾶς ἡμέρας ἐκεῖ μείναντες, ἀπήραμεν εἰς Ἀντάραδον. πολλῶν δὲ τῶν συνοδοιπορούντων ἡμῖν ὄντων, ὁ Πέτρος Νικήτῃ καὶ Ἀκύλᾳ προσωμίλει λέγων· ἐπειδὴ πολὺς ὄχλος τῶν συνοδοιπορούντων, οὐ μικρὸν φθόνον ἡμῖν εἰσιοῦσιν κατὰ πόλιν ἐπισπᾶται, ἀναγκαίως ἐσκεψάμην φροντίσαι, πῶς μήτε οὗτοι λυπηθῶσιν κωλυθέντες συνεῖναι ἡμῖν, μήτε ἡμεῖς περίβλεπτοι γινόμενοι, φθόνῳ τῷ τῆς κακίας ὑποπέσωμεν. τούτου ἕνεκεν βούλομαί σε τὸν Νικήτην καὶ Ἀκύλαν προοδεύειν μου κατὰ συστήματα δύο σποράδην, [1] μανθάνοντες τὰς τῶν ἐθνῶν εἰσέρχεσθαι πόλεις.

HOMILIA DUODECIMA.

I. EGressi ergo Tripolim Phœnices, ut Antiochiam Syriæ veniremus; eo die Orthosiam profecti, ibi mansimus; & quia est prope urbem e qua egressi fueramus, cum omnes fere prædicationem evangelicam prius audiissent, unum diem illic commorati, Antaradum abiimus. Quia vero multi erant
B nobiscum iter facientes, Petrus Nicetam & Aquilam allocutus est, dicens: Quandoquidem magna comitantium multitudo non parvam invidiam nobis per urbes intrantibus conflat; necessario curandum esse judicavi, ut neque ipsi contristentur, dum prohibentur esse nobiscum; neque nos, dum sumus spectabiles, incidamus in malitiæ invidiam. Quocirca volo te Nicetam atque Aquilam ante me iter habere, per duos globos, sparsim, & clam Gentium ingredi civitates.

Οἶδα δὲ ὅτι ἀθυμεῖτε, τοῦτο ποιεῖν ἀκηκοότες, ἀπολιπόμενοί μου διάστημα οὐδ' ὅλων ἡμερῶν δύο. εἰδέναι οὖν ὑμᾶς θέλω, ὅτι πολλαπλάσιον ἀγαπῶμεν ἡμεῖς οἱ πείσαντες ὑμᾶς τοὺς πεισθέντας, [2] ἢ εἴπερ ὑμεῖς ἡμᾶς τοὺς πεπεικότας. ἀλλήλους οὖν στέργοντες, [3] τὸ μὴ ἀλόγως ποιεῖν ἃ θέλωμεν, τῆς ἀσφαλείας ὅσον τὸ ἐφ' ἡμῖν φροντίζωμεν. πρὸς τούτοις δὲ οὐδεμιᾶς ἡμέρας διαλεγομένου μου ἀπολιμπάνεσθε. εἰς γὰρ τὰς ἐπισημοτέρας τῶν ἐπαρχιῶν πόλεις προῄρημαι, ὡς ἴστε καὶ ὑμεῖς, ἡμερῶν ἐπιμένειν, καὶ διαλέγεσθαι. καὶ τὸ νῦν εἰς τὴν ἐγγυτέραν ἡμῖν Λαοδίκειαν προάξατε· καὶ μεθ' ἡμέρας δύο ἢ τρεῖς, ὅσον ἐπὶ τῇ ἐμῇ προαιρέσει, καταλήψομαι ὑμᾶς. ἐπὶ δὲ τῶν πυλῶν ἐκδέξασθέ με ὑμεῖς μόνοι, διὰ τὸν θρύλλον, ἵνα οὕτως ἀψοφητὶ συνεισελθόντες ἅμα ὑμῖν ὦμεν. κἀκεῖθεν ὁμοίως μετὰ τὸ ἐπιμεῖναι ἡμερῶν, ἄλλοι ἀνθ' ὑμῶν εἰς τὰ ἐπέκεινα κατὰ ἐφημερίας προάξωσιν, τὰς ξενίας ἑτοιμάζοντες.

II. Vobis autem, scio, molestum est, quod id faciendum audieritis, duorum non integrorum dierum spatio a me separandi. Vos igitur cognoscere
C volo, quod nos qui persuasimus, vos qui credidistis multo amplius diligimus, quam vos diligatis nos persuasores. Itaque mutuo amore flagrantes, caveamus pro viribus, nec citra rationem faciamus quæ cupimus. Ad hæc vero, nulla die a me disputante aberitis. Per singulas enim quasque insigniores provinciarum civitates proposui, sicut etiam vos scitis, per dies residere & disceptare. Nunc ergo in Laodiceam nobis proximam, præcedite; & post biduum aut triduum, quantum ad propositum meum spectat, attingam vos. Ad portas autem vos soli recipite me, metu murmuris; ut sic absque strepitu etiam ingressi, una vobiscum simus. Et inde similiter, cum dies ibi aliquot transegerimus, alii
D pro vobis ulterius per vices præcedent, & hospitia præparabunt.

Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ἠναγκάσθησαν συνθέσθαι, λέγοντες· οὐ πάνυ ἡμᾶς, κύριε, λυπεῖ τοῦτο πράττειν, διὰ τὸ ὑπὸ σοῦ κελεύεσθαι. πρῶτον μὲν, ὅτι πάντα καλῶς [4] νοεῖν τε καὶ συμβουλεύειν ἄξιος ὢν, ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας ἐξελέγης. πρὸς τούτοις δὲ, ἐπὶ τὸ πολὺ ἡμερῶν δύο ἀνάγκη τοῦτο προάγειν ἀπολιμπανόμεθά σου· καὶ αὗται μὲν πολλαὶ πρὸς τὸ μὴ σε τὸν κύριον ἡμῶν ὁρᾶν Πέτρον· πλὴν λογιζόμεθα, ὅτι πλεῖον λυπηθήσονται οἱ πολὺ μακρὰν προπεμπόμενοι, ὡς ἐπὶ πλεῖον ἀναμένειν σε κατὰ πόλιν κεκελευσμένοι, ἀνιώμενοι ἐν τῷ ἐπὶ πλεῖον ἐστερῆσθαι τὸ ὁρᾶν σου τὸ περιπόθητον πρόσωπον. καὶ ἡμεῖς οὐκ ἔλαττον ἐκείνων ἀθυμοῦντες, ὡς κελεύεις διὰ τὸ συμφέρον ποιεῖν οὐκ ἀντιλέγομεν· ὅμως ταῦτα εἰπόντες, προῆξαν, ἐντολὴν ἔχοντες ἐν τῷ πρώτῳ πανδοχείῳ προσομιλῆσαι τῷ συνοδοιποροῦντι ὄχλῳ, ὅπως σποράδην ἀλλήλων γενόμενοι, εἰς τὰς πόλεις εἰσέρχωνται.

III. Hæc dicente Petro, necessario acquieverunt, dicentes: Non valde nos, domine, contristat hoc agere, quoniam a te jubetur. Primo quidem, quia Dei providentia delectus es, dignus qui cuncta præclare cogites atque consulas. Ad hæc vero, ut plurimum per biduum necessario præcedendo a te aberimus: illud autem spatium quamvis longum sit, dum te non videmus dominum nostrum Petrum; attamen cogitamus, multo molestius laturos qui longius præmissi sunt, utpote jussos te diutius per urbes exspectare, & anxios
E quod aspectu desiderabilis vultus tui per multum tempus sint privati. Et nos non minus illis tristes, facere quemadmodum jubes propter utilitatem non moramur. Et his dictis, præcessere; accepto mandato, ut in primo hospitio alloquerentur multitudinem simul iter agentem, quo sparsim & a se mutuo divisi ingrederentur civitates.

Προελθέντων οὖν αὐτῶν, ἐγὼ Κλήμης μεγάλως

IV. His igitur profectis, ego Clemens valde [ga-]

1. Μανθάνοντες] Forte λανθάνοντας, aut λανθανόντως. Cot.

2. Ἢ εἴπερ ὑμεῖς.] Lege ἤπερ ὑμεῖς, deleta syllaba supervacanea. Davis.

3. Τὸ μὴ ἀλόγως ποιεῖν.] Lege τῷ μὴ, incolumitatis, quantum in nobis est, curam geramus, non cæco impetu facientes quæ volumus. Cl. Cotelerius, in versione sua, loci mentem non expressit. Id.

4. Νοεῖν.] Codex Regius 804. ποιεῖν. quod etiam Latinum fecit Rufinus. Paullo post in eodem MS. ἀνάγκη τοῦ πράττειν τοῦτο. Forte ἀνάγκη τοῦ προάγειν. Cot.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.

ἔχαιρον, ὅτι σὺν αὐτῷ με ἐκέλευσεν εἶναι. καὶ ἀποκριθεὶς εἶπον· εὐχαριστῶ τῷ Θεῷ, ὅτι με οὐκ ἐξαπέσταλκας, ὡς τοὺς ἑτέρους· ἐπειδὴ ὀδυνώμενος ἂν διαπεφωνήκειν. ὁ δὲ ἔφη· τί δέ; εἰ καὶ χρεία τις ἔσται πεμφθῆναί σέ που μαθημάτων χάριν, σὺ διὰ τὸ πρὸς ὀλίγον ἀπολιμπάνεσθαί μου συμφερόντως, διὰ τοῦτο τεθνήξῃ; οὐχὶ δὲ προσομιλήσας σεαυτῷ φέρειν τὰ διὰ τὴν ἀνάγκην σοι [1] προσαθέντα, ἀθύμως ὑποσταίης; ἢ οὐκ ἤσθα ὅτι συνίεισιν οἱ φίλοι ταῖς μνήμαις, κἂν τοῖς σώμασιν ἀπολιμπάνονται; ὡς ἐνίοις συνόντες τοῖς σώμασιν, ἀμνημοσύνης αἰτίᾳ, ταῖς ψυχαῖς ἀποδημοῦσιν τοῖς φίλοις.

A visus sum, quod me secum esse voluisset. Atque hæc ad eum verba profero: Gratias ago Deo, quod me non emiseris, ut alios: nam præ dolore enectus fuissem. Ille vero: Quid autem, inquit, si quæ necessitas exegerit mitti te aliquo doctrinæ gratia; tu, quia aliquamdiu a me utiliter eris separatus, ideo morieris? Nonne potius, tecum reputans, ferenda esse quæ propter necessitatem tibi imposita sunt, æquo animo sustinebis? Aut ignoras, amicos una esse recordatione, licet corporibus separentur? Sicut quidam nonnullis corpore præsentes, quod eorum non recordentur, animo peregrinantur, & cum amicis sunt.

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· μὴ τοίνυν νομίσῃς, κύριε, ὅτι τὰ λύπης πάσχειν ἤμελλον ἀνοήτως, ἀλλὰ καὶ πάνυ ὀρθῷ τινι λογισμῷ. ἐπεὶ γάρ σε, κύριέ μου, ἀντὶ πάντων ἔχω, πατρός τε καὶ μητρὸς, καὶ ἀδελφῶν, καὶ συγγενῶν, αἴτιόν μοι γενόμενον [2] διὰ τὸν Θεὸν τῆς σωζούσης ἀληθείας· ἀντὶ πάντων ἔχων σε, παραμυθίας τῆς μεγίστης τυγχάνω. πρὸς τούτοις, δεδιώς μου καὶ τῆς ἀκμῆς τὴν ἐκ φύσεως ἐπιθυμίαν, ἠγωνίων μή πως ἀπολειφθείς σου, ἄνθρωπος ὢν νεώτερος· [3] ὅπερ νῦν οὕτως ἐνστάσεως ἔχω, [4] κἂν κατά τινα χόλον Θεοῦ ἀποστῆν σου ἀδύνατον εἶ, ἥττων ἐπιθυμίας ἔσομαι. ἀλλ' ἐπειδὴ πολλῷ ἄμεινον καὶ ἀσφαλέστερον συνεῖναί μέ σοι, τούτῳ, ᾧ ὁ νοῦς μου αἰδεῖσθαι εὐλόγως προείληφεν, διὸ πάντῃ σοι συνεῖναι εὔχομαι· πρὸς τούτοις δὲ μέμνημαί σου ἐν Καισαρείᾳ εἰπόντος· εἴ τις βούλεταί μοι συνοδεῦσαι, εὐσεβῶς συνοδευέτω. εὐσεβῶς δὲ ἔφης, τὸ μηδένα [5] λυποῦν κατὰ Θεόν. οἷον [6] ἀπολιπὼν γονεῖς, γυναῖκα ὁμόφρονα, ἢ ἑτέρους τινὰς τῇ θεοσεβείᾳ προσκειμένους. ὅθεν ἐγὼ κατὰ πάντα ἐπιτήδειός εἰμί σοι συνοδοιπόρος, ᾧ εἰ καὶ τὰ μέγιστα χαρίζῃ, τὰς δούλων μοι ὑπηρεσίας συγχωρεῖς ποιεῖν.

B V. Et ego respondi: Noli autem putare, domine, quod istum mœrorem insipienter sim perpessurus, quin immo admodum recta ratione. Quoniam enim te, domine mi, pro omnibus habeo; pro patre, matre, fratribus & cognatis; qui per Deum auctor mihi fuisti agnoscendæ servatricis veritatis; in locum omnium habens te, maxima fruor consolatione. Præterea veritus juventutis meæ naturalem concupiscentiam, anxius eram ne forte, qui homo juvenis sum, disjunctus a te, (de quo nunc ita in animum induxi, ut absque divina quadam ira non possim a te discedere) a cupiditate vincerer. Sed quia multo melius ac tutius est, me manere apud te, hominem quem animus meus merito revereri C instituit, idcirco omnino tecum esse opto. Ad hæc, memini te apud Cæsaream dixisse: Si quis vult me comitari, pie comitetur. *Pie* autem dicebas; neminem tristitia secundum Deum afficere; velut relinquendo parentes, uxorem unanimem, aut alios veræ religioni addictos. Unde ego prorsus tibi sum aptus itineris comes; a quo si maximam velis inire gratiam, ministeria servorum obire mihi concedes.

Καὶ ὁ Πέτρος ἀκούσας, γελοιάζων ἔφη· τί οὖν οἴει Κλήμης, μὴ ὑπ' αὐτῆς ἀνάγκης σε εἰς δούλων μοι ταγῆναι τόπον; ἐπεὶ τίς τὰς καλὰς καὶ πολλὰς σινδόνας μετὰ τῶν ἑπομένων μοι δακτυλίων καὶ ὑποδήσεων φυλάξει; τίς δὲ καὶ τὰ ἡδέα καὶ πολυτελῆ ὄψη προετοιμάσει; ἅ τινα ποικίλα ὄντα, πολλῶν καὶ τεχνιτῶν δεῖται μαγείρων· καὶ πάντα ἐκεῖνα ὅσα ἐκτεθηλυμμένων ἀνθρώπων, ὡς θηρίῳ μεγάλῳ τῇ ἐπιθυμίᾳ, ἐκ πάσης πλεονεξίας πορισθέντα ἑτοιμάζεται; πλὴν ἡ τοιαύτη σε προαίρεσις ὑπεισῆλθεν, ἴσως μὴ συνέντα, καὶ τὸν ἐμὸν ἀγνοοῦντα βίον, ὅτι ἄρτῳ μόνῳ καὶ ἐλαίαις χρῶμαι, καὶ σπανίως λαχάνοις· καὶ ὅτι ἱμάτιόν μοι καὶ [7] τριβώνιον ὑπάρχει τοῦτο αὐτὸ ὃ περιβέβλημαι, καὶ ἑτέρου χρείαν οὐκ ἔχω, οὐδὲ ἄλλων τινῶν. ἐν γὰρ τούτοις καὶ περισσεύομαι. ὁ νοῦς γάρ μου τὰ ἐκεῖ πάντα ὁρῶν αἰώνια ἀγαθὰ, οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα περιβλέπεται. πλὴν σου μὲν τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν ἀποδέχομαι, καὶ θαυμάζων ἐπαινῶ, πῶς ἀνὴρ ἐκ πολυτελῶν ἐθῶν ὑπάρχων, ῥᾳδίως τοῖς ἀναγκαίοις τὸν σεαυτοῦ ὑπήλλαξας βίον. ἡμεῖς γὰρ ἐκ παίδων, ἐγώ τε καὶ Ἀνδρέας ὁ σύναιμος καὶ κατὰ Θεὸν ἀδελφὸς ὢν ἐμὸς, οὐ μόνον ἐν ὀρφανίᾳ ἀνατραφέντες, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ πενίας καὶ κακουχίας εἰς ἐργασίαν ἐθισθέντες, εὐμαρῶς νῦν τὰς τῶν ὁδῶν φέρομεν σκύλσεις. ὅθεν εἰ ἐπείθου μοι, ἐμοὶ ἂν

VI. Hoc audito, Petrus subridens ait: Quid ergo putas, Clemens, quod non ipsa necessitate tu in servorum locum mihi redigeris? Nam quis elegantes ac multas sindones, cum adjunctis annulis & calceis mihi custodiet? Quis vero & suavia ex- D quisitaque opsonia præparabit? quæ cum varia sint, multos ac peritos postulant coquos: & omnia illa, quæ apud effeminatos homines, cupiditati, tamquam immani bestiæ, per omnem quæsita luxum ac fraudem parantur? Sed forsan hoc te subiit propositum, quia non intellexeris, atque ignores vitæ meæ rationem; qui pane solo & olivis utor, raroque oleribus; quique vestimentum ac pallium habeo, hoc ipsum quo amictus sum, & alio opus non habeo, neque ulla re. Nam in his etiam abunde mihi est. Mea quippe mens cernens illic omnia bona æterna, nihil eorum quæ heic sunt aspicit. Attamen tuum egregium approbo institutum; mirorque ac laudo, quo modo cum sis vir in vita sumtuosa educatus, facile vivendi rationem immutasti E & ad sola necessaria traduxisti. Nos enim a puero, ego & Andreas, qui ejusdem mecum sanguinis est, meusque secundum Deum frater, non solum in pupillatu educati, verum etiam propter inopiam & ærumnas ad laborem assuefacti, expedite nunc iti-

1. Προσαθέντα.] Lege cum eodem Codice προσαγέντα. in quo post, ὑποσταίης. οἶσθα. ἔνιοι: & ταῖς ψυχαῖς. Mox pro ἐνίοις, Epit. ἔνιοι. Cot.

2. Διὰ τὸν Θεὸν τῆς σωζούσης ἀληθείας.] Ibidem, τῆς διὰ τὸν Θεὸν σωζούσης ἀληθείας. Infra, λυπεῖν. Id.

3. Ὅπερ νῦν οὕτως &c.] Lege: ὅσπερ νῦν οὕτως ἐνστάσεως ἔχω, ὡς ἂν μὴ κατά τινα χόλον Θεοῦ ἀποστῆναί σου ἀδύνατον εἶναι, qui nunc ita animum induxi, ut nonnisi ira quadam divina, abs te divelli nequeam. Vide Epit. n. LXXIII. Davis.

4. Κἂν κατά] Forte inser. μή. Et mox leg. ἀποστῆναι ex Epit. Cot.

5. Λυποῦν] Forte λυπεῖν. Id.

6. Ἀπολιπών.] Lege ἀπολιπόντα, quod postulat syntaxis, & habet Epitome n. LXXIII. Davis.

7. Τριβώνιον.] Tribunarium dicitur non semel in Narratione de Apollonio Tyrio, Augustæ Vindelicorum edita, pro *tribonarium*. *Ne despicias tribunarii paupertatem*. Est autem τριβώνιον seu τριβόνιον Grammaticorum filiis τὸ παλαιὸν καὶ τετριμμένον τὸ ἱμάτιον· κατατετριμμένον ῥάκος· παλλίον. In Ausonio Epigramm. 52. *tribon*. Paullo ante Liber Regis, πλὴν ἡ τοιαύτη. Et sub finem capitis, ἐργαστείαν. Cot.

συγκεχωρήκεις ἀνδρὶ ἐργάτῃ, σοὶ τὰ δούλων ἀποπληροῦν μέρη.

A nerum vexationes ferimus. Quare si crederes mihi, servorum officia me hominem operarium, tibi impendere concederes.

Ἐγὼ δὲ ἀκούσας, σύντρομος ἐγενόμην, καὶ ἐπίδακρυς, οἷον λόγον εἶπεν ἀνὴρ, οὗ πάντες οἱ τῆς νῦν γενεᾶς ἄνθρωποι, τῷ τῆς γνώσεως καὶ εὐσεβείας λόγῳ [1] ἧττον τυγχάνουσιν. ὁ δὲ ἰδών με συνδακρύων, τῶν δακρύων ἐπύθετο τὴν αἰτίαν. κἀγὼ ἔφην· τί τοιοῦτον ἥμαρτον, ἵνα μοι τοιοῦτον εἴπῃς λόγον; καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εἰ μὲν κακῶς εἴρηκα τὸ δουλεῦσαί σοι, σὺ πρῶτος ἥμαρτες, τοῦτο ἐμοὶ ποιῆσαι ἀξιώσας. κἀγὼ ἔφην· οὐχ ὅμοιόν ἐστιν· ἐμοὶ μὲν γὰρ τοῦτο ποιεῖν πρέπει πάνυ, σοὶ δὲ τῷ τοῦ Θεοῦ κήρυκι τὰς ἡμετέρας σώζοντι ψυχὰς, χαλεπὸν τοῦτο ποιεῖν ἐμοί. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· συνεθέμην ἄν σοι; ἐπεὶ ὁ κύριος ἡμῶν ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ παντὸς τοῦ κόσμου ἐληλυθὼς, μόνος ὑπὲρ πάντας εὐγενὴς ὢν, δουλείαν ὑπέμεινεν, ἵνα ἡμᾶς πείσῃ μὴ αἰδεῖσθαι τοῖς ἀδελφοῖς ἡμῶν τὰς δούλων ποιεῖν ὑπηρεσίας, κἂν πάνυ εὐγενεῖς τυγχάνωμεν. κἀγὼ ἔφην· εἰ μὲν νομίζω σε νικῆσαι λόγῳ, ἀνόητός εἰμι· πλὴν χάριν ἔχω τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ, ὅτι σε εἰς γονέων τόπον ἔχειν κατηξιώθην.

VII. At ego hæc audiens, contremui & collacrymavi; quod talem habuisset orationem vir, quo cuncti hujus ætatis homines, ratione scientiæ ac pietatis, minores sunt. Tum ille lacrymantem me videns, caussam lacrymarum percontabatur. Et ego respondi; Quid tantum peccavi, ut mihi hujusmodi proferres sermonem? Et Petrus excepit: Si malum est quod dixi, ut serviam tibi; tu prior peccasti, hoc mihi postulans facere. Et ego, Non est, inquam, B simile: me enim hoc agere decet omnino; te autem qui es Dei præco, & nostras servas animas, id mihi facere, grave est. Et Petrus respondit: An acquiescerem tibi? cum Dominus noster, qui ad salutem totius mundi venit, unusque omnium est nobilissimus, [a] servitutem sustinuerit, ut nos suaderet non erubescere fratribus nostris servorum exhibere ministeria, quamvis admodum nobiles simus. Tum ego dixi, Si putem, quod te sim superaturus oratione, stultus sim: verumtamen ago gratias providentiæ Dei, quia parentum loco habere te merui.

Καὶ ὁ Πέτρος ἐπυνθάνετο· οὐδεὶς δέ σου ἀληθῶς [2] πρὸς γένος ὑπάρχει; κἀγὼ ἀπεκρινάμην. εἰσὶν μὲν πολλοὶ καὶ μεγάλοι ἄνδρες, Καίσαρος πρὸς γένος ὄντες. ὅθεν τῷ ἐμῷ πατρὶ ὡς καὶ συντρόφῳ αὐτὸς Καῖσαρ [3] συγγενίδα συνηρμόσατο γυναῖκα· ἀφ' ἧς τρεῖς ἐγενόμεθα υἱοί· δύο μὲν πρὸ ἐμοῦ, οἳ καὶ δίδυμοι ὄντες πάνυ ὅμοιοι ἀλλήλοις ἐτύγχανον, ὡς αὐτὸς ὁ πατήρ ἔλεγέν μοι. ἐγὼ γὰρ οὔτε αὐτοὺς, οὔτε τὴν τεκοῦσαν πάνυ ἐπίσταμαι, ἀλλ' ὥσπερ δι' ὀνείρων ἀμαυρὸν αὐτῶν τὸ εἶδος ἀναφέρω. ἡ μὲν οὖν μήτηρ μου [4] Ματτιδία ἐλέγετο, ὁ δὲ πατὴρ Φαῦστος, τῶν δὲ ἀδελφῶν καὶ αὐτῶν ὁ μὲν Φαυστῖνος ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Φαυστινιανὸς ἐλέγετο. ἐμοῦ οὖν τρίτου ἐπιγεννηθέντος αὐτοῖς, ἡ μήτηρ ὄνειρον ἑωράκει, ὥσπερ ὁ πατήρ μου ὑφηγεῖτο, ὅτι ἐὰν μὴ τοὺς διδύμους υἱοὺς αὐτῆς ἐξ αὐτῆς παραλαβοῦσα, τὴν Ῥωμαίων πρὸς ἀποδημίαν ἐξέλθοι πόλιν ἐπ' ἔτη δέκα, πανολεθρίῳ μόρῳ ἅμα αὐτοῖς ἀποθανεῖν ἔχει.

VIII. Et Petrus interrogavit: Nemo ne vere ex genere tibi superest? Respondi: Sunt quidem C multi & potentes viri, atque ex prosapia Cæsaris. Nam patri meo, utpote una educato, cognatam Cæsar ipse junxit uxorem: de qua tres liberi orti sumus; duo quidem ante me, qui cum essent gemini, admodum sibi invicem similes erant, ut ipse pater aiebat mihi: ego enim neque illos neque genitricem valde novi, sed quasi per somnium obscuram eorum formam recolo. Mater ergo mea Matthidia dicebatur, pater autem Faustus; fratrum vero alter Faustinus vocabatur, alter dicebatur Faustinianus. Cum igitur tertius ego post eos natus essem, mater (quemadmodum pater meus referebat) somnium vidit, quod nisi confestim duobus D filiis suis geminis assumtis, urbem Romam fuisset egressa, & abfuisset annos decem, ipsa cum iis letho pessimo esset interitura.

Ὁ μὲν οὖν πατὴρ φιλότεκνος ὢν, σύν τε δούλοις καὶ δούλαις ἐφοδιάσας ἱκανῶς, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβαλλόμενος, εἰς τὰς Ἀθήνας ἅμα παιδευθησομένους ἐξέπεμψεν· ἐμὲ δὲ μόνον υἱὸν εἰς παραμυθίαν ἔσχεν μεθ' ἑαυτοῦ. καὶ [5] ἐπὶ τούτῳ εὐχαριστῶ πολλὰ, ὅτι κἀμὲ ὁ ὄνειρος μὴ κεκελεύκει ἅμα τῇ μητρὶ τὴν Ῥωμαίων ἐκβῆναι πόλιν. περαιωθέντος οὖν ἐνιαυτοῦ, ὁ πατὴρ ἔπεμψεν εἰς Ἀθήνας χρήματα τοῖς αὐτοῦ, ἅμα τε καὶ μαθεῖν τὸ πῶς διάγουσιν. οἱ δὲ ἀπελθόντες, οὐχ ὑπέστρεψαν. τρίτῳ δὲ ἐνιαυτῷ ὁ πατὴρ ἀθυμῶν, ἑτέρους ἔπεμψεν ὁμοίως μετὰ ἐφοδίων· οἵ τινες τετάρτῳ ἐνιαυτῷ ἦλθον ἀγγέλλοντες, μήτε μου τὴν τεκοῦσαν ἢ τοὺς ἀδελφοὺς ἑωρακέναι, μήτε μὴν [6] αὐτὰς Ἀθήνας ἐπιδεδημηκέναι, μηδὲ ἄλλου τινὸς τῶν σὺν αὐτοῖς ἀπεληλυθότων κἂν ἴχνος εὑρηκέναι.

IX. Pater igitur, qui liberorum amans erat, cum servis & ancillis, ac dato sufficienti viatico, in navem conjectos, Athenas etiam erudiendos misit: me vero solum filium ad consolationem secum retinuit. Atque eam ob rem ingentes gratias ago, quod me quoque somnium non jusserit, una cum matre, urbe Roma excedere. Anno igitur completo, pater ad suos Athenas misit pecuniam, simulque sciscitatum quo modo agerent. Qui vero abierunt, non reversi sunt. Tertio autem anno, mœ- E stus pater alios ablegavit similiter cum rebus ad victum necessariis; qui quarto anno regressi, nuntiant neque meam matrem se, neque fratres vidisse; sed neque ipsas Athenas eos pervenisse, neque usquam alicujus qui cum ipsis fuerat saltem vestigium a se repertum.


Ὁ μὲν οὖν πατὴρ ταῦτα ἀκούσας, καὶ ὑπὸ πολλῆς λύπης ἔκθαμβος γενόμενος, καὶ οὐκ εἰδὼς

X. Pater ergo hæc audiens, & multa tristitia obstupefactus, nesciensque quo tenderet ac illos

[a] Matth. xx. 28.

1. Ἧττον.] Idem Liber, ἥττονες. Cot.
2. Πρὸς γένος.] Ibidem, πρὸς γένους. Id.
3. Συγγενίδα.] Apud Rufinum; *nobilis adæque familiæ*. quasi legisset, συνευγενίδα. Id.
4. Ματτιδία.] Sic quoque sæpe dictus dicendusque Codex. At in Recognitionibus & Epitome, impressis manuque exaratis, Ματθιδία, Matthidia, quo modo apud Nicephorum, & Græci in Menæo. Excipe tamen Membranas Recognitionum penes P. Petitum: exhibent enim *Mathidia*. Chronologus Altissiodorensis Monachus Matidiam vocat. Ultima capitis voce Codex, ἔχοι. Id.
5. Ἐπὶ τούτῳ.] Aliter ἐπὶ τούτῳ. Id.
6. Αὐτὰς] Αὐτὰς. Recogn. vii. 9. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ποῦ ὁρμήσας ἐπὶ ζήτησιν αὐτῶν γένηται, ἐμέ τε παραλαβὼν, καὶ εἰς Πόρτον καταβὰς, πολλῶν πυκνότερον ἐπυνθάνετο, ποῦ ἕκαστος αὐτῶν ἴδεν ἢ ἤκουσεν ἀπὸ τεσσάρων ἐτῶν γενόμενον [1] ναυφράγιον; καὶ ἄλλος ἀλλαχῆ ἔλεγεν. ὁ δὲ ἀντεπυνθάνετο, εἰ ἑωράκασιν σῶμα γυναικὸς μετὰ βρεφῶν ἐκβεβρασμένον. τῶν οὖν πολλὰ λεγόντων ἑωρακέναι πτώματα κατὰ πολλοὺς [2] τρόπους, ὁ πατὴρ ἀκούων ἐστέναξεν· πλὴν ὑπὸ σπλάγχνων θορυβούμενος, ἀλόγιστα ἐπυνθάνετο, ὅτι τοσοῦτον μέγεθος θαλάττης ἐρευνᾷν ἐπειρᾶτο. πλὴν συγγνωστὸς ἦν, ὅτι τῇ πρὸς τοὺς ζητουμένους στοργῇ, ἐλπίσιν ἐβουκολεῖτο κεναῖς. καὶ δήποτε ὑπὸ φροντιστὰς ποιήσας με, καὶ εἰς Ῥώμην καταλείψας δωδεκαετῆ, αὐτὸς δακρύων εἰς Πόρτον κατελθὼν, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβὰς, ἀναχθεὶς ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἐπορεύθη. καὶ ἔκτοτε εἰς τὴν σήμερον ἡμέραν, οὔτε γράμματα ἐδεξάμην παρ' αὐτοῦ, οὔτε εἰ ζῇ, ἢ τέθνηκεν σαφῶς ἐπίσταμαι. μᾶλλον δὲ ὑπονοῶ ὅτι καὶ αὐτὸς τέθνηκέν που, ἢ ὑπὸ λύπης νικηθεὶς, ἢ ναυφραγίῳ περιπεσών. τοῦτο δὲ δεῖγμα, ὅτι ἤδη λοιπὸν ἔκτοτε εἰκοστὸν ἔτος ἐστὶν, ἀφ' ἧς οὐδεμίαν τινὰ περὶ αὐτοῦ ἀλήθειαν ἤκουσα.

quæreret; assumto me, ac in Portum descendens, multos frequentius percontabatur, ubi quisque eorum vidisset vel audiisset a quatuor annis naufragium contigisse. Atque varii vario in loco accidisse referebant. Ille vero iterum rogabat, num vidissent corpus mulieris cum pueris a mari ejectum? Cumque illi multa se multis modis cadavera vidisse dicerent, pater audiens ingemiscebat. Verum naturali affectu perturbatus, præter rationem sciscitabatur, qui tantam maris vastitatem scrutari conaretur. Attamen venia dignus erat, quod caritate erga eos quos quærebat, spebus lactaretur inanibus. Denique me sub magistris positum, annos natum duodecim, Romæ reliquit; & ipse flens descendit ad Portum, navique conscensa subvectus, ad inquisitionem profectus est. Atque ex eo tempore usque in hodiernum diem neque litteras ejus accepi, neque si vivat aut defunctus sit certo novi. Sed magis suspicor illum quoque obiisse, aut tristitia victum, aut naufragio involutum. Cui rei argumento est, jam ab eo tempore vigesimum annum esse, ex quo nihil de eo veri audiverim.

Ὁ δὲ Πέτρος ἀκούων ταῦτα, ὑπὸ συμπαθείας ἐδάκρυσεν, καὶ εὐθέως τοῖς συνοῦσιν γνησίοις ἔφη· ταῦτα εἴ τις πεπόνθει θεοσεβὴς, οἷα ὁ τούτου πέπονθεν πατὴρ, εὐθέως τῷ τῆς θεοσεβείας λόγῳ τὴν αἰτίαν προσῆπτεν ἐπιγράφων [3] τὸν πονηρόν· οὕτω καὶ τοῖς ταλαιπώροις ἔθνεσιν συμβαίνει πάσχειν, καὶ ἀγνοοῦμεν οἱ θεοσεβεῖς. ταλαιπώρους δὲ αὐτοὺς εὐλόγως εἴρηκα, ὅτι ἐνταῦθα ἀλῶνται, καὶ τῆς ἐκεῖ ἐλπίδος οὐ τυγχάνουσιν. οἱ γὰρ ἐν θεοσεβείᾳ πάσχοντες τὰ θλιβερὰ, εἰς ἔκπραξιν παραπτωμάτων πάσχουσιν.

XI. Petrus vero hæc audiens, commiserationis affectu lacrymas fudit: statimque ad familiares qui aderant ait: Hæc si quis in Dei cultu positus pertulisset, quæ hujus pertulit pater, confestim religioni attribuisset caussam, & diabolo adscripsisset. Ita etiam miseris Gentilibus contingit pati, & ignoramus qui pii erga Deum sumus. Miseros autem eos dixi merito; quia & heic vagantur in erroribus, & ab spe futura fraudantur. Dei enim cultores cum incommoda patiuntur, ad expiationem delictorum perferunt.

Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, εἷς τις τῶν ἐν ἡμῖν τολμήσας ἀντὶ πάντων παρεκάλεσεν αὐτὸν, αὔριον ὀρθρινώτερον εἰς Ἄραδον τὴν κατέναντι νῆσον εἰσπλεῦσαι, τριάκοντα οἶμαι οὐδ' ὅλους ἀπέχουσαν σταδίους, ὡς ἐπὶ ἱστορίᾳ τῶν ἐκεῖ ἀμπελίνων δύο στύλων μέγιστα ἐχόντων πάχη. ὁ οὖν πειθήνιος Πέτρος συνεχώρησεν, εἰπών· ἐπὰν τοῦ πλοίου ἐκβῆτε, μὴ ἅμα πολλοὶ εἰσέρχεσθε εἰς τὴν θεωρίαν ὧν ἐπιθυμεῖτε· οὐ γὰρ βούλομαι στρέμματα γίνεσθαι εἰς ἡμᾶς τῶν πολιτῶν. καὶ οὕτως πλεύσαντες, ῥοπῇ ὥρας κατήχθημεν εἰς τὴν νῆσον. ἐκβάντες δὲ τοῦ σκάφους εἰσῄειμεν ἔνθα οἱ ἀμπέλινοι στύλοι ἦσαν· ὅμως ἅμα αὐτοῖς ἄλλος ἄλλο τι τῶν Φειδίου ἔργων ἐθεώρει.

XII. Ista postquam dixisset Petrus; unus ex nostris audacia sumta pro omnibus rogavit eum, ut die crastina maturius in Aradum oppositam insulam, quæ triginta, opinor, nec totis stadiis distat, navigaremus, ad videndas ibi duas columnas viteas maximam molem habentes. Petrus ergo, ut erat clementissimus, concessit, dicens: Cum e navi egressi fueritis, ne una multi procedatis ad spectationem eorum quæ cupitis: nolo enim civium concursus ad vos fieri. Atque sic navigantes, momento horæ in insulam delati sumus. Et descendentes ex scapha, eo progressi sumus, ubi erant columnæ viteæ: simulque cum columnis, alius aliud ex Phidiæ operibus spectabat.

Πέτρος δὲ μόνος οὐκ ἀναγκαῖον ἡγήσατο ἐπὶ τὴν τῶν ἐκεῖ ἱστορίαν γενέσθαι· γυναικὶ δέ τινι ἔξω πρὸ τῶν θυρῶν καθεζομένῃ καὶ τροφῆς χάριν μεταιτούσῃ, πυκνὰ κατανοήσας ἔφη· γύναι, τί σοι τῶν μελῶν λείπει, ὅτι τοσαύτην ὕβριν ἀνεδέξω, λέγω δὴ τὸ προσαιτεῖν, καὶ μὴ μᾶλλον ταῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ σοι δεδωρημέναις χερσὶν ἐργαζομένη, τὰς ἐφημέρους πορίζεις τροφάς; ἡ δὲ στενάξασα ἀπεκρίνατο· εἴθε γὰρ ἦσάν μοι χεῖρες ὑπουργεῖν δυνάμεναι· νῦν δέ μοι σχῆμα μόνον χειρῶν φυλάσσουσιν, νεκραὶ τυγχάνουσαι, ὑπὸ δηγμάτων ἐμῶν βεβασανισμέναι. καὶ ὁ Πέτρος ἐπύθετο· τίς δὲ ἡ αἰτία τοῦ σὲ τὸ χαλεπὸν τοῦτο πεπονθέναι; ἡ δὲ ἀπεκρίνατο· ψυχῆς ἀσθένεια, καὶ πλέον οὐθέν. εἰ γὰρ ἀνδρεῖον εἶχον φρόνημα, ἦν κρημνὸς ἢ βυθὸς, ὅθεν ἐμαυτὴν ῥίψασα, τῶν ὀδυνώντων με παύσασθαι ἠδυνάμην κακῶν.

XIII. Unus autem Petrus necesse non putavit quæ ibi erant invisere: sed attentius considerans mulierem quamdam, extra pro foribus sedentem & victus gratia mendicantem: Mulier, inquit, quod tibi membrum deest, ut tantam contumeliam susceperis, petendi, inquam, stipem; & non potius manibus tuis, quas a Deo accepisti, operans, quotidianum cibum quæris? At illa suspirans, respondit: Utinam mihi quidem essent manus, quæ possent laborare: nunc autem mihi solam manuum speciem servant, cum sint emortuæ, morsibus meis vexatæ. Et Petrus interrogavit: Quæ vero fuit caussa, ut grave hoc malum sustineres? Tum illa respondit: Animi imbecillitas, nec aliud quidquam. Si enim forti animo fuissem prædita, erat præcipitium, aut pelagus; quare me dejiciens, poteram malis dolorem mihi afferentibus finem imponere.

1. Ναυφράγιον.] Et aliis in locis. Codex heic & alibi habet vocem ναυάγιον: ut & Epitome. At Homil. xv. n. 3. ναυαγία. Id.

2. Τρόπους.] Etiam ex MS. τόπους. Id.

3. Τὸν πονηρόν.] In eodem, τῷ πονηρῷ. Paginæ linea ult. εἰς ὑμᾶς. Id.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί οὖν; οἴει γυνὴ, ὅτι πάντως οἱ ἀναιροῦντες ἑαυτοὺς κολάσεως ἀπαλλάσσονται, ἢ μὴ τῇ χείρονι κολάσει ἐν ᾅδῃ αἱ τῶν οὕτως θνησκόντων ψυχαὶ περὶ τῆς αὐτοκτονίας κολάζονται; ἡ δὲ ἔφη· εἴθε ἐπεποίσμην ὅτι ὄντως ἐν ᾅδῃ ψυχαὶ ἀξέτκονται ζῶσαι, κἂν ἠγάπων τῆς κολάσεως καταφρονήσασα, θανεῖν, ὅπως τοὺς ἐμοὺς περιποθήτους ἴδω κἂν μίαν ὥραν. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί ἄρα ἐστὶν τὸ λυποῦν σε μαθεῖν ἤθελον γυνή. ἐὰν γάρ με διδάξῃς, ἀντὶ ταύτης τῆς χάριτος πληροφορήσω σε ὅτι ἐν ᾅδῃ ζῶσιν αἱ ψυχαὶ, καὶ ἀντὶ κρημνοῦ ἢ βυθοῦ φάρμακον δῶ, ὅπως ἀβασανίστως [1] τοῦ ζῆν τὸν βίον μεταλλάξαι δυνηθῇς.

A XIV. Tum Petrus infit: Et quid? putasne mulier, quod qui semet ipsos perimunt, omnino a suppliciis liberantur: an non potius animæ eorum qui ita moriuntur, majoribus puniuntur apud Inferos pœnis, propter sui homicidium? At illa: Utinam, inquit, persuasum mihi esset, revera in inferis animas vivas reperiri; utique contemtis pœnis, mori eligerem, ut horam saltem unam viderem mihi exoptatissimos. Et Petrus dixit: Quidnam sit quod te excruciet, scire velim, mulier. Si enim me docueris; pro ea gratia, certam te faciam de animæ vita apud inferos: & pro præcipitio vel profundo, medicamentum tradam, ut sine cruciatu valeas vitam commutare.

Καὶ ἡ γυνὴ τὸ ἀμφιβόλως ῥηθὲν μὴ συνεῖσα, ἐπὶ τῇ ὑποσχέσει ἡσθεῖσα, τοῦ λέγειν ἤρξατο οὕτως· γένος μὲν καὶ πατρίδα εἰπεῖν, οὐκ οἶμαι πεῖσαί ποτε δυνηθῆναί τινα. πλὴν καί σοι τί διαφέρει τοῦτο μαθεῖν; ἢ μόνον τὴν αἰτίαν ἧς ἕνεκεν ὀδυνωμένη, δήγμασιν τὰς ἐμὰς ἐνέκρωσα χεῖρας. πλὴν τὰ κατ᾽ ἐμαυτὴν, ὡς δυνατὸν ἀκοῦσαί σε, διηγήσομαι. ἐγὼ πάνυ εὐγενὴς ὑπάρχουσα, δυνάστου τινὸς προσαγῇ, ἀνδρὶ πρὸς γένους αὐτῷ ὑπάρχοντι ἐγενόμην γυνή. καὶ μετὰ δίδυμα τέκνα ἔσχον ἕτερον υἱόν. ὁ δὲ τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς ἀδελφὸς μανεὶς οὐκ ἔλαττον, ἠράσθη μου τῆς ταλαιπώρου, [2] σφόδρα σωφρονεῖν ἀγαπώσης, καὶ βουλομένης μὴ τῷ ἐραστῇ συνθέσθαι, μήτε τῷ ἐμῷ ἀνδρὶ ἀναθέσθαι τὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ πρὸς ἐμὲ ἔρωτα. ἐλογισάμην ἵνα μήτε μοιχησαμένη ἐμαυτὴν μιανῶ, μήτε τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς τὴν κοίτην ὑβρίσω, μήτε τῷ ἀδελφῷ τὸν ἀδελφὸν πολέμιον καταστήσω, μήτε ὅλον γένος μέγα ὂν εἰς ὀνειδισμὸν πᾶσιν ὑποβάλω· ὡς ἔφην, ἐλογισάμην τὴν πόλιν μετὰ τῶν ἐμῶν διδύμων παίδων ἐκβῆναι ἐπὶ χρόνον τινὰ, ἕως ἂν καὶ ὁ μιαρὸς ἔρως παύσηται τοῦ ἐπὶ τῇ ἐμῇ ὕβρει κολακεύοντός με. τὸν μέν τοι ἕτερον υἱὸν παρὰ τῷ πατρὶ μεῖναι εἰς παραμυθίαν κατέλιπον.

B XV. Tunc mulier, quæ ambiguum sermonem non intelligeret, promissione gratanter accepta, cœpit dicere hunc in modum: Genus quidem & patriam si proferrem, non arbitror me posse alicui persuadere. Sed & quid ad te attinet id cognoscere? nisi tantum caussam, ob quam dolore affecta, morsibus manus meas mortuas reddidi. Tamen mea, quoad audire potes, referam. Ego admodum nobilis, principis cujusdam viri imperio, nupsi viro qui erat illius propinquus: & post duos geminos liberos, alium suscepi filium. Sed frater mariti mei, magna correptus insania, adamavit me miseram, quæ caste vivere cupiebam admodum; quæque nec volebam amatori consentire, nec viro meo C amorem fratris ejus erga me exponere. Statui ergo, ut neque adulterans polluerem me, nec viri mei torum contumelia afficerem; neque fratrem fratri redderem inimicum: neque totam familiam quæ magna erat, in opprobrium cunctis darem: statui, inquam, urbe cum meis geminis pueris ad quoddam tempus discedere; donec & impurus amor illius qui mihi ad dedecus meum assentabatur, finem accepisset. At alterum filium, ut apud patrem in solatium maneret, reliqui.

Πλὴν ἵνα οὕτως ταῦτα γένηται, ἐπενόησα ὄνειρον πλάσασθαι, ὡς δή τινος νύκτωρ ἐπιστάντος μοι, καὶ εἰρηκότος· γυνὴ, ἔξαυτῆς ἅμα τοῖς διδύμοις σου τέκνοις ἐπὶ χρόνον τινὰ, μέχρι ὅτε μηνύσω ἐπανελθεῖν σε ἐνταῦθα, ἔκβηθι τὴν πόλιν. ἐπεὶ ἅμα ἀνδρὶ καὶ πᾶσίν σου τοῖς τέκνοις αἰφνιδίως κακῶς πελάσεις. ὅμως οὕτως ἐποίησα. ἅμα γὰρ τῷ τὸν ὄνειρον ψεύσασθαί με τῷ ἀνδρὶ, αὐτὸς περίφοβος γενόμενος, μετὰ τῶν ἐμῶν δύο υἱῶν, δούλων τε καὶ παιδισκῶν, καὶ χρημάτων συχνῶν κατὰ πλοῦν εἰς Ἀθήνας με ἐξέπεμψεν, ἐκπαιδεῦσαι τοὺς υἱοὺς, μέχρις ἂν, ἔφη, τῷ χρηματίσαντι δόξῃ ἐπανιέναι σε πρὸς ἐμέ. ὅμως ἅμα τέκνοις ἡ τάλαινα πλέουσα, ὑπὸ ἀνέμων ἀταξίας εἰς τούτους ἀπαῤῥιφεῖσα τοὺς τόπους, νυκτὸς τῆς νηὸς διαλυθείσης, [3] ναυφραγίῳ περιέπεσα. πάντων δὲ θανόντων, ἡ ἀτυχὴς ἐγὼ μόνη ὑπὸ σφοδροῦ κύματος ῥαπισθεῖσα, ἐπὶ πέτρας ἐῤῥίφην· ἐφ᾽ ἧς καθεσθεῖσα ἡ ἀθλία, ἐλπίδι τοῦ τέκνα με ζῶντα εὑρεῖν, εἰς τὸ βυθὸν ἐμαυτὴν οὐκ ἔῤῥιψα τότε, ὅτε τὴν ψυχὴν μεμεθυσμένην τοῖς κύμασιν ἔχουσα, τοῦτο ποιῆσαι ῥᾳδίως ἐδυνάμην.

XVI. Verum quo hæc ita fierent, in animum induxi somnium fingere; quasi aliquis mihi noctu adstitisset, ac dixisset: Mulier, confestim una D cum geminis tuis pueris urbe discede ad aliquod tempus, donec rursus indicavero, ut redeas huc: alioqui, cum marito cunctisque tuis liberis derepente peribis male. Atque ita feci. Statim enim ut somnium ementitum viro enarravi, extimuit, & me cum duobus meis filiis, cumque servis & ancillis atque multa pecunia Athenas per navem misit, ut natos erudirem, quoad, inquit, visionis auctori placuerit te redire ad me. Ceterum ego misera una cum liberis navigans, ventorum vi projicior in hæc loca, & nave noctu dissoluta in naufragium incidi. Cumque omnes interiissent, una ego infelix, magnis agitata fluctibus, in saxum ejecta sum: ubi cum infortunata sederem, spe E reperiendi natos meos vivos, in profundum me non præcipitavi tunc, quando animum habens doloris fluctibus ebrium, hoc facere facile poteram.

Πλὴν ἐπειδὴ ὄρθρος ἐγένετο, μεγάλα βοῶσα, καὶ γοερὰ κωκύουσα περιβλεπομένη, ζητοῦσα τῶν ἐμῶν


XVII. Verum postquam dies exortus est, cum clamore magno & miserabili ululatu circumspicie-

1. Τοῦ ζῆν τὸν βίον μεταλλάξαι δυνηθῇς.] Videtur τὸν βίον esse interpretatio τοῦ ζῆν. Est autem ἀμφίβολον, quia quod Petrus intelligebat de mutatione vitæ in melius, id Matthidia de commutatione vitæ cum morte interpretabatur. Lege cap. 18. Id. — Fallitur Cl. Cotelerius, dein τὸν βίον interpretationem esse censet τοῦ ζῆν, nam βίον ζῆν dicunt Plato optimique scriptores alii. Licet igitur hæ voces in Epitom. n. LXXXII. & infra cap. XVIII. non exstant, omnino tamen sunt retinendæ. Davis.

2. Σφόδρα σωφρονεῖν ἀγαπώσης καὶ βουλομένης μὴ τῷ ἐραστῇ &c.] Interpunctione mutata, legendum: σφόδρα σωφρονεῖν ἀγαπώσης. Καὶ βουλομένης μήτε τῷ ἐραστῇ συνθέσθαι, μήτε τῷ ἀνδρὶ ἀναθέσθαι τὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ πρὸς ἐμὲ ἔρωτα, ἐλογισάμην, ἵνα &c. Ad has etiam emendationes refingenda est Cotelerii versio: *quæ vehementer castitatem amabam. Cumque nec amatori adsentiri vellem, nec viro aperire fratris ejus erga me amorem; statui ut neque mœchata me polluerem* &c. Id.

3. Ναυφρ.] Codex, ναυαγίῳ περιέπεσον, & ῥαπισθεῖσα. Sic & Epit. Cotel.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ταλαιπώρων βρεφῶν τὰ νεκρὰ σώματα. ἐλεήσαντες οὖν με οἱ ἐπιχώριοι, γυμνὴν ἰδόντες, ἐνδύσαντές με τὸ πρῶτον, τὸν βυθὸν ἀνηρεύνων, τὰ ἐμὰ ζητοῦντες τέκνα. καὶ ἐπεὶ μηδὲν ηὕρισκον ὧν ἐζήτουν, παραμυθίας χάριν τινὲς τῶν φιλοξένων γυναικῶν προσελθοῦσαι, διηγοῦντο ἑκάστη τὰ ἑαυτῆς κακὰ, ἵνα τῶν ὁμοίων συμφορᾷ παραμυθίας τύχω· ὃ δὲ μᾶλλόν με ἐλύπει. οὐ γὰρ ἔφην οὕτω κακὴ εἶναι, [1] ταῖς ἄλλων συμφοραῖς παραμυθίας τύχω. καὶ δὴ εἰς ξενίαν πολλῶν με ἄγειν ἀξιουσῶν, μία τις τῶν ἐνταῦθα πενιχρὰ, πολὺ βιασαμένη, εἰς τὸ ἑαυτῆς ἐλθεῖν ἠνάγκασε [2] σκήνωμα, εἰποῦσά μοι· θάῤῥει γύναι· καὶ γὰρ ὁ ἐμὸς ἀνὴρ ναύτης ὢν, κατὰ θάλασσαν τέθνηκεν, ἐν τῇ νεαζούσῃ τυγχάνων ἡλικίᾳ· καὶ ἔκτοτε πολλῶν με ἀξιούντων πρὸς γάμον, ἐγὼ χηρεύειν εἱλόμην, τὸν ἐμὸν ποθοῦσα ἄνδρα. ἔσται δὲ ἡμῖν κοινὰ, ἃ διὰ χειρῶν ἀμφότεραι πορίζειν δυνάμεθα.

bam, quærens infelicium natorum cadavera. Igitur miseratione commoti incolæ, nudam intuiti, cum primo me induissent, scrutati sunt maris profundum, quærendo natos meos. Et quia nihil inveniebant eorum quæ indagabam; nonnullæ hospitales mulieres consolandi mei gratia accesserunt, & suas singulæ enarrabant miserias, ut similium calamitate solatium caperem: quod me magis contristabat. Non enim, inquiebam, adeo mala sum, ut ex aliorum calamitatibus consolationem accipiam. Et cum me multæ hospitio cuperent recipere, una quædam paupercula heic habitans, extorsit mihi tugurio ejus succedere, dicens: Confide mulier; etenim vir meus, homo nauta, in mari adhuc juvenis obiit: atque ex eo die, quamvis multi me solicitarint ad nuptias, ego desiderio viri mei malui in viduitate agere. Erunt ergo nobis communia, quæcumque manibus quærere poterimus.

Καὶ ἵνα μή σοι μηκύνω τοὺς οὐκ ἀναγκαίους λόγους, συνῴκησα αὐτῇ διὰ τὴν φιλανδρίαν. καὶ μετ' οὐ πολὺ ἐμοῦ τῆς ταλαιπώρου αἱ χεῖρες ὑπὸ τῶν δηγμάτων παρείθησαν, καὶ ἡ ὑποδεξαμένη με γυνὴ ὅλη ὑπὸ πάθους τινὸς συνδεθεῖσα, ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔῤῥιπται. ἐπεὶ οὖν ὁ τῶν πάλαι γυναικῶν ἔλεος παρήκμασεν, ἐγὼ δὲ καὶ ἡ κατ' οἶκον ἀμφότεραι ἐπισινεῖς τυγχάνομεν, ἐκ πολλῶν χρόνων ἐνταῦθα, ὡς ὁρᾷς, καθέζομαι προσαιτοῦσα, καὶ ὧν ἂν εὐπορήσω, καὶ τῇ συνταλαιπώρῳ εἰς τροφὰς κομίζω. καὶ τὰ μὲν ἐμὰ ἐπὶ τοσοῦτον αὐτάρκως εἰρήσθω. λοιπὸν σὺ κωλύεις τὴν ὑπόσχεσιν πληρῶσαι τοῦ δοῦναι τὸ φάρμακον; ὅπως κἀκείνῃ ἐπιθυμούσῃ θανεῖν δῶ, καὶ οὕτως κἀγὼ τοῦ ζῆν, ὡς ἔφης, μεταλλάξαι δυνηθῶ.

XVIII. Et ne longa ac minus utili narratione utar: habitavi cum ea, propter amorem ejus erga maritum. Sed non multo post, mihi infelici, laceratæ morsibus resolutæ sunt manus; illa vero quæ me susceperat, tota morbo quodam occupata & colligata, domi jacet. Quoniam ergo mulierum, quæ prius miserabantur, elanguit affectus, ac ego, & illa clausa domi, ambæ debiles & calamitosæ sumus; ex multo tempore heic, ut vides, sedeo, stipem petens; & si quid forte quæsiero, etiam ad illam pariter miseram ad cibum defero. Atque hactenus meæ quidem res sufficienter sint dictæ. Tu nunc quid moraris implere quod promiseras, te daturum medicamen? quo etiam illi obitum cupienti tradam; & sic ego quoque possim, ut ais, vitam commutare.

Ταῦτα τῆς γυναικὸς εἰπούσης, ὑπὸ λογισμῶν πολλῶν ὁ Πέτρος μετέωρος ἐδόκει ἵστασθαι. ἐγὼ δὲ ἐπελθὼν ἔφην· ἐκ πολλοῦ σε περιερχόμενος ζητῶ· καὶ τὰ νῦν τί ποιοῦμεν; ὁ δὲ Πέτρος προσέταξέν μοι προάξαντι μένειν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ σκάφους. καὶ ἐπειδὴ ἀντειπεῖν οὐκ ἦν αὐτῷ κελεύσαντι, ἐποίησα τὸ προσαχθέν. ὁ δὲ Πέτρος μικρᾷ τινι ὑποψίᾳ, ὡς αὐτός μοι πάντα ὕστερον διηγήσατο, παλλόμενος τὴν καρδίαν, ἐπυνθάνετο τῆς γυναικὸς, λέγων· εἰπέ μοι γύναι, τὸ γένος, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τῶν τέκνων τὰ ὀνόματα, καὶ ἤδη δίδωμί σοι τὸ φάρμακον. ἡ δὲ βίαν πάσχουσα, καὶ εἰπεῖν οὐ θέλουσα, τὸ δὲ φάρμακον λαβεῖν ἐπιθυμοῦσα, ἐσοφίσατο ἄλλα ἀντὶ ἄλλων εἰπεῖν· καὶ ὅμως ἔφη, αὐτὴν μὲν Ἐφεσίαν εἶναι, τὸν δὲ ἄνδρα Σικελόν· ὅμως καὶ τῶν τριῶν τέκνων ἤλλαξεν τὰ ὀνόματα. καὶ ὁ Πέτρος νομίσας αὐτὴν ἀληθεύειν, ἔφη· οἴμοι γύναι, ἐνόμιζον μεγάλην τινὰ χαρὰν τὴν σήμερον ἄγειν ἡμέραν, ὑποπτεύσας σέ τινα εἶναι, ἣν ἐνόμιζον, ἧς τὰ πράγματα ἀκούσας ἀκριβῶς ἐπίσταμαι· ἡ δὲ ἐξώρκιζεν λέγουσα· δέομαι εἰπέ μοι, ἵνα εἰδῶ εἴ ἐστιν τις ἐν γυναιξὶν ἀθλιωτέρα ἐμοῦ.

XIX. Hæc dicente muliere, Petrus multa cogitatione stare suspensus videbatur. Et ego superveniens, Dudum, inquam, per omnia loca discurrens, quærebam te: & nunc, quid agimus? At Petrus præcepit mihi, ut ad naviculam præcederem, ibique illum opperirer. Et quia contradici ei imperanti non poterat, quod jussit feci. Ipse vero, sicut mihi cuncta posterius enarravit, suspicione quadam exigua corde pulsatus, interrogabat mulierem, dicens: Refer mihi, femina, genus, & civitatem, ac filiorum nomina; & jam medicamentum tibi do. At illa vim sustinens, neque volens referre, & medicamenti accipiendi cupida, finxit alia pro aliis, & ait: se quidem esse Ephesiam, virum autem Siculum; sed & filiorum nomina similiter immutavit. Tum Petrus, existimans eam verum proferre, ait: Heu mulier! putabam grande aliquod gaudium hodiernam diem esse apportaturam: suspicabar enim te esse quamdam mulierem, quam sentiebam, cujusque res audivi & probe novi. At illa adjurabat, dicens: Rogo mihi referas; ut sciam, si est ulla inter mulieres me infelicior.

Καὶ ὁ Πέτρος ψεύδεσθαι οὐκ εἰδὼς, ὑπὸ ἐλέους τοῦ πρὸς αὐτὴν, τὸ ἀληθὲς λέγειν ἤρξατο· ἐμοί τις λοιπὸν ἤδη νεανίας ὢν παρέπεται, τῶν τῆς θεοσεβείας ὀρεγόμενος λόγων, Ῥωμαίων ὑπάρχων πολίτης, ὅς τις μοι διηγεῖται, πῶς πατέρα ἔχων καὶ ἀδελφοὺς δύο διδύμους, οὐδένα τούτων ὁρᾷ. ἥ τε γὰρ μήτηρ, φησὶν, ὡς ὁ πατὴρ διηγεῖτό μοι, ὄνειρον ἰδοῦσα, τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἐπὶ χρόνον τινὰ ἐξῆλθεν μετὰ τῶν διδύμων αὐτῆς τέκνων, ἵνα μὴ κακῷ μόρῳ τελευτήσῃ· καὶ σὺν αὐτοῖς ἐκβᾶσα, οὐχ εὑρίσκεται. ὁ δὲ ταύτης μὲν ἀνὴρ,

XX. Tum Petrus, mentiri nesciens præ miseratione erga illam, verum cœpit dicere: Est sane quidam adolescens, sectator meus, piorum religiosorumque sermonum cupidus, & Romanus civis, qui mihi narravit, quod patrem habuerit, & duos geminos fratres, ex quibus nullus ei compareat. Nam mater, inquit, sicut mihi edisseruit pater, somnio viso, Romana urbe ad tempus excessit cum geminis suis natis, ne misera morte interiret; atque cum illis egressa, non invenitur. Vir

1. Ταῖς ἄλλ.] Præmittendum forte ὡς. ID.

2. Σκήνωμα.] Epitome, καταγώγιον. MS. Liber, οἴκημα. COT.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

A αὐτοῦ δὲ πατὴρ, καὶ αὐτὸς εἰς ἐπιζήτησιν αὐτῆς ἐκβὰς, οὐχ εὑρίσκεται.

Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ἐπιστήσασα, ὡς ὑπὸ ἐκπλήξεως ἀπέψυξεν ἡ γυνή. ὁ δὲ Πέτρος προσελθὼν, καὶ ἐπισχὼν, νήφειν αὐτὴν παρεκελεύσατο, ὁμολογεῖν αὐτὴν πείθων τί ποτέ ἐστιν ὃ πάσχει. ἡ δὲ, ὥσπερ ἐκ μέθης τὸ λοιπὸν τοῦ σώματος παρεθεῖσα, ὑπέστρεψεν ἑαυτὴν ὑποστῆναι δυνηθῆναι τὸ μέγεθος τῆς ἐλπιζομένης χαρᾶς· καὶ τρίψασα αὐτῆς τὸ πρόσωπον, ποῦ ἐστιν, ἔφη, οὗτος ὁ νεανίας; ὁ δὲ ἤδη ὅλον συνιδὼν τὸ πρᾶγμα, ἔφη· εἰπέ μοι σὺ πρῶτον· ἄλλως γὰρ τοῦτον ἰδεῖν οὐκ ἔχεις. ἡ δὲ σπεύδουσα, ἐγὼ, φησὶν, εἰμὶ ἡ τοῦ νεανίσκου μήτηρ. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί τούτῳ ὄνομα; ἡ δέ φησιν, Κλήμης. B καὶ ὁ Πέτρος εἶπεν· αὐτός ἐστιν· καὶ αὐτὸς ἦν ὁ πρὸ μικροῦ μοι λαλήσας, ᾧ ἀναμένειν με ἐν τῷ πλοίῳ προσέταξα. ἡ δὲ προσπεσοῦσα τῷ Πέτρῳ, παρεκάλει σπεύδειν ἐπὶ τὸ πλοῖον ἐλθεῖν. καὶ ὁ Πέτρος· εἴ μοι τηρεῖς τὰς συνθήκας, καὶ τοῦτο ποιήσω. ἡ δὲ ἔφη· πάντα ποιῶ, μόνον μοι τὸ τέκνον τὸ μονογενὲς δεῖξον. δόξω γὰρ δι' αὐτοῦ τὰ δύο μου τὰ ἐνταῦθα τεθνηκότα ὁρᾶν τέκνα. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ὅταν αὐτὸν ἴδῃς, ἡσύχαστον μέχρις ἂν τῆς νήσου ἐκβῶμεν. ἡ δὲ ἔφη· οὕτως ποιήσω.

Λαβόμενος οὖν τῆς χειρὸς αὐτῆς ὁ Πέτρος, [1] ἤγειρεν ἐπὶ τὸ πλοῖον. ἐγὼ δὲ ἰδὼν αὐτὸν χειραγωγοῦντα γυναῖκα, ἐγέλασα· καὶ προσελθὼν, εἰς τιμὴν C αὐτοῦ, ἀντ' αὐτοῦ χειραγωγεῖν αὐτὴν ἐπειρώμην. καὶ ἅμα τῷ ἅψασθαί με τῆς χειρὸς αὐτῆς, ὀλολύξασα ὡς μήτηρ μέγα, καὶ περιπλακεῖσα, σφόδρα κατεφίλει με τὸν αὐτῆς υἱόν. ἐγὼ δὲ ἀγνοῶν ὅλον τὸ πρᾶγμα, ὡς μαινομένην ἀπεσειόμην· αἰδούμενος δὲ καὶ τὸν Πέτρον, ἐπικραινόμην.

Ὁ δὲ Πέτρος ἔφη· ἔα, τί ποιεῖς τέκνον Κλήμης, ἀποσειόμενος τὴν σὴν ὄντως τεκοῦσαν; ἐγὼ δὲ τοῦτο ἀκούσας, περίδακρυς γενόμενος, καὶ καταπεσούσῃ τῇ τεκούσῃ προσπεσὼν, κατεφίλουν. καὶ γὰρ ἅμα τῷ ῥηθῆναί μοι τοῦτο, [2] ἀμαυρώσας πῶς τὸ εἶδος ἀνεκαλούμην. πολλοὶ μὲν οὖν ὄχλοι συνέτρεχον ἱστορῆσαι τὴν προσαιτοῦσαν γυναῖκα, λέγοντες ἀλλήλοις, ὅτι αὐτὴν ἐπέγνω ὁ υἱὸς, ἀνὴρ ἀξιόλογος. Βουλομένοις οὖν D ἡμῖν ἐξαυτῆς σὺν τῇ μητρὶ, τῆς νήσου ἐκβαίνειν, ἡ μήτηρ ἔφη· τέκνον μοι ποθεινὸν, εὔλογόν ἐστιν ἀποτάξασθαι τῇ ὑποδεξαμένῃ με γυναικὶ, ἥ τις πενιχρὰ οὖσα, καὶ ὅλη παρειμένη, ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔρριπται. ὁ δὲ Πέτρος ἀκούσας, ἐθαύμαζεν, καὶ πάντες οἱ περιεστῶτες ὄχλοι, τῆς γυναικὸς τὸ ἀγαθὸν φρόνημα. καὶ εὐθέως ἐκέλευσεν ὁ Πέτρος τισὶν πορευθῆναι, καὶ τὴν γυναῖκα ἐπὶ κλίνης κομίσαι. καὶ ὅμως ἐνεχθείσης, καὶ τεθείσης τῆς κλίνης, πάντων τῶν ὄχλων ἀκουόντων ἔφη ὁ Πέτρος· εἰ ἀληθείας κήρυξ ἐγὼ τυγχάνω, εἰς τὴν τῶν παρεστώτων πίστιν, ἵνα γνῶσιν ὅτι εἷς ἐστιν Θεὸς, ὁ τὸν κόσμον ποιήσας, ἐξαυτῆς ἐγερθήτω ὑγιής. καὶ ἅμα τῷ εἰπεῖν Πέτρον ταῦτα, ἡ γυνὴ ἠγέρθη ὑγιασθεῖσα, καὶ τῷ Πέτρῳ προσέπεσεν, E καὶ τὴν συνήθη φίλην καταφιλήσασα ἐπυνθάνετο τί εἴη τοῦτο. ἡ δὲ ὅλον αὐτῇ τὸ πρᾶγμα τοῦ ἀναγνωρισμοῦ συντόμως διηγήσατο· καὶ οἱ ἀκούσαντες κατεπλάγησαν. τότε καὶ ἡ μήτηρ τὴν ξενοδόχον θεραπευθεῖσαν ἱστορήσασα, παρεκάλει καὶ αὐτὴ ἰάσεως τυχεῖν. ὁ δὲ ἐπιθεὶς τὴν χεῖρα, καὶ αὐτὴν ἐθεράπευσεν.

Καὶ εἶθ' οὕτως ὁ Πέτρος περὶ Θεοῦ καὶ τῆς αὐτῷ διαφερούσης θρησκείας ὁμιλήσας, προσθεὶς ἐπὶ τέλει, ὅτι εἴ τις βούλεται ταῦτα ἀκριβῶς μαθεῖν, εἰς Αντιόχειαν, ὅπου πλειόνων ἡμερῶν περιμένειν ἔκρινα,

1. Ηγειρεν] Forte ἦγεν. Cot.

A autem illius, hujus vero pater; & ipse ad quærendam eam profectus, nequaquam reperitur.

XXI. Hæc cum dixisset Petrus; mulier, quæ animum intenderat, stupore exanimata est. Tum Petrus accedens, eamque tenens, ad se rediret hortatus est, suasitque ut fateretur quidnam esset quod ei contigerat. Illa vero, velut ex ebrietate toto corpore resoluta; quo posset magnitudinem sperati gaudii sustinere, semet ipsam reparavit: simulque adfricans vultum: Ubi est, inquit, ille adolescens? At Petrus jam intelligens rem totam: Dic, inquit, mihi tu prior: aliter enim eum non videbis. Tum illa festinans ait: Ego sum adolescentis mater. Et B Petrus: Quod ei nomen est? Illa vero, Clemens, ait. Petrus; Ipse est, & ipse erat qui paullo ante mecum loquebatur, quem jussi me in navi exspectare. Tunc illa procidens ad pedes Petri rogabat, ut ad navem festine procederet. Petrus autem: Si mihi, inquit, servas fidem, hoc quoque agam. At illa respondit: Omnia faciam; tantum mihi ostende unicum meum natum. Putabo enim per ipsum geminos meos liberos, qui heic mortui sunt, videre. Ac Petrus dixit, Cum videris eum, quieta mane, usquequo egrediamur ab insula. Illa excepit: Sic faciam.


XXII. Et accepta manu ejus Petrus, ducebat eam ad navem. Quem ego videns manu ducere C mulierem, risi: accedens tamen, honoris erga eum gratia, pro ipso manu illam ducere cœpi. Simul autem ac manum ejus contigi; ut mater ululatu ingenti reddito, in amplexus meos irruit, meque filium suum vehementer deosculata est. At ego ignorans omne negotium, quasi insanientem repellebam: sed & reveritus Petrum, exacerbabar tamen.

D Αὐτῆς οὖν ἑσπέρας, τῆς Πέτρου οἱ πάντες διδασκαλίας ἀπηλαύομεν, δεικνύντος ἡμῖν ἐκ τῆς κατὰ τὴν μητέρα προφάσεως, τίνι λόγῳ τὰ τέλη τῆς σωφροσύνης καλά· τὰ δὲ τῆς μοιχείας χαλεπὰ ὄντα, ὅλῳ γένει ὄλεθρον ποιεῖν φύσιν ἔχει, κἂν μὴ ταχέως, ἀλλ' οὖν γε κἂν βραδέως. ἐπὶ τοσοῦτον δέ, φησιν, τὰ τῆς σωφροσύνης ἀρέσκει τῷ Θεῷ, ὅτι καὶ τοῖς ἐν πλάνῃ οὖσιν βραχεῖάν τινα ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῷ νῦν βίῳ ἀπονέμει χάριν. ἡ γὰρ ἐκεῖ σωτηρία μόνοις τοῖς διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἐλπίδα βαπτισθεῖσιν, καὶ σωφρόνως δικαιοπραγοῦσιν ἀποδίδοται. ὥσπερ ἐγνώκατε ἐπὶ τῆς ὑμετέρας μητρὸς γενόμενα· λέγω δὴ τὰ ἐπὶ τέλει καλά. ἴσως δὲ εἰ ἐμοιχήσατο, ἀνῄρητο ἄν. διὸ σωφρονήσασαν ἐλεήσας ὁ Θεός, τὸν κατ' αὐτῆς ἀπέστρεψεν φόνον, καὶ τὰ ἀφαιρεθέντα τέκνα ἀπέδωκεν. E

Αλλ' ἐρεῖ τις ἴσως· πόσοι διὰ σωφροσύνην ἀπώλοντο; φημὶ ἀναισθησίας αἰτίᾳ· χρὴ γὰρ τὴν [4] αἰσθανομένην ἢ ἐρωμένου τινὸς ἐραστοῦ, παρ' αὐτὸ φυγεῖν τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπιμίξεως, ὡς πῦρ φλέγον ἢ λυσσῶντα κύνα. ὅνπερ τρόπον ἐποίησεν ἡ ὑμᾶς τεκοῦσα, τὸ τῆς σωφροσύνης ὄντως ἀγαπήσασα καλόν. δι' ὃ φυλαχθεῖσα, σὺν ἡμῖν αἰωνίου βασιλείας ἔλαβεν τὴν

A derent, vitam æternam cum bonis operibus a Deo donari; absque dilatione, quos diligerent, ad baptismum suscipiendum exhortarentur. Sed dicet vestrum quis: Diligunt eos, ac de eis sunt soliciti. Id stultum est. Quando denique eos ægrotare vident, aut in mortis viam abduci, aut quædam alia molesta sustinere; gemunt atque miserantur. Ita si credidissent, ignem æternum manere eos qui Deum non colunt, non cessarent monere; vel tamquam de infidelibus dolere, dum eos cernunt incredulos; certi futuræ illorum pœnæ. Nunc ergo, hospitam accersitam interrogabo, num Legem nostram velit amplecti; & prout consequens fuerit, agemus.

B XI. At vestra mater, quoniam ut decet fidelem, in baptismum animata est, vel uno die ante baptismum jejunet. Illa vero jurabat, dicens: Duobus superioribus diebus, dum narro mulieri Recognitionis eventum, præ multo gaudio cibum capere nequivi; nisi quod hesterna die paullum aquæ sumsi. Juramento autem testimonium præbuit uxor Petri, dicens: Vere nihil gustavit. Et Aquila, magis vero deinceps Faustinus, ait: Nihil ergo obstat, quin baptizetur. Tum Petrus subridens respondit: Sed non est hoc jejunium baptismi, quod non propter illum susceptum est. Et Faustinus excepit: Sed forte volens Deus matrem nostram nec una die, agnitis nobis, separari a consortio C mensæ nostræ, præordinavit hoc jejunium. Sicut enim pudicitiam servavit in ignorantia, faciens quod veritatem decet: ita & nunc Deus forsan providit & eam ante unum diem, in ignorantia jejunare, pro vero baptismo; ut a primo die agnitionis nostræ, nobiscum posset salem seu cibum capere.


XII. Tum Petrus: Non nos, inquit, vincat Malitia, prætextum nacta Providentiam, & matris affectum: sed magis vos, & ego vobiscum hodie in jejunio permaneamus; & cras baptizabitur. Neque enim hodiernæ diei hora ad baptismum apta est. Itaque sic fieri, omnes consensimus.

D XIII. Hac ergo vespera, cuncti fruiti sumus Petri doctrina, qui nobis ostendit per occasionem matris, quo modo pudicitiæ fines sint boni; fines vero mœchiæ, exitiales, & ita natura comparati, ut toti generi perniciem inferant, etiamsi non statim, tamen licet tarde. In tantum autem, inquit, pudicitia Deo placet; ut etiam his qui in errore sunt positi, nonnihil gratiæ pro illa in præsenti conferat vita. Nam futura beatitudo illis solum retribuitur, qui baptizati sunt propter spem in eum, quique pudicitiam & justitiam servant. Quemadmodum vidistis quæ matri vestræ contigerunt: bona, inquam, quæ in fine obtinuit. Forte enim si adulterasset, e medio fuisset sublata. Quocirca pudicam miseratus Deus, necem ei imminentem avertit, & ablatos liberos reddidit.

XIV. Verum fortasse dicet aliquis: Quanti ob pudicitiam periere? Dico, Quia non senserunt. Certe enim oportet ut quæ sentit se ab aliquo amatore diligi, fugiat statim commistionem cum eo, tamquam ignis flammam, vel canem rabidum. Quemadmodum fecit quæ vos peperit, re vera pudicitiæ bonum diligens. Propter quod servata, vobiscum regni sem-

1. Μένειν τοὺς.] Aut μένειν ἐπὶ τοὺς. Postea, τὸν νόμον ἡμῶν. Cot.
2. Μαρτυρήσει.] Forte ἐμαρτύρησε. Id.
3. Διαμείνωμεν.] Deest forte ἐν νηστείᾳ, Epit. Id.

4. Αἰσθανομένην, ἢ ἐρωμένου τινὸς ἐραστοῦ.] Lege ἢ ἐρωμένου τινὸς, ἢ ἐραστοῦ, quæ sentit aliquem, vel amasium, vel amatorem. Davis.



ἐπίγνωσιν. ἡ σωφρονεῖν βουλομένη γυνὴ, εἰδέναι ὀφείλει, ὅτι φθονουμένη ὑπὸ κακίας, προφάσει ἔρωτος, πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβούλους. μίᾳ δὲ τῇ πρὸς τὸ σωφρονεῖν ἐνστάσει σεμνὴ μείνασα, τὴν ὑπὸ πάντων νίκην λαβοῦσα, σωθῆναι ἔχει. καὶ γὰρ εἰ πάντα καλὰ διαπράξοιτό τις, μίᾳ τῇ πρὸς τὸ μοιχήσασθαι ἁμαρτίᾳ κολασθῆναι [1] δεῖ ὁ προφήτης ἔφη. A

piterni accepit cognitionem. Mulier quæ pudice cupit vivere, scire debet, sibi a Malitia invideri, multosque se amoris caussa habere insidiatores. Uno autem pudicitiæ affectu casta permanens, sumta de omnibus victoria salutem consequetur. Etenim licet quis cunctas excoluerit virtutes, ob unicum adulterii peccatum dabit pœnas, inquit Propheta.

Η σώφρων γυνὴ, τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα ποιοῦσα, τῆς αὐτοῦ πρώτης κτίσεως ἀγαθὴ ὑπόμνησις γίνεται, ὅτι εἷς ὢν ὁ Θεὸς, [2] ἐν ἀνθρώπῳ μίαν ἔκτισε γυναῖκα. ἔτι δὲ μᾶλλον σώφρων μένει, ἐὰν τῆς κτίσεως μὴ λανθάνῃ, καὶ τὴν κόλασιν προβλέπῃ, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τὴν ζημίαν μὴ ἀγνοῇ. ἡ σώφρων γυνὴ, ἐπὶ τοῖς σώζεσθαι θέλουσιν ἡδομένη, παράδειγμα εὐσεβὲς τοῖς θεοσεβοῦσιν τυγχάνει· ἀγαθοῦ γὰρ βίου νόμος ἐστίν. ἡ σωφρονεῖν θέλουσα, τὰς προφάσεις τῆς λοιδορίας ἐκκόπτει· ἐὰν δὲ μὴ παρέχουσα πρόφασιν, λοιδορεῖται ὡς ὑπὸ ἐχθροῦ, ὑπὸ Θεοῦ εὐλογεῖται καὶ ἐκδικεῖται. ἡ σώφρων, τὸν Θεὸν ποθεῖ, τὸν Θεὸν φιλεῖ, τὸν Θεὸν τέρπει, τὸν Θεὸν δοξάζει· ἀνθρώποις πρόφασιν πρὸς λοιδορίαν οὐ παρέχει. ἡ σώφρων γυνὴ, τὴν ἐκκλησίαν ἀγαθῇ τιμῇ μυρίζει, καὶ ἐπὶ σεμνότητι δοξάζει· ἔτι δὲ καὶ διδασκάλων ἔπαινός ἐστιν, καὶ συνεργὸς αὐτοῖς σωφρονοῦσι τυγχάνει. B

XV. Mulier pudica, Dei voluntatem faciens, primæ suæ creationis præclara est commemoratio: quia Deus qui unus est, homini unam creavit mulierem. Adhuc vero amplius manet pudica, si creationis non obliviscatur, futurum supplicium prævideat, nec ignoret æternorum bonorum amissionem. Pudica mulier, iis delectata qui volunt salvi fieri, est pium exemplum cultoribus divinitatis: ut pote bonæ vitæ lex. Quæ cupit pudice agere, occasiones maledicti amputat: si vero non data occasione, tamquam ab Inimico male audit; a Deo benedicitur ac vindicatur. Pudica, Deum desiderat, Deum diligit, Deum oblectat, Deo gloriam defert; hominibus occasionem obloquendi non præbet. Mulier pudica, excellenti dignitate, replet Ecclesiam bono odore: & præterea magistrorum laus est, adjutrixque pudicitiam colentibus.

Η σώφρων γυνὴ, ὡς νυμφίῳ υἱῷ Θεοῦ κοσμεῖται, ἐνδεδυμένη τὸ σεμνὸν φῶς. ἔστιν δὲ αὐτῇ κάλλος ἐν τῇ ψυχῇ εὐνομία. μύρου δὲ πνέει τῆς ἀγαθῆς φήμης. C καλὰ φορεῖ· ἠμφίεσται τὴν αἰδῶ· καὶ τιμίους μαργαρίτας περίκειται, τοὺς σωφρονίζοντας λόγους. λευκὴ δὲ τυγχάνει, ὅτ' ἂν τὰς φρένας ᾖ λελαμπρυμένη. καλῷ ἐσόπτρῳ ὁρᾷ, εἰς τὸν Θεὸν ἐμβλέπουσα. καλῷ κόσμῳ χρῆται, τῷ πρὸς [3] φόβῳ τὴν ψυχὴν νουθετοῦσα. καλὴ ἡ γυνὴ, οὐχ ἡ χρυσῷ πεπεδημένη, ἀλλ' ἡ τῶν προσκαίρων ἐπιθυμιῶν λελυμένη. ἡ σώφρων γυνὴ, μεγάλῳ βασιλεῖ περιπόθητός ἐστιν, αὐτῷ μεμνήστευται, αὐτῷ τετήρηται, ὑπὸ αὐτοῦ ἠγάπηται. ἡ σώφρων, εἰς τὸ θέλεσθαι προφάσεις οὐ παρέχει, ἢ τῷ αὐτῆς ἀνδρί. ἡ σώφρων, ὑπὸ ἑτέρου θελομένη λυπεῖται, ἡ σώφρων, τὸν ἄνδρα ἐνδιαθέτως φιλεῖ, καὶ καταφιλεῖ, καὶ κολακεύει, ἀρέσκει, δουλεύει· πρὸς πάντα αὐτῷ πείθεται, παρ' ἐκτὸς τοῦ ἀπειθεῖν Θεῷ. ἡ D γὰρ πειθομένη Θεῷ, ἄνευ φυλάκων καὶ τὴν ψυχὴν σωφρονεῖ καὶ τὸ σῶμα καθαρεύει.

XVI. Pudica mulier, tamquam sponso, Filio Dei ornatur, vestita sacro lumine. Ipsi autem decus in anima est, honesta vita. Unguentum vero olet, bonam famam. Præclare amicta est; pudorem induta; atque pretiosis margaritis redimita, castificis sermonibus. Candida autem est, ut animo illustrata. In optimum intuetur speculum, quæ in Deum aspiciat. Pulcro ornatu utitur; timore erga Deum animam instituens. Egregia mulier, non quæ auro irretita est, sed quæ a temporariis cupiditatibus soluta. Pudica mulier, a magno Rege desideratur, desponsatur, custoditur, diligitur. Pudica, non præbet occasiones ut appetatur, nisi viro suo. Pudica, ab alio cupita, dolet. Pudica, marito defert sincerum ac suavem amorem, blanditur, placet, servit; in omnibus ei obsequitur, nisi quando inobsequens foret Deo. Nam quæ Deo credit ac obtemperat; absque custodibus, & animo casta & corpore pura est.

Ανόητος οὖν πᾶς ἀνὴρ, ὁ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα χωρίζων φόβου Θεοῦ. ὅτι ἡ Θεὸν μὴ φοβουμένη, οὐδὲ τὸν ἄνδρα φοβεῖται. ἐὰν Θεὸν τὸν ἀόρατα βλέποντα μὴ φοβῆται, [4] πῶς τὴν ἀόρατον προικὶ σωφρονήσει; πῶς δὲ σωφρονήσει, ἡ μὴ συνερχομένη [5] πρὸς τοὺς σωφρονίζοντας ἀκούειν λόγους; πῶς δὲ καὶ νουθεσίας τύχοι; πῶς δὲ σωφρονήσει ἄνευ φυλάκων, ἐὰν τὴν ἐσομένην κρίσιν τοῦ Θεοῦ μὴ διδαχθῇ, μηδὲ τὴν ἐπὶ μικρᾷ ἡδονῇ αἰώνιον ζημίαν πληροφορηθῇ; διὸ τοὐναντίον ἄκουσαν αὐτὴν πρὸς τὸν σωφρονίζοντα ἀεὶ εἰσέρχεσθαι λόγον, ἀνάγκασον, κολάκευσον. E

XVII. Amens ergo est omnis maritus, qui uxorem suam a timore Dei separat. Quoniam quæ non timet Deum, nec maritum metuit. Si Deum inaspectabilia cernentem nequaquam vereatur, quo modo illum qui ea non videt verebitur? An gratuito castitatem colet? Qua vero ratione casta erit, quæ non convenit ad audiendos castificos sermones? Et quo pacto instruetur? Quo modo etiam temperanter se geret absque custodibus, si futurum Dei judicium non edoceatur, neque sibi plene persuadeat æternum ob exiguam voluptatem supplicium? Quare contra invitam coge, ut ad doctrinam castitatis effectricem semper accedat, vel adulationibus vince.

Πολὺ δὲ κρεῖττον, εἰ χειραγωγήσας ἥξεις· ἵνα καὶ αὐτὸς σώφρων γένῃ· θελήσεις γὰρ σώφρων γενέσθαι, ἵνα γνώσῃ σεμνοῦ γάμου τὸ τέλος· καὶ οὐκ ὀκνήσεις, εἰ ἀγαπᾷς, λέγω δὴ πατὴρ γενέσθαι, ἴδια τέκνα φιλεῖν, καὶ ὑπὸ ἰδίων φιλεῖσθαι τέκνων. ὁ σώφρονα γυναῖκα ἔχειν θέλων, καὶ αὐτὸς σωφρονεῖ; τὴν ὀφειλομένην εὐνὴν ἀποδίδωσιν, ταύτῃ συνεστιᾶται, ταύτῃ

XVIII. Multo autem melius erit, si manu eam ducens venias; quo ipse etiam pudicus fias; desiderabis enim fieri, ut cognoscas finem honesti ac venerandi matrimonii: neque pigebit, si cupis, esse, inquam, pater, tuos liberos diligere, & ab iis diligi. Qui mulierem pudicam habere vult, & ipse pudice vivit, ac debitum persolvit concubitum; cum

1. Δεῖ.] Forte δεῖν. COT.
2. Εν ἀνθρώπῳ.] Lege ἑνὶ ἀνθρώπῳ, *uni homini*. DAVIS.
3. Πρὸς φόβῳ.] Leg. forte πρὸς Θεὸν φόβῳ. COT.
4. Πῶς τὴν ἀόρατον &c.] Forte πῶς τὸν ἀόρατον προῖκα σωφρ. COT. —— Forte πρὸς τὸν ἄνδρα ὁρατὸν παρέσται σωφρονῆσαι; *erga virum, qui oculis cernitur, ei se modeste gerere promtum erit*. Sensus certe convenit. Has ipsas tamen voces ab Auctoris manu fluxisse non confirmarim. DAVIS.
5. Πρὸς τοὺς.] Leg. πρὸς τὸ τοὺς &c. ID.

συνέστιν, σὺν αὐτῇ πρὸς τὸν σωφρονίζοντα ἔρχεται λόγον, οὐ λυπεῖ, οὐκ εἰκῇ μάχεται, ἑαυτὸν μισητὸν οὐ ποιεῖ, ἃ δύναται καλὰ παρέχει, ὧν μὴ ἔχει τῇ κολακείᾳ τὸ λυποῦν ἀποπληροῖ. [1] ἡ σώφρων γυνὴ, κολακευθῆναι οὐκ ἀναμένει, κύριον τὸν ἄνδρα γνωρίζει, [2] πενομένῳ τὴν πενίαν φέρει, πεινῶντι συμπεινᾷ, ἀποδημοῦντι συναποδημεῖ, λυπούμενον παραμυθεῖται· κἂν προῖκα μείζονα ἔχῃ, ὡς μηδὲν ἔχουσα ὑπόκειται. ὁ δὲ ἀνὴρ κἂν πένητα ἔχῃ γυναῖκα, μεγάλην προῖκα ἡγείσθω αὐτῆς τὴν σωφροσύνην. ἡ σώφρων γυνὴ, αὐταρκείᾳ βρωμάτων καὶ ποτῶν χρῆται· ἵνα μὴ λιπανθέντος τοῦ σώματος [3] τῷ βάρει πρὸς ἐπιθυμίας ἀνόμους κατασπάσῃ τὴν ψυχήν. ἀλλ' ἔτι μὴν σὺν νέοις οὐκ ἰδιάζει, καὶ τοὺς γέροντας ὑποπτεύει· γέλωτας ἀτάκτους ἀπωθεῖται· Θεῷ μόνῳ ἑαυτὴν ἀπονέμουσα οὐ σφάλλεται. σεμνοὺς λόγους ἀκούουσα ἥδεται, τοὺς δὲ μὴ ἐπὶ σωφροσύνης λεγομένους ἀπωθεῖται.

A ea vescitur, moratur, ad castificam doctrinam venit; non contristat, non temere litigat, se non facit odiosum; quæ potest bona præstat; quando vero non habet, assentatione tristitiam supplet. Mulier pudica, adulationem non exspectat; virum pro domino habet ac dominum vocat; eo paupere fert paupertatem; cum esuriente esurit, cum peregrinante peregrinatur; tristem consolatur: quamvis majorem habuerit dotem, tamquam nihil habens subjicitur. Maritus autem, licet pauperem uxorem duxerit, magnam dotem putet pudicitiam ipsius. Mulier pudica, nimio non utitur cibo ac potu; ne pinguefactum corpus pondere animam trahat ad cupiditates illicitas. Præterea cum juvenibus nequaquam sola B manet, ac senes reveretur: incompositos risus removet; se soli Deo tradens, non decipitur: honesta verba audiens delectatur; ea vero quæ ad pudicitiam non tendunt, repellit.

Μάρτυς Θεός· πολλοὶ φόνοι, μία [4] μοιχεία· καὶ τὸ δεινὸν, ὅτι τῶν φόνων αὐτῆς τὸ φοβερὸν καὶ ἀσεβὲς οὐ βλέπεται. ὅτι αἵματος χυθέντος νεκρὸν κεῖται σῶμα, καὶ τὸ τῆς συμφορᾶς δεινὸν πάντας ἐκπλήσσει. [5] τῆς δὲ μοιχείας οἱ τῆς ψυχῆς φόνοι, φοβερώτεροι ὄντες, ἐπεὶ μὴ ἀνθρώποις βλέπεται, τοῖς τολμῶσιν ἄοκνον τὴν ὁρμὴν παρέχουσιν. γνῶθι ἄνθρωπε, τίνος πνοὴν ἔχεις πρὸς τὸ ζῆν, καὶ οὐ μὴ αὐτὴν μιανθῆναι θελήσῃς. ὑπὸ μοιχείας μόνης μιαίνεται ἡ Θεοῦ πνοή. καὶ διὰ τοῦτο αὐτὴ τὸν μιάναντα εἰς πῦρ κατασπᾷ. σπεύδει γὰρ τὸν ὑβριστὴν αἰωνίῳ παραδοῦναι κολάσει.

XIX. Testis est Deus; multa homicidia, unum adulterium: & quod grave est, homicidiorum illius horror ac impietas non cernitur. Nam fuso sanguine corpus mortuum jacet, & calamitatis magnitudine omnes stupent. At neces animarum per adulterium, cum sint magis horribiles, quia tamen ab hominibus non videntur, aggressoribus occasionem indesidis impetus præbent. Cognosce homo, cujus spiritum habeas ad vivendum, & ne illum patiaris C pollui. A solo adulterio polluitur Dei spiritus: atque ideo ille ad ignem trahit hominem qui polluit. Festinat enim contumeliosum tradere æterno supplicio.

Ταῦτα λέγων ὁ Πέτρος, ἀγαθὴν καὶ σώφρονα Ματτιδίαν ὑπὸ χαρᾶς δακρύουσαν ἰδὼν, ὡς ἐπὶ ὑποσχέσει τῶν γεγονότων λυπηθῆναι νομίσας, ἔφη· θάρσει γύναι· πολλῶν πολλὰ κακὰ παθόντων διὰ μοιχείαν, σὺ διὰ σωφροσύνην πέπονθας, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐτελεύτησας. [6] εἰ δὲ καὶ τεθνήκεις, σεσωσμένην ἂν εἶχες τὴν ψυχήν. πατρίδα Ῥώμην ἔλειπες διὰ σωφροσύνην· ἀλλὰ τῇ ταύτης προφάσει, ἀλήθειαν εὗρες, τὸ διάδημα τῆς ἀϊδίου βασιλείας· ἐν βυθῷ κεκινδύνευκας· καὶ οὐκ ἐτελεύτησας· καὶ εἴτε τετελευτήκεις, αὐτός σοι ὁ βυθὸς διὰ σωφροσύνην θνησκούσῃ βάπτισμα ἐγίνετο πρὸς ψυχῆς σωτηρίαν. τέκνων ἀπελείφθης πρὸς ὀλίγον, ἃ τυχὰ γνησίας ὄντα σπορᾶς ἐν τοῖς κρείττοσιν εὕρηται. λιμώττουσα τροφὰς προσῄτησας· ἀλλὰ πορνείᾳ σῶμα σὸν οὐκ ἐμίανας. σῶμα σὸν ἐβασάνισας· ἀλλὰ τὴν ψυχὴν ἔσωσας. μοιχὸν ἔφυγες, ἵνα μὴ κοίτην ἀνδρὸς μιανῇς· ἀλλὰ διὰ τὴν σωφροσύνην ὁ τὴν φυγὴν εἰδὼς Θεὸς, τὸν ἀνδρὸς ἀποπληρώσει τόπον. λυπηθεῖσα καὶ μονωθεῖσα πρὸς ὀλίγον ἀνδρὸς καὶ τέκνων ἀπελείφθης: ἀλλὰ τούτους πάντας ἀπολείπειν εἶχες προθεσμίᾳ θανάτου· κρεῖττον δὲ ὅτι διὰ σωφροσύνην ἑκοῦσα ἀπελείφθης, [7] εἴπερ ἄκουσα μετὰ χρόνον ἐφ' ἁμαρτίαις αὐταῖς ἀπολλύου.

XX. Hæc cum diceret Petrus, videretque bonam pudicamque Mattidiam flere præ gaudio; arbitratus dolere eam de toleratis casibus, ait: Confide mulier. Cum multi multa mala pertulerint propter adulterium; tu propter pudicitiam passa es; ideoque non interiisti. Sed & si obiisses, animæ salutem fuisses consecuta. Patriam Romam pudicitiæ ergo reliquisti: sed hac occasione, invenisti veritatem, æterni regni diadema. In mari periclitata es; at D non mortua: verum licet mortua fuisses, ipsum tibi pelagus propter pudicitiam fuisset morienti baptismus, ad animæ salutem. Ad paucum tempus orbata es liberis, qui cum e legitimo essent semine, inventi sunt in meliori sorte. Fame pressa mendicasti cibum: sed stupro tuum corpus non fœdasti. Corpus afflixisti: at servasti animam. Adulterum fugisti, ne mariti cubile maculares: verum qui fugam vidit Deus, propter pudicitiam locum viri supplebit. Ad tristitiam & solitudinem redacta, privata es ad breve tempus tum marito, tum liberis: sed hi omnes tibi relinquendi erant per mortis necessitatem: præstat autem, quod propter castitatem volens privata es; quam si invita, postea periisses in peccatis. E

1. Ἡ σώφρων γυνή.] Adi ad Constitutiones Apostolicas Turriani Latine tantum impressas Antuerpiæ pag. 93. in margine. Ulpianus: *Quid enim tam humanum est, quam ut fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse?* Cot.

2. Πενομένῳ.] Apud Turrianum πενομένου. Id.

3. Τῷ βάρει.] Leg. τὸ βάρος vel τῷ βάρει, *ne pinguefacti corporis pondus ad libidines illicitas mentem trahat.* Davis.


4. Μοιχεία.] De adulterio emendes velim locum S. Methodii, in Opere de libero arbitrio. Combefisianæ editionis pag. 353. [illegible] *alius, qui proximi uxori [illegible] bat illudere, alienum matrimonium prædatus, & incitans eam ut ad concubitum illicitum verteretur, e marito volens facere patr[illegible] non [illegible].* Cot.

5. Τῆς δὲ μοιχείας &c.] Leg. τῇ δὲ μοιχείᾳ οἱ τῆς ψυχῆς φόνοι — ἐπεὶ μὴ ἀνθρώποις βλέπονται: *adulterio [illegible] animæ — quandoquidem ab hominibus non cernuntur.* D[illegible].

6. In Clementinorum Ms. heic ad marginem recentiori manu scriptum cernitur; ὅτι εἰ καὶ ἐθνικὴ ἀβάπτιστος, διὰ τὴν σωφροσύνην ἐδικαιοῦτο. Parique modo infra, δικαιοῦνται μὲν ἐξ ἔργων, ἢ διὰ σωφροσύνην, ἢ δι' ἐλεημοσύνην, ἢ διὰ δικαιοσύνην, οἱ ταῦτα μετερχόμενοι. βασιλείαν δὲ Χριστοῦ μόνοι οἱ βαπτιζόμενοι εἰς ἁγίαν τριάδα. Quæ omnia ad Pelagianam hæresim pertinere videntur; ut & nonnulla alia Clementi adscriptis operibus inspersa. Cot.

7. Εἴπερ.] Leg. ἢ εἴπερ, *quam si.* Davis.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



Πολλῷ οὖν ἄμεινον τὰ πρωτεῖα εἶναι θλιβερά. καὶ γὰρ ὅτε πάρεστιν, ἐλπίδι τοῦ παρελθεῖν οὐ πάνυ λυπεῖ· προσδοκίᾳ τε τοῦ κρείττονος καὶ χαίρειν παρέχει. πρὸ πάντων δὲ εἰδέναι σε θέλω, πόσον τὸ σωφρονεῖν ἀρέσκει Θεῷ. ἡ σώφρων γυνὴ, Θεοῦ ἐκλογὴ, Θεοῦ εὐδοκία, Θεοῦ δόξα, Θεοῦ τέκνον. [1] τοσούτων ἀγαθῶν σωφροσύνη. εἰ μὴ ὅτι νόμος ἦν, μηδὲ δίκαιον ἀβάπτιστον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν, τάχα που τῶν ἐθνῶν οἱ πεπλανημένοι, διὰ σωφροσύνην μόνον σωθῆναι ἐδύναντο. διὰ τοῦτο λίαν ἀθυμῶ περὶ τῶν ἐν πλάνῃ σωφρονούντων, ὅτι ἄνευ ἐλπίδος ἀγαθῆς σωφρονεῖν ἑλόμενοι, πρὸς τὸ βαπτισθῆναι ὀκνηρῶς ἔχουσιν. διὸ οὐ σώζονται· ὅτι δόγμα Θεοῦ κεῖται, ἀβάπτιστον εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν μὴ εἰσελθεῖν. ταῦτα αὐτοῦ εἰπόντος, καὶ τούτων πλείονα, εἰς ὕπνον ἐτράπημεν.

A XXI. Multo igitur melius est, priora molesta esse ac dura. Etenim quando adsunt; spe quod præteribunt, non admodum contristant, immo potiorum exspectatione gaudium præbent. Ante omnia autem scire te volo, quantum pudicitia Deo placeat. Mulier pudica, est Dei electio, Dei beneplacitum, Dei gloria, Dei filia. Tot prærogativas habet pudicitia. Nisi quia lex est, ut ne justus quidem, absque baptismo ingrediatur in regnum Dei; forte qui errant in Gentibus, propter solam pudicitiam possent salvari. Quocirca vehementer anxius sum de iis qui in errore vivunt pudice; quod sine bona spe pudicitiam consectati, ad baptismum recipiendum se gerant B segniter. Quare salvi non fiunt; quia Dei decretum positum est, ne in ipsius regnum ingrediatur expers baptismi. Quæ postquam protulit, & his plura, ad somnum conversi sumus.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

Ὀρθρίτερον δὲ πολλῷ τοῦ καθ' ἡμέραν ὁ Πέτρος διυπνισθεὶς, εἰσῄει πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἐξυπνίσας ἔφη· Φαυστῖνος καὶ Φαυστινιανὸς ἅμα Κλήμεντι μετὰ τῶν οἰκείων ἀκολουθησάτωσάν μοι, ὅπως ἐν σκεπινῷ τῆς θαλάσσης τόπῳ ἐλθόντες, ἐν ἀκατασκόπῳ βαπτίσαι αὐτὴν δυνηθῶμεν. πλὴν ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν γενομένων ἡμῶν, μεταξὺ πετρῶν τινῶν γαληνοῦ καὶ καθαροῦ τόπου ἀπορησάντων, ἐβάπτισεν αὐτήν. ἡμεῖς δὲ οἱ ἀδελφοὶ, τῶν γυναικῶν χάριν, ἅμα ἀδελφῷ καὶ ἄλλοις τισὶν ὑποχωρήσαντες, καὶ λουσάμενοι, ἐλθόντες, τὰς γυναῖκας παρελάβομεν. καὶ οὕτως ἐν κρυφαίῳ τόπῳ προσελθόντες ηὐχόμεθα. ἔπειτα ὁ Πέτρος τὰς γυναῖκας διὰ τὸν ὄχλον προέπεμψεν, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἐπὶ τὴν ξενίαν ἐλθεῖν κελεύσας, ἀνδρῶν τε μόνοις ἡμῖν συνεῖναι τῇ μητρὶ καὶ ταῖς αὐταῖς γυναιξὶν ἐπέτρεψεν. ἐλθόντες οὖν εἰς τὴν ξενίαν, καὶ ἀναμένοντες αὐτὸν ἐλθεῖν, ἀλλήλοις διελεγόμεθα. μετὰ ἱκανὰς δὲ ὥρας ὁ Πέτρος ἐλθὼν, τὸν ἄρτον ἐπ' εὐχαριστίᾳ κλάσας, καὶ ἐπιθεὶς ἅλας, τῇ μητρὶ πρῶτον ἐπέδωκεν, μετ' αὐτὴν ἡμῖν τοῖς υἱοῖς αὐτῆς. καὶ οὕτως αὐτῇ συνεστιάθημεν, καὶ τὸν Θεὸν εὐλογήσαμεν.

I. Multo autem maturius quam quotidie solebat, Petrus experrectus, ad nos ingressus est, quos expergefecit, ac dixit: Faustinus & Faustinianus, unaque Clemens cum suis me sequantur, ut venientes ad obtectum maris locum, clam possimus eam baptizare. Itaque ubi fuimus in litore; C inter saxa quædam, quæ tranquillum & mundum locum præbebant, baptizavit illam. Nos autem fratres, mulierum gratia, una cum fratre & aliis nonnullis secessimus, & lavimus; ac profecti, mulieres recepimus. Sicque in locum occultum progressi, illic precati sumus. Postea Petrus mulieres ob multitudinem præmisit, jubens ut per alteram viam irent ad hospitium; solisque virorum nobis permisit matrem ac mulieres comitari. Venientes ergo ad diversorium, & præstolantes adventum illius, colloquebamur invicem. Post multas vero horas Petrus regressus, panem in Eucharistiam fregit, & cibo posito, matri primum dedit, ac post eam nobis filiis ejus. Atque ita cum ea comedimus; Deumque laudibus D prosecuti sumus.

Τότε λοιπὸν ὁ Πέτρος τὸν ὄχλον εἰσεληλυθότα ἰδὼν, καὶ καθεσθεὶς, καὶ παρακαθεσθῆναι ἡμᾶς κελεύσας, ὑφηγεῖται τὰ πρῶτα πείθων ἡμᾶς, τίνι λόγῳ προπέμψας ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, καὶ αὐτὸς βραδύνας ἐπῆλθεν. τὴν δὲ αἰτίαν ἔλεγεν τοιαύτην. ἅμα τῷ ὑμᾶς φησιν, ἀποστῆναι, γέρων συνεισῄει ἐργάτης, περιέργως κλέπτων ἑαυτὸν, προκατασκοπήσας ἡμᾶς, ὡς αὐτὸς ὕστερον ὡμολόγει, πρὸς τὸ ἰδεῖν τί ἂν πράττοιμεν εἰς τὸν σκεπινὸν τόπον εἰσελθόντες, λάθρα ἐκβὰς, ἠκολούθησεν. ἐν εὐχώρῳ τόπῳ προσελθὼν καὶ προσαγορεύσας ἔφη· ἐκ πολλοῦ σοι ἀκολουθῶν, καὶ συντυχεῖν θέλων, ᾐδούμην μήπως ὡς περιέργῳ μοι χαλεπαίνῃς· νῦν δὲ τὰ ἐμοὶ δοκοῦντα ἀληθῆ, εἰ βούλει λέγω. κἀγὼ ἀπεκρινάμην· λέγε ἡμῖν ὅπερ σοι δοκεῖ καλὸν εἶναι, καὶ ἀποδεξόμεθά σε, κἂν τῷ ὄντι μὴ καλὸν ᾖ τὸ λεγόμενον, ἐπείπερ ἀγαθῇ προαιρέσει τὸ δοκοῦν σοι καλὸν εἰπεῖν ἠθέλησας.

II. Tum deinde, Petrus, ingressum populum videns; cum sedisset, nosque jussisset assidere; enarravit primo ac docuit, qua ratione nobis post baptismum præmissis, ipse tarde rediisset. Caussam vero hanc dicebat: Simul atque vos, inquit, discessistis; senex operarius advenit, curiose occultans se; nobisque prius observatis, (sicut ipse postea fassus est) ut videret quidnam, ingressi locum obtectum, ageremus; clam exiit, & secutus est: atque in opportuno loco conveniens me ac salutans, ait: Jam diu te sequens, & alloqui cu-E piens, verebar ne mihi tamquam curioso irascereris; nunc autem quæ mihi videntur vera, si vis profero. Et ego respondi: Dic nobis quod tibi videtur esse bonum: & laudabimus te, licet re vera quod dixeris, bonum non fuerit; quoniam prudenti consilio, id quod tibi visum est bonum, volueris proloqui.


Καὶ ὁ γέρων τοῦ λέγειν ἤρξατο οὕτως· θαλάσσῃ ὑμᾶς λελουμένους εἰς τὸν ἀπόκρυφον τόπον ὑποχωρήσαντας ἰδὼν, προσελθὼν, λάθρα κατεσκόπουν τὸ τί ἂν ἐν κρυφαίῳ εἰσιόντες πράττοιτε· καὶ ἐπειδὴ εὐχομένους ἴδον, ὑπεχώρησα· ἐλεήσας δὲ ὑμᾶς ἀνέμεινα, ὅπως [2] ἀξιοῦσιν προσομιλήσας πείσω μὴ ἀπατᾶσθαι. οὔτε γὰρ Θεός ἐστιν, οὔτε πρόνοια, ἀλλὰ γενέσει τὰ πάντα ὑπόκειται, ὡς ἐγὼ ἐφ' οἷς πέπονθα πεπληροφόρημαι, ἐκ πολλοῦ ἀκριβῶν τὸ μάθη-

III. Tum senex ita cœpit dicere: In mari vos lavisse vidi, & post hoc ad secretum secessisse locum: accedens ergo, & observans de occulto, quid in secretum ingressi ageritis; cum orantes inspexissem, secessi: & vos miseratus opperiri cœpi, usquequo egressos alloquerer, ac docerem ne erretis. Quia neque Deus est, neque Providentia; sed Genesi omnia subjacent, sicut ego ex iis quæ mihi acciderunt, manifestissime comperi, in disciplina Matheseos jam

1. Τοσούτων ἀγαθῶν.] Forte τοσοῦτον ἀγαθόν. Cot.

2. Ἀξιοῦσιν.] Leg. ἀξιῶσιν. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



μα. μὴ οὖν ἀπατῶ, τέκνον. εἴτε γὰρ εὔχῃ, εἴτε μή, τὰ ἐκ τῆς γενέσεως πάσχειν ἀνάγκην ἔχεις· εἰ γὰρ εὐχαί τι δύνανται, ἢ τὸ εὖ ποιεῖν, αὐτὸς ἂν ἐν τοῖς κρείττοσιν ἤμην. καὶ νῦν εἰ μή σε ἀπατᾷ ἡ πενιχρά μου αὕτη ἐσθής, οὐκ ἀπιστήσεις οἷς λέγω. ἐν πολλῇ βίου ποτὲ ὢν περιουσίᾳ, πολλὰ καὶ θεοῖς ἔθυον, καὶ δεομένοις παρεῖχον· καὶ ὅμως εὐχόμενός τε καὶ εὐσεβῶν, τὴν πεπρωμένην ἐκφυγεῖν οὐκ ἠδυνήθην. κἀγὼ ἔφην· τίνα ἐστὶν ἃ πέπονθας; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· οὐκ ἀνάγκη λέγειν νῦν· ἴσως ἐπὶ τέλει ἀκούσῃ, τίς τε ὢν ἐγώ, καὶ τίνων, ἐν ποίαις βίου περιστάσεσιν γέγονα. νῦν δὲ ὅτι γενέσει τὰ πάντα ὑπόκειται, πληροφορηθῆναί σε θέλω.

A pridem diligenter eruditus. Noli ergo errare, fili. Sive enim ores, sive non; quæ Genesis tua continet, hæc tibi accident necessario. Nam si preces possent aliquid, vel bona opera; ipse inter feliciores essem. Ac nunc, nisi te decepit hæc paupercula mea vestis, dictis meis non diffidas. Qui olim in magna bonorum abundantia versarer, multa tum diis immolabam, tum egenis largiebar: attamen dum oro ac pie vivo, fatum non potui effugere. Et ego dixi: Quænam sunt, quæ tibi contigerunt? Ille vero respondit: Non necesse est nunc dicere: forte in fine audies quisnam ego cum essem, & ex quibus ortus, in quales incurri vitæ calamitates. Sed nunc, omnia subjici Genituræ, volo tibi esse persuasissimum.

B

Κἀγὼ ἔφην· εἰ γενέσει τὰ πάντα ὑπόκειται, καὶ τοῦτο οὕτως ἔχον πεπληροφόρησαι, σεαυτῷ ἐναντία νοῶν συμβουλεύεις. εἰ μὲν παρὰ γένεσιν οὐ δυνατὸν οὐδὲ τὸ φρονεῖν, τί ματαιοπονεῖς, συμβουλεύων γενέσθαι ὃ γενέσθαι ἀδύνατόν ἐστιν; ἀλλ' ἔτι μὴν εἰ γένεσις ὑφέστηκεν, μὴ σπεῦδε πείθειν ἐμὲ μὴ σέβειν τὸν καὶ τῶν ἄστρων δεσπότην, οὗ θέλοντος καὶ μὴ γενέσθαι τι, γενέσθαι [1] δυνατόν. ἀεὶ γὰρ τὸ ὑποκείμενον τῷ ἡγουμένῳ πείθεσθαι ἀνάγκην ἔχει. τὸ μέντοι τοὺς νομιζομένους θεοὺς σέβειν, γενέσεως ἐπικρατούσης, περιττόν ἐστιν. οὔτε γὰρ παρὰ τὸ δοκοῦν τῇ πεπρωμένῃ [2] γίνεται· οὔτε αὐτοί τι ποιεῖν δύνανται, τῇ καθόλου αὐτῶν ὑποκείμενοι γενέσει. εἰ γένεσίς ἐστιν, ἀντίκειται τὸ μὴ πρῶτον ἄρχειν· [3] ὑποκεῖσθαι οὐ δύναται ὡς ἀγένητον, ἑαυτοῦ πρεσβύτερον μηδὲν ἔχον.


IV. Ego dixi: Si Genesi cuncta subsunt, hocque ita esse persuasum habes; tecum pugnantia cogitas & consulis. Etenim si contra Natale ne sentire quidem possumus, cur frustra labores, id fieri consulendo, quod esse nequit? Quin etiam si Nativitas subsistit; noli in eo navare operam, ut persuadeas mihi, ne colam astrorum etiam Dominum; qui etsi velim non fieri aliquid, fieri non potest. Semper enim quod subest, ei quod præest ac ducit, pareat necesse habet. Certe venerari eos qui dii putantur, Genesi dominante, superfluum est. Neque enim præter id quod fato placet, quidquam fit; neque ipsi quidpiam facere possunt, qui universali Genesi suæ sint subjecti. C Si Genesis exsistit; repugnat id quod non est primum, imperare: ingenitum subjici non potest, utpote ingenitum, nihil habens se antiquius.

Τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους λεγόντων ἡμῶν, πολὺς παρέστη ὄχλος. καὶ τότε ἐγὼ εἰς τὸν ὄχλον ἀποβλέπων, ἔφην· ἐγὼ καὶ τὸ ἐμὸν φῦλον, ἐκ προγόνων Θεὸν σέβειν παρειληφώς, καὶ παράγγελμα ἔχων γενέσει μὴ προσανέχειν· λέγω δὴ τῷ τῆς ἀστρολογίας μαθήματι· διὰ τοῦτο οὐ προσέσχον. ὅθεν ἀστρολογίας μὲν οὐκ εἰμὶ ἔμπειρος· ὧν δέ εἰμι, ὑφηγήσομαι. [4] ἐπειδὴ γένεσιν ἀπ' αὐτῆς τῆς κατὰ τὴν γένεσιν ἐπιστήμης ἀνασκευάζειν [5] δύναμαι, βούλομαι ἄλλῳ τρόπῳ ἀποδεῖξαι, ὅτι κατὰ πρόνοιαν διοικεῖται τὰ πράγματα, καὶ ἕκαστος πρὸς ἃ πράττει, τιμῆς ἢ κολάσεως τεύξεται· εἴτε νῦν, εἴτε αὖθις, οὐδέν μοι διαφέρει· πλὴν ὅτι πάντως ἀπολαύσει ἕκαστος ὧν ἔπραξεν. ἡ δὲ ἀπόδειξις τοῦ μὴ εἶναι γένεσιν, ἔστιν αὕτη. τῶν παρεστώτων εἴ τις ὀφθαλμῶν ἐστέρηται, ἢ κυλλὴν [6] τὴν χεῖρα, ἢ χωλὸν τὸν πόδα, ἢ ἕτερόν τι περὶ σῶμα, ὃ ὑποστροφὴν πρὸς ἴασιν πάλιν οὐκ ἔχει, καὶ παντὸς ἰατικοῦ ἐπαγγέλματος ἐκτός ἐστιν· ὃν οὐδὲ ἀστρολόγοι ἰᾶσθαι ἐπαγγέλλονται· ὅτι μὴ ἀπὸ τοῦ μακροῦ αἰῶνος τοιοῦτόν τι γέγονεν· ἐγὼ δὲ Θεοῦ δεηθείς, τὴν ἴασιν παράσχω· ὁπότε ἐκ γενέσεως κατορθῶσαι τὸ τοιοῦτο οὐδέποτε λαβεῖν ἠδυνήθη. τούτου οὕτως γενομένου, οὐχ ἁμαρτάνουσιν οἱ τὸν πάντα δημιουργήσαντα Θεὸν βλασφημοῦντες; καὶ ὁ γέρων ἀπεκρίνατο· βλασφημεῖν γάρ ἐστιν, τὸ λέγειν γενέσει ὑποκεῖσθαι τὰ πάντα; κἀγὼ ἀπεκρινάμην· καὶ πάνυ. εἰ γὰρ πᾶσαι αἱ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτίαι καὶ ἀσέβειαι καὶ ἀσέλγειαι, ἐξ ἀστέρων γίνονται· οἱ δὲ ἀστέρες ταῦτα ποιεῖν ὑπὸ Θεοῦ ἐτάγησαν, ἵνα πάντων χαλεπῶν ἀποτελεστικοὶ γένωνται· αἱ πάντων ἁμαρτίαι εἰς αὐτὸν ἀναφέρονται, τὸν τὴν γένεσιν θέντα ἐν τοῖς ἄστροις.

V. Hæc cum inter nos loqueremur, ingens adstitit hominum multitudo. Tuncque ad eos respiciens, dixi: Ego cum genere meo, accepi a majoribus cultum Dei, & præceptum habeo ne ortui adhæream, Astrologicæ, inquam, disciplinæ: idcirco ad eam animum non applicui. Unde Astrologiæ quidem non sum peritus: quorum autem peritiam habeo, illa exponam. Quia Genesim, ex ipsa Geneseos scientia confutare nequeo; volo alia ratione ostendere, per Dei providentiam res admi- D nistrari; & unumquemque secundum ea quæ facit, præmium vel pœnas esse nacturum: sive nunc, sive posthac, nihil mea interest: nisi quod omnino unusquisque fructum eorum quæ gesserit percipiet. Demonstratio autem, non esse Genesim, hæc est: Ex adstantibus si quis oculis sit orbatus, aut mutilam habeat manum, vel pedem claudum, vel in corpore aliquid aliud, quod & redire ad integritatem non valeat, & sit supra omnem medicam artem; quem neque Astrologi se profiteantur sanaturos; quoniam ab omni sæculo nihil tale contigit: ego vero Deum precatus, sanitatem præbuero; quandoquidem id nullatenus potuit per Genesim corrigi. Hoc ita facto, nonne errant qui in cun- E ctorum opificem Deum maledicta & blasphemias conjiciunt? Respondit senex: Scilicet, id est maledicta conferre, dicere Genituræ subjici universa? Excepi ego: Omnino est. Nam si omnes hominum errores & impietates & impudicitiæ, ex stellis oriuntur; stellæ autem ad ea facienda a Deo constitutæ sunt, quo cunctorum flagitiorum sint effectrices; omnium peccata ad eum referuntur, qui in astris posuerit Genesim.

1. Δυνατόν.] Leg. ἀδύνατον. Cot.
2. Πεπρωμένῃ γίνεται.] Epit. inferit τι. Id.
3. Ὑποκ. — ὡς ἀγεν.] Η ὑποκεῖσθαι οὐ δύναται τὸ ἀγένητον ὡς ἀγένητον. Id.
4. Ἐπειδὴ γένεσιν.] Idem interserit γάρ. Et in Epitom. ἔχω. Id.
5. Δύναμαι.] Lege οὐ δύναμαι, vel ἀδυνάμαι, ut ipse sensus docet. Et sane Cl. Cotelerius in sua versione negantem particulam expressit. Davis.
6. Κυλλὴν τὴν χεῖρα.] Post κυλλὴν inserendum ἔχει ex Epit. Cot.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



Καὶ ὁ γέρων ἀπεκρίνατο· ἀληθῶς μεγάλως ἔφης· ἀλλὰ πάσῃ σου τῇ ἀπαραβλήτῳ ἀποδείξει ἡ ἐμὴ ἐμποδίζει συνείδησις. ἐγὼ γὰρ ἀστρολόγος ὢν, καὶ Ῥώμην πρῶτον οἰκήσας, φιλωθείς τινι πρὸς γένους ὄντι Καίσαρος, αὐτοῦ τε καὶ τῆς συμβίου τὴν γένεσιν ἠπιστάμην, καὶ ἱστορήσας ἀκολούθως τῇ γενέσει αὐτῶν τὰς πράξεις ἀποτελεσθείσας ἔργῳ, σοὶ λόγῳ πείθεσθαι οὐ δύναμαι. ἦν γὰρ τῆς γενέσεως αὐτῆς τὸ διάθεμα, ποιοῦν μοιχάδας, ἰδίων δούλων ἐρώσας, καὶ ἐπὶ ξένης ἐν ὕδασιν θνησκούσας· ὃ καὶ οὕτω γέγονεν· ἐρασθεῖσα γὰρ τοῦ ἰδίου δούλου, καὶ μὴ φέρουσα τὸν ψόγον, φυγοῦσα σὺν αὐτῷ, ἐν ἀλλοδαπῇ ὁρμήσασα, καὶ κοινωνήσασα αὐτῷ, θαλάττῃ διεφθάρη. A

VI. Et senex respondit: Admodum vere locutus es: sed omni tuæ incomparabili probationi mea obstat conscientia. Ego enim, qui Astrologus sum, & Romæ primum habitavi, amicus factus cujusdam qui erat ex genere Cæsaris, viri illius uxorisque ejus Genituram notam habui; cumque viderim, res, prout ferebat eorum Genesis, re vera evenisse; sermone a te nequeo persuaderi. Erat enim Ortus mulieris thema, quod adulteras facit, & servos proprios amare, in peregrinatione & in aquis defungi: quod & ita factum est. Incidit namque in amorem servi sui; & opprobrium non ferens, fugit cum ipso; ac peregre profecta, illique commista, periit in mari.

B

Κἀγὼ ἀπεκρινάμην· πῶς γινώσκεις ὅτι ἡ φυγοῦσα, ἐν ἀλλοδαπῇ γενομένη τὸν δοῦλον ἔγημεν, καὶ γήμασα ἐτελεύτησεν; καὶ ὁ γέρων· ἀσφαλῶς οἶδα, τἀληθῆ οὐκ ὅτι ἔγημεν, ὁπότε οὐδὲ ὅτι ἤρα ἐγίνωσκον· ἀλλὰ μετὰ τὴν αὐτῆς ἀπαλλαγὴν, ὁ ἀδελφὸς ὁ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐμοὶ διηγήσατο πάντα τὰ κατὰ τὸν αὐτῆς ἔρωτα· καὶ ὡς σεμνὸς ὢν, ἅτε δὴ ὁ ἀδελφὸς, οὐκ ἐβουλήθη μιᾶναι κοίτην· καὶ πῶς βουλομένη, καὶ αἰδουμένη αὐτὸν καὶ τὸν ψόγον ἡ τάλαινα· οὐκ ἔστιν γὰρ αὐτὴν μέμψασθαι, ὅτι ἐκ γενέσεως ταῦτα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἠναγκάζετο· ὄνειρον εἴτε ἀληθῆ, εἴτε ψευδῆ ἐπλάσατο οὐκ ἔχω λέγειν· ἔλεγεν γὰρ αὐτὴν εἰρηκέναι, ὡς ὅτι ἐν ὁράματι ἐπιστάς τις ἐκέλευσέν μοι ἅμα τέκνοις ἐξαυτῆς τὴν Ῥωμαίων ἐκβῆναι πόλιν. C ὁ δὲ ἀνὴρ σώζεσθαι αὐτὴν σὺν τοῖς υἱοῖς σπεύδων, αὐτίκα αὐτοὺς παιδευθησομένους εἰς τὰς Ἀθήνας ἐξέπεμψεν σὺν τῇ μητρὶ καὶ δούλοις· τρίτον δὲ νεώτερον υἱὸν ἔχων ἔσχεν παρ' αὐτῷ, ὡς δὲ τοῦ χρηματίσαντος κατ' ὄναρ, συνεῖναι αὐτὸν αὐτῷ ἐπιτρέψαντος. πολλοῦ δὲ χρόνου διελθόντος, οὐκ ἔλαβεν γράμματα παρ' αὐτῆς. αὐτὸς πολλάκις πέμψας εἰς Ἀθήνας, ἐμὲ παραλαβὼν ὡς πάντων αὐτῷ γνησιώτερον ὄντα, ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἐπορεύθη. πολλὰ μὲν οὖν αὐτῷ καὶ κατὰ τὴν ἀποδημίαν συνέκαμον προθύμως, μεμνημένος ὅτι τῆς πάλαι αὐτοῦ εὐδαιμονίας κοινωνόν με πάντων εἶχεν, ὑπὲρ πάντας αὐτοῦ με τοὺς φίλους [1] ἀγαπῶντα. καὶ δὴ ἀπεπλεύσαμεν αὐτῆς Ῥώμης, καὶ οὕτως εἰς τὰ ἐνταῦθα τῆς D Συρίας μέρη ἐγενόμεθα· εἰς Σελεύκειαν παρεβάλομεν· καὶ οὕτως ἐκβάντων ἡμῶν τοῦ πλοίου, μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας, ἀθυμῶν ἐτελεύτησεν· ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα ἐλθὼν, ἑαυτὸν ἀποδοὺς, τὰς διὰ τῶν χειρῶν ἔκτοτε μέχρι τοῦ δεῦρο πορίζω τροφάς.

VII. Et ego respondi: Unde scis, quod illa fugiens, in alieno solo posita, servo nupserit, & post nuptias fuerit defuncta? Et senex: Certissime, inquit, scio, re vera non quod nupserit servo; quandoquidem neque quod eum amaret, agnoveram: sed postquam profecta est, frater viri ejus mihi enarravit omnem illius amorem; quod ipse, qui honestus erat, ut pote frater, noluerit torum maculare; & quo modo volens, ac ipsum atque opprobrium verita illa infelix (neque enim imputandum ei est, quia eam Genesis facere illa & perpeti compulit) finxerit somnium; verumne an falsum, non habeo dicere. Aiebat siquidem ipsam dixisse: Adstitit mihi quidam per visum, qui jussit me cum liberis sine mora urbe Roma egredi. At vir pro salute ejus filiorumque solicitus, confestim eos erudiendos Athenas misit cum matre & servis: habens vero tertium filium qui erat junior, sibi eum retinuit; is enim qui responsa in somnis dederat, cum eo manere illum permiserat. Ceterum multo elapso tempore, ab ea litteras non accepit; cumque sæpe Athenas misisset, assumto me qui ei omnium essem conjunctissimus ac fidissimus, ad quærendum profectus est. Multos equidem cum ipso in peregrinatione labores alacriter tuli, memor quod in prisca sua felicitate me omnium habuisset socium, ac supra omnes amicos dilexisset. Itaque Roma solvimus, sicque in has Syriæ partes devenimus; appulimus ad Seleuciam. Atque ita a navi egressis nobis, ille non multos post dies præ animi dolore obiit; ego autem huc veniens, & me locans, victum ab eo tempore ad hunc usque diem manibus comparo.

Ταῦτα τοῦ γέροντος εἰπόντος, συνοῖδα ὅτι ὃν ἔλεγεν τεθνάναι γέροντα, αὐτὸς ἦν, ἐξ ὧν ἔλεγεν, ὁ ὑμέτερος πατήρ. οὐκ ἐβουλήθην οὖν τὸ καθ' ὑμᾶς αὐτῷ συναντιβαλεῖν, μέχρις ἂν ὑμῖν προσαναθῶμαι. πλὴν τὰ κατὰ τὴν ξενίαν αὐτοῦ καταμαθὼν, καὶ τὴν ἐμὴν μηνύσας, ἀκριβείας ἕνεκα, τοῦτο μόνον ἐπυθόμην, τί ὄνομα τῷ γέροντι· ὁ δὲ ἔφη, Φαῦστος· τί δὲ τοῖς διδύμοις υἱοῖς· ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, Φαυστῖνος E καὶ Φαυστινιανός· τί δὲ τῷ τρίτῳ υἱῷ· ὁ δὲ εἶπεν, Κλήμης· τί δὲ τῇ τούτων μητρὶ ὄνομα· ὁ δὲ ἔφη, Ματτιδία. ὑπὸ συμπαθείας οὖν ἐγὼ σύνδακρυς γενόμενος, ἀπολύσας τοὺς ὄχλους, ἦλθον πρὸς ὑμᾶς, ἵνα μετὰ τὴν ἁλῶν κοινωνίαν ταῦτα προσαναθῶμαι ὑμῖν. πρὸ δὲ τοῦ ἁλῶν μεταλαβεῖν, εἰπεῖν ὑμῖν οὐκ ἐβουλήθην, μή πως ὑπὸ λύπης νικηθέντες, ἐν τῇ τοῦ βαπτίσματος ἡμέρᾳ πενθοῦντες διατελέσητε, ὁπότε καὶ ἄγγελοι χαίρουσιν. ταῦτα τοῦ Πέτρου λέγοντος, ἐδακρύομεν οἱ πάντες, μετὰ τῆς μητρός. ὁ δὲ δακρύοντας ἡμᾶς ἰδὼν, ἔφη· νῦν ἕκαστος ὑμῶν φόβῳ τῷ πρὸς τὸν Θεὸν γενναίως φερέτω τὰ λεχθέντα. οὐ γὰρ δὴ σήμερον ὑμῖν ἐτελεύτησεν ὁ

VIII. His a sene dictis; intellexi ex oratione ejus, senem quem obiisse dixerat, ipsum esse patrem vestrum. Nolui ergo de vestris rebus cum eo sermonem conferre, donec communicassem vobiscum. Nisi quod ubi hospitium ejus didicissem, meumque indicassem, explorandi caussa, hoc tantum percontatus sum, quod esset seni nomen; ille autem *Faustus*, inquit; item quod nomen geminis filiis; ille vero respondit, *Faustinus & Faustinianus*; & quodnam tertio filio; at ille dixit, *Clemens*; denique quo nomine vocaretur eorum mater; & ait, *Mattidia*. Ego igitur ex miseratione collacrymans, dimissa turba, veni ad vos, ut post cibi communem perceptionem hæc vobiscum communicarem. Porro ante cibum sumtum nolui narrare; ne forte victi dolore, baptismi diem in luctu duceretis, quando etiam Angeli efferuntur lætitia. Hæc Petrus cum diceret, omnes una cum matre lacrymis nos dedidimus. Quos ille lacrymantes videns, ait: Nunc unusquisque vestrum, pro timore erga Deum, fortiter quæ memorata sunt ferat. Neque enim ho-

1. Ἀγαπῶντα.] Epit. ἀγαπῶν. Id.

πατήρ ; ἀλλὰ καὶ ἔκπαλαι , ὡς ὑμεῖς στοχαζόμενοι εἰρήκατε.

Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος , ἡ μήτηρ μὴ φέρουσα , βοῶσα ἔφη · [1] οἴμμοι ἄνερ , ἡμᾶς ἀγαπῶν , κρίσει ἐτελεύτησας , ἡμεῖς δὲ ζῶντες φῶς ὁρῶμεν , καὶ τροφῆς μεταλαμβάνομεν , οὔπω δὲ τῆς μιᾶς ταύτης ὀλολυγῆς παυσαμένης , ἰδοὺ ὁ γέρων εἰσῄει · καὶ ἅμα τῷ βούλεσθαι αὐτὸν τῆς κραυγῆς τὴν αἰτίαν πυνθάνεσθαι , εἰς τὴν γυναῖκα ἐμβλέψας ἔφη · οἴμμοι τί θέλει τοῦτο εἶναι ; τίνα ὁρῶ , προσελθὼν δὲ καὶ ἀκριβέστερον ἐνιδὼν , καὶ ὁραθεὶς , περιεπλέκετο . οἱ δὲ ὑπὸ χαρᾶς αἰφνιδίου διεφώνουν ἀμφότεροι , καὶ λαλεῖν ἀλλήλοις βουλόμενοι , ἀφασίᾳ συσχεθέντες , καὶ τῆς ἀπλήστου χαρᾶς οὐκ ἐδύναντο κρατεῖν . πλὴν μετ' οὐ πολὺ ἡ μὲν μήτηρ · ἔχω σε Φαῦστε , τὸν κατὰ πάντα μοι γλυκύτατον . πῶς ἄρα ζῇς , ὃν ὡς τεθνεῶτα μικρῷ τάχιον ἠκούσαμεν ; πλὴν οὗτοί εἰσιν ἡμῶν υἱοὶ , Φαυστῖνος , Φαυστινιανὸς , καὶ Κλήμης . ταῦτα εἰπούσης , ἡμεῖς οἱ τρεῖς προσπεσόντες αὐτῷ , καὶ καταφιλοῦντες , ἀμαυρῶς πως τὴν μορφὴν αὐτοῦ ἀνεφέρομεν.

Ταῦτα βλέπων ὁ Πέτρος ἔφη · σὺ εἶ Φαῦστος , ὁ ταύτης ἀνὴρ , καὶ τῶν αὐτῆς παίδων πατήρ ; ὁ δὲ ἔφη · ἐγώ εἰμι . καὶ ὁ Πέτρος · πῶς οὖν μοι τὰ σεαυτοῦ , ὡς περὶ ἄλλου διηγήσω , πόνους εἰπὼν καὶ λύπην καὶ τάφον ; καὶ ὁ πατὴρ ἀπεκρίνατο · πρὸς γένους ὑπάρχων Καίσαρος , καὶ περίφανος μὴ θέλων γενέσθαι , [2] εἰς ἄλλου τινὸς τὴν ἐξήγησιν ἀνατυπωσάμενος , ἵνα αὐτὸς ὅστις εἰμὶ μὴ νοηθῶ . ᾔδειν γὰρ ὅτι εἰ ἀναγνώριμος γένωμαι , οἱ κατὰ τόπον ἡγούμενοι ἀκούσαντες , ἀνακαλέσαντες , Καίσαρι κεχαρισμένα ποιοῦντες , τὴν τοῦ βίου μοι εὐδαιμονίαν περιθήσουσιν · ὅπερ ἀπεταξάμην . οὐ γὰρ ἠδυνάμην περὶ τῶν ἐμοὶ ἠγαπημένων τὰ μέγιστα ὡς περὶ θανόντων κρίνας , πρὸς τὴν τοῦ βίου τρυφὴν ἑαυτὸν ἀποδιδόναι.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη · ταῦτα μὲν ἐποίησας ὡς ἐβουλεύσω . περὶ δὲ γενέσεως ἆρα ψευδόμενος διισχυρίζου , ἢ ὡς ἀληθεύων ἐβεβαίου ; καὶ ὁ πατὴρ ἔφη · οὐ ψεύσομαι πρός σε , ἀληθῶς ὡς οὔσης γενέσεως ἐβεβαίουν . εἰμὶ γὰρ οὐκ ἀμύητος τοῦ θεωρήματος · πλὴν συνῆν μοι [3] τὶς ἀστρολόγων ἄριστος ἀνὴρ Αἰγύπτιος , Αννουβίων ὀνόματι ; ὅς τις ἐν ταῖς ἀποδημίαις κατ' ἀρχάς μοι φιλωθεὶς , τὸν τῆς ἐμῆς συμβίου μετὰ τῶν τέκνων θάνατον ἐδήλου . καὶ ὁ Πέτρος ἔφη · οὐκοῦν ἔργῳ πέπεισαι , ὅτι [4] συνέστηκεν τὰ κατὰ γένεσιν ; καὶ ὁ πατὴρ ἀπεκρίνατο · ἀνάγκη με πάντα τὰ ὑποτρέχοντά μου εἰς τὸν νοῦν , ἐκτίθεσθαί σοι · ἵνα πρὸς αὐτὰ ἀκούων , [5] μανθάνειν ἔχω , τοῖς δὲ τούτου ἐλέγχου . ἀλλὰ καὶ πολλὰ πταίειν οἶδα τοὺς ἀστρολόγους , πολλὰ δὲ καὶ ἀληθεύειν . ὑποπτεύω οὖν μήπως ἃ μὲν ἀκριβοῦσιν ἀληθεύουσιν · ἃ δὲ πταίουσιν , ἀμαθίᾳ πάσχουσιν · ὡς ὑπονοεῖν με , τὸ μὲν μάθημα συνεστάναι · αὐτοὺς δὲ δι' ἀμαθίαν ψεύδεσθαι μόνην , διὰ τὸ μὴ πάντας περὶ πάντων ἀκριβοῦν δύνασθαι . καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο · ἀπέχε , μή πως περὶ ὧν ἀληθεύουσιν , ἐπιτυγχάνουσιν , καὶ οὐχὶ ἀκριβοῦντες λέγουσιν . ἀνάγκη γὰρ πᾶσα ἐκ πολλῶν τῶν λεγομένων ἀποβαίνειν τινά . καὶ ὁ γέρων ἔφη . πῶς οὖν ἐστιν πρὸ τούτου πληροφορηθῆναι , τὸ εἰ συνέστηκεν τὸ κατὰ τὴν γένεσιν , ἢ οὔ ;

A die vobis interiit pater , sed jam olim , sicut vos conjectura recte facta dixistis.

IX. Ista Petro loquente ; mater ferre non valens , clamavit & dixit : Hei mihi , o vir ; tu nos diligens , mori voluisti ; nos vero vivimus , & lucem aspicimus , & capimus cibum , Nondum autem hoc uno ejulatu finito , ecce senex ingreditur ; & simul atque clamoris caussam sciscitari vellet , respiciens ad uxorem , Hei , inquit ; quidnam hoc est ? Quam video ? Accedens vero & diligentius aspiciens , ac visus , complexus est . Ambo autem præ gaudio repentino defecerunt exclamare nisi ; & alter alteri loqui cupientes , vocem non potuerunt B emittere , nec continere inexpletam lætitiam . Verum non multo post , mater quidem : Habeo te Fauste , omni modo mihi suavissimum . Et qua ratione vivis , de cujus morte , paullo ante audivimus ? Ceterum hi sunt filii nostri , Faustinus , Faustinianus & Clemens . Quæ cum dixisset , nos tres in ipsum incumbentes , eumque deosculati , formam illius obscure recoluimus.

X. Hæc videns Petrus , ait : Tu es Faustus , hujus vir , ejusque liberorum pater ? Ille vero , Ego sum , inquit . Et Petrus : Quare ergo tua mihi , tamquam de alio enarrasti , labores referens & dolorem & exsequias ? Tum pater respondit : Cum C sim ex genere Cæsaris , cumque nollem deprehendi : de alio quodam narrationem effinxi , ut ipse quis essem non intelligerer . Sciebam enim quod si fuissem recognitus ; loci præsides eo audito , ut Cæsari rem gratam facerent , me essent revocaturi , & vitæ felicitate circumdaturi ; cui renuntiaveram . Qui enim me ob mortem carorum creditam ad maxima damnaveram , non poteram vitæ deliciis indulgere.

XI. Et Petrus dixit : Hæc quidem fecisti , quemadmodum placuit . Sed de Genitura , mentiensne affirmabas , an veluti verum dicens asserebas ? Respondit pater : Non mentiar apud te . Tamquam D vere sit Genesis , confirmabam . Non enim rudis sum in mysteriis hujus disciplinæ : sed & mecum versatus est quidam Astrologus , vir præstantissimus , Ægyptius , nomine Anubion ; qui in peregrinationibus , ab initio mihi amicus effectus , uxoris meæ ac liberorum mortem indicavit . Dixit Petrus : Numquid re ipsa persuasum habes , Genesim non consistere ? Pater respondit : Necesse est ut omnia quæ mentem meam subeunt , tibi exponam ; quo ad ea audiens , possim discere , etiam istius rei argumenta . Sed enim animadverti errare in multis Astrologos , in multis etiam vere loqui . Suspicor igitur eos forte , in iis quæ explorata habent , vere dicere ; in iis autem in quibus errant , id ignorantia pati : quare conjecto , constare quidem Disciplinam ; illos au- E tem per solam inscitiam falsa prædicare , eo quod non omnes possint de omnibus habere scientiam . Et Petrus dixit : Cave ne cum verum proferunt , casu assequantur , & non tamquam certo scientes dicant . Omnino enim necesse est , ex multis dictis evenire nonnulla . Tum senex ait : Qua ergo ratione certitudo hac in re esse potest ; an constet Genesis , nec ne ?

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

1. Οἴμμοι .] Epit. οἴμοι . Sic & paullo post . Id.

2. Εἰς ἄλλου ---- ἀνατυπωσάμενος .] Epit. ἀνατυπωσάμενος . Id. ---- Lege ἐπ' ἄλλου τινὸς τὴν ἐξήγησιν ἀνατυπωσάμην . Vide Epit. num. CXIX. Davis.

3. Τὶς ἀστρολόγων ἄριστος ἀνὴρ Αἰγύπτιος .] Interpunge τὶς , ἀστρολόγων ἄριστος , ἀνὴρ Αἰγύπτιος : vir quidam Ægyptius , Astrologorum præstantissimus . Omissio distinctionum Cl. Cotelerio fraudi fuit . Id.

4. Συνέστ.] Epit. οὐ συνέστ. Cot.

5. Μανθάνειν ἔχω τοῖς δὲ τούτου ἐλέγχου , ἀλλὰ καὶ πολλὰ πταίειν .] Forte τοὺς ---- ἐλέγχους . Id. ---- Hæc sane corrupta sunt ; haud tamen a Cl. Cotelerio feliciter , ut puto , emendantur . Legendum censeo μανθάνειν ἔχω τοῖς δὲ σοῖς ἐλέγχοις τἀληθῆ , καὶ πολλοὺς πταίειν &c. *tuis quidem argumentis veritatem possim discere . In multis equidem Astrologos errare novi , & in multis verum dicere .* Ad has emendationes , quasi manu ducere videtur Epit. n. CXX. Davis

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

Ἀμφοτέρων οὖν σιωπώντων, ἔφην· ἐπειδὴ τὰ μα- A θήματα ἀκριβῶς ἐπίσταμαι, ὁ δὲ κύριος καὶ ὁ πατὴρ οὐχ οὕτως, ἤθελον εἰ αὐτὸς Ἀννουβίων παρῆν, ἐπὶ τοῦ πατρὸς ἐποιησάμην λόγον. οὕτω γὰρ ἂν τὸ πρᾶγμα εἰς φανερὸν ἐλθεῖν ἠδύνατο, τεχνίτου πρὸς ὁμότεχνον τὴν ζήτησιν ἐσχηκότος. καὶ ὁ πατὴρ ἀπεκρίνατο· ποῦ οὖν δυνατόν ἐστιν Ἀννουβίωνι συντυχεῖν; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἐν Ἀντιοχείᾳ· ἐκεῖ γὰρ μανθάνω Σίμωνα τὸν μάγον ὄντα, ᾧ Ἀννουβίων παρεπόμενος, ἀχώριστός ἐστιν. ὡς ἂν οὖν ἐκεῖ γενώμεθα, ἐάν γε καταλάβωμεν αὐτοὺς, ἡ ζήτησις γενέσθαι δύναται. καὶ ὅμως πολλὰ διαλεχθέντες, καὶ ἐπὶ τῷ ἀναγνωρισμῷ χαρέντες, καὶ Θεῷ εὐχαριστήσαντες, ἑσπέρας ἐπικαταλαβούσης, εἰς ὕπνον ἐτράπημεν.

XII. Cum igitur uterque taceret, ego dixi: Quia mathematicas disciplinas penitus novi; dominus autem & pater non item; lubens, si ipse Anubion adesset, coram patre disputationem haberem. Ita quippe res palam venire posset, dum artis peritus adversus ejusdem artis hominem quæstionem agitaret. Respondit pater: Ubi ergo potest cum Anubione congressus & colloquium haberi? Et Petrus ait: Antiochiæ: ibi enim audio esse Simonem magum; quem Anubion affectatus, non deserit. Quando ergo illic fuerimus, si eos nanciscamur, disceptatio fieri poterit. Et postquam de multis disseruimus, propter recognitionem læti, & Deo gratias agentes; nocte superveniente, ad somnum nos contulimus.

B

ΟΜΙΛΙΑ ΙΕʹ.

HOMILIA DECIMAQUINTA.

Ὄρθρου δὲ γενομένου, ὁ πατὴρ μετὰ τῆς μητρὸς ἡμῶν καὶ τῶν τριῶν υἱῶν εἰσελθὼν ἔνθα ὁ Πέτρος ἦν, προσαγορεύσας· ἐκαθέσθη· ἔπειτα καὶ ἡμεῖς, αὐτοῦ κελεύσαντος. καὶ ὁ Πέτρος τῷ πατρὶ προσεμβλέψας ἔφη· σπεύδω ὁμόφρονά σε γενέσθαι γυναικὶ καὶ τέκνοις, ὅπως αὐτοῖς καὶ ἐνταῦθα ὁμοδίαιτος ἧς· κἀκεῖ μετὰ τὸν χωρισμὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, συνόντα ἄλυπον ἔσεσθαι. ἢ γὰρ οὐ τὰ μέγιστά σε λυπεῖ καὶ αὐτοὺς, τὸ μὴ ἀλλήλοις συνεῖναι; καὶ ὁ πατήρ· καὶ πάνυ γε. καὶ ὁ Πέτρος· εἰ οὖν ἐνταῦθα τὸ ἀλλήλων κεχωρίσθαι λυπεῖ· μετὰ θάνατον πάντως ὀφειλόμενον ὑμῖν μετ' ἀλλήλων μὴ εἶναι, C [1] πόσῳ γε μᾶλλον οὐ λυπήσει; σὲ μὲν ἄνδρα σοφὸν ὄντα, τῷ τῆς γνώμης λόγῳ σου τῶν σῶν κεχωρίσθαι, αὐτοὺς δὲ πολὺ μᾶλλον ὀδύρασθαι, τῷ εἰδέναι, ὅτι σε ἄλλα φρονοῦντα αἰώνιος μένει κόλασις, ῥητοῦ δόγματος ἀποφάσει.

I. Exorto autem mane, pater cum matre nostra, tribusque filiis ingressus in locum ubi erat Petrus, cum salutasset, sedit; deinde nos quoque, illo jubente. Ac Petrus patrem intuitus, ait: Percupio te idem sentire quod uxor ac liberi: ut & heic cum eis convivas; & illic, post animæ a corpore disjunctionem, simul cum eisdem sis felix ac omni molestia liber. An non enim te atque illos maxime contristaret, si una non essetis? Et pater; Omnino sane. Tum Petrus: Si ergo, heic invicem separatos esse, molestia afficit; quando post mortem erit omnino necesse vos non esse simul, nonne multo erit molestius? te quidem, qui vir sapiens es, ratione tuæ opinionis disjungi a tuis; illos vero multo magis dolere, quod sciant te alia sentientem, æternum supplicium ob veri dogmatis negationem manere.

Καὶ ὁ πατὴρ ἔφη· ἀλλ' οὐκ ἔστιν, ὦ φίλτατε, τὸ ἐν ᾅδου ψυχὰς κολάζεσθαι, αὐτῆς ἅμα τῷ ἀποστῆναι τοῦ σώματος, εἰς ἀέρα λυομένης. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· μέχρις οὖν ὅτε ἂν περὶ τούτου πείσωμέν σε, ἀπόκριναί μοι· οὐ δοκεῖ σοι, σὲ μὲν ἀπιστοῦντα τὴν κόλασιν μὴ λυπεῖσθαι, ἐκείνους δὲ πεπεισμένους ἀνάγκην ἔχειν περὶ σοῦ ἀνιᾶσθαι; καὶ ὁ πατήρ· ἀκολούθως λέγεις. καὶ ὁ Πέτρος· διὰ τί δὲ αὐτοὺς οὐκ D ἀπαλλάξεις μεγίστης περὶ σοῦ λύπης; τῇ θρησκείᾳ συνθέμενος, οὐ δυσωπίᾳ λέγω, ἀλλ' εὐγνωμοσύνῃ, περὶ τῶν λεγομένων σοι ὑπ' ἐμοῦ ἀκούων, καὶ κρίνων εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, ἢ οὔ. καὶ εἰ μὲν οὕτως ἔχει ὡς λέγομεν, καὶ ὧδε συναπολαύσεις τοῖς φιλτάτοις, κἀκεῖ συναναπαύσῃ· εἰ δὲ ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει δείξῃς τὰ ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα μῦθόν τινα ψευδῆ εἶναι, καὶ οὕτως καλῶς ποιήσεις, αὐτοὺς ὁμογνώμονάς σοι εἰληφὼς, καὶ τοῦ κεναῖς ἐλπίσιν ἐπερείδεσθαι παύσεις, καὶ ψευδῶν φόβων ἀπαλλάξεις.

II. Et pater dixit: At non ita est, o amice, ut apud inferos puniantur animæ; quoniam anima simul atque a corpore discesserit, in aerem dissolvitur. Excepit Petrus: Itaque usque dum hac de re tibi persuadeamus, responde mihi: Nonne tibi videtur, te quidem qui futuras pœnas non credis, nequaquam dolere; illos vero qui credunt, de te necessario angi? Tum pater: Recte dicis. Petrus autem: Et quare maximo de te mœrore non eos liberabis? Religioni assentiens; non pudore, inquam, sed æquitate; de iis quæ tibi a me dicuntur audiendo, & judicando utrum ea ita habeant, nec ne. Ac si quidem ita est, ut dicimus; & heic una cum carissimis delectaberis, & illic cum eisdem requiem consequeris. Quod si in sermonum disceptatione ostenderis, quæ a nobis afferuntur falsam esse fabulam; etiam sic præclare facies, illos idem tecum sentientes accipiens; efficiesque ut desistant vana spe inniti; & liberabis falsis terroribus.

Καὶ ὁ πατήρ· πολλά φαίνῃ μοι εὔλογα λέγων. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί οὖν ἐστιν τὸ κρατοῦν σε [2] εἰς E τὴν ἡμετέραν πίστιν ἐλθεῖν, [3] λέγε; ἵνα εἰς αὐτὸ λέγειν ἀρξώμεθα. πολλὰ γάρ ἐστιν τὰ κρατοῦντα· τοὺς μὲν πεπεισμένους, [4] ἀσχολίαι ἀγορασμῶν, πράξεων, γεωργιῶν, φροντίδων, καὶ ὅσα τοιαῦτα· [5] ἀπιστοῦσι δὲ, ἀφ' ὧν εἰ καὶ σὺ, ὑπολήψεις τοῦ νομίζειν, ἢ θεοὺς τοὺς οὐκ ὄντας εἶναι, ἢ τὸ γενέσει τὰ πάντα ὑποκεῖσθαι, ἢ αὐτοματισμῷ, ἢ τὰς ψυχὰς θνητὰς,

III. Et Pater: Multa mihi videris dicere rationi consentanea. Tum Petrus, Effare ergo, inquit, quid te contineat, ne ad nostram venias fidem? ut circa illud incipiamus loqui. Multa quippe sunt quæ retinent: fideles quidem, occupationes mercaturæ, rerum gerendarum, agriculturæ, solicitudinum, & similia; incredulos vero, ex quibus tu quoque es, creditæ opiniones; vel deos, qui re vera non sunt, exsistere; vel cuncta Genesi, aut casui temerario subjacere; vel

1. Πόσῳ γε μᾶλλον &c.] Totum locum sic interpungas & legas oportet: Εἰ οὖν ἐνταῦθα τὸ ἀλλήλων κεχωρίσθαι λυπεῖ, μετὰ θάνατον πάντως ὀφειλόμενον ὑμῖν μετ' ἀλλήλων μὴ εἶναι, πόσῳ γε μᾶλλον οὐ λυπήσει σὲ μὲν ἄνδρα σοφὸν ὄντα, τῷ τῆς γνώμης λόγῳ σοῦ τῶν σῶν κεχωρίσθαι, αὐτοὺς δὲ δεῖ πολὺ μᾶλλον ὀδύρασθαι. Et ad hanc legendi rationem Cotelerii versio est reformanda. DAVIS.

2. Σε εἰς.] Al. inser. μή. COT.

3. Λέγε; — κρατοῦντα.] Ms. reg. οἶδα γὰρ ὅτι πολλά ἐστι τὰ κρατ. ID.


4. Ἀσχολίαι ἀγορασμῶν, πράξεων.] Lege πράσεων, *occupationes emendi, vendendive*. Emendatio videtur necessaria. DAVIS.

5. Ἀπιστοῦσι δέ.] Propter σύνταξιν lege ἀπιστοῦντας δέ, ut paullo ante libri recte dent, τοὺς μὲν πεπεισμένους. ID.

ὃ ᾗ τὸν ἡμέτερον λόγον ψϵϐδῆ, ὡς οὐκ οὔσης προνοίας.

A animas mortales esse; vel & doctrinam nostram esse falsam, nulla nimirum existente Providentia.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.



Ἐγὼ δὲ προνοίᾳ Θεῦ τὰ πάντα διοικεῖσθαι ἐκ τῶν περὶ σὲ λεγομένων εἶναι λέγω, τοσούτοις ἔτεσιν τὴν διάστασίν σου τε καὶ τῶν σῶν γενέσθαι. ἐπεὶ γὰρ σὺν σοὶ ὄντες, ἴσως τὸν τῆς θεοσεβείας λόγον οὐκ ἂν ἐπήκουσαν, ᾠκονομήθη σὺν μητρὶ ἡ ἀποδημία, καὶ ναυφραγίοι, καὶ [1] θανάτου ὑπόνοια, καὶ ἀπρασίαι· ἔτι τε καὶ ἐκπαιδευθῆναι αὐτοὺς τὰ Ἑλλήνων καὶ ἄθεα δόγματα, ἵνα μᾶλλον ὡς εἰδότες ταῦτα ἀνασκευάζειν δυνατοὶ ὦσιν· ἐπὶ τούτοις τὸ φιλῆσαι τὸν τῆς θεοσεβείας λόγον, καὶ ἐμοὶ ἑνωθῆναι [2] δυνηθῆναι, πρὸς τὸ συλλαβέσθαι μου τῷ κηρύγματι· ἀλλ' ἔτι μὴν συνελθεῖν καὶ τὸν ἀδελφὸν Κλήμεντα, καὶ οὕτως τὴν μητέρα ἐπιγνωσθῆναι, καὶ ὑπὸ θεραπείας τῆς θεότητος πληροφορηθῆναι· καὶ μετ' οὐ πολὺ αὐθὺ τὰ δίδυμα τέκνα ἐπιγνωσθέντα καὶ ἐπιγνόντα καὶ [3] τῆς ἄλλης ἡμέρας σοι συντυχεῖν, καὶ τοὺς σοὺς ἀπολαβεῖν. τοσαύτην οὖν ταχεῖαν ἁρμονίαν πανταχόθεν συνδραμοῦσαν εἰς ἕνα γνώμης σκοπὸν, οὐκ οἶμαι ἀπρονόητον εἶναι.

IV. Ego vero, cuncta per Dei providentiam gubernari affirmo ex iis quæ de te narrata sunt, quod tot annos tu ac tui fuistis separati. Quia enim si tecum mansissent, forte non audiissent sermonem veræ religionis; provisa est peregrinatio cum matre, item naufragium, & mortis suspicio, & venditio: præterea illos erudiri in Græcis ac impiis dogmatibus, ut melius tamquam periti possent ea evertere: ad hæc dilexisse pietatis doctrinam, & mihi potuisse adunari, ad percipiendam prædicationem meam: sed & adhuc convenire mecum fratrem B Clementem; sicque agnosci matrem, & recuperata sanitate plene persuaderi de cultu divinitatis: nec multo post statim geminos filios, agnitos & agnoscentes, sequenti quoque die tibi occurrere, teque tuos recipere. Tantam igitur, adeoque celerem cohærentiam, undique concurrentem ad unam consilii metam, non puto absque Providentia contigisse.

Καὶ ὁ πατὴρ τῷ Πέτρῳ ἤρξατο λέγειν· μὴ νομίζε, φίλτατέ μοι Πέτρε, ἐν ἐννοίᾳ μὴ ἔχειν περὶ τοῦ ὑπὸ σοῦ κηρυσσομένου λόγου. πέρας γοῦν ταύτης τῆς παρῳχηκυίας νυκτὸς πολλὰ τοῦ Κλήμεντος προτρεπομένου με τῇ ὑπὸ σοῦ κηρυσσομένῃ ἀληθείᾳ, [4] ἀπεκρινάμην· τί γὰρ καινότερον ἐντέλλεσθαι δύναταί τις παρ' ὃ οἱ ἀρχαῖοι παρῄνεσαν; ὁ δὲ ἠρέμα γελάσας, ἔφη· πολλὴ διαφορὰ, πάτερ, μεταξὺ θεοσεβείας λόγων, καὶ τῶν τῆς φιλοσοφίας. ὁ γὰρ τῆς ἀληθείας, ἀπόδειξιν ἔχει ἐκ προφητείας· ὁ δὲ τῆς φιλοσοφίας, καλλιλογίας παρέχων, ἐκ στοχασμῶν δοκεῖ περιᾶν τὰς ἀποδείξεις. καὶ ὅμως ταῦτα εἰπὼν, δείγματος χάριν τὸν περὶ φιλανθρωπίας μοι ἐξέθετο λόγον, ὅνπερ αὐτῷ ὑφηγήσω, ὃς ἀδικώτατός μοι μᾶλλον ἐφαίνετο. καὶ τὸ πῶς, ἐρῶ. δίκαιον ἔφασκεν εἶναι καὶ τῷ τύπτοντι αὐτοῦ τὴν σιαγόνα, παρατιθέναι καὶ τὴν ἑτέραν· καὶ τῷ αἴροντι αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον, προσδιδόναι καὶ τὸ μαφόριον· ἀγγαρεύοντι δὲ μίλιον, συναπέρχεσθαι δύο· καὶ ὅσα τοιαῦτα.

V. Et pater cœpit dicere Petro: Ne arbitreris, carissime Petre, me prædicatam a te doctrinam in mente non habere. Denique hac præterita nocte, cum Clemens multis hortaretur me ad amplectendam veritatem quam prædicas, respondi: Quid C enim novi præcipere quis potest, præter id q od antiqui monuerunt? At ille postquam leniter risit, ait: Magnum discrimen est, pater, inter religionis ac philosophiæ sermones. Nam sermo veritatis, ex prophetia demonstratur: philosophiæ autem sermo, elegantiam exhibens orationis, ex conjecturis videtur afferre demonstrationes. Hisque dictis, exempli gratia doctrinam de humanitate mihi exposuit, * quam ei enarraveras; quæ mihi profecto maxime iniqua videbatur. Et quo modo, dicam. Æquum aiebat esse & [a] ei qui maxillam tuam percutit, alteram quoque opponere; & ei qui aufert tuum pallium, tradere & maforte; & cum eo qui ad unum milliare adigit, per duo proficisci; atque D alia similia.

Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· ἀλλ' ἐνόμισας ἄδικον ὅ τι δικαιότατόν ἐστιν. εἴ σοι φίλον ἐστὶν, ἄκουσον. καὶ ὁ πατὴρ ἔφη· πάνυ μοι φίλον. καὶ ὁ Πέτρος· οὐ δοκεῖ σοι, δύο ἐχθρῶν βασιλέων ὄντων, καὶ διῃρημένας τὰς χώρας ἐχόντων, εἴ τις ἐκ τῶν τοῦ ἑνὸς ὑπηκόων ἐν τῇ τοῦ ἑτέρου χώρᾳ φωραθείη, καὶ διὰ τοῦτο θάνατον ὀφειλὼς, ἐὰν ῥαπίσματι καὶ μὴ θανάτῳ τῆς τιμωρίας ἀπολυθῇ, οὐ φαίνεται μὴν ὁ ἀπολύσας φιλάνθρωπος εἶναι; καὶ ὁ πατὴρ ἔφη· καὶ πάνυ. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· τί δὲ εἰ καὶ ἴδιόν τινος αὐτὸς οὗτος ἀφέληται, ἢ καὶ ἄλλο τι, ἐπὶ τούτῳ συλληφθεὶς, ἐὰν διπλάσιον δῷ, τετραπλάσιον ὀφειλὼς, καὶ τὸ θανεῖν, ὡς ἐν τοῖς τοῦ ἐναντίου ἁλοὺς ὅροις· οὐ δοκεῖ σοι ὅτι ὁ λαβὼν τὸ διπλάσιον, καὶ θανάτου αὐτὸν ἀπολύσας, φιλάνθρωπος τυγχάνει; καὶ ὁ πατὴρ ἔφη· φαίνεται. καὶ ὁ Πέτρος· τί δὲ οὐ χρὴ τὸν [5] ἑτέρου βασιλείᾳ ὄντα, καὶ ταῦτα πονηροῦ τινος ἐχθροῦ, τοῦ ζῆν χάριν

VI. Respondit Petrus: Atqui hoc existimasti iniquum, quod æquissimum est. Ac si lubet, audi. Et pater dixit: Prorsus lubet. Tum Petrus: Num tibi videtur, cum duo reges inimici sunt, & divisas regiones tenent; si quispiam ex iis qui subjecti sunt alteri, in alterius regione deprehendatur, ideoque mereatur mortem; at colapho, non autem capite punitur, pœnam evadat; num videtur humanus, qui veniam dedit? Et pater ait: Admodum. Dixit Petrus: Quid vero, si is ipse etiam alicui proprium, vel aliud quid auferat; & in furto comprehensus, si duplum det, cum quadrupli sit debi- E tor; insuperque mortis, qui nempe in adversarii finibus captus sit; nonne tibi videtur, humanum esse eum qui duplum accepit, & mortem illi remisit? Et pater ait: Clarum est. Ac Petrus: Quid vero; nonne oportet, ut qui in alterius regno versatur, idque pessimi hostis; vitam conservandi gratia, omni-

a Matth. v. 39. 40. Luc. vi. 29.

1. Θανάτου ὑπόνοια καὶ ἀπρασίαι.] Duæ hæ voces desunt in al. Forte πράσεις vel πεπρᾶσθαι. Cot. — Loco vocis ultimæ Cl. Cotelerius reponit πράσεις, vel πεπρᾶσθαι, sed probabilior est emendatio nostra, qua legimus ἀφασίαι. Stupores intelligit, in quos, ob varias calamitates inciderunt Mattidia, Faustinus & Faustinianus, quique tanti fuerunt, ut usum vocis eriperent. Davis.

2. Δυνηθῆναι.] Deest in al. Et mox al. συλλαμβάνεσθαί μοι. Cot.

3. Τῆς ἄλλης ἡμέρας.] Al. τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ. Id.

4. Ἀπεκρινάμην.] Al. add. συνθέσθαι. Mox τῶν ἀπὸ θεοσ. Et paullo post τὴν ἐκ προφ. Id.

5. Ἑτέρου βασιλ.] Deest ἐν. Id.

* Hom. xii. cap. xxv.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

πάντας κολακεύειν, καὶ ἀγγαρεύουσιν ἐπὶ πλεῖον ὑπείκειν, μὴ προσαγορεύοντας προσαγορεύειν, ἐχθροὺς διαλλάττειν, ὀργιζομένοις μὴ φιλονεικεῖν, τὰ ἑαυτοῦ ἀδεῶς παντὶ αἰτοῦντι παρέχειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα; καὶ ὁ πατήρ· πάντα μᾶλλον εὐλόγως ὑποσταίη, εἴπερ τούτων τὸ ζῆν προκρίνει.

bus aduletur; & vi adigentibus, magis cedat; non salutantes salutet; inimicos sibi conciliet; cum irascentibus non contendat; sua omni petenti præbeat audacter; & faciat quæcumque sint hujusmodi? Tum pater: Cuncta potius merito sustinebit, si his vitam præfert.

Καὶ ὁ Πέτρος. οὐκ οὖν οὓς ἀδικεῖσθαι ἔλεγες, αὐτοὶ παροικισταὶ τυγχάνουσιν, καθὰ ἐν ἑτέρου εἰσὶν βασιλείᾳ; καὶ τοσοῦτον πλεονέκται εἰσὶν, [1] ὅσον κεκτημένοι ὦσιν οἱ ἀδικεῖν νομιζόμενοι· τοσαῦτα ἑκάστῳ τῷ ἐξ ἐναντίας ὄντι χαρίζονται, ὅσα ἂν αὐτοῖς ἔχειν συγχωρῶσιν. αὐτῶν γάρ ἐστιν ταῦτα τῶν τὰ παρόντα ἑλομένων. καὶ εἰς τοσοῦτον φιλάνθρωποί εἰσιν, ὡς τὸ ζῆν αὐτοῖς συγχωρεῖν. καὶ τὸ μὲν παράδειγμα οὕτως ἔχει. ἄκουε δὴ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα. ὁ τῆς ἀληθείας προφήτης παρὼν ἐδίδαξεν ἡμᾶς, ὅτι ὁ τῶν ὅλων δημιουργὸς καὶ Θεὸς, δυσίν τισιν ἀπένειμεν βασιλείας δύο, ἀγαθῷ τε καὶ πονηρῷ, δοὺς τῷ μὲν κακῷ τοῦ παρόντος κόσμου μετὰ νόμου τὴν βασιλείαν, ὥστ' ἂν ἔχειν ἐξουσίαν κολάζειν τοὺς ἀδικοῦντας· τῷ δὲ ἀγαθῷ, τὸν ἐσόμενον ἀΐδιον αἰῶνα. ἕκαστον δὲ τῶν ἀνθρώπων ἐλεύθερον ἐποίησεν ἔχειν τὴν ἐξουσίαν ἑαυτὸν ἀπονέμειν ᾧ βούλεται, ἢ τῷ παρόντι κακῷ, ἢ τῷ μέλλοντι ἀγαθῷ. ὧν οἱ ἑλόμενοι τὰ παρόντα, ἐξουσίαν ἔχουσιν πλουτεῖν, τρυφᾶν, ἥδεσθαι, καὶ πᾶν ὅ, τι ἂν δύνωνται. τῶν γὰρ ἐσομένων ἀγαθῶν οὐδὲν ἕξουσιν. οἱ δὲ τὰ τῆς μελλούσης βασιλείας κρίναντες λαβεῖν, τῶν ἐνταῦθα ὡς ἀλλοτρίου βασιλέως ἴδια ὄντα αὐτοῖς νομίζεσθαι οὐκ ἔξεστιν, ἢ ὕδατος μόνου καὶ ἄρτου, καὶ τούτων μετὰ ἱδρώτων πορίζομένων πρὸς τὸ ζῆν· ἐπειδὴ ἑκοντὶ ἀποθανεῖν οὐκ ἔξεστιν· ἔτι δὲ καὶ περιβολαίου ἑνός· γυμνὸν γὰρ ἑστάναι οὐκ ἐφίεται, [2] ἕνεκεν τοῦ παντὸς ὁρῶντος οὐρανοῦ.

VII. Et Petrus: Nonne igitur ii quos dicebas affici injuria, ipsi sunt finium transgressores, in quantum versantur in regno alterius? Et tantum defraudatores sunt, quantum possident qui videntur facere injuriam; cum singuli adversarii tanta indulgeant, quanta eis permittunt habere. Hæc quippe ad eos pertinent, qui præsentia elegerunt. Et adeo humani sunt, ut illis vitam donent. Atque exemplum ita quidem habet. Audi jam ipsam rem. Veritatis Propheta adveniens docuit nos, quod omnium creator ac Deus, duobus quibusdam duo regna distribuit, bono & malo; dans malo quidem regnum hujus mundi cum lege, ita ut habeat potestatem injuriosos puniendi; bono autem largitus futurum perpetuum sæculum. Unumquemque vero hominum liberum fecit, quique habeat potestatem se tradendi cui velit, aut præsenti malo, aut futuro bono. Ex quibus qui præsentia eligunt, potestatem habent ut divites sint, in deliciis ac voluptatibus vitam agant, & similia omnia pro viribus percipiant. Nam futurorum bonorum nullum possidebunt. Qui vero futurum regnum maluerunt accipere, iis non licet præsentes res, ut pote alieni regis, suas existimare; si excipias dumtaxat aquam & panem; ita tamen ut cum sudoribus ad vivendum comparentur; neque enim ultro licitum est mori; si etiam excipias unum vestimentum; non enim permittitur nudum consistere, propter cuncta perspiciens cælum.

Εἰ μὲν οὖν τὸν ἀκριβῆ τοῦ πράγματος λόγον ἀκοῦσαι θέλῃς, [3] ὡς μικρῷ τάχιον εἴρηκας ἀδικεῖσθαι, αὐτοὶ μᾶλλον ἀδικοῦσιν. ὅτι αὐτοὶ μὲν οἱ τὰ ἐσόμενα ἑλόμενοι, [4] ἐν τοῖς παροῦσιν συνεῖσιν τοῖς κακοῖς, κατὰ πολλὰ [5] τῶν ἴσων αὐτοῖς ἀπολαβόντες, αὐτοῦ τε τοῦ ζῆν, τοῦ φωτὸς, τοῦ ἄρτου, τοῦ ὕδατος, τοῦ ἱματίου καὶ ἄλλων τοιούτων τινῶν. οἱ δὲ ἀδικεῖν ὑπό σου νομισθέντες, τοῖς ἐσομένοις ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, οὐδὲν συνυπάρχουσιν. καὶ ὁ πατὴρ πρὸς ταῦτα ἀπεκρίνατο· νῦν με ὅτε πέπεικας ὅτι οἱ ἀδικοῦντες αὐτοὶ ἀδικοῦνται· οἱ δὲ ἀδικούμενοι, μᾶλλον πλεονεκτοῦσιν· ἔτι μᾶλλον ἀδικώτατον ὅλον μοι φαίνεται τὸ πρᾶγμα· ὅτι οἱ μὲν δοκοῦντες ἀδικεῖν, πολλὰ τοῖς τὰ ἐσόμενα ἑλομένοις συγχωροῦσιν· οἱ δὲ δοκοῦντες ἀδικεῖσθαι, αὐτοὶ ἀδικοῦσιν, ὅτι τὰ ὅμοια οὐ παρέχουσιν ἐκεῖ τοῖς ἐνταῦθα αὐτοῖς συγκεχωρηκόσιν, ἃ αὐτοὶ αὐτοῖς συνεχώρησαν. καὶ ὁ Πέτρος· οὐδὲ τοῦτο ἄδικον, διὰ τὸ ἐξουσίαν ἔχειν ἕκαστον τὰ παρόντα αἱρεῖσθαι, ἢ τὰ μέλλοντα, εἴτε μικρὰ εἴη, εἴτε μεγάλα. ἰδίᾳ κρίσει καὶ βουλῇ ὁ ἑλόμενος, οὐκ ἀδικεῖται· λέγω δὲ οὐδ' ἂν τὰ μικρὰ ἕληται· ἐπεὶ προέκειτο τὰ μεγάλα. προέκειτο γὰρ αὐτῷ καὶ τὰ μικρά. καὶ ὁ πατὴρ ἔφη· ὀρθῶς ἔφης· [6] καὶ γὰρ

VIII. Si ergo accuratam hujus negotii rationem audire cupias; quos paullo ante dixisti injuria affici, ipsi potius nocent. Quoniam illi quidem qui elegerunt futura, in præsentibus versantur bonis, in multis æqualia cum aliis percipientes, nempe ipsam vitam, lucem, panem, aquam, indumentum & alia quædam hujusmodi. Qui vero a te putantur facere injuriam, in futuris bonis nulla ex parte cum aliis viris degent. Et pater ad hæc respondit: Nunc quando persuasisti mihi, eos qui injuriam faciunt, injuriam pati; eos autem qui injuria afficiuntur, potius injuriam facere; adhuc amplius tota res iniquissima mihi videtur: quoniam iis quidem qui videntur conferre injuriam, multa iis concedunt qui futura elegerunt; qui vero videntur injuriam sustinere, ipsi eam inferunt; quia hominibus, qui heic ipsis concessere, non præbent illic eadem, quibus illi ipsos donarunt. Et Petrus: Neque hoc iniquum est; quandoquidem unusquisque potestate præditus est anteponendi vel præsentia, vel futura, sive parva sint, sive magna. Qui proprio judicio & consilio deligit, non afficitur injuria; neque, inquam, licet parva præferat; quando & magna prostabant. Nam ei proposita etiam erant quæ exigua sunt. Et pater ait: Recte lo-

1. Οσον κεκτημένοι ὦσιν οἱ ἀδικεῖν νομιζόμενοι· τοσαῦτα.] Locus pessime habitus. Lege: *καὶ τοσοῦτον πλεονέκται εἰσὶν ὅσον κεκτημένοι ὦσιν; Οἱ ἀδικεῖν νομιζόμενοι τοσαῦτα ἑκάστῳ τῷ ἐξ ἐναντίας ὄντι χαρίζονται ὅσα ἂν αὐτοῖς ἔχειν συγχωρῶσι. & in tantum sunt fraudatores, in quantum possident? Qui injuriam facere videntur, unicuique ex contraria parte tanta gratificantur, quanta iis habere permiserunt*. Jam tandem sensus oritur, qui in Cotelerii versione nullus est. DAV.

2. Ενεκεν τοῦ παντὸς ὁρῶντος οὐρανοῦ.] *Propter omnia atque omni ex parte perspiciens cælum*. COT.

3. Ως μικρ.] Leg. ὡς μικρ. Et paullo post τοῖς καλοῖς. ID.

4. Εν τοῖς παροῦσιν συνεῖσιν τοῖς κακοῖς.] Cl. Cotelerius reponit καλοῖς, eamque lectionem, in sua versione dedit expressam. Sed sana est vulgata; quod liquebit, si modo locum sic interpreteris: *usum rerum præsentium simul cum malis hominibus accipiunt*. Mendum suspicatus est vir doctissimus quod τοῖς κακοῖς, non masculinam, ut par erat, sed neutram potestatem tribuerit. DAVIS.

5. Τῶν ἴσων αὐτοῖς ἀπολαβόντες.] Leg. ἀπολαύοντες, quod ipsa docet constructio. Vide Not. ad Homil. XI. cap. 16. ID.

6. Καὶ γὰρ εἴρηταί τινι Ἑλλήνων σοφῷ· αἰτία ἑλομένου; Θεὸς ἀναίτιος.] Pari modo apud Lucianum de mercede conductis, in fine; *μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, ὡς Θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δὲ ἑλομένου*. Et ut cujusdam veterum profertur in Pseudo-Origenis Commentario ad Job cap. 38.

εἴρηταί τινι Ἑλλήνων σοφῷ· αἰτία ἑλομένων, Θεὸς ἀναίτιος.

A cutus es. Etenim dictum est a quodam inter Græcos sapiente: *Culpa deligentium est; Deus culpa caret.*

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.

Ἀλλ' ἔτι μίαν καὶ τοῦτόν μοι διέλθε τὸν λόγον. μέμνημαι τὸν Κλήμεντα εἰπόντα μοι, ὅτι τὰ ἀδικήματα καὶ τὰ πάθη εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν πάσχομεν. καὶ ὁ Πέτρος· ὀρθῶς; ἔχει καὶ οὕτως. ἡμεῖς γὰρ οἱ ἑλόμενοι τὰ ἐσόμενα, [1] ἃ κεκτήμεθα πλείονα, εἴτε ἐσθῆτα, εἴτε βρώματα, εἴτε ποτὰ, εἴτε ἄλλα τινά, ἁμαρτίας κεκτήμεθα, δεὰ τὸ δεῖν μηδὲν ἔχειν, ὡς μικρῷ τάχιον διεῖλον τὸν λόγον. πᾶσι τὰ κτήματα, ἁμαρτήματα. ἡ τούτων ὅπως ποτὲ στέρησις, ἁμαρτιῶν ἐστιν ἀφαίρεσις. καὶ ὁ πατὴρ ἔφη· ἀκολούθως ἔχει, καθὼς δύο διεῖλας ὅρους τῶν δύο βασιλέων; [2] τὰ ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν αὐτῶν ὄντων αἱρεῖσθαι ὃ βούλεται. τί δὲ κατὰ πᾶσιν εἰ δικαίως πάσχομεν; καὶ ὁ Πέτρος· δικαιότατα. ἐπεὶ γὰρ ὁ τῶν σωζομένων ὅρος ἐστὶν, ὡς ἔφην, [3] τῷ μηδενὶ μηδὲν ὑπάρχειν· ὑπάρχει δὲ πολλὰ πολλοῖς κτήματα, καὶ τὰ ἄλλως ἁμαρτήματα, τούτου χάριν ἐξ ὑπερβαλλούσης Θεοῦ φιλανθρωπίας ἐπάγεται τὰ πάθη τοῖς μὴ εἰλικρινῶς πολιτευομένοις· ἵνα διὰ τὸ ποσῶς φιλόθεον, προσκαίροις τιμωρίαις, αἰωνίων σωθῶσιν κολάσεων.

IX. Sed & adhuc hanc mihi enarra rationem. Memini Clementem mihi dicere, nos injurias & afflictiones ad peccatorum remissionem pati. Et Petrus: Recte; ita habet. Nos enim qui futura maluimus: quæ plura possidemus, seu vestes, seu cibos, seu potiones, seu alia quæpiam; peccata possidemus; quia nihil debemus habere, uti paullo ante sermone declaravi. Omnibus, possessiones peccata sunt. Earum qualitercumque privatio, ademtio est delictorum. Dixit pater: Recte habet; quemadmodum divisisti duos fines duorum regum: ut quis
B quod vult eligat ex iis quæ in alterutrius sita sunt potestate. Quid vero, an in omnibus juste patimur? Et Petrus: Justissime. Quandoquidem enim eorum qui salvantur terminus est, sicut dixi, ut nemo aliquid habeat; multis autem multæ suppetunt possessiones, quæ aliter & peccata: ideo per eximiam Dei humanitatem afflictiones inducuntur iis, qui non pure vivunt: ut propter aliquantam erga Deum caritatem, per temporaria supplicia æternis pœnis liberentur.

Καὶ ὁ πατήρ· τί δὲ; οὐ πολλοὺς ἀσεβεῖς ὁρῶμεν πένητας; παρὰ τοῦτο καὶ οὗτοι τῶν σωζομένων εἰσίν; καὶ ὁ Πέτρος· οὐ πάντως. οὐ γὰρ ἀποδεκτὴ ἡ τοῦ πένητος πενία, ἐὰν [4] ὀρέγεται ὧν οὐ χρή· ὥστε τινὲς τῇ προαιρέσει πλουτοῦσιν χρήμασιν, καὶ ὡς πλεονεκτεῖν ἐπιθυμοῦντες τιμωροῦνται. ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῷ πένητα εἶναί τινα, πάντως δίκαιός ἐστιν. δύναται γὰρ πτωχὸς μὲν τοῖς χρήμασιν εἶναι, ἐπιθυμεῖν δὲ, ἢ καὶ πράττειν ὃ προηγουμένως οὐ χρή. ἢ γὰρ εἴδωλα σέβει, ἢ βλασφημεῖ, ἢ πορνεύει, ἢ ἀδιαφόρως ζῇ, ἢ ἐπιορκῶν, ἢ ψευδόμενος, ἢ ἀπίστως βιοὺς. πλὴν ὁ διδάσκαλος ἡμῶν πιστοὺς πένητας ἐμακάρισεν· καὶ αὐτοὺς οὐχ ὡς παρεσχηκότας τι· οὐδὲ γὰρ εἶχον· ἀλλ' ὅτι μηδὲν ἁμαρτάνοντες, [5] ἐπὶ μόνῳ τῷ τῆς ἐλεημοσύνης μὴ ποιεῖν διὰ τὸ μὴ ἔχειν, καταδικασθῆναι οὐκ ἔχοντας. καὶ ὁ πατήρ· ἀληθῶς πάνυ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ὀρθῶς ἔχειν τὰ πράγματα φαίνεται· διὸ καὶ προαιρέσεως ἐγενόμην τῇ τάξει παντὸς ἐπακοῦσαι τοῦ λόγου.

X. Tum pater: Quid enim, nonne multos impios videmus pauperes? An propterea & illi inter eos qui salutem consequentur, numerandi sunt? Et
C Petrus: Nequaquam omnino. Non enim probanda est pauperis inopia, si quæ non oportet appetat. Itaque nonnulli voluntate divites opum sunt, & tamquam facultatum cupidi puniuntur. Sed nec quod aliquis sit pauper, statim justus est. Potest quippe pauper esse pecunia; at eam cupere, aut id facere quod præcipue non oportebat. Nam vel idola colit, vel blasphemat, vel fornicatur, vel indifferenter vivit, perjurus, mendax, aut infidelis. Ceterum Magister noster [a] fideles pauperes, beatos prædicavit: eosque, non velut aliquid largientes: neque enim habebant: sed quia, cum nihil peccarint, ob id solum Eleemosynæ, quod eam inopiæ ergo non fecerint, condemnari non possunt. Tum pater: Vere prorsus
D secundum propositam quæstionem res videntur recte habere: quare statui totam ordine audire doctrinam.

Καὶ ὁ Πέτρος· οὐκοῦν τὸ λοιπὸ σπεύδοντί σοι τὰ κατὰ τὴν ἡμετέραν θρησκείαν μαθεῖν, ὀφείλω τῇ τάξει τὸν λόγον ἐκθεῖναι ἀπ' αὐτοῦ ἀρχόμενος τοῦ Θεοῦ. καὶ δεικνὺς ὅτι αὐτὸν μόνον δεῖ λέγειν Θεὸν, ἑτέρους δὲ μήτε λέγειν, μήτε νομίζειν, καὶ ὅτι ὁ παρὰ τοῦτο ποιῶν αἰωνίως ἔχει κολασθῆναι, ὡς εἰς αὐτὸν τὸν τῶν ὅλων δεσπότην ἀσεβήσας τὰ μέγιστα.

XI. Et Petrus: Itaque deinceps studenti tibi discere quæ ad nostram religionem pertinent, debeo ordine exponere doctrinam, ab ipso incipiens Deo; & ostendens, ipsum solum dici debere Deum, alios vero nec dici nec existimari; hominem autem qui secus fecerit, perpetuo supplicio multandum, ut qui in ipsum universorum Dominum maxime impius exsti-

a Matth. v. 3.

vers. 7. Scripsit Plato lib. 10. de Republica paullo ante finem; αἰτία ἑλομένου, Θεὸς ἀναίτιος: sicque citatur a Justino Martyre Apolog. II. pag. 81. Clemente Alexandrino Strom. 5. p. 613. ac Theodorito de Evangelica veritate ex Græca seu Gentili Philosophia Serm. 6. Suis vero cum verbis miscet Clemens laudatus Pædagogi 1. cap. 8. necnon Eusebius Præparat. Evangel. lib. 6. cap. 250. & adversus Hieroclem p. 542. 544. Denique Gregorii Nazianzeni eo alludentis locus est Invectiva prima contra Julianum p. 68. ἀναίτιον γὰρ παντάπασι κακῶν τὸ θεῖον, ἀγαθὸν τῇ φύσει τυγχάνον καὶ τοῦ προελομένου τὰ τῆς κακίας. Justa itaque censura Ammonii Hermiæ Commentario in librum Aristotelis de Interpretatione; καθάπερ ὁ ἀπαιδεύτως παρ' Ομήρῳ λέγων·

Ἐγὼ δ' οὐκ αἴτιός εἰμι.
Ἀλλὰ Ζεὺς, καὶ Μοῖρα, καὶ ἠεροφοῖτις Ἐριννύς. Cot.

1. Ἃ κεκτήμεθα πλείονα &c.] Duriuscule sunt hæc adversus divitias dicta: unde a Metaphraste molliuntur Epito-
E me cap. 127. Certe apud Epiphanium Hæresi 30. cap. 17. Ebionæi gloriantur se esse ac vocari πτωχούς. Inveni autem usurpatum comma verborum istorum in Vita Nili junioris, quam Romæ edendam curavit Matthæus Caryophilus pag. 142. hoc pacto; μάθετε ἀδελφοὶ τοῦτο, ὅτι ἡ τῶν πραγμάτων ὁπωσδήποτε στέρησις, ἁμαρτημάτων ἐστὶν ἀφαίρεσις. Id.


2. Τὰ ἐφ' ἑκάστῳ.] Sensus postulat: εἶναι ἐφ' ἑκάστῳ: *esse in cujusvis potestate.* Davis.

3. Τῷ μηδενί.] Lege τὸ, *neminem quidquam habere.* Idem.

4. Ὀρέγεται.] Al. ὀρέγηται· Et mox χρή· ἀλλά. Cot.

5. Ἐπὶ μόνῳ τῷ τῆς ἐλεημοσύνης &c.] Hanc ῥῆσιν ita legas oportet: ἀλλ' ὅτι μηδὲν ἁμαρτάνοντες, ἐπὶ μόνῳ τῷ τῆς ἐλεημοσύνης μὴ ποιεῖν, διὰ τὸ μὴ ἔχειν καταδικασθῆναι οὐκ ἔχουσι: *sed quia, cum insontes essent, condemnari non possent, ob eam solum caussam, quod eleemosynas non fecerint, si nihil haberent,* quod pauperibus erogarent. Cl. Cotelerii versionem deformavit prava lectio. Davis.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.



καὶ ταῦτα εἰπὼν, καὶ τοῖς ὑπὸ παθῶν ὀχλουμένοις, καὶ νοσοῦσι, καὶ δαιμονιῶσι τὰς χεῖρας ἐπιθεὶς, καὶ εὐξάμενος, καὶ ἰασάμενος, ἀπέλυσε τοὺς ὄχλους. καὶ εἶθ' οὕτως εἰσιὼν, τῶν συνηθεστέρων ἀλῶν μεταλαβὼν ὕπνωσεν.

terit. Atque his dictis; cumque aliqua perpessione infestatis, ægrotantibus, & dæmoniacis imposuisset manus, item precatus esset, ac eos curasset, dimisit populum. Et postea ita ingressus, solito admodum cibo percepto, se somno dedit.

ΟΜΙΛΙΑ ιϛʹ.

HOMILIA DECIMASEXTA.

Ὄρθρου δὲ ἐξιὼν ὁ Πέτρος, καὶ ἐπιστὰς ἐπὶ τὸν συνήθη τοῦ διαλέγεσθαι τόπον, ὄχλον πολὺν συνεστῶτα ἴδεν. καὶ ἅμα τῷ μέλλειν διαλέγεσθαι αὐτὸν, εἰσῄει τις τῶν αὐτοῦ διακόνων λέγων· Σίμων ἀπὸ Ἀντιοχείας ἐληλυθὼς [1] ἀπ' αὐτῆς ἑσπέρας, μαθὼν ὑποσχόμενόν σε τὸν περὶ μοναρχίας ποιεῖσθαι λόγον, ἕτοιμός ἐστιν μετά γε Ἀθηνοδώρου τοῦ Ἐπικουρείου [2] διαλεγομένου σοι ἐπελθεῖν, πρὸς τὸ ἀντιλέγειν δημοσίᾳ πᾶσιν τοῖς ὑπό σου ὁπωσοῦν ὑπὲρ μοναρχίας λεγομένοις λόγοις. ταῦτα τοῦ διακόνου λέγοντος, ἰδοὺ αὐτὸς εἰσῄει Σίμων μετὰ Ἀθηνοδώρου καὶ ἄλλων τινῶν τῶν ἑταίρων. καὶ πρὸ τοῦ τι τὸν Πέτρον φθέγξασθαι, αὐτὸς προλαβὼν ἔφη.

I. Mane vero egressus Petrus, cum venisset ad locum in quo disserere solebat, ingentem hominum multitudinem convenisse vidit. Et simul ac ipse jam esset locuturus, introivit quidam ex ejus Diaconis, dicens: Simon ab Antiochia ipso vespere profectus, audiens te promisisse de Monarchia, seu principatu unius, verba esse facturum, paratus est una cum Athenodoro Epicureo, tibi differenti intervenire; ut palam impugnet omnia quæcumque pro Monarchia a te quomodocumque proferentur verba. Hæc dicente Diacono, ecce ingressus est Simon cum Athenodoro aliisque nonnullis sodalibus: & ante quam Petrus aliquid proferret, ipse anticipans ait.

Ἔμαθον ὡς ὑπέσχου ἐχθὲς τῷ Φαύστῳ, εἰς τὴν σήμερον δεῖξαι τῇ τάξει τὸν λόγον ποιούμενος· καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἀρχόμενος τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου, ὅτι [3] αὐτὸν μόνον δεῖ λέγειν, ἄλλους δὲ μήτε λέγειν, μήτε νομίζειν· ὅτι ὁ παρὰ τοῦτο ποιῶν, αἰωνίως κολασθῆναι ἔχει. πρὸ πάντων δὲ ἀληθῶς καταπέπληγμαί σου τὴν πρόνοιαν, ὅτι ἤλπισας εἰς τὴν σὴν βούλησιν μεταπεῖσαι ἄνδρα σοφὸν, καὶ ταῦτα πρεσβύτην. ἀλλ' οὐκ ἐπιτεύξῃ τῶν σῶν βουλευμάτων· ταύτῃ μᾶλλον παρόντος ἐμοῦ, καὶ τοὺς ψευδεῖς σου διελέγχοντος λόγους. ἴσως γὰρ ἐμοῦ μὴ παρόντος, ἠπατήθη ἂν ὁ σοφὸς γέρων, ἰδιώτης ὢν τῶν παρὰ Ἰουδαίοις δημοσίᾳ πεπιστευμένων βίβλων. καὶ [4] τὸ νῦν τοὺς πολλοὺς ὑπερθήσομαι λόγους, ἵνα τῆς ὑποσχέσεώς σου τάχιον τὸν ἔλεγχον ποιήσωμαι. διὸ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν τῶν τὰς γραφὰς εἰδότων, ὃ ὑπέσχου λέγειν ἄρξαι. εἰ δὲ τὸν ἔλεγχον αἰδούμενος, ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν ὑπόσχεσιν παραλιπεῖν θέλεις, αὐτάρκης καὶ οὕτως ἡ ἀπόδειξις, [5] ὅτι ψευδὴς, καθ' ὅτι ἐπὶ τῶν τὰς γραφὰς εἰδότων εἰπεῖν οὐκ ἐτόλμησας. καὶ νῦν δὲ τί σε ἀναμένω λέγειν, μέγιστον ἔχων μάρτυρα τῆς ὑποσχέσεώς σου, τὸν παρεστῶτα γέροντα; καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἐμβλέψας τῷ πατρὶ, ἔφη· εἰπέ μοι, ἀνδρῶν πάντων τιμιώτατε, οὐχὶ οὗτος ὁ ἀνὴρ ὑπέσχετό σοι δεῖξαι σήμερον, ὅτι εἷς ἐστιν Θεὸς, καὶ οὐ χρὴ ἕτερόν τινα λέγειν ἢ νομίζειν Θεόν· ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, ὡς τὰ μέγιστα ἁμαρτάνων, αἰωνίως κολασθῆναι ἔχει; [6] ἢ γὰρ οὐκ ἀποκρίνῃ μοι;

II. Comperi, te heri Fausto pollicitum esse, quod hodie habito sermone, ordine esses ostensurus; & incipiendo ab ipso universorum Domino, eum solum dicendum esse, alios vero neque dicendos, neque existimandos; quoniam qui secus fecerit, perpetuo supplicio multabitur. Ante omnia autem vere prudentiam tuam demiratus sum, quod speraveris te posse in tuam sententiam adducere virum sapientem, ad hæc senem. At quæ vis non obtinebis; me potissimum præsente, tuosque redarguente falsos sermones. Forte enim absente me deceptus fuisset sapiens senex, cum imperitus sit librorum qui Judæis palam sunt traditi. Et nunc multis verbis supersedebo, ut citius promissionem tuam confutem. Quocirca coram nobis Scripturarum peritis, quod pollicitus es incipe dicere. Sin autem reprehensionem veritus, coram nobis vis promissum omittere; etiam sic sufficiens erit probatio, quod fallas, quandoquidem coram hominibus Scripturas callentibus non ausus sis loqui. Et vero jam cur exspecto ut dicas, qui maximum habeo testem pollicitationis tuæ, adstantem senem? Et post hæc verba, patrem intuitus, ait: Dic mihi, virorum præstantissime: Nonne iste homo tibi pollicitus est ostensurum se hodie, unum Deum esse, nec alium dicendum aut habendum Deum: illum autem qui secus fecerit, tamquam peccatorem maximum perpetuo supplicio multandum esse? An enim non respondes mihi?

Καὶ ὁ πατὴρ ἔφη· καλῶς ἂν τὴν μαρτυρίαν παρ' ἐμοῦ ἀπῄτεις, Σίμων, εἰ πρότερον ἠρνεῖτο ὁ Πέτρος· νῦν δὲ οὐκ αἰδεσθήσομαι λέγειν ἃ δεῖ λέγειν. οἶμαί σε [7] ὀργῇ πεπρισμένον διαλεχθῆναι θέλειν· ὅπερ ἀνοίκειόν σοι τοῦτο ποιεῖν, καὶ ἡμῖν [8] τοιοῦτον ὑπακούειν· ὅτι μάχην ἐστὶν ἱστορῆσαι, καὶ οὐ πρὸς ἀλήθειαν ὠφελεῖσθαι. καὶ νῦν ἐξ ἑλληνικῆς παιδείας, ὡς χρὴ τοὺς ζητοῦντας ποιεῖν εἰδὼς, ὑπομνήσω. ἑκάτερος ὑμῶν τὸ ἑαυτοῦ δόγμα ἐκθέσθω, καὶ εἰς ἕτερον οἱ λόγοι γενέσθωσαν. ἐὰν δὲ Πέτρος μόνος ἐκθῆται τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα, σὺ δὲ τὸ σὸν σιωπᾷς, ἐνδέχεταί τινα λόγον ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα θλίβειν τὸ

III. Respondit pater: Recte a me testimonium postulares, Simon, si antea Petrus negasset. Nunc autem non verebor dicere quæ dicenda sunt. Arbitror te ira constrictum ac inflammatum velle disputationem suscipere: porro neque convenit te hoc facere; neque nos tali præbere aurem; quoniam id pugnam videre est, & non ad veritatem juvari. Atque nunc, ex Græca eruditione, sciens quo modo gerere se debeant disceptantes, commonebo. Uterque vestrum, dogma suum exponat, & alternis verba fiant. Quod si solus Petrus explicet suam sententiam, tu vero tuam reticeas; fieri potest, ut

1. Ἀπ' αὐτῆς ἑσπέρας.] Lege ἐπ' αὐτῆς ἑσπέρας, *qui ipsa vespera venerat*. Davis.
2. Διαλεγομένου.] Epit. διαλεγομένῳ. Et paullo post al. τῶν ἑτέρων. Mox vero χθὲς pro ἐχθές. Cot.
3. Αὐτὸν μόνον δεῖ λέγειν.] Adde Θεὸν ex Epit. n. cxxx. Davis.
4. Καὶ τό.] Al. τίς. Cot.
5. Ὅτι ψευδής.] Forte ψεύδους. Id. — Lege ὅτι ψεύδῃ. Vide infra cap. viii. Davis.
6. Ἢ γὰρ οὐκ ἀποκρίνῃ μοι.] Leg. ἢ γὰρ οὐ; ἀπόκριναί μοι. *Annon enim? responde mihi*. Id.
7. Ὀργῇ πεπρισμένον.] Forte πεπρησμένον. Cot. —— Ὀργῆς πεπλησμένον, recte dat Epit. n. cxxxi. *ira plenum*. Dav.
8. Τοιοῦτον ὑπακούειν.] In Codice 804. τοιούτων ἐπακούειν. Et post, τὸ αὐτοῦ καὶ τὸ σὸν φρόνημα. Id.

ἑαυτοῦ ϗ τὸ σὸν φρόνημα, [1] ϗ ἀμφοτέρους ὑμᾶς ὑπὸ τοῦ λόγου ἡττηθέντας, μὴ φαίνεσθαι ἡττημένους. ἀλλὰ τὸν ἐκθέμενον τὸ φρόνημα, τὸν δὲ μὴ ἐκθέμενον ὁμοίως ἡττημένον μὴ πρόδηλον εἶναι, ἀλλὰ καὶ νενικηκέναι νομίζεσθαι. καὶ ὁ Σίμων ἀπεκρίνατο· ποιήσω ὡς λέγεις· ἀθυμῶ δὲ, μήπως ἤδη προειλημμένος αὐτοῦ τοῖς λόγοις, οὐ φιλαλήθης ἔσῃ κριτής.

Καὶ ὁ πατὴρ ἀπεκρίνατο· μή με βιάζου ἀκρίτως συνθέσθαι σοι, ἵνα δόξω φιλαλήθης εἶναι κριτής. εἰ δὲ τ'ἀληθῆ ἀκοῦσαι θέλῃς, τῷ σῷ φρονήματι μᾶλλον προείλημμαι. ϗ ὁ Σίμων· πῶς προείληψαι, οὐκ εἰδὼς ὃ φρονῶ; καὶ ὁ πατήρ· τοῦτο ῥᾴδιόν ἐστιν εἰδέναι, καὶ πῶς, ἄκουσον. ἐλέγχειν ὑπέσχου Πέτρον ἕνα Θεὸν λέγοντα εἶναι, ὅτι ψεύδεται· ὁ δὲ ἕνα λέγοντα ψεύσματος ἐλέγξαι ἐπαγγελλόμενος, ὡς ἀληθεύων, τὸ αὐτὸ οὐ λέγει. εἰ γὰρ τῷ καταψευδομένῳ τὸ αὐτὸ λέγει, ϗ αὐτὸς ψεύδεται· εἰ δὲ τὰ ἐναντία λέγων ἀποδείκνυσιν, τότε ἀληθεύει. οὐκ ἄλλως οὖν τὸν ἕνα Θεὸν εἶναι λέγοντα ψεύστην λέγεις, εἰ μή τι ἂν ὅτι πολλοὺς δοξάζεις θεούς. Θεοὺς δὲ πολλοὺς εἶναι κἀγὼ λέγω· [2] τὸ αὐτὸ οὖν σοι πρὸ τῆς ζητήσεως λέγω. σοὶ μᾶλλον προείλημμαι. καὶ κατὰ τοῦτο ἀγωνιᾶν περὶ ἐμοῦ οὐκ ὀφείλεις, ἀλλὰ Πέτρος· ὅτι ἀκμὴν αὐτῷ τὰ ἐναντία φρονῶ. ὅπερ μετὰ τὴν ὑμετέραν ζήτησιν ἐλπίζω φιλαλήθης ὢν κριτὴς, πρόληψιν ἀποδυσάμενος, τῷ ἐπικρατοῦντι συνθέσθαι λόγῳ. ταῦτα τοῦ πατρὸς εἰπόντος, ἠρέμα βοή τις ἐπαίνου ἐκ τῶν ὄχλων ἐγένετο, ἐπὶ τῷ οὕτως τὸν πατέρα διαλεχθῆναι.

Καὶ ὅμως ὁ Πέτρος ἔφη· ἐγὼ, ὡς ὁ τῶν λόγων μεσίτης εἴρηκεν, ποιεῖν ἕτοιμός εἰμι· καὶ ἤδη ποτὲ πρὸ πάσης ἀναβολῆς, τὸ ἐμὸν περὶ Θεοῦ ἐκθήσομαι φρόνημα. κἀγὼ ἕνα Θεὸν εἶναι λέγω, τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν ϗ τὴν γῆν ϗ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα. ἄλλον τε οὔτε λέγειν, οὔτε νομίζειν ἔξεστιν. ϗ ὁ Σίμων· ἐγὼ δέ φημι τὰς πεπιστευμένας γραφὰς παρὰ Ἰουδαίοις, πολλοὺς λέγειν θεοὺς ϗ μὴ χαλεπαίνειν ἐπὶ τούτῳ τὸν Θεὸν, τῷ αὐτὸν διὰ γραφῶν αὐτοῦ πολλοὺς θεοὺς εἰρηκέναι.

Αὐτίκα γοῦν ἐν τῇ πρώτῃ φωνῇ τοῦ νόμου, φαίνεται καὶ ἑαυτῷ αὐτοὺς ὁμοίως λέγων. οὕτως γέγραπται· ὡς ὅτι τῷ πρώτῳ ἀνθρώπῳ, ἐντολὴν ἔχοντι παρὰ τοῦ Θεοῦ, ἀπὸ παντὸς ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ φαγεῖν, ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν, μὴ φαγεῖν, ὁ ὄφις διὰ τῆς γυναικὸς ἐπὶ ὑποσχέσει τοῦ γενέσθαι αὐτοὺς θεοὺς, φαγεῖν αὐτοὺς πείσας, ἀναβλέψαι ἐποίησεν· καὶ εἶθ' οὕτως ὁ Θεὸς ἀναβλέψασιν αὐτοῖς ἔφη· ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ, ὡς εἷς ἡμῶν. ὁ μὲν οὖν ὄφις εἰπών· ἔσεσθε ὡς θεοὶ, ὡς ὄντων θεῶν εἰρηκὼς φαίνεται· [3] ταύτῃ μᾶλλον ἢ καὶ Θεὸς ἐπεμαρτύρησεν, εἰπών· ἰδοὺ γέγονεν Ἀδὰμ ὡς εἷς ἡμῶν. οὕτως ὁ τοὺς πολλοὺς εἰπὼν ὄφις εἶναι θεοὺς, οὐκ ἐψεύσατο. πάλιν τὸ γεγράφθαι θεοὺς, οὐ κακολογήσεις, καὶ ἄρχοντας τοῦ λαοῦ σου οὐ κακῶς ἐρεῖς, πολλοὺς σημαίνει θεοὺς, οὓς οὐδὲ κακολογεῖσθαι θέλει. ἀλλὰ ϗ ἀλλαχόθι που γέγραπται· εἰ ἐτόλμησεν Θεὸς ἕτερος εἰσελθεῖν, ϗ λαβεῖν ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἔθνους, ὡς ἐγὼ κύριος ὁ Θεός. τὸ εἰπεῖν· εἰ ἐτόλμησεν Θεὸς

A aliquis a te prolatus sermo, & tuam & illius opinionem premat; cumque ambo per illum sermonem superemini, non videamini tamen superati, nec adpareat, eum qui suam opinionem exposuit, & eum qui non exposuit, pariter esse superatos; immo superasse existimentur. Et Simon respondit: Faciam quemadmodum dicis: verum valde timeo, ne jam ipsius verbis occupatus, non sis judex veri studiosus.

IV. Et pater respondit: Ne me cogas temere ac indicta caussa tibi assentiri, ut judex videar veritatis amans. Quod si vera audire cupis; tua potius sententia præoccupatus sum. Ac Simon: Quo modo es præoccupatus, qui nescis quid sentiam? At pa-
B ter: Facile est illud cognoscere; & quonam pacto, audi. Pollicitus es, a te falsi convictum iri Petrum, qui unum esse Deum asserat. Ceterum qui promittit se falsi redarguturum assertorem unius Dei; is, ut vera loquens, non idem affirmat. Si enim idem diceret cum eo qui ementita loquitur, ipse quoque esset mendax: si vero contraria dicere se ostendit, tunc verus est. Non alia ergo ratione prædicatorem unius Dei esse mendacem pronuntias, nisi quia multos deos esse censes. Atqui multos deos esse ego quoque aio Idem igitur quod tu, ante disceptationem, dico: & pro te potius sum occupatus. Quare non debes de me esse anxius, sed Petrus; quia adhuc contra atque ille sentio. Qui tamen post dispu-
C tationem vestram spero, quod veri studiosus judex, deposita anticipatione, prævalenti consensurus sim orationi. Hæc cum pater dixisset, sensim clamor quidam laudationis a populo exortus est, quoniam ita pater esset locutus.

V. Porro Petrus dixit: Ego, sicut controversiæ arbiter pronuntiavit, agere sum paratus: jamque absque ulla mora meam de Deo sententiam explicabo. Unum ego esse Deum assero, conditorem cæli & terræ omniumque iis contentorum. At alium neque dicere, neque existimare licet. Tum Simon: Ego autem aio; a Scripturis quæ apud Judæos creduntur, dici multos deos; nec de eo succensere
D Deum, quoniam ipse per Scripturas suas plures deos prolocutus est.

VI. Statim ergo in prima Legis voce, illos similiter ac se prædicare dignoscitur. Ita scriptum est: quod cum primo homini præceptum fuisset a Deo, ut de cunctis arboribus Paradisi comederet, non comederet tamen de arbore cognoscendi bonum & malum; serpens per mulierem, promittendo illis divinitatem, comedere persuasos fecit aspicere; sicque postquam aspexerunt, Deus illis dixit: [a] *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis*. Itaque serpens, quando dixit: [b] *Eritis sicut dii*; quasi dii exsistant locutus apparet; eo magis quod Deus suum addiderit testimonium, iis verbis: *Ecce Adam fa-*
E *ctus est quasi unus ex nobis*. Ita qui multos esse deos asseruit serpens, mentitus non est. Præterea per illud quod scriptum est: [c] *Diis non detrahes, & principibus populi tui non maledices*: plures deos significat, quibus nec maledici vult. Sed & alibi scriptum est: [d] *Si ausus est deus alius ingredi, & accipere sibi gentem de media gente, sicut ego Dominus Deus*. Illud: *Si ausus est Deus alius*;

[a] Gen. III. 22. [b] Ibid. ℣. 5. [c] Exod. XXII. 28. [d] Deut. IV. 34.

1. Καὶ ἀμφοτέρους ὑμᾶς &c.] Locum sic distingue: καὶ ἀμφοτέρους ὑμᾶς ὑπὸ τοῦ λόγου ἡττηθέντας, μὴ φαίνεσθαι ἡττημένους, ἀλλὰ τὸν ἐκθέμενον τὸ φρόνημα· τὸν δὲ μὴ &c. *Et utrumque vestrum, licet revera sit isto sermone victus, non videri tamen superatum, sed eum solum, qui suam exposuit sententiam; illum vero, qui non* &c. A mente Scriptoris Cl. Cotelerius mirum quantum aberravit. Davis.

2. Τὸ αὐτὸ οὖν σοι πρὸ τῆς ζητήσεως λέγω. σοὶ μᾶλλον προείλημμαι.] An scripsit, λέγω, σοὶ μᾶλλον προείλημμαι. Cot.

3. Ταύτῃ μᾶλλον ἢ καὶ Θεός.] Leg. ᾗ καὶ Θεός. Davis.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ἕτερος, ὡς ὄντων ἑτέρων εἴρηκεν. καὶ ἄλλοτε· Θεοὶ οἱ τὸν οὐρανὸν [1] καὶ τὴν γῆν μὴ πεποιηκότων ἀπόλλυσθαι μελλόντων. καὶ ἄλλῃ που λέγει· ἐπέχε σεαυτῷ, μὴ πορευθεὶς λατρεύσῃς θεοῖς ἑτέροις, οἷς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες σου· ὡς ὄντων θεῶν ἑτέρων, οἷς καὶ μὴ ἐξακολουθεῖν αὐτοὺς λέγει. καὶ πάλιν· ὀνόματα θεῶν ἑτέρων οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ τῶν χειλέων σου. καὶ ἐνταῦθα πολλοὺς θεοὺς λέγει, ὧν τὰ ὀνόματα ὀνομάζεσθαι οὐ θέλει. καὶ πάλιν γέγραπται· Κύριος ὁ Θεός σου, οὗτος Θεὸς τῶν θεῶν. καὶ πάλιν· τίς ὅμοιός σοι, κύριε, ἐν θεοῖς; καὶ πάλιν· Θεὸς θεῶν κύριος. καὶ πάλιν· ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν, ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρίνει. ὅθεν θαυμάζω πῶς τοσούτων φωνῶν ἐγγράφως μαρτυρουσῶν πολλοὺς εἶναι θεοὺς, σὺ διαβεβαίωσαι μὴ δεῖν μήτε λέγειν, μήτε εἶναι νομίζειν. λοιπὸν πρὸς τὰ σαφῶς ῥηθέντα τι ἔχεις εἰπεῖν, ἐπὶ πάντων λέγε.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· συντομώτερον ἄκουε πρὸς ἃ εἴρηκας· αὐτὸς ὁ νόμος ὁ πολλάκις εἰπὼν θεοὺς, αὐτὸς τῷ Ἰουδαίων ὄχλῳ λέγει· ἰδοὺ κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πάντα ὅσα ἐστὶν ἐν αὐτοῖς· συμπεριλαβὼν ὅτι εἰ καί εἰσιν θεοὶ, ὑπ' αὐτόν εἰσιν· τουτέστιν ὑπὸ τὸν Ἰουδαίων Θεόν. καὶ πάλιν· ὅτι κύριος ὁ Θεός σου, οὗτος Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ. καὶ ἄλλῃ που λέγει ἡ γραφὴ τῷ Ἰουδαίων ὄχλῳ· Κύριος ὁ Θεός σου, οὗτος Θεὸς τῶν θεῶν· ὥσπερ ὅτι εἰ καί εἰσιν θεοὶ, ὑπὸ τὸν Ἰουδαίων Θεόν εἰσιν. καὶ ἄλλῃ που περὶ αὐτοῦ λέγει ἡ γραφή· ὁ Θεὸς ὁ μέγας καὶ ἀληθινὸς, ὅς οὐ λαμβάνει εἰς πρόσωπον, οὐδὲ μὴ λάβῃ δῶρον, ποιῶν κρίσιν ὀρφανῷ καὶ χήρᾳ. μέγαν δὲ, καὶ ἀληθινὸν, καὶ κρίσιν ποιοῦντα, τὸν Ἰουδαίων ἡ γραφὴ εἰποῦσα Θεὸν, τοὺς ἄλλους μικροὺς καὶ οὐκ ἀληθινοὺς ἐσήμανεν. ἀλλὰ καὶ ἄλλῃ που λέγει ἡ γραφή· ζῶ ἐγὼ, λέγει κύριος· οὐκ ἔστιν Θεὸς ἕτερος πλὴν ἐμοῦ. ἐγὼ πρῶτος, ἐγὼ μετὰ ταῦτα· πλὴν ἐμοῦ Θεὸς οὐκ ἔστιν. καὶ πάλιν· Κύριον τὸν Θεόν σου φοβηθήσῃ, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις· καὶ πάλιν· ἄκουε Ἰσραὴλ, κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, κύριος εἷς ἐστίν. καὶ ὅμως πολλαὶ φωναὶ μεθ' ὅρκου ἐπισφραγίζουσιν, ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, καὶ πλὴν αὐτοῦ οὐκ ἔστιν Θεός. ὅθεν θαυμάζω, πῶς τοσούτων μαρτυρουσῶν φωνῶν ἕνα εἶναι Θεὸν, σὺ πολλοὺς εἶναι λέγεις.

Καὶ ὁ Σίμων· ὁ λόγος τὴν ἀρχὴν ἦν μοι πρὸς σὲ, ἀπὸ γραφῶν ἐλέγξαι σε, ὅτι ψεύδῃ, λέγων [2] μὴ αὐτὰ δεῖν φθέγγεσθαι θεούς. ὅθεν πολλὰς ἐγγράφους ἔδειξα φωνὰς, ὅτι αὐταὶ αἱ θεῖαι γραφαὶ πολλοὺς φθέγγονται θεούς· καὶ ὁ Πέτρος· αὐταὶ αἱ πολλοὺς φθεγγόμεναι θεοὺς γραφαὶ, αὐταὶ παρῄνεσαν ἡμῖν εἰποῦσαι· ὀνόματα θεῶν ἑτέρων οὐκ ἀναβήσεται ἐπὶ τῶν χειλέων σου. οὕτως οὐ παρὰ τὸ γεγραμμένον ἔφην, ὦ Σίμων. καὶ ὁ Σίμων· ἄκουσον πρὸς αὐτὸ καὶ σὺ, ὦ Πέτρε. ἁμαρτάνειν μοι δοκεῖς, ὅτι αὐτῶν καταλέγεις· τῆς γραφῆς λεγούσης· οὐ κακολογήσεις, καὶ [3] ἄρχοντα τοῦ λαοῦ οὐ κακῶς ἐρεῖς. καὶ ὁ Πέτρος· οὐχ ἁμαρτάνω, Σίμων, ἀκολούθως ταῖς γραφαῖς τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν προσημαίνων· οὕτω γὰρ γέγραπται· θεοὶ οἱ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν· καὶ τοῦτο εἰπὼν, οὐχ ὡς ἐνίων πεποιηκότων, καὶ μὴ ἀπολλυμένων, ὡς ἑρμήνευσας.

A tamquam sint alii, dixit. Et alias: [a] *Dii qui cælum & terram non fecerunt, pereant*: velut non perituri sint illi qui fecerunt. Et alio loco ait: [b] *Attende tibi, ne vadens servias diis aliis, quos ignoraverunt patres tui*: tamquam alii dii sint, quos sequi non debeant, loquitur. Et iterum: [c] *Nomina deorum aliorum non ascendent in labia tua.* Heic quoque multos deos dicit, quorum non vult proferri nomina. Rursumque scriptum est: [d] *Dominus Deus tuus, ipse est Deus deorum.* Et adhuc: [e] *Quis similis tibi, Domine, in diis?* Ac rursus: [f] *Deus deorum Dominus.* Iterumque: [g] *Deus stetit in synagoga deorum; in medio autem deos dijudicat.* Unde miror, qua ratione tot Scripturarum B vocibus multos esse deos testantibus, tu affirmaveris non oportere nec dicere, nec esse existimare. De reliquo, si quid adversus clare dicta habes effari, coram omnibus eloquere.

VII. Respondit Petrus: Breviter audi ad ea quæ objecisti. Eadem Lex, quæ sæpe deos nominat, ipsa Judaico populo ait: [h] *En, Domini Dei tui est cælum cæli, & omnia quæ in eis sunt*: dans comprehendere, quod licet dii exsistant, sub eo sunt; id est, sub Deo Judæorum. Et iterum: [i] *Quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum; & non est alius præter eum.* Et alibi Scriptura dicit Judæorum populo: [k] *Domi-* C *nus Deus tuus, ipse est Deus deorum*: ita ut quamvis dii exsistant, sub Judæorum Deo sint. Et aliis verbis de eo ait Scriptura: [l] *Deus magnus & verus, qui non accipit personam, neque sumet munera: facit judicium pupillo & viduæ.* Scriptura Deum Judæorum nuncupando magnum & verum & facientem judicium, alios pusillos nec veros denotavit. Sed & altero quodam in loco Scriptura dicit, [m] *Vivo ego, dicit Dominus, Non est alius Deus præter me.* [n] *Ego primus, ego novissimus: præter me non est Deus.* Ac rursum: [o] *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli servies.* Et adhuc: [p] *Audi Israel: Dominus Deus noster, Dominus unus est.* Sicque multa testimonia cum juramento consignant, D Deum unum esse, & præter illum non esse Deum. Unde miror, qua ratione cum tot loca testentur unum esse Deum, tu multos esse affirmas.

VIII. Et Simon: Principio, ea mihi tecum fuit conditio, ut ex Scripturis convincerem te mendacii, dicentem nequaquam vocari debere deos. Quocirca multis Scripturarum vocibus ostendi, ab ipsis Scripturis divinis plures pronuntiari deos. Tum Petrus: Ipsæ, quæ multos deos pronuntiant, Scripturæ, eædem adhortatæ nos sunt his verbis: [q] *Nomina deorum aliorum non ascendent in labia tua.* Sic, præter id quod scriptum est, non locutus sum, Simon. Et Simon: Audi ad hoc, & tu Petre. Peccare mihi videris, qui diis detrahis: cum Scriptura E dicat: [r] *[Diis] non detrahes, & principi populi non maledices.* Ac Petrus: Non pecco, Simon: consequenter Scripturis perditionem eorum prænotans: ita enim scriptum est: [s] *Dii qui cælum & terram non fecerunt, pereant*: atque sic ille locutus est; non quasi quidam dii fecerint ea, & non pereant,

a Jer. x. 11. *b* Deut. xiii. 6. *c* Jos. xxiii. 7. apud LXX. *d* Deut. x. 17. *e* Psal. xxxiv. 10. & LXXXV. 8. *f* Psal. xlix. 1. *g* Ps. LXXXI. 1. *h* Deut. x. 14. *i* Deut. iv. 39. *k* Deut. x. 17. *l* Ibid. *m* Deut. iv. 39. *n* Is. xliv. 6. *o* Deut. vi. 16. *p* Deut. vi. 4. *q* Jos. xxiii. 7. in LXX. *r* Exod. xxii. 28. *s* Jer. x. 11.

1. **Καὶ τὴν γῆν.**] Adde ex seq. cap. VIII. οὐκ ἐποίησαν, ἀπολέσθωσαν· ὡς. COT.

2. *Μὴ αὐτὰ δεῖν φθέγγεσθαι.*] Supervacanea prorsus est vox secunda, quapropter deleatur, aut ejus loco reponas πολλούς. DAVIS.

3. *Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ.*] Locum hunc cum recognoscerem ad Ms. inveni scriptum esse *ἄρχοντας*, quemadmodum superius cap. 6. sed eo linearum intertextu, ut sigma vix queat perspici. COT.

δηλῦται γὰρ εἷς, ὁ πεποιηκὼς, τῷ ἀπαρχῆς γεγράφθαι· ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ὐρανὸν ϗ τὴν γῆν. καὶ ὐκ εἶπεν· οἱ Θεοί. καὶ ἄλλῃ πυ λέγει· ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. καὶ ἐν ἑτέρῳ γέγραπται· οἱ ὐρανοὶ, αὐτοὶ ἀπολῦνται· σὺ δὲ διαμενεῖς εἰς τὸν αἰῶνα.

A quemadmodum interpretatus es. Unus enim declaratur, creator, quod initio scriptum sit: [a] *In principio creavit Deus cælum & terram*. Nec dixit, *dii*. Et alibi ait: [b] *Et opera manuum ejus adnuntiat firmamentum*. Atque in alio loco scriptum est: [c] *Cæli ipsi peribunt; tu autem permanebis in æternum*.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· πρὸς τὸ ἐμὲ δεῖξαι πολλὺς εἶναι θεὺς ἀπὸ τῶν γραφῶν, ὡς σαφεῖς παρέστησα, σὺ δὲ τὰς αὐτὰς ἢ καὶ πλείονας φωνὰς ἀπὸ τῶν αὐτῶν γραφῶν ἐνήνοχας, δεικνύων ὅτι εἷς ἐστιν Θεὸς, ϗ ὗτος Ιυδαίων. καὶ πρὸς τὸ εἰπεῖν με· ὐ δεῖ κακολογεῖν θεὺς, ἐπήγαγες, πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι εἷς ἐστιν ὁ πεποιηκὼς, ὅτι οἱ μὴ πεποιηκότες ἀπολέσθαι ἔχυσιν. πρὸς δὲ τὸ εἰπεῖν με, ὅτι δεῖ θεὺς λέγειν, καθ' ὃ ϗ αἱ γραφαὶ αὐτὺς λέγυσιν, ϗ πρὸς τύτοις ἔδειξας ὅτι μὴ [1] δεῖν αὐτῶν ὀνόματα φθέγγεσθαι, τῷ τὴν αὐτὴν γραφὴν εἰπεῖν, ὀνόματα θεῶν ἑτέρων μὴ φθέγγεσθαι. ἐπεὶ ὖν αὐταὶ αἱ γραφαὶ πολλὺς λέγουσιν εἶναι θεὺς, καὶ ἄλλοτε ἕνα μόνον εἶναι· ϗ ὅτε μὲν μὴ κακολογεῖσθαι, ὅτε δὲ κακολογεῖσθαι· πρὸς τῦτο τί δεῖ λογίσασθαι, ἢ ὅτι αὐταὶ ἡμᾶς αἱ γραφαὶ πλανῶσιν;

IX. Dixit Simon: Ad hoc quod ego multos esse deos ostendi ex Scripturis, quas manifestas exhibui: tu eadem, vel plura testimonia ex iisdem Scripturis attulisti, probans unum esse Deum, eumque Judæorum. Et ad id quod dixi: *Non oportet diis maledicere*; subjunxisti, ut declarares unum esse crea- B torem, Quod *qui non crearunt, perire habent*. Cumque dixerim, nominandos esse deos, quoniam & Scripturæ eos nominant; etiam ad hæc demonstrasti, non oportere eorum nomina proferre, eo quod eadem Scriptura dicat, Nomina deorum aliorum non esse pronuntianda. Quandoquidem ergo eædem Scripturæ multos dicunt esse deos; & alias, unum solum esse; & aliquando, iis non maledicendum, aliquando maledicendum: ex hoc quid concludere debemus, nisi quod ipsæ nos decipiunt Scripturæ?

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ὐ πλανῶσιν, ἀλλ' ἐλέγχυσιν, καὶ εἰς φανερὸν ἄγυσιν τὴν ἐν ἑκάστῳ κατὰ τῦ Θεῦ [2] ἐνδομοιχοῦσαν, ὥσπερ ὄφεως κακὴν προαίρεσιν. πολλοῖς γὰρ ϗ διαφόροις τύποις ἐοικυῖαι πράκεινται. ἕκαστος οὖν κηρῷ ἐοικυῖαν τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν ἔχων, περιβλεψάμενος αὐτὰς, καὶ πάντα εὑρὼν ἐν αὐταῖς, ὁποῖον Θεὸν εἶναι λέγει, τὴν ὡς ἔφην κηρῷ ἐοικυῖαν προαίρεσιν ἐπιβαλὼν, ἀπομάσσεται. ἐπεὶ ὖν ὅ τι ἂν βύλεταί τις περὶ Θεῦ φρονεῖν, ἐν αὐταῖς εὕρηκε· τύτυ χάριν ὁ μὲν πολλῶν θεῶν εἰδέας ἀπομάσσεται ἀπ' αὐτῶν, ϗ ἡμεῖς τὴν τῦ ὄντος ἀπεμαξάμεθα εἰδέαν, ἐκ τῆς ἡμετέρας μορφῆς τὸν ἀληθῆ ἐπιγνόντες τύπον. ἀλλὰ καὶ ἡ ἔνδοθεν ἡμῶν ψυχὴ τὴν αὐτῦ εἰκόνα πρὸς ἀθανασίαν ἠμφίεσαι. ταύτης τὸν γεννήτορα ἐὰν καταλίπω, δικαία κρίσει καὶ αὐτή με καταλιπεῖν ἔχει, αὐτῷ τολμήματι γνωρίσασα ἄδικον, καὶ ὡς ἀπὸ δικαίυ δικαίως καταλείψει με· καὶ ὕτως [3] τὴν ψυχὴν μετὰ κόλασιν, τῆς ἀπ' αὐτῆς ἀπολειφθείσης βοηθείας, φθαρήσομαι. εἰ δέ ἐστιν ἕτερος, πρῶτον ἐνδυσάτω ἑτέραν εἰδέαν, ἑτέραν μορφήν· διὰ τῆς τοῦ σώματος καινῆς μορφῆς, τὸν καινὸν ἐπιγνῶ Θεόν. εἰ δὲ ϗ τὴν μορφὴν ἀλλάξῃ, μή τι ϗ τῆς ψυχῆς τὴν ὐσίαν; εἰ δὲ καὶ ἀλλάξῃ, ὐκ ἔτι ἐγώ εἰμι, ἄλλος γενόμενος καὶ μορφῇ καὶ ὐσίᾳ. ἄλλυς ὖν πλαττέτω, εἰ ἄλλος ἐστίν. ὐκ ἔστιν δέ. εἰ δὲ ἦν, ἔπλασεν ἄν. ἐπεὶ ὖν ὐκ ἔπλασεν, ὡς ὐκ ὢν, τὸν ὄντα τῷ ὄντι καταλιπέτω. ὐδεὶς γάρ ἐστιν, ἢ μόνη γνώμη Σίμωνος. ἐγὼ ἄλλον Θεὸν ὐ παραδέχομαι, πλὴν τὸν κτίσαντά με μόνον.

X. Petrus respondit: Non decipiunt, sed redarguunt, ac in publicum proferunt malam erga Deum voluntatem in unoquoque instar serpentis latitan- C tem. Multis enim ac variis typis similes jacent. Unusquisque ergo ceræ consimilem habens voluntatem suam, dum eas circumspicit, cunctaque in illis nanciscitur; qualem Deum esse vult, talem exprimit; immissa voluntate, quæ (ut dixi) assimilatur ceræ. Quia ergo quidquid vult aliquis de Deo sentire, in Scripturis offendit; ea gratia ille quidem multorum deorum imagines ex iis effingit; at nos Dei veri speciem expressimus, ex nostra forma verum agnoscentes exemplar. Sed & nobis insita anima, illius imaginem ad immortalitatem induta est. Ejus parentem si relinquo, justo judicio ea quoque me relinquet, ipso facinore indicans injustum; & D tamquam a justo juste me deseret; sicque animam, post punitionem perdam, deficiente auxilio ab ea orto. Si autem est alius Deus; primum aliam speciem induat, aliam formam: per corporis novam figuram, novum agnoscam Deum. Sed & si figuram mutet, numquid & animæ substantiam? Quod si eam quoque mutaverit, non amplius ego sum, qui alius factus fui tum figura, tum substantia. Alios ergo creet, si alius est. Porro non est. Si enim esset, creasset utique. Cum ergo non creaverit; tamquam qui non exsistit, revera exsistentem relinquat. Nullus quippe est, nisi sola Simonis opinione. Ego alium Deum non recipio, præter eum solum qui me condidit. E

Καὶ ὁ Σίμων· ἐπεὶ πυκνότερόν σε ὁρῶ τὸν λόγον ποιύμενον ὑπὲρ τῦ πλάσαντός σε Θεῦ, μάθε παρ' ἐμῦ, πῶς ϗ εἰς αὐτὸν ἀσεβεῖς. οἱ πλάσαντες δύο φαίνονται, ὡς ἡ γραφὴ λέγει· καὶ εἶπεν ὁ Θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. τὸ, ποιήσωμεν, δύο σημαίνει, ἢ πλείονας, πλὴν ὐχ ἕνα.

XI. Tum Simon: Quia video te frequentius sermonem facere de Deo qui te creavit; disce a me quemadmodum in ipsum etiam impius sis. Apparet duos esse creatores, sicut ait Scriptura: [d] *Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem nostram*. *Faciamus*, duos significat, aut plures; certe non unum.


Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εἷς ἐστιν, ὁ τῇ αὐτοῦ σοφίᾳ εἰπών· ποιήσωμεν ἄνθρωπον· [4] ἡ δὲ

XII. Et Petrus respondit: Unus est, qui Sapientiæ suæ dixit: *Faciamus hominem*. Huic vero Sa-

a Gen. I. 1. b Psal. XVIII. 2. c Psal. CII. 26. d Gen. I. 26.

1. Μὴ δεῖν.] Forte δεῖ. ID.
2. Ενδομυχῦσαν.] Lege ἐνδομυχῦσαν. Vide Homil. XI. capp. 6. 11. DAVIS.
3. Τὴν ψυχὴν μετὰ κόλασιν, τῆς ἀπ' αὐτῆς ἀπολειφθείσης βοηθείας, φθαρήσομαι.] Conjectavi, ἀπολειφθεὶς τῆς βοηθείας. COT.
4. Η δὲ σοφία &c.] Redolere hæc Ebionismum fatebitur mecum qui ea contulerit cum Epiphanianis, dictæ Hæreseos cap. 3. 16. 17. & 19. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



σοφίᾳ ὥσπερ ἰδίῳ πνεύματι, αὐτὸς ἀεὶ συνέχαιρεν. A ἥνωται μὲν ὡς ψυχὴ τῷ Θεῷ· ἐκτείνεται δὲ ἀπ' αὐτοῦ, ὡς χεὶρ δημιουργοῦσα τὸ πᾶν· διὰ τοῦτο δὲ καὶ εἷς ἄνθρωπος ἐγένετο· ἀπ' αὐτοῦ δὲ προῆλθεν καὶ τὸ θῆλυ· καὶ μία οὖσα τῷ γένει, δυὰς ἐστιν. κατὰ γὰρ [1] ἔκστασιν καὶ συστολὴν ἡ μονὰς δυὰς εἶναι νομίζεται. ὥστε ἑνὶ Θεῷ, ὡς γονεῦσιν, ὀρθῶς ποιῶ τὴν πᾶσαν προσαναφέρων τιμήν. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· τί δὲ, εἰ καὶ αἱ γραφαὶ ἑτέρους θεοὺς λέγουσιν, οὐ παραδέξῃ;

pientiæ [a], tamquam proprio spiritui, ipse semper congaudebat. Unita quidem est Deo, ut anima; ab eo autem extenditur, velut manus universitatem producens: propter hoc vero & unus homo conditus est; ab eo autem etiam sexus femineus processit: cumque una sit genere, dualitatem facit. Nam per extensionem & contractionem unitas, dualitas esse censetur. Itaque recte facio, deferendo omnem honorem uni Deo, tamquam parentibus. Dixit Simon: Quid vero, & si Scripturæ alios deos aiunt, non admittes?

Καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίνατο· εἴτε αἱ γραφαὶ, εἴτε προφῆται θεοὺς λέγουσιν, εἰς πειρασμὸν τῶν ἀκουόντων λέγουσιν. οὕτω γὰρ γέγραπται· ἐὰν ἀναστῇ ἐν σοὶ B προφήτης, διδοὺς σοι σημεῖα καὶ τέρατα, καὶ ἔλθῃ τότε σημεῖον ἐκεῖνο, καὶ τὸ τέρας· ἐρεῖ δέ σοι· πορευθέντες λατρεύσωμεν θεοῖς ἑτέροις, οἷς οὐκ ᾔδεισαν οἱ πατέρες σου· οὐκ ἀκούσεσθε τοῦ προφήτου ἐκείνου· ἐν πρώτοις ἔσωσαν αἱ χεῖρές σου λιθοβολῆσαι αὐτόν. ἐπείρασεν γάρ σε ἀποστῆναι ἀπὸ κυρίου τοῦ Θεοῦ σου. ἐὰν δὲ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· πῶς ἐποίησεν τὸ σημεῖον ἐκεῖνο, ἢ τὸ τέρας, γινώσκων γνώσῃ, ὅτι ὁ πειράζων ἐπείραζεν, εἰδέναι εἰ φοβῇ κύριον τὸν Θεόν σου. ὅτι δὲ ὁ πειράζων ἐπείρασεν εἴρητο· ἑτέρως δὲ [2] μετὰ τὴν εἰς Βαβυλῶνα μετοικεσίαν φαίνεται. οὐ γὰρ ἂν ὁ τὰ πάντα γινώσκων Θεὸς, ὡς ἐκ πολλῶν ἐστιν δεῖξαι, ἐπείρασεν, ἵνα γνῷ αὐτὸς, ὁ τὰ πάντα προγινώσκων. εἰ δὲ βούλῃ, περὶ τούτου λόγον C ποιησώμεθα, καὶ δείξω προγινώσκοντα τὸν Θεόν. τὸ δὲ ἀγνοεῖν αὐτὸν, ψεῦσμα ὄν, καὶ τοῦτο πρὸς πειρασμὸν γραφὲν ἀποδέδεικται. οὕτως ἡμεῖς, ὦ Σίμων, οὔτε ἀπὸ γραφῶν, οὔτε ὑφ' ἑτέρου τινὸς σκανδαλισθῆναι δυνάμεθα· οὔτε πολλοὺς θεοὺς ἀποδέξασθαι ἀπατώμεθα· οὐδὲ λόγῳ τινὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ λεγομένῳ συντιθέμεθα.

XIII. Petrus respondit: Si Scripturæ, aut prophetæ, deos dicunt, in tentationem audientium dicunt. Ita quippe scriptum est: [b] *Si surrexerit apud te propheta, dans tibi signa & prodigia; & evenerit signum illud ac prodigium; dixerit vero tibi: Eamus & colamus deos alienos, quos nescierunt patres tui: non audietis prophetam illum; in primis sint manus tuæ ad lapidandum eum. Tentavit enim, te avertere a Domino Deo tuo. Quod si dixeris in corde tuo: Quo modo fecit signum hoc, vel prodigium; cognoscens cognoscas, quia tentator tentavit, ut sciat an timeas Dominum Deum tuum.* Et vero *quia tentator tentavit*, dictum est; aliter autem id post transmigrationem in Babylonem apparet. Neque enim qui cuncta novit Deus; sicut ex multis ostendi licet; tentavit, ut ipse sciret, qui præscit omnia. Si vero cupis, de ea re sermonem faciamus; & demonstrabo Deum præscium esse. Illum autem, ignorare; cum falsum sit; id quoque ad tentationem scriptum ostenditur. Ita nos, o Simon, neque ab Scripturis, neque ab ullo alio scandalum pati possumus; nec ad multos deos admittendos fraude inducimur; nec ulli sermoni assentimur contra Deum dicto.

Ἴσμεν γὰρ καὶ αὐτοὶ, ἀπὸ τῶν γραφῶν ἀγγέλους θεοὺς λεχθέντας. λέγω δὲ, ὡς ὁ ἐπὶ τῆς βάτου λαλήσας, καὶ τῷ Ἰακὼβ παλαίσας· ἀλλὰ καὶ [3] τὸν γεννώμενον Ἐμμανουὴλ, καὶ τὸν λεγόμενον Θεὸν ἰσχυρόν. ἀλλὰ μὴν καὶ Μωυσῆς, θεὸς Φαραὼ ἐγενήθη, τῷ δὲ ὄντι ἄνθρωπος ἦν. ἔτι δὲ καὶ τὰ εἴ- D δωλα τῶν ἐθνῶν. ἡμῖν δὲ εἷς Θεὸς, εἷς ὁ τὰς κτίσεις πεποιηκὼς, καὶ διακοσμήσας τὰ πάντα· οὗ καὶ ὁ Χριστὸς υἱός· ᾧ πειθόμενοι, ἀπὸ τῶν γραφῶν τὰ ψευδῆ ἐπιγινώσκομεν. ἔτι δὲ καὶ ἐκ πατέρων ἐφοδιαζόμενοι τῶν γραφῶν τὰ ἀληθῆ, ἕνα μόνον οἴδαμεν τὸν πεποιηκότα τούς τε οὐρανοὺς καὶ τὴν γῆν, Θεὸν Ἰουδαίων καὶ πάντων τὸν σέβειν αὐτὸν αἱρουμένων. τοῦτον, καὶ θεοφιλεῖ λογισμῷ, ἀληθὲς ὂν, δογματίσαντες οἱ πατέρες παρέδωσαν ἡμῖν· ἵνα εἴδωμεν, ὅτι εἴ τι κατὰ τοῦ Θεοῦ λέγεται, ψεῦδός ἐστιν. ἀλλὰ καὶ ὑπερβαλλόντως τι ἐρῶ· εἰ τοῦτο οὕτως ὡς ἔφην οὐκ ἔχει, ἐμοὶ γένοιτο καὶ τοῖς ἀληθὲς ἀγαπῶσιν, περὶ εὐφημίας τοῦ πεποιηκότος ἡμᾶς Θεοῦ κινδυνεύειν.

XIV. Scimus enim ipsi quoque, Angelos a Scripturis vocatos esse deos. Dico autem exempli gratia, eum [c] qui in rubo locutus est, & qui [d] cum Jacobo luctatus est: item eum [e] qui natus est Emmanuel, quique dictus fuit [f] Deus fortis. Sed & Moyses, [g] deus Pharaonis exstitit, re vera tamen homo erat. Et præterea idola Gentium. Nobis autem unus est Deus, unus creaturarum auctor, omniumque exornator; cujus, Christus filius est; cui credentes, ex Scripturis falsa agnoscimus. Atque adhuc ex patribus instructi de iis quæ in Scripturis vera sunt, unum solum novimus creatorem cælorum & terræ, Deum Judæorum omniumque qui eum voluerint colere. Hunc pia consideratione, re vera majores præscripserunt ac tradiderunt nobis; ut sciamus, si quid contra Deum proferatur, mendacium esse. Sed & aliquid supra modum loquar: Si hoc non se habet quemadmodum dixi, mihi & veritatis amatoribus contingat, ut in Dei creatoris nostri laudibus periculum subeamus. E

Ταῦτα ὁ Σίμων ἀκούσας ἔφη· ἐπειδὴ καὶ τῷ τὰ σημεῖα καὶ τέρατα διδόντι προφήτῃ, ἄλλον δὲ θεὸν λέγοντι φῂς μὴ δεῖν πιστεύειν, μετὰ τοῦ εἰδέναι ὅτι καὶ θάνατον ὀφείλει· οὐκοῦν καὶ ὁ διδάσκαλός σου σημεῖα καὶ τέρατα δεδωκὼς, εὐλόγως ἀνῃρέθη. καὶ ὁ Πέτρος ἀπεκρίθη· ὁ κύριος ἡμῶν, οὔτε θεοὺς εἶναι ἐφθέγξατο, παρὰ τὸν κτίσαντα τὰ πάντα, οὔτε αὐ-

XV. His auditis, Simon ait: Quandoquidem & signa ac prodigia danti prophetæ, alium vero deum prædicanti, dixisti non oportere credi; immo notum habere, illum mereri mortem: igitur & Magister tuus, qui signa & prodigia dedit, merito interfectus est. Et Petrus respondit: Dominus noster, neque deos esse præter cunctorum opifi-

a Prov. VIII. 30. *b* Deut. XIII. 1. *c* Exod. III. *d* Gen. XXXII. *e* Is. VII. 14. *f* Is. IX. 6. *g* Exod. VII. 1.

1. Ἐκστασιν.] Leg. ἔκτασιν. Cot.
2. Μετὰ τὴν εἰς Βαβυλῶνα μετοικεσίαν.] Tunc enim fuerunt pseudoprophetæ in populo Judaico. Id.
3. Τὸν γεννώμενον Ἐμμανουὴλ, καὶ τὸν λεγόμενον Θεὸν ἰσχυρόν.] Natus Emmanuel, Deus fortis. Is. VII. & IX. verus Deus est. Ebionitica igitur sunt hæc atque Ariana: ut & sequentia multa. Id.

τὸν Θεὸν εἶναι ἀνηγόρευσεν· υἱὸν δὲ Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα διακοσμήσαντος, τὸν εἰπόντα αὐτὸν, εὐλόγως ἐμακάρισεν. καὶ ὁ Σίμων ἀπεκρίνατο· οὐ δοκεῖ σοι οὖν τὸν ἀπὸ Θεοῦ, Θεὸν εἶναι; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· πῶς τοῦτο εἶναι δύναται, φράσον ἡμῖν. τοῦτο γὰρ ἡμεῖς εἰπεῖν σοι οὐ δυνάμεθα, ὅτι μὴ ἠκούσαμεν παρ' αὐτοῦ.

Πρὸς τούτοις δὲ, τοῦ πατρὸς τὸ μὴ γεγεννῆσθαί ἐστιν, υἱοῦ δὲ τὸ γεγεννῆσθαι· γεννητὸν δὲ ἀγεννήτῳ, ἢ καὶ αὐτογεννήτῳ οὐ συγκρίνεται. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· εἰ καὶ τῇ γενέσει οὐ ταυτόν ἐστιν; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ὁ μὴ κατὰ πάντα τὸ αὐτὸ ὤν τινι, τὰς αὐτὰς αὐτῷ πάσας ἔχειν προσωνυμίας οὐ δύναται. καὶ ὁ Σίμων· τοῦτο λέγειν ἐστὶν, οὐκ ἀποδεικνύειν. καὶ ὁ Πέτρος· διὰ τί οὐ νοεῖς, ὅτι τὸ μὲν αὐτογέννητον τυγχάνει, ἢ καὶ ἀγέννητον· [1] τὸ δὲ γεννητὸν ὄντα, αὐτὸν λέγεσθαι οὐ δύναται, οὐδ' ἂν τῆς αὐτῆς οὐσίας ὁ γεγεννημένος τῷ γεγεννηκότι. ἀλλὰ καὶ τοῦτο μάθε· τὰ ἀνθρώπων σώματα ψυχὰς ἔχει ἀθανάτους, [2] τὴν τοῦ Θεοῦ πνοὴν ἠμφιεσμένας· καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ προελθοῦσαι, τῆς μὲν αὐτῆς οὐσίας εἰσὶ, θεοὶ δὲ οὐκ εἰσίν. εἰ δὲ θεοί εἰσι, τούτῳ τῷ λόγῳ, πάντων ἀνθρώπων, τῶντε ἀποθανόντων καὶ ζώντων καὶ γεννηθησομένων αἱ ψυχαὶ τυγχάνουσιν. εἰ δὲ προσφιλονεικῶν μου ἐρεῖς, καὶ αὐτὰς θεοὺς εἶναι· καὶ τί τοῦτο ἔτι μέγα καὶ Χριστῷ, τῷ Θεῷ λέγεσθαι; τοῦτο γὰρ ἔχει, ὃ καὶ πάντες ἔχουσιν.

Ἡμεῖς Θεὸν λέγομεν, οὗ ἐστιν τὸ ἴδιον, ἄλλῳ προσεῖναι μὴ δυνάμενον. ὥσπερ γὰρ ἄπειρος ὢν πανταχόθεν, διὰ τοῦτο λέγεται ἀπέραντος· καὶ ἀνάγκη πᾶσα, ἑτέρου μὴ δυναμένου ὡς αὐτὸς ἀπείρῳ εἶναι, τὸ καλεῖσθαι ἀπέραντος. εἰ δέ τις λέγει δυνατὸν εἶναι, ψεύδεται. δύο γὰρ πανταχόθεν ἄπειρα συνυπάρχειν οὐ δύνανται· περαιοῦται γὰρ τὸ ἕτερον ὑπὸ τοῦ ἑτέρου. ὄντως φύσις ἐστὶν, ἓν εἶναι τὸ ἀγέννητον. εἰ δὲ ἐν σχήματί ἐστιν, καὶ οὕτως ἕν ἐστιν τὸ ἀσύγκριτον. διὰ τοῦτο καὶ ὕψιστος λέγεται· ὅτι πάντων ἀνώτερος ὢν, τὰ πάντα αὐτῷ ὑποκείμενα ἔχει.

Καὶ ὁ Σίμων· μὴ γὰρ τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ ἀπόρρητον ὄνομα τὸ Θεὸς, ὅπερ πάντες λέγουσιν· ὅτι τοσοῦτον καὶ περὶ ὀνόματος διισχυρίζῃ, ἵνα μὴ ἄλλῳ δοθῇ; καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἐπίσταμαι ὅτι τοῦτο οὐκ ἔστιν αὐτῷ [3] τε ἀπόρρητον ὄνομα, ἀλλὰ τὸ κατὰ συνθήκην ἀνθρώπων λεγόμενον, ὅπερ εἰ ἑτέρῳ δώσεις, καὶ τὸ μὴ λεγόμενον ἑτέρῳ [4] προσάψας, τῷ τῆς προαιρέσεως λόγῳ. τὸ λεγόμενον ὄνομα τοῦ μὴ λεγομένου πρόοδός ἐστιν. τούτῳ τῷ λόγῳ ἡ ὕβρις καὶ εἰς τὸ μήπω ῥηθὲν λογίζεται· ᾧ λόγῳ ἡ πρὸς τὸ ἐγνωσμένον τιμὴ, εἰς τὸ μήπω ἐγνωσμένον ἀναφέρεται.

cem pronuntiavit, neque se Deum esse prædicavit; sed eum qui ipsum dixerat Filium Dei constitutoris omnium, jure appellavit beatum. Respondit Simon: Non ergo tibi videtur eum qui ex Deo est, Deum esse? Et Petrus dixit: Qua ratione id esse possit, nobis effare. Hoc quippe nos tibi non possumus dicere, quoniam ab illo non audivimus.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

XVI. Ad hæc, Patris est, non fuisse genitum; Filii vero, genitum esse. Genitum autem cum ingenito vel & per se genito non confertur. Dixit Simon: Nonne ob generationem idem est? Excepit Petrus: Qui per omnia idem non est cum aliquo, non potest easdem omnes cum eo habere appellationes. Et Simon: Hoc dicere est, non probare. Tum Petrus: Quare non intelligis, quod ille quidem, per se genitus est, vel & ingenitus: Hic vero, quia est genitus, idem dici nequit, neque si ejusdem substantiæ genitus cum gignente. Sed & hoc disce: Hominum corpora habent animas immortales, Dei spiritum indutas; quæque a Deo profectæ, ejusdem quidem substantiæ sunt, non sunt tamen dii. Sin vero dii sunt; hac ratione, cunctorum hominum animæ, mortuorum, vivorum, gignendorum, dii erunt. Quod si amore contentionis erga me dixeris, eas quoque esse Deos: & quid hoc jam magni erit Christo, dici Deum? Id enim habebit, quod omnes habent.

XVII. Nos Deum dicimus, cui proprium inest, quod in alio esse nequit. Velut enim qui infinitus est undique, propter hoc dicitur immensus; & omnino est necesse, eum immensum ideo vocari, quia non potest alius ut ipse esse infinitus. Sin autem aliquis hoc dixerit possibile; errat. Neque enim duo undique infinita simul exsistere possunt: terminaretur enim alterum ab altero. Itaque natura comparatum est, unum esse Ingenitum. Quod si in figura est; sic quoque unum est incomparabile. Quare & Altissimus vocatur; quia omnium supremus, cuncta sibi subjecta habet.

XVIII. Et Simon: Numnam nomen illius ineffabile, est *Deus*, quod omnes appellant; quoniam adeo & de nomine contendis, ne alii detur? Respondit Petrus: Scio, hoc non esse illi nomen ineffabile, sed nomen quod ex convento hominum dicitur: quod si alteri dederis, etiam illud quod non effertur alteri tribuisti, ratione voluntatis. Nomen quod dicitur, indicto prægreditur. Hoc modo contumelia & in illud quod nondum prolatum est redundat; quemadmodum honor cogniti in adhuc incognitum refertur.


1. Τὸ δὲ γεννητὸν ὄντα, αὐτὸν λέγεσθαι οὐ δύναται.] Credo legendum: τὸ δὲ γεννητὸν ὂν, τὸ αὐτὸ λέγεσθαι. *Quod vero genitum est, idem dici non potest.* DAVIS.

2. Τὴν τοῦ Θεοῦ πνοὴν ἠμφιεσμένας. & τῆς μὲν αὐτῆς οὐσίας ἐστίν.] Ebionæis Gnostica permiscet. Hi enim hæretici, teste S. Augustino, dicebant animarum substantiam Dei esse naturam; animasque ex Dei procedere substantia. Præiverat Augustino Irenæus per Gnosticorum verba: *Jam enim non habitantem eum animas sanctas, ut rursus demittat eas in [illegible], [illegible] quæ sunt ex substantia ejus, id est, quæ sunt ex insufflatione*: lib. 1. cap. 24. Quibus omnibus lux ex Theodorito Hæret. Fabul. lib. 5. cap. 9. ἐκεῖνο δὲ τὸ ἐμφύσημα, οὐ μέρος τι τῆς θείας οὐσίας φαμὲν, κατὰ τὴν Κέρδωνος καὶ Μαρκίωνος λύτταν. *Inspiratum [illegible], non divinæ substantiæ partem aliquam [illegible], juxta Cerdonis & Marcionis insaniam.* Mitto istis recentiores Manichæos & Priscillianistas. Sed concedi mihi velim, ut paucis digrediar in locum deploratæ valetudinis apud Origenem tom. XIV. in Joannem, editionis V. Cl. Petri Danielis Huetii p. 216. ubi πνοὴ ζωῆς memoratur: τοιοῦτόν τι μοὶ φαίνεται καὶ περὶ τὸ, πνεῦμα ὁ Θεός. ἐπεὶ γὰρ εἰς τὴν μέσην καὶ κοινότερον καλουμένην ζωὴν ὀπῶντες τὰ περὶ ἡμᾶς [illegible], τὴν καλουμένην σωματικώτερον πνοὴν ζωῆς, ζωο[illegible] ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὑπολαμβάνω ἀπ' ἐκείνου εἰλῆφθαι τὸ πνεῦμα λέγεσθαι τὸν Θεὸν, πρὸς τὴν ἀληθινὴν ζωὴν ἡμᾶς ἄγοντα. τὸ πνεῦμα γὰρ κατὰ τὴν γραφὴν λέγεται ζωοποιεῖν· φανερὸν ὅτι ζωοποίησιν, οὐ τὴν μέσην, ἀλλὰ τὴν θειοτέραν. Nam participium ὀπῶντες Græcum non est. ὑπιόντος vero, quod legisse videtur Perionius, sensu caret: itemque ὁρῶντες Ferrarii. Scripserim ego ὁρῶντος, ac verterim ad hunc modum: *Tale quid mihi videtur & de illo*; Spiritus est Deus Joan. IV. 24. *[illegible] ad mediam & vulgarius [illegible] vitam, quæ [illegible] corporalis vocatur [illegible] vitæ, [illegible] a spiritu; [illegible] fuisse arbitror, ut Deus [illegible] nos ducit ad veram vitam, [illegible] dicatur. Spiritus enim, secundum Scripturam, [illegible] : plane non vivificatione media, sed ea quæ divinior est.* COT.

3. Τε ἀπορρ.] Forte τὸ ἀπορρ. ID.

4. Προσάψας.] Lege προσάψεις, tribues. DAVIS.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



Καὶ ὁ Σίμων ἔφη· ἤθελον εἰδέναι Πέτρε, εἰ ἀληθῶς πιστεύεις ὅτι ἡ ἀνθρώπου μορφὴ πρὸς τὴν ἐκείνου μορφὴν διατετύπωται. καὶ ὁ Πέτρος· ἀληθῶς, ὦ Σίμων, οὕτως ἔχειν πεπληροφόρημαι. καὶ ὁ Σίμων· πῶς θάνατος τὸ σῶμα λύειν δύναται, σφραγῖδι μεγίστῃ διατετυπωμένον; καὶ ὁ Πέτρος· Θεοῦ δικαίου ἐστὶν μορφή. ἐπὰν οὖν ἀδικεῖν ἄρξηται, ἡ ἐν αὐτῷ εἰδέα φεύγει, καὶ οὕτως τὸ σῶμα λύεται, ἵνα ἡ μορφὴ ἀφανὴς γένηται, ὅπως μὴ δικαίου Θεοῦ μορφὴν ἄδικον ἔχῃ σῶμα. ἡ μέντοι λύσις οὐ περὶ τὴν σφραγῖδα γίνεται, ἀλλὰ περὶ τὸ σφραγισθὲν σῶμα. ἄνευ δὲ τοῦ σφραγίσαντος, τὸ σφραγισθὲν οὐ λύεται. οὕτως ἄνευ κρίσεως, οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν ἔξεστιν. καὶ ὁ Σίμων· τίς οὖν ἀνάγκη ἦν, τὴν τοιαύτην μορφὴν τῷ ἀπὸ γῆς ἐγερθέντι δοῦναι ἀνθρώπῳ; καὶ ὁ Πέτρος· διὰ τὴν τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ φιλανθρωπίαν γέγονεν. ἐπεὶ γὰρ τῷ κατ' οὐσίαν λόγῳ, πάντα κρείττονα τυγχάνει τῆς ἀνθρώπου σαρκός· λέγω δὲ τὸν αἰθέρα, τὸν ἥλιον, τὴν σελήνην, τοὺς ἀστέρας, τὸν ἀέρα, τὸ ὕδωρ, τὸ πῦρ, ἑνὶ λόγῳ καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, ἅ τινα εἰς ὑπηρεσίαν ἀνθρώπου γενόμενα, καὶ κατ' οὐσίαν κρείττονα ὄντα, ἡδέως ὑπομένει δουλεύειν τῷ κατ' οὐσίαν χείρονι, διὰ τὴν τοῦ κρείττονος μορφήν. ὡς γὰρ οἱ πήλινον ἀνδριάντα βασιλέως τιμῶντες, τὴν τιμὴν ἀναφερομένην ἔχουσιν εἰς ἐκεῖνον, οὗπερ ὁ πηλὸς τὴν μορφὴν τυγχάνει ἔχων· οὕτως καὶ ἡ πᾶσα κτίσις τῷ ἀπὸ γῆς γενομένῳ ἀνθρώπῳ χαίρουσα δουλεύει, εἰς τὴν ἐκείνου ἀφορῶσα τιμήν.

XIX. Et Simon dixit: Scire velim, Petre, an vere credas hominis formam ad formam Dei esse effictam. Et Petrus: Vere, o Simon, ita habere persuasum plane mihi est. Ac Simon: Quo modo potest mors corpus solvere, maximo sigillo conformatum? Tum Petrus: Dei justi est forma. Cum ergo cœperit inique agere, insita species fugit; sicque corpus dissolvitur, ut forma non amplius appareat, ne justi Dei forma ab injusto corpore habeatur. Atqui solutio non fit circa sigillum, sed circa sigillatum corpus. Porro absque eo qui signavit, signatum non solvitur. Sic citra judicium, neque licet mori. Et Simon: Quæ ergo fuit necessitas, talis formam homini e terra excitato tradere? Ac Petrus: Factum est, propter humanitatem Dei creatoris. Quandoquidem ratione substantiæ, cuncta præstantiora sunt humana carne: æther, inquam, sol, luna, sidera, aër, aqua, ignis, uno verbo cetera omnia; quæ ad ministerium hominis facta, licet substantia potiora, tamen lubenter sustinent ei qui substantia deterior est servire, propter Numinis formam. Nam sicut qui luteam imperatoris statuam honorant, honorem relatum habent in imperatorem, cujus lutum figuram repræsentat: sic universa creatura, homini de terra orto læta inservit, ad Dei honorem respiciens.

Εἶδε οἵῳ Θεῷ Σίμων ἀχαριστεῖν ἡμᾶς πεῖσαι θέλεις· καὶ βαστάζει σε ἡ γῆ· ἴσως δὲ εἰδεῖν βουλομένη, τίς σοι τὰ ὅμοια φρονεῖν τολμήσοι. πρῶτος γὰρ ἐτόλμησας, ὃ μηδεὶς ἐτόλμησεν· πρῶτος ἐφθέγξω, ἃ πρώτως ἠκούσαμεν. πρῶτοι καὶ μόνοι ἡμεῖς ἐπὶ τοιαύτῃ σου ἀσεβείᾳ, τὴν ἄπειρον τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν ἱστορήσαμεν, καὶ οὐκ ἄλλου τινὸς, ἢ τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον, εἰς ὃν ἀσεβεῖν ἐτόλμησας. καὶ χάσματι γῆς οὐκ ἐγενήθη, καὶ πῦρ ἀπ' οὐρανοῦ οὐ κατεπέμφθη, καὶ εἰς ἐμπρησμὸν ἀνδρῶν οὐκ ἐπεξῆλθεν· καὶ ὑετὸς οὐκ ἐπεσχέθη· καὶ θηρῶν πλῆθος ἀπὸ δρυμῶν οὐκ ἐπέμφθη· καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἡμᾶς, διὰ ἕνα ἁμαρτάνοντα, ὡς ἐπὶ μοιχείας πνευματικῆς, [1] κατὰ σάρκα χείρων ὑπαρχούσης, ἡ Θεοῦ ὀργὴ ὀλέθριος οὐκ ἤρξατο. οὐ γάρ ἐστιν ὁ τότε ἐπεξελθὼν τὰ ἁμαρτήματα, οὐρανοῦ καὶ γῆς κτίστης Θεός; ἐπεὶ καὶ νῦν τὰ μέγιστα βλασφημούμενος, τὰ μέγιστα ἐπεξήρχετο. ἀλλὰ τοὐναντίον, μακροθυμεῖ, εἰς μετάνοιαν καλεῖ, συντελοῦντα βέλη πρὸς συντέλειαν τῶν ἀσεβῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς ἀποκείμενα ἔχων, ἅ τινα ἐπαφήσει ὡς ζῶα ἔμψυχα [2] ὄντα, ἀνταποδοῦναι κρίσιν τοῖς ἐχθροῖς αὐτοῦ προκαθεσθῇ. διὸ φοβηθῶμεν Θεὸν δίκαιον, οὗ τὴν μορφὴν πρὸς τιμὴν τοῦ ἀνθρώπου βαστάζει σῶμα.

XX. Vide Simon, quali Deo ut simus ingrati, persuadere cupis: & terra portat te; fortassis scire volens, quis similia ac tu sentire audeat. Primus enim ausus es, quod nullus in animum induxit? primus locutus es ea, quæ primum audivimus. Primi ac soli nos, super tanta tua impietate, immensam Dei patientiam cognovimus; nec alterius cujuspiam, quam illius qui mundum creavit, in quem sustinuisti esse impius. Et terræ hiatus factus non est; atque ignis e cælo non est emissus, nec in hominum conflagrationem exiit; & imber non est suspensus; ac multitudo ferarum non est e saltibus immissa; atque in nos ipsos, propter unum peccatorem, velut in spiritali adulterio, quod carnali pejus est, non cœpit perniciosa Dei ira. An enim non est qui tunc vindicabat peccata, cæli ac terræ conditor Deus? alioquin & nunc maximis appetitus conviciis, maxime ulcisceretur. Sed contra; patiens est, ad pœnitentiam vocat; qui consummantia tela ad impiorum exterminationem habet in thesauris reposita; quæ, tamquam viventia animalia, tunc demittit, cum præsederit ad retribuendum hostibus suis judicium. Quocirca timeamus justum Deum, cujus formam in honorem hominis corpus gerit.

Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ὁ Σίμων ἀπεκρίνατο· ἐπειδὴ ὁρῶ σε σοφῶς αἰνισσόμενον ὅτι τὰ γεγραμμένα κατὰ τοῦ δημιουργοῦ ποτὲ ἐν βίβλοις οὐκ ἀληθῆ τυγχάνει, αὔριον ἀπὸ τῶν τοῦ διδασκάλου σου λόγων δείξω, τὸ δημιουργὸν μὴ ἀνώτατον λέγοντα εἶναι Θεόν. καὶ ὁ Σίμων ταῦτα εἰπὼν ἐξῆλθεν. ὁ δὲ Πέτρος τοῖς παρεστῶσιν ὄχλοις ἔφη· ὁ Σίμων κἂν μηδὲν ἕτερον περὶ Θεοῦ βλάψαι ἡμᾶς δυνηθῇ, ἀλλ' οὖν γε ἐμποδίζει ὑμῖν ἀκούειν τοὺς τὴν ψυχὴν δυναμένους καθαίρειν λόγους. ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, πολὺς ψιθυρισμὸς ἐγένετο τῶν ὄχλων λεγόντων· τίς δὲ ἀνάγκη ἐᾶν αὐτὸν ἐνταῦθα εἰσιόντα, τὰς κατὰ τοῦ Θεοῦ βλασφημίας λέγειν; καὶ ὁ Πέτρος ἀκούσας ἔφη· γένοιτο μέχρι Σίμωνος ἀρκετὸν γενέσθαι τὸν κατὰ τοῦ Θεοῦ πρὸς πειρασμὸν ἀνθρώπων λόγον, ἔσονται γὰρ, ὡς ὁ κύριος εἶ-

XXI. Quæ postquam Petrus dixit, respondit Simon: Quandoquidem video te callide significare, ea quæ in Libris adversus creatorem scripta sunt, non esse vera; crastino die, ex Magistri tui verbis ostendam, ab eo dici, creatorem non esse supremum Deum. Et Simon his dictis, abiit. At Petrus, adstanti plebi ait: Simon, quamvis in nullo alio circa Deum nos posset lædere, at certe vobis impedimento est ne audiatis sermones, qui valent purgare animam. Hæc Petro proferente, ingens exortus est susurrus multitudinis, dicentis: Quæ vero necessitas, sinendi eum huc ingredientem, blasphemias contra Deum loqui? Et Petrus audiens, dixit: Utinam non ultra Simonem protenderetur doctrina contra Deum, ad hominum tentationem illata! Erunt enim, sicut prolocutus

1. Κατὰ σάρκα χείρων.] Forte χείρονος. Cot. — Excidit particula. Lege τῆς κατὰ σάρκα χείρονος, *adulterio spirituali, quod est deterius carnali*. Davis.

2. Οντα.] Forte ὅταν, vel ὄντα, ὅταν. Cot.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

πεν, ψευδαπόστολοι, ψευδεῖς προφῆται, αἱρέσεις, φιλαρχίαι· αἵ τινες, ὡς στοχάζομαι, [1] ἀπὸ τοῦ τὸν Θεὸν βλασφημοῦντος Σίμωνος τὴν ἀρχὴν λαβοῦσαι, εἰς τὰ αὐτὰ τῷ Σίμωνι κατὰ τοῦ Θεοῦ λέγειν συνεργήσουσιν. καὶ ταῦτα εἰπὼν μετὰ δακρύων, τῇ χειρὶ προσεκαλεῖτο τοὺς ὄχλους· οἷς προσελθοῦσιν, τὰς χεῖρας ἐπιτιθὼν, καὶ εὐχόμενος, ἀπέλυεν, λέγων, ὀρθρίτερον συνέρχεσθαι. ταῦτα εἰπὼν καὶ στενάζων, εἰσελθὼν, οὔτε τροφῆς μεταλαβὼν ὕπνωσεν.

est Dominus [a], Pseudoapostoli, falsi Prophetæ, Hæreses, affectationes dominandi; quæ, sicut conjicio, a Simone Deum blasphemante sumentes exordium, ad eadem cum Simone contra Deum proferenda cooperabuntur. Atque hæc pronuntians cum lacrymis, manu advocavit multitudinem: quæ cum accessisset, manus imposuit, & precatus est; sicque dimisit, monens convenire maturius. Ista inquiens, ac suspirans, ingressus est; nec cibo sumto, ivit cubitum.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΖ'.

Τῆς μὲν οὖν ἄλλης ἡμέρας ὁ Πέτρος πρὸς Σίμωνα ζητεῖν μέλλων, ὀρθρίτερον ἐξυπνισθεὶς, ηὔξατο. καὶ ἅμα τῷ παύσασθαι, ὁ Ζακχαῖος εἰσῄει, λέγων· Σίμων ἔξω καθέζεται, μετὰ ἰδίων αὐτοῦ τινῶν ὡς τριάκοντα διαλεγόμενος. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἐάσθω λαλεῖν, μέχρις ὅτε πλῆθος γένηται, καὶ τότε ζητεῖν ἀρξώμεθα· ἵνα οὕτως ἡμεῖς τὰ ὑπὸ αὐτοῦ λεγόμενα ἀκούσαντες, πρὸς αὐτὰ ἁρμοσάμενοι, ἐξελθόντες διαλεχθῶμεν. καὶ δὴ οὕτως ἐγένετο. ἐκβὰς οὖν, καὶ μετ' οὐ πολὺ πάλιν εἰσελθὼν ὁ Ζακχαῖος, ἀντέβαλλεν τῷ Πέτρῳ τοὺς ὑπὸ Σίμωνος [2] τῷ Πέτρῳ ῥηθέντας λόγους.

HOMILIA DECIMASEPTIMA.

I. Sequenti ergo die, Petrus cum Simone disceptaturus, maturius experrectus, oravit. Simulque ac precem finivit, Zacchæus ingressus est, ac dixit: Simon extra sedet, cum quibusdam suis, circiter triginta, differens. Et Petrus ait: Sinatur loqui, donec multitudo conveniat, tuncque incipiemus quæstionem; ut sic, auditis quæ ab eo dicta fuerint, ad ea aptantes nos, egressi disputemus. Atque eo modo factum est. Egressus igitur, nec multo post reversus Zacchæus, Petro retulit sermones Simonis contra ipsum.

Ἔλεγεν δέ· αἰτιᾶταί σε, Πέτρε, ὡς κακίας ὄντα ὑπηρέτην, καὶ μαγείᾳ πολὺ δυνάμενον, καὶ εἰδωλολατρείας χεῖρον τὰς τῶν ἀνθρώπων φαντασιοῦντα ψυχάς. εἰς τὸ μὲν οὖν μάγον εἶναί σε, ταύτην ἐδόκει φέρειν ἀπόδειξιν, λέγων· συνοῖδα ἐμαυτῷ, ὅτι ὧν κατ' ἐμαυτὸν σκέπτομαι, ἐλθὼν συζητεῖν αὐτῷ, οὐδὲ ἕνα μνημονεύω λόγον. αὐτοῦ γὰρ διαλεγομένου, κἀμοῦ τὸν νοῦν ἀσχολοῦντος εἰς τὸ ἀναπολῆσαι τίνα ἐστὶν ἃ ἐλογισάμην, ἐλθὼν λέγειν πρὸς αὐτόν· οὐδ' ὁτιοῦν ὧν λέγει ἐπακούω. ἐπεὶ οὖν ἐπ' ἄλλου τινὸς τοιοῦτό τι οὐ πάσχω, ἢ ἐπ' αὐτοῦ μόνου, πῶς οὐχὶ μαγευόμενος ὑπ' αὐτοῦ τυγχάνω; τὸ δὲ ὅτι ἃν διδάσκῃ, εἰδωλολατρείας χείρονά ἐστιν, τῷ γε νοῦν ἔχοντι, ἐμοῦ μηνύσαντος σαφὲς ἔσται. οὐθὲν γὰρ ἕτερον ὠφεληθῆναί ἐστιν, ἢ τὸ τὴν ψυχὴν εἰδώλων παντοδαπῶν ἐλευθέραν γενέσθαι. φανταζομένη γὰρ εἶδος, δεσμεῖται φόβῳ· καὶ φρονοῦσα ἀπαθεῖν τι, μαραίνεται, καὶ ἀλλοιοῦται, ἢ δαιμονᾷ, καὶ δαιμονῶσα, τοῖς πολλοῖς σωφρονεῖν δοκεῖ.

II. Dixit autem: Accusat te, Petre, quasi malitiæ ministrum, & magia multum valentem; ac hominum animas, deterius idololatria, fascinantem. Et quidem quod magus sis, hoc visus est afferre argumentum, dicendo: Conscius mihi sum, me ne unius quidem verbi recordari, ex iis quæ cum eo disputaturus apud me perpendi. Nempe, quando ipse differit, & ego mentem applico ut revocem in memoriam, quænam sint quæ cogitavi, descendens ad colloquium cum eo; nec quidquam eorum quæ dicit, audio. Quando ergo nihil ejusmodi cum ullo alio patior, quam cum illo solo; qua ratione non sum ab eo incantatus? Illud vero, quod quæ docet, pejora sint idololatria, clarum erit mentem habenti postquam indicavero. Nulla enim alia utilitas est, quam ut anima omnigenis idolis libera reddatur. Nam speciem imaginata, timore ligatur; & credens se aliquid boni pati, elanguet, & alienatur, seu a dæmone insanit; ac dæmoniaco furore correpta, multis sobria videtur.

Τοῦτο ὑμῖν Πέτρος ὑποσχέσει τοῦ σωφρονίζειν παρέχει. προφάσει γὰρ ἑνὸς Θεοῦ, δοκεῖ μὲν ὑμᾶς πολλῶν ἀψύχων ἀπαλλάσσειν εἰδώλων, ἃ οὐ πάνυ τοὺς σέβοντας ἀδικεῖ, τῷ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾶσθαι λίθινα ὄντα, ἢ χάλκεα, ἢ χρύσεα, ἢ καὶ ἐξ ἄλλης τινὸς ἀψύχου ὕλης. διὸ τὸ εἰδέναι ὅτι τὸ βλεπόμενον οὐδέν ἐστιν, οὐχ ὁμοίως τῷ ὁρατῷ ὑπὸ φόβου φαντασιοῦσθαι δύναται ἡ ψυχή. πλάνῃ δὲ διδασκαλίᾳ εἰς φοβερὸν Θεὸν ἀποβλέπουσα, τῶν κατὰ φύσιν ἐκβαθρεύεται. καὶ ταῦτα ἐγὼ λέγω, οὐχ ὅτι ὑμᾶς εἴδωλα σέβειν παραινῶ· ἀλλ' ὅτι Πέτρος φοβερῶν εἰδέων δοκῶν ἀπαλλάσσειν ὑμῶν τὰς ψυχὰς, φοβερωτέρᾳ εἰδέᾳ τὸν ἕκαστον ὑμῶν ἐνθουσιᾶν ποιεῖ νοῦν, Θεὸν ἐν μορφῇ εἰσηγούμενος, καὶ ταῦτα ἄκρως δίκαιον, ᾧ ἕπεται τὸ φοβερὸν, καὶ τῇ συννοούσῃ ψυχῇ τὸ φρικῶδες, δυνάμενον καὶ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν ἐκλῦσαι τοὺς τόνους. ἐν γὰρ τοιούτῳ καθεστὼς χειμῶνι ὁ νοῦς, ὡς βυθὸς ὑπ' ἀνέμου σφοδροῦ θολοῦται τὸ λαμπρόν. διὸ εἰ ἐπ' ὠφε-

III. Id vobis Petrus præstat, pollicendo sapientes facere. Prætextu siquidem unius Dei, videtur quidem liberare vos multis anima carentibus idolis, quæ non multum nocent cultoribus; quod ipsis oculis cernantur esse lapidea, vel ænea, vel aurea, vel ex alia quadam inanima materia. Quare cum anima sciat, id quod cernitur, nihil esse, non simili modo per aspectabile, a timore potest imaginationibus deludi. At fallaci doctrina, terribilem Deum intuita, ab iis quæ natura habet excidit funditus. Atque hæc dico, non quod idola colere suadeam, sed quia Petrus, dum videtur animas vestras eripere formidabilibus speciebus, mentem uniuscujusque vestrum formidabiliori idea reddit fanaticam, Deum in forma introducens, eumque summe justum; quam rem sequitur terror, & animæ cogitanti horror, valens etiam rectæ rationis vigorem solvere. In hac quippe procella animus constitutus, velut mare a vehementi vento, splendore infuscatur.

[a] Matth. xxiv.

1. Ἀπὸ Σίμωνος τὴν ἀρχὴν λαβοῦσαι.] Hoc una voce laudant ecclesiastici scriptores, adeo ut personatus iste Petrus de eo, quod jam factum viderat, quasi futuro conjecturam fecerit. Vide sis *Irenæum* lib. I. c. xxiii., 2. lib. III. Præf. & *Eusebium* H. E. lib. II. 13. Davis.

2. Τῷ Πέτρῳ.] Forte vacat. Cot. — Lege *κατὰ Πέτρον ῥηθέντας λόγους*. Hæc certe ratio Cotelerianæ præstat, pro qua voces illæ sunt prorsus delendæ. Davis.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

λείᾳ ὑμῶν προσέρχεται, μὴ ὑμῶν τοὺς ἐξ ἀψύχων μορφῶν ἠπίως γινομένους ἐκλύειν δοκῶν, φοβερὰν Θεοῦ ἀντεισφερέτω μορφήν. μορφὴν δὲ ἔχει Θεός; εἰ δὲ ἔχῃ, ἐν σχήματί ἐστιν. ἐν σχήματι δὲ ὤν, πῶς οὐ περιορισμένος ἐστιν; περιορισμένος δὲ ὤν, ἐν τόπῳ ἐστίν. ἐν τόπῳ δὲ ὤν, ἥττων ἐστὶν τοῦ περιέχοντος αὐτὸν τόπου. ἥττων δέ τινος ὤν, πῶς πάντων ἐστὶν ἢ μείζων, ἢ κρείττων, ἢ ἀνώτατος; καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

Quocirca si ad utilitatem vestram advenit; ne dum videtur timores vestros ex inanimatis formis leniter ortos resolvere, in locum eorum terribilem Dei formam inducat. An vero Deus habet formam? Quod si habeat, in figura consistit. In figura autem consistens, quo modo non est circumscriptus? Et circumscriptus, in loco versatur. Ceterum in loco exsistens, minor est continente illum loco. Denique qui est aliquo minor, quo pacto major est omnibus, aut præstantior, aut supremus? Atque hæc quidem ita.

Οτι δὲ ἀληθῶς οὐδὲ τὰ ὑπὸ τοῦ διδασκάλου αὐτοῦ ῥηθέντα πιστεύει, φανερόν ἐστιν. τὰ γὰρ ἐναντία αὐτῷ κηρύσσει. ἐκείνου γὰρ εἰπόντος τινί, ὡς μανθάνω, μή με λέγε ἀγαθόν. ὁ γὰρ ἀγαθὸς εἷς ἐστιν. ἀγαθὸν δὲ εἰπὼν, οὐκ ἔτι ἐκεῖνον λέγει τὸν δίκαιον, ὃν αἱ γραφαὶ κηρύσσουσιν· ὃς ἀποκτείνει καὶ ζωοποιεῖ· ἀποκτείνει μὲν τοὺς ἁμαρτάνοντας, ζωοποιεῖ δὲ τοὺς κατὰ γνώμην αὐτοῦ βιοῦντας. ὅτι δὲ ὄντως οὐ τὸν δημιουργὸν ἔλεγεν ἀγαθὸν, τῷ διανοηθῆναι δυναμένῳ σαφές ἐστιν. τοῦ γὰρ δημιουργοῦ ἐγνωσμένου καὶ τῷ πλασθέντι Ἀδὰμ, καὶ τῷ εὐαρεστήσαντι αὐτῷ Ἐνὼχ, καὶ τῷ ὑπ' αὐτοῦ δικαίῳ ὁραθέντι Νῶε, ὁμοίως καὶ τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ἀλλὰ καὶ Μωυσῇ, καὶ λαῷ, καὶ ὅλῳ τῷ κόσμῳ· ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ Πέτρου Ἰησοῦς ἐλθὼν ἔλεγεν· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· ὡς οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ οἷς ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. εἰ οὖν αὐτὸς υἱὸς ἦν ὁ παρὼν, ἀπὸ τῆς αὐτοῦ παρουσίας οἷς ἐβούλετο τὸν πᾶσιν ἄγνωστον ἀπεκάλυπτεν. καὶ οὕτως τοῖς πρὸ αὐτοῦ πᾶσιν ἄγνωστος ἦν ὁ πατήρ· οὐχ οὕτως ὢν ὁ πᾶσιν ἐγνωσμένος.

IV. Quod autem vere, neque quæ a Magistro, suo dicta sunt credit, manifestum est. Nam contraria ei prædicat. Scilicet ille, sicut audio, cuidam dixit: [a] *Ne me dicas bonum: bonus enim unus est*. Bonum vero aiens, non amplius illum, inquit, qui justus est, quemque Scripturæ prædicant; [b] qui *occidit, & vivere facit*. Occidit quidem peccatores, vivere autem facit eos qui secundum ejus voluntatem agunt. Porro quod re vera Opificem non dixerit bonum, ei qui poterit considerare clarum erit. Cum enim creator notus fuerit & Adamo qui ab eo formatus est, & Enocho qui ei placuit, & Noæ qui ei justus esse apparuit; similiter & Abrahamo, Isaaco, Jacobo; sed & Moysi, ac populo, totique mundo; magister ipsius Petri Jesus veniens dixit [c]: *Nemo novit Patrem, nisi Filius; sicut nec Filium quis novit, nisi Pater; & quibus vult Filius revelare*. Si ergo qui advenit, ipse Filius erat; post suum adventum quibus voluit eum qui cunctis incognitus erat revelavit. Sicque omnibus ante eum ignotus erat Pater; proindeque non est ille omnibus cognitus.

Καὶ τοῦτο εἰπὼν Ἰησοῦς, οὐδὲ αὐτὸς ἑαυτῷ συμφωνεῖ. ἐνίοτε γὰρ ἄλλαις φωναῖς τῶν ἀπὸ τῶν γραφῶν, φοβερὸν καὶ δίκαιον συνίστησι Θεὸν, λέγων· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τοῦ ἀποκτείνοντος τὸ σῶμα, τῇ δὲ ψυχῇ μὴ δυναμένου τι ποιῆσαι· φοβήθητε τὸν δυνάμενον καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρὸς βαλεῖν. ναὶ λέγω ὑμῖν, τοῦτον φοβήθητε. ὅτι δὲ ὄντως τοῦτον φοβηθῆναι ἔλεγεν, ὡς δίκαιον Θεὸν, πρὸς ὃν καὶ ἀδικουμένους βοᾶν λέγει, παραβολὴν εἰς τοῦτο εἰπὼν, ἐπάγει τὴν ἑρμηνείαν, λέγων· εἰ οὖν ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας ἐποίησεν οὕτως, διὰ τὸ ἑκάστοτε ἀξιωθῆναι, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτός; ἢ διὰ τὸ μακροθυμεῖν αὐτὸν ἐπ' αὐτοῖς, δοκεῖτε, ὅτι οὐ ποιήσει; [1] λέγω ὑμῖν, ποιήσει, καὶ ἐν τάχει. ὁ δὲ ἐκδικοῦντα καὶ ἀμειβόμενον λέγων Θεὸν, δίκαιον αὐτὸν τῇ φύσει συνίστησιν, καὶ οὐκ ἀγαθόν. ἔτι δὲ καὶ ἐξομολογεῖται τῷ κυρίῳ οὐρανοῦ καὶ γῆς. εἰ δὲ κύριός ἐστιν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁμολογεῖται δημιουργός· δημιουργὸς δὲ ὤν, δίκαιός ἐστιν. ποτὲ μὲν ἀγαθὸν λέγων, ποτὲ δὲ δίκαιον, οὐδὲ οὕτως συμφωνεῖ. τρίτον δὲ ὁ σοφὸς αὐτοῦ μαθητὴς ἐχθὲς διισχυρίζετο, [2] ἐνέργειαν ὀπτασίας ἱκανωτέραν εἶναι· οὐκ εἰδὼς ὅτι ἡ ἐνέργεια ἀνθρώπεια εἶναι δύναται, ἡ δὲ ὀπτασία, θεότητος εἶναι ὁμολογεῖται.

V. Atque hoc dicens Jesus, neque ipse secum consentit. Interdum enim aliis Scripturarum vocibus, timendum ac justum commendat Deum, aiens: [d] *Nolite timere eum, qui occidit corpus, animæ autem nihil potest facere: timete eum qui potest & corpus & animam in gehennam ignis mittere. Utique dico vobis, hunc timete*. Quod autem vere hunc timendum esse dixerit, ut justum Deum, ad quem & injuria affectos ait clamare, parabolam ad eam rem proferens, interpretationem subjungit, dicens: [e] *Si ergo judex iniquitatis ita fecit, quod sæpissime rogaretur: quanto magis Pater faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte? An quia patiens est erga illos, putatis quod non faciet? Dico vobis: Faciet, & cito*. Ceterum qui vindicantem & remunerantem dicit Deum, justum eum natura confirmat, & non bonum. Præterea [f] confitetur Domino cæli & terræ. Quod si Dominus est cæli & terræ, admittitur esse conditor. Qui autem conditor est, justus est. Aliquando bonum dicendo, aliquando justum; neque sic consonat. Tertium vero quid, sapiens illius discipulus heri affirmabat, operationem visione potiorem esse; ignarus, operationem posse esse humanam; certum vero esse apud omnes, visionem, ad divinitatem pertinere.


Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, Πέτρε, ὁ Σίμων τοῖς ὄχλοις, ἔξω ἑστὼς καὶ διαλεγόμενος, ταράσσειν μοι δοκεῖ τοὺς πλείονας. διὸ ἐξαυτῆς ἔξιθι, ἀληθείας δυνάμει τοὺς αὐτοῦ ψευδεῖς ἐκλύων λόγους. ταῦτα τοῦ Ζακχαίου εἰπόντος, ὁ Πέτρος συνήθως εὐξάμενος ἐξῄει, καὶ εἰς τὸν πρὸ μιᾶς τόπον στὰς, καὶ τῷ τῆς θεοσεβείας ἔθει προσαγορεύσας τοὺς

VI. Hæc atque his paria, Petre, Simon extra stans, dum multitudini edisserit, plures mihi videtur conturbare. Quo circa exi statim, & vi veritatis falsos ejus dissolve sermones. Quibus Zacchæo dictis, Petrus pro more precatus, egressus est: cumque in eodem loco in quo superiori die, constitisset, ac ex Religionis consuetudine popu-

a Matth. XIX. 17. b Deut. XXXII. 39. c Matth. XI. 27. d Matth. X. 28. e Luc. XVIII. 6-8. f Matth. XI. 25.

1. Λέγω ὑμῖν.] Forte, ναὶ λ. ὑ. Cot.
2. Ενέργειαν.] Lege heic & sequentibus verbis ἐνάργειαν, & verte *evidentiam*. Vide & infra cap. XIII. & XIV. Cler.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



ὄχλους, τοῦ λέγειν ἤρξατο οὕτως· ἀληθὴς ὢν προφήτης ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς, ὡς ἐπὶ καιροῦ καὶ περὶ τούτου πληροφορήσω, περὶ τῶν τῇ ἀληθείᾳ διαφερόντων συντόμως τὰς ἀποφάσεις ἐποιεῖτο, διὰ δύο ταῦτα, ὅτι πρὸς θεοσεβεῖς ἐποιεῖτο τὸν λόγον, εἰδότας τὰ ἀποφάσει ὑπ' αὐτοῦ ἐκφερόμενα πιστεύειν. οὐδὲ γὰρ ἦν ξένα τῆς αὐτῶν συνηθείας τὰ λεγόμενα. δεύτερον δὲ ὅτι προθεσμίαν ἔχων κηρύξαι, τῷ τῆς ἀποδείξεως οὐκ ἐχρῆτο λόγῳ· ἵνα μὴ εἰς λόγους τὸν πάντα τῆς προθεσμίας δαπανῷ χρόνον· καὶ οὕτως αὐτῷ συμβήσεται εἰς ὀλίγων λόγων ἐπιλύσεις ἀσχολουμένῳ, τῶν ὑπὸ πόνου ψυχῆς νοεῖσθαι δυναμένων, τοὺς ἀληθείᾳ διαφέροντας μὴ ἐπὶ πλεῖον εἰσφέρειν λόγους. ἐπειδὴ περὶ ὧν ἤθελεν ἀπεφαίνετο, ὡς λαῷ νοεῖν δυναμένῳ· ἀφ' ὧν ἔσμεν καὶ ἡμεῖς, οἱ ὁπότε κατὰ τὸ σπάνιον οὐκ ἐνοήσαμεν τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντων, ἰδίᾳ ἐπυνθανόμεθα, ἵνα [1] ἡμῖν τι τῶν ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντων ἀνόητον ᾖ.

lum salutasset, ita cœpit loqui: Dominus noster Jesus, utpote verus Propheta, (quemadmodum in tempore ea quoque de re demonstrationes afferam) circa ea quæ ad veritatem spectant, breves fecit sententias, propter hæc duo: quia ad pios loquebatur, scientes ab eo per sententiam prolata credere. Neque enim nova erant ad eorum consuetudinem, quæ dicebantur. Secundo autem, quia habens præfinitum prædicationis tempus, probationibus non utebatur; ne in sermones omne illud tempus insumeret; sicque ei contingeret, ut dum occupatur in interpretationibus paucorum verborum quæ cum labore animi possunt intelligi, doctrinam veritatis non multum promoveret. Itaque de quibus volebat pronuntiabat, ut populo valenti intelligere; ex quibus nos etiam sumus, qui quando (id quod raro accidit) ab eo dicta non percipiebamus, seorsum sciscitabamur, ne quid eorum quæ dicebat, nobis esset obscurum.

Εἰδὼς οὖν ἡμᾶς εἰδότας πάντα τὰ ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέντα, καὶ τὰς ἀποδείξεις παρασχεῖν δυναμένους, εἰς τὰ ἀμαθῆ ἔθνη ἀποστέλλων ἡμᾶς, βαπτίζειν αὐτοὺς εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, ἐνετείλατο ἡμῖν πρότερον διδάξαι αὐτούς· ἀφ' ὧν ἐντολῶν αὕτη πρώτη καὶ μεγάλη τυγχάνει, τὸ φοβηθῆναι κύριον τὸν Θεὸν, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν. Θεὸν δὲ φοβεῖσθαι ἐκεῖνον εἶπεν, οὗ οἱ ἄγγελοι οἱ τῶν ἐν ἡμῖν ἐλαχίστων πιστῶν, ἐν τῷ οὐρανῷ ἑστήκασιν θεωροῦντες τὸ πρόσωπον τοῦ πατρὸς διαπαντός. [2] μορφὴν γὰρ ἔχει, διὰ πρῶτον καὶ μόνον κάλλος· καὶ πάντα μέλη, οὐ διὰ χρῆσιν· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ὀφθαλμοὺς ἔχει, ἵνα ἐκεῖθεν βλέπῃ· πανταχόθεν γὰρ ὁρᾷ, τοῦ ἐν ἡμῖν βλεπτικοῦ πνεύματος ἀπαραβλήτως λαμπρότερος ὢν τὸ σῶμα, καὶ παντὸς φωτὸς στιλπνότερος, ὡς πρὸς σύγκρισιν αὐτοῦ τὸ ἡλίου φῶς λογισθῆναι σκότος. ἀλλ' οὐδὲ διὰ τοῦτο ὦτα ἔχει, ἵνα ἀκούῃ· πανταχόθεν γὰρ ἀκούει, νοεῖ, κινεῖ, ἐνεργεῖ, ποιεῖ. τὴν δὲ καλλίστην μορφὴν ἔχει δι' ἄνθρωπον, ἵνα οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ αὐτὸν ἰδεῖν δυνηθῶσιν, ἵνα χαρῶσιν δι' ἅ τινα ταῦτα ὑπέμειναν. τῇ γὰρ αὐτοῦ μορφῇ ὡς ἐν μεγίστῃ σφραγίδι τὸν ἄνθρωπον διετυπώσατο, ὅπως ἁπάντων ἄρχῃ καὶ κυριεύῃ, καὶ πάντα αὐτῷ δουλεύῃ· διὸ κρίνας εἶναι τὸ πᾶν αὐτὸν, καὶ τὴν αὐτοῦ εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον· αὐτὸς ἀόρατος, [3] ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος· ὁ αὐτὸν σέβειν θέλων, τὴν ὁρατὴν αὐτοῦ τιμᾷ εἰκόνα, ὅπερ ἐστὶν ἄνθρωπος. ὅ τι ἂν οὖν τις ποιήσει ἀνθρώπῳ, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν, εἰς ἐκεῖνον ἀναφέρεται. διὸ καὶ ἡ ἐξ αὐτοῦ κρίσις πᾶσιν κατ' ἀξίαν ἀπονέμουσα ἑκάστῳ προελεύσεται. τὴν γὰρ αὐτοῦ μορφὴν ἐκδικεῖ.

VII. Sciens ergo, nos cuncta ab eo prolata cognoscere, ac posse demonstrationes præbere; quando [a] misit nos ad imperitas gentes, ut eos baptizaremus in remissionem peccatorum; præcepit, ut prius doceremus illos: ex quibus mandatis, hoc primum & magnum est, [b] Timere Dominum Deum, & ipsi soli servire. Illum vero Deum timere jussit, cujus Angeli qui sunt minimorum apud nos fidelium, in cælo stant [c], semper contemplantes faciem Patris. Formam enim habet, propter primam & solam pulcritudinem: habet omnia membra; non propter usum: non enim ideo habet oculos, ut inde videat; quia cernit undique; corpore, incomparabiliter lucidior nostro visuali spiritu, & omni luce splendidior, adeo ut ei comparatum solis lumen pro tenebris reputetur. Sed nec ideo habet aures, ut audiat, quia omni ex parte audit, intelligit, movet, operatur, facit. Pulcerrimam autem formam habet, propter hominem; quo [d] mundi corde, illum videre possint; ut pro iis quæ passi sunt lætentur. Nam ad suam formam, velut ad maximum sigillum hominem effinxit; ut omnibus imperaret ac dominaretur, & cuncta ei servirent. Quare arbitratus eum esse omnia, ejusque imaginem esse hominem; (ille enim inspectabilis, imago autem illius homo) qui eum vult colere, aspectabilem ejus honorat imaginem, hoc est, hominem. Quod quisque ergo homini fecerit, sive bonum, sive malum; in Deum refertur. Quapropter & judicium ejus, cunctis pro merito retribuens, ad unumquemque perveniet. Nam suam formam ulciscitur.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις· εἰ μορφὴν ἔχῃ, καὶ σχῆμα ἔχει, καὶ ἐν τόπῳ ἐστίν· ἐν τόπῳ δὲ ὢν, καὶ ὑπ' αὐτοῦ περιεχόμενος ὡς ἥττων, πῶς ὑπὲρ πάντα ἐστὶν μέγας; πῶς δὲ καὶ πανταχῇ εἶναι δύναται, ἐν

VIII. Sed dicet aliquis: Si formam habeat, & figuram habet, & in loco est: in loco autem exsistens, & ab ipso contentus, velut minor; quo modo super omnia magnus est? Qua vero ratione ubi-

[a] Matth. XXVIII. 19. [b] Matth. IV. 10. & Deut. VI. 13. [c] Matth. XVIII. 10. [d] Matth. V. 8.

1. Ἵνα ἡμῖν.] Inser. μή. COT.

2. Μορφὴν γὰρ ἔχει &c.] Heic fuse, & alibi locorum istius Apocryphi favetur Anthropomorphitarum errori: quem antiquissimum ostendit Origenes cum in fine libri primi in Epistolam ad Romanos, tum apud Theodoritum Quæstione 20. in Genesim. Et vero notatu dignissimus est posterior locus: quippe ex quo colligi datur librum Melitonis Sardensis περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ memoratum Eusebio Hist. eccl. lib. IV. cap. 26. & Hieronymo Catalogi cap. 24. non fuisse de Deo incarnato, sed de Deo corporeo. Ait Origenes; προδιαληπτέον πρότερον, τὸ συνίσταται τὸ κατ' εἰκόνα, ἐν σώματι, ἢ ἐν ψυχῇ. ἴδωμεν δὲ πρότερον οἷς χρῶνται οἱ τὸ πρῶτον λέγοντες· ὧν ἐστι καὶ Μελίτων, συγγράμματα καταλελοιπὼς περὶ τοῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν Θεόν. μέλη γὰρ Θεοῦ ὀνομαζόμενα εὑρίσκοντες &c. *Prius discutiendum est, ubi consistat illud*, Ad imaginem, *in corpore, an in anima. Et in primis videamus, quibus utantur qui prius asserunt: e quorum numero est Melito, qui scripta reliquit de eo quod Deus corporeus sit. Membra enim Dei appellata cum reperiunt*, &c. Gennadius cap. 4. libri de Ecclesiasticis Dogmatibus: *Nihil* in Trinitate credamus *corporeum*, *ut* vult *Melito & Tertullianus: nihil corporaliter effigiatum, ut Anthropomorphitæ & Audianus: nihil sibi invisibile, ut Origenes; nihil creaturis visibile, ut Fortunatus*. Posteriora verba, etsi extra rem, ideo prioribus subjunxi, ut monerem voces *a creaturis* quæ post *sibi invisibile* ponuntur in libris editis, esse variam lectionem ad *creaturis* quod sequitur. Certe absunt a Mss. etiam meo, & ab Alcuini Confessione, sensumque interturbant. COT.

3. Ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος.] Legendum: ἡ δὲ αὐτοῦ εἰκὼν ὁρατή: *ipsius autem imago visibilis*. Alioqui nihil est nisi inanis vocum repetitio. DAVIS.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

σχήματι ὤν; πρὸς τὸν ταῦτα λέγοντα, πρῶτόν ἐστιν εἰπεῖν· τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ φρονεῖν πείθουσιν [1] πιστεύειν. ἡμεῖς δὲ ἀληθεῖς γινώσκομεν, τὰς μαρτυρουμένας ὑπὸ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗ κατὰ κέλευσιν τὰς ἀποδείξεις ὑμῖν τοῦ οὕτως ἔχειν ἀνάγκη παρέχειν. πρῶτον δὲ περὶ τόπου ἐρῶ. καὶ Θεοῦ τόπος ἐστὶν τὸ μὴ ὄν, Θεὸς δὲ τὸ ὄν· τὸ δὲ μὴ ὄν, τῷ ὄντι οὐ συγκρίνεται. πῶς γὰρ τόπος ὤν, εἶναι δύναται; ἐκτὸς εἰ μὴ δευτέρα χώρα εἴη, οἷον οὐρανὸς, γῆ, ὕδωρ, ἀὴρ, καὶ εἰ ἄλλο τι ἐστὶν σῶμα, ὃ ἂν καὶ αὐτοῦ πληροῦν τὸ κενόν· ὃ διὰ τοῦτο κενὸν λέγεται, ὅτι οὐδέν ἐστιν. τοῦτο γὰρ αὐτῷ τὸ οὐδὲν, οἰκειότερον ὄνομα. τὸ γὰρ λεγόμενον κενὸν, τί ποτε ὡς σκεῦός ἐστιν οὐδὲν ἔχον, πλὴν αὐτὸ τὸ σκεῦος κενὸν, εἴπερ σκεῦός ἐστιν. ἀνάγκη γὰρ πάντα τὸ ὂν ἐν τῷ μηδὲν ὄντι εἶναι. τοῦτο δὲ τὸ μὴ ὂν λέγω ὃ ὑπὸ τινῶν τόπος λέγεται, οὐδὲν ὄν. οὐδὲν δὲ ὂν, τῷ ὄντι πῶς συγκρίνεται; ἐκτὸς εἰ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις. ἵνα τὸ μὲν ὂν μὴ ᾖ· τὸ δὲ μὴ ὂν, τόπος λέγεται. εἰ δὲ καὶ ἔστιν τι, πολλῶν παραδειγμάτων σπευδόντων ἐξ ἐμοῦ προελθεῖν εἰς ἀπόδειξιν, ἑνὶ μόνῳ χρήσασθαι θέλω, ἵνα δείξω ὅτι οὐ πάντως τὸ περιέχον τοῦ περιεχομένου κρεῖττόν ἐστιν. ὁ ἥλιος σχῆμά ἐστιν περιφερὲς, καὶ ὑπὸ ἀέρος ὅλος περιέχεται· ἀλλὰ τοῦτον ἐκλαμπρύνει, τοῦτον θερμαίνει, τοῦτον τέμνει· κἂν ἀπῇ αὐτοῦ, σκότῳ περιβάλλεται, καὶ οὗ [2] ἂν αὐτοῦ μέρους λάμπρον γένηται, ὡς νεκρούμενον ψύχεται· ὑπὸ δὲ τῆς αὐτοῦ ἀνατολῆς πάλιν φωτίζεται· καὶ ὅπου ἂν αὐτῷ παραθάλπηται, καὶ κάλλει τῷ μείζονι κοσμεῖται. καὶ ταῦτα ποιεῖ τῇ αὐτοῦ [3] μετουσίᾳ, τὴν οὐσίαν περιορισμένην ἔχων. τί οὖν ἔτι κωλύει τὸν Θεὸν, ὡς τούτου καὶ πάντων δημιουργὸν καὶ δεσπότην ὄντα, αὐτὸν μὲν ἐν σχήματι καὶ μορφῇ καὶ κάλλει ὄντα, τὴν ἀπ' αὐτοῦ μετουσίαν ἀπείρως ἐκτεταμένην [4] ἔχει;

Εἷς οὖν ἐστιν ὁ ὄντως Θεὸς, ὃς ἐν κρείττονι μορφῇ προκαθέζεται, τοῦ ἄνω τε καὶ κάτω [5] δεὶς ὑπάρχων καρδία, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὥσπερ ἀπὸ κέντρου βρύουσα τὴν ζωτικὴν καὶ ἀσώματον δύναμιν, τὰ πάντα σύν τε ἄστροις, καὶ μόνοις οὐρανοῦ, ἀέρος, ὕδατος, γῆς, πυρὸς, καὶ εἰ ἄλλο τί ἐστιν, δείκνυται οὐσία ἄπειρος, εἰς ὕψος ἀπέραντος, εἰς βάθος ἀμέτρητος, εἰς πλάτος [6] τρεῖς ἐπ' ἄπειρον, τὴν ἀπ' αὐτοῦ ζωοποιὸν καὶ φρόνιμον ἐκτείνουσα φύσιν. τοῦτο οὖν τὸ ἐξ αὐτοῦ πανταχόθεν ἄπειρον, ἀνάγκη εἶναι καρδίαν, ἔχον τὸν ὄντως ὑπὲρ πάντα ἐν σχήματι· ὃς ὅπου ποτ' ἂν ᾖ, ὡς ἐν ἀπείρῳ μέσος ἐστὶν, τοῦ παντὸς ὑπάρχων ὅρος. ἀπ' αὐτοῦ οὖν ἀρχόμεναι αἱ ἐκστάσεις ἐξ ἀπεράντων ἔχουσιν τὴν φύσιν. ὧν ὁ μὲν ἀπ' αὐτοῦ λαβὼν τὴν ἀρχὴν δείκνυται εἰς ὕψος ἄνω· ὁ δὲ εἰς βάθος κάτω· ὁ δὲ ἐπὶ δεξιάν· ὁ δὲ ἐπὶ λαιάν· ὁ δὲ ἔμπροσθεν· ὁ δὲ ὄπισθεν· εἰς οὓς αὐτὸς ἀποβλέπων, ὡς εἰς ἀριθμὸν πανταχόθεν ἴσον χρονικοῖς ἓξ διαστήμασιν συντελεῖ τὸν κόσμον, αὐτὸς ἀνάπαυσις ὤν, καὶ τὸν ἐσόμενον ἄπειρον αἰῶνα εἰκόνα ἔχων· ἀρχὴ ὢν καὶ τελευτή. εἰς αὐτὸν γὰρ τὰ ἓξ ἄπειρα τελευτᾷ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν εἰς ἄπειρον ἔκτασιν λαμβάνει.

Τοῦτό ἐστιν ἑβδομάδος μυστήριον. αὐτὸς γάρ ἐ-

que esse queat, qui sit in figura? Ad ista objicientem, primo responderi debet: Hæc de eo sentire, ac credere, Scripturæ suadent. Nos autem veras cognoscimus, quibus testimonium perhibuit Dominus noster Jesus Christus; propter cujus jussum necesse est ut vobis demonstremus ita habere. Ac primum de eo loco dicam. Et Dei locus est, quod non exsistit: Deus autem exsistens est; quod autem non exsistit, cum eo quod exsistit non comparatur. Quo modo enim locus potest exsistere? nisi secundum spatium sit; velut cælum, terra, aqua, aer, & si aliquod aliud est corpus, quod illius repleat inane: quod ideo inane dicitur, quia nihil est. Hoc enim ei *nihil*, nomen est valde proprium. Nam quod dicitur inane, instar est vasis nihil continentis; ceterum ipsum vas, vacuum est, si quidem vas sit. Omnino enim oportet, ut quod exsistit, in eo sit quod nihil est. Id autem quod non exsistit voco illud, quod a nonnullis locus appellatur, cum nihil sit. Et quo pacto nihilum cum ente confertur? nisi forte in contrariis: ut illud quidem, non sit exsistens. Porro quod non exsistit, locus dicitur. Sin vero etiam est aliquid; cum multa exempla ad probationem exire ex me festinent, uno solo uti volo, ut ostendam non statim continens contento esse præstantius. Sol figura orbicularis est, & ab aere totus ambitur: attamen hunc illustrat, calefacit, secat; & si ab eo absit, hic tenebris involvitur; & quando aliqua hujus pars fit lucida, tamquam mortua animatur: item ab illius ortu, iterum illuminatur; atque ubi ab illo fotus fuerit, tunc majori ornatur decore. Et hæc ille facit per sui communicationem, circumscriptam habens substantiam. Quid ergo adhuc impedit Deum, ut solis omniumque creatorem & Dominum, quo minus in figura, forma & pulcritudine exsistens, participationem sui in infinitum extensam habeat?

IX. Unus est ergo Deus re vera, qui in præstantissima forma præsidet; bisque est superiorum ac inferiorum cor, quod & a se velut a centro profundit vitalem & incorpoream virtutem; omnino & cum astris, ac regionibus cæli, aeris, aquæ, terræ, ignis, & quid aliud est; ostenditurque esse substantia infinita, altitudine interminata, profunditate immensa, latitudine ter in infinitum vivificam & providam protendens divinam naturam. Hoc igitur ex illo undique infinitum, necessario est cor, habetque in figura eum qui vere cuncta superat; qui ubicumque fuerit, velut in infinito medius est, universique terminus. Ab eo igitur incipientes extensiones, ex immensis habent naturam. Quorum alter quidem, ab eo initium accipiens, ostenditur in altitudinem supra; alter vero, in profunditatem infra; alter ad dextram, alter ad sinistram; alius ante, alius retro: in quos ipse respiciens, tamquam in numerum undique æqualem, sex temporis spatiis mundum perficit; cum ipse sit requies, futurumque immensum sæculum habeat imaginem: principium sit, ac finis. In eum siquidem sex infinita desinunt, & ab eo infinitam capiunt extensionem.

X. Hoc est hebdomadis mysterium. Ipse enim,

1. Πείθουσιν.] Addenda ista videntur αἱ γραφαὶ καὶ πιστ. Cotel.

2. Οὗ ἂν αὐτοῦ μέρους λαμπρὸν γένηται, ὡς νεκρούμενον ψύχεται.] Locus est misere corruptus, quem hoc modo sanandum puto: ὃ ἂν αὐτοῦ μέρος ἄμοιρον γένηται, ὡς νεκρούμενον ψύχεται: quæcumque *pars ejus* (Solis) *expers sit, tamquam mortua frigescit*. Interpretatio Cotelerii prorsus est intoleranda, præterquam quod ψύχεσθαι & ψυχοῦν male miscuit vir ille doctissimus. Davis.


3. Μετουσίᾳ.] Est μετουσία heic consortium, ac præsentia ad locum. Cot.

4. Ἔχει;] Leg. ἔχειν; Id.

5. Δεὶς.] Forte δ' ὡς. Et mox καὶ νόμοις. Id.

6. Τρεῖς.] Forte τρεῖς. Paullo post leg. ἐκτάσεις. Sic & in fine hujus cap. ἔκτασιν, & sub initium seq. iterum ἐκτάσεις. Id.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.



στιν ἡ τῶν ὅλων ἀνάπαυσις· ὡς τοῖς ἐν μικρῷ μιμουμένοις αὐτοῦ τι μέγα, αὐτὸν χαρίζεται εἰς ἀνάπαυσιν. αὐτός ἐστιν μόνος, πῇ μὲν καταληπτὸς, τὰς ἀπ' αὐτοῦ ἐκτάσεις ἔχων εἰς ἄπειρον. οὗτος γὰρ καταληπτός ἐστιν καὶ ἀκατάληπτος, ἐγγὺς καὶ μακρὰν, ὧδε ὢν κἀκεῖ, ὡς μόνος ὑπάρχων· [1] καὶ τοῦ πανταχόθεν ἀπείρου νοὸς τὴν μετουσίαν, ἣν πάντων ἀναπνέουσαι αἱ ψυχαὶ, τὸ ζῆν ἔχουσιν· κἂν χωρισθῶσιν τοῦ σώματος, καὶ τὸν εἰς αὐτὸν ἀρεθῶπν πόθον ἔχουσαι, εἰς τὸν αὐτοῦ κόλπον φέρονται· ὡς ἐν χειμῶνι ὥρας οἱ ἀτμοὶ τῶν ὀρῶν ἀπὸ τῶν τοῦ ἡλίου ἀκτίνων ἑλκόμενοι, φέρονται πρὸς αὐτὸν [2] ἀθάνατοι. οἵαν οὖν στοργὴν συλλαβεῖν δυνάμεθα, ἐὰν τὴν εὐμορφίαν αὐτοῦ τῷ νῷ κατοπτεύσωμεν; ἄλλως δὲ ἀμήχανον. ἀδύνατον γὰρ κάλλος ἄνευ μορφῆς εἶναι, καὶ πρὸς τὸν αὐτοῦ ἔρωτα ἐπισπᾶσθαι τινὰ, ἢ καὶ δοκεῖν Θεὸν ὁρᾷν εἶδος οὐκ ἔχοντα.

A cunctorum requies; qui imitantibus in exiguo magnum ejus aliquid, se in requietem donat. Ipse est solus; quodammodo quidem comprehensibilis, extensiones suas habens in infinitum. Est enim comprehensibilis & incomprehensibilis, prope & longe, heic atque illic exsistens; ut qui solus sit. Et infinitæ undecumque mentis dat participationem; quam cunctorum animi respirantes, vivere habent: & si separentur a corpore, atque in Deum amorem habere inveniantur, in illius feruntur sinum; sicut hyberno tempore vapores montium, a solis radiis tracti, ad eum feruntur perpetui. Quam ergo caritatem concipere possemus, si præclaram illius formam mente intueremur? B Aliter autem fieri nequit. Impossibile enim est, ut sit pulcritudo sine forma; utque aliquem ad sui dilectionem pertrahat; aut ut quis speret Deum videre carentem forma.

Τινὲς δὲ τῆς ἀληθείας ἀλλότριοι ὄντες, καὶ τῇ κακίᾳ συμμαχοῦντες, προφάσει δοξολογίας, ἀσχημάτιστον αὐτὸν λέγουσιν, ἵνα ἄμορφος καὶ ἀνείδεος ὢν, μηδενὶ ὁρατὸς ᾖ, ὅπως μὴ περιπόθητος γένηται. νοῦς γὰρ εἶδος οὐχ ὁρῶν Θεοῦ, κενός ἐστιν αὐτοῦ. πῶς δὲ καὶ εὔχεταί τις, οὐκ ἔχων πρὸς τίνα καταφύγῃ; εἰς τίνα ἐρείσῃ; ἀντιτυπίαν γὰρ οὐκ ἔχων, εἰς κενὸν ἐκβαθρεύεται. ναὶ, φησὶν, οὐ χρὴ Θεὸν φοβεῖσθαι, ἀλλὰ ἀγαπᾷν. φημὶ κἀγώ. ἀλλὰ τοῦτο παρέξει ἑκάστης εὐποιΐας εὐσυνειδησία. ἡ δὲ εὐποιΐα, ἐκ τοῦ φοβεῖσθαι γίνεται. ἀλλ' ὁ φόβος, φησὶν, ἐκπλήσσει τὴν ψυχήν. ἀλλ' ἐγώ φημι ὅτι οὐκ ἐκπλήσσει, ἀλλ' ἐξυπνίζει καὶ ἐπιστρέφει. ἴσως δὲ ὀρθῶς ἐλέγετο μὴ δεῖν Θεὸν φοβεῖσθαι, εἰ μὴ πολλὰ ἕτερα οἱ ἄνθρωποι ἐφοβούμεθα· λέγω δὲ τὰς ἐκ τῶν ὁμοίων ἐπιβουλὰς, ἔτι δὲ θηρία, ἑρπετὰ, νόσους, πάθη, δαίμονας, καὶ ἄλλα μυρία. ὁ οὖν ἡμᾶς ἀξιῶν μὴ φοβεῖσθαι Θεὸν, τούτων ἡμᾶς ῥυσάσθω, ἵνα μὴ δὲ ταῦτα φοβώμεθα. εἰ δὲ οὐ δύναται, [3] τί ἡμῖν φθονεῖ; ἑνὶ φόβῳ, τῷ πρὸς τὸ δίκαιον, μυρίων ἀπαλλαγῆναι φόβων, βραχείᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν πίστει, μυρία πάθη καὶ ἑαυτῶν καὶ ἄλλων μετατιθέναι δυνατὸν γενέσθαι, μετὰ τοῦ καὶ ἀμοιβὴν ἀγαθῶν προσδέχεσθαι. καὶ αἰτίᾳ φόβου τοῦ πάντα ὁρῶντος Θεοῦ, μηδὲν κακὸν πράσσοντας καὶ ἐν τῷ παρόντι ἐν εἰρήνῃ διατελεῖν.

XII. Nos, o Simon, ex magna Virtute, quæ & Domina vocetur, non dicimus missos fuisse duos Angelos; unum quidem ad creandum mundum, alium vero ad ferendam Legem: neque quod uterque veniens, in iis quæ fecit, se supremum auctorem prædicavit: neque quod sit Stans, Staturus, Adversarius. Audi quo modo hac etiam in re incredulus sis. Virtus quam in arcanis ais esse, igno- E rantiæ plena est. Nam ingratum animum ab ipsa missorum Angelorum non præscivit. Ac Simon, Petro hæc dicente, vehementer iratus, loquentem interrupit, dixitque: Quid blateras, temerarie omniumque protervissime, coram populo stulte ac imperite patefaciens arcana? Et Petrus: Cur invides adstantibus auditoribus hoc beneficium? Simon: Non igitur confiteris, hujusmodi agnitionem beneficium esse? Petrus: Fateor. Nam mendacium co-

[a] Matth. xi. 27.

1. Αὐτοῖς.] Forte αὐτούς. Et mox χαλεπαίνεις. Cot.
2. Οὐδὲ ὁ ἑστὼς στησόμενος ἀντικείμενος.] Sic absque distinctione in Ms. id est, *Neque Stans* alteri *oppositus & adversarius*, *staturus est*. Quem sensum ut potui expiscatus sum, partim ex orationis serie, partim ex aliis horum Apocryphorum locis, Homil. 2. cap. 22. 24. Hom. 3. cap. 2. Homil. hac 18. cap. 1. &c. Epitomes cap. 25. & Recognitionum lib. 2. cap. 7. lib. 3. cap. 47. De Stante supra ad Recognit. I. 72. Cot.

SÆCUL.III. CIRCA ANN.CHR. 230.



γὰρ ψεῦδος γνωσθὲν εὐεργετεῖ, ἀγνοίας αἰτίᾳ μὴ περιπεσεῖν αὐτῷ. καὶ ὁ Σίμων· φαίνῃ μοι μὴ δυνάμενος εἰπεῖν εἰς ἃ προέτεινά σοι. λέγω δὲ ὅτι καὶ ὁ διδάσκαλός σου, ἐν ἀπορρήτοις τινὰ λέγει εἶναι πατέρα.

A gnitum, eo beneficio afficit, ut in illud per ignorantiam non incidamus. Simon: Videris mihi, non posse respondere ad ea quæ tibi proposui. Aio autem quod & Magister tuus, quemdam dicit esse in arcanis Patrem.

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἀποκρινοῦμαι εἰς ὃ θέλεις, περὶ τοῦ· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ οἷς ἂν βούληται ὁ υἱὸς [1] ἀποκαλύψει. πρῶτον μὲν θαυμάζω πῶς τοῦ λόγου τούτου μυρίας ἔχοντος ἐκδοχὰς, σὺ τὸ ἐπικινδυνώτερον ἐξελέξω μέρος, πρὸς ἀγνωσίαν τοῦ δημιουργοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πάντων φήσας εἰρῆσθαι τὸν λόγον. πρῶτον μὲν γὰρ δύναται ὁ λόγος εἰρῆσθαι πρὸς πάντας Ἰουδαίους, τοὺς πατέρα νομίζοντας εἶναι Χριστοῦ [2] τοῦ Δαβὶδ, καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Χριστὸν υἱὸν ὄντα, καὶ υἱὸν Θεοῦ μὴ ἐγνωκέναι. διὸ καὶ οἰκείως εἴρηται· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα· ἐπεὶ ἀντὶ τοῦ Θεοῦ, τὸν Δαβὶδ πάντες ἔλεγον· τὸ δὲ ἐπάξαντα εἰπεῖν, ὡς οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν· ἐπεὶ αὐτὸν υἱὸν ὄντα οὐκ ᾔδεισαν· καὶ τὸ εἰπεῖν· οἷς ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι· ὀρθῶς εἴρηται· ὁ γὰρ ἀπ' ἀρχῆς ὢν υἱὸς μόνος ὡρίσθη, ἵνα οἷς βούλεται ἀποκαλύψῃ. καὶ οὕτως δύναται Ἀδὰμ ὁ πρωτόπλαστος αὐτὸν μὴ ἀγνοεῖν, οὐδὲ Ἐνὼχ ὁ εὐαρεστήσας μὴ εἰδέναι· οὔτε Νῶε ὁ δίκαιος μὴ ἐπίστασθαι, οὔτε Ἀβραὰμ ὁ φίλος μὴ συνιέναι, οὐκ Ἰσαὰκ μὴ νενοηκέναι, οὐκ Ἰακὼβ ὁ παλαίσας μὴ πεπιστευκέναι, καὶ πᾶσιν τοῖς ἐν τῷ λαῷ ἀξίοις μὴ ἀποκεκαλύφθαι.

XIII. Et Petrus dixit: Respondebo ad id quod vis, de illo: [a] *Nemo novit Patrem, nisi Filius; neque Filium quis novit, nisi Pater: & quibus voluerit, Filius revelabit.* Primo quidem miror qua ratione, cum hoc dictum innumeros habeat sensus, tu periculosiorem elegeris patrem; aiens prolatum fuisse, propter ignorantiam creatoris, omniumque sub eo positorum. Enimvero primum, potest testimo- B nium dictum esse ad omnes Judæos; qui patrem Christi, putabant Davidem esse; quodque Christum, qui erat Filius, Filium Dei non cognoverint. Quare apte dictum est: *Nemo novit Patrem*; quia pro Deo, omnes Davidem aiebant: & quod subjungit: *Sicut nec Filium quis novit*; quia eum, Filium esse nesciverunt: & quod ait; *Quibus voluerit Filius revelare*; recte habet: qui enim ab initio est Filius, solus destinatus est, ut quibus cupit revelet. Et sic non potest Adamus, primus creatus homo illum ignorasse; neque Enoch, qui placuit, nesciisse; nec Noe, justus, non agnovisse; nec Abrahamus, amicus, non intellexisse; nec Isaacus, non percepisse; neque Jacobus, qui luctatus est, non credi- C disse: denique non potest fieri, quin cunctis in populo dignis ille fuerit revelatus.

[3] Εἰ δὲ, ὡς φῂς, ἔσται διὰ τὸ εἰδέναι διὰ τοῦ Ἰησοῦ νῦν πᾶσιν ἀποκαλύπτεσθαι, πῶς οὐκ ἀδικώτατον λέγεις; ἐκείνους μὴ ἐγνωκέναι ἑπτὰ στύλους ὑπάρξαντας κόσμῳ, καὶ δικαιοτάτῳ Θεῷ εὐαρεστῆσαι δυναμένους, καὶ τοσούτους δὲ νῦν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀσεβεῖς ὄντας κατὰ πάντα γνῶναι. ἤτοι παντὸς [4] κρείττονος γνῶναι οὐ κατηξιώθησαν; καὶ πῶς ἐστι τοῦτο ἀγαθὸν, ὃ μὴ δίκαιόν ἐστιν; ἐκτὸς εἰ μὴ ἀγαθὸν θέλῃς λέγειν, οὐ τὸν εὐεργετοῦντα τοὺς δικαιοπραγήσαντας, ἀλλὰ τὸν ἀγαπῶντα κἂν μὴ πιστεύωσιν, [5] οἷς καὶ τὰ ἀπόρρητα ἀποκαλύπτειν, ἃ δικαίοις ἀποκαλύψαι οὐκ ἠθέλησεν. τὸ γὰρ τοιοῦτον οὔτε ἀγαθῷ, οὔτε δικαίῳ προσήκει, ἀλλὰ τῷ εὐσεβεῖς μεμισηκότι. μή τι σὺ εἶ, Σίμων, ὁ ἑστὼς, ὁ ταῦτα οὕτως μή ποτε ῥηθέντα εἰπεῖν ἀποθρασυνόμενος;

XIV. Sin vero, sicut ais, nunc revelandus est cunctis per scientiam Jesu, quo modo non iniquissimum dicis? illos quidem non cognovisse, qui mundo fuerunt septem columina, quique justissimo Deo accepti esse potuerunt; & vero nunc tot impios ex Gentibus, omnino cognoscere. Illi, cunctis hominibus præstantiores, digni habiti non sunt qui cognoscerent? Et quo modo id bonum est, quod non est justum; nisi si eum bonum appellare volueris; non qui juste operantes beneficiis afficit, sed qui amat iniquos, quamvis non credant; quibus & D abscondita revelet, quæ justis noluerit revelare. Nam hujusmodi res, nec bono, nec justo competit, sed piorum osori. Num tu, Simon, es Stans, qui ista sic nondum dicta proferre audes?

Καὶ ὁ Σίμων ἐπὶ τούτῳ ἀγανακτήσας ἔφη· τὸν σὸν διδάσκαλον αἰτιῶ εἰπόντα· ἐξομολογοῦμαί σοι κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἅπερ ἦν κρυπτὰ σοφοῖς, ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις θηλάζουσιν. καὶ ὁ Πέτρος, οὕτω μὲν, ἔφη, ὁ λόγος οὐκ ἐλέχθη· ἐρῶ δὲ πρῶτον ὡς οὕτως εἰρημένον ὥσπερ σοι ἔδοξεν. ὁ κύριος ἡμῶν, εἴπερ καὶ εἰρήκει, ἅ τινα ἦν κρυπτὰ σοφοῖς, ταῦτα νηπίοις ἀπεκάλυψεν ὁ πατὴρ, οὐδὲ οὕτως ἄλλον Θεὸν καὶ πατέρα σημαίνειν ἐνομίζετο παρὰ τὸν κτίσαντα τὸν κόσμον. ἐνδέχεται γὰρ αὐτοῦ εἶναι τοῦ δημιουργοῦ τὰ κρυπτὰ ἃ ἔλεγεν, τῷ καὶ [6] τὸν Ἡσαΐαν εἰπεῖν· [7] ἄνοιξον τὸ στόμα μου ἐν παρα-

XV. Et Simon super eo indignatus, ait: Tuum Magistrum reprehende, dicentem: [b] *Confiteor tibi, Domine cæli & terræ; quia quæ erant occulta sapientibus, revelasti ea parvulis lactentibus.* Ac Petrus: Sic quidem, inquit, non prolata sunt ea verba. Dicam tamen prius, quasi ita prolatum esset, ut tibi visum fuit. Dominus noster, tametsi dixisset: *Quæ erant occulta sapientibus, ea parvulis revelavit Pater*; neque sic alium Deum & Patrem E præter mundi creatorem crederetur significare. Fit enim, ut ipsius creatoris sint occulta, quæ ait; cum Esaias dicat: [c] *Aperiam os meum in parabolis,*

a Matth. XI. 27. *b* Matth. XI. 25. *c* Psal. LXXVII. 2. Matth. XIII. 35.

1. Ἀποκαλύψει.] Lege ἀποκαλύψαι. Noster enim e Matthæi libris diversus non abiit, ut patet ex hujus Homiliæ cap. IV. DAVIS.

2. Τοῦ Δαβ.] Leg. τὸν Δαβ. COT.


3. Εἰ δὲ, ὡς φῂς, ἔσται διὰ τὸ εἰδέναι διὰ τοῦ Ἰησοῦ νῦν πᾶσιν ἀποκαλύπτεσθαι.] Ad verbum: *Si autem, quemadmodum dicis, erit ut ad scientiam per Jesum nunc omnibus reveletur.* Mox mentio fit septem mundi columinum, cum cap. præcedenti sex tantum recenseantur, Adam, Henoch, Noe, Abraham, Isaac, Jacob. Sed subjungendus est Moyses ex Homil. 17. cap. 4. ID.

4. Κρείττονος.] Forte κρείττονες. ✝.

5. Οἷς καὶ τὰ ἀπόρρητα ἀποκαλύπτειν.] Lege ὡς, adeo ut *iis abscondita revelet.* Minutum quidem est vitium, sed quod Cotelerium interpretem fefellit. DAVIS.

6. Τὸν Ἡσαΐαν.] Locus merito notandus; quia confirmat quod ex Hieronymo ad Matthæi caput 13. & ad Psalmum 77. atque ex Anonymo ad eumdem Psalmum, relato in Expositione Græcorum Patrum in Psalmos, discimus, veteres Codices non paucos, Matthæi XIII. 35. insigni mendo scriptum habuisse, Græce διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου, Latine *per Esaiam prophetam*, pro διὰ Ἀσὰφ τοῦ προφήτου, *per Asaph prophetam*, vel pro διὰ προφήτου, *per prophetam*, quo modo nunc legimus. COT.

7. Ἄνοιξον.] Leg. ἀνοίξω. ID.



βολαῖς, καὶ ἐξερεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. νῦν προφήτην ὁμολογεῖς, ὃς τὰ κεκρυμμένα οὐκ ἠγνόει, ἅ τινα ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ σοφῶν κεκρύφθαι λέγει, νηπίοις δὲ ἀποκεκαλύφθαι; πῶς δὲ ὁ δημιουργὸς ἠγνόει, τοῦ προφήτου αὐτοῦ μὴ ἀγνοοῦντος Ἠσαΐου; ὁ δὲ Ἰησοῦς ἡμῶν τῷ ὄντι οὐκ εἶπεν· ἅ τινα [1] οὐκ ἦν κρυπτὰ, ἀλλὰ τὸ δοκοῦν τραχύτερον εἴρηκεν· εἶπεν γάρ· ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις θηλάζουσιν. τὸ δὲ εἰπεῖν, ἀπέκρυψας, ὡς ποτὲ ἐγνωσμένων αὐτοῖς. παρ' αὐτοῖς γὰρ ἡ κλεὶς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἀπέκειτο, τουτέστιν ἡ γνῶσις τῶν ἀπορρήτων.

A & eructabo abscondita a constitutione mundi. Jam Prophetam confiteris; qui occulta non ignorabat, quæ Jesus a sapientibus abscondita esse affirmat, revelata vero parvulis? Quo pacto autem creator ignoravit, cum propheta ipsius Esaias non ignorarit? Porro Jesus noster, re vera non dixit: *Quæ erant abscondita*; sed, ut videtur, asperius locutus est, dixit enim: *Abscondisti hæc a sapientibus, & revelasti ea parvulis lactentibus*. Dicit, *Abscondisti*; quasi aliquando ea cognita fuerint illis. Nam apud eos reposita erat clavis regni cælorum, hoc est, arcanorum notitia.

Καὶ μὴ λέγε, ἠσέβησεν εἰς τοὺς σοφοὺς, κρύψας αὐτὰ ἀπ' αὐτῶν. μὴ γένοιτο τοῦτο ὑπολαβεῖν. οὐ γὰρ ἠσέβησεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἀπέκρυβον τὴν γνῶσιν τῆς βασιλείας, καὶ οὔτε αὐτοὶ εἰσῆλθον, οὔτε τοῖς βουλομένοις εἰσελθεῖν παρέσχον· τούτου ἕνεκεν κατὰ τὸ δίκαιον, ὡς ἀπέκρυψαν αὐτοὶ τὰς ὁδοὺς ἀπὸ τῶν θελόντων, οὕτω καὶ ἀπ' αὐτῶν ἀπεκρύβη τὰ ἀπόρρητα· ἵνα ὡς ἐποίησαν, ὁμοίως καὶ αὐτοῖς γένηται, καὶ ᾧ μέτρῳ ἐμέτρησαν, μετρηθῇ αὐτοῖς τῷ ἴσῳ. τῷ γὰρ ἀξίῳ τοῦ γνῶναι, [2] τὸ μὴ οἶδεν ὀφείλεται· τοῦ δὲ μὴ ἀξίου, κἂν δοκῇ ἔχειν, ἀφαιρεῖται, κἂν ἐν τοῖς ἄλλοις ᾖ σοφός· καὶ δίδοται τοῖς ἀξίοις, κἂν ἐν τοῖς χρόνοις τῆς μαθητείας ὦσιν νήπιοι.

XVI. Neque objicias; impius exstitit circa sapientes, B occultans ea ab illis. Absit suspicari hoc. Non enim impius exstitit: sed postquam [a] absconderunt cognitionem regni, & neque ipsi ingressi sunt, neque volentibus intrare tradiderunt; eam ob caussam juste, quemadmodum ipsi vias absconderunt a volentibus, ita & ab ipsis abscondita sunt arcana; ut quemadmodum fecerunt, similiter & illis fieret; & [b] qua mensura mensi sunt, æquali iis mensuraretur. Nam digno cognoscendi, quod nescit debetur: [c] ab indigno autem, licet videatur habere, aufertur, quamvis in aliis sit sapiens; & dignis datur, tametsi tempore quo discunt parvuli sint.

Εἰ δέ τις ἐρεῖ· οὐδὲν ἦν ἀπόκρυφον τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, [3] διὰ τὸ γεγράφθαι· οὐδέν σε ἔλαθεν Ἰσραήλ. μὴ γὰρ εἴπῃς, Ἰακὼβ, ἀπεκρύβη ἡ ὁδὸς ἀπ' ἐμοῦ. συνιέναι ὀφείλει τις ὅτι τὰ διαφέροντα τῇ βασιλείᾳ ἀπεκέκρυπτο ἀπ' αὐτῶν· ἡ δὲ εἰς τὴν βασιλείαν εἰσφέρουσα ὁδὸς, ἥ τις ἐστὶν πολιτεία, οὐκ ἀπεκέκρυπτο. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ λέγει· μὴ γὰρ εἴπῃς ὅτι ἀπεκρύβη ἀπ' ἐμοῦ ἡ ὁδός. ὁδὸς δὲ ἡ πολιτεία ἐστὶν, τῷ καὶ τὸν Μωυσῆν λέγειν· ἰδοὺ τέθεικα πρὸ προσώπου σου τὴν ὁδὸν τῆς ζωῆς, καὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θανάτου. καὶ ὁ διδάσκαλος συμφώνως εἶπεν· εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, δι' ἧς εἰσελεύσεσθε εἰς τὴν ζωήν. καὶ ἀλλαχοῦ που, ἐνωτήσαντός τινος· τί ποιήσας, ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; τὰς τοῦ νόμου ἐντολὰς ὑπέδειξεν.

XVII. Quod si aliquis dicat: Nihil erat Israeli- C tis occultum; quia scriptum est: [d] *Nihil te latuit Israel. Non enim dicas, Jacob: Abscondita est via a me*. Intelligere debet quis, quæ ad regnum pertinent abscondita fuisse ab illis; at viam quæ inducit in regnum, quæ est ratio bene vivendi, non fuisse absconditam. Ideo etenim ait: *Non enim dicas: Abscondita est a me via*. Via autem, bonæ vitæ ratio est; ut etiam ex his Moysis verbis colligitur: [e] *Ecce posui ante faciem tuam viam vitæ, & viam mortis*. Et Magister concordi voce dixit: [f] *Intrate per angustam & arctam viam, per quam in vitam ingrediemini*. Et alibi, interrogante quodam: [g] *Quid faciens, vitam æternam possidebo?* Legis mandata ostendit.

Ἐκ δὲ τοῦ εἰπεῖν τὸν Ἠσαΐαν ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν· οὐ παρὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἠσαΐας ἄλλον παρὰ τὸν ἐγνωσμένον δημιουργὸν ᾐνίσσετο Θεόν· ἀλλὰ τὸν ἐγνωσμένον ἄγνωστον ἔλεγεν ἑτέρῳ αἰνίγματι, ὡς τὴν διάθεσιν τὴν δικαίαν τοῦ ἐγνωσμένου Θεοῦ ὁ λαὸς ἀγνοῶν ἡμάρτανεν, καὶ ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ κριθήσεσθαι οὐχ ὑπελάμβανεν. διὰ τοῦτο μετὰ τὸ εἰπεῖν· Ἰσραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν· ἐπαγαγὼν λέγει. οὐαὶ ἔθνος ἁμαρτωλὸν, λαὸς πλήρης ἁμαρτιῶν· τῇ γὰρ πρὸς τὸ δίκαιον αὐτοῦ ἀγνωσίᾳ, ὡς ἔφην, μὴ φοβούμενοι, πλήρεις ἐγένοντο ἁμαρτιῶν, μόνον ἀγαθὸν ὡς μὴ ἐπεξερχόμενον αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας εἶναι ὑπειληφότες.

D XVIII. Ex eo autem quod Esaias in persona Dei dicat: [h] *Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit*, non ideo Esaias alium, præter cognitum creatorem, significavit Deum; sed cognitum, ignotum dixit alia occulta significatione; quia populus, justam cogniti Dei dispositionem ignorans, peccaverat, nec se a bono Deo judicandum censuerat. Propterea postquam dixit: *Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit*; subjungit: *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis*. Nam ignoratione justitiæ divinæ, ut aiebam, non timentes, pleni facti sunt peccatis; bonum dumtaxat, ut peccata eorum non vindicaturum, arbitrati esse. E

Καί τινες μὲν οὕτως ἡμάρτανον, ἐκ τῆς διὰ τὸ ἀγαθὸν ἀκαίρου ὑπολήψεως. ἕτεροι δὲ ἐκ τῶν ἐναντίων. τὰς γὰρ κατὰ τοῦ Θεοῦ τῶν γραφῶν φωνὰς, ἀδίκους οὔσας καὶ ψευδεῖς, ἀληθεῖς ὑπολαμβάνοντες, τὴν ὄντως αὐτοῦ θειότητα καὶ δύναμιν οὐκ ἤδεισαν. διόπερ ὡς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ, καὶ φόνοις χαίροντος, καὶ θυσιῶν δώροις τοὺς πονηροὺς ἀφιέντος, ἔτι δὲ καὶ ἀπατῶντος, καὶ ψευδομένου, καὶ πάντα ἄδικα ποιοῦντος, αὐτοὶ ὡς

XIX. Et nonnulli quidem ita peccaverunt; ex opinione, non fore judicium, propter bonitatem. Alii vero contra. Nam Scripturarum adversus Deum voces iniquas & falsas, rati veras esse; veram ipsius divinitatem ac virtutem nescierunt. Quapropter, quasi ipse ignoret, & cædibus gaudeat, & sacrificiorum donis pravos dimittat; præterea & decipiat, & mentiatur, cunctaque iniqua faciat; ipsi ut Deum

a Luc. XI. 52. *b* Matth. VII. 2. *c* Luc. VIII. 18. *d* Is. XL. 26. 27. *e* Deut. XXX. 15. *f* Matth. VII. 13. 14. *g* Luc. XVIII. 18. Matth. XIX. 17. *h* Is. I. 3.

1. Ἅ τινα οὐκ.] Vox ultima vacat. Mox post εἶπεν γάρ, forte addendum, ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν, καὶ ἀπεκ. Id.
2. Τὸ.] Lege ὃ, *quod nescit debetur*. Davis.

3. Διὰ τὸ γεγράφθαι.] Nota in Apocrypho Opere indiligentem, seu potius temerariam plerumque divinorum eloquiorum allegationem. Cot.

ὅμοια Θεοῦ ποιήσαντες, ἁμαρτάνοντες, ἰσχυρίζοντο εὐσεβεῖν. δι' ὃ καὶ [1] ἀμετάθετον εἰς τὸ κρεῖττον ἦσαν, καὶ νουθετούμενοι οὐκ ἐπεστρέφοντο. οὐ γὰρ ἐφοβοῦντο, ὡς τῷ Θεῷ διὰ τῶν τοιούτων πράξεων ἐξομοιούμενοι.

A imitati, peccando, pie agere crediderunt. Quare immutabiles ad melius exstiterunt, & admoniti non conversi sunt. Nihil enim verebantur: quasi per hæc opera Deo essent similes.

Πρὸς δὲ τοὺς τοιοῦτον αὐτὸν νομίζοντας εἶναι, εὐλόγως ἄν τις λέγων εἰρῆσθαι· οὐδεὶς ἔγνω τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός· ὡς οὐδὲ τὸν υἱόν τις οἶδεν, εἰ μὴ ὁ πατήρ. καὶ εἰκότως. εἰ γὰρ ἠπίσταντο, οὐκ ἂν ταῖς ὄντως πρὸς πειρασμὸν κατὰ τοῦ Θεοῦ γραφείσαις βίβλοις πιστεύοντες ἡμάρτανον. ἀλλὰ καὶ ἀλλαχῆ που λέγει, θέλων σαφέστερον αὐτοῖς τὴν αἰτίαν τῆς πλάνης αὐτῶν ὑποδεῖξαι· διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν· οὗ εἵνεκεν ἀγνοεῖτε καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. διὸ δεῖ πάντα ἄνθρωπον σωθῆναι θέλοντα, γενέσθαι, ὡς ὁ διδάσκαλος εἶπεν, κριτὴν τῶν πρὸς πειρασμὸν γραφεισῶν βίβλων. οὕτως γὰρ εἶπεν· γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι. τραπεζιτῶν δὲ χρεία, ὅτι τοῖς δοκίμοις καὶ τὰ κίβδηλα ἀναμεμιγμένα.

XX. Ceterum ad eos qui Deum, talem putant, merito quis afferat dictum fuisse: [a] *Nemo novit Patrem, nisi Filius; sicut nec Filium quis novit, nisi Pater.* Et jure. Nam si cognovissent, numquam libris, revera ad tentationem scriptis contra Deum, credentes, peccassent. Sed & alio quodam in loco ait, volens apertius eis ostendere caussam cur errarent: [b] *Ideo erratis, nescientes vera Scripturarum; propter quod ignoratis & virtutem Dei.* Quocirca B oportet ut omnis homo qui salvus esse desiderat, fiat (quemadmodum dixit Magister) judex librorum ad tentationem scriptorum. Ita enim locutus est: *Estote probi trapezitæ.* Opus autem est trapezitis, quia probis adulterina permista sunt.

Ταῦτα τοῦ Πέτρου εἰπόντος, ὁ Σίμων ἐπὶ τοῖς ῥηθεῖσι περὶ τῶν γραφῶν προσποιησάμενος ἐκπεπλῆχθαι, ὡς πτοηθεὶς ἔφη· ἀπείη μοι καὶ τοῖς ἐμὲ φιλοῦσιν, τῶν σῶν ἐπακούειν λόγων. καὶ μέχρι μὲν ὅτε οὐκ ᾔδειν σε ταῦτα περὶ τῶν γραφῶν φρονοῦντα, ἠνειχόμην καὶ διελεγόμην· νῦν δὲ ἀφίσταμαι. ἔδει μέν τοι τὴν ἀρχὴν ὑποχωρῆσαί με, ὅτι ἤκουσά σου λέγοντος· ἐγὼ κατὰ τοῦ κτίσαντος τὸν κόσμον, οὐδὲν οὐδενὶ πιστεύω λέγοντι, οὔτε ἀγγέλοις, οὔτε προφήταις, C οὐ γραφαῖς, οὐχ ἱερεῦσιν, οὐ διδασκάλοις, οὐκ ἄλλῳ οὐδενί, κἂν σημεῖα τις καὶ τέρατα ποιῇ, κἂν ἐν ἀέρι ἐπιφανῶς ἀστράπτῃ, ἢ δι' ὁραμάτων, ἢ δι' ἐνυπνίων ἀποκαλύπτῃ. τίς οὖν σε μεταπεῖσαι δύναται, εἴτε καλῶς, εἴτε κακῶς, ἕτερόν τι φρονεῖν παρὰ τὰ δόξαντά σοι, ἰσχυρῶς οὕτως καὶ ἀκινήτως τῇ σεαυτοῦ γνώσει ἐνδιαμένοντα.

XXI. His a Petro dictis, Simon se perculsum sermone de Scripturis, simulans, tamquam attonitus dixit: Absit a me, & ab amicis meis, tuos audire sermones. Et quamdiu quidem nesciebam te ista de Scripturis sentire, sustinebam & colloquebar; nunc autem abscedo. Oportuerat sane principio me recessisse, quoniam audivi te dicentem: Ego contra mundi conditorem, nihil cuilibet loquenri credo, nec Angelis, nec Prophetis, non Scripturis, non sacerdotibus, non doctoribus, non ulli alteri; quamvis signa quis edat & prodigia, quamvis in aere insigniter fulgeat, vel per visa aut per insomnia revelet. Quis ergo te potest a sententia deducere, ut seu bene seu male, aliud quid sentias præter quæ visa sunt tibi, adeo enixe ac immote in tuo judicio permanes.

Καὶ ὁ Πέτρος ταῦτα εἰπόντι τῷ Σίμωνι, ἐκβαίνειν μέλλοντι ἔφη· ἔτι τοῦτό μου ἄκουσον, καὶ πορεύου ὅπου θέλεις. τοῦ δὲ Σίμωνος ἐπιστραφέντος, καὶ ἐπιμείναντος, ὁ Πέτρος ἔφη· οἶδα πῶς τότε ἀκούων καταπέπληγης, ὅτι ἃ εἶπον· ὅστις ποτ' ἂν εἴη, κατὰ τοῦ τὸν κόσμον κτίσαντος Θεοῦ λέγων ὅ τι οὖν, οὐ πιστεύω. D τοῦ δὲ ἐπὶ τούτῳ μεῖζον νῦν ἄκουσον· ἐὰν τῷ ὄντι ὁ τὸν κόσμον κτίσας Θεός, τὴν γνώμην τοιοῦτος ὢν τυγχάνει, ὁποῖον αἱ γραφαὶ καταλέγουσιν, καὶ εἰ ἄλλως πως ἀπαραβλήτως κακός ἐστιν, ὡς οὔτε αἱ γραφαὶ εἰπεῖν ἴσχυσαν, οὔτε ἄλλος τις κἂν ἐννοῆσαι δυνατός ἐστιν, ὁμοίως ἐγὼ οὐκ ἀποστήσομαι τὸν αὐτὸν μόνον σέβειν, καὶ τὸ αὐτοῦ βούλημα ποιεῖν. εἰδέναι γάρ σε θέλω, καὶ πεπεῖσθαι, ὅτι ὁ εἰς τὸν αὐτοῦ ποιητὴν οὐκ ἔχων στοργήν, οὐδὲ εἰς ἕτερον ἔχειν ποτὲ δύναται. εἰ δὲ ἔχῃ πρὸς ἕτερον, παρὰ φύσιν ἔχων, ἐκ πονηροῦ τὸν τῶν ἀδίκων ἔρωτα ἔχων ἀγνοεῖ, ὡς μηδὲ ἐκεῖνον βεβαίως φυλάξαι δυνάμενος. καὶ εἰ ἄρα ἐστίν τις ἕτερος ὑπὲρ τὸν δημιουργόν, ἀποδέξηταί με ὡς ἀγαθός, ταύτῃ μᾶλλον ὅτι τὸν ἐμὸν ἀγαπῶ πατέρα· σὲ δὲ οὐκ E ἀποδέξηται, εἰδὼς ὅτι τὸν φύσει σου ποιητήν, οὐ γὰρ λέγω πατέρα, κατέλιπες, ἐπ' ἐλπίδι μείζονι, οὐ φροντίσας τοῦ εὐλόγου. οὕτως εἰ καὶ αὐτοῦ κρείττονα εὑρήσῃς, οἶδεν ὅτι καὶ αὐτὸν καταλείψεις ποτέ· καὶ μᾶλλον ὅτι μὴ γέγονέν σου πατήρ· ὁπότε καὶ τὸν ὄντως σου πατέρα κατέλιπες.

XXII. Et Petrus ad Simonem hæc loquentem, ac egressurum, ait: Adhuc audi a me hoc, & vade quo cupis. Simone vero converso, ac remanente, Petrus: Novi, inquit, quo modo tunc audiens perculsus sis, quia dixi: Quicumque contra Deum mundi creatorem quodlibet locutus fuerit, non credo. Nunc audi insuper majus aliquid: Si re vera qui mundum creavit Deus, eo animo esset quo Scripturæ denotant; & si alio ullo modo incomparabiliter esset malus, ut nec Scripturæ dicere valuerunt, neque alius quis vel cogitare potest; pari ego modo non desisterem eum solum colere, illiusque voluntatem servare. Scire enim te volo, ac persuasum habere, eum qui in Auctorem suum caritatem non habet, neque in alium posse umquam habere. Quod si erga alium habuerit; contra naturam habens, ignorat se a Malo habere amorem qui iniquorum est: sed nec poterit illum firmiter custodire. Atque si est aliquis alius super creatorem; amplectetur me, ut bonus, eo magis quia meum diligo Patrem: te vero non recipiet, qui sciat quod naturalem tuum Auctorem; non enim dico Patrem; dereliqueris; per spem majorem non solicitus æqui & juris. Ita si & eo potiorem invenias, scit se quoque a te deserendum; eo facillius quod tuus non sit Pater; quandoquidem & verum tuum Patrem dereliqueris.


Ἀλλ' ἐρεῖς· οἶδεν ὅτι οὐκ ἔστιν ἕτερος ὑπὲρ αὐτόν· καὶ διὰ τοῦτο καταλειφθῆναι οὐ δύναται. χάρις οὖν τῷ μὴ εἶναι· τὰ δὲ τῆς γνώμης οἶδεν ἕτοιμα πρὸς ἀγνωμοσύνην. εἰ δὲ εἰδὼς ἀγνώμονά σε ἀπο-

XXIII. Sed dices: Novit non esse alium supra se, ideoque non posse deseri. Gratia ergo quod non sit: certe novit te animum gerere paratum ad perfidiam. Sin vero gnarus te esse ingratum, recepit

[a] Matth. XI. 27. [b] Marc. XII. 24.

1. Ἀμιτάθετον.] Ita Ms. pro ἀμετάθετοι. Davis.

Sæcul. III. circa Ann. Chr. 230.



δέχεται, ἐμὲ δὲ ἀγνώμονα ἐπιστάμενος; ὁ προσίεται, ἀλόγιστός ἐστι κατὰ τὸν σὸν λόγον, τῷ λόγῳ μὴ κεχρημένος. οὕτω πονηρίας, ὦ Σίμων, ὑπουργὸς ὢν ἀγνοεῖς. καὶ ὁ Σίμων ἀπεκρίνατο· πόθεν οὖν τὸ πονηρὸν πέφυκεν, εἰπὲ ἡμῖν. καὶ ὁ Πέτρος, ἐπειδὴ σήμερον, ἔφη, ἐκβαίνειν ἔφθασας, καὶ ἔφης τοῦ λοιποῦ ὡς βλασφήμου μὴ ἀκούειν ἐμοῦ, αὔριον, εἴγε θέλῃς μαθεῖν, ἐλθόντι διηγήσομαι, καὶ ὡς θέλεις ἐξετασθῆναί με συγχωρήσω ἄνευ φιλονεικίας. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· ὡς ἄν μοι δόξῃ ποιήσω. καὶ τοῦτο εἰπὼν ἐπορεύθη. τῶν δὲ συνεισελθόντων αὐτῷ οὐδεὶς συνεξῆλθεν· ἀλλὰ τοῖς ποσὶν προσπεσόντες Πέτρου, ἠξίουν, ἐπὶ τὸ συνηρπάσθαι τῷ Σίμωνι, συγγνώμης τυγχάνειν, καὶ ἀποδεχθῆναι μετανοοῦντας. ὁ δὲ Πέτρος προσιέμενος αὐτούς τε τοὺς μεταμελομένους, καὶ τοὺς ἄλλους ὄχλους, ἐπέθηκεν τὰς χεῖρας, εὐχόμενος, καὶ ἰώμενος αὐτῶν τοὺς πάσχοντας· καὶ οὕτως ἀπολύων παρήγγελλεν αὐτοῖς περὶ τὸν ὄρθρον ταχύνειν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, καὶ εἰσελθὼν μετὰ τῶν συνήθων, τὰ εἰωθότα πρὸς τὴν ἐπείγουσαν ἡσυχίαν ἐποίησεν, καταλαβούσης ἑσπέρας.

A tamen; me autem gratum cognoscens, non admittit; irrationabilis est secundum tuam rationem, qui recta ratione non utatur. Sic non advertis, Simon, te esse malitiæ ministrum. Et Simon respondit: Unde ergo malum ortum sit, nobis effare. Et Petrus, Quandoquidem, inquit, hodie prior egredi voluisti, & dixisti quod deinceps me ut blasphemum non sis auditurus; cras, si quidem volueris discere, venienti enarrabo, sinamque ut me pro libitu interroges, absque contentione. Simon ait: Faciam sicut mihi videbitur. Et hoc dicens, profectus est. Porro eorum qui cum eo ingressi fuerant, nemo una egressus est: sed Petri pedibus accidentes, rogabant ut quia a Simone B abrepti fuerant, veniam consequerentur, ac pœnitentes reciperentur. Petrus vero & hos pœnitentia ductos, & reliquam populi multitudinem admittens, manus imposuit, precatus; & sanavit eorum ægros; sicque dimittens denuntiavit illis, ut ad mane festinarent. Quo dicto, cum familiaribus ingressus est, & solitâ ad instantem quietem fecit, vespera adveniente.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΘ'.

Τῆς δὲ ἄλλης ἡμέρας, ὀρθρίτερον προελθὼν ὁ Πέτρος, καὶ ἰδὼν τὸν Σίμωνα σὺν ἄλλοις πολλοῖς ἀναμένοντα αὐτὸν, προσαγορεύσας τὸ πλῆθος, ἤρξατο διαλέγεσθαι. ἅμα δὲ τῷ ἄρξασθαι, ὁ Σίμων ἐκκόψας, ἔφη· τὰ μακρά σου ταῦτα παρεὶς προοίμια, εἰς τὸ προκείμενον πυνθανομένῳ μοι ἀπόκριναι. ἐπειδὴ συνινοῶ τε, ὡς ἀφ' ὧν ἀπ' ἀρχῆς ἐπακηκοὼς ἐπίσταμαι, ὅτι μηδὲν ἕτερόν σοι πρόκειται, ἢ πάσῃ μηχανῇ τὸν δημιουργὸν αὐτὸν δεῖξαι μόνον ἄμεμπτον εἶναι Θεόν· καὶ τοσοῦτον προαίρεσιν πόθον ἔχοντα διισχυρίζεσθαι, ὡς καὶ ἐνίας τῶν γραφῶν περικοπὰς, σαφῶς καταλεγούσας αὐτοῦ, τολμᾷν ψευδεῖς λέγειν· οὗ εἵνεκεν προῄρημαι σήμερον ἀποδεῖξαι, ὅτι ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸν πάντων δημιουργὸν ὄντα ἄμεμπτον εἶναι. τῆς δὲ ἀποδείξεως ἤδη ἄρξασθαι δύναμαι, ἐάν γε πρὸς ὃ πυνθάνομαί σου, ἀποκρίνῃ μοι.

HOMILIA DECIMANONA.

I. Sequenti vero die, maturius procedens Petrus, ac videns Simonem cum aliis pluribus ipsum exspectare; postquam salutasset populum, C cœpit disserere. Simul vero ac incœpit, Simon interrumpens, ait: Omissis his tuis longis præfationibus, ad propositum interroganti mihi responde. Quoniam intelligo (sicut ex iis quæ ab initio audivi habeo compertum) quod nihil aliud tibi propositum sit, quam omni machina ostendere, creatorem solum esse inculpatum Deum; tantoque flagres desiderio sententiam confirmandi, ut & quædam Scripturarum capitula, quæ aperte illum accusant, falsa dicere audeas: ea de caussa institui hodie probare, impossibile esse ut omnium conditor sit inculpatus. Probationem vero inchoare possum jam, si quidem ad id quod sciscitabor a te, mihi respondeas.

Φὴς τινὰ κακίας ἡγεμόνα εἶναι, ἢ οὔ; ἐὰν γὰρ εἴπῃς μὴ εἶναι, ἐκ πολλῶν καὶ τῶν τοῦ διδασκάλου σου ἀποδεῖξαι ἔχω, ὅτι ἐστίν· εἰ δὲ εὐγνωμονῶν ὁμολογήσῃς εἶναι τὸν πονηρὸν, ἑπομένως ποιήσω τὸν λόγον. καὶ ὁ Πέτρος· ἀδύνατόν ἐστίν μοι φωνὴν τοῦ ἐμοῦ ἀρνήσασθαι διδασκάλου· διὸ καὶ ὁμολογῶ εἶναι τὸν πονηρόν· ὅτι πολλάκις αὐτὸν ὑπάρχειν ὁ πάντα ἀληθεύσας εἴρηκεν διδάσκαλος. αὐτίκα γοῦν ὁμολογεῖ ἐπὶ τεσσαράκοντα ἡμέρας διαλεχθέντα πεπειρακέναι αὐτόν. καὶ ἄλλῃ που οἶδα αὐτὸν εἰρηκότα· εἰ ὁ σατανᾶς τὸν σατανᾶν ἐκβάλλῃ, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη, πῶς οὖν αὐτοῦ στήκῃ ἡ βασιλεία; καὶ ὅτι ἑώρακεν τὸν πονηρὸν ὡς ἀστραπὴν πεσόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐδήλωσεν. καὶ ἄλλοθι ἔφη· ὁ δὲ τὸ κακὸν σπέρμα σπείρας, ἐστὶν ὁ διάβολος. καὶ πάλιν· [1] μὴ δότε πρόφασιν τῷ πονηρῷ. ἀλλὰ καὶ συμβουλεύων εἴρηκεν· ἔστω ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὔ, οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων, ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστιν. ἀλλὰ καὶ ἐν ᾗ παρέδωκεν εὐχῇ, ἔχομεν εἰρημένον· ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. καὶ ἄλλῃ που εἶπε· ὑπέσχετο τοῖς ἀσεβέσιν· ὑπάγετε εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ὃ ἡτοίμασεν ὁ πατὴρ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς

D II. Ais aliquem malitiæ principem esse, nec ne? Nam si dixeris, non esse; ex multis, iisque a Magistro tuo prolatis, habeo ostendere, quod sit. Si vero æquo animo confessus fueris esse Malum, consequenter sermonem faciam. Et Petrus: Fieri nequit ut vocem Magistri mei denegem: quare fateor Malum esse; quia sæpe illum exsistere testatus est qui cuncta vere prædicavit Magister. Jam ergo confitetur, [a] per quadraginta dies collocutum tentavisse se. Et alibi novi eum dixisse: [b] *Si satanas satanam ejiciat, adversus se divisus est; quo modo ergo steterit regnum?* Et quod [c] viderit satanam, sicut fulgur cadentem de cælo, declaravit. Atque alibi ait: [d] *Qui vero malum semen seminat, est diabolus*. Et iterum: [e] *Nolite* E *dare occasionem Malo*. Quin etiam consilium dedit his verbis: [f] *Sit vestrum, Est, Est, ac Non, Non: quod autem his abundantius est, a Malo est*. Sed & in Oratione quam tradidit, dictum habemus: [g] *Libera nos a Malo*. Et alio quodam in loco infit: [h] *Denuntiavit impiis: Discedite in tenebras exteriores, quas paravit Pater diabolo & angelis*

a Marc. I. 13. *b* Matth. XII. 26. *c* Luc. X. 18. *d* Matth. XIII. 39. *e* Ephes. IV. 27. *f* Matth. V. 37. Jac. V. 12. *g* Matth. VI. 13. *h* Matth. XXV. 30-41.

1. Μὴ δότε πρόφασιν τῷ πονηρῷ.] Testimonium forsan Ebionitici Evangelii: affine dicto Apostolico, *μήτε δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ*. Ephes. IV. 27. Equidem observavi, nec in Clementinis, nec in Recognitionibus, quæ Apocrypha sæpe diximus ab Ebionæis fuisse depravata, Paullum Apostolum citatum inveniri. Nam illi hæretici obloquebantur Paullo, eum Apostatam seu transgressorem Legis appellabant, rejiciebant Paullinas Epistolas; ut videre est apud Irenæum lib. I. cap. 26. Origenem tom. 5. contra Celsum in fine, Epiphanium Hæres. 30. n. 16. atque Hieronymum in Matth. XII. 2. Cot.

ἀγγέλοις αὐτοῦ. καὶ ἵνα μὴ εἰς πολὺ μηκύνω τὸν λόγον, πολλάκις οἶδα τὸν διδάσκαλόν μου εἰπόντα εἶναι τὸν πονηρόν. διὸ κἀγὼ σύμφημι αὐτὸν ὑπάρχειν. λοιπὸν εἴ τι ἔχεις ἑπομένως λέγειν, ὡς ὑπέσχου, λέγε.

A *ejus*. Ac ne in longum producam orationem, ſæpius ſcio Magiſtrum meum docuiſſe eſſe diabolum. Quocirca ego quoque fateor illum exſiſtere. De cetero, ſi quidem habes conſequenter dicendum, ſicut promiſiſti, eloquere.

Καὶ ὁ Σίμων· ἐπεὶ οὖν ἀγνωμονήσας ὁμολόγησας εἶναι τὸν πονηρὸν, ἀπὸ γραφῶν, καὶ λέγε τὸ πῶς γέγονεν, εἴπερ γέγονεν, καὶ ὑπὸ τίνος. καὶ διὰ τί. καὶ ὁ Πέτρος· συγγνῶθί μοι, Σίμων, μὴ τολμῶντι εἰπεῖν ὃ μὴ γέγραπται. εἰ σὺ φὴς γεγράφθαι, δεῖξον. εἰ δὲ καθὰ μὴ γέγραπται, οὐδὲ σὺ δεῖξαι δύνῃ, διὰ τί περὶ τῶν μὴ γραφέντων ἀποφαινόμενοι κινδυνεύομεν; ἢ γὰρ οὐ πεπιστεύκαμεν κριθήσεσθαι, ἢ μόνον περὶ ὧν ποιοῦμεν, [1] ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν πιστεύοντες λαλοῦμεν, καὶ διὰ τοῦτο τολμηρότερον περὶ Θεοῦ διαλεγόμεθα; ὁ δὲ Σίμων, συνεὶς ὅτι πρὸς τὴν ἀπόνοιαν αὐτοῦ εἴρηκεν, ἔφη· ἐμὲ ἔα κινδυνεύειν· σὺ δὲ ἣν φὴς βλασφημίαν, πρόφασιν πρὸς ὑποχώρησιν μὴ λάμβανε. συνοῶ γάρ σε βουλόμενον ὑποστέλλεσθαι, ὅπως τὸν ἐπὶ τῶν ὄχλων ἔλεγχον ἐκφύγῃς· ὅτε μὲν ὡς δεδιὼς βλασφημίας ἀκοῦσαι· ὅτε δὲ ἐπεὶ μὴ γέγραπται πῶς καὶ ὑπὸ τίνος καὶ διὰ τί γέγονεν ὁ πονηρός· ὅτι μὴ χρὴ πλεῖον τῆς γραφῆς τολμᾶν λέγειν· διὸ καὶ ὡς εὐλαβὴς τοῦτο μόνον βεβαιοῖς, ὅτι ἐστίν. ταῦτα δὲ μηχανώμενος, σεαυτὸν ἀπατᾷς, οὐκ εἰδὼς ὅτι [2] ἡ βλασφημία ἐστὶν περὶ πονηροῦ ἀκριβοῦν, ἡ αἰτία περὶ ἐμὲ τὸν κατήγορον τυγχάνει, οὐ περὶ σὲ τὸν συνηγοροῦντα τῷ Θεῷ. καὶ εἰ ἄγραφόν ἐστιν τὸ ζητούμενον, καὶ διὰ τοῦτο ζητεῖν θέλεις· εἰσίν τινες ὁδοὶ ἱκαναὶ, δυνάμεναι οὐχ ἧττον γραφῶν, δεῖξαι τὰ ζητούμενα. αὐτίκα γοῦν, οὐκ ἀνάγκη τὸν πονηρὸν, ὃν καὶ σὺ φὴς ὑπάρχειν, ἢ γεννητὸν εἶναι ἢ ἀγέννητον;

III. Et Simon: Quoniam igitur æquo animo confeſſus es Malum exſiſtere, ex Scripturis: dic etiam quo modo factus ſit, ſi factus eſt; & quo, & quare. Ac Petrus: Ignoſce mihi, Simon, non audeo dicere quod ſcriptum non eſt. Vel ſi tu ſcriptum affirmas, oſtende. Sin vero, quatenus non legitur, nec tu poſſis oſtendere; cur de rebus non ſcriptis pronuntiandi ſubimus periculum? An enim non cre- B dimus judicium fore; aut fore dumtaxat de iis quæ operamur, non vero de iis quæ credentes loquimur; ac ideo audacius de Deo diſſerimus? At Simon, animadvertens adverſus veſaniam ſuam dixiſſe, ait: Me ſine periclitari; tu vero, quam ais blaſphemiam, prætextum ad ſeceſſum ne accipias. Intelligo enim, vis ſubtrahere te, quo effugias reprehenſionem coram populo. Interdum quidem, tamquam verearis audire blaſphemiam: interdum vero, quia non ſcriptum eſt, quo modo & a quo & quare factus ſit Malus; quoniam non oportet audere plus dicere, quam Scripturæ, quocirca velut religioſus, dumtaxat aſſeris eum exſiſtere. Porro hæc commentus, te ipſum decipis, neſciens quia ſi blaſphemia eſt, C de Malo diligenter inquirere; culpa circa me accuſatorem eſt, non circa te defenſorem Dei. Ac ſi ſcriptum non eſt quod quæritur, ideoque recuſas quærere; ſunt quædam idoneæ viæ, quæ poſſunt non minus Scripturis, quæſita demonſtrare. Statim ergo, nonne neceſſe eſt, Malum, quem & tu fateris exſiſtere, aut factum eſſe, aut infectum?

Καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἀνάγκη. καὶ ὁ Σίμων· οὐκοῦν εἰ γεννητός ἐστιν, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ τὰ πάντα πεποιηκότος γέγονεν Θεοῦ, ἢ ὡς ζῶον γεννηθεὶς, ἢ οὐσιωδῶς προβληθεὶς, καὶ ἔξω τῇ κράσει συμβεβηκὼς, [3] [ἢ] ἐκτὸς ἦν αὐτοῦ ἡ ὕλη ἔμψυχος, ἢ ἄψυχος, ὅθεν γέγονεν, ἢ δι' αὐτοῦ Θεοῦ, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ, ἢ καὶ ἐξ οὐκ ὄντων [συμ] βέβηκεν, τῶν πρός τι ἐστὶν, ἢ αἰεὶ ἦν. πάσης οὖν ὁδοῦ, ὡς οἶμαι, ἐνταῦθα διῃρημένης πρὸς τὴν εὕρεσιν αὐτοῦ, ἀνάγκη μιᾷ τινι αὐτῶν ὁδεύουσιν εὑρετὸν αὐτὸν εἶναι· ἑκάστην οὖν ὁδεύσαι δεῖ ζητοῦντα γένεσιν, καὶ εὑρόντα τὸν αἴτιον, ὑπὸ μέμψιν αὐτὸν εἶναι νοεῖν. ἢ γὰρ πῶς δοκεῖ;

IV. Et Petrus reſpondit: Neceſſe eſt. Ac Simon: Igitur ſi factus eſt, ab ipſo cunctorum creatore factus eſt Deo; vel tamquam animal genitus; vel ſecundum ſubſtantiam prolatus; vel extra per temperationem evenit; vel extra ipſum erat materia animata aut inanima, unde factus eſt; vel per ipſum Deum, vel a ſe D ipſo; vel ex nôn exſtantibus contigit; vel eſt de numero relativorum; vel ſemper fuit. Omni ergo via, ut puto, heic diviſa ad illius inventionem; neceſſario per unam quamdam earum progredientibus obvius erit. Singulas igitur oportet percurrere, quærendo ortum; & auctore invento, culpæ obnoxium eſſe eum intelligere. Alioqui; quo modo tibi videtur?

Καὶ ὁ Πέτρος· ἐμοὶ δοκεῖ, ἐὰν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ φανῇ γεγονὼς, μήπω δεῖν τὸν ποιήσαντα ὑπὸ μέμψιν εἶναι, μήπως τὸ χρήσιμον αὐτοῦ, πάντων ἀναγκαιότερον εὑρεθείη· εἰ δὲ καὶ μὴ γεγονὼς ἀποδειχθείη, ὡς αἰεὶ ὢν, οὐδὲ ἐν τούτῳ ὁ δημιουργὸς μεμπτὸς [4] ἐπὶ τῶν ὅλων ἐστὶν ὁ κρεῖττον· εἰ καὶ ἀνάρχῳ ἀρχῇ τέλος [ἐπι] θεῖναι διὰ τὸ μὴ φύσιν ἔχειν, οὐ δεδύ[νητ]αι· ἢ δυνατὸς ὢν, οὐκ ἀναιρεῖ αὐ[τὸν,] ἄδικον κρίνας, ἀρχὴν μὴ εἰληφότι τέλος ἐπιθεῖναι, καὶ κακῷ πεφυκότι συγγνῶναι, διὰ τὸ ἄλλό τι γενέσθαι μὴ δύνασθαι, καὶ εἰ τοῦ γενέσθαι τὸ ἐπιθυμεῖν ἔχοι. εἰ δὲ ἀγαθὸν ποιῆσαι θέλων, μὴ δύναιτο, καὶ οὕτως ἀγαθός ἐστιν, ὅτι θέλει μὲν, οὐ δύναται δέ. καὶ ἐν ᾧ ἀδυνατεῖ, πάντων ἐστὶ δυνατώτατος· ὅτι μὴ ἑτέρῳ τὸ δυνατὸν καταλείπεται. εἰ δέ ἐστιν τις ἕτερος δυνατὸς, καὶ μὴ κατορθοῦν· ἐν ᾧ δυνατὸς ὢν


V. Et Petrus: Mihi videtur, quod licet a Deo factus appareat, non tamen ideo culpandus ſit conditor; ne forte utilitas illius, maxime omnium reperiatur neceſſaria: ſin vero infectus oſtendatur, velut ſemper exſiſtens; neque in hoc creator accuſandus: qui omnium eſt optimus; quamvis poteſtati principium non habenti finem imponere nequeat, quia E eam illa non habet naturam: aut ſi poteſt, nec eum perimit; quoniam iniquum judicet, initium non agnoſcenti, finem imponere; item ei qui natura malus eſt non parcere, quod aliud eſſe non poſſit, quamquam eſſe cuperet. Si vero bonum eum volens facere, non potuerit; ſic quoque bonus eſt, quia vult, nec poteſt tamen: & in quo poteſtate caret, omnium eſt potentiſſimus; quoniam alteri poſſe non competit. Quod ſi alius quis potentiam habet, & non

1. Ἀλλὰ καί.] Lege ἀλλ' οὐχὶ, *ſed non de quibus credentes loquimur*. DAVIS.
2. Ὅτι ἡ.] Forte ὅτι εἰ ἡ. COT.
3. [Ἢ] Superiores Regii Codicis oræ ad hunc finem laceræ ſunt uſque ad ſcripturam. Pauca ergo quæ deerant ſupplevi, & uncis incluſi. Præſens autem locus videri queat mutilus, ſi conferatur cum ſimili in cap. 9. ID.
4. Ἐπί.] Forte ἐπεί. Et mox ὁ κρείττων. Sic & ſub finem leg. κρείττων pro κρεῖττον. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

μὴ κατορθοῖ, πονηρὸς ὢν ὁμολόγηται, μὴ παύων αὐτὸν, ὡς τοῖς ὑπ᾽ αὐτοῦ γινομένοις ἡδόμενος. εἰ δὲ οὐδὲ αὐτὸς δύναται, κρείττω ὁ πρὸς τὸ ἀδυνατεῖν, κατὰ τὸ δυνατὸν ἡμᾶς εὐεργετεῖν οὐκ ὀκνῶν.

A emendat; in eo quod potentia præditus non corrigit, malus esse intelligitur, non coercens eum, quasi ejus operibus delectetur. Sin autem nec ille potest; melior est, qui cum ea potestate destitutus sit, tamen pro viribus nos beneficiis afficere non negligit.



Καὶ ὁ Σίμων· ὅτ᾽ ἂν εἰς ἕκαστον ὧν προέτεινα [1] διαλεχθείς σοι τῆς κακίας τὸν αἴτιον δείξω. πότε σοι καὶ πρὸς ἃ εἴρηκας ἀποκρινοῦμαι, καὶ ὃν φὴς Θεὸν ἄμεμπτον, ὑπὸ μέμψιν εἶναι ἀποδείξω. καὶ ὁ Πέτρος· ἐπειδὴ ἀφ᾽ ὧν ἀπ᾽ ἀρχῆς φθέγγῃ, συννοῶ σε μηδὲν ἕτερον σπουδάζοντα, ἢ ὡς κακίας ἡγεμόνα, τὸν Θεὸν ὑποβάλλειν μέμψει, προήρημαι πάσαις αἷς βούλῃ ὁδοῖς συνοδεύων, δεῖξαι Θεὸν πάσης μέμψεως ἐκτὸς ὄντα. καὶ ὁ Σίμων ἔφη· ταῦτα ὡς ἀγαπῶν Θεὸν ὃν νενόμικας λέγεις, ἀλλ᾽ οὐκ ἀληθεύεις. καὶ ὁ Πέτρος· σὺ δὲ ὡς κακὸς, μισῶν Θεὸν ὃν ἠγνόησας, βλασφήμους [2] ἀφεῖς φωνάς. καὶ ὁ Σίμων μνημόνευε ὅτι με κακίας [3] ἡγεμόνα παρείκασας. καὶ ὁ Πέτρος· ὁμολογῶ, ἐψευσάμην παρεικάσας σε τῷ πονηρῷ· ἠναγκάσθην γὰρ ἐπὶ τῷ μὴ εὑρεῖν τὸν σὸν ἴσον, ἢ καὶ χείρονα. τούτου ἕνεκα τῷ πονηρῷ σε παρείκασα· [ἐπεὶ γ]ὰρ καὶ τοῦ τῆς κακίας ἡγεμόνος, πολλῷ πονηρότερος τυγχάνεις. τὸν γὰρ πονηρὸν οὐδεὶς κατειπόντα Θεοῦ δεῖξαι δύναται· σὲ δὲ τολμηρῶς καταλέγοντα οἱ πάντες παρόντες ἱστοροῦμεν. καὶ ὁ Σίμων· ὁ ἀλήθειαν ζητῶν, οὐδὲν οὐδενὶ ὀφείλει παρὰ τὸ ὂν χαρίζεσθαι. ἐπεὶ τί καὶ τὴν ἀρχὴν ζητεῖ; τί δὲ καὶ ἐγὼ οὐ δύναμαι, παρεὶς ἀκριβοῦν τὰ πράγματα, εἰς ἐγκώμιον, οὗ μὴ ἐπίσταμαι Θεοῦ, τὸν πάντα μου δαπανᾷν χρόνον;

VI. Et Simon: Quando de singulis quæ proposui locutus fueris, tibi malitiæ auctorem declarabo; tandem & ad quæ dixisti respondebo tibi; quemque ais Deum inculpatum, culpæ subjacere ostendam. Ac Petrus: Quoniam ex iis quæ ab initio loqueris, animadverto te nihil aliud conari, quam ut Deum, tamquam malitiæ principem, culpæ subjicias; statui, per omnes quas volueris vias te comitando, B manifestare, Deum extra omnem culpam esse. Dixit Simon: Ista profers, velut amans Deum quem arbitraris; sed verax non es. Et Petrus: Tu vero, sicut Malus, odio prosequens Deum quem ignoras, blasphemas dimittis voces. Simon: Memor esto, quod me malitiæ principi comparaveris. Petrus: Fateor; falsus sum, comparans te Malo. Coactus enim fui, quoniam non inveni tuum æqualem, aut pejorem te. Eam ob caussam te Malo comparavi: quandoquidem etiam malitiæ principe multo pejor es. Nam Malum nemo ostendere potest Deo obloqui: te vero confidenter detrahere cuncti, quotquot adsumus, videmus. Ac Simon: Qui veritatem C anquirit, nulli ullo modo debet gratificari præter id quod est. Alioqui cur & principio anquirit? Quid vero, nonne ego quoque possum, omisso rerum diligenti examine, in laudes Dei quem ignoro, omne meum tempus impendere?

Καὶ ὁ Πέτρος· οὔτε [4] τοσοῦτος εἶ μακάριος αὐτὸν ὑμνεῖν, οὔτε μὴν τὸ ἀγαθὸν τοῦτο ποιῆσαι δύνασαι· αὐτοῦ γὰρ πλήρης ἂν ἦς. οὕτω γὰρ ὁ ἀψευδὴς ἡμῶν εἶπε διδάσκαλος· ἐκ περισσεύματος καρδίας στόμα λαλεῖ. ὅθεν σὺ περισσευόμενος προαιρέσει κακῇ, ἀγνοίας αἰτίᾳ, καταλέγεις τοῦ μόνου ἀγαθοῦ Θεοῦ, καὶ μήπω κατ᾽ ἀξίαν πάσχων ὧν ἐτόλμησας λέγειν. ἢ [κρί]σιν οἴῃ μὴ ἔσεσθαι. τάχα δὲ μηδ [ὲ καὶ] εἶναι Θεὸν νομίζεις. ὅθεν τῆς τοσαύτης αὐτοῦ μακροθυμίας οὐκ ἀντιλαμβανόμενος, ἐπὶ πλεῖον πρὸς ἀπόνοιαν αὐτὸν ἐκτείνεις. καὶ ὁ Σίμων· μὴ ἔλπιζε φόβῳ δυσωπήσειν με, μὴ ζητεῖν σοι τῶν παραδειγμάτων τὰ ἀληθῆ. ἐγὼ γὰρ τοσοῦτον ἀληθείας ὀρέγομαι, ὡς αὐτῆς ἕνεκα μὴ ὀκνῆσαί με καὶ τὸ κινδυνεύειν ἀναδέχεσθαι. πλὴν πρὸς τὰ ἀπαρχῆς σοι ὑπ᾽ ἐμοῦ προταθέντα, εἴγε εἰπεῖν ἔχεις, ἤδη λέγε.

VII. Tum Petrus: Non adeo beatus es, ut eum laudibus ac hymnis efferas; sed nec hoc bonum facere potes. Nam eo plenus esses. Sic enim qui mentiri nescit, noster Doctor prædicavit: [a] *Ex abundantia cordis os loquitur*. Unde tu abundans mala voluntate, propter ignorantiam, detrahis de solo bono Deo; necdum pro merito eorum quæ effutiisti pa- D teris. Aut judicium fore non credis. Forte & neque Deum putas exsistere. Unde tantam ejus non capessens patientiam, te magis ac magis ad vecordiam extendis. Et Simon: Ne speres quod me timore dimoturus sis, ne a te quæram exemplorum veritatem. Ego enim adeo veritatis sum appetens, ut ipsius ergo non pigeat me etiam periculum suscipere. Porro ad ea quæ primitus a me tibi sunt proposita, si quidem habes dicere, jam dicito.

Καὶ ὁ Πέτρος· ἐπειδὴ τολμᾶν ἡμᾶς ἀναγκάζεις, τὰς τοῦ Θεοῦ τέχνας ἀκριβῶς ἐφευρόντας λέγειν, καὶ ταῦτα ἀνθρώπους τοὺς μηδὲ τῶν ὁμοίων τὰς τέχνας ἀκριβῶσαι δυναμένους· διὰ γοῦν τοὺς παρεστῶτας, ἀντὶ τῆς εὐσεβεστάτης σιγῆς, περὶ ὧν θέλεις διαλεχθήσομαι. συνομολογῶ σοι εἶναί τινα κακίας ἡγεμόνα, [οὗ] τὴν γένεσιν γραφὴ οὔτε ἀληθὲς, οὔτε ψευδὲς εἰπεῖν ἐτόλμησεν. πλὴν συνδιαπορήσωμεν πολλαχῶς τὸ πῶς γέγονεν, εἴπερ γέγονεν· καὶ τῶν δοκούντων τὸ εὐφημότερον ἑλώμεθα· ἐπεὶ ἐκ τῶν εἰκότων λαμβάνεται τοῦτο βεβαίως· ὃ μὲν ὅτι Θεῷ τὸ εὐφημότερον δοῦναι πρέπει. ταύτῃ μᾶλλον, πασῶν ὑπονοιῶν καθαρθεισῶν, καὶ ἄλλης ἱκανῆς καὶ ἀκινδυνοτέρας παρακειμένης ὑποψίας. πλὴν ἤδη σοι πρὸ τῆς ζητήσεως ὑπισχνοῦμαι, ὅτι πᾶσα ὁδὸς ζητήσεως ἄμεμπτον αὐτὸν μόνον δύναται δεῖξαι τὸν Θεόν.

VIII. Et Petrus: Quoniam nos cogis, ut audeamus divinas artes diligenter nacti, exponere; idque homines, qui nec similium artes valemus exacte cognoscere; adstantium certe caussa, pro maxime E pio silentio, de quibus cupis disseram. Fateor tecum, quemdam esse malitiæ principem, cujus ortum Scriptura neque vere, neque falso ausa est indicare. Ceterum una multis quæramus modis, quo pacto factus sit, si factus est; & eorum quæ videbuntur quod honestius erit ac religiosius eligamus; quandoquidem jure hoc firmiter sumitur; id quidem decere, Deo tribuere quod laudabilius est; eo magis, cunctis suspicionibus purgatis, & alia idonea minusque periculosa admota opinione. Verum jam tibi ante disceptationem profiteor, quod omnes investigationis viæ, inculpatum eum solum possunt ostendere Deum.

Πλὴν, ὡς ἔφης, ὁ πονηρὸς εἰ γεννητός ἐστιν, ἢ ὡς

IX. Itaque ut dixisti, Malus, si factus est, aut

[a] Matth. XII. 34.

1. Διαλεχθείς.] Forte διαλεχθῇς. Mox πόσε, vel τότε. COT.
2. Αφεῖς.] Lego ἀφῆς, *emisisti*. ID.
3. Ηγεμόνα.] Leg. ἡγεμόνι. ID.
4. Τοσοῦτος.] Forte τοσοῦτο. ID.

ζῶον [1] γενένηται, ἢ οὐσιωδῶς ὑπ' αὐτῷ προβέβληται, ἢ ἔξω κέκραται, ἢ τῇ κράσει συμβέβηκεν αὐτοῦ ἡ προαίρεσις, ἢ ἄνευ κράσεως κ̀ Θεοῦ βουλῆς συνέβη γενέσθαι ἐξ οὐκ ὄντων, [2] ἢ ὑπὸ Θεοῦ, [ἢ] μηδαμοῦ μηδαμῶς γέγονεν, ἢ ἐκτὸς ἦν Θεοῦ ἡ ὕλη ἔμψυχος οὖσα, ἢ ἄψυχος, ὅθεν γέγονεν, ἢ ἑαυτὸν δημιουργήσας, ἢ ὑπὸ Θεοῦ γεγονὼς, ἢ τῶν πρός τί ἐστιν, ἢ αἰεὶ ἦν· εἰπεῖν γὰρ αὐτὸν μὴ εἶναι οὐ δυνάμεθα· συνωμολογήσαμεν γὰρ αὐτὸν ὑπάρχειν. καὶ ὁ Σίμων· καλῶς πάσας αὐτοῦ τὰς ὁδοὺς διεῖλες, τὸ κεφάλαιον αὐτοῦ. λοιπὸν ἐμοί ἐστι τὴν διαίρεσιν ἀνακρίναντα δεῖξαί σοι τὸν δημιουργὸν ὑπὸ μέμψιν ὄντα. σοῦ δὲ ἔργον ἀποδεῖξαι αὐτὸν, ὡς ὑπέσχηται, πάσης μέμψεως ἐκτὸς ὄντα. θαυμάζω δὲ εἰ δυνήσῃ. πρῶτον μὲν γὰρ ὁ πονηρὸς, εἰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ζῶον γεγένηται, ἀκολούθως τῆς αὐτῆς τοῦ προβάλλοντος κακίας τυγχάνει. καὶ [ὁ Πέτ]ρος· οὐ πάντως. ὁρῶμεν γὰρ πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀγαθοὺς ὄντας, καὶ [κακ] οὺς γεννήσαντας· ἄλλους δὲ [κα] κοὺς ὑπάρχοντας, καὶ ἀγαθοὺς ἐσχηκότας· ἑτέρους δὲ κακοὺς ὄντας, καὶ ἀγαθοὺς [3] προβάλλοντας· ἄλλους δὲ ἀγαθοὺς ὑπάρχοντας, κ̀ κακούς τε κ̀ ἀγαθοὺς τεκνώσαντας· αὐτίκα γοῦν ὁ πρῶτος δημιουργηθεὶς ἄνθρωπος, ἐγέννησεν τὸν ἄδικον Κάϊν, κ̀ τὸν δίκαιον Ἄβελ. πρὸς ταῦτα ὁ Σίμων ἔφη· ἀνοήτως ποιεῖς περὶ Θεοῦ διαλεγόμενος, ἀνθρωπίνοις χρώμενος παραδείγμασιν. κ̀ ὁ Πέτρος· σὺ οὖν ἡμῖν λέγε περὶ Θεοῦ, ἀνθρωπίνοις μὴ χρώμενος παραδείγμασιν. μετὰ τοῦ μέντοι νοηθῆναι δύνασθαι τὰ λεγόμενα· ἀλλ' οὐ δυνήσῃ.

Αὐτίκα γοῦν τί τὴν ἀρχὴν ἔλεγες; εἰ ἐκ Θεοῦ ὁ πονηρὸς γεγένηται, τῆς αὐτῆς αὐτῷ ὢν οὐσίας, καὶ πονηρός ἐστιν. ἐμοῦ δὲ δείξαντος ἐ[ξ οὗ]περ αὐτὸς ἔδωκας παραδείγματο[ς] ὅτι ἐξ ἀγαθῶν κακοὶ γίνονται, καὶ ἐκ κακῶν ἀγαθοὶ, οὐ παρεδέξω, ἀνθρώπινον φήσας εἶναι τὸ παράδειγμα. ὅθεν κ̀ νῦν ἐγὼ οὐδὲ τὸ γεγεννῆσθαι Θεὸν παραδέχομαι· ὅτι τὸ γεννᾷν ἀνθρώπων ἐστὶν, οὐ Θεοῦ. ἀλλ' οὔτε ἀγαθὸς ἢ κακὸς, ἢ δίκαιος ἢ ἄδικος εἶναι δύναται ὁ Θεὸς, οὔτε μὲν φρόνιμος, ἢ ζῶον, ἢ ὅσα ἄλλα ἀνθρώποις προσεῖναι δύναται· ἀνθρώπων γὰρ τὰ τοιαῦτα. καὶ εἰ μὴ χρὴ ζητοῦντας περὶ Θεοῦ, διδόναι αὐτῷ τὰ ἀνθρώποις προσόντα καλὰ, οὐδέν ἐστιν τοῦ λοιποῦ νοεῖν ἢ λέγειν, ἢ τοῦτο μόνον ζητεῖν τὸ τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ, ἣν αὐτὸς συνεχώρησεν ἡμῖν νοεῖν· ὅπως κρινόμενοι, ἀναπολόγητοι ὦμεν περὶ ὧν γνόντες οὐκ ἐφυλάξαμεν.


Καὶ ὁ Σίμων ἀκούσας ἔφη· οὐ δυσωπήσεις με, [4] πρὸ τῆς οὐσίας αὐτοῦ σιωπήσαντα, περὶ τῆς προαιρέσεως αὐτοῦ ζητεῖν μόνης. ἔστιν γὰρ περὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ καὶ νοεῖν καὶ λέγειν· λέγω δὲ, ἀπὸ τῶν ἀνθρώποις προσόντων καλῶν. οἷον πρόσεστιν ἀνθρώπῳ τὸ ζῆν κ̀ τὸ τεθνάναι· ἀλλὰ τῷ Θεῷ, οὐ τὸ τεθνάναι, ἀλλὰ τὸ ζῆν, κ̀ τὸ ζῆν αἰωνίως. ἔτι μὴν πρόσεστιν ἀνθρώποις, τὸ κακοῖς εἶναι καὶ ἀγαθοῖς· τῷ δὲ Θεῷ, [5] τῷ ἀσυγκρίτῳ ἀγαθῷ εἶναι. καὶ ἵνα μὴ εἰς πολὺ μηκύνω τὸν λόγον, τῶν προσόντων ἀνθρώποις, τὰ κρείττονα αἰωνίως πρόσεστιν τῷ Θεῷ. κ̀ ὁ Πέτρος ἔφη· λέγε μοι Σίμων· πρόσεστιν ἀνθρώποις γεννᾷν κακοὺς κ̀ ἀγαθοὺς, κ̀ ποιεῖν κακὰ κ̀ ἀγαθά; κ̀ ὁ Σίμων ἔφη· πρόσεστιν. καὶ ὁ Πέτρος ἔφη· ἐπεὶ οὕτως ἔφης, τῶν ἀνθρώποις προσόντων τὰ κρείττονα ἀπονέμειν δεῖ τῷ Θεῷ· ἀνθρώπων γεννώντων κακοὺς καὶ ἀγαθοὺς, ὁ Θεὸς ἀγαθοὺς μόνους γεννῆσαι δύναται· ἔτι τε τῶν ἀνθρώπων [ποιούν] των κακὰ κ̀ ἀγαθὰ, αὐτὸ[ς] μόνος ἀγαθὰ ποιῶν τέρπεται. οὕτως π[ερ] ἢ οὐ διὰ [6] τὰ ἀνθρω-

ut animal genitus est; aut secundum substantiam ab ipso est prolatus; aut extra temperatus fuit; aut temperationi contigit ipsius voluntas; aut sine temperatione & Dei consilio accidit fieri ex non exstantibus; aut a Deo; aut nullo penitus modo factus est; aut extra Deum erat materia, animata vel inanima, unde ortum habet; aut se ipsum creavit; aut a Deo factus est; aut de relativorum est numero; aut semper fuit: nam eum non esse, dicere non possumus; quia in eo quod exsistat consensimus. Et Simon: Bene cunctas ejus vias divisisti, & summam ejus. Superest ut ego divisionem perpendens, ostendam tibi creatorem culpæ affinem esse. Tuum vero est demonstrare, sicut professus es, eum omni culpa carere. Miror autem si poteris. Primum quidem, Malus, si a Deo animal genitus est; consequenter ejusdem malitiæ est cum prolatore. Et Petrus: Non necessario. Cernimus enim multos homines, qui etsi boni, malos tamen genuerunt; alios vero, qui mali sunt, & bonos susceperunt; alios autem, qui mali, bonos simul ac malos producunt; alios denique, qui cum boni sint, & malos & bonos procrearunt. Statim ergo primus creatus homo, genuit iniquum Cainum, & justum Abelem. Ad hæc dixit Simon: Stolide facis, dum de Deo disserens, humana adhibes exempla. Et Petrus: Tu igitur nobis de Deo loquere; humanis nec utere exemplis; ita tamen ut quæ dices, possint intelligi: sed nequaquam poteris.

X. Jam ergo, quid principio dixisti? Si ex Deo Malus genitus est; ejusdem cum eo exsistens substantiæ, & malus est. Cumque ostenderim per illud quod ipse tradidisti exemplum, ex bonis malos oriri, atque ex malis bonos; non admisisti, humanum proloquutus exemplum esse. Unde & nunc neque ego Deum genitum esse recipio; quia gignere hominum est, non Dei. Sed nec bonus vel malus, justus vel injustus esse potest Deus, neque etiam prudens, aut animal, aut quæcumque alia possunt inesse hominibus; nam ista hominum sunt. Et si non oportet inter quærendum de Deo, dare ei quæ hominibus insunt bona; nihil restat intelligere aut loqui, nisi solum quærenda ipsius voluntas, quam ipse nobis permisit considerare; ut quando judicabimur, inexcusabiles simus in iis quæ cognoscentes non servavimus:

XI. Et Simon audiens, dixit: Non extorquebis a me, ut de substantia ejus silens, de sola ejus inquiram voluntate. Datur enim & de illius substantia intelligere ac loqui: ex bonis, inquam, quæ hominibus insunt. Exempli gratia, homini inest vivere ac mori: sed Deo, non mori, at vivere, & vivere in perpetuum. Adhuc insitum est hominibus, bonos esse & malos: Deo autem, esse incomparabile bonum. Et ne multum sermonem protraham; eorum quæ habent homines, præstantiora æternum possidet Deus. Ait Petrus: Dic mihi, Simon: Adest hominibus, gignere malos & bonos, ac facere mala & bona? Simon respondit: Adest. Excepit Petrus: Quoniam ita affirmasti; eorum quæ habent homines, præstantiora oportet Deo tribuere: Cum ab hominibus gignantur mali & boni, Deus solos bonos potest gignere: præterea cum homines faciant mala & bona, ipse solus bona facere oblectamento habet. Atque ita, an non ex iis quæ homines ob-

SÆCUL. III. CIRC. ANN. CHR. 230.



1. Γενένηται.] Forte γεγέννηται. Sic & mox infra ut & cap. seq. γεγέννηται pro γεγένηται. COT.
2. Ἢ ὑπὸ Θεοῦ [ἢ]. In Ms. post Θεοῦ apparet ἢ cum initio litteræ κ. Quocirca scribendum puto, ἢ ὑπὸ Θεοῦ ἐκ μηδαμοῦ μηδαμῶς γέγονεν. aut a Deo ex nihilo [illegible]. ID.
3. Ἀγαθούς.] Add. τε καὶ κακούς. ID.
4. Πρὸ τῆς.] Leg. περὶ τῆς οὐσίας, de essentia ejus. DAV.
5. Τῷ ἀσυγ.] Forte τό. COT.
6. Τὰ ἀνθ.] Forte τῶν ἀνθ. ID.

SÆCUL. III. CIRCA ANN. CHR. 230.

ποις προσόντων καλ[ῶν], εὔλογόν ἐστιν ἀπονέμειν αὐτῷ τὰ κρείττονα; κ̀ οὕτως πάντων καλῶν μόνος ἐστὶν αἴτιος.

A tinent bonis, æquum est ei largiri potiora? Sicque omnium bonorum solus est auctor.

Καὶ ὁ Σίμων· οὐκοῦν εἰ ὁ Θεὸς μόνων τῶν καλῶν αἴτιός ἐστιν, τοῦ λοιποῦ τί ἐστιν νοεῖν, ἢ ὅτι τὸν πονηρὸν ἑτέρα τις ἐγέννησεν ἀρχὴ, ἢ ἄρ' ἀγέννητόν ἐστιν. κ̀ ὁ Πέτρος· οὔτε ἑτέρα τις δύναμις ἐγέννησεν τὸν πονηρὸν, οὔτε ἀγέννητόν ἐστιν τὸ κακὸν, ὡς ἐπὶ τέλει δείξω· νῦν γὰρ ἀποδεῖξαί μοι πρόκειται, ὡς ἀπ' ἀρχῆς ὑπεσχόμην, ὅτι κατὰ [1] τρόπον ὁ Θεὸς ἄμεμπτός ἐστιν. δεδώκαμεν οὖν ὅτι ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρώποις προσόντων τὰ κρείττονα ἀσυγκρίτως ἔχει. διὸ κ̀ ἐνδέχεται αὐτὸν προβολέα γενέσθαι τῶν τεσσάρων οὐσιῶν, θερμοῦ τε κ̀ ψυχροῦ, ὑγροῦ τε κ̀ ξηροῦ. [ἔφ]υ μὲν ὡς πρῶτα ἁπλᾶ κ̀ ἀμιγῆ [ὄντ]α πρὸς οὐθ' ἕτερον [2] ἔχει τὴν ὄρε[ξι]ν, προβληθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, [κ]αὶ ἔξω κραθέντα, [3] γενέσθαι ζῶον, προαίρεσιν ἔχων ὀλοθρεῦσαι κακούς. κ̀ οὕτως ἐξ αὐτοῦ πάντων γεγεννημένων, ὁ πονηρὸς, οὔτε ἄλλοθέν ἐστιν, οὔτε ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάντα πεποιηκότος Θεοῦ τὴν κακίαν εἴληφεν, παρ' ᾧ ὑπάρχειν ἀδύνατόν ἐστιν· ὅτι αἱ μὲν οὐσίαι οὐθ' ἕτεραι οὖσαι, πεφιλονεικημέναι ἐξ αὐτοῦ προβέβληνται, κ̀ ἔξω αὐταῖς κραθείσαις ὑπὸ τῆς αὐτοῦ τέχνης βουλήσει συμβέβηκεν ἡ πρὸς τὸν τῶν κακῶν ὄλεθρον ἐπιθυμία· ἀγαθοὺς δὲ ἡ συμβεβηκυῖα κακία ὀλοθρεῦσαι οὐ δύναται, οὐδ' εἰ βουληθείη. νόμῳ γὰρ κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων τὴν ἐξουσίαν, [4] ἀγνοῶν οὖν τὰ ἕκαστα τῶν τρόπων τὴν κατ' αὐτῶν λαμβά[νει ἐμ]πειρίαν, κ̀ διελέγξας τιμωρ[εῖ. καὶ ὁ Σί]μων ἔφη· δυνατὸς οὖν ὑπάρχ[ων συγ]κιρνᾷν τὰ στοιχεῖα, καὶ ποιεῖν κρᾶ[σιν] πρὸς ἃς βούλεται γενέσθαι προ[αιρέ]σεις, [5] διὰ τί μὴ ἀγαθῶν προαίρ[εσιν] ἐποίει τὴν ἑκάστου κρᾶσιν;

XII. Et Simon: Igitur si Deus solorum bonorum auctor est, quid deinde intelligere debemus, nisi quod Malum alia quædam genuerit Potestas, aut forte ingenitum sit? Et Petrus: Neque alia Virtus genuit Malum, neque malitia ingenita est, quemadmodum ad finem ostendam: nunc enim propositum est mihi, demonstrare, ut initio promisi, Deum omni modo esse inculpabilem. Concessimus ergo, Deum ex iis quæ insunt hominibus, præstantiora citra comparationem habere. Ex quo fit, ut productor sit quatuor substantiarum, calidi & frigidi, B humidi & sicci. Ita autem comparatum est, ut ea, cum sint prima simplicia & misturæ expertia, ad neutrum habeant appetentiam; prolata vero a Deo, atque extra temperata, exstiterint animal, voluntatem habens perdendi malos. Sicque, cunctis ex eo genitis, Malus, neque aliunde est, nec ab ipso omnium creatore Deo malitiam desumsit, apud quem exsistere impossibile est. Quia substantiæ, neutræ exsistentes, exacte ac distincte ab eo productæ sunt; iisque extra temperatis ab ipsius arte, voluntarie contigit desiderium interitus improborum: bonos autem quæ accidit malitia, perdere non potest, neque si vellet. Nam legitime contra peccatores ignorantes morum singula, accipit potestatem; facitque C adversum illos experientiam, & convictos punit. Tum Simon dixit: Qui ergo possit commiscere elementa, & temperationem facere ad quas vult esse voluntates; cur non bonorum voluntatem fecit, uniuscujusque temperiem?

Καὶ ὁ Πέτρος· νῦν ἡμῖν ὁ λόγος πρόκειται, πῶς ἐγένετο ὁ πονηρὸς, εἴπερ γέγονεν, καὶ ὑπὸ τίνος· τὸ δὲ εἰ ἀμέμπτως, ὁπόταν διεξιῶ τὸν νῦν ἡμῖν προκείμενον λόγον, πάντι τὸ πῶς καὶ διὰ τί ἐγένετο δείξω, καὶ ὅτι ἄμεμπτος ὁ πεποιηκὼς πληροφορήσω. πλὴν ἔφαμεν ὑπὸ Θεοῦ προβεβλῆσθαι τέσσαρας οὐσίας. καὶ οὕτως βουλῇ τοῦ συγκεράσαντος συμβέβηκεν ὡς ἠθέλησεν ἡ τῶν κακῶν προαίρεσις. εἰ γὰρ παρὰ τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς οὐσίας, ἢ καὶ προφάσεως [συμβε]βήκει, οὐκ ἦν ἂν τῷ Θεῷ τὸ τῆς [κράσε]ως βέβαιον· μήπως αὐτοῦ μὴ βουλομένου ἡγεμόνες αἰεὶ κακίας συμβή[σων]ται προσπολεμοῦντες αὐτοῦ τοῖς [βουλ]ήμασιν· ἀλλὰ ταῦτα οὕτως ἔχειν ἀδύνατον. οὐδὲν γὰρ ζῶν, καὶ ταῦτα ἡγεμονικὸν, ἐκ συμβεβηκότος γενέσθαι δύναται· ἀνάγκη γὰρ πᾶν τὸ γινόμενον, ὑπό τινος γίνεσθαι.

XIII. Et Petrus: Nunc nobis sermo propositus est, quo modo factus fuerit Malus, si quidem ortum habuit; & a quo: illud vero utrum citra culpam, postquam finiero mihi nunc propositum sermonem, tunc quo modo & cur factus sit ostendam, quodque inculpatus sit creator plene certum dabo. Verum diximus prolatas a Deo fuisse quatuor substantias. Atque ita consilio coagmen- D tantis contigit ut voluit, malorum electio. Si enim præter illius voluntatem, aut ex alia quapiam substantia vel & caussa evenisset; non utique Deo firmum fuisset mistum; ne forte eo nolente, principes semper malitiæ convenissent, adversati ipsius consiliis. Sed hæc ita habere nequeunt. Nullum quippe animal, & præterea principale, ex accidenti fieri potest. Necesse enim est, ut omne quod fit, ab aliquo fiat.

Καὶ ὁ Σίμων· τί δὲ εἰ ὕλη αὐτῷ σύγχρονος οὖσα καὶ ἰσοδύναμος, ὡς ἐχθρὰ, προβάλλει αὐτῷ ἡγεμόνας, ἐμποδίζοντας αὐτοῦ τοῖς βουλήμασιν. κ̀ ὁ Πέτρος· [6] εἰς ἀΐδιός ἐστιν ἡ ὕλη, οὐδὲ ἐχθρά τινός ἐστιν· τὸ γὰρ αἰεὶ ὂν, καὶ ἀπαθές ἐστιν· ἀπαθὲς δὲ ὂν, μακάριόν ἐστιν· μακάριον δὲ ὂν, ἔχθρας δεκτικὸν γενέσθαι οὐ δύναται· [7] ἀϊδίῳ κτίσει στερηθῆναί τινος μὴ πεφοβημένη. πῶς δὲ οὐχὶ μᾶλλον ἀγαπᾷ τὸν δημιουργὸν ἡ ὕλη; ὁπότε * * * * * * * * * * * *

XIV. Ac Simon: Quid vero, si materia, ipsi tempore & potestate æqualis, profert ei, ut quæ sit inimica, principes decretis illius obsistentes? Et Petrus: Si materia æterna est, neque ulli est inimica: quod E enim semper exsistit, etiam perpessionis expers est; expers autem perpessionis, beatum est; beatum vero exsistens, inimicitiarum capax esse nequit: propter æternam creationem non verita quoquam privari. Quo modo autem non potius diligit creatorem materia? cum * * * * * * * * * * * * * * *

1. Κατὰ τρόπον.] Deest forte πάντα. Cot.
2. Ἔχει.] Forte ἔχειν. Et mox leg. ἔχον pro ἔχων. Id.
3. Γενέσθαι ζῶον.] Hoc pertinet ad *illud adulterii genus*, quod Ἀναγνωρισμῷ seu Recognitionibus insertum fuisse dicit Rufinus in Opusculo de adulteratione librorum Origenis, *Ut naturam diaboli ceterorumque dæmonum non propositi voluntatisque malitia, sed excepta ac separata creaturæ produxerit qualitas*. Neque vero dubito quin per Rufinum novo adulterio vetus obductum fuerit. Eum vide Recognitionum lib. 8. cap. 55. 56. Id.
4. Ἀγνοῶν οὖν] Forte ἀγνοούντων. Id.
5. Διὰ τί μὴ ἀγαθῶν προαίρεσιν ἐποίει.] Sic locum supplet Cl. Cotelerius; at sententia, prout arbitror, efflagitat ἀγαθῶν προαγετικήν, ac ita reposuerim. Davis.
6. Εἰς ἀΐδ.] Leg. εἰ ἀΐδ. Cot.
7. Ἀϊδίῳ κτίσει.] Magis ad sensum κτήσει. Cot. — Nec vulgata lectio placet, nec ἀϊδίῳ κτήσει, quod maluit Cotelerius: meum adjicio calculum. Legendum puto ἀϊδιότητι στερηθῆναι, *propter æternitatem quoquam privari non verita*. Davis.

APPENDIX

QUA CONTINETUR

ARISTEÆ HISTORIA

LXXII. INTERPRETUM.

ACCESSERE

VETERUM TESTIMONIA

De eorum Versione.

[1] ΑΡΙΣΤΕΑΣ
ΦΙΛΟΚΡΑΤΕΙ.

ARISTEAS
PHILOCRATI.

A Ἀξιολόγου διηγήσεως, ὦ Φιλόκρατες, περὶ τῆς γενηθείσης ἡμῖν [2] ἐντυχίας πρὸς Ἐλεάζαρον τὸν τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερέα συνεσταμένης, διὰ τὸ σὲ περὶ πολλοῦ πεποιῆσθαι, παρ' ἕκαστα ὑπομιμνήσκων, συνακοῦσαι περὶ ὧν ἀπεστάλημεν, καὶ διὰ τί· πεπείραμαι σαφῶς ἐκθέσθαι σοὶ, κατειληφὼς ἣν ἔχεις φιλομαθῆ διάθεσιν, ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ἀνθρώπῳ, προσμανθάνειν ἀεί τι, καὶ προσλαμβάνειν, ἤτοι τι ἀπὸ τῆς ἱστορίας, ἢ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα πεπειραμένῳ. οὕτω γὰρ κατασκευάζεται ψυχῆς καθαρὰ διάθεσις, ἀναλαβοῦσα τὰ κάλλιστα· καὶ πρὸς τὸ πάντων κυριώτατον νενευκυῖα, τὴν εὐσέβειαν, ἀπλανεῖ κεχρημένη κανόνι, διοικεῖ τὴν προαίρεσιν.

Ἔχοντες ἡμεῖς πρὸς τὸ περιέργως τὰ θεῖα κατανοεῖν, ἑαυτοὺς ἐπεδώκαμεν εἰς τὸν προειρημένον ἄνδρα πρεσβείαν, καλοκαγαθίᾳ καὶ δόξῃ προτετιμημένον, ὑπό τε τῶν πολιτῶν καὶ τῶν ἄλλων· καὶ κεκτημένον μεγίστην ὠφέλειαν τοῖς σὺν ἑαυτῷ, καὶ τοῖς κατὰ τοὺς ἄλλους τόπους πολίταις, πρὸς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ θείου νόμου· διὰ τὸ γεγράφθαι παρ' αὐτοῖς ἐν διφθέραις ἑβραϊκοῖς γράμμασιν. ἣν δὴ καὶ ἐποιησάμεθα ἡμεῖς σπουδῇ, λαβόντες καιρὸν πρὸς τὸν βασιλέα περὶ τῶν μετοικισθέντων εἰς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ βασιλέως, πρώτως κεκτημένου τήν τε πόλιν, [3] καὶ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον παρειληφότος.

Ἄξιόν ἐστι καὶ ταῦτά σοι δηλῶσαι. πέπεισμαι γὰρ, σὲ μᾶλλον ἔχοντα πρόσκλισιν πρὸς τὴν σεμνότητα, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων διάθεσιν, τῶν κατὰ τὴν σεμνὴν νομοθεσίαν διεξαγόντων, περὶ ὧν προαιρούμεθα· δηλοῦντες μὲν ὥστε ἀκούσεσθαι, προσφάτως παραγεγενημένον ἐκ τῆς νήσου πρὸς ἡμᾶς, καὶ βουλόμενον ὑπακούειν ὅσα πρὸς ἐπισκευὴν ψυχῆς ὑπάρχει. καὶ πρότερον δὲ διεπεμψάμην σοὶ, περὶ ὧν ἐνόμιζον ἀξιομνημονεύτων εἶναι τὴν ἀναγραφήν· ἣν μετελάβομεν παρὰ τῶν κατὰ τὴν λογιωτάτην Αἴγυπτον, λογιωτάτων ἀρχιερέων παρὰ τοῦ γένους τῶν Ἰουδαίων. φιλομαθῶς γὰρ ἔχοντί σοι περὶ τῶν δυναμένων ὠφελῆσαι διάνοιαν, δέον μεταδιδόναι, μάλιστα μὲν πᾶσι τοῖς ὁμοίοις, πολλῷ δὲ μᾶλλον γνησίαν ἔχοντί σοι τὴν αἵρεσιν, οὐ μόνον κατὰ τὸ συγγενὲς ἀδελφῷ καθεστῶτι τὸν τρόπον, ἀλλὰ καὶ τῇ πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῇ τὸν αὐτὸν ὄντα ἡμῖν. χρυσοῦ γὰρ χάρις, ἢ κατασκευή τις ἄλλη τῶν τετιμημένων παρὰ τοῖς κενοδόξοις, ὠφέλειαν οὐκ ἔχει τὴν αὐτὴν, ὅσον ἡ παιδείας ἀγωγὴ, καὶ ἡ περὶ τούτων φροντίς. ἵνα δὲ μὴ περὶ τῶν προλεγομένων μηκύνοντες ἀδόλεσχόν τι ποιῶμεν, ἐπὶ τὸ συνεχὲς τῆς διηγήσεως ἐπανήξομεν.

Καταςαθεὶς [4] ἐπὶ τῆς τοῦ βασιλέως βιβλιοθή-

I. CUM, o Philocrates, nostra ad Eleazarum summum Judæorum sacerdotem profectio, & quæ apud ipsum agenda erant, memoratu sint digna, tuque magni hoc feceris, quia contigisset me præsentem sigillatim quæque cognoscere: ego dedi operam, ut de quibus & ob quam caussam missi fuissemus, plane exponerem tibi, qui semper sano animi tui judicio & proposito addiscere & assumere aliquid studes, vel ex historiis, vel ex negotiis & rebus ipsis vitæ. Ita enim informatur animus ad purum habitum, cum colligit optima, & in pietatem, rem omnium præstantissimam intentus, ea ut regula minime fallaci utitur in consiliis & actionibus suis gubernandis.

B II. Cum ergo essem animo prono ad res divinas accuratius cognoscendas, obtuli me legatum ad virum modo nominatum, virtute & fama præ aliis celebrem & apud suos cives & apud alios homines, quique apud se haberet rem valde utilem suis & aliarum terrarum civibus, quæ faceret ad interpretationem legis divinæ: propterea quod illa Hebraicis litteris perscripta in membranis, apud ipsos Judæos exstaret. Atque hanc quidem legationem studiose obivimus, ita ut inde acciperemus occasionem agendi cum rege de illis, qui ex Judæa in Ægyptum traducti erant a patre regis, qui primum & civitate potitus est, & Ægyptum occupavit.

III. Sunt quidem & hæc digna quæ tibi exponam,
C licet persuasum habeam magis invitare nos ad gravitatem & mores exponendos illorum hominum, qui secundum sanctas degunt leges: id quod est præcipue instituti nostri, ita tibi exponere, ut rem totam cognoscas: quoniam nuper ex insula ideo venisti ad nos ut scires omnia quæ essent utilia ad informationem animi. Misi autem & ante ad te illorum, quæ putarem scitu digna, commentarios, quos consecuti sumus in Ægypto litteratissima ab eruditissimis inter Judæos sacerdotibus. Cum enim tu magno tenearis studio eorum quæ menti prodesse possint, æquum est talia communicare valde quidem omnibus tui similibus, maxime autem tibi ingenuo, qui non so-
D lum sanguine & moribus es frater, sed etiam par virtutis æstimator. Neque enim auri gratia, neque decus illarum rerum quæ magni fiunt ab illis qui vana gloria ducuntur, tantum afferunt utilitatis, quantum doctrinæ & eruditionis cultura, & quæ in hæc confertur cura & opera. Sed ne protrahendo præfationem, incidamus in vitium garrulitatis, accedere volumus ad persequendam commemorationem susceptam.

IV. Demetrius ille Phalereus, cum esset præfectus

1. ΑΡΙΣΤΕΑΣ] Josephus, Epiphanius aliique, Ἀρισαῖος.
2. Ἐντυχίας] Cod. Vat. ἀτυχίας. FABRIC.
3. Καὶ τὰ κατὰ] Articulum omittunt edit. Basil. & Lips. Fabricii. Al. retinent cum cod. Vat.
4. Καταςαθεὶς] Ita Eusebius, qui hæc & sequentia recitat *Præpar. Evang.* lib. VIII. cap. II. Sic item cod. Vat. Al. κατασταχθεὶς. Perinde est, inquit Vigerus, qui mox

κης Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς, ἐχρηματίσθη πολλὰ διάφορα, πρὸς τὸ συναγαγεῖν, [1] εἰ δυνατὸν, ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην βιβλία· καὶ ποιούμενος ἀγορασμοὺς καὶ μεταγραφὰς, ἐπὶ τέλος ἤγαγεν ὅσον ἐφ' ἑαυτοῦ, τὴν τοῦ βασιλέως πρόθεσιν. [2] παρόντων γὰρ ἡμῶν ἐρωτηθεὶς, πόσαι τινὲς μυριάδες τυγχάνουσι βιβλίων; εἶπεν, [3] ὑπὲρ τὰς εἴκοσι, βασιλεῦ. [4] πληρώσω δὲ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πρὸς τὸ πληρωθῆναι πεντήκοντα μυριάδας τὰ λοιπά. [5] προσαγγέλλεται δέ μοι, καὶ τῶν Ἰουδαίων νόμιμα μεταγραφῆς ἄξια, καὶ τῆς παρά σοι βιβλιοθήκης εἶναι. τί τὸ κωλύον οὖν, εἶπεν, ἐστὶ, σὲ τοῦτο ποιῆσαι; πάντα γὰρ [6] ὑποτέτακταί σοι τὰ πρὸς τὴν χρείαν. ὁ δὲ Δημήτριος εἶπεν· ἑρμηνείας προσδεῖται. χαρακτῆρσι γὰρ ἰδίοις κατὰ τὴν Ἰουδαίαν χρῶνται, καθάπερ Αἰγύπτιοι [7] τῇ τῶν γραμμάτων θέσει, καθὸ καὶ φωνὴν ἰδίαν ἔχουσιν. ὑπολαμβάνονται Συριακῇ χρῆσθαι· τὸ δὲ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ ἕτερος τρόπος. μεταλαβὼν δὲ ἕκαστα ὁ βασιλεὺς, [8] εἶπε, γραφῆναι πρὸς τὸν ἀρχιερέα τῶν Ἰουδαίων, ὅπως τὰ προειρημένα τελείωσιν λάβωσι.

Νομίσας δὲ ἐγὼ καιρὸν εἶναι, περὶ ὧν πολλάκις ἠξιώκειν Σωσίβιόν τε τὸν Ταραντῖνον, καὶ Ἀνδρέαν, τοὺς ἀρχισωματοφύλακας, περὶ τῆς ἀπολυτρώσεως τῶν μετηγμένων ἐκ τῆς Ἰουδαίας ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ βασιλέως. ἐκεῖνος γὰρ ἐπελθὼν τὰ κατὰ κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην ἅπαντα, συγχρώμενος εὐημερίᾳ μετὰ ἀνδρείας, τοὺς μὲν μετῴκισεν, τοὺς δὲ ᾐχμαλώτιζε, φόβῳ ἅπαντα ὑποχείρια ποιούμενος· ἐν ὅσῳ καὶ πρὸς δέκα μυριάδας ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων χώρας εἰς Αἴγυπτον μετήγαγεν· ἀφ' ὧν ὡσεὶ τρεῖς μυριάδας καθοπλίσας ἀνδρῶν ἐκλεκτῶν, εἰς τὴν χώραν κατῴκισεν ἐν τοῖς φρουρίοις. ἤδη μὲν καὶ πρότερον ἱκανῶν εἰσεληλυθότων σὺν τῷ Πέρσῃ, καὶ πρὸ τούτων ἑτέρων συμμαχιῶν ἐξαπεσταλμένων πρὸς τὸν τῶν Αἰθιόπων βασιλέα μάχεσθαι σὺν Ψαμμητίχῳ· ἀλλ' οὐ τοσοῦτοι πλήθει παρεγενήθησαν, ὅσους Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Λάγου μετήγαγε.

Καθὼς δὲ προείπομεν, ἐπιλέξας τοὺς ἀρίστους ταῖς ἡλικίαις, καὶ ῥώμῃ διαφέροντας, καθώπλισεν· τὸ δὲ λοιπὸν χῦμα πρεσβυτέρων καὶ νεωτέρων, ἔτι δὲ γυναικῶν, εἴασεν εἰς τὴν οἰκετίαν, οὐχ οὕτως τῇ προαιρέσει κατὰ ψυχὴν ἔχων, ὡς κατακρατούμενος ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν, δι' ἃς ἐπεποίηντο χρείας ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἀγῶσιν. ἡμεῖς δὲ ἐπεί τινα περιαίρεσιν εἰς τὴν ἀπόλυσιν αὐτῶν ἀπελάβομεν, καθὼς προδεδήλωται, τοιούτοις ἐχρησάμεθα λόγοις πρὸς τὸν βασιλέα.

Μήποτε [9] ἄλογον ᾖ, ἐλέγχεσθαι ὑπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὦ βασιλεῦ. τῆς γὰρ νομοθεσίας κειμένης πᾶσι τοῖς Ἰουδαίοις, ἣν ἡμεῖς οὐ μόνον μεταγράψαι ἐπινοοῦμεν, ἀλλὰ καὶ διερμηνεῦσαι· τίνα λόγον ἕξομεν πρὸς ἀποστολὴν ἐν οἰκετείαις ὑπερχόν-

regiæ bibliothecæ, diligenti studio multa & varia impendit, ad colligendos, si quo modo fieri posset, omnes in mundo libros: nam & emtionibus & descriptionibus librorum a se procuratis studuit, quantum in se esset, regis perficere voluntatem. Ex quo præsentibus nobis interrogatus, quot jam myriades librorum adessent, respondit: Adsunt, rex, ultra viginti: sed brevi efficiam, ut reliquis adimpleantur myriades quinquaginta. Nam narratur mihi, Judæorum etiam leges dignas esse quæ describantur, & in tuam bibliothecam seponantur. Tum rex: Quid ergo est, inquit, quod te prohibet facere hoc? nam tibi omnia quæ ad hujus rei procurationem faciunt, sunt commissa. Ad hæc Demetrius respondit: Indigent interpretatione leges illæ. Nam Judæi in sua regione, perinde ut Ægyptii litterarum dispositione, ita illi characteribus propriis utuntur juxta pronuntiationem quam propriam habent. Putatur a nonnullis illa esse Syriaca, quod non ita est: verum est ejus alia ratio & forma. Rex his acceptis, dixit se scripturum ad summum Judæorum sacerdotem, ut quæ exposita essent, perficerentur.

V. Heic ego sum ratus adesse tempus agendi illa, de quibus sæpe ante Sosibium Tarentinum & Andream, primores regis custodes, allocutus fueram, ut liberarentur illi, qui a patre regis traducti ex Judæa fuerant. Nam ille adortus partes cavæ Syriæ & Phœniciæ, cum & viribus præstaret, & ubique fortunam haberet faventem, alios in colonias traducebat, alios captos abducebat: passimque terrore injecto ita subegerat omnia, ut ad decem myriades ex Judæa in Ægyptum traduceret: ex quibus circiter tres myriades electos & armis instructos viros assumsit in regionem, ut in præsidiis ipsius degerent. Sed ante quoque satis multi pervenerant in regionem cum rege Persarum; & ante hos alii ut auxiliarii missi erant ad Psammetichum, quocum pugnarent adversus regem Æthiopum: verum illi non tot multitudine erant, quot secum adduxerat Ptolemæus ille Lagi filius.

VI. Quemadmodum autem prius diximus, electos præstantissimos, qui & ætate & robore præstarent, armis instruxit: reliquam vero turbam seniorum & juniorum, ac mulierum etiam, concessit militibus in servitutem, non tam sponte & consilio suo, quam exoratus ab illis, ad usus & necessaria in belli rebus ministeria. Nos ergo postquam nacti essemus quamdam ansam ad liberandos eos, talibus usi sumus verbis ad regem.

VII. Vide ne sit absurdum, te, rex, redargui ex rebus ipsis. Nam cum ad omnes Judæos pertineant leges illæ, quas cupimus non solum describere, sed & interpretari: quam rationem habebimus mittendi ad illos, legatos, dum tam multi Judæorum servituti

ad vocem διάφορα hæc adnotat: „ Hesychius, τὸ διάφορον „ explicat, non tantum ἀμφίλεκτον, sed etiam ἀνάλωμα „ διάφορον: quæ vera hoc loco est hujus verbi significa„ tio. " Ad Hesychii autem locum quod attinet, plura scitu digna collegit Joannes Alberti V. Cl. in sua præstanti Hesychii editione.

1. Εἰ δυνατόν] Hæc omittit Eusebius, ipsi fortasse restituenda. Habet Josephus *Antiq. Jud.* lib. XII. cap. II. §. 1.

2. Παρ. γάρ] Euseb. παρ. οὖν.

3. Ὑπὲρ τὰς εἴκοσι] Sic & Eusebius. Prope accedit Josephus, περὶ εἴκοσι. At aliter Epiphanius lib. *de Mensuris* cap. IX. ἤδη μέν εἰσι μυριάδες πέντε βιβλίων, καὶ τετρακισχίλιαι ὀκτακόσιαι, πλεῖον ἢ ἔλαττον: *Quinquaginta jam & quatuor librorum millia cum octingentis plus minus*. Sed Aristeæ, cum Josepho & Eusebio hærendum esse statuit doctus Vigerus.

4. Πληρώσω — χρόνῳ] Rectius apud Eusebium, σπεύσω δ' ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ.

5. Προσαγγέλλεται — καὶ τῶν Ἰουδ.] Euseb. προσήγγελται καὶ τὰ τῶν Ἰουδ. Josephus quoque articulum agnoscit scribens, τῶν παρ' αὐτοῖς [Ἰουδαίοις] νομίμων συγγράμματα.

6. Ὑποτέτακται] Euseb. ἀποτέτακται.

7. Αἰγύπτιοι] Observat Fabricius, heic finem periodi facere Isaacum Vossium. Sic namque interpretatur: *Quemadmodum enim in Ægypto, sic quoque in Judæa peculiaribus utuntur characteribus. Si linguam & vocem illorum spectes, videntur litteris & scriptura Syriaca uti. Hoc vero minime sic est, quum alia sit ratio & forma*. Verum aliter contextus suadere videtur. Interpreti nostro consentit in suo Eusebio Vigerus.

8. Εἶπε γραφῆναι] Josephus tantum γράφει. Sed vult opinor Aristeas, hoc Demetrio mandatum esse, uti regis nomine ad summum pontificem scriberet. Infra §. XV. ἐκέλευσε γραφῆναι. VIGERUS. — Mox apud Eusebium λάβῃ pro λάβωσι.

9. Μήποτε κ. τ. λ.] Hæc paullo aliter recitat Josephus *Antiq. Jud.* lib. XII. cap. II. §. 2. & seq.

των ἐν τῇ σῇ βασιλείᾳ πληθῶν ἱκανῶν; ἀλλὰ τελείᾳ καὶ πλουσίᾳ ψυχῇ ἀπόλυσον τοὺς συνεχομένους ἐν ταλαιπωρίαις, καταθυμιοῦντός σου τὴν βασιλείαν τοῦ τεθεικότος αὐτοῖς Θεοῦ τὸν νόμον, καθὼς περιείργασμαι. τὸν γὰρ πάντων ἐπόπτην καὶ κτίστην Θεὸν οὗτοι σέβονται, ὃν καὶ πάντες, ἡμεῖς δὲ μάλιστα, προσονομάζοντες ἑτέρως ΖΗΝΑ. καὶ διὰ τοῦτο δ' οὐκ ἀνοικείως οἱ πρῶτοι διεσήμαναν, δι' ὃν ζωοποιοῦνται τὰ πάντα, καὶ γίγνεται, οὗτον ἁπάντων ἡγεῖσθαί τε καὶ κυριεύειν. ὑπερηρκὼς δὲ σύμπαντας ἀνθρώπους τῇ λαμπρότητι τῆς ψυχῆς, ἀπόλυσιν ποίησαι τῶν ἐνεχομένων ταῖς οἰκετίαις.

Οὐδὲ πολὺν χρόνον ἐπισχὼν, καὶ ἡμῶν κατὰ ψυχὴν πρὸς τὸν Θεὸν εὐχομένων, τὴν διάνοιαν αὐτοῦ κατασκευάσαι πρὸς τὸ τοὺς ἅπαντας ἀπολυθῆναι. κτίσμα γὰρ ὂν Θεοῦ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ μεταλλοιοῦται καὶ τρέπεται πάλιν ὑπ' αὐτοῦ. διὸ πολλαχῶς καὶ ποικίλως ἐπεκαλούμην τὸν κυριεύοντα κατὰ καρδίαν, ἵνα συναναγκασθῇ, καθὼς ἠξίουν, ἐπιτελέσαι. μεγάλην γὰρ εἶχον ἐλπίδα περὶ σωτηρίας ἀνθρώπων, προτιθέμενος λόγον, ὅτι τὴν ἐπιτέλειαν ὁ Θεὸς ποιήσει τῶν ἀξιουμένων· ὃ γὰρ πρὸς δικαιοσύνην καὶ καλῶν ἔργων ἐπιμέλειαν ἐν ὁσιότητι νομίζουσιν ἄνθρωποι ποιεῖν, κατευθύνει τὰς πράξεις καὶ τὰς ἐπιβολὰς ὁ κυριεύων ἁπάντων Θεός.

Ο δὲ διανακύψας, καὶ προσβλέψας ἱλαρῷ τῷ προσώπῳ, πόσας ὑπολαμβάνεις ἔσεσθαι μυριάδας; ἔφη. παρεστὼς δὲ Ανδρέας ἀπεφήνατο· βραχεῖ πλεῖον μυριάδων δέκα. ὁ δὲ, μικρόν γε, εἶπεν; Αριστέας ἡμᾶς ἀξιοῖ πρᾶγμα. Σωσίβιος δὲ, καί τῶν παρόντων τινὲς, τοῦτο εἶπον· καὶ γὰρ ἄξιόν ἐστι τῆς σῆς μεγαλοψυχίας, ὅπως χαριστήριον ἀναθῇ τῷ μεγίστῳ Θεῷ, τὴν τούτων ἀπόλυσιν. μεγίστως γὰρ τετιμημένος ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος τὰ πάντα, καὶ δεδοξασμένος ὑπὲρ τοὺς προγόνους, εἰ καὶ μέγιστα ποιήσεις χαριστήρια, καθῆκόν ἐστί σοι.

Διαχυθεὶς δὲ εὖ μάλα τοῖς ὀψωνίοις, εἶπε προσθεῖναι, καὶ σώματος ἑκάστου κομίζεσθαι δραχμὰς [1] εἴκοσι, καὶ περὶ τούτων ἐκθεῖναι πρόσταγμα· τὰς δὲ ἀπογραφὰς ποιεῖσθαι παρ' αὐτὰ μεγαλείως χρησάμενος τῇ προθυμίᾳ, τοῦ Θεοῦ τὴν πᾶσαν ἐπιτελέσαντος ἡμῶν προαίρεσιν, καὶ συναναγκάσαντος αὐτὸν ἀπολυτρῶσαι μὴ μόνον τοὺς συνεληλυθότας τῷ στρατοπέδῳ τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ εἴ τινες προῆσαν, ἢ μετὰ ταῦτα [2] παρήχθησαν εἰς τὴν βασιλείαν. ὑπὲρ τὰ τετρακόσια τάλαντα τὴν δόσιν ἀπέφαινον εἶναι. καὶ τοῦ προστάγματος δὲ τὸ ἀντίγραφον οὐκ ἄχρηστον, οἴομαι, κατακεχωρίσθαι. πολλῷ γὰρ ἡ μεγαλομερία φανερωτέρα καὶ εὔδηλος ἔσται τοῦ βασιλέως, τοῦ Θεοῦ κατισχύοντος αὐτὸν, εἰς τὸ σωτηρίαν γενέσθαι πλήθεσιν ἱκανοῖς. ἦν δὲ τοιοῦτο τοῦ βασιλέως πρόταγμα.

Οσοι τῶν συνεστρατευμένων τῷ πατρὶ ἡμῶν εἰς τοὺς κατὰ Συρίαν καὶ Φοινίκην τόπους, ἐπελθόντες τῇ τῶν Ιουδαίων χώρᾳ, ἐγκρατεῖς ἐγένοντο σωμάτων Ιουδαϊκῶν, καὶ ταῦτα διακεκομίκασιν ἔς τε τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν, καὶ πεπράκασιν ἑτέροις· ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τινες προῆσαν, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα εἰσὶν εἰσηγμένοι, τῶν τοιούτων ἀπολύειν παραχρῆμα τοὺς ἔχοντας, κομιζομένους αὐτίκα ἑκάστου σώματος τοὺς ἔχοντας δραχμὰς εἴκοσι· τοὺς μὲν στρατιώτας τῇ τῶν ὀψωνίων δόσει, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπὸ τῆς βασιλικῆς τραπέζης. νομίζομεν γὰρ καὶ παρὰ

A obnoxii sunt in regno tuo? Quin age, animi voluntate perfecta & generosa libera eos, qui in ærumnis detinentur: præsertim cum idem Deus qui ipsis legem dedit, te tuumque regnum feliciter gubernet, quemadmodum hoc ego diligenter perpendi. Nam illi Deum omnium inspectorem & creatorem colunt, quem etiam alii omnes homines, & nos in primis, sed nominantes aliter, vocamus Ζῆνα: qua & ipsa voce majores non incommode significarunt, eum esse omnium gubernatorem & Dominum, per quem omnia vivificarentur & fierent. Tu ergo, qui omnes homines superas magnificentia & splendore animi, libera eos qui detinentur in servitute.

VIII. Nec vero ille ita diu suspensus mansit, cum
B nos etiam in animo ad Deum preces funderemus, ut mentem ipsius præpararet ad liberandos universos illos. Cum enim genus humanum sit Dei creatura, nimirum id pro voluntate ipsius & transformatur & flectitur. Itaque multis & variis precibus in corde meo invocabam Deum omnia administrantem, ut permoveretur rex ad perficienda illa quæ petieram. Ac conceperam de salute illorum hominum magnam spem, ex hac ratione persuasionis meæ de voluntate Dei ad perficienda vota mea: quia quæ homines constituant in sanctitate animi facere ad justitiæ & bonorum operum industriam & procurationem, ad ea Deus omnia gubernans, actiones & conatus ipsorum feliciter dirigat atque promoveat.

IX. Tum ergo ille erecto capite & hilari vultu me
C aspexit, & dixit: Quot putas fore myriades? Ibi Andreas, qui prope adstabat, respondit, paullo plus fore quam decem myriades. Tum ille: rem parvam, inquit, a nobis petit Aristeas. Tum Sosibius & nonnulli alii qui aderant, dicebant: At dignum est tua magnanimitate, ut summo Deo offeras istorum liberationem, munus animi pii & grati. Nam cum a Deo omnium gubernatore ad maximos sis evectus honores, & gloria insignis supra majores tuos: convenit tibi, ut etiam maxima exhibeas munera, ad declarationem gratitudinis tuæ.

X. Hinc ille sub mensa, cum bene esset exhilaratus convivio, dixit se hoc etiam velle adjicere, ut pro singulis corporibus, illi qui ea habeant, viginti ac-
D cipiant drachmas: & hac de re promulgetur edictum; idque statim fiat, & simul perscripta omnia diligenter annotentur. Ita insigni usus est animi promtitudine, Deo omnia quæ cupiebamus peragente, & impellente ipsum ad redimendos non illos tantum qui cum patris exercitu advenerant, sed illos etiam si qui ante aderant, aut postea in regnum fuerant adducti. Expensas autem referebant factas ultra QUADRINGENTA TALENTA. Ipsius etiam edicti exemplum non incommode, ut puto, est a me separatim expositum. Nam ita regis magnificentia fiet multo splendidior & illustrior, ad quam Deus confirmabat & impellebat ipsum, ad hoc ut contingeret salus multis hominum cœtibus. Tale autem erat edictum ex mandato regis conscriptum.

XI. QUICUMQUE militantes cum patre nostro in
E regionibus Syriæ & Phœniciæ, adorti terram Judæam obtinuerunt corpora Judaica, & ea secum perduxerunt huc in civitatem aut regionem, aut etiam aliis vendiderunt: similiter si qui vel ante aderant, vel postea sunt huc adducti ex Judæis, volumus, ut qui eos habent, illico dimittant a se liberos, & accipiant statim pro singulis corporibus drachmas viginti, milites quidem in distributione stipendiorum, alii vero de mensa regia. Nam arbitramur illos neque ex patris nostri voluntate, neque ut de-

1. Εἴκοσι] Josephus l. c. §. 3. ἱκανῶν εἴκοσι. Sic & paullo post, iterum atque iterum. Sed lectio Aristeana verisimilior videtur Cl. Hudsono, qui nos remittit ad Usserium in *Annal. Vet. Test.* ad A. M. 3727.

2. Παρήχθησαν] Josephus ἐπεισήχθησαν. Fabricius legit παρεισήχθησαν. Vide infra §. XII.

τὴν τοῦ πατρὸς ἡμῶν βούλησιν , καὶ παρὰ τὸ καλῶς A ἔχον , ᾐχμαλωτίσθαι τούτους · διὰ δὲ τὴν στρατιωτικὴν προπέτειαν , τήν τε χώραν αὐτῶν κατεφθάρθαι , καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων μεταγωγὴν εἰς τὴν Αἴγυπτον γεγονέναι . ἱκανὴ γὰρ ἦν ἡ παρὰ τὸ πεδίον γεγονυῖα ἐκ τῶν στρατιωτῶν ὠφέλεια · διὸ παντελῶς ἀνεπιεικής ἐστι καὶ ἡ τῶν ἀνθρώπων καταδυναστεία . πᾶσιν οὖν ἀνθρώποις τὸ δίκαιον ἀπονέμειν ὁμολογούμενοι , πολλῷ δὲ μᾶλλον τοῖς ἀλόγως καταδυναστευομένοις · καὶ κατὰ πᾶν ἐκζητοῦντες τὸ καλῶς ἔχον , πρός τε τὸ δίκαιον καὶ τὴν κατὰ πάντων εὐσέβειαν · προστετάχαμεν , ὅσα τῶν Ἰουδαϊκῶν ἐστι σωμάτων ἐν οἰκετίαις , παντὶ , καὶ καθ᾽ ὃν τιν᾽ οὖν τρόπον ἐν τῇ βασιλείᾳ , κομιζομένους τοὺς ἔχοντας τὸ προκείμενον κεφάλαιον ἀπολύειν , καὶ μη- B δένα κακοσχόλως περὶ τούτων μηδὲν οἰκονομεῖν . τὰς δὲ ἀπογραφὰς ἐν ἡμέραις τρισὶν , ἀφ᾽ ἧς ἡμέρας ἔκκειται τὸ πρόσταγμα , ποιεῖσθαι πρὸς τοὺς κατεσταλμένους περὶ τούτων καταδεικνύντας εὐθὺ καὶ τὰ σώματα . διειλήφαμεν γὰρ , ἡμῖν συμφέρειν , καὶ τοῖς πράγμασι τούτων , ἐπιτελεσθῆναι . τὸν δὲ βουλόμενον προσαγγέλλειν περὶ τῶν ἀπειθησάντων , [1] ἐπὶ τοῦ φανέντος ἐνόχου τὴν κυρίαν ἕξειν · τὰ δὲ ὑπάρχοντα τῶν τοιούτων , εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληφθήσεται .

Εἰσδοθέντος δὲ τοῦ προστάγματος , ὅπως ἐπαναγνωσθῇ τῷ βασιλεῖ , τὰ ἄλλα πάντα ἔχοντος , πλὴν τοῦ , καὶ εἴ τινες προῆσαν , ἢ καὶ μετὰ ταῦτα εἰσὶν εἰσηγμένοι τῶν τοιούτων · αὐτὸ τοῦτο ὁ βασιλεὺς C προσέθηκε , μεγαλομερείᾳ καὶ μεγαλοψυχίᾳ χρησάμενος , ἐκέλευσέ τε τῶν διαφόρων δόσιν ἀθρόαν οὖσαν ἀπομερίσαι τοῖς ὑπηρέταις τῶν [2] πραγμάτων , καὶ βασιλικοῖς τραπεζίταις . οὕτω δοχθὲν ἐκεκύρωτο ἐν ἡμέραις ἑπτά · πλείων δὲ ταλάντων [3] ἑξακοσίων ἑξήκοντα ἡ δόσις ἐγεγόνει . πολλὰ γὰρ καὶ τῶν ἐπιμαστιδίων τέκνων , σὺν ταῖς μητράσιν ἠλευθεροῦντο . προσανενεχθέντος δὲ , εἰ καὶ περὶ τούτων εἴκοσι δραχμαὶ δοθήσεται · καὶ τοῦτ᾽ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς ποιεῖν , ὁλοσχερῶς περὶ τοῦ δόξαντος ἅπαντα ἐπιτελῶν .

[4] Ὡς δὲ κατεπράχθη ταῦτα , τὸν Δημήτριον ἐκέλευσεν [5] εἰσδοῦναι περὶ τῆς τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων ἀντιγραφῆς . πάντα γὰρ διὰ προσταγμά- D των καὶ μεγάλης [6] ἀσφαλείας τοῖς βασιλεῦσι τούτοις διῳκεῖτο , οὐδὲν ἀπερριμμένως , οὐδὲ εἰκῇ . διόπερ καὶ τὰ τῆς εἰσδόσεως , καὶ τὰ τῶν ἐπιστολῶν ἀντίγραφα κατακεχώρικα , καὶ τὸ τῶν ἀπεσταλμένων πλῆθος , καὶ τὴν ἑκάστου κατασκευὴν , διὰ τὸ [7] μεγαλομερείᾳ καὶ τέχνῃ διαφέρειν ἕκαστον αὐτῶν , τῆς δὲ εἰσδόσεώς ἐστιν ἀντίγραφον τόδε .

[8] Βασιλεῖ μεγάλῳ παρὰ Δημητρίου .

Προστάξαντός σου , βασιλεῦ , περὶ τῶν ἀπολιπόντων εἰς τὴν συμπλήρωσιν τῆς βιβλιοθήκης βιβλίων , ὅπως ἐπισυναχθῇ , καὶ [9] τὰ διαπεπτωκό- E

cet & æquum eſt captos fuiſſe : ſed ex militari impetu & regionem vaſtatam , & Judæorum in Ægyptum traductionem factam . Nam quod commodi contigit ex auxilio militum regionis , hoc ſatis magnum fuit : quia vero homines etiam ipſi ſunt captivi abducti , hoc eſt omnino iniquum. Cum ergo conſtitutum habeamus reddere omnibus hominibus jus ſuum , & multo magis illis qui ſine ratione ſunt ſub imperio alieno : cumque ubique & in omni negotio eligamus quod rectum ſit ratione & juſtitiæ & pietatis : ideo mandavimus , ut quotquot cuique Judæorum corpora ſint obnoxia ſervituti , aut quocumque alio modo in regno detineantur noſtro , qui habeant illa apud ſe , pro pretio a nobis inſtituto ea dimittant libera , neque quiſquam heic callide aliquam fraudem uſurpet. Intra triduum vero poſt hoc edictum publicatum , omnes profiteantur numerum ſuorum apud præfectos huic negotio , & ſimul ſtatim exhibeant corpora ipſa . Nam ut hæc ita fierent , in noſtra conſiderata deliberatione invenimus & nobis & negotio ipſi conducere . Qui autem volet aliquem ex contumacibus deferre , ille in deprehenſum jus & poteſtatem habebit plenam , bona vero talium recipientur in fiſcum regium.

XII. Oblato hoc edicto, ut regi prælegeretur, cum id omnia complecteretur , hoc excepto, ET SI QUI VEL ANTE ADERANT , VEL POSTEA SUNT ADDUCTI EX JUDÆA : hoc rex, ex ſua munificentia & magnanimitate adjecit ; juſſitque ſolutionem , ut quæ multiplex & cumulata eſſet futura, partiri & diſtribuere inter miniſtros mandatorum & regios nummularios. Atque ita hoc negotium decretum , intra ſeptem dies fuit confirmatum & abſolutum auctoritate regia. Summa autem muneris erat ultra SEXCENTA ET SEXAGINTA TALENTA . Nam multi etiam lactantes pueri , una cum matribus redimebantur. De quo & ipſo cum eſſet ad regem delatum , num & pro iſtis eſſent viginti drachmæ pendendæ : rex hoc etiam facere juſſit, cum plene & integre omnia in re decreta perficere ſtuderet.

XIII. His peractis, Demetrium juſſit ſcripto comprehenſo ſententiam ſuam offerre , de libris Judæorum deſcribendis. Nam nihil inconſiderate & temere, ſed omnia ex mandato & cum magna diligentia adminiſtrantur apud hos reges. Ex quo mihi viſum fuit ſeparatim exponere & eorum quæ fuerunt regi exhibita, & epiſtolarum exempla: ad hæc, & numerum & apparatum eorum quæ fuerunt dono miſſa Eleazaro , propterea quod eorum quodque excellebat & munificentia & arte . Ad hunc autem modum Demetrius ſententiam ſuam regi expoſuit.

Regi magno Demetrius.

XIV. Cum, rex, mandaveris mihi , ut qui deeſſent bibliothecæ tuæ libri , eos curarem ad eam complendam conquiſitos colligi : & ſimul ſi quid detrimenti

1. Ἐπί] Ita reſcripſimus , Hodium & Vandalium ſecuti : quod monuit etiam Fabricius. Al. edit. ἔφη.
2. Πραγμάτων] Sic & Joſephus. Editi nonnulli cum cod. Vat. ταγμάτων.
3. Ταλάντων κ. τ. λ.] Apud Joſephum ὑπὲρ ἑξήκοντα καὶ τετρακόσια.
4. Ὡς δὲ κατ.] Iſta exſcribit Euſebius *Præpar. Evangel.* lib. VIII. cap. II. ſub finem , & capp. III. ſeqq.
5. Εἰσδοῦναι] Euſebius ἐκδοῦναι. Et paullo poſt , ἀναγραφῆς pro ἀντιγραφῆς. Ita quoque Joſephus.
6. Ἀσφαλείας] Apud Euſeb. ἀκριβείας. Mox ἀπερριμμένως —— ἐκδόσεως. Hudſonus item ex codd. mſs. & Euſebio vocem ἐκδόσεως heic & paullo inferius Joſepho ſuo reſtituit.
7. Μεγαλομερείᾳ] Sic Euſebius. Editi ante Oxonienſem, μεγαλομοιρίᾳ. Cui quidem lectioni Euſebianam præfert Vigerus : nam & Heſychius μεγαλομερῶς exponit μεγάλως.
8. Βασιλεῖ κ. τ. λ.] Epiſtolæ inſcriptionem a præcedentibus ſejunximus, Euſebii exemplaria ſecuti. Al. aliter. Mox ibidem ἀπολειφθέντων. Joſephus , ἔτι λειπόντων : quod rectius videtur Vigero.
9. Τὰ διαπεπτ.] Joſephus : περὶ τῶν διαπεπτωκότων, ὅπως τῆς δεούσης ἐπιμελείας τύχῃ. Elige. Tantum vereor, ne apud Joſephum idem bis dicatur : quum apud Ariſteam & Euſebium , τὰ διαπεπτωκότα ſignificare videantur partes aliquas , quæ ad comparatorum voluminum integritatem deeſſent , quomodocumque tandem excidiſſent. Unde ſequitur , τύχῃ τῆς προσηκούσης ἐπισκευῆς : quibus verbis juberi exiſtimo , ut ἐλλείμματα iſta ſtudioſe ac diligenter expleantur. Sed Joſephus in ſequentibus , Ariſteæ verba ſæpe mutat , tametſi a ſententia vix recedat. VIGERUS .---- Paullo poſt apud Euſebium hæc ita diſtinguuntur : προσαναφέρω σοι. τὰ δὲ τοῦ νόμου κ. τ. λ. Neque aliter eadem accepiſſe videtur Joſephus. Sic enim ibi : δηλῶ σοι τὰ τῆς Ἰουδαίων νομοθεσίας.

τα τύχῃ τῆς προσηκούσης ἐπισκευῆς· πεποιημένος οὐ παρέργως τὴν ἐν τούτοις ἐπιμέλειαν, προσαναφέρω σοὶ τάδε· τοῦ νόμου τῶν Ιουδαίων βιβλία σὺν ἑτέροις ὀλίγοις τισὶν ἀπολείπει. τυγχάνει γὰρ Εβραϊκοῖς γράμμασι καὶ φωνῇ λεγόμενα· [1] ἀμελέστερον δὲ, καὶ οὐχ ὡς ὑπάρχει, σεσήμανται, καθὼς ὑπὸ τῶν εἰδότων προσαναφέρεται, προνοίας γὰρ βασιλικῆς οὐ [2] τέτευχε. δέον δέ ἐστι, καὶ ταῦτα ὑπάρχειν παρά σοι διηκριβωμένα, διὰ τὸ καὶ φιλοσοφωτέραν εἶναι, καὶ ἀκέραιον τὴν νομοθεσίαν ταύτην, ὡς ἂν οὖσαν θείαν. διὸ πόῤῥω γεγόνασιν οἵ τε συγγραφεῖς καὶ ποιηταὶ, καὶ τὸ τῶν ἱστορικῶν πλῆθος, τῆς ἐπιμνήσεως τῶν προειρημένων βιβλίων, καὶ τῶν κατ' αὐτὰ πεπολιτευμένων καὶ πολιτευομένων ἀνδρῶν, διὰ τὸ ἁγνήν τινα καὶ σεμνὴν εἶναι τὴν ἐν τούτοις θεωρίαν, ὥς φησιν Εκαταῖος ὁ Αβδηρίτης. ἐὰν οὖν [3] φαίνεται, βασιλεῦ, γραφήσεται πρὸς τὸν ἀρχιερέα τὸν ἐν Ιεροσολύμοις, ἀποστεῖλαι τοὺς μάλιστα καλῶς βεβιωκότας καὶ πρεσβυτέρους ὄντας ἄνδρας, ἐμπείρους τῶν κατὰ τὸν νόμον τὸν ἑαυτῶν, ἐφ' ἑκάστης φυλῆς ἕξ, ὅπως τὸ σύμφωνον ἐκ τῶν πλειόνων ἐξετάσαντες, καὶ λαβόντες τὸ κατὰ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβὲς, ἀξίως καὶ τῶν πραγμάτων, καὶ τῆς σῆς προαιρέσεως θῶμεν εὐσήμως. εὐτύχει διὰ παντός.

Τῆς δὲ [4] εἰσόδου ταύτης γενομένης, ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς γραφῆναι πρὸς τὸν Ελεάζαρον περὶ τούτων, σημάναντα καὶ τὴν γενομένην ἀπολύτρωσιν τῶν αἰχμαλώτων· ἔδωκε δὲ καὶ εἰς κατασκευὴν κρατήρων, καὶ φιαλῶν, καὶ τραπέζης, καὶ σπονδείων, χρυσίου μὲν ὁλκῆς τάλαντα πεντήκοντα, καὶ ἀργυρίου τάλαντα ἑβδομήκοντα, καὶ λίθων ἱκανόν τι πλῆθος. ἐκέλευσε δὲ, τοὺς [5] ῥισκοφύλακας τοῖς τεχνίταις, ὧν ἂν προαιρῶνται τὴν ἐκλογὴν διδόναι, καὶ νομίσματος εἰς θυσίας καὶ ἄλλα πρὸς τάλαντα ἑκατόν. δηλώσομεν δέ σοι περὶ τῆς κατασκευῆς, ὡς ἂν τὰ τῶν ἐπιστολῶν ἀντίγραφα διέλθωμεν. ἦν δὲ ἡ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴ τὸν τύπον ἔχουσα τοῦτον.

cepiſſent, illos ad modum convenientem reficerem: hactenus non ſegnem in hac re operam navans, de his ad te refero. Legum Judaicarum libri cum paucis quibuſdam aliis deſunt. Conſtant enim litteris Hebraicis; ſed negligentius, nec ita ut ſe habent (ut ab intelligentibus perhibetur) conſcripti, quia non contigit illis regii animi cura. Rectum autem fuerit, & hos libros accurate elaboratos extare inter tuos: quia hæ leges & ſapientiores & ſanctiores ſunt aliis, ut quæ ſunt divinæ. Hinc enim cum alii Scriptores & Poetæ, tum Hiſtorici omnes abſtinuerunt a mentione librorum iſtorum, & virorum illorum qui ſecundum leges has adminiſtrarunt & adminiſtrant rempublicam: quia, ut Hecatæus Abderites aſſerit, plane ſanctam quamdam & venerandam contineant in ſe ſententiam & contemplationem. Si ergo viſum fuerit tibi rex, ſcribetur ad principem ſacerdotum Hieroſolymis, ut mittat ad te ex quaque tribu ſex viros maxime honeſtate vitæ, ſenio & prudentia legum ſuarum præſtantes, ut ita ex pluribus per diligentem examinationem nacti conſentientem & accuratam interpretationem, hos libros præclare, ut & rei ipſius & tuæ voluntatis dignitas poſtulat, recondamus. Sis felix perpetuo.

XV. Facto hoc initio, rex juſſit ad Eleazarum iſtis de rebus ſcribi, & indicari redemtionem captivorum factam. Ac exhibuit ad confectionem craterarum, phialarum, menſæ & vaſorum libationum, de auro quinquaginta pondo talentorum, de argento autem ſeptuaginta, & lapidum pretioſorum ingentem numerum. Juſſit præterea, fiſci præfectos facere artificibus copiam eligendi quæ vellent, & de pecunia expendere ad ſacrificia & res alias ad talenta centum. Sed exponemus tibi etiam, quomodo ſingula fuerunt confecta, ubi epiſtolam regiam percurrerimus, quæ ad hunc modum conſcripta fuit.

Βασιλεὺς [6] Πτολεμαῖος Ελεαζάρῳ ἀρχιερεῖ χαίρειν καὶ ἐῤῥῶσθαι.

Ἐπεὶ συμβαίνει, πλείονας τῶν Ιουδαίων εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν κατοικεῖσθαι, γενηθέντας [7] ἀνασπάστους ἐκ τῶν Ιεροσολύμων ὑπὸ Περσῶν, καθ' ὃν ἐπεκράτουν χρόνον· ἔτι δὲ καὶ συνεληλυθέναι τῷ πατρὶ ἡμῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον αἰχμαλώτους, ἀφ' ὧν πλείονας εἰς τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα κατεχώρισεν ἐπὶ μείζοσι μισθοφορίαις· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς [8] προόντας κρίνας πλείστους, φρούρια κτίσας ἀπέδωκεν αὐτοῖς, ὅπως τὸ τῶν Αἰγυπτίων ἔθνος [9] φό-

Rex Ptolemæus Eleazaro ſummo ſacerdotum gaudium & ſalutem precatur.

XVI. Quoniam evenit, ut multi ex Judæis incolerent regionem noſtram, quorum alii Hieroſolymis abducti ſunt a Perſis tum temporis, cum illi potirentur rerum: alii cum patre noſtro capti in regionem noſtram pervenerunt, ex quibus illi multos ſelectos in exercitum & ad militiæ uſum ſtipendiis amplioribus recepit: & quia illos priores judicabat plurimos eſſe, his loca ad præſidia munita commiſit, ne Ægypti populus ſibi ab illis timeret: Nos etiam conſecuti

1. Αμελέστερον κ. τ. λ.] Vim hujus loci non videntur interpretes penitus aſſecuti. Recte Fabricius *Bibl. Græc.* tom. II. p. 316. *Conſtant enim litteris linguaque Hebraica, ſed negligentius, neque ita ut* (ab auctoribus) *ſe habent, ſcriptæ interpunctaque ſunt.* Eodem ſenſu Clericus in *Arte Crit.* part. III. ſect. I. cap. II. n. 5.

2. Τέτευχε — καὶ ταῦτα ὑπαρχ.] Euſebius: τετύχηκε — καὶ ταῦθ' ὑπαρχ. In iis autem reddendis quæ mox ſequuntur, διὸ πόῤῥω γεγόν. mirum quantum vetus interpres a Græco diſcedit, ut obſervat Vigerus; qui ergo ita interpretatur: *Quare tam Oratores quam Poetæ, & quotquot hiſtoriam conſcripſere ab ejuſmodi librorum, adeoque hominum illorum commemoratione, qui ex eorum præceptis vitam inſtituere, longiſſime abſuerunt; quod iis caſta quædam & auguſta ſenſus & intelligentiæ ratio contineatur, quemadmodum Hecatæus Abderita teſtatur.*

3. Φαίνεται] Euſeb. φαίνηται.

4. Εἰσόδου] Euſeb. & Joſeph. ἐκδόσεως. Cod. Vat. εἰσδόσεως.

5. Ῥισκοφύλακας] Euſeb. χρηματοφύλακας. Sed Ariſteæ propius accedit Joſephus, ſcribens φύλακας τῶν κιβωτίων. Nam apud lexicographos ῥίσκος eſt proprie ciſta pelle contecta.

6. Βασιλεὺς Πτολ.] Hanc epiſtolam Euſebius quidem verbo tenus deſcribit. At Joſephus, Ariſteæ ſententia ſervata, longe a textu diſcedit. — Apud Epiphanium duæ regis ad Judæos epiſtolæ leguntur, non Eleazaro, ſed Judæis Hieroſolymitanis & εὐσεβείας διδασκάλοις inſcriptæ: quarum prior de libris mittendis; poſterior de concedendis, quod libri tranſmiſſi intelligi non poſſent, interpretibus ſolicitant. Unde Humfredus Hody alium Ariſteæ codicem Epiphanio ad manus fuiſſe ſuſpicatur. FABRIC.

7. Αναςάτους] Euſeb. ἀναρπάστους. Sic & Cod. Vat. Mox ad ea verba, συνεληλυθέναι — αἰχμαλώτους, hæc adnotat Vigerus: „ Molle id quidem; ſed Joſephus longe adhuc „ mollius, & patris in gratiam ὑποκοριστικώτερον, ὅτι, αἰ„ χμαλωτισθέντας ὑπὸ Περσῶν, ὁ ἐμὸς πατὴρ ἐτίμησε.

8. Προόντας — πλείστους] Cod. Vat. apud Fabricium, παρόντας — πιστούς. Habet quoque πιστοὺς Euſebius; idque contextus poſtulare videtur. *tum etiam quorum ſibi fides probata jam fuiſſet*, &c.

9. Φόβον μὴ ἔχῃ] Euſeb. φόβον ἔχῃ. Conſentit Joſephus: ... τοῖς Αἰγυπτίοις ... tamen Ariſteas, interpoſita negatione, contrarium plane ſenſum efficit, parum meo judicio probabilem. Nam quei tandem Ægyptios omni Judæorum metu liberaret, dum eos in locis

βον μὴ ἔχῃ διὰ τούτων · καὶ ἡμεῖς δὲ παραλαβόντες τὴν βασιλείαν, φιλανθρωπότερον ἀπαντῶμεν τοῖς πᾶσι, πολὺ δὲ μᾶλλον τοῖς σοῖς πολίταις · ὧν ὑπὲρ δέκα μυριάδας αἰχμαλώτων ἠλευθερώκαμεν, ἀποδόντες τοῖς κρατοῦσι τὴν κατ' ἀξίαν ἀργυρικὴν τιμὴν, διορθούμενοι, καὶ εἴ τι κακῶς ἐπράχθη διὰ τὰς τῶν ὄχλων ὁρμάς · διειληφότες εὐσεβῶς οὕτω πρᾶξαι, καὶ τῷ μεγίστῳ Θεῷ χαριστικὸν ἀνατιθέντες, ὃς ἡμῖν τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ καὶ δόξῃ κρατίστῃ παρ' ὅλην τὴν οἰκουμένην διατετήρηκεν · εἴς τε τὸ στράτευμα τοὺς ἀκμαιοτάτους τῇ ἡλικίᾳ τετάχαμεν · τοὺς δὲ δυναμένους καὶ περὶ ἡμᾶς εἶναι, τῆς περὶ τὴν αὐλὴν πίστεως ἀξίους [1] ἐπιχειρων καθεστάκαμεν. βουλομένων δὲ ἡμῶν [2] καὶ τούτοις χαρίζεσθαι, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ιουδαίοις, καὶ τοῖς μετέπειτα, προῃρήμεθα τὸν νόμον ὑμῶν μεθερμηνευθῆναι γράμμασιν ἑλληνικοῖς, ἐκ τῶν παρ' ὑμῶν λεγομένων Εβραϊκῶν γραμμάτων, ἵνα ὑπάρχῃ καὶ ταῦτα παρ' ἡμῖν ἐν βιβλιοθήκῃ σὺν τοῖς ἄλλοις βασιλικοῖς βιβλίοις. καλῶς οὖν ποιήσεις καὶ τῆς ἡμετέρας σπουδῆς ἀξίως, [3] ἐπιλεξάμενος ἄνδρας καλῶς βεβιωκότας πρεσβυτέρους, ἐμπειρίαν ἔχοντας τοῦ νόμου, καὶ δυνατοὺς ἑρμηνεῦσαι, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἕξ · ὅπως ἐκ τῶν πλειόνων τὸ σύμφωνον εὑρεθῇ, διὰ τὸ περὶ μειζόνων εἶναι τὴν σκέψιν. οἰόμεθα γὰρ, ἐπιτελεσθέντος τούτου, μεγάλην ἀποίσεσθαι δόξαν. ἀπεστάλκαμεν δὲ περὶ τούτου Ανδρέαν, [4] τὸν ἀρχισωματοφύλακα, καὶ Αριστέαν, τιμωμένους παρ' ἡμῖν, διαλεξομένους σοι, καὶ κομίζοντας ἀπαρχὰς εἰς τὸ ἱερὸν ἀναθημάτων, καὶ εἰς θυσίας, καὶ τὰ ἄλλα, ἀργυρίου τάλαντα ἑκατόν. [5] γράφων δὲ καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς περὶ ὧν ἂν βούλῃ, καὶ χαρισάμενος ἔσῃ, καὶ φιλίας ἄξιόν τι πράξεις · ὡς ἐπιτελεσθησομένων τὴν ταχίστην, περὶ ὧν ἂν αἱρῇ. ἔῤῥωσο. [6] πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ἀντέγραψεν [7] ἐνδεχομένως ὁ Ελεάζαρος ταῦτα.

Ελεάζαρος ἀρχιερεὺς βασιλεῖ Πτολεμαίῳ φίλῳ γνησίῳ χαίρειν.

[8] Αυτός τε ἔῤῥωσο, καὶ ἡ βασίλισσα Αρσινόη ἡ ἀδελφὴ, καὶ τὰ τέκνα καλῶς ἂν ἔχοι, καὶ ὡς βουλόμεθα · καὶ αὐτοὶ δὲ ὑγιαίνομεν. λαβόντες τὴν παρά σου ἐπιστολὴν, μεγάλως ἐχάρημεν διὰ τὴν προαίρεσίν σου, [9] καὶ τὴν καλὴν βουλήν · καὶ συναγαγόντες τὸ πᾶν πλῆθος, [10] ἀνέγνωμεν αὐτοῖς, ἵνα ἴδωσιν ἣν ἔχεις πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν εὐσέβειαν. ἐπεδείξαμεν δὲ καὶ τὰς φιάλας, ἃς ἀπέστειλας, χρυσᾶς εἴκοσι, καὶ ἀργυρᾶς τριάκοντα · κρατῆρας πέντε · καὶ τράπεζαν εἰς ἀνάθεσιν, καὶ εἰς προσαγωγὴν θυσιῶν, καὶ εἰς ἐπισκευὰς, ὧν ἂν δέηται τὸ ἱερὸν, ἀργυρίου τάλαντα ἑκατόν · ἅπερ ἐκόμιζον Ανδρέας τῶν τετιμημένων παρά σοι, καὶ Αριστέας ἄνδρες καλοὶ κἀγαθοὶ, καὶ παιδείᾳ διαφέροντες, καὶ τῆς σῆς ἀγωγῆς καὶ δικαιοσύνης ἄξιοι κατὰ πάντα · οἳ καὶ μετέδοκαν ἡμῖν

A regni administrationem, cum aliis omnibus exhibemus nos humaniores, tum vero præcipue civibus tuis; quorum captivos ultra decem myriades liberavimus, persoluto singulis dominis pecuniæ pretio digno: & simul etiam corrigimus, si quæ ex impetu multitudinis perperam sunt acta. In quo persuasum habemus, nos pie agere, & offerre munus animi grati Deo maximo, qui nobis regnum conservavit in pace & gloria, quæ præstet in toto terrarum orbe. Præterea ætate & viribus præstantes in exercitum recepimus: qui vero idonei essent ut circa nos versarentur, illos dignos judicavimus, quibus negotia aulæ committeremus. Sed cum non solum his cupiamus gratificari, sed & omnibus aliis Judæis in orbe terrarum, illis B etiam qui sunt in posterum futuri: constituimus, legem vestram ex Hebraica lingua interpretatione traducere in Græcam, ut hæ leges vestræ in nostra bibliotheca exstent, cum aliis regiis libris. Præclare ergo & pro dignitate instituti nostri feceris, si ad nos miseris electos ex quaque tribu sex viros seniores: qui & honeste vitam peregerunt suam, & in legum peritia sunt exercitati, & interpretandi facultate pollent, ut in studio & tractatione rei magnæ germana & consentiens ejus veritas a pluribus eruta deprehendatur. Nam nos quidem ex hoc negotio peracto, arbitramur nobis magnam accessuram gloriam. Ablegavimus autem ad te Andream, præcipuum corporis nostri custodem, & Aristeam: viros C apud nos magno in honore constitutos, qui tecum hac de re agant, & afferant tibi secum & in templum primitias nostræ dedicationis, & ad sacra aliosque usus pecuniæ talenta centum. Si autem & tu ad nos scripseris de quibus placuerit, rem & nobis gratam, & amicitia tua erga nos dignam facies. Nam nos statim effecta curabimus, de quibus nos voluntatem tuam cognoverimus. Vale. Ad hanc epistolam Eleazarus hæc benigne rescripsit.

Eleazarus summus sacerdos regi Ptolemæo amico sincero salutem.

XVII. Valeas & tu, & regina Arsinoe soror D tua: liberi etiam bene, & ut cupimus, habeantur: valemus autem & nos. Accepta epistola tua, valde gavisi sumus, ob institutum & consilium tuum tam præclarum: ac congregata universa multitudine perlegimus, ut cognoscerent tuam erga nostrum Deum piam voluntatem. Quibus monstravimus etiam phialas, quas aureas viginti, & argenteas triginta misisti: crateras item quinque, & mensam super quam fierent oblationes, & sacra peragerentur: tum talenta centum pecuniæ, ad conficienda alia quibus templum indigeret. Quæ quidem attulerunt Andreas tibi carissimus, & Aristeas, viri honesti & boni, ac doctrina præstantes, tuaque consuetudine ac justitia per omnia digni: qui etiam expo- E suerunt nobis omnia sibi abs te commissa: & a no-

opere situque munitissimis, & tanto numero collocaret? Credibilius omnino, Ptolemæum Lagidem qui ab Alexandri obitu primus Ægyptum occupabat, quod a Macedonum viribus satis fortasse paratus non esset, Ægyptios ne quid nascente regno turbarum excitarent, hoc Judæorum metu cohibere voluisse. Utut sit, quamobrem id apud Judæum pontificem negaret, caussa nihil erat; cur affirmaret, sane plurimum. VIGERUS.

1. Επιχείρων κατεστάκαμεν] Euseb. ἐπιχείρων κατέστησα. Josephus, κατέταξα. Paullo ante idem Euseb. ταῖς ἡλικίαις. Sic & Joseph. Ceterum cod. Vaticanus apud Fabric. habet ἐπὶ χειρῶν.

2. Καὶ τούτοις χαρίζ.] Euseb. καὶ σοὶ χαρίζ. καὶ πᾶσι τ. *pro nostro erga te Judæosque simul omnes animo ac studio.*

3. Επιλεξάμενος] Ita quoque Josephus. Eusebius vero ἐπιλέξας.

4. Αρχισωματοφύλακα] Consentit Josephus. At Euseb. ἀρχισωματοφυλάκων. Verum Aristeæ & Josephi lectio, inquit Vigerus, hominis dignitati favet; cui tantum accedat necesse est, quantum detrahitur ex sociis.

5. Γράφων ---- καὶ χαρισάμενος ἔσῃ] Euseb. γράφε --- καὶ χαρισμένος γὰρ ἔσῃ.

6. Πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστολὴν --- ταῦτα] Euseb. πρὸς ταῦτα --- οὕτως.

7. Ενδεχομένως] Vocem explicat Josephus: ὡς ἐνῆν μάλιστα φιλοτίμως: (*quam fieri potuit amicissime.*) VIGERUS.

8. Αὐτός τε ἔῤῥωσο] Euseb. εἰ αὐτός τε ἔῤῥωσαι. Mox, καὶ τὰ τέκνα, καλῶς ἂν ἔχοι: qui locus ita distinctus, Vigero difficilis videtur. Planius Josephus: ἐῤῥωμένων σου καὶ τῆς βασιλίσσης καὶ τῶν τέκνων, καλῶς ἡμῖν ἔχει πάντα.

9. Καὶ τὴν καλὴν β.] Euseb. καὶ τὴν καλλίστην β.

10. Ανέγνωμεν αὐτοῖς] Euseb. παρανέγνωμεν αὐτὴν αὐτοῖς. Accedit Josephus: ἀνέγνωμεν αὐτήν. Quod quidem pronomen Aristeæ restituendum videtur.

τὰ παρά σου, πρὸς ἃ καὶ παρ' ἡμῶν ἀκηκόασιν. ἁρμόζοντα τοῖς σοῖς γράμμασι. πάντα γὰρ, ὅσα σοι συμφέρει, [1] καὶ εἰ παρὰ φύσιν ἐστὶν, ὑπακουσόμεθα· οὗτο γὰρ φιλίας καὶ ἀγαπήσεως σημεῖόν ἐστι. μεγάλα γὰρ καὶ σὺ, καὶ ἀνεπίληστα τοὺς πολίτας ἡμῶν [2] κατὰ πολλοὺς εὐηργέτηκας. Εὐθέως οὖν προσηγάγομεν ὑπέρ σου θυσίας, [3] καὶ τῆς ἀδελφῆς, καὶ τῶν τέκνων, καὶ τῶν φίλων· καὶ ἤρξατο πᾶν τὸ πλῆθος, ἵνα σοὶ γένηται, καθὼς προαιρῇ, διὰ παντός· καὶ διασώσῃ σοι τὴν βασιλείαν ἐν εἰρήνῃ μετὰ δόξης ὁ κυρίων ἁπάντων Θεός· καὶ ὅπως γένηταί σοι συμφερόντως καὶ μετὰ ἀσφαλείας ἡ τοῦ ἁγίου νόμου μεταγραφή. παρόντων δὲ πάντων, ἐπελεξάμεθα ἄνδρας καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς πρεσβυτέρους, ἀφ' ἑκάστης φυλῆς B ἓξ, οὓς καὶ ἀπεστείλαμεν ἔχοντας τὸν νόμον. καλῶς οὖν ποιήσεις βασιλεῦ δίκαιε, προστάξας, ὡς ἂν ἡ μεταγραφὴ γένηται τῶν βιβλίων, ἵνα πάλιν ἀποκατασταθῶσι πρὸς ἡμᾶς ἀσφαλῶς οἱ ἄνδρες. ἔρρωσο.

Εἰσὶ δὲ πρώτης φυλῆς· Ἰώσηφος, Εζεκίας, Ζαχαρίας, Ἰωάννης, Εζεκίας, Ελισσαῖος.

Δευτέρας· Ἰούδας, Σίμων, Σομόηλος, Αδαῖος, Ματταθίας, Εσχλεμίας.

Τρίτης· Νεεμίας, Ἰώσηφος, Θεοδόσιος, Βασαῖος, Ορνίας, Δάκης.

Τετάρτης· Ἰωνάθας, Αβραῖος, Ελισσαῖος, Ανανίας, Χαβρίας, Σάτυς.

C Πέμπτης· Ισακος, Ιάκοβος, Ιησοῦς, Σαββαταῖος, Σίμων, Λευῒς.

Εκτης· Ἰούδας, Ἰώσηφος, Σίμων, Ζαχαρίας, Σομόηλος, Σελεμίας.

Εβδόμης· Σαββαταῖος, Σεδεκίας, Ιάκωβος, Ισαχος, Ιεσίας, Ναιθαῖος.

Ογδόης· Θεοδόσιος, Ιάσων, Ιησοῦς, Θεόδοτος, Ἰωάννης, Ἰωνάθας.

Εννάτης· Θεόφιλος, Αβραμος, Αρσαμος, Ενδεμίας, Ιάσων, Δανίηλος.

Δεκάτης· Ιερεμίας, Αρσαμος, Ιάσων, Ενδεμΐας, Ελεάζαρος, Δαθαῖος.

Ενδεκάτης· Σαμούηλος, Ἰώσηφος, Ἰούδας, Ἰωνάθας, Χαβεῦ, Δοσίθεος.

D Δωδεκάτης· Ισάηλος, Ἰωάννης, Θεοδόσιος, Αρσαμος, Αβιήτης, Εζεκίηλος· οἱ πάντες, ἑβδομήκοντα δύο.

Καὶ τὰ μὲν πρὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἐπιστολὴν τοιαύτης ἐτύγχανεν ἀντιγραφῆς ὑπὸ τῶν περὶ Ελεάζαρον.

Ὡς δὲ ἐπηγγειλάμην καὶ τὰ τῶν κατασκευασμάτων διασαφῆσαι, ποιήσω· πολυτεχνίᾳ γὰρ διαφέροντα συνετελέσθη, τοῦ βασιλέως πολλὴν ἐπίδοσιν ποιουμένου, καὶ παρ' ἕκαστον ἐπιθεωροῦντος τοὺς τεχνίτας· διὸ παραδεῖν οὐδὲν ἠδύναντο, οὐδὲ εἰκῇ συντελέσαι. πρῶτον δὲ τὰ περὶ τῆς τραπέζης ἐξηγήσομαι.

A bant; sed suavitatem animi in conversationibus, & facilitatem audiendi alios, sollertiamque respondendi ad singula apte & ordine recto, declarare studebant: denique omnes erant digni præside suo, & virtute ipsius. Quam vero ipsum Eleazarum amarent, hinc licebat cognoscere, quia inviti & ægre ab ipso discedebant: & quia præterquam quod scripserat ad regem de ipsis restituendis, multum etiam rogabat Andream, ut id negotii promoveret, & in aliis quibus possemus, ipsis gratificaremur. Cumque nos promisissemus nostram operam, & dixissemus ipsum non debere de istis solicitum esse: dixit se multum dubitare. Compertum enim habere, regem cum virtutis studio flagraret, præcipue curare ut ubi aliB quis doctrina prudentiaque maxime polleret, eum ad se accersat. Et hoc quidem recte: nam si habeat apud se justos & moderatos viros, habeat secum regni sui maximum præsidium & munimentum: eo quod illi libere & intrepide consulant, ad communem utilitatem illorum quibus ipse bene velit. Talesque dicebat se animadvertere, esse illos ab ipso missos. Præterea jurejurando affirmabat, se istos viros non dimissurum, si quod aliud suum negotium instaret. Nunc vero dimittere illos, ad emendationem rei communiter omnibus civibus utilis. Nam ut quis bene vivat, hoc situm esse in observantia & diligenti custodia legum: hoc vero acquiri & absolvi multo magis ex auditione, quam e lectione. Ex hoC rum ergo & similium commemoratione, satis declarabat animi sui erga illos viros affectum.

XXXIII. Nunc pauca quædam ex illis quæ ipse ad propositas a nobis quæstiones respondit, dignum fuerit commemorare, præsertim cum existimemus multis videri, nonnulla in lege temere comprehensa: ut illa quæ de cibo & potu, & animalibus illis quæ habentur impura, sunt tradita. Interrogantibus ergo nobis, quare cum sint unius creatione omnia condita, alia ad esum impura habeantur, nonnulla etiam ad tactum: (hæc enim & alia multa videri superstitiose tradita esse in lege, & observari etiam nimis superstitiose.) Ad hæc ipse ita cœpit loqui.

XXXIV. Cernis, inquit, quid possint & efficiant D conversatio & consuetudo. Quia homines ex conversatione improborum depravantur, & fiunt miseri per totam vitam. Si vero cum sapientibus & prudentibus versentur, ignorantiæ suæ emendationem ad vitæ rectitudinem consequuntur. Hinc primus legislator noster distincte & accurate præcepit, quæ sunt pietatis & justitiæ: & singula de his tradidit non solum prohibitione, sed etiam cum præscriptione recti: ob oculos etiam positis malis & afflictionibus, quas Deus immittat auctoribus delictorum. [Nam primum omnium ostendit, unum solum esse Deum, & ejus potentiam omnia pervadere; ita ut omnia sint ea repleta, nec ipsam lateat quidquam eorum quæ in terra ab hominibus clam fiant: sed quæcumE que quis vel jam faciat, vel post sit facturus, ea sint illi aperta. Quibus quidem ita accurate traditis, hoc demonstravit & effecit, ut si quis tantum

1. Πρὸς τὰ δι' ἡμῶν ἐπιζητηθέντα] Sic habet Eusebius qui hæc & sequentia refert *Præp. Evang.* lib. VIII. cap. IX. Eusebium quoque affectatus est Hodius. Al. πρὸς δ' ἡμῶν ἐπιζητηθέντων. Paullo ante mallet Vigerus, διὰ βραχέων ἐπιμνησθῆναι. Et mox eidem videtur reponendum τοὺς πολλούς.

2. Εν τῇ νομοθεσίᾳ περί τε τῶν βρ.] Euseb. ἐν τῇ νομοθεσίᾳ. λέγω δὲ περί τε βρ. In editis, excepto Hodiano, male περὶ τῆς τῶν βρ.

3. Πάλιν πάνυ δεισιδ.] Deest πάνυ apud Eusebium. Ad quem locum hæc Vigerus: „ Aristeas tam manuscriptus „ quam excusus, πάνυ tantum inserit inter πάλιν & δεισι- „ δαιμόνως: quod lacunam satis non explet. Forte sic le- „ gendum & distinguendum fuerit: πάλιν πάνυ δεισιδαιμό- „ νως τοὺς Ιουδαίους, vel ἀρχομένους διακεῖσθαι. πρὸς ταῦτα „ οὕτως ἐνήρξατο. Mox male apud Eusebium θεωρεῖν. Le- „ gendum θεωρεῖς cum Aristea: est enim orationis Elea- „ zari principium. „

4. Δι' ὅλου τοῦ ζῆν] Euseb. διὰ τοῦ ζῆν. Et paullo post, διαστειλάμενος ἐν τοῖ ---- πρῶτος ὁ νομοθ. Postrema verba in Hodii editione cum Eusebianis consentiunt.

5. Ενδίκως] Sic Aristeas uterque. Euseb. ἐνδεικτικῶς. Ego nihil muto, nec quidquam deesse arbitror: sequentes enim accusativi ad participium διδάξας, ἀπὸ κοινοῦ referuntur. VIGERUS.

6. Ὑπέδειξε] Euseb. προϋπέδειξε. Ubi recte monet Vigerus, totum hunc locum ad illa usque verba, δυναστὸν ἐνδυναμένος, parenthesi esse includendum. Mox apud Euseb. ἡ δύναμις αὐτοῦ φανερὰ γίνεται, κτλ. Rectius, ut videtur.

ἔδειξεν, ὅτι κἂν ἐννοηθῇ τις κακίαν ἐπιτελεῖν, οὐκ ἂν λάθοι, μὴ ὅτι καὶ πράξας, διὰ πάσης τῆς νομοθεσίας τὸ τοῦ Θεοῦ δυνατὸν ἐνδεικνύμενος.]. ποιησάμενος οὖν τὴν καταρχὴν ταύτην, καὶ δείξας ὅτι πάντες οἱ λοιποὶ παρ' ἡμᾶς ἄνθρωποι, πολλοὺς θεοὺς εἶναι νομίζουσιν, αὐτοὶ δυναμικώτεροι πολλῷ καθεστῶτες ὧν σέβονται ματαίως. ἀγάλματα γὰρ ποιήσαντες ἐκ λίθων καὶ ξύλων, εἰκόνας φασὶν εἶναι τῶν ἐξευρόντων τι πρὸ τὸ ζῆν αὐτοῖς χρήσιμον· οἷς προσκυνοῦσι, παρὰ πόδας ἔχοντες τὴν ἀναισθησίαν. [1] εἴτε γὰρ κατ' ἐκεῖνό τις θείη, κατὰ τὴν ἐξεύρεσιν, παντελῶς ἀνόητοι. τῶν γὰρ ἐν τῇ κτίσει λαβόντες τινὰ, συνέθηκαν καὶ [2] προσυπέδειξαν εὔχρηστα, τὴν κατασκευὴν αὐτῶν οὐ ποιήσαντες αὐτοί· διὸ κενὸν καὶ μάταιον τοὺς ὁμοίους ἀποθεοῦν. καὶ γὰρ ἔτι καὶ νῦν εὑρηματικώτεροι καὶ πολυμαθέστεροι τῶν ἀνθρώπων τῶν πρὶν εἰσὶ πολλοὶ, καὶ οὐκ ἂν φθάνοιεν αὐτοὺς προσκυνοῦντες· καὶ νομίζουσιν οἱ ταῦτα διαπλάσαντες καὶ μυθοποιήσαντες, τῶν Ἑλλήνων οἱ σοφώτατοι καθεστάναι. τῶν γὰρ ἄλλων πολυματαίων τί δεῖ καὶ λέγειν; Αἰγυπτίων τε, καὶ τῶν παραπλησίων· οἵτινες ἐπὶ θηρία, καὶ τῶν ἑρπετῶν τὰ πλεῖστα, καὶ κνωδάλων, τὴν ἀπέρεισιν πεποίηνται, καὶ ταῦτα προσκυνοῦσι, καὶ θύουσι τούτοις καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασι;

Συνθεωρήσας οὖν ἕκαστα σοφὸς ὢν ὁ νομοθέτης, καὶ ὑπὸ Θεοῦ κατεσκευασμένος εἰς ἐπίγνωσιν τῶν ἁπάντων, περιέφραξεν ἡμᾶς ἀδιακόποις χάραξι, καὶ σιδηροῖς τείχεσιν· ὅπως μηδενὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἐπιμισγώμεθα κατὰ μηδὲν, ἁγνοὶ καθεστῶτες κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν, ἀπολελυμένοι ματαίων δοξῶν, τὸν μόνον Θεὸν καὶ δυνατὸν σεβόμενοι παρ' ὅλην τὴν πᾶσαν κτίσιν. ὅθεν οἱ Αἰγυπτίων καθηγεμόνες ἱερεῖς, ἐγκεκυφότες εἰς πολλὰ, καὶ μετεσχηκότες πραγμάτων, ἀνθρώπους Θεοῦ προσονομάζουσιν ἡμᾶς· ὃ τοῖς λοιποῖς οὐ πρόσεστιν, εἰ μή τις σέβεται τὸν κατ' ἀλήθειαν Θεόν. ἀλλ' εἰσιν ἄνθρωποι βρωτῶν καὶ ποτῶν καὶ σκέπης· ἡ γὰρ πᾶσα διάθεσις αὐτῶν ἐπὶ ταῦτα καταφεύγει. τοῖς δὲ παρ' ἡμῶν οὐδενὶ ταῦτα λελόγισται, περὶ δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ δυναστείας δι' ὅλου τοῦ ζῆν ἡ σκέψις αὐτοῖς ἐστιν. ὅπως οὖν μηθενὶ συναλισγούμενοι, μηδ' ὁμιλοῦντες φαύλοις, διαστροφὰς λαμβάνωμεν, πάντοθεν ἡμᾶς περιέφραξεν ἁγνείαις καὶ διὰ βρωτῶν καὶ ποτῶν, καὶ ἁφῶν, καὶ ἀκοῆς καὶ ὁράσεως νομικῶς. τὸ γὰρ καθόλου, πάντα πρὸς τὸν φυσικὸν λόγον ὅμοια καθέστηκεν, ὑπὸ μιᾶς δυνάμεως οἰκονομούμενα. [3] καὶ καθ' ἓν ἕκαστον ἔχει λόγον βαθὺν, ἀφ' ὧν ἀπεχόμεθα κατὰ τὴν χρῆσιν, καὶ οἷς συγχρώμεθα.

Χάριν δὲ ὑποδείγματος ἓν ἢ καὶ δεύτερον ἐπιδραμὼν, σοὶ σημανῶ· μὴ γὰρ εἰς τὸν καταπεπτωκότα λόγον ἔλθῃς, ὅτι μυῶν, καὶ γαλῆς, ἢ τῶν τοιούτων χάριν, περιεργίας ποιούμενος ἐνομοθέτει ταῦτα Μωϋσῆς· ἀλλὰ πρὸς ἁγνὴν ἐπίσκεψιν, καὶ τρόπων ἐξαρτισμὸν, δικαιοσύνης ἕνεκεν, σεμνῶς πάντα ἀνατέτακται. τῶν γὰρ πτηνῶν, οἷς χρώμεθα, πάντα ἥμερα καθέστηκε· διαφέρει καθαρότητι, πυροῖς καὶ ὀσπρίοις χρώμενα πρὸς τὴν τροφήν· οἷον περιστεραὶ, τρυγόνες, ἀτταγοὶ, πέρδικες, ἔτι χῆνες, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. περὶ ὧν δὲ ἀπηγόρευται πτηνῶν, εὑρήσεις ἄγριά τε καὶ σαρκοφάγα, καὶ κα-

A cogitet de aliquo improbo facinore peragendo, nedum si id peregisset, sciret Deum id non latere: sicque in tota lege sua Dei majestatem & potentiam illustravit.] Hoc initio ita facto, demonstravit deinde, omnes alios homines, præter Judæos, stulte multos statuere deos, & colere eos quibus ipsi sint multo præstantiores. Nam illos simulacra ex lapidibus & lignis confecta, habere pro imaginibus eorum qui ipsis aliquid ad vitam utile invenerint: atque ita adorare illa, quæ manifeste videant omni sensu destituta esse. Jam ut quis concedat, ipsos resp cere ad facultatem, qua tempore inventionis præditi fuerint: hinc etiam stultos habendos, quia illi ipsorum B inventores non crearint neque produxerint quidquam, sed ex creatis & productis quædam aut ostenderint esse utilia, aut ad meliorem usum composuerint: & proinde stulte & inaniter agere, dum habeant & colant pro diis sui similes: & eo magis, cum invenire liceat multos etiam nunc qui illis prioribus inventoribus longe sint sollertiores & ad inveniendum & ad intelligendum, quos tamen illi numquam adoraverint: & interim Græcos talia fingentes & commentos de diis, haberi apud ipsos sapientissimos. De aliis vero, aiebat, longe stultioribus quid opus est dicere, ut de Ægyptiis & similibus, qui ad bestias & multa reptilia, aliaque animalia delapsi, ea venerantur, & iis tam mortuis quam vivis sacrificant? C

XXXV. Hæc ergo singula diligenter contemplatus, ut pote sapiens, & a Deo omnium rerum cognitione instructus legislator noster, circummunivit nos vallis firmissimis, & ferreis mœnibus, ut cum nullis prorsus aliis populis possemus ulla in re commisceri: sed permanentes & corpore mundi, & animo liberi a falsis opinionibus, unum Deum, & eum potentem supra universam creaturam coleremus. Ex quo Ægyptiorum sacri præsides, postquam multa ex disciplina nostra intentius perpenderant, & inde assumpserant, nos Dei homines appellant: quod ex aliis nemini contingere potest, nisi verum Deum colat. Sed fere alii homines sunt cibi & potus & D vestitus, in quo toto animo incumbunt. Nostri vero his pro nihilo habitis, per totam vitam versantur in contemplatione majestatis & omnipotentiæ Dei. Hinc ergo ne per ullius impietatis communicationem inficeremur, neve conversatione improborum depravaremur, circumsepsit nos legitima sanctitate & puritate cibi, potus, tactus, auditus & visus. Nam in universum omnia quæ ipse sanxit nobis, habent naturalem caussam, & ita divinitus gubernantur: habetque unumquodque eorum quo vel abstinemus vel utimur, caussam & rationem profundam.

XXXVI. Ex quibus unum & alterum tibi, exempli caussa, cursim exponam, ne in has abjectas E & leves de legislatore nostro cogitationes incidas, quasi ipse pro muribus, mustelis & similibus tantopere solicitus, talia legibus suis ordinarit: sed ut perspicias, omnia ab ipso graviter & sancte instituta esse justitiæ caussa, ad morum conformationem, & ad animos piis & sanctis cogitationibus imbuendos. Nam ex volatilibus quibus utimur, omnia sunt mansueta, & excellunt puritate, nutriunturque tritico & leguminibus: ut sunt columbæ, turtures, attagenæ, perdices, anseres, & id genus alia vola-

1. Εἴτε γάρ] Sic item Eusebius. Vigerus tamen in suo Aristeæ exemplari legebat εἴ τι γάρ: quam quidem lectionem longe meliorem censet. Est enim, inquit, εἴ τι γὰρ κατ' ἐκεῖνό τις θείη, idem fere, quod εἴ τι γὰρ ἐκεῖνό τις εἶναι εἴδειη: vel εἴ τῳ γὰρ ἐκεῖνο εἶναι τι δόξειεν. Quod autem sequitur κατὰ τὴν ἐξεύρεσιν, per ἐπεξήγησιν quamdam adjunctum putat idem vir doctus.

2. Προσυπέδειξαν κ. τ. λ.] Euseb. προσυπέδειξαν εὐχρηστοτέραν τὴν κατασκευὴν αὐτῶν, οὐ ποιήσαντες αὐτοί. Probat tamen Vigerus editi Aristeæ lectionem, quam & exemplar ejusdem ms confirmat, nisi quod ποιεῖν κατασκευὴν, paullo rarius ipsi videtur.

3. Καὶ καθ' ἓν ἕκαστον] Euseb. καὶ καθ' ὃν ἕκαστα. Aristeas uterque cum mss. omnibus καθ' ἓν ἕκαστον. Omnino καθ' ἓν vera lectio: ἕκαστα retineri potest. Mallem tamen καθ' ἓν δὲ, quam καὶ καθ' ἕν. VIGER. — Paullo post Euseb. λόγον εἰσέλθῃς.

καταδυναστεύοντα τῇ περὶ ταῦτα δυνάμει τὰ λοιπὰ, καὶ τὴν τροφὴν ἔχοντα δαπάνησιν τῶν προειρημένων ἡμέρων μετὰ ἀδικίας. οὐ μόνον δὲ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄρνας καὶ ἐρίφους ἀναρπάζουσι, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀδικοῦσι νεκρούς τε καὶ ζῶντας. παράσημον οὖν ἔθετο διὰ τούτων, ἀκάθαρτα προσονομάσας· [1] ὅτι δέον ἐστὶ κατὰ ψυχὴν, οἷς ἡ νομοθεσία διατέτακται, δικαιοσύνῃ συγχρῆσθαι· καὶ μηδένα καταδυναστεύειν, πεποιθότας ἰσχύϊ τῇ καθ᾽ ἑαυτούς· μηδ᾽ ἀφαιρεῖσθαι μηδέν, ἀλλ᾽ [2] ἐκ δικαίου τὰ τοῦ βίου κυβερνᾷν, ὡς τὰ τῶν προειρημένων πτηνῶν ἥμερα ζῶα, τὰ φυόμενα τῶν ὀσπρίων ἐπὶ γῆς δαπανᾷ, καὶ οὐ καταδυναστεύει [3] πρὸς τὴν ἐπαναίρεσιν τῶν συγγενικῶν.

Διὰ τῶν τοιούτων οὖν παραδέδωκεν ὁ νομοθέτης σημειοῦσθαι τοῖς συνετοῖς, εἶναι δικαίους τε, καὶ μηδὲν ἐπιτελεῖν βίᾳ· μηδὲ τῇ παρ᾽ αὐτοὺς ἰσχύϊ πεποιθότας, ἑτέρους καταδυναστεύειν. ὅπου γὰρ οὐδ᾽ ἅψασθαι καθῆκε τῶν προειρημένων, διὰ τὴν περὶ ἕκαστα διάθεσιν· [4] πῶς οὐ φυλακτέον παντάπασι, τοὺς τρόπους εἰς τοῦτο κατακλασθῆναι, πάντων τῆς συγχωρήσεως ἡμῖν ἐπὶ τούτων, καὶ τῶν κτηνῶν, τροπολογῶν [5] ἐκθέοιται. τὸ γὰρ διχηλεύειν καὶ διαστέλλειν ὁπλῆς ὄνυχας, σημεῖόν ἐστι τοῦ διαστέλλειν ἕκαστα τῶν πράξεων ἐπὶ τὸ καλῶς ἔχον. ἡ γὰρ ἰσχὺς τῶν ὅλων σωμάτων μετ᾽ ἐνεργείας, ἀπέρεισιν ἐπὶ τοὺς ὤμους ἔχει καὶ τὰ σκέλη· μετὰ διαστολῆς οὖν ἅπαντα ἐπιτελεῖν πρὸς δικαιοσύνην ἀναγκάζει τὸ σημειοῦσθαι διὰ τούτων· ἔτι δὲ, διότι παρὰ πάντας ἀνθρώπους [6] διεστάμεθα. οἱ γὰρ πλείονες τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων ἑαυτοὺς μολύνουσιν ἐπιμισγόμενοι, συντελοῦντες μεγάλην ἀδικίαν, καὶ χῶραι καὶ πόλεις ὅλαι σεμνύνονται ἐπὶ τούτοις. οὐ μόνον γὰρ [7] προσάγουσι τοὺς ἄρσενας, ἀλλὰ καὶ τεκούσας, ἔτι δὲ καὶ θυγατέρας μολύνουσιν. ἡμεῖς δὲ ἀπὸ τούτων διεστάλμεθα. [8] περὶ ὃν δέ ἐστιν ὁ προειρημένος τῆς διαστολῆς τρόπος, περὶ τοῦτον εἶναι καὶ τὸν τῆς μνήμης [9] κεχαρακτηρικέναι. πάντα γὰρ ὅσα διχηλῆ, καὶ μηρυκισμὸν ἀνάγει, σαφῶς τοῖς νοοῦσιν ἐκτίθεται τὸ τῆς μνήμης. ἡ γὰρ ἀναμηρύκησις οὐθὲν ἕτερον, ἀλλὰ τῆς ζωῆς καὶ συστάσεως ἐπίμνησις· τὸ γὰρ ζῆν διὰ τῆς τροφῆς συνεστάναι νομίζει. διὸ παρακελεύεται καὶ διὰ τῆς γραφῆς ὁ λέγων οὕτως· μνείᾳ μνησθήσῃ τοῦ κυρίου, τοῦ ποιήσαντος ἐν σοὶ τὰ μεγάλα καὶ θαυμαστά. κατανοούμενα γὰρ, καὶ μεγάλα καὶ ἔνδοξα φαίνεται, πρῶτον μὲν ἡ σύμπηξις τοῦ σώματος, καὶ ἡ τῆς τροφῆς διοίκησις, καὶ ἡ περὶ ἕκαστον [10] μέλος διαστολή· πολλῷ δὲ μᾶλλον ἡ τῶν αἰσθήσεων διακόσμησις, διανοίας ἐνέργημα, καὶ κίνησις ἀόρατος, ἥτε ὀξύτης τοῦ πρὸς ἕκαστόν τι πράσσειν, καὶ τεχνῶν εὕρεσις, [11] ἀπέραστον περιέχει τρόπον. διὸ παρακελεύεται μνείαν ἔχειν, ὡς συν-

A tilia. Quæ autem nobis sunt prohibitæ volucres, illas invenies esse agrestes, carnivoras, in alias violentas, & illas mansuetas ad suum nutrimentum diripientes: nec vero illas solum, sed & agnos & hœdos, ipsosque homines & mortuos & vivos, violenta sua rapacitate petunt. Ideo eas insigni apposita nota, vocavit immundas: hinc docens, eos quibus tulerat leges, debere etiam in animis suis justitia uti, nec quemquam potentia & viribus suis fretos opprimere, aut re ulla spoliare alios; sed totam vitam suam juste instituere: ad exemplum illorum mansuetorum animalium, quæ leguminibus ex terra nascentibus vescantur, & nullam vim usurpent ad alia sui generis absumenda.

B XXXVII. His itaque quasi symbolis quibusdam, legislator voluit ostensum intelligentibus, ut cogitarent se debere esse justos, & nihil per vim agere, neque fiducia potentiæ & virium suarum alios opprimere. Nam cum non permisit attingere jam enumerata animalia propter singulorum affectus: præcipue cavit ne moribus & vita ad ipsorum naturam afformaremur. Ita quæ nobis concedit in omnibus, ut volatilibus, ita pecoribus, figurate & ad morum informationem statuit. Nam quod præcepit, pecora geminis & fissis debere esse ungulis: hoc symbolum eo tendit, ut diligenter, prout decet, discernamus actiones nostras. Cum enim totius corporis C robur quasi in humeris & cruribus colligatur, hoc signo voluit monere ut omnia cum selectione juste agamus: idque hanc etiam ob caussam, quia sumus sejuncti ab aliis hominibus, quorum plerique se ipsi mutuo commercio inquinent, cum magna justitiæ violatione. Atque de hoc etiam regiones integræ gloriantur, quibus fas est, non solum cum masculis commercium habere, sed etiam puerperas & filias polluere: a quibus non longe sumus sejuncti. Quo autem in loco est hæc distinctionis admonitio, in eo est etiam suo charactere expressum memoriæ & recordationis præceptum. Nam cum dicit, quæcumque habent fissas ungulas, & ruminant: ibi manifeste intelligentibus proponit signum memoriæ. Nam ruminatio significat memoriam & recordationem, ac quidem præcipue vitæ & constitutionis nostræ: & D quod vita constat & conservatur per alimenti sumtionem. Unde similiter etiam in Scriptura cohortatur ille qui dicit: [a] *Memoria recordator Domini, qui fecit in te magna & mirabilia*. Apparent enim illa magna & admiranda, cum recte considerantur: ut primum ipsa corporis compages, nutrimenti dispensatio, & singulorum membrorum sua certa figura: deinde, & multo magis, sensuum dispositio, & mentis vis atque agitatio invisibilis: tum etiam ejus sollertia ad quidvis agendum, & inventio artium in immensum sese extendunt. Idcirco jubet nos hæc considerare, & meminisse, quod omnia jam com-

[a] Deut. VII. 18.

1. Ὅτι δέον ἐστί] Aristeana hæc lectio vera videtur Vigero, eamque Eusebianæ ὅτι δέ ἐστι præfert.

2. Ἐκ δικαίου τὰ τοῦ βίου κυβερνᾷν] Euseb. ἐκ δικαιοτάτου βίου διακυβερνᾷν. Mox vocem ζῶα irreptitiam existimat Vigerus, quam tamen editi omnes agnoscunt.

3. Πρὸς τὴν ἐπαναίρεσιν τῶν συγγενικῶν] Euseb. πρὸς τὴν ἐπαναίρεσιν, οὔτε τῶν ὑποβεβηκότων, οὔτε τῶν συγγενικῶν. διὰ τούτων οὖν παρέδωκεν. Paullo post, τῇ περὶ αὐτοὺς ἰσχύϊ.

4. Πῶς οὐ] Monet Fabricius, in cod. Vaticano legi πῶς ἄν: minus recte, ut videtur. Euseb. κατακλεισθῶσι; πάντα ἂν τὰ συγχωρηθέντα ἐπὶ τούτων κ.τ.λ. Vigerus tamen Aristeæ lectionem κατακλασθῶσι meliorem censet, locumque integrum sic reddit: *Nam si ejusmodi volucres, ob impetum naturæ singularem ac proprium, ne attingi quidem fas putavit; quis non sibi longe diligentius cavendum esse statuet, ne in earum similitudinem moribus vitaque degeneret? Quarum ergo nobis ille, non avium modo, sed etiam pecudum usum concessit, eas ad morum informationem omnes revocavit.*

E 5. Ἐκθέοιται] Euseb. ἐκτέθειται. Et mox, τῷ σημειοῦσθαι. Sed rectius Aristeas, judice Vigero, τὸ σημ.

6. Διεστάμεθα] Sic omnes editi. Eusebius tamen διεστάλμεθα, confirmante cod. Vat. apud Fabricium, quin & paullo post eodem Aristea.

7. Προσάγουσι τοὺς ἄρσενας] Euseb. πρὸς ἄρρενας προσάγουσι. Forte ἄρρενας πρὸς ἄρρενας, vel ἄρρεσιν ἄρρενας. VIGER.

8. Περὶ ὃν ---- περὶ τοῦτον] Ita & Euseb. Malim περὶ ὃ ---- περὶ τοῦτο. ID.

9. Κεχαρακτηρικέναι ---- διχηλῆ] Euseb. κεχαρακτήρικε ---- διχηλεῖ: quod postremum exhibet etiam apud Fabricium codex Vat.

10. Μέλος] Euseb. μέρος. Mox, ἡ τῆς αἰσθήσεως διακ. Sed Aristeæ vulgata lectio τῶν αἰσθήσεων, accedente regio ms. magis probatur Vigero.

11. Ἀπέραστον] Euseb. ὑπέραστον. Hinc idem Vigerus conjicit utrobique legendum ἀπέρατον, vel ἀπέραντον.

τηρεῖται [1] τὰ προειρημένα θείᾳ δυνάμει, σὺν καταϛκδῇ.

Πάντα γὰρ χρόνον ϗ τόπον ὥρικε, πρὸς τὸ διὰ παντὸς μνημονεύειν τῦ κρατῦντος Θεῦ, ϗ συντηρῦντος. ϗ γὰρ ἐπὶ τῶν βρωτῶν ϗ ποτῶν ἀπαρξαμένους, εὐθέως τότε [2] συγχωρῆσαι κελεύει. ϗ μὴν ϗ ἐκ τῶν περιβολαίων παράσημον ἡμῖν μνείας δέδωκε· ὡσαύτως δὲ [3] ϗ ἐπὶ τῶν πυλῶν ϗ θυρῶν προσέταχε μὲν ἡμῖν τιθέναι τὰ λόγια, πρὸς τὸ μνείαν εἶναι Θεῦ· ϗ ἐπὶ τῶν χειρῶν δὲ διαῤῥήδην τὸ σημεῖον κελεύει περιῆφθαι, σαφῶς ἀποδεικνὺς, ὅτι πᾶσαν ἐνέργειαν μετὰ δικαιοσύνης ἐπιτελεῖν δεῖ, μνήμην ἔχοντας [4] τῆς ἡμῶν συστάσεως, ἐπὶ πᾶσι δὲ [5] τὸν περὶ Θεῦ φόβον. κελεύει δὲ ϗ κοιταζομένους, ϗ διανισταμένους, [6] μελετᾷν τὰς τῦ Θεῦ κατασκευὰς, ὐ μόνον λόγῳ, ἀλλὰ διαλήψει θεωρῦντας τὴν κίνησιν, ϗ ὑπόληψιν ἑαυτῶν, ὅταν εἰς ὕπνον ἔρχωνται, καὶ τὴν ἔγερσιν, ὡς θεία τίς ἐϛι ϗ ἀκατάληπτος τύτων μετάθεσις.

Δέδεικται δέ σοι καὶ τὸ περιττὸν τῆς λογίας, τῆς κατὰ τὴν διαστολὴν καὶ μνείαν, ὡς ἐξεθέμεθα τὴν διχηλίαν, καὶ τὸν μηρυκισμόν· ὐ γὰρ εἰκῆ [7] κατὰ τὸ ἐμπεσὸν εἰς ψυχὴν νενομοθέτηται, πρὸς δὲ ἀλήθειαν καὶ σημείωσιν ὀρθοῦ λόγου. διατάξας γὰρ ἐπὶ βρωτῶν καὶ τῶν κατὰ τὰς ἀφὰς, ἕκαστα, κελεύει μηδὲν εἰκῆ μήτε πράσσειν, μήτε ἀκούειν· μήτε τοῦ λόγου δυναστείᾳ συγχρωμένους, ἐπὶ τὴν ἀδικίαν τρέπεσθαι. ϗ ἐπὶ τῶν κνωδάλων δὲ ταὐτόν ἐστιν εὑρεῖν. κακοποιητικὸς γὰρ ὁ τρόπος ἐστὶ καὶ γαλῆς, καὶ μυῶν, καὶ τῶν τούτοις ὁμοίων, ὅσα διηγόρευται. πάντα γὰρ λυμαίνονται καὶ κακοποιοῦσι μύες, οὐ μόνον πρὸς τὴν ἑαυτῶν τροφὴν, ἀλλὰ καὶ παντελῶς ἄχρηστον γίνεται ἀνθρώπῳ, [8] ὅταν δήποτοῦν ἐπιβάλληται κακοποιεῖν. τό, τε τῆς γαλῆς γένος ἰδιάζον ἐστί· χωρὶς γὰρ τοῦ προειρημένου, ἔχει λυμαντικὸν κατάστημα· διὰ γὰρ τῶν ὤτων συλλαμβάνει, [9] τικνοποιεῖ δὲ τῷ στόματι· καὶ διὰ τοῦτο ὁ τοιοῦτος τρόπος [10] τῶν ἀνθρώπων ἀκάθαρτός ἐστιν. ὅσα γὰρ διὰ ἀκοῆς [11] λαβόντες, ταῦτα τῷ λόγῳ σωματοποιήσαντες, κακοῖς ἑτέρους ἐνεκύλισαν, ἀκαθαρσίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐπετέλεσαν, μιανθέντες αὐτοὶ παντάπασι τῷ τῆς ἀσεβείας μολυσμῷ. καλῶς δὲ ποιῶν ὁ βασιλεὺς ὑμῶν, τοὺς τοιούτους ἀναιρεῖ, καθὼς μεταλαμβάνομεν. ἐγὼ δὲ εἶπον· τοὺς ἐμφανιστὰς οἴομαί σε λέγειν· καὶ γὰρ αἰκίαις ϗ θανάτοις [12] ἐπαλγέσιν αὐτοὺς περιβάλλει συνεχῶς.

A memorata virtute divina, ut sunt condita, ita conserventur.

XXXVIII. Adhæc etiam distinxit tempora, & pulcre accomodavit ad perpetuam recordationem Dei, omnia gubernantis & conservantis. Nam cum cibus & potus est capiendus, tum statim jubet omnes convenire & adesse, ad libationes & precationes pias peragendas. Quin etiam in vestitu nobis indicia & signa illustria hujus memoriæ tradidit: similiter etiam in portis & janus mandavit [a] præcepta Dei affigi, ad memoriam ejus habendam. Atque etiam in manibus jubet palam Dei signum gestare: quo hoc plane monstrat, omnia esse instituenda juste cum memoria creationis nostræ, & in primis cum timore B Dei. Jubet [b] præterea & cubitum euntes, & de lecto surgentes, non sermone solum, sed cogitatione complecti Dei opera in divina illa vicissitudine somni & vigiliarum.

XXXIX. Ostendi ita tibi in expositione ungularum fissarum & ruminationis, præstantiam oraculi legitimi, de distinctione, delectu & memoria, ut videres non temere ista, prout in animum inciderint, a legislatore nostro constituta esse, sed ad veritatis & rectæ etiam rationis normam. Atque ut de esu & de cibis dispesuit, ita etiam de singulis quæ ad tactum & auditum pertinent, diligenter præcepit: jubens ut neque ageremus, neque audiremus quidquam temere: neque etiam orationis facultate con- C fisi, ad injusta delaberemur. Horumque rationes & caussas similiter in naturis bestiarum, quas prohibuit, est invenire. Nam mustelæ & murium, & id genus aliarum bestiarum quæ sunt prohibitæ, natura est damnosa, & ad nocendum prona. Mures enim omnia vastant & corrumpunt, non solum quantum ad ipsorum nutrimentum attinet: sed etiam, quia quæ invadunt, illa omnino corrumpunt, & reddunt homini inutilia. Et mustelæ natura est peculiaris, quia hoc animal præter jam commemoratam nocendi inclinationem & facultatem, hoc etiam proprium habet, ut auribus concipiat, ore vero pariat fetum suum. Quo significatur, hanc naturam & consuetudinem hominum esse impuram, qua quæ auribus per- D cipiant, verbis exaggerata efferant ad alios malis afficiendos, inquinantes in hoc se immunditia non levi, dum plane impietatis fœditate contaminantur. Ex quo præclare rex vester facit, qui (ut accipimus) hoc genus hominum supplicio solet afficere.

a Deut. VI. 9. *b* Deut. VI. 7.

1. Τὰ προειρ. κ. τ. λ.] Euseb. τὰ προειρημένα συνεχόμενα θείᾳ δυνάμει. πάντα κ. τ. λ. Paucisque interjectis, post Θεῦ, hæc habet: συντηρῦντας καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ μεσότητας, καὶ τελευτάς. καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν βρ. Quæ fortasse ob repetitionem καὶ, librarii oscitantia ex Aristeæ textu exciderunt. En itaque Vigeri versionem: *Nos igitur ipse cohortatur, uti perpetuo meminerimus, vi ac potestate divina hæc omnia contineri pariter & conservari. Nullum enim non locum ipse, non tempus constituit, ad eam cuncta complectentis ac conservantis Dei memoriam usurpandam, rerum initia, progressiones & exitus diligenter observando.* Ad hunc autem locum idem interpres hæc adnotat: „ Aristeas uterque καὶ „ συντηρῦντος, optimo ut videtur sensu. Non displicet ta„ men συντηρῦντας, id est *observantes*: quod divinæ provi„ dentiæ consilia, rerum initiis, progressu, exitu obser„ vari possint ac debeant; quo facilius perpetua ejus me„ moria conservetur. „

2. Συγχωρῆσαι] Euseb. συγχρῆσθαι. Ita omnes: nisi quod Aristeas uterque pro συγχρῆσθαι legit συγχωρῆσαι. quod opinor, vitium non tollit, sed auget. Ego locum reddidi perinde, ac si legeretur: καὶ γὰρ ἐπὶ καὶ βρωτῶν καὶ ποτῶν, ἀπαρξαμένους τῷ Θεῷ, οὕτω συγχρῆσθαι κελεύει. *Nam in mensa quidem, tum demum cibis appositis uti jubet, si prius Deo libatum fuerit.* VIGER.

3. Καὶ ἐπὶ τῶν πυλῶν καὶ θυρῶν] Euseb. καὶ ἐπὶ τῶν πόλεων καὶ οἰκήσεων διὰ τὸ σκεπάζεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν πυλ. Superiora desunt in utroque Aristea. & recte deesse videntur Vigero; præsertim quum *Deut.* VI. 9. ubi hoc mandatum exstat, πόλεων nulla occurrat mentio.

4. Τῆς ἡμῶν συστ.] Euseb. τῆς ἑαυτῶν κατασκευῆς.

5. Τὸν περὶ Θεῦ φόβον] Quid, si τοῦ περὶ Θεὸν φόβου? VIGER.

6. Μελετᾷν] Ante hanc vocem Eusebius habet ϗ πορευομένους: quæ negligit uterque Aristeas, quum tamen *Deut.* VI. 7. legantur. ID.

7. Εἰκῆ κατὰ] Euseb. εἰκῆ ϗ κατὰ. Et post pauca: μήτε τῇ τῦ λόγυ δυναστείᾳ.

E 8. Ὅταν δήποτῦν ἐπιβάλληται] Euseb. ὅ, τι ἂν δή ποτ᾽ ἂν ἐπιβάλληται. Ubi notat Vigerus, syntaxeos rationem ἐπιβάλλονται postulare.

9. Τεκνοποιεῖ τῷ στόματι] Barnabas in *Epist.* cap. X. Τὴν γαλῆν ἐμίσησε καλῶς --- τὸ γὰρ ζῶον τῦτο τῷ στόματι κύει. Id monuit heic Fabricius; quod quidem in notis ad Barnabam, jampridem perviderat Cotelerius.

10. Τῶν ἀνθρώπων] Apud Euseb. τοῖς ἀνθρώποις. Utrumque rectum est. Heic tamen ob consequentia, genitivus significantior videtur: τρόπος enim ἀνθρώποις ἀκάθαρτος, non tam impuros hominum mores, quam eos qui apud homines impuri habeantur, significat. VIGER.

11. Λαβόντες] Sic & Eusebius. ἔλαβον, opinor, scribere debuit. ID.

12. Ἐπαλγέσιν --- περιβάλλει] Euseb. ἐπ᾽ ἀλγεινοῖς --- παραβάλλει: quem tamen ex Aristea corrigendum jubet Vigerus.

[1] ὁ δὲ, τούτους γὰρ καὶ λέγω· [2] ἡ γὰρ ἐπαγρύπνησις, ἀνθρώπων ἀπώλεια ἀνόσιος. ὁ δὲ νόμος ἡμῶν κελεύει, μήτε λόγῳ, μήτε ἔργῳ μηδένα κακοποιεῖν. καὶ περὶ τούτων οὖν, ὅσον ἐπὶ βραχεῖ διεξελθεῖν, [3] προσυποδείξαντά σοι· [4] ὅτι πάντα κεκανόνισται πρὸς δικαιοσύνην, καὶ οὐδὲν εἰκῆ κατατέτακται διὰ τῆς γραφῆς, οὐδὲ [5] θυμωδῶς, ἀλλ' ἵνα διὰ ὅλου τοῦ ζῆν καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν ἀσκῶμεν δικαιοσύνην πρὸς πάντας ἀνθρώπους, μεμνημένοι τοῦ δυναστεύοντος Θεοῦ. περὶ βρωτῶν οὖν καὶ τῶν ἀκαθάρτων, [6] καὶ κνωδάλων, καὶ πᾶς λόγος ἀνατείνει πρὸς δικαιοσύνην, καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων συναναστροφὴν δικαίαν. ἐμοὶ μὲν οὖν [7] ἐνόμιζε περὶ ἑκάστων ἀπολογεῖσθαι. καὶ γὰρ περὶ τῶν προσφερομένων B ἔλεγε μόσχων τε καὶ κριῶν, καὶ χιμάρων· ὅτι [8] δεῖ τοὺς ταῦτα ἐκ βουκολίων καὶ ποιμνίων λαμβάνοντας ἥμερα θυσιάζειν, καὶ μηδὲν ἄγριον· ὅπως οἱ προσφέροντες τὰς θυσίας, μηθὲν ὑπερήφανον ἑαυτοῖς συνιστορῶσι, σημειώσει κεχρημένοι τοῦ διατάξαντος· τῆς γὰρ ἑαυτοῦ ψυχῆς τοῦ παντὸς τρόπου τὴν προσφορὰν ποιεῖται ὁ τὴν θυσίαν προσάγων. καὶ περὶ τούτων οὖν νομίζω [9] τὰ τῆς ὁμιλίας ἀξιολόγου καθεστάναι, διὸ τὴν σεμνότητα καὶ φυσικὴν διάνοιαν τοῦ νόμου προῆγμαι διασαφῆσαί σοι Φιλόκρατη, δι' ἣν ἔχεις φιλομάθειαν.

A Heic ego: Tu videris mihi loqui de delatoribus. Nam hos ille tormentis & suppliciis capitalibus, iisque acerbis prosequitur. Tum ille: Hos ipsos & ego intelligo. Nam horum vigilantia, est scelerata aliorum hominum pernicies. Nostra vero lex jubet, ut neminem neque dicto neque facto quis lædat. Atque ita quantum brevitas permisit, de his differuimus, ad ostendendum hoc tibi, omnia in legibus nostris esse statuta ad justitiam: neque quidquam temere aut severius & durius esse ordinatum & propositum, sed ut per totam vitam & in actionibus omnibus exerceremus justitiam erga omnes homines, memores Dei omnipotentis. Ita ergo, & quæ de cibis, & quæ de bestiis sunt tradita, omnia spectant eo, ut justitia ex- B colatur, & hominum societas & consuetudo sit justa. Mihi itaque videbatur singulorum rationem pulcre exposuisse. Nam dicebat etiam de vitulis, arietibus & hircis qui offerrentur; quos omnes ex gregibus & armentis deligerent mansuetos, & nihil prorsus quod ferum & indomitum esset mactarent: ut ne sacrificantes ex legislatoris ordinatione alicujus elationis & superbiæ ansam arripere, & sibi adscribere possent, eo quod sacrificans omnino faciat oblationem pro animi sui affectione. Atque hæc fuerunt tractata in collocutione, memoratu (ut ego puto) digna: quæ tibi Philocrates, propter studium tuum singulare, de legis sanctitate & naturali instituto volui exponere.

Ο δὲ Ελεάζαρος ποιησάμενος θυσίαν, καὶ τοὺς C ἄνδρας ἐπιλέξας, καὶ πολλὰ δῶρα τῷ βασιλεῖ κατασκευάσας, προέπεμψεν ἡμᾶς μετὰ ἀσφαλείας πολλῆς. ὡς δὲ παρεγενήθημεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, προσηγγέλη τῷ βασιλεῖ περὶ τῆς ἀφίξεως ἡμῶν. παρείμεν δὲ εἰς τὴν αὐλὴν Ἀνδρέας τε καὶ ἐγώ, φιλοφρόνως ἠσπασάμεθα τὸν βασιλέα, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἀποδεδώκαμεν τὰς παρὰ τοῦ Ελεαζάρου. περὶ πολλοῦ δὲ ποιούμενος τοῖς ἀπεσταλμένοις ἀνδράσιν ἐντυχεῖν, ἐκέλευσε τοὺς λοιποὺς πάντας ἀπολῦσαι, τοὺς ἐπὶ τῶν χρειῶν· καλεῖν δὲ τοὺς ἀνθρώπους. οὐ πᾶσι παραδόξου φανέντος, διὰ τὸ κατ' ἔθος εἶναι, πεμπταίους εἰς πρόσωπον ἔρχεσθαι βασιλεῖ τοὺς περὶ χρησίμων ἀφικνουμένους· [10] τοὺς δὲ παρὰ βασιλέων ἢ πόλεων ἐν ὑπεροχαῖς, μόλις ἐν τριάκοντα εἰς τὴν D αὐλὴν παριέσθαι· τοὺς δὲ ἥκοντας τιμῆς ἀξιῶν μείζονος, καὶ τὴν ὑπεροχὴν κρίνων τοῦ πέμψαντος, ἀπολύσας οὓς ἐνόμιζε περισσούς, ὑπέμεινε περιπατῶν, ἕως ἂν παραγινομένους ἀσπάσηται. παρελθόντων δὲ σὺν τοῖς ἀπεσταλμένοις δώροις, καὶ ταῖς διαφόροις διφθέραις, ἐν αἷς ἡ νομοθεσία γεγραμμένη χρυσογραφίᾳ τοῖς Ιουδαϊκοῖς γράμμασι, θαυμασίως εἰργασμένου τοῦ ὑμένος, καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα συμβολῆς ἀνεπαισθήτου κατεσκευασμένης· ὡς εἶδεν ὁ βασιλεὺς τοὺς ἄνδρας, ἐπηρώτα περὶ τῶν βιβλίων. ὡς δὲ ἀπεκάλυψαν τὰ τῶν ἀνειλημμάτων, καὶ ὑμένας ἀνείλιξαν, πολὺν ἐπιστὰς χρόνον, καὶ προσκυνήσας σχεδὸν ἑπτάκις, εἶπεν· εὐχαριστῶ μέν, ἄν- E

XL. Eleazarus peractis sacris, electis viris & adornatis regi muneribus, dimisit nos cum securitate itineris. Postquam autem pervenimus Alexandriam, nuntiatumque esset regi nos advenisse, Andreas & ego statim vocabamur in aulam: & rege comiter salutato, obtulimus ei litteras Eleazari. Qui cum valde cuperet secum habere viros illos missos, mandavit reliquos omnes qui negotiorum caussa adessent secedere, & illos vocare: quæ res ut inusitata, movit omnibus admirationem. Quia hoc in more erat, ut qui ob privatum aliquod negotium venissent, quinto demum die in conspectum regis pervenirent: qui vero a regibus & civitatibus præstantibus missi essent, illi ægre post triginta dies in au- D lam admitterentur. Hos autem viros majori judicans honore dignos, & respiciens etiam ad excellentiam ejus a quo missi essent, remotis qui viderentur debere abesse, deambulans exspectabat, donec advenientes salutasset. Quos quidem ingressos cum muneribus missis, & variis pellibus, in quibus lex aureis litteris lingua Judæorum perscripta erat, quarumque membranæ mira arte elaboratæ erant, & ita compositæ ut oculis discerni non posset earum compositio, rex ut vidit, de libris interrogavit. Qui postquam illos involutos aperuissent, & membranas explicuissent: ille diu subsistens, cum adoratione fere septies ita est locutus: Gratias ago vobis, viri, sed majores ei qui vos misit, maximas vero Deo illi cujus hæc

1. Συνεχῶς. ὁ δέ] Post συνεχῶς statim subdit Euseb. τισὶ τοῖς γὰρ ἐπαγρυπνοῦσι εἰς ἀνθρώπων ἀπώλειαν, ἀνόσιον. Perbene tamen apud Aristeam ὁ δὲ —— λέγω, judice Vigero, qui & hæc in versione sua expressit.

2. Η γὰρ —— ἀνόσιος] Hæc ita emendari possunt: ἡ γὰρ ἀγρύπνησις ἐπ' ἀπωλείᾳ ἀνθρώπων, ἀνόσιος. VIGER.

3. Προσυποδείξαντα] Sic & Euseb. ubi tamen conjicit Vigerus legendum προσυπέδειξα: *Et quidem, hoc tibi adhuc, quam brevissime fieri potuit, ostendimus.*

4. Οτι πάντα κεκανόνισται] Euseb. διότι πάντα κεκανόνισται. Postremam vocem sic item exhibet, teste Fabricio, codex Vat.

5. Θυμωδῶς] Euseb. μυθωδῶς, *fabulose*.

6. Ακαθ. καὶ κνωδ.] Euseb. ἀκαθ., ἑρπετῶν καὶ κνωδ. ad quem sane Aristeas exigendus videtur.

7. Ενόμιζε] Euseb. καλῶς ἐνόμιζε. Et mox ἀπολελογῆσθαι —— Sumit Aristeas ἐνόμιζε pro ἐδόκει, more mihi quidem adhuc ignoto. VIGER.

8. Δεῖ τοὺς ταῦτα] Ita rescripsimus, Eusebium secuti. Editi, ἀεὶ ταῦτα. Nempe: δεῖ τοὺς —— λαμβάνοντας —— θυσιάζειν. Eusebius tamen pro θυσιάζειν legit κατασκευάζειν.

9. Τὰ τῆς ὁμιλίας κ. τ. λ.] Euseb. κατὰ τῆς ὁμιλίας ἄξια λόγου καθεστάναι, διὰ τὴν σεμνότητα τοῦ νόμου, ἣν προῆγμαι διασαφῆσαί σοι, Φιλόκρατες, δι' ἣν ἔχεις φιλομάθειαν. Quæ Vigerus ex ms. regio sic restituit: κατὰ τὴν ὁμιλίαν ἄξια λόγου καθεστάναι, reliqua retinens. In his tamen vertendis hæsit Aristeæ, apud quem illustrior sibi ac plenior sensus offerebatur. *Quam illius* (Eleazari) *in mutuo congressu nostro, susceptam his de rebus disputationem, commemoratione dignam putavi: ac propterea, ut ardori quoque discendi tuo, mi Philocrates, obsecundarem, augustiorem illam divinæ legis speciem naturalemque sententiam tibi aperire decrevi.*

10. Τοὺς δὲ —— ἐν τριάκοντα] Joseph. *Antiqq.* lib. XII. cap. II. §. 10. τοὺς δὲ πρεσβεύοντας, διὰ μηνός. FABRIC.

δρες, ὑμῖν· τῷ δὲ ἐπιστείλαντι, μᾶλλον· μέγιστον δὲ, τῷ Θεῷ, οὗ τινός ἐστι τὰ λόγια ταῦτα· ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντων εἰπόντων ὑπὸ μίαν φωνὴν, τῶν τε παραγεγονότων καὶ τῶν συμπαρόντων, εὖ βασιλεῦ· προήχθη δακρῦσαι, τῇ χαρᾷ πεπληρωμένος. ἡ γὰρ τῆς ψυχῆς ἔντασις, καὶ τὸ τῆς τιμῆς ὑπερτεῖνον, δακρύειν ἀναγκάζει κατὰ τὰς ἐπιτυχίας. κελεύσας δὲ εἰς τάξιν ἀποδοῦναι τὰ τεύχη, τὸ τηνικαῦτα ἀσπασάμενος τοὺς ἄνδρας, εἶπε· δίκαιον ἦν, θεοσεβεῖς ἄνδρες, ὧν χάριν ὑμᾶς μετεπεμψάμην, ἐκείνοις πρῶτον σεβασμὸν ἀποδοῦναι· μετὰ ταῦτα, τὴν δεξιὰν ὑμῖν προτεῖναι· διὸ πεποίηκα τοῦτο πρῶτον. μεγάλην δὲ τέθειμαι τὴν ἡμέραν ταύτην, ἐν ᾗ παραγεγόνατε· καὶ κατ' ἐνιαυτὸν ἐπίσημος ἔσται πάντα τὸν ζωῆς ἡμῶν χρόνον. συνέτυχε δὲ καὶ κατὰ τὴν νίκην ἡμῖν προσπεπτωκέναι τῆς πρὸς Ἀντίγονον ναυμαχίας· διὸ δειπνῆσαι σήμερον μεθ' ὑμῶν βουλήσομαι. * πάντα δυνάμιν εἶπεν παρεστάναι καθηκόντως, οἷς συγχρήσησθε κἀμοὶ μεθ' [1] ἡμῶν. τῶν δὲ ἀσμενισάντων, ἐκέλευσε καταλύματα δοθῆναι τὰ κάλλιστα, πλησίον τῆς ἄκρας αὐτοῖς· καὶ τὰ κατὰ τὸ συμπόσιον ἑτοιμάζειν.

[2] Ο δὲ ἀρχίητρος Νικάνωρ Δωρόθεον προσκαλεσάμενος, ὃς ἦν ἐπὶ τούτων ἀποτεταγμένος, ἐκέλευσε τὴν ἑτοιμασίαν εἰς ἕκαστον ἐπιτελεῖν. ἦν γὰρ οὕτω διατεταγμένον ὑπὸ τοῦ βασιλέως (ἃ [3] μὴν ἔτι καὶ νῦν ὁρᾷς) ὅσαι γὰρ πόλεις εἰσὶν, αἷς συγχρῶνται πρὸς τὰ ποτὰ καὶ βρωτὰ καὶ στρωμνὰς, τοσοῦτοι καὶ προεστῶτες ἦσαν· καὶ κατὰ τοὺς ἐθισμοὺς οὕτως ἐσκευάζοντο, ὅταν παραγένοιντο πρὸς τοὺς βασιλεῖς, ἵνα κατὰ μηθὲν δυσχεραίνοντες, ἱλαρῶς διεξάγωσιν· ὃ καὶ περὶ τούτους ἐγεγόνει. προσεχέστατος γὰρ ὢν ἄνθρωπος ὁ Δωρόθεος, εἶχε τὴν τῶν τοιούτων προστασίαν. συνέστρωσε δὲ πάντα τὰ δι' αὐτοῦ χειριζόμενα, πρὸς τὰς τοιαύτας ὑποδοχὰς διαμεμερισμένα· διαμερῆ τε ἐποίησε τὰ τῶν κλισιῶν, καθὼς προσέταξεν ὁ βασιλεύς. τοὺς γὰρ ἡμίσεις ἐκέλευσε ἀνὰ χεῖρα κατακλῖναι, τοὺς δὲ λοιποὺς μετὰ τὴν ἑαυτοῦ κλισίαν, οὐδὲν ἐλλείπων εἰς τὸ τιμᾶν τοὺς ἄνδρας.

Ως δὲ ἀνεκλίθησαν, ἐκέλευσε τῷ Δωροθέῳ, τοῖς ἐθισμοῖς, οἷς χρῶνται πάντες οἱ παραγενόμενοι πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῆς Ιουδαίας, οὕτως ἐπιτελεῖν. διὸ τοὺς ἱεροκήρυκας καὶ θύτας καὶ τοὺς ἄλλους, οἷς ἔθος ἦν τὰς κατευχὰς ποιεῖσθαι, παρῃτήσατο. τῶν δὲ παραγεγονότων σὺν ἡμῖν, [4] Ελεάζαρον ὄντα τῶν ἱερέων πρεσβύτερον παρεκάλεσαν ποιεῖσθαι κατευχήν. ὃς ἀξιολόγως στὰς εἶπε· πληρώσαι σε, βασιλεῦ, πάντων τῶν ἀγαθῶν, ὧν ἔκτισεν, ὁ παντοκράτωρ Θεός· καὶ δῴη σοι ταῦτ' ἔχειν, καὶ γυναικὶ, καὶ τέκνοις, καὶ τοῖς ὁμονοοῦσι, πάντα ἀνέκλειπτα τὸν τῆς ζωῆς χρόνον. εἰπόντος δὲ ταῦτα τούτου, κατεῤῥάγη κρότος μετὰ κραυγῆς καὶ χαρᾶς εὐφροσύνης πλείονα χρόνον· καὶ τὸ τηνικαῦτα πρὸς τὸ τέρπεσθαι διὰ τῶν ἡτοιμασμένων ἐτράπησαν, τῶν λειτουργιῶν ἁπασῶν διὰ τῆς τοῦ Δωροθέου συντάξεως ἐπιτελουμένων· ἐν οἷς καὶ βασιλικοὶ παῖδες ἦσαν, καὶ τῶν τιμωμένων ὑπὸ τοῦ βασιλέως.

Οτε δὲ καιρὸν ἔλαβεν ἐκ διαστήματος, [5] ἠρώτησε τὸν ἔχοντα τὴν πρώτην ἀνάκλισιν· (ἦσαν γὰρ καθ' ἡλικίαν τὴν ἀνάπτωσιν πεποιημένοι) α'. ΠΩΣ ἂν τὴν βασιλείαν μέχρι τέλους ἄπταιστον ἔχων διαπλοῖ; βραχὺ δὲ ἐπισχὼν, εἶπεν· οὕτως ἂν μάλιστα διεξάγοις, μιμούμενος τὸ τοῦ Θεοῦ διαπαντὸς ἐπιεικές.

A sunt oracula. Hæc unanimiter approbantibus, vocéque una & illis qui advenerant, & qui cum rege erant dicentibus, Bene rex facis: ille repletus gaudio, lacrymas effundere cœpit: quia animi vehemens intentio ob aliquam rem magnam & gloriosam, quæ exoptata contigit, solet elicere lacrymas. Hinc jussit illos in ordinem redigere & seponere volumina legis. Hocque facto, salutans excepit illos, & dixit: Rectum erat, viri pietate insignes, me primum exhibere honorem illis ob quæ vos accersivi huc: deinde vobis præbere dextram: ideo illud prius feci. Hic autem dies in singulos annos per totam vitam meam erit mihi solennis & magnus, quo vos ad me venistis. Et quia contigit
B ut ad me veniretis tempore illo, quo ego navali adversus Antigonum prælio victoria sum potitus: ideo volo hodie vobiscum cœnare. * *Jussitque suo convenienti ordine & modo convenire & adesse omnes magnates & potentiores suos, interque eos nos quoque, cupidos & paratos.* Quibus assentientibus diversoria in quibus seniores quiescerent & morarentur, mandavit ea dari quæ proxime arcem splendidissima essent, & simul quæ ad convivium attinerent parari.

XLI. Nicanor autem, medicorum princeps, accersitum Dorotheum cui hoc muneris commissum erat, jussit effectum curare singulorum apparatum. Nam ita a rege statutum erat, quod nunc etiam cernis, ut quot
C essent civitates, quæ suppeditarent ea quæ ad cibum, potum & lectisternia attinerent: tot essent etiam præfecti eorum, qui exercitati & assuefacti, cum qui ad regem venissent, pro more omnia adornarent sine omni molestia & mora: id quod etiam circa hos hospites est factum. Nam Dorotheus, homo diligentissimus, illis præerat: qui curavit omnia sibi commissa, & ad hujuscemodi exceptiones destinata, expandi & substerni, & juxta regis voluntatem sessionem etiam in duas partes divisit. Nam rex voluit mediam partem illorum virorum ante se discumbere, reliquos post suum solium: nihilque intermittendum putavit, quod faceret ad honorandos illos viros.

XLII. Postquam autem discubuissent, jussit Do-
D rotheum omnia peragere pro more illorum qui ex Judæa advenire soleant. Is ergo sacros præcones, sacrificatores, & alios qui solerent peragere precationes, accersivit. Sed illi Eleazarum seniorem sacerdotem ex illis qui advenerant rogarunt, ut faceret vota. Qui cum convenienti reverentia stans dixit: Rex, impleat te Deus omnipotens omnibus illis bonis quæ creavit: detque & efficiat ut ea tu, uxor, liberi & amici habeatis per omne vitæ tempus affluentia & firma. Ad hæc ab illo dicta excitatus est magnus applausus, cum clamore & exsultatione, qui satis diu duravit. Hinc conversi sunt ad oblectandum se illis quæ apparata erant. Tum ministri omnes, ex Dorothei
E præscripto & ordinatione ministrantes, expediebant sua munia: inter quos etiam regii pueri erant, quique apud regem in magno essent honore.

XLIII. Ibi rex post aliquantulum spatii, per occasionem captatam, sedentibus illis ordine secundum ætatem, eum qui primum locum in sessione habebat interrogavit: I. QUOMODO regnum ad finem usque retinuerit extra lapsum & offensionem? Ad quod ille paullulum cunctatus, respondit: Si in tota tua gubernatione imi-

1. Ημῶν] Codex Vat. ὑμῶν. FABRIC.
2. Ο δὲ ἀρχ. Νικ.] Joseph. l. c. §. 11. Ο δὲ ἐπὶ τὰς τῶν ξένων ὑποδοχὰς τεταγμένος Νικάνωρ. ID.
3. Α μὴν] Vat. cod. ἃ μέν. ID.
4. Ελεάζαρον] Joseph. Ελισσαῖον. ID.
5. Ηρώτησε κ.τ.λ.] Hæc & sequentia Latine tantum ex hac ipsa Garbitii versione, edidit Franekerae anno 1591. Joannes Drusius in lib. II. *Apophthegmatum Hebræorum ac Arabum*: quæ deinceps recudenda curavit Fabricius una cum opere Gualmini *de vita & morte Mosis*, Hamburgi ann. 1714.

μακροθυμίᾳ γὰρ χρώμενος, καὶ βλιμάζων τοὺς ἀξίους ἐπιεικέστερον, καθὼς εἰσὶν ἄξιοι, μεταπιθεὶς ἐκ τῆς κακίας, καὶ εἰς μετάνοιαν ἄξεις.

Ἐπαινέσας ὁ βασιλεὺς, τὸν ἐχόμενον ἠρώτα· β'. ΠΩΣ ἂν ἕκαστον πράττοι; ὁ δὲ ἀπεκρίθη· τὸ δίκαιον εἰ πρὸς ἅπαντας διατηροῖ ἑαυτὸν, καλῶς τὰ ἕκαστα πράξοι· διαλαμβάνων, ὅτι πᾶν ἐννόημα σαφές ἐστι Θεῷ· κατάρχων δὲ θείου φόβου λαμβάνων, ἐν οὐδενὶ διαπίπτοις.

Καὶ τοῦτον δὲ εὖ μάλα παραδεξάμενος, ἕτερον ἐπηρώτα· γ'. ΠΩΣ ἂν ὁμόνους ἑαυτοῦ ἔχοι τοὺς φίλους; κἀκεῖνος εἶπεν· εἰ θεωροῖεν σε πολλὴν πρόνοιαν ποιούμενον, ὧν ἄρχεις, ὄχλων· σὺ δὲ τοῦτο πράξεις, ἐπιβλέπων ὡς ὁ Θεὸς εὐεργετεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ὁ ὑγίειαν αὐτοῖς καὶ τροφὴν καὶ τὰ λοιπὰ κατὰ καιρὸν παρασκευάζων ἅπαντα.

Συνεπιμαρτυρήσας δὲ τούτῳ, τὸν ἐχόμενον ἠρώτα· δ'. ΠΩΣ ἂν ἐν τοῖς χρηματισμοῖς καὶ διακρίσεσιν, εὐφημίας τυγχάνω καὶ ὑπὸ τῶν ἀποτυγχανόντων; ὁ δὲ εἶπεν· εἰ πᾶσιν ἴσος γένοιο τῷ λόγῳ, καὶ μηδὲν ὑπερηφάνως, μηδὲ τῇ περὶ σεαυτὸν ἰσχύϊ, πράσσοις κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων. τοῦτο δὲ ποιήσεις, τὴν διάταξιν βλέπων τὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· τὰ γὰρ ἱκετευόμενα συντελεῖσθαι τοῖς ἀξίοις· τοῖς δὲ ἀποτυγχάνουσιν, ἢ δι' ὀνείρων, ἢ πράξεων, σημαίνεσθαι τὸ βλαβερὸν αὐτοῖς· οὐ κατὰ ἁμαρτίας, οὐδὲ κατὰ τὴν μεγαλοσύνην τῆς ἰσχύος, τύπτοντος αὐτοὺς, ἀλλὰ ἐπιεικείᾳ χρωμένου τοῦ Θεοῦ.

Ὁ δὲ καὶ τοῦτον κατεπαινέσας, ἠρώτα τὸν καθεξῆς· ε'. ΠΩΣ ἂν ἐν ταῖς πολεμικαῖς χρείαις ἀήττητος εἴη; ὁ δὲ εἶπεν· εἰ μὴ πεποιθὼς ὑπάρχοι τοῖς ὄχλοις, μηδὲ ταῖς δυνάμεσιν· ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἐπικαλοῖτο διὰ παντὸς, ἵνα τὰς ἐπιβολὰς αὐτῷ κατευθύνῃ, δικαίως διεξάγοντι πάντα.

Ἀποδεξάμενος δὲ καὶ τοῦτον, τὸν ἕτερον ἠρώτα· ς'. ΠΩΣ ἂν φοβερὸς εἴη τοῖς ἐχθροῖς; ὁ δὲ εἶπεν· εἰ τῇ τῶν ὅπλων καὶ δυνάμεων κατασκευῇ πολλῇ χρώμενος εἴη· εἰ δὴ εἴη ταῦτα ὄντα κενὰ ἐπὶ πλείονα χρόνον, πρὸς τὸ συμπέρασμα δρᾶν τι. καὶ γὰρ ὁ Θεὸς διδοὺς ἀνοχὰς, καὶ ἐνδεικνύμενος, τὸν τῆς δυναστείας φόβον ἐγκατασκευάζει πάσῃ διανοίᾳ.

Καὶ τοῦτον δὲ ἐπαινέσας, εἶπεν πρὸς τὸν ἐχόμενον· ζ'. ΤΙ κάλλιστον αὐτῷ πρὸς τὸ ζῆν ἂν εἴη; κἀκεῖνος ἔφη· τὸ γινώσκειν, ὅτι ὁ Θεὸς δυναστεύει τῶν ἁπάντων· καὶ ἐπὶ τῶν καλλίστων πράξεων οὐκ αὐτοὶ κατευθύνομεν τὰ [1] βουλευθέντα· Θεὸς δὲ τελειοῖ τὰ πάντων, καὶ καθηγεῖται δυναστεύων.

Ἐπιφωνήσας δὲ καὶ τούτῳ καλῶς λέγειν, τὸν ἕτερον ἠρώτα· η'. ΠΩΣ ἂν ἀκέραια συντηρήσας ἅπαντα, τοῖς ἐγγόνοις τὴν αὐτὴν παραδιδοῖ διάθεσιν ἐπὶ τέλει; ὁ δὲ εἶπεν· εὐχόμενος ἀεὶ πρὸς τὸν Θεὸν, ἀγαθὰς ἐπινοίας λαμβάνειν πρὸς τὰ μέλλοντα πράσσεσθαι· καὶ τοῖς ἐγγόνοις παρακελευόμενος, μὴ ἐκπλήττεσθαι τῇ δόξῃ, μηδὲ τῷ πλούτῳ· Θεὸν γὰρ εἶναι τὸν χαριζόμενον ταῦτα· καὶ οὐ δι' ἑαυτῶν ἔχειν τὴν ὑπεροχὴν πάντων.

Ἐπιμαρτυρήσας δὲ τούτοις, τοῦ μετὰ ταῦτα ἐπυνθάνετο· θ'. ΠΩΣ ἂν τὰ συμβαίνοντα μετρίως φέροι; ἐκεῖνος δὲ ἔφησεν· εἰ πρόληψιν λαμβάνοις, ὅτι γεγόνασιν ὑπὸ Θεοῦ πάντες ἄνθρωποι, μετασχεῖν τῶν μεγίστων κακῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ ἀγαθῶν· καὶ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπον ὄντα τούτων ἀμιγῆ γενέσθαι. ὁ Θεὸς δὲ τὴν εὐψυχίαν δίδωσιν, ὃν ἱκετεύειν ἀναγκαῖον.

tatus fueris æquitatem & mansuetudinem Dei. Nam dum ita indignos quidem prosequeris mansuetudine & longanimitate, dignos vero (quemadmodum par est) tractabis honorificentius & mitius, illos etiam de sua improbitate detrudes, & perduces ad pœnitentiam ejus.

XLIV. Hoc collaudato, proximum interrogabat: 2. QUOMODO quodque instituat & agat? Ille respondit: Ita ipsum singula recte acturum, si quod justum est erga omnes conservet, ex eo quod statuat omnem cogitationem suam Deo notam esse: & in primis, si cum timore Dei actiones suas inchoet, in nulla earum interruptum & parum commodum processum habiturum.

XLV. Hoc etiam admodum benigne audito, sequentem interrogabat: 3. QUOMODO posset nancisci & retinere sibi animis consentientes amicos? Cui ille: Si illi viderint te magnam curam habere illorum cœtuum, quibus præsis: tu vero ita hoc facies, si considerabis, quomodo Deus juvet genus humanum, qui valetudinem ipsis, alimenta, victum & alia omnia præparat temporibus suis.

XLVI. Suffragatus & huic, sequentem interrogabat: 4. QUOMODO in jure dicendo, & judiciorum sententiis ferendis, possit laudem & approbationem assequi apud illos etiam qui non sint sui compotes facti voti? Ille dixit: Si omnibus te præbueris sermone æquabilem, & nihil neque superbe neque pro tua potentia egeris contra delinquentes. Hoc autem ita facies, si Dei observabis administrationem & constitutionem, qui dignis perficit vota ipsorum: quos autem non vult participes fieri suorum votorum, illis aut per insomnia, aut factis & actionibus ipsis ostendit, ipsorum vota esse noxia: neque eos vel pro ipsorum delictis, vel pro suæ potentiæ magnitudine affligit, sed æquitate erga illos utitur.

XLVII. Et hunc suis laudibus prosecutus, interrogabat eum qui sequebatur: 5. QUOMODO in rebus bellicis posset esse invictus? Ille dixit: Si neque in multitudine, neque in potentia & viribus fiduciam tuam collocaveris: sed Deum semper invocaveris, ut tibi juste omnia agenti, conatus & consilia dirigat tua.

XLVIII. Cum hunc etiam approbasset, interrogabat alium: 6. QUOMODO exsistat hostibus formidolosus? Ille dixit: Si & armorum & potentiæ multo apparatu instructus fueris, & hæc longiore tempore detinueris extra omnem rei aggressionem, tamquam inania prorsus essent & inutilia ad finem consequendum. Etenim & Deus utitur dilatione, & ita per declarationem potentiæ suæ omnium animis incutit terrorem.

XLIX. Hoc etiam collaudato, ad sequentem dixit: 7. QUID sibi ad vitam degendam possit esse optimum? Ille ait: Hoc cognitum habere & statuere, Deum universorum dominari: nosque etiam in illis quæ nobis maxime sunt gloriosæ actiones, non dirigere consilia nostra, sed Deum omnia perficere & gubernare pro sua potentia.

L. Comprobata & hujus sententia, interrogabat alium: 8. QUOMODO & ipse posset omnia conservare & tueri integra & salva, & tandem eumdem rerum suarum statum posteris etiam tradere ad perpetuitatem quamdam? Ille dixit: Orando assidue Deum, ut bona de rebus agendis capias consilia: & monendo liberos, ne efferantur dignitate & opibus, neve putent se ista habere ex se, sed sciant Deum ea largiri.

LI. Suffragatus & huic sententiæ, ex sequente percontabatur: 9. QUOMODO quosvis eventus moderate ferat? Ille inquit: Si tibi persuaseris, homines ita creatos a Deo, ut & malorum & bonorum maximorum in vita fiant participes: nec inveniri hominem, qui sit hujus vicissitudinis expers: Deum vero contribuere animum æquum, pro quo ille sit orandus.

1. Βουλευθέντα] Βουληθέντα cod. Vat. FABRIC.

Φιλοφρονηθεὶς δὲ καὶ τοῦτον, καλῶς εἶπεν ἅπαντας ἀποφαίνεσθαι· ἐπερωτήσας δὲ ἔτι ἕνα, καταλήξω τὸ νῦν ἔχον· ἵνα καὶ πρὸς τὸ τέρπεσθαι τραπέντες, ἡδέως διεξάγωμεν. ἐν δὲ ταῖς μετὰ ταῦτα ἓξ ἑξῆς ἡμέραις, καὶ παρὰ τῶν λοιπῶν ἑξῆς μαθήσομαί τι πλέον. εἶτ' ἐπερώτα τὸν ἄνδρα, ι'. ΤΙ πέρας ἀνδρείας ἐστίν; ὁ δὲ εἶπεν· εἰ τὸ βουλευθὲν ὀρθῶς ἐν ταῖς τῶν κινδύνων πράξεσιν, ἐπιτελοῖτο κατὰ πρόθεσιν. τελειοῦται δ' ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πάντα σοι, καλῶς βουλομένῳ, βασιλεῦ, συμφερόντως. ἐπιφωνησάντων δὲ πάντων, καὶ κρότῳ σημηναμένων, πρὸς τοὺς φιλοσόφους εἶπεν ὁ βασιλεύς· (οὐκ ὀλίγοι γὰρ παρῆσαν τούτοις) οἴομαι διαφέρειν τοὺς ἄνδρας ἀρετῇ, καὶ συνιέναι πλεῖον· οἵ τινες ἐκ τοῦ καιροῦ τοιαύτας ἐρωτήσεις λαμβάνοντες, ὡς δέον ἐστὶν ἀποκέκρινται, πάντας ἀπὸ Θεοῦ τοῦ λόγου τὴν καταρχὴν ποιούμενοι.

Μενέδημος δὲ ὁ Ἐρετριεὺς φιλόσοφος εἶπε· ναὶ, βασιλεῦ. προνοίᾳ γὰρ τῶν ὅλων διοικουμένων, καὶ ὑπειληφότων ὀρθῶς τοῦτο, ὅτι θεοκτιστόν ἐστιν ἄνθρωπος, ἀκολουθεῖ, πᾶσαν δυναστείαν καὶ λόγου καλλονὴν ἀπὸ Θεοῦ [1] κατάρχεσθαι. τοῦ δὲ βασιλέως ἐπινεύσαντος τὰ περὶ τούτων, ἔληξεν· ἐτράπησαν δὲ πρὸς εὐφροσύνην. ἐπιλαβούσης δὲ τῆς ἑσπέρας, τὸ συμπόσιον ἐλύθη.

Τῇ δὲ μετὰ ταῦτα, πάλιν κατὰ τὴν αὐτὴν διάταξιν τὰ τῆς ἀνακλίσεως καὶ συμποσίας ἐπετελεῖτο. καθὸ δὲ ἐνόμιζεν ὁ βασιλεὺς εὔκαιρον εἶναι πρὸς τὸ πυνθάνεσθαί τι τῶν ἀνδρῶν, ἐπηρώτα τοὺς ἑξῆς τῶν ἀποκεκριμένων τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ. πρὸς τὸν ἑνδέκατον δὲ ἤρξατο τὴν κοινολογίαν ποιεῖσθαι· (δέκα γὰρ ἦσαν ἠρωτημένοι τῇ προτέρᾳ) σιγῆς δὲ γενομένης, ἐπυνθάνετο· ια'. ΠΩΣ ἂν πλούσιος διαμένοι; βραχὺ δὲ ἐπισχὼν ὁ τὴν ἐρώτησιν ἐκδεχόμενος, εἶπεν· εἰ μηδὲν ἀνάξιον τῆς ἀρχῆς, μηδ' ἀσελγὲς πράσσοι· μηδὲ δαπάνῃ εἰς τὰ κενὰ, καὶ μάταια συντελοῖ· τοὺς ὑποτεταγμένους εὐεργεσίᾳ πρὸς εὔνοιαν ἄγοι τὴν ἑαυτοῦ. καὶ γὰρ ὁ Θεὸς πᾶσιν αἴτιος ἀγαθῶν ἐστιν· ᾧ κατακολουθεῖν ἀναγκαῖον.

Πτολεμαῖος ὁ τῆς Αἰγύπτου βασιλεὺς, βιβλιοθήκην ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ κατασκευάσας, καὶ πανταχόθεν συναγαγὼν βιβλία, καὶ πληρώσας αὐτὴν, ἔπειτα μαθὼν ὅτι ἀρχαίας ἱστορίας τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασι γεγραμμένας σώζεσθαι ἀκριβῶς συμβαίνει, γνῶναι τὰ γεγραμμένα βουλόμενος, σοφοὺς ἄνδρας ἑβδομήκοντα, τοὺς καὶ τὴν Ἑλλήνων καὶ Ἑβραίων διάλεκτον εἰδότας, ἑρμηνεῦσαι αὐτοῖς τὰς βίβλους προσέταξεν, D ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ μεταπεμψάμενος· καὶ ἵνα πάσης ὀχλήσεως ἐκτὸς ὄντες θᾶττον ἑρμηνεύσωσι, προσέταξεν αὐτοῖς μὴ ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, ἀλλὰ ἀπὸ ἑπτὰ σταδίων, ἔνθα τὴν Φάρον ᾠκοδομῆσθαι συμβαίνει, ἰσαρίθμους τῶν ἑρμηνευόντων οἰκίσκους γενέσθαι μικροὺς, ἐπὶ τῷ ἕκαστον ἰδίᾳ καθ᾽ ἑαυτὸν τὴν ἑρμηνείαν πληρῶσαι· προστάξας τοῖς ἐφεστῶσιν ὑπηρέταις, πάσης μὲν αὐτοὺς θεραπείας τυγχάνειν, εἴργεσθαι δὲ τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας, ἵνα τὸ τῆς ἑρμηνείας ἀκριβὲς, καὶ διὰ τῆς τούτων συμφωνίας γνωσθῆναι δυνηθῇ. ἐπεὶ δὲ ἔγνω τοὺς ἑβδομήκοντα ἄνδρας μὴ μόνον τῇ αὐτῇ διανοίᾳ, ἀλλὰ καὶ ταῖς αὐταῖς λέξεσι χρησαμένους, καὶ μηδὲ ἄχρι μιᾶς λέξεως τῆς πρὸς ἀλλήλους συμφωνίας διημαρτηκότας, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν αὐτῶν γεγραφότας, ἐκπλαγεὶς, καὶ θείᾳ E δυνάμει τὴν ἑρμηνείαν γεγράφθαι πιστεύσας, πάσης μὲν τιμῆς ἀξίους αὐτοὺς, ὡς θεοφιλεῖς ἄνδρας, διέγνω· μετὰ πολλῶν δὲ δώρων αὐτοὺς εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα ἐπανελθεῖν προσέταξε· τὰς δὲ βίβλους θαυμάσας, ὡς εἰκὸς, καὶ ἐκθειάσας, ἐκεῖσε ἀνέθηκε. ταῦτα οὐ μῦθος ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἕλληνες, οὐδὲ πεπλασμένας ἱστορίας ἀπαγγέλλομεν· ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ γενόμενοι, καὶ τὰ ἴχνη τῶν οἰκίσκων ἐν τῇ Φάρῳ ἑωρακότες ἔτι σωζόμενα, καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖ, ὡς τὰ πάτρια παρειληφότων, ἀκηκοότες, ταῦτα ἀπαγγέλλομεν.

Ptolemæus Ægypti rex, quum bibliothecam Alexandriæ conſtruxiſſet, eaque libris undique comportatis repleta, poſtea didiciſſet antiquas hiſtorias Hebraicis litteris ſcriptas diligenter aſſervari; cupidus hæc ſcripta cognoſcendi, ſeptuaginta ſapientibus viris Græce & Hebraice ſcientibus quos Hieroſolymis accerſiverat, id negotii dedit ut hos libros interpretarentur: atque ut ab omni interpellatione liberi citius interpretationem conficerent, juſſit illis non in ipſa quidem urbe, ſed ſeptem ab ea ſtadiis ubi Pharus ædificata eſt, tot cellulas quot erant interpretes fieri, ut pro ſe quiſque ſeparatim interpretationem abſolverent; dato præpoſitis huic rei miniſtris mandato, ut omnem illis quidem humanitatem exhiberent, ſed mutuo prohiberent congreſſu, ut accurata interpretationis diligentia ſaltem ex ipſorum conſenſu cognoſci poſſet. Poſtquam autem cognovit ſeptuaginta illos viros non ſolum eadem ſententia, ſed iiſdem etiam verbis uſos eſſe, ac ne una quidem in vocula a mutuo conſenſu aberraſſe, ſed eadem iiſdem de rebus ſcripſiſſe; tum vero ſtupore perculſus ac pro certo tenens non ſine vi divina interpretationem confectam eſſe, omni illos quidem honore dignos, ut homines Deo caros, judicavit, & cum plurimis donis in patriam redire juſſit; libros autem, ut par erat, admirans & divinos exiſtimans ibidem conſecravit. Hæc vobis, o Græci, fabula eſſe non debent, nec ficta vobis hiſtorias narramus. Sed qui Alexandriæ verſati ſumus, & veſtigia cellularum vidimus in Pharo adhuc exſtantia, ac rem ex incolis, qui eam a majoribus ut patriæ ſuæ propriam acceperant, audivimus, hæc vobis nuntiamus.

Idem *in* Apolog. I. *num.* xxxi.

A Πτολεμαῖος ὁ Αἰγυπτίων βασιλεὺς βιβλιοθήκην κατεσκεύασε, καὶ τὰ πάντων ἀνθρώπων συγγράμματα συνάγειν ἐπειράθη, πυθόμενος καὶ περὶ τῶν προφητειῶν τούτων, προσέπεμψε τῷ τῶν Ἰουδαίων τότε βασιλεύοντι [1] Ἡρώδῃ, ἀξιῶν διαπεμφθῆναι αὐτῷ τὰς βίβλους τῶν προφητειῶν. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς Ἡρώδης τῇ προειρημένῃ Ἑβραΐδι αὐτῶν φωνῇ γεγραμμένας διεπέμψατο. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν γνώριμα τὰ ἐν αὐταῖς γεγραμμένα τοῖς Αἰγυπτίοις, πάλιν αὐτὸν ἠξίωσε πέμψας τοὺς μεταβαλοῦντας αὐτὰς εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἀνθρώπους ἀποστεῖλαι. καὶ τούτου γενομένου, ἔμειναν αἱ βίβλοι καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις μέχρι τοῦ δεῦρο.

Ptolemæus rex Ægyptiorum, quum bibliothecam construeret ac omnium scripta comportare conaretur, certior de his quoque vaticiniis factus, Herodem tunc Judæorum regem per legatos rogavit, ut libros Prophetarum ad se mitteret. Ac rex quidem Herodes ea quam diximus Hebræorum lingua scriptos misit. Sed quum nota Ægyptiis non essent, quæ scripta in illis erant, iterum legatis missis ab eo petiit, ut ad se mitteret, qui hos libros in Græcum sermonem transferrent. Quod quum factum esset, apud Ægyptios quoque hactenus libri manserunt.

Idem *in* Dialog. cum Tryphone Judæo, *num.* lxxi.

B Ἀλλ᾽ οὐχὶ τοῖς διδασκάλοις ὑμῶν πείθομαι, μὴ συντιθεμένοις καλῶς ἐξηγεῖσθαι τὰ ὑπὸ τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Αἰγυπτίων γενομένῳ βασιλεῖ ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρων· ἀλλ᾽ αὐτοὶ ἐξηγεῖσθαι πειρῶνται. καὶ ὅτι πολλὰς γραφὰς τέλεον περιεῖλον ἀπὸ τῶν ἐξηγήσεων τῶν γεγενημένων ὑπὸ τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ γεγενημένων πρεσβυτέρων, — εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι.

Sed minime mihi probantur magistri vestri, qui septuaginta illos senes apud Ptolemæum Ægyptiorum regem recte interpretatos esse assentiri nolunt, sed ipsi interpretari aggrediuntur. Neque illud etiam vobis ignoratum velim, permultas scripturas — omnino ab eis ex illa interpretatione quam senes apud Ptolemæum adornarunt, deletas fuisse.

V.

Irenæus *lib.* III. adversus Hæreses *cap.* xxi. *al.* xxv. *num.* 50.

Vetus Interpres.

C Prius enim quam Romani possiderent regnum suum, adhuc Macedonibus Asiam possidentibus, Ptolemæus Lagi filius cupiens eam bibliothecam quæ a se fabricata esset in Alexandria, omnium hominum dignis conscriptionibus ornare, petiit ab Hierosolymitis in Græcum sermonem interpretatas habere scripturas eorum. Illi vero (obediebant enim tunc adhuc Macedonibus) eos quos habebant perfectiores scripturarum intelle- D ctores, & utriusque loquelæ, septuaginta seniores miserunt Ptolemæo, facturos hoc quod ipse voluisset. Ille autem experimentum eorum sumere volens; & metuens ne forte consentientes, eam veritatem quæ esset in scripturis, absconderent per interpretationem; separans eos ab invicem, jussit omnes eamdem interpretari scripturam, & hoc in omnibus libris fecit. Convenientibus autem ipsis in unum apud Ptolemæum, & comparantibus E suas interpretationes, Deus glorificatus est, & scripturæ vere divinæ creditæ sunt, omnibus eadem & eisdem verbis & eisdem nominibus recitantibus ab initio usque ad finem; uti & præsen-

Apud Eusebium Hist. Eccl. *lib.* v. *cap.* viii.

C Πρὸ γὰρ τοῦ Ῥωμαίους κρατῦναι τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, ἔτι τῶν Μακεδόνων τὴν Ἀσίαν κατεχόντων, Πτολεμαῖος ὁ Λάγου φιλοτιμούμενος τὴν ὑπ᾽ αὐτοῦ κατεσκευασμένην βιβλιοθήκην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κοσμῆσαι τοῖς πάντων ἀνθρώπων συγγράμμασιν, ὅσα γε σπουδαῖα ὑπῆρχεν· ἠτήσατο παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον σχεῖν αὐτῶν μεταβεβλημένας τὰς γραφάς. οἱ δὲ, ὑπήκουον γὰρ ἔτι τοῖς Μακεδόσι τότε, τοὺς παρ᾽ αὐ- D τοῖς ἐμπειροτάτους τῶν γραφῶν καὶ ἀμφοτέρων τῶν διαλέκτων, ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους ἔπεμψαν Πτολεμαίῳ, [2] ποιήσαντος τοῦ Θεοῦ ὅπερ ἠβούλετο. ὁ δὲ ἰδίᾳ πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν θελήσας, εὐλαβηθείς τε μήτι ἄρα συνθέμενοι ἀποκρύψωσι τὴν ἐν ταῖς γραφαῖς διὰ τῆς ἑρμηνείας ἀλήθειαν, χωρίσας αὐτοὺς ἀπ᾽ ἀλλήλων, ἐκέλευσε τοὺς πάντας τὴν αὐτὴν ἑρμηνείαν γράφειν. καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων τῶν βιβλίων ἐποίησε. συνελθόντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ E τὸ αὐτὸ παρὰ τῷ Πτολεμαίῳ, καὶ συναντιβαλόντων ἑκάστου τὴν ἑαυτοῦ ἑρμηνείαν, ὁ μὲν Θεὸς ἐδοξάσθη, αἱ δὲ γραφαὶ ὄντως θεῖαι ἐγνώσθησαν· τῶν πάντων τὰ αὐτὰ ταῖς αὐταῖς λέξεσι καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀναγορευσάντων

Interpr. H. Valesio.

C Prius enim quam Romani imperium suum confirmassent, quum Macedones adhuc Asiam obtinerent, Ptolemæus Lagi filius bibliothecam quam Alexandriæ extruxerat, omnium gentium libris quotquot lectu digni essent exornare contendens, petiit ab Hierosolymitanis, ut ipsorum scripturas Græco sermone interpretatas acciperet. At illi (erant enim tunc Macedonibus obnoxii) quos habebant sacrarum littera- D rum & utriusque linguæ peritissimos, septuaginta seniores ad Ptolemæum miserunt, ejus desiderio satisfacturos. Ptolemæus, quum singulorum seorsum periculum facere vellet, veritus ne forte ex compacto veritatem scripturæ interpretatione sua occultarent, semotos ab invicem eamdem omnes scripturam interpretari jussit: idque in omnibus præstitit libris. Post hæc quum omnes simul convenissent apud E Ptolemæum, ac versiones suas inter se contulissent, & Deus glorificatus est, & scripturas vere divinas esse compertum est: Quippe omnes cuncta a capite ad calcem iisdem dictionibus ac vocabulis expresserant: adeo ut

1. V[illegible] in hunc locum apud Cl. Maranum editorem, Usserii & Grabii sententiam.
2. Π[illegible]] Lego cum Christophorsono & Savilio, [illegible] tametsi codices nostri & Nicephorus nihil mutant; nisi quod [illegible] habent, non [illegible]. Valesius. — Consentit vet. Interpr. At Græca sonant, *complente Deo quod flagitabat*.

Vetus Interpres. A

tes Gentes cognoscerent, quoniam per adspirationem Dei interpretatæ sunt scripturæ; & non esse mirabile Deum hoc in eis operatum, quando in ea captivitate populi, quæ facta est a Nabuchodonosor, corruptis scripturis, & post LXX. annos Judæis descendentibus in regionem suam; & post deinde temporibus Artaxerxis Persarum regis, inspiravit Hesdræ sacerdoti tribus Levi, præteritorum prophetarum B omnes rememorare sermones, & restituere populo eam legem, quæ data est per Moysem.

Apud Eusebium Hist. Eccl. *lib.* v. *cap.* viii. A

ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τέλους· ὥστε καὶ τὰ παρόντα ἔθνη γνῶναι, ὅτι κατ᾽ ἐπίπνοιαν τοῦ Θεοῦ εἰσιν ἡρμηνευμέναι αἱ γραφαί. καὶ οὐδέν γε θαυμαστὸν τοῦτο ἐνηργηκέναι τὸν Θεόν· ὅς γε καὶ ἐν τῇ ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ λαοῦ, διαφθαρεισῶν τῶν γραφῶν, καὶ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῶν Ἰουδαίων ἀνελθόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν· ἔπειτα ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως, ἐνέπνευσεν Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ ἐκ τῆς φυλῆς Λευὶ, τοὺς τῶν προγεγονότων προφητῶν πάντας ἀνατάξασθαι λόγους, καὶ ἀποκαταστῆσαι τῷ λαῷ τὴν διὰ Μωυσέως νομοθεσίαν.

Interpr. H. Valesio.

ipsi qui aderant Gentiles, afflatu divino conversas esse scripturas cognoscerent. Neque vero mirandum est id a Deo præstitum fuisse: quum in captivitate populi quæ sub Nabuchodonosoro contigit, corruptis scripturis, ac post septuaginta demum annos regressis in patriam Judæis, Artaxerxis Persarum regis temporibus, Esdram sacerdotem de tribu Levi afflatu suo B Deus impulerit, ut omnes veterum Prophetarum libros denuo componeret, legemque ministerio Moysis latam populo restitueret.

VI.

Clemens Alexandrinus Stromat. *lib.* I. *cap.* xxii. *edit. Oxon.* 1715. *tom.* I. *pag.* 409.

Ἑρμηνευθῆναι δὲ τὰς γραφὰς, τάς τε τοῦ νόμου, καὶ τὰς προφητικὰς, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν φασὶν ἐπὶ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Λάγου· ἢ [ὥς τινες] ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου ἐπικληθέντος, τὴν μεγίστην φιλοτιμίαν εἰς τοῦτο προσενεγκαμένου Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, καὶ τὰ περὶ τὴν ἑρμηνείαν ἀκριβῶς πραγματευσαμένου. ἔτι γὰρ Μακεδόνων τὴν Ἀσίαν κατεχόντων, φιλοτιμούμενος ὁ βασιλεὺς τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς αὐτὸν γενομένην C βιβλιοθήκην πάσαις κατακοσμῆσαι γραφαῖς, ἠξίωσε καὶ τοὺς Ἱεροσολυμίτας τὰς παρ᾽ αὐτοῖς προφητείας εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον ἑρμηνεῦσαι. οἱ δὲ, ἅτε ἔτι ὑπακούοντες Μακεδόσι, τῶν παρὰ σφίσιν εὐδοκιμωτάτων, περὶ τὰς γραφὰς ἐμπείρους, καὶ τῆς Ἑλληνικῆς διαλέκτου εἰδήμονας, ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους ἐκλεξάμενοι, ἀπέστειλαν αὐτῷ μετὰ καὶ τῶν θείων βίβλων· ἑκάστου δὲ ἐν μέρει κατ᾽ ἰδίαν ἑκάστην ἑρμηνεύσαντος προφητείαν, συνεπνεύσαν αἱ πᾶσαι ἑρμηνεῖαι συναντιβληθεῖσαι, καὶ τὰς διανοίας καὶ τὰς λέξεις. Θεοῦ γὰρ ἦν βούλημα μεμελετημένον εἰς Ἑλληνικὰς ἀκοάς. οὐ δὴ ξένον ἐπιπνοίᾳ Θεοῦ, τοῦ τὴν προφητείαν δεδωκότος, καὶ τὴν ἑρμηνείαν, οἱονεὶ Ἑλληνικὴν προφητείαν, ἐνεργεῖσθαι.

Versas autem fuisse scripturas & Legis & Prophetarum ex Hebræo sermone in linguam Græcam ajunt tempore Ptolemæi, Lagi filii: aut, ut dicunt nonnulli, tempore ejus qui fuit cognominatus Philadelphus; quum maximam ad eam rem contulisset diligentiam Demetrius Phalereus, & quæ ad interpretationem necessaria erant, summo studio procurasset. Nam quum adhuc Asiam obtinerent Macedones, rex magno studio contendens eam, quæ Alexandriæ in ejus potestate erat, bibliothecam omnibus scripturis exornare, voluit ut Hierosolymitani quoque eas quæ apud se erant prophetias, in sermonem Græcum interpretarentur. Illi autem, ut qui adhuc obedirent Macedonibus, ex iis qui apud se erant probatissimi & maximæ existimationis, Scripturarum peritos & Græcæ linguæ scientes, septuaginta seniores delectos, ad eum miserunt cum libris divinis. Quum autem unusquisque sigillatim ex suo singulas interpretatus esset prophetias, conspirarunt omnes simul collatæ interpretationes, & sensibus & dictionibus. Dei enim erat voluntas, quæ id ad D Græcorum aures consulto præparaverat. Neque vero ab inspiratione Dei erat alienum qui prophetiam dederat, ut interpretationem quoque tamquam Græcam efficeret prophetiam.

VII.

Tertullianus Apologetic. *cap.* xviii. *pag.* 179. *edit. Lugd. Batav.* 1718. 8.

Ptolemæorum eruditissimus (quem Philadelphum supernominant) & omnis litteraturæ sagacissimus, quum studio bibliothecarum Pisistratum (ut opinor) æmularetur, inter cetera memoriarum, quibus aut vetustas aut curiositas aliqua ad famam patrocinabatur, ex suggestu Demetrii Phalerei Grammaticorum tunc probatissimi, cui præfecturam mandaverat, libros a Judæis quoque postulavit, proprias E atque vernaculas litteras, quas soli habebant. — Sed ne notitia vacaret, hoc quoque Ptolemæo a Judæis subscriptum est, septuaginta & duobus Interpretibus indultis; quos Menedemus quoque philosophus Providentiæ vindex de sententiæ communione suspexit. Affirmavit hæc vobis etiam Aristæas. Ita in Græcum stilum ex aperto monimenta reliquit.

VIII.

Anatolius Alexandrinus *lib.* de Paschate. *Apud* Eusebium Hist. Eccl. *lib.* vii. *cap.* xxxii.

Μαθεῖν δ᾽ ἔστιν ἐκ τῶν ὑπὸ Φίλωνος, Ἰωσήπου, Μουσαίου λεγομένων· καὶ οὐ μόνον τούτων, ἀλ-

Idque ex Philonis, Josephi ac Musæi verbis licet cognoscere. Neque ex his dumtaxat, verum

λαὶ καὶ τῶν ἔπ παλαιοτέρων· ἀμφοτέρων Ἀγαθοβούλων τῶν ἐπίκλην διδασκάλων· Ἀριστοβούλου τοῦ πάνυ, ὃς ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα κατειλεγμένος τοῖς τὰς ἱερὰς καὶ θείας Ἑβραίων ἑρμηνεύσασι γραφὰς Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ τούτου πατρὶ, καὶ βίβλους ἐξηγητικὰς τοῦ Μωϋσέως νόμου τοῖς αὐτοῖς προσεφώνησε βασιλεῦσιν.

A etiam ex aliis antiquioribus; duobus scilicet Agathobulis qui Magistri cognominati sunt; & Aristobulo viro præstantissimo, qui unus fuit ex illis septuaginta viris, qui sacra Hebræorum volumina in Ptolemæi Philadelphi & patris ipsius gratiam Græco sermone interpretati sunt: & qui libros explanationum legis Mosaicæ iisdem regibus nuncupavit.

I X.

EUSEBIUS *Cæsariensis* Præparat. Evang. *lib.* VIII. *cap.* I. *edit. Paris.* 1628. *pag.* 349.

Θεὸς αὐτὸς ὁ τῶνδε τῶν ἀγαθῶν αἴτιος, προλαβὼν τὸ μέλλον ὡς ἂν Θεὸς τῇ προγνώσει, τὰς περὶ τοῦ πάντων ἀνθρώπων οὐκ εἰς μακρὸν ἀναφανησομένου Σωτῆρος —— προῤῥήσεις ἀποκαλυφθῆναι τοῖς πᾶσι, εἰς φῶς τε ἐλθεῖν, ἐπ' ἀκριβὲς μεταβληθείσας, δημοσίαις τε βιβλιοθήκαις ἀνατεθείσας, διοικεῖται, βασιλεῖ Πτολεμαίῳ τοῦτο πρᾶξαι κατὰ νοῦν ἐμβαλὼν, εἰς προπαρασκευὴν [ὡς ἔοικε] τὴν τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ὅσον οὔπω μελλούσης ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι μεταλήψεως. ὧν γὰρ οὐκ ἂν ἄλλως ἐτύχομεν παρὰ Ἰουδαίων, ἀποκρυψάντων ἂν τὰ παρ' αὐτοῖς λόγια διὰ τὸν πρὸς ἡμᾶς φθόνον· τούτων ἐκ τῆς θεόθεν οἰκονομηθείσης ἑρμηνείας ἠξιώθημεν, πρὸς τῶν παρ' αὐτοῖς ἐπί τε συνέσει καὶ τῇ πατρίῳ παιδείᾳ δεδοκιμασμένων ἀνδρῶν, μεταβληθέντων. γράφει δὲ ταῦτα Ἀριστέας, ἀνὴρ λόγιος μὲν ἄλλως, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρατυχὼν τοῖς πραχθεῖσι κατὰ τὸν δεύτερον Πτολεμαῖον, τὸν ἐπικληθέντα Φιλάδελφον, καθ' ὃν τὰ τῆς ἑρμηνείας τῶν Ἰουδαϊκῶν γραφῶν, διὰ σπουδῆς τοῦ βασιλέως γενόμενα, τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν βιβλιοθηκῶν ἠξιώθη.

B Deus ille tantorum bonorum auctor, divinæ scientiæ vi futurum intuitus, singulari egit providentia, ut quæ de venturo paullo post generis humani Servatore —— prædicta jam olim essent, ea demum accurata explicatione patefacta, & publicis in bibliothecis collocata, cunctorum in lucem venirent, immissa hac Ptolemæo regi mente divinitus: nimirum ut quædam quasi penus esset, unde illa postmodum in populorum omnium usum fructumque promerentur. Enimvero quorum aliter nulla nobis umquam a Judæis, suorum nobis oraculorum cognitionem invidentibus, copia fieret; eorum divino consilio provisam interpretationem accepimus, atque ab illis ipsis, qui plu- C rimum apud eos cum prudentia, tum gentilitiarum quoque litterarum scientia præstabant, elaboratam. Atque hæc testatur ARISTÆUS, vir cum eruditus in primis, tum etiam is, qui rebus Ptolemæi secundi cognomento Philadelphi tempore gestis interfuit. Eo enim regnante, immo id agente præterea studiose, sacra Judæorum monimenta Græce translata sunt, & Alexandrinis in bibliothecis reposita.

IDEM *in* Chronico *ad An.* MDCCXXXIV. *edit. Amstel.* 1658. *pag.* 140.

Ptolemæus Philadelphus Judæos qui in Ægypto erant, liberos esse permisit, & vasa Eleazaro pontifici Jerosolymarum votiva transmittens, divinas Scripturas in Græcam vocem ex Hebræa lingua D per LXX. interpretes transferre curavit: quas in Alexandrina bibliotheca habuit, quam sibi ex omni genere litteraturæ comparaverat.[1]

X.

CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS Catech. IV. *cap.* XXXIV. *Ex edit. BB. Paris.* 1720. *pag.* 68.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος, φιλολογώτατος γενόμενος βασιλεὺς, τὰς κατὰ πανταχοῦ βίβλους συναθροίζων, παρὰ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τοῦ τῆς βιβλιοθήκης προνοητοῦ, περὶ τῶν νομικῶν καὶ προφητικῶν θείων γραφῶν ἐπακούσας· καὶ πολὺ κάλλιον κρίνας, οὐ παρὰ ἀκόντων ἀναγκασθεὶς τὰ βιβλία κτήσασθαι, ἀλλ' ἐξιλεώσασθαι δώροις μᾶλλον καὶ φιλίᾳ τοὺς ἔχοντας· καὶ γινώσκων ὅτι τὸ μὲν ἀναγκαστὸν δολοῦται πολλάκις, ἀπροαιρέτως διδόμενον· τὸ δὲ ἐκ προαιρέσεως παρεχδιδόμενον, σὺν ἀληθείᾳ τῇ πάσῃ δωρεῖται· Ἐλεαζάρῳ τῷ τότε ἀρχιερεῖ, πλεῖστα δῶρα πέμψας εἰς τὸν ἐνταῦθα τῶν Ἱεροσολύμων ναὸν, ἓξ κατὰ φυλὴν τῶν δώδεκα τοῦ Ἰσραὴλ φυλῶν, πρὸς ἑαυτὸν εἰς ἑρμηνείαν ἐποίησεν ἀποστεῖλαι. εἶτα καὶ τοῦ θείας εἰ μὴ τὰς βίβλους εἶναι, λαμβάνων ἀπόπειραν· καὶ πρὸς τὸ μὴ συνδυάσαι πρὸς ἀλλήλους τοὺς ἀποσταλέντας ὑποπτεύσας, ἐν τῇ λεγομένῃ Φάρῳ τῇ πρὸς Ἀλεξάνδρειαν κειμένῃ, τῶν παραγενομένων ἑρμηνευτῶν ἑκάστῳ ἴδιον οἶκον ἀπονείμας, ἑκάστῳ πάσας τὰς γρα-

Ptolemæus cognomine Philadelphus, litterarum studiosissimus princeps, dum libros undecumque colligeret, a Demetrio Phalereo bibliothecæ procuratore, de divinis Legis & Prophetarum scripturis audivit. Ac multo satius judicans, non ab invitis per vim libros parare, sed donis potius & amicitia possessores demereri; quum sciret, id quod vi extorquetur, sæpenumero dolo corrumpi; quod vero spon- E te exhibetur, id cum omni sinceritate donari: missis ad Eleazarum summum tunc temporis pontificem, plurimis ad ornandum Hierosolymorum templum isthic positum donis, senos de singulis duodecim Israelis tribubus qui libros interpretarentur, ad se delegari fecit. Deinde autem ut experiretur an libri, nec ne, divini forent; prospiciens ne inter se missi interpretes convenirent, eorum unicuique in loco qui dicitur Pharus secus Alexandriam sito, propriam ædem attribuit, singulisque universas scripturas interpretari mandavit. Quum vero illi intra

1. Græca, paucis additis immutatisque, habes infra num. XI. apud auctorem CHRONICI PASCHALIS. Vide sis & edit. Veron. 1740. inter opp. HIERON. tom. VIII. pag. 545.

φὰς ἐπέτρεψεν ἑρμηνεῦσαι. τούτων δὲ ἐν ἑβδομήκοντα A καὶ δύο ἡμέραις τὸ πρᾶγμα πληρωσάντων, τὰς ὁμοῦ πάντων ἑρμηνείας, ἃς κατὰ διαφόρους οἴκους, ἀλλήλοις μὴ προσιέντες, ἐποιήσαντο, συναγαγὼν ἐπὶ τὸ αὐτό· οὐ μόνον ἐν νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ ἐν λέξεσιν εὗρεν συμφώνους. οὐ γὰρ εὑρεσιλογία καὶ κατασκευὴ σοφισμάτων ἀνθρωπίνων ἦν τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐκ πνεύματος ἁγίου ἡ τῷ ἁγίῳ πνεύματι λαληθεισῶν θείων γραφῶν ἑρμηνεία συνετελεῖτο.

dies septuaginta duos negotium absolvissent, rex omnium simul translationes, quas separatis domiciliis, ad se se mutuo non accedentes elaboraverant, in unum conferens, non in sententiis solum, sed & ipsis in verbis consentientes reperit. Non enim verborum inventio, & humanorum sophismatum artificium erat id opus: sed Spiritus sancti inflatu, divinarum scripturarum a sancto Spiritu dictatarum confecta interpretatio.

X I.

HILARIUS PICTAVIENSIS *in* prologo ad Librum Psalmorum, *num.* 8.
Ex edit. Veron. 1730. *tom.* I. *pag.* 7.

Septuaginta seniores secundum Moysi traditionem ad custodiendam Legis doctrinam in synagoga manentes, postea quam illis a rege Ptolemæo transferendæ ex Hebræo in Græcum sermonem to- B tius Legis cura mandata est, spiritali & cælesti scientia virtutes psalmorum intelligentes, in numerum eos atque ordinem redegerunt.

IDEM Tractat. in Psalmum II. *num.* 2. *Ibid. pag.* 31.

Mediis Legis temporibus, prius quam unigenitus Dei Filius ante sæcula manens Deus Verbum, homo nasceretur: poscente rege Ptolemæo, Septuaginta seniores libros veteris Testamenti ex Hebræis litteris in Græcas transtulerunt. Erat autem jam a Moyse antea institutum in synagoga omni septuaginta esse doctores. Nam idem Moyses, quamvis veteris Testamenti verba in litteris condidisset: tamen separatim quædam ex occultis Legis secretiora C mysteria Septuaginta senioribus, qui doctores deinceps manerent, intimaverat. — Doctrina ergo horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore Legis accepta, in hoc seniorum & numero & officio conservata est. Hi itaque seniores libros hos transferentes, & spiritalem secundum Moysi traditionem occultarum cognitionum scientiam adepti, ambigua linguæ Hebraicæ dicta & varia quædam ex se nuntiantia, secundum virtutes rerum certis & propriis verborum significationibus transtulerunt, doctrinæ scientia multimodam illam sermonum intelligentiam temperantes. Et ex eo fit, ut qui posthac ea transtulerunt, diversis modis interpretantes, magnum gentibus attulerint errorem: dum occultæ illius & a Moyse profectæ traditionis ignari, ea quæ ambigue lingua Hebræa commemorata sunt, incertis suis ipsi judiciis ediderunt.

IDEM Tractat. in Psalmum CXVIII. Litt. XVI. *num.* 16. *Ibid. pag.* 384.

Hunc (topazion) ferunt sæcularium gestorum litteræ, in Topazo insula ab incolis ejus, id est Troglodytis Arabis inventum, ad matrem regis Ægypti Ptolemæi, sub quo scripturæ Legis ex Hebræo in Græcum translatæ sunt, munere fuisse delatum.

X I I.

EPIPHANIUS CYPRIUS *lib.* de Mensuris & Ponderibus,
capp. III. VI. IX. X. XI. *edit. Paris.* 1622.

Ἀφ' ἑαυτῶν γὰρ οἱ ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνευταὶ ταύ- D τας τὰς λέξεις προσέθηκαν, οὐκ εἰς μάτην, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς ὠφέλειαν. ταῖς γὰρ ἐλλιπῶς ἐχούσαις λέξεσι προστεθεικότες εἰς σαφήνειαν, τὴν ἀνάγνωσιν παρήγαγον· ὥσθ' ὑπολαμβάνειν ἡμᾶς, καὶ ἀμοίρους αὐτοὺς γεγενῆσθαι πνεύματος ἁγίου. ὧν γὰρ οὐκ ἦν χρεία, δισσολογεῖν παρῆκαν. ὅπου δὲ χωλὸν ἐδόκει τὸ ῥῆμα εἶναι, εἰς Ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταφερόμενον, ἐκεῖ τὴν προσθήκην ἐποιήσαντο. θαυμάσαι δέ ἐστιν ἐπὶ τούτῳ, καὶ μὴ τολμᾶν μέμψιν ἐπάγειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἔπαινον, ὡς ἐκ βουλῆς Θεοῦ γεγενημένον συνιέναι τὸν εὐλαβῆ. ἑβδομηκονταδύο γὰρ ὄντες τὸν ἀριθμὸν, καὶ ἐν τῇ Φαρίᾳ νήσῳ — ἀντικρὺ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐν λ̄ καὶ ἓξ οἰκίσκοις, ζυγὴ ζυγὴ κατὰ οἰκίσκον, ἀπὸ ἕωθεν ἕως ἑσπέρας συγκλειόμενοι, E καὶ τὸ ἑσπέρας ἐν λ̄ϛ̄ σκαφιδίοις περαιούμενοι εἰς τὸ τοῦ Πτολεμαίου Φιλαδέλφου παλάτιον, καὶ μετ' αὐτοῦ ἑστιώμενοι, καὶ κατὰ ζυγὴν ἐν κοιτῶσι λ̄ϛ̄ καθεύδοντες, εἰς τὸ μὴ συνδοιάσαι μετ' ἀλλήλων, ἀλλ' ἀνοθεύτως ἑρμηνεῦσαι, οὕτως διετέλουν. τοὺς γὰρ προειρημένους λ̄ϛ̄ οἰκίσκους ὁ ῥηθεὶς Πτολεμαῖος κατασκευάσας ἐν τῷ πέραν εἰς τὴν νῆσον, διπλοῦς τε αὐτοὺς ποιήσας, δύο δύο ἐνέκλεισεν, [ὡς ἔφην] καὶ παῖδας δύο ὑπηρετεῖν αὐτοῖς ἅμα ἐνέκλεισεν, ὀψοποιΐας ἕνεκεν, καὶ ὑπηρεσίας, μετὰ καὶ ταχυγράφων. ἀλλ' οὔτε θυ-

Cap. III. Nam Septuaginta duo voces istas addiderunt ex se se, non frustra tamen, sed utiliter ac cum fructu. Etenim sicubi manca ac defecta erat oratio, nonnullis adjectis plurimum ei lucis attulerunt: ut illos non sine sancti Spiritus afflatu ad scribendum accessisse credibile sit. Siquidem quæ necessaria non erant, iisdem verbis repetere noluerunt. Quoties vero in Græcum translata sententia claudicare videbatur, tum nonnihil adjecerunt. Qua in re admiratione potius, quam reprehensione digni sunt, adeoque collaudandi; quum illud omne divino quodam consilio ab illis esse factum, prudens quisque non dubitet. Duo enim ac septuaginta viri in Pharo insula — e regione urbis Alexandrinæ, in sex & triginta cellulis, bini scilicet in singulis, a primo diluculo ad vesperam conclusi sunt. Sub vesperam porro triginta sex scaphis ad Ptolemæi Philadelphi palatium advecti, ad ejus epulas adhibebantur. Tum in triginta sex cubiculis, bini scilicet in unoquoque, dormiebant; ne capita conferre possent, sed sincere ac fideliter interpretarentur. Ptolemæus enim ille triginta sex, quas dixi cellulas in illa insula condidit, easdemque duplices; quibus singula paria cum duobus famulis conclusit, cibi parandi

ίδας τοῖς οἰκίσκοις ἐκείνοις ἐκ τῶν τοίχων ἐποίησεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἐκ τῶν δωμάτων τὰς καλουμένας ἀναφωτίδας ἀνέῳξεν. οἱ δὲ οὕτως διάγοντες ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας ὑπὸ κλεῖδα συγκεκλεισμένοι οὕτως ἡρμήνευσαν. ἑκάστῃ δὲ ζυγῇ βίβλος μία ἐπεδίδοτο· ὡς εἰπεῖν, ἡ βίβλος τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως μιᾷ ζυγῇ, ἡ Ἔξοδος τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ τῇ ἄλλῃ ζυγῇ, Λευιτικὸν τῇ ἄλλῃ, καὶ καθεξῆς ἄλλη βίβλος τῇ ἄλλῃ. — Ὅτε δὲ ἐτελειώθησαν, ἐκαθέσθη ὁ βασιλεὺς ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ λϛ' ἀναγνῶσται ἔχοντες ἑκάστης βίβλου τὰ λϛ' ἰσότυπα, καὶ εἷς ἔχων τῆς βίβλου τῆς Ἑβραϊκῆς ἀντίγραφον. ἑνὸς δὲ ἀναγινώσκοντος ἀναγνώστου, καὶ τῶν ἄλλων ἐπεχόντων, οὐχ εὑρέθη διαφωνία. ἀλλὰ Θεοῦ θαυμάσιον ἔργον εἰς τὸ γνωσθῆναι, ὅτι πνεύματος ἁγίου ἔχοντες δωρεὰν ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες, ὡμοφώνησαν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ὅπου προσετέθειτο λόγος, ὑπὸ πάντων εὑρέθη προστεθειμένος· ὅπου δὲ ἀφείλοντο, πάντες ἐπίσης εὑρέθησαν ἀφελόμενοι· καὶ ὧν μὲν ἀφείλοντο, οὐκ ἔστι χρεία· ὧν δὲ οὐκ ἀφείλοντο, ἐστὶ χρεία. — Καὶ πρῶτοι μὲν ἑρμηνευταὶ γεγόνασι τῆς αὐτῆς θείας γραφῆς, ἀπὸ Ἑβραϊκῆς διαλέκτου εἰς Ἑλληνίδα, ἑβδομηκονταδύο ἄνδρες τὸν ἀριθμὸν, τὴν αὐτὴν πρώτην ἑρμηνείαν ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου ἑρμηνεύσαντες. οἵτινες ἐξελέγησαν ἐκ τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ, ἓξ ἄνδρες κατὰ φυλὴν, ὡς ἐξέδωκεν Ἀρισταῖος ἐν τῷ αὐτοῦ συντάγματι· περὶ ὧν ἀνωτέρω — ἀπὸ μέρους διηγησάμεθα. ἐνταῦθα δὲ καὶ τὰς αἰτίας σοὶ δηλώσομεν. ὁ γὰρ μετὰ τὸν Πτολεμαῖον δεύτερος βασιλεύσας Ἀλεξανδρείας Πτολεμαῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, ὡς προείρηται, φιλόκαλός τις ἀνὴρ καὶ φιλολόγος γεγένηται· ὅς τις βιβλιοθήκην κατασκευάσας ἐπὶ τῆς αὐτῆς Ἀλεξάνδρου πόλεως, ἐν τῷ Βρουχίῳ καλουμένῳ κλίματι. — ἐνεχείρησε Δημητρίῳ τινὶ τῷ Φαληρεῖ τὴν αὐτὴν βιβλιοθήκην, προστάξας συναγαγεῖν τὰς πανταχοῦ γῆς βίβλους. — τοῦ δὲ ἔργου προκόπτοντος, καὶ τῶν βιβλίων πανταχόθεν συναγομένων, ἠρώτησεν τὸν τὴν βιβλιοθήκην πεπιστευμένον ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, ὅτι πόσαι δ' ἂν εἶεν βίβλοι εἰς τὴν βιβλιοθήκην συναχθεῖσαι. ὁ δὲ ἀπεκρίθη τῷ βασιλεῖ, λέγων, ὅτι ἤδη μέν εἰσι μυριάδες πέντε βιβλίων, καὶ τετρακισχίλιαι ὀκτακόσιαι, πλεῖον ἢ ἔλασσον. ἀκούομεν δὲ ἔτι πολὺ πλῆθος ἐν τῷ κόσμῳ ὑπάρχειν. — ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς Ἱεροσολύμοις, καὶ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ὑπάρχουσι βίβλοι θεῖαι καὶ τῶν προφητῶν, διηγούμεναι περὶ Θεοῦ, καὶ τῆς κοσμοποιΐας, καὶ τῆς ἄλλης πάσης κοινωφελοῦς διδασκαλίας. εἰ οὖν δοκεῖ τῷ κράτει σου, βασιλεῦ, καὶ αὐτὰς μεταστείλασθαι, γράψον τοῖς ἐν Ἱεροσολύμοις διδασκάλοις, καὶ ἀποστελοῦσί σοι, ὅπως καὶ τὰς αὐτὰς βίβλους καταθῶ ἐν τῇ αὐτῇ τῆς σῆς εὐσεβείας βιβλιοθήκῃ. τότε τοίνυν γράφει ὁ βασιλεὺς ἐπιστολὴν ἔχουσαν τάδε. — αὐτοὶ δὲ δεξάμενοι καὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τὰ δῶρα ἀσμένως, [illegible] χαρὰν ἔσχον σφόδρα. καὶ [illegible] χρυσέοις γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς τὰς βίβλους μεταγραψάμενοι τὰς ἤδη μοι [illegible], ἀπέστειλαν κβ' μὲν τὰς ἐνδιαθέτους, ἑβδομηκονταδύο [illegible] τὰς ἀποκρύφους. ὁ δὲ βασιλεὺς [illegible] καὶ [illegible], καὶ μὴ δυνάμενος [illegible], τῶν [illegible] Ἑβραϊκῶν ὑπαρχόντων, καὶ [illegible] τῇ Ἑβραϊκῇ γεγραμμένων, δευτέραν ἐπιστολὴν ἀναγκάζεται [illegible] γράψαι, καὶ αἰτῆσαι ἑρμηνευτὰς τοὺς δυναμένους αὐτῷ φράσαι τὰς βίβλους εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον [illegible] Ἑβραΐδος. — τότε τοὺς ἑβδομηκονταδύο ἑρμηνευτὰς ἐκλεξάμενοι, οἱ τῶν Ἑβραίων διδάσκαλοι ἀπέστειλαν, κατὰ [illegible], ὃν τότε ἐποίησε Μωϋσῆς, ἡνίκα ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος [illegible] Κυρίου, λέγοντος, ὅτι παράλαβε μετὰ [illegible] ἑβδομήκοντα, καὶ ἀνάβηθι εἰς τὸ ὄρος [illegible] φυλὰς εἰρήνην, [illegible], ἐξ ἄλλων ἕξ, καὶ [illegible], δι-

A ac ministrandi gratia, una cum notariis. In his cellulis nullas parietibus fenestras impressit, sed e recto superne illas aperuit, quas *anaphotidas* nominant. Hoc illi modo a primo diluculo ad vesperam obseratis foribus inclusi, sacras litteras transtulerunt. Unicuique porro interpretum pari liber attribuebatur unus. Exempli caussa: Geneseos volumen uni committebatur: Exodus alteri: Leviticus alii: atque ita deinceps ceteri. — *Cap.* VI. Postremo absolutis omnibus, rex in sublimi solio consedit: ad quem triginta sex lectores cum totidem exemplaribus adducti sunt, cum altero qui Hebraicum archetypum tenebat. Quum igitur unus ex lectoribus recitaret, ceteri diligenter attenderent; B nihil varietatis est ac discriminis repertum. Ac singulare tum accidit divinæ potentiæ miraculum, quod narratione dignum est. Nam illi omnes interpretes divini Spiritus afflatu præditi, sic inter se illa in solitudine consenserant, ut ubicumque nonnihil additum esset, id ab omnibus communiter esset adjunctum: ubi vero detractum, id ex æquo sustulissent omnes. Ceterum quidquid ab illis ademtum est, id inutile est: quidquid vero relictum, necessarium est. — *Cap.* IX. Primi omnium sacras litteras ex Hebræo in Græcum transferre LXXII. homines aggressi sunt, Ptolemæo Philadelpho in Ægypto regnante. Qui duodecim ex Israeliticis tribubus, sex e singulis C delecti sunt, ut auctor est ARISTÆUS in eo opere, quod de LXX. conscripsit: quorum interpretum historiam superius — attigimus. Nunc autem & caussas ipsas pertexam. Ptolemæus cognomento Philadelphus Alexandriæ rex ab altero Ptolemæo secundus, honestarum artium amore studioque flagrans, egregiam Alexandriæ bibliothecam instituit, in ea urbis regione quam Bruchium vocant. — Ei bibliothecæ curandæ Demetrium Phalereum præposuit, cum mandatis ut omnia librorum genera ubique terrarum conquireret. — Procedente in dies negotio, ac contractis undique voluminibus, forte accidit, ut de bibliothecæ præfecto rex aliquando sciscitaretur, quotnam D hactenus in bibliothecam volumina congessisset. Ad hæc ille, quinquaginta jam & quatuor bibliorum millia cum octingentis plus minus esse respondit. Audio tamen, inquit, longe plures esse toto orbe terrarum. — Immo & Hierosolymis & in Judæa divini quidam exstant prophetarum libri, qui de Deo ac mundi procreatione differunt: multaque communem ad utilitatem continent. Quocirca si majestati tuæ, princeps, ita videtur, scribe ad Hierosolymitanos legis doctores, ut suos ad te libros mittant, qui in bibliotheca tua collocentur. His auditis, Ptolemæus litteras hoc argumento dedit. — *Cap.* X. Litteras ac munera Judæi perjucunde ac libenter acceperunt. Mox sine ulla cunctatione libros illos quos paullo ante com- E memoravi, Hebraicis litteris aureis conscriptos ad regem mittunt: hoc est veteris testamenti viginti duos, & apocryphos septuaginta duos. Quibus acceptis Ptolemæus quum Hebraice scriptos codices legere non posset, secundo ad eos scribere coactus est, & interpretes petere, qui ex Hebræo libros istos in Græcum sermonem converterent. — *Cap.* XI. Posthæc Hebræorum magistri delectu habito septuaginta duos interpretes allegant, Moysis exemplum secuti; qui quum de mandato Dei conscendisset in montem, atque ita loquentem audisset: *Adhibe tecum septuaginta viros, & ascende in montem*: (Exod. XXIV. 1.) ut pacem & concordiam inter tribus retineret; ne si ex

νοήθη μᾶλλον ἑβδομηκονταδύο παραλαβεῖν, καὶ τῷ ἀριθμῷ προσθεῖναι. τῷ αὐτῷ δὴ τρόπῳ [ὡς ἔφην] καὶ τούτους ἀπέστειλαν, οἵτινες ἡρμήνευσαν τὰς βίβλους ἐν τῇ Φαρίᾳ καλουμένῃ νήσῳ, καθάπερ ἄνω προείπομεν. καὶ οὕτως αἱ βίβλοι εἰς Ἑλληνίδα ἐκτεθεῖσαι ἀπετέθησαν ἐν τῇ πρώτῃ βιβλιοθήκῃ τῇ ἐν τῷ Βρουχίῳ οἰκοδομηθείσῃ.

A una quinque, ex alia sex caperet, turbas in tribus ac dissensiones jaceret; septuaginta duos adhibere maluit, & ad numerum adjicere. Eodem itaque modo septuaginta duos tum illi miserunt, qui in Pharo insula, ut paullo ante retulimus, sacros codices explicarunt. Quo facto libri illi in Græcum translati, in priore bibliotheca quæ in Bruchio fundata est, repositi sunt.

X I I I.

Hieronymus *præfat. in* Pentateuchum Moysi. *Ex edit. BB. Parif.* 1693. *tom.* I. *pag.* *ji *edit. Veron.* 1738. *tom.* IX. *pag.* 3.

Nescio quis primus auctor, septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo exstruxerit, quibus divisi, eadem scriptitarint: quum Aristeas, ejusdem Ptolemæi ὑπερασπιστής, & multo post tempore Josephus, nihil tale retulerint: sed in una basilica congregatos B contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim vatem, aliud esse interpretem: ibi spiritus ventura prædicit; heic eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert.

Idem *præfat. in Librum* Hebraic. Quæstionum in Genesim. *Ex edit. BB. Parif. tom.* II. *pag.* 505. *edit. Veron. tom.* III. *pag.* 303.

Neque vero LXX. Interpretum, ut invidi latrant, errores arguimus: nec nostrum laborem, illorum reprehensionem putamus: quum illi Ptolemæo regi Alexandriæ, mystica quæque in scripturis sanctis prodere noluerint, & maxime ea quæ Christi adventum pollicebantur: ne viderentur Judæi & alterum Deum colere; quos ille Platonis sectator, magni idcirco faciebat, quia unum Deum colere dicerentur. Sed & Evangelistæ, & Dominus quoque noster atque Salvator, necnon & Paullus Apostolus, multa quasi de veteri Testamento proferunt, quæ in nostris codicibus non habentur. — Ex quo perspicuum est, illa magis vera esse exemplaria, quæ cum novi Testamenti auctoritate concordant. C Accedit ad hoc, quod Josephus qui LXX. Interpretum ponit historiam, quinque tantum ab eis libros Moysi translatos refert: quos nos quoque confitemur plusquam ceteros cum Hebraicis consonare.

X I V.

Augustinus de Civitate Dei, *lib.* XVIII. *cap.* XLII. *Ex edit. BB. Parif.* 1685. *tom.* VII. *pag.* 524.

Huic autem succedens alius Ptolemæus, qui est appellatus Philadelphus, — petivit ab Eleazaro pontifice, dari sibi scripturas, quas profecto audierat fama prædicante divinas: & ideo concupiverat habere in bibliotheca, quam nobilissimam fecerat. Has ei quum idem pontifex misisset Hebræas: post etiam ille interpretes postulavit, & dati sunt ei LXXII, de singulis duodecim tribubus seni homines, linguæ utriusque doctissimi, Hebrææ scilicet atque Græcæ. Quorum interpretatio ut Septuaginta vocetur, jam obtinuit consuetudo. Traditur sane tam mirabilem ac stupendum planeque divinum in eorum verbis fuisse consensum, ut quum ad hoc opus separatim singulis sederint: (ita enim eorum fidem Ptolemæo regi placuit explorare) in nullo verbo, D quod idem significaret, & tantumdem valeret, vel in verborum ordine alter ab altero discreparet; sed tamquam unus esset interpres, ita quod omnes interpretati sunt, unum erat: quoniam re vera Spiritus erat unus in omnibus.

Idem *ibidem, cap.* XLIII. *pag.* 525.

Ex hac Septuaginta interpretatione etiam in Latinam linguam interpretatum est, quod Ecclesiæ Latinæ tenent. Quamvis non defuerit temporibus nostris Presbyter Hieronymus, homo doctissimus & omnium trium linguarum peritus, qui non ex Græco, sed ex Hebræo in Latinum eloquium easdem scripturas converterit. Sed ejus tam litteratum laborem, quamvis Judæi fateantur esse veracem, LXX. vero interpretes in multis errasse contendant: tamen Ecclesiæ Christi tot hominum auctoritati ab Eleazaro tunc pontifice ad hoc tantum opus electorum, neminem judicant præferendum: quia etsi non in eis unus apparuisset spiritus, sine dubitatione divinus: sed inter se verba interpretationis suæ LXX. docti more hominum contulissent, ut quod placuisset omnibus, hoc maneret, nullus eis unus interpres debuit anteponi. Quum vero tantum in eis signum divinitatis apparuit, profecto quisquis alius illarum scripturarum ex Hebræa in quamlibet aliam linguam interpres est verax, aut congruit illis LXX. interpretibus; aut si congruere non videtur, altitudo ibi prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt: idem ipse erat etiam in Septuaginta viris, quando illa interpretati sunt. Qui profecto auctoritate divina & aliud E dicere potuit, tamquam Propheta ille utrumque dixisset, (quia utrumque idem Spiritus diceret; & hoc ipsum aliter, ut si non eadem verba, idem tamen sensus bene intelligentibus dilucesceret,) & aliquid prætermittere & aliquid addere: ut etiam hinc ostenderetur non humanam fuisse in illo opere servitutem, quam verbis debebat interpres, sed divinam potius potestatem, quæ mentem replebat & regebat interpretis. — Si igitur, ut oportet, nihil aliud intueamur in scripturis illis, nisi quid per homines dixerit Dei Spiritus, quidquid est in Hebræis codicibus, & non est apud Interpretes LXX, noluit ea per istos, sed per illos Prophetas Dei Spiritus dicere. Quidquid vero est apud LXX, in Hebræis autem codicibus non est, per istos ea ma-

luit, quam per illos idem Spiritus dicere, sic often-dens utrosque fuisse Prophetas. — Quidquid porro apud utrosque invenitur, per utrosque dicere voluit unus atque idem Spiritus: sed ita, ut illi præcede-rent prophetando, isti sequerentur prophetice illos A interpretando: quia sicut in illis vera & concor-dantia dicentibus, unus pacis Spiritus fuit; sic & in istis non secum conferentibus, & tamen tam-quam uno ore cuncta interpretantibus, idem Spi-ritus unus apparuit.

X V.

JOANNES CHRYSOSTOMUS Orat. I. adversus Judæos, *num.* 6.
Ex edit. BB. Paris. 1718. *tom.* I. *pag.* 595.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος τὰς πανταχόθεν βίβλους συναγαγὼν, καὶ μαθὼν ὅτι καὶ παρὰ Ἰουδαίοις εἰσὶ γραφαὶ περὶ Θεοῦ φιλοσοφοῦσαι, καὶ πολιτείας ἀρίστης· μεταπεμψάμενος ἄνδρας ἐκ τῆς Ἰουδαίας, ἡρμήνευσεν αὐτὰς δι᾽ ἐκείνων· καὶ ἀπέθετο εἰς τὸ τοῦ Σεράπιδος ἱερόν· [καὶ γὰρ ἦν Ἕλλην ὁ ἀνήρ·] καὶ μέχρι νῦν ἐκεῖ τῶν προφητῶν αἱ ἑρμηνευθεῖσαι βίβλοι μένουσι.

Quum Ptolemæus Philadelphus, libris undique collectis, cognovisset, apud Judæos etiam exstare scripta, quæ de Deo atque optima reipublicæ for-B ma agerent; accersitis e Judæa viris, in Græcum sermonem illa ipsa per eos convertenda curavit, atque in Serapidis templo reposuit: (erat enim ho-mo Græcus) & in hunc diem usque librorum pro-pheticorum interpretatio ibi servatur.

IDEM Homil. IV. in Genes. *num.* 4. *tom.* IV. *pag.* 25.

Πᾶσαι αἱ θεῖαι βίβλοι τῆς παλαιᾶς διαθήκης τῇ Ἑβραίων γλώττῃ ἐξ ἀρχῆς ἦσαν συντεθειμέναι, καὶ τοῦτο πάντες ἂν ἡμῖν συνομολογήσαιεν. οὐ πρὸ πολλῶν δὲ ἐτῶν τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, βασιλεύς τις Πτολεμαῖος περὶ τὴν τῶν βιβλίων συναγωγὴν πολλήν τινα σπουδὴν ποιησάμενος, καὶ πολλὰ ἕτερα συναγαγὼν καὶ διάφορα, ἔγνω δεῖν καὶ ταύτας τὰς βίβλους συναγαγεῖν. μεταπεμψάμενος οὖν τινας τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίων μεταβαλεῖν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν· καὶ δὴ τοῦτο εἰς ἔργον αὐτῷ ἐξενήνεκται. ἐγένετο δὲ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας ἔργον, ὥστε μὴ μόνον τοὺς τὴν Ἑβραίων γλῶτταν ἠσκημένους, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντας τὴν ἐξ αὐτῶν ὠφέλειαν καρπώσασθαι. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ὅτι οὐ τῶν τὰ Ἰουδαϊκὰ φρονούντων τις τὴν σπουδὴν ταύτην ἐποιήσατο, ἀλλ᾽ ἀνὴρ τοῖς εἰδώλοις προστετηκὼς, καὶ ἀπεναντίας τῇ θρησκείᾳ διακείμενος. τοιαῦτα γάρ ἐστιν ἅπαντα τὰ ὑπὸ τοῦ δεσπότου τοῦ ἡμετέρου οἰκονομούμενα, ἀεὶ διὰ τῶν ἐναντίων αὔξει τὰ τῆς ἀληθείας προστάγματα.

Omnes divini libri veteris testamenti Hebræorum lingua ab initio fuere compositi, & in hoc nobiscum consenserint omnes. Non multis autem annis ante adventum Christi, rex quidam Ptolemæus in colli-gendis libris admodum studiosus, multis aliis diver-sisque coactis, operæ pretium putavit hos etiam li-bros colligere. Ea de caussa quosdam Judæorum Hiero-solymitanorum accivit, qui eos in Græcam linguam C verterent: quod etiam perfectum & absolutum fuit. Factum autem est hoc divinæ dispensationis opus, ut non solum Hebraicæ linguæ periti, sed & omnes qui totum orbem inhabitant, ex eis utilitatem per-ciperent. Quodque admirabile ac stupendum est, qui illud egit, non Judæorum religionem sectaba-tur, sed idolorum cultui deditus erat, & ipsis con-traria sentiebat. Hoc enim modo se habent omnia quæ a Domino nostro dispensantur, ut per adversa-rios semper crescant veritatis præcepta.

X V I.

THEODORITUS *in* præfat. in Psalmos.
Ex edit. Paris. 1642. *tom.* I. *pag.* 396.

Ἐμοὶ δοκεῖ τολμηρὸν εἶναι τὰς ἀνέκαθεν ἐφερομένας ἐπὶ Πτολεμαίου, τοῦ τῆς Αἰγύπτου μετὰ τὸν Ἀλέξανδρον βασιλεύσαντος, ἀνατρέπειν ἐπιγραφὰς, ἃς οἱ ἑβδομήκοντα πάντες πρεσβύτεροι μετέθεσαν εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνὴν, ὡς καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν θείαν γραφήν. πρὸ πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν τῆς ἑρμηνείας ἐνιαυτῶν, θείας ἀναπλησθεὶς χάριτος ὁ θαυμάσιος Ἔσδρας τὰς ἱερὰς ἀνέγραψε βίβλους, ὑπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀμελείας, καὶ τῆς τῶν Βαβυλωνίων δυσσεβείας, πάλαι διαφθαρείσας. εἰ δὲ κἀκεῖνος ὑπὸ τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν τούτων ἀνενεώσατο μνήμην· καὶ οὗτοι, μὴ δίχα τῆς θείας ἐπιπνοίας, μετὰ πολλῆς συμφωνίας μετήνεγκαν ταύτας εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν.

D Mihi quidem temeritas videtur invertere inscri-ptiones, quæ jam olim Ptolemæi, qui post Alexan-drum in Ægypto regnavit, temporibus circumfere-bantur, quasque Septuaginta omnes seniores in Græ-cam linguam transtulere, sicut reliquam omnem sa-cram scripturam. Annis autem ante interpretatio-nem istam centum & quinquaginta, mirabilis Esdras cælestis gratiæ plenus, sacros libros descripsit, qui partim per Judæorum incuriam, partim vero per im-pietatem Babyloniorum, dudum fuerant depravati. Quod si & hic a Spiritu sancto afflatus horum volumi-num memoriam renovavit: & illi non sine divino afflatu eadem in Græcum sermonem consensione ma-E xima converterunt.

X V I I.

AUCTOR SYNOPSEOS Scripturæ sacræ, *num.* 77.

Inter opp. S. ATHANASII *edit. BB. Paris.* 1698. *tom.* II. *pag.* 203.

Πρώτη ἐστὶν ἡ τῶν οβʹ. ἑρμηνευτῶν [παράδοσις.] ἤτοι Ἑβραῖοι ὄντες, ἐξελέγησαν ἀπὸ ἑκάστης φυλῆς

Prima (versio) est, LXXII. Interpretum. Hi quum Hebræi essent, electi sunt ex unaquaque tribu

A ἓξ, καὶ ἡρμήνευσαν τὴν θείαν γραφὴν ἐπὶ Πτολεμαίου βασιλέως τοῦ Φιλαδέλφου, πρὸ διακοσίων τριάκοντα ἐνιαυτῶν τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

sex viri, & divinam scripturam sub Ptolemæo Philadelpho rege interpretati sunt, ducentis triginta annis ante nativitatem secundum carnem, Domini nostri Jesu Christi.

X V I I I.

COSMAS ÆGYPTIUS *qui &* INDICOPLEUSTES, *in* Topograph. Christ. *lib.* XII.
In collect. PP. Græcorum MONTFAUC. *edit. Paris.* 1706. *tom.* II. *pag.* 344.

Πτολεμαῖος, ὁ ἐπίκλην Φιλάδελφος, περιεργασάμενος καὶ μαθὼν παρὰ [1] Τρύφωνος τοῦ Φαληρέως περὶ τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων, σπουδαίως ζητήσας παρὰ τῷ ἀρχιερεῖ Ἐλεαζάρῳ, ἀποστείλας δῶρα πολλὰ καὶ τῷ ναῷ καὶ τῷ ἀρχιερεῖ, ταύτας ἐδέξατο σὺν ο΄. πρεσβυτέροις· οἵ τινες καὶ ἀπὸ τῆς Ἑβραΐδος γλώττης B μετέφρασαν εἰς τὴν Ἑλλήνων γλῶτταν, καὶ ἐν τῇ ἰδίᾳ βιβλιοθήκῃ ἀνέθεκαν. ἦν δὲ καὶ τοῦτο θείας προνοίας ἔργον, ἵνα πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας προητοιμασμένον ᾖ, καὶ μὴ ὕστερον γινόμενον ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ὕποπτον γένηται τοῖς πολλοῖς· ὡς πρὸς τὸ κεχαρισμένον ἑαυτοῖς ἑρμηνεύσαντες τὰ παρὰ τῶν προφητῶν πάλαι εἰρημένα, περί τε τοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν.

Ptolemæus, cognomine Philadelphus, quum de Judaicis libris curiose a Tryphone Phalereo sciscitatus, rei veritatem edidicisset; illos studiose perquisivit, missis ad Eleazarum sacerdotem & ad templum donis quam plurimis. Illos igitur libros accepit cum septuaginta senioribus, qui eos ex Hebraica in Græcam linguam transtulerunt, atque in ejus bibliotheca reposuerunt. Erat porro illud divinæ providentiæ opus, ut ante Christi adventum jam præparata res esset, ne temporibus Apostolorum in suspicionem multis veniret, quod illi ad libitum suum prisca illa prophetarum dicta interpretarentur; tam quæ de Christo, quam quæ de vocatione gentium ferebantur.

X I X.

JOANNES MALALA *in* Chronogr. *lib.* VIII. *part.* I.
Ex edit. Venet. 1733. *pag.* 83.

C Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτοῦ βασιλείας, τοῦ αὐτοῦ Πτολεμαίου, τοῦ υἱοῦ Λάγου, ἡρμηνεύθησαν αἱ βίβλοι τῶν Ἰουδαίων Ἑλληνιστὶ, παρὰ τῶν οβ΄. διδασκάλων, δι' ἡμερῶν οβ΄. [ἦσαν γὰρ γεγραμμέναι Ἑβραϊστί·] οἷα τοῦ αὐτοῦ Πτολεμαίου βουληθέντος ἀναγνῶναι, δι' Ἑλληνικῆς φράσεως, τὴν δύναμιν τῶν Ἰουδαϊκῶν βιβλίων.

Temporibus autem Ptolemæi regis, Lagi filii, sacras Hebræorum scripturas transtulerunt LXXII. doctores, intra spatium dierum LXXII. Lingua enim Hebræa scripta fuerant biblia illa: quorum vim prehendere cupiens Ptolemæus, in Græcam linguam ea transferri curavit.

X X.

Auctor CHRONICI PASCHALIS *pag.* 172. *edit. Paris.* 1688.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος τοὺς κατ' Αἴγυπτον αἰχμαλώτους Ἰουδαίους ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γενομένους, ἐλευθέρους ἀνῆκεν, ἀναθέματά τε βασιλικὰ D ἐν Ἱεροσολύμοις Ὀνίᾳ Σίμωνι ἀρχιερεῖ, ἀδελφῷ Ἐλεαζάρου, διαπεμψάμενος. τὰς Ἰουδαίων γραφὰς ἐκ τῆς Ἑβραίων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταβληθῆναι ἐσπούδασε διὰ τῶν ἑβδομήκοντα δύο παρ' Ἑβραίοις σοφῶν, ἐν Φάρῳ, τῇ νήσῳ Πρωτέως, ἐν οβ΄ οἴκοις αὐτοὺς ἀποκλείσας, καὶ ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν κατασκευασθείσαις αὐτῷ βιβλιοθήκαις ἀπέθετο, μετὰ καὶ ἄλλων πλείστων, ἀπὸ ἑκάστης πόλεως φορολογήσας παντοίων βιβλίων. Θεασάμενος δὲ τὰς ἀπὸ Ἱεροσολύμων κομισθείσας βίβλους χρυσοῖς γράμμασι γεγραμμένας, ἐθαύμασε, καὶ μεταγραφῆναι ποιήσας, μετέπεμψε σὺν δώροις. ἑρμηνεύθησαν δὲ αἱ βίβλοι ἐν Φάρῳ τῇ νήσῳ ἐν οβ΄. ἡμέραις. καὶ ἐθαυμάσθη, ὅτι χωρισθέντες ἀλλήλων οἱ οβ΄. καὶ ἑρμηνεύ- E σαντες τὰς γραφὰς, εἰσελθόντες παρὰ Πτολεμαίῳ, παραντέβαλον, καὶ εὗρον ὡσαύτως ἔχειν. ὁ δὲ Θεὸς ἐδοξάσθη· αἱ δὲ γραφαὶ ὄντως θεῖαι ἐγνώσθησαν τῶν πάντων ὡσαύτων ἑρμηνευσάντων, ὡς καὶ τὰ παρόντα ἔθνη γνῶναι ὅτι κατ' ἐπίπνοιαν τοῦ Θεοῦ εἰσιν ἑρμηνευθεῖσαι αἱ γραφαὶ ἐν οβ΄. ἡμέραις ἐν Φάρῳ τῇ νήσῳ.

Ptolemæus Philadelphus captivos in Ægypto Judæos a Ptolemæo patre suo factos, liberos dimisit, regiaque donaria quæ Hierosolymis olim fuerant, ad Oniam Simonem summum pontificem, Eleazari fratrem, misit. Is Judæorum scripturas ex Hebraica lingua in Græcam transferri curavit a viris LXXII. qui apud Hebræos sapientes habebantur, iis in Pharo, insula Protei, in LXXII. ædibus conclusis: quas quidem in instructis abs se Alexandriæ bibliothecis reposuit, cum aliis quampluribus ex singulis civitatibus corrogatis omnis generis voluminibus. Libros autem Hierosolymis allatos aureis conscriptos litteris conspicatus, miratus est; quumque illos curasset exscribi, cum muneribus remisit. Translati vero sunt libri in Pharo insula LXXII. dierum spatio: resque admirationi fuit, quod disjuncti a se invicem LXXII. isti viri, ita scripturas sint interpretati, ut regressis iis, coram Ptolemæo collatæ singulorum interpretationes, ad amussim convenire deprehensæ sint. Tum vero data est gloria Deo, scripturæque illæ pro re vera divinis deinceps sunt habitæ, ex eo quod in illis transferendis universi consenserint: adeo ut quotquot sunt hodie populi, has intra LXXII. dies in Pharo insula fuisse translatas intelligant.

1. Vides loco *Demetrii*, *Tryphonem*, nulla vocis adfinitate jacere. Quia tamen Aristeas, Philo, Josephus & alii bene multi *Demetrium* constanter exprimunt, credere malim esse Cosmæ nostri μνημονικὸν ἁμάρτημα. MONTFAUCON.

XXI.

Georgius Syncellus *in* Chronograph. *Ex edit. Venet.* 1729. *pagg.* 216. 217.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος — πόθῳ τῆς μεταφράσεως τῶν παρὰ Ἰουδαίοις θείων γραφῶν εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν, ὑπὲρ ὧν ἀναθέματα πολυτελῆ χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις τιμίοις ἐμμελῶς κατεσκευασμένα τῷ Θεῷ ἐν Ἱεροσολύμοις ἐξέπεμψεν, Ἐλεαζάρῳ τε τῷ τηνικαῦτα ἀρχιερεῖ δῶρα πλεῖστα, καθὼς ἐν τοῖς Πτολεμαϊκοῖς γέγραπται, πρεσβευσάμενος σταλῆναι τὰς ἱερὰς δέλτους εἰς Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ἄνδρας ἱεροὺς ἀκριβεῖς, ἐπιστήμονάς τε αὐτῶν, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἐμπείρους παιδεύσεως, ὡς ἂν ἀσφαλῶς ἐκ τῆς Ἑβραίων φωνῆς ἑρμηνευθεῖεν αὐτῷ. τοῦτο δ' ἦν, οἶμαι, θείας ἔργον ῥοπῆς πόῤῥωθεν φιλούσης τῶν μεγάλων πραγμάτων ὑποθέσεις προκαταλαβέσθαι, καὶ τοῖς ἔθνεσι πρὸ τῆς θείας σαρκώσεως ὁδοποιούσης τὴν θεόφραστον παίδευσιν. ἑβδομήκοντα γὰρ ἄνδρας ἱεροὺς καὶ σαφοὺς κατ' ἄμφω τὰς γλώσσας ὁ αὐτὸς σοφώτατος βασιλεὺς ἐξ Ἱερουσαλὴμ σὺν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις κεχρυσογραφημέναις ἀποδεξάμενος, καὶ τὴν αὐτῶν ἑτοιμότητα πρὸς πᾶσαν φυσικὴν, καὶ μαθηματικὴν πεῦσιν ἐκπλαγεὶς, δώροις πρέπουσι φιλοθέῳ βασιλεῖ καὶ λόγοις ἠπίοις ἐξελιπάρησε πάσῃ σπουδῇ ταύτην ἀφθόνως ἑρμηνευθῆναι, χωρίον εὐκραέστατον αὐτοῖς ἀπονείμας τὴν Φάρον. οἱ δὲ θεοφιλεῖς ὄντες καὶ ταῖς ψυχαῖς ἡνωμένοι, κατὰ συζυγίας αἱρεθέντες, ἐν ἑβδομήκοντα δύο ταῖς ὅλαις ἡμέραις, ὁμοφώνως, ἐπιπνοίᾳ Θεοῦ τὴν ὅλην Ἑβραίων φωνὴν μετέφρασαν. ἧς ἐπαναγνωσθείσης Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ, καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν σοφοῖς, Δημητρίῳ τῷ Φαληρεῖ παρ' Ἕλλησιν ἀνδρὶ σπουδαίῳ καὶ πολυμαθεῖ· Μενεδήμῳ τε φιλοσόφῳ, καὶ ἑτέροις ἀνθοῦσι τῷ τηνικαῦτα, ὡμολογήθη μόνη θεόπνευστος εἶναι παρὰ πᾶσαν γραφὴν ἐγνωσμένην αὐτοῖς.

A Ptolemæus Philadelphus — ſcripturarum quas ſervabant Judæi verſionis Græcæ cupidus — earum comparandarum gratia, donorum auro lapilliſque ornatorum variam ac pretioſam ſupellectilem, Deo Hieroſolymis vovit & appendit: Eleazarum eo tempore pontificem, Ptolemæi ipſius hiſtoria teſte, ſibi conciliavit: legatiſque miſſis, codices ſacros ſacerdoteſque litteratos, & tum ſcripturarum tum Græcanicæ eruditionis gnaros, Alexandriam mitti, & eorum opera ex Hebræa dictione in Græcam ſcripturas reddi precatus eſt. Divini reor impulſus & cæleſtis providentiæ rerum magnarum argumenta materiemque diſponentis, & ante divinæ incarnationis momentum gentilium animos ad uberiorem & B amplam Dei notitiam manuducentis, fuit hoc opus. Sacros enim viros ſeptuaginta, utriuſque linguæ apprime peritos, ex Hieruſalem ſacra volumina characteribus aureis exaratas ferentes, rex ipſe eruditiſſimus excepit; & qua de phyſicis & mathematicis quæſtionibus promte tractabant doctrinam miratus, blando colloquio doniſque religioſo principe dignis delinitos, loco & aere temperato ad Pharum locari juſſos, ſcripturis interpretandis animum ſincere admovere ſolicitus rogabat. Illi vero ceu pietate in Deum eximii & ad invicem animis devincti, bini ac bini ſeparatim diebus omnino duobus & ſeptuaginta, Deo voces ſingulas inſpirante, textum Hebraicum totum interpretati ſunt: quo dein- C de a Ptolemæo Philadelpho, & eruditis penes eum viris, & a Demetrio Phalereo, viro apud Græcos litteris dedito & iiſdem copioſe ornato, & a Menedemo philoſopho aliiſque ſcientiarum cultu florentibus perlecto, ſolus ipſe Deo dictante exaratus, & cuilibet alteri illuc uſque habitæ rerum notitiæ præferendus, a cunctis judicatus eſt.

XXII.

Georgius Cedrenus *in* Hiſtoriar. Compend. *Ex edit. Venet.* 1729. *tom.* I. *pag.* 132.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος — τὴν μεταβολὴν τῶν θείων γραφῶν — εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν μετεποίησε διὰ τῶν ο'. σοφωτάτων Ἑβραίων· ἃς καὶ ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν βιβλιοθήκαις αὐτοῦ ἐναπέθετο. γέγονε δὲ ἡ μεταβολὴ πᾶσα τῶν Ἑβραϊκῶν βιβλίων, ἐν ὅλαις ἡμέραις οβ'.

Ptolemæus Philadelphus — ſacras litteras — opera LXX. doctiſſimorum Hebræorum in Græcum ſermonem tranſſcripſit: quas & in ſua Alexandrina D bibliotheca repoſuit. Hebraicorum autem librorum translatio diebus omnino LXXII. abſoluta eſt.

XXIII.


Joannes Zonaras *in* Annal. *lib.* IV. *cap.* XVI. *Ex edit. Venet.* 1729. *tom.* I. *pag.* 148.

Πτολεμαῖος ὁ Φιλάδελφος — τὰς γραφὰς τὰς Ἑβραϊκὰς ἐκ τῆς πατρίου γλώττης εἰς Ἑλλάδα μεταβληθῆναι διάλεκτον ἔσπευσε. — Γράφει γοῦν ὁ βασιλεὺς πρὸς Ἐλεάζαρ τὸν ἀρχιερέα· — καὶ ἀξιῶν τούς τε νόμους αὐτοὺς πεμφθῆναι καὶ ἄνδρας ἓξ ἀφ' ἑκάστης φυλῆς, τήν τε πάτριον ἠσκημένους διάλεκτον εἰς ἀκρίβειαν, καὶ τὴν Ἑλληνίδα φωνὴν, ἵνα παρ' ἐκείνων εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν μεταβληθῶσιν αἱ παρ' αὐτοῖς γραφαί. — Ὁ γοῦν Ἐλεάζαρ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ Πτολεμαίου καὶ τὰ ἀναθήματα κομισάμενος, ἐπελέξατο ἄνδρας

Ptolemæus Philadelphus — operam dedit, ut ſcripturæ Hebraicæ in linguam Græcam transferrentur. — Scribit igitur rex ad Eleazarum pontificem: E — petitque & ipſas leges ſibi mitti, & viros ſenos e qualibet tribu tum patriæ tum Græcæ linguæ peritiſſimos, a quibus ſcripta illorum in Græcam linguam converterentur. — Eleazarus autem litteris & donariis Ptolemæi acceptis, e qualibet tribu viros ſenos electos ablegavit, Legem ſecum portantes. Qui quum Alexandriam perveniſſent, & Le-

ἐκ φυλῆς ἑκάστης ἓξ, καὶ πέπομφε, φέροντας καὶ τὸν νόμον. Ὧν εἰς Ἀλεξάνδρειαν παραγενομένων, καὶ τῷ βασιλεῖ τάς τε διφθέρας χρυσοῖς γράμμασι τὸν νόμον ἐχούσας ἐγγεγραμμένον —— ὁ βασιλεὺς ἥσθη διαφερόντως, καὶ ἠσπάσατο τοὺς ἄνδρας, καὶ συνειστιάθη αὐτοῖς, —— καὶ καταλύσεις αὐτοῖς ἡτοίμασε καλλίστας. εἶτα παραλαβὼν αὐτοὺς ὁ Δημήτριος, καὶ εἰς ἕνα οἶκον ἀπαγαγὼν ἤρεμον, ἔργου ἔχεσθαι παρεκάλει. οἱ δὲ ὡς ἐνῆν φιλοτίμως ἀκριβῆ τὴν ἑρμηνείαν ἐπέθεντο. τοῦ δ' ἔργου ἐν ἑβδομήκοντα καὶ δυεῖν ἡμέραιν τετελεσμένου, καὶ τῶν μεταγραφέντων ἀναγνωσθέντων τῷ βασιλεῖ, ἐκεῖνος καὶ ἔχαιρεν, ὅτι εἰς ἔργον αὐτοῦ προήχθη τὸ βούλημα, καὶ τὴν διάνοιαν τοῦ νομοθέτου καὶ τὴν σοφίαν ὑπερεθαύμασε.

A gem regi aureis litteris in membranis descriptam —— attulissent: rex magnopere lætatus, viros humaniter exceptos suæ mensæ adhibuit, —— diversoriis amœnissimis assignatis. Deinde a Demetrio in unam tranquillam domum sunt deducti, hortante ut operi instarent. Hi pro virili accuratoque studio conversionem absolvunt. Qua intra dies LXXII. perfecta, exscripta & recitata, rex & voluntati suæ satis esse factum est gavisus, & Legis latoris ingenium & sapientiam supra modum est admiratus.



TESTIMONIA
ALIQUOT
SCRIPTORUM ORIENTALIUM
DE
LXXII. INTERPRETIBUS
eorumque Versione.

I.

[1] Ex Præfatione in Pentateuchi Arabici bina exemplaria inter Mss. LAUDINA.

INterpretationum librorum prædictorum reperiebantur in manibus Judæorum sex exemplaria, quæ omnia concinnavit & inter se contulit Origenes. Erat autem *Prima* Interpretatio operis hujus ita compositi & exarati, Versio LXXII Sapientum Hebræorum Tiberiensium, qui accersiti sunt a Ptolemæo rege Ægypti, ut libros istos ex Hebraico in Græcum transferrent, ex exemplari scilicet isto litteris aureis exarato, quod eo tempore miserunt Hebræorum doctores ad regem istum. Ille vero LXXII Sapientes in ædibus distinctis, ita ut singulis in cellis bini essent, inclusit, qui libros istos (uti dixi) interpretati sunt; ita ut inter se dum conferebantur Versiones eorum, convenirent prorsus, & similes esse reperirentur sine ulla discrepantia, redundantia vel defectu in sensu, adeoque securæ essent ab omni objectione vel mutatione. Contigit autem hoc ante adventum *Christi* plusquam [2] 300 annis.

Interpretatio *Secunda*, erat Versio Aquilæ Sinopensis Pontici, qui tempore Hadriani regis floruit, post Interpretationem LXXII, annis 430, referente Epiphanio.

Interpretatio *Tertia*, erat Versio Symmachi, qui e Samaritanorum doctis erat vixitque inter Judæos. Fuitque hoc tempore Severi regis, post Aquilam annis circiter 50.

Interpretatio *Quarta*, Versio Theodotionis Marcionistæ qui Sinopensis etiam erat, floruitque tempore Commodi Secundi regis, idque post Symmachum, annis prope 10.

Interpretatio *Quinta*, illa quæ *Quinta* appellatur; quæ reperta est una cum multis aliis libris in dolio in urbe Hierichunte tempore Antonini cognomento Getæ, filii Severi regis.

Interpretatio *Sexta*, illa quæ *Sexta* audit, in dolio etiam reperta est in urbe Nicopoli, quæ prope Actium est, tempore Alexandri Mammææ.

Hæ Interpretationes quum in Origenis manus incidissent, ille animadversa magna illa quæ inter eas erat in verbis discrepantia, quum sensu convenirent, esseque quæ redundarent alicubi & deficerent in sola verborum explicatione; in bonum ordinem opus summa cura redegit, contulitque cum Hebræorum libris, postquam linguam populi illius & scripturam calluerat; & ex his omnibus Volumen grande confecit, quod in octo ordines dispescuit.

Horm Primus continebat scripturam Hebraicam, sermone ac litteris Hebraicis.

A Secundus autem scripturam Græcam, sermonem vero plane Hebraicum instar præcedentis, ut ita Græce ea legerent, qui scripturam Hebraicam nequaquam callerent.

Tertius Versionem Aquilæ, aut signum (A) Alpha Græcum, primam scilicet nominis ejus litteram apposuit.

Quartus Versionem Symmachi, quam apposita prima nominis ejus littera Σ notavit.

Quintus Versionem LXXII, quam literis *Ain* & *Beth* numerum LXXII. exprimentibus notavit.

Sextus Versionem Theodotionis, quam litera Θ prima nominis ejus littera notavit.

Septimus Interpretationem Hierichunte inventam, B cujus auctoris nomen quum lateret, littera *He*, signo numeri quinarii eam notavit.

Octavus Versionem Nicopoli inventam, cujus itidem auctor, cum nomine notus non esset, Sexti notam ei indidit, quam littera *Vavv* ejus numeri indicio signavit.

II. Atque hic intellectum & oculos in testimonium adhibuit. Siquidem sint licet Hebræis exemplaria diversa, verbis discrepantia, sensu tamen inter se conveniunt. Atque ad hoc quod dico probandum facit illud exemplar Legis, quod in manibus Samaritanorum est; quamquam sint in ipso discrepantiæ quod ad verba & repetitiones ab eo quod apud Judæos reperitur, cum tamen utraque Hebraice exarata sint: C cujus causa ei, qui rem recte perpenderit, hæc apparebit, quod omnes libri lacerati & combusti fuerint ab impiis apud Israelitas regibus, aliisque qui eos diversis temporibus adflixerunt: instaurati vero sunt denuo a doctis quibusdam Judæis qui eo tempore floruerunt, eosque memoriter tenuerunt; qui cum eos e memoriæ penu proferrent, nemo ex illis ab altero in rerum sensu dissensit: nisi quod Judæorum quidam repetitiones quasdam facilitatis gratia omiserint; Samaritani vero eas posuerint, ne deesset aliquid soliciti. Verumtamen quæ jam reperiuntur apud Samaritanos addita & iterata in libro Exodi, sed ibidem apud Judæos desiderantur; eadem ipsa integre apud Judæos D habentur libro Deuteronomii, uti lecturus es ac percepturus. Atque hæc summa est eorum quæ narrantur de sex istis Versionibus Græcis, quæ in manus *Symmachi* (forte, *Origenis*) pervenerunt, ex quibus conflatum est volumen illud quod in 8 ordines dispescuit, titulo Octapla.

III. Quod ad easdem autem versiones, num ex

1. Vide sis Humfredum Hodium *de Bibliorum textibus originalibus*, pag. 152. sed in primis pagg. 622-626. ubi plura ex hac Præfatione describit & castigat.

2. Debet esse 300. Oxon.

eodem exemplari Hebraico translatæ fuerint aut ex diversis exemplaribus inter se discrepantibus in aliquibus ob caussam prædictam, ego nescio, Deus novit: cum de veritate rei apud nos non constet. Hoc autem novimus, in sensu apud omnes summam esse convenientiam, non obstantibus lectionum varietate & quæ in verbis est alicubi repetitione. Ut autem pateat eorum quæ diximus & explicuimus, veritas; convenit ut describamus tibi aliqua de principio Legis, prout in textu Hebraico habentur, & ab omnibus Interpretibus prædictis versa, ut inde percipere possis, volente Deo, quid sit quod in hac Epistola nostra volumus.

IV. Reperimus igitur primum ordinem classis primæ libri istius, qui a [1] Symmacho concinnatus fertur, Hebraice exaratum, eumque sonare verba, *Bereshith bara Elohim eth hashamaim veeth haaretz*. Quorum verborum secundum linguæ Hebraicæ proprietatem interpretatio est: *Primo creavit Deus elementum cælorum & elementum terræ*: in secundo ordine eadem Hebraica litteris Græcis exarata invenimus: in tertio Versionem Aquilæ, *In principio creavit Deus cælos & terram*: in quarto Symmachi, *Primo creavit Deus cælos & terram*: in quinto Versionem LXXII, *Primo creavit Deus cælos & terram*: in sexto Versionem Theodotionis, *Primo creavit Deus cælos & terram*: [2] in septimo Versionem Quintam, *Primo creavit Deus cælos & terram*: in octavo Versionem sextam, *Primo creavit Deus cælos & terram*. Atque ita processit oratio in octo ordinibus, perrexitque singula ordine describendo. Quoties vero ad particulam vel verbum, quod in uno solum interprete reperiretur, non in reliquis, aut in textu Hebraico, non in Interpretum aut omnium aut aliquorum Versionibus, perveniret; illud solum in isto ordine descripsit: apud illum interpretem qui verbum illud omiserat, vacuum dumtaxat spatium relinquens. Eodem modo, si quid occurreret quod in textu Hebraico non reperiretur, spatium vacuum in textus Hebraici serie reliquit, nihil in eo scribens: atque ita in ceteris omnibus si quid ab interprete aliquo omissum fuerat, usque ad finem libri. Idemque factum in omnibus libris omnibusque eorum Versionibus & ordinibus. Absoluto demum & perfecto quanta fieri potuit diligentia opere isto, novum aggressus est, singulas inter se Versiones omnesque cum veritate Hebraica conferendi; adeo ut ex illis librum selectum, perfectum, omnibusque numeris absolutum concinnarit: in quo radicis, fundamenti, & medii ordinis, & quasi ceterarum caussæ locum obtineret Versio LXXII, uti præfatum. Primo siquidem libri Geneseos versiculo, prout a LXXII versus est, descripto, videlicet, *Principio creavit Deus cælos & terram*; eum deinde contulit cum tribus Interpretationum ordinibus ei præmissis, atque etiam cum illis quæ illam sequebantur. Eum nempe in finem Versionem τῶν LXXII in ordine mediam collocaverat, quo facilius instituer etur collatio. Cumque omnes in hujus versiculi interpretatione consentientes videret, (uno excepto Aquila, qui loco, *Primo*, *In principio* substituit,) particulam in ipso libro signo quodam notavit, adscriptis ordine litteris minutis in margine operis, *In principio*, eodemque signo notatis quo in libro notabatur verbum *Primo*, iisque primam nominis Aquilæ litteram A superimposuit, indicans Aquilam solum ex omnibus istis Interpretibus interpretatione hujus particulæ a ceteris discessisse: atque hoc modo perrexit, singulas litteras, singula verba, singulosque versus notis suis signando. Atque hoc ita factum, quod Versionem LXXII nulla ex parte imminutam libri textum constitueret, adscriptis in margine ordine quodam quæcumque ab illa diversa essent in reliquis Versionibus, notatis signis suis istis Versionibus; quæ primæ nominum eorum, qui eas confecerant, litteræ erant. Quod si particulæ aliquæ in Versione LXXII. occurrerent, quas in textu Hebraico inter conferendum non reperiret, neque in ceteris Interpretibus; eas in libri textu inscripsit quidem, sed signis suis notatas, linea nimirum, cui nullum apponitur punctum, ad hanc formam ——— hujusmodi linea Græce ὀβελον nominavit.

V. Ubicumque igitur hujusmodi linea particulæ alicui vel verbo, vel nomini, vel sententiæ adscripta reperitur, scias ita se habere illud in omnibus LXXII exemplaribus, non autem in textu Hebraico, neque in ceteris Interpretibus. Quod si quid apud duo Interpretum paria reperiatur, in quo a ceteris eorum paribus diversi abeant, ita ut ceteris aliquid addidisse videantur ipsi; hoc etiam libri textui insertum linea duobus punctis, infra scilicet & supra, insignita notavit, ad hanc formam —:— quod signum Græco nomine *Lemniscum* appellavit, id est, lineam inter duo puncta transeuntem. Atque ubicumque reperitur hujusmodi Lemniscus, litteræ aut verbo aut nomini aut sententiæ appositus, hinc voluit indicium sumeres reperiri illud apud duo Interpretum paria, non autem occurrere vel in textu Hebraico vel in ceteris Interpretibus. Quod si apud unum solummodo Interpretum par, quid a ceteris ea in re dissenserit, atque adeo reperiatur apud illud par aliquid iis quæ habeant ceteri additum; illud pariter textui libri inseruit linea cui punctum suppositum signi loco notatum, hac forma, —.— quam Græce *Hypolemniscum* indigitavit, id est, lineam puncto supposito. Qualis sicubi reperiatur litteræ, verbo, nomini, vel sententiæ adscriptus; exinde percipies reperiri illud apud par unum ex Interpretibus, cum in textu Hebræo & ceteris Versionibus desideretur. Neque tamen putet aliquis, cum audierit mentionem factam verbi, vel quod ab uno pari vel duobus Interpretum paribus adhibitum, aliquam heic subesse contrarietatem, dicatque, Quomodo ergo eadem protulerint Interpretes? cum par unum aut alterum a ceteris diversa protulisse videamus, quod & de omnibus dici possit. Quia quod ad sensum & veram intentionem conveniunt eorum sermones, licet acciderit aliquando discrepantia in verbis, & repetitio, & contractio; adeo ut e verbis & interpretationibus omnium parium selectus fuerit iste sermonis tenor, qui maxime congruus & appositus videretur.

VI. Porro ut scias, Lector, licet aliqua acciderit differentia in verbis rebusque quibusdam repetendis & contrahendis, sensus esse convenientiam; his signa quædam apposuit, quibus notum tibi faceret unde & a quo ortum duxerit ista discrepantia in verbis, sive ab uno sive ab altero Interpretum pari fluxerit. Cum autem ad verbum aliquod differens perveniret in aliqua arearum, scilicet in textu Hebraico vel aliquo Interpretum præter LXXII, quod

1. Lege *ab Origene* cum Hodio l. c. p. 622.

2. In hoc vero gravissime errat auctor hujus Præfationis, quod putavit Versiones etiam *Quintam* & *Sextam* totum Scripturarum volumen comprehendisse, & eas in principio *Geneseos* adducit. Quod purum putum figmentum est. Ex eo autem quod nihil repererat de earum in illo loco a Versione LXX. discrepantia, concludit eas eodem modo vertisse, adeoque eis eadem verba affingit. Inter omnes vero, quotquot exstant, Commentatores, licet toties citentur in principio *Geneseos* Interpretes ceteri, citatur a nemine, nec eo in loco, nec umquam in *Pentateucho*, Translatio *Quinta* aut *Sexta*. Hodius l. c. p. 625.

neceſſarium duceret libri textui inſerendum; inſeruit ei in ſignum ſtellæ quatuor punctis circa crucem figura adſcripta ad hanc formam ※, quam Græce *Aſteriſcum*, id eſt, ſtellulam nominavit. Ubicumque igitur reperitur hujuſmodi Aſteriſcus, litteræ, nomini, verbo aut lectioni appoſitus; hoc tibi indicio eſt occurrere illud vel in textu Hebraico vel Interpretum aliquo, præter LXXII. Quare ei inſuper primam nominis ejus apud quem habetur litteram adſcripſit. Porro unam notam communem omnibus, in quibus aliqua fuit diſcrepantia, ſive Obelo, id eſt, ſimplici linea; ſive Hypolemniſco, id eſt linea puncto ſuppoſito; ſive Lemniſco id eſt linea duobus punctis inſignita, notanda, qua clauderetur, adſcripta differentia ſive particulæ ſive nominis ſive verbi, ſive ſententiæ adhibuit; quam Completoriam nominavit, hujuſmodi figura deſcriptam.

VII. Quod ſi diſcrepans illud quod textui libri inſeri deberet, in textu Hebraico reperiretur, non in aliis areis; illud aſteriſco ſolo notavit, non appoſita libri Hebraici alia aliqua nota. Si vero in aliquo trium Interpretum Verſioni LXXII præmiſſorum obtigiſſet differentia, ſive occurreret illud in quo diſcreparet in textu Hebraico ſive non, Theodotionis ſententiam reliquis prætulit, quod ad LXXII propius accedere ſoleret: illudque ex ejus Verſione deſumtum textui inſeruit, aſteriſco primaque nominis ejus littera notatum. Diſcrepantias vero in Aquila & Symmacho repertas in margine adſcripſit, prima nominis eorum littera ſignatas. Quod ſi tres illi illud textui inſertum eodem modo interpretati eſſent, illi litteras Α. Σ. Θ. *Elif*, *Sin*, & *The*, nominum ipſorum initiales adſcripſit, cujus ei in ſignum litteram Γ. ܓ numeri ternarii notam adhibuit, unaque aſteriſcum appoſuit. Quod ſi diſcrepantia illa textui inſerta ex Verſione quinta vel ſexta deſumeretur; illud aſteriſco, unaque nota ad indicandum utrius eorum eſſet, E. ς. quintus an ſextus, inſignivit. Atque hoc totum eſt quod ſpectat ad illud quod in ipſo libri textu (ἐδάφει) ſcribebatur, lineaſque ac aſteriſco ei appoſitas, litteraſque nominum Interpretum initiales. Eſtque hæc norma & canon, quo de omni ex quo conſtat ἔδαφος ſeu textus libri, dijudicari poſſit, num verum recteque poſitum ſit, an erratum tollendumque ex libri textu illud in quo iſta eſt diſcrepantia, quodque ſignis iſtis notatum. Quod ſi lectionem atque orationem abſque his invenias perfectam & æquabili tenore procedentem, illud æquabile & verum eſſe ſcias. Quod ſi non recto ordine & æquabili tenore procedat, ſcias erratum heic incidiſſe: quod conjectari σωὶ Θεῷ poteris. Porro in areola quadam exterius adſcripſit differentias quotquot reperiebantur in Interpretum antiquorum Verſionibus, eodem ſigno unicuique verbo diſcrepanti atque illi quod ei in textu reſpondebat interius exteriuſque adſcripto, atque exterius inſuper prima nominis ejus a quo adhibitum fuerat, littera, prout ſuperius explicatum eſt. Verum extra etiam in margine libri in areola iſti rei deſtinata characteres appoſuit Hebraicos, quibus conſtat magnum & magnificum illud nomen, quod apud Hebræos *Shem Hammephorash* audit. Quia ſcilicet invenerat Origenes in ſcriptura Hebraica litteras Domini nomen continentes, quæ ſonare videbantur *Yeh Yeh*, vel *Yeh Yeh*, quum *Vavv* Hebraicum *Ye* referat, vix ullo inter ea apparente diſcrimine, uti ex adſcriptis videre eſt: י enim ita pingunt, eodemque fere

A modo י, ita ut tota fere diſcrepantia a prolatione petenda ſit. Cum autem inter legendum ad aliquem ex his locum, in quibus litteræ iſtæ occurrunt, pervenerint Judæi; illo, quod ſonare videntur litteræ iſtæ inter ſe compoſitæ, relicto nomen *Adonai* ſubſtituunt; ut cum dicatur, *Dixit Dominus Moſi*, quod prout ſcribitur eſſet, *Dixit Jehovah Moſi*, inter legendum proferetur, *Dixit Adonai Moſi*. Atque ita hoc nomen legunt. Nomen autem *Adonai* intrepretanti eſt *Dominus*. Hinc factum, ut Interpretum nonnulli nomen hoc quaſi *Adonai* ſcriptum eſſet, *Dominum* nempe reddiderint: alii ad litteras primigenias animum advertentes, in textu *Dominum* poſuerint, in margine vero litteras adſcri-
B pſerint, quales apud Hebræos pinguntur illarum formæ. Quod magno apud Græcos errori ortum dedit, qui adeo altas inter eos radices egit, ut etiam ad Syros propagatus fuerit. Is unde originem ſumſit, tibi paucis explicabo. Quandoquidem Hebræis, quoties litteras pingunt, mos eſt a dextra ſiniſtrorſum in ſcribendo pergere; Græcis vero e contra a ſiniſtra dextrorſum; cum viderent Græcorum ſcribæ figuras iſtas litterarum Hebraicarum, Græcorum *Pi* & *Jota*, Π. Ι. referre, eaſque Græcanicas eſſe putarent, nec non eas prout ſonant non proferre Hebræos animadverterent; eis juxta Alphabeti ſui rationem, quæ illi quam ſequuntur Hebræi contraria eſt, a ſiniſtra dextrorſum pergendo, compoſitis,
C loco characterum Hebraicorum Græcos ſubſtituerunt hoc fere modo, ΠΙ ΠΙ. Cumque poſtea librorum iſtorum verſionem e lingua Græca in Syriacam aggrederentur Syri, tranſtulerunt litteras iſtas, decepti errore qui primo e lingua Hebraica fluxerat, & in libris ſuis ad marginem adſcripſerunt *Fi Fi*, nota ei numeri LXXII impoſita, οβ'. *Ain* & *Be* ſcilicet. Atque hæc origo fuit erroris qui *Fi Fi* in libros ſacros invexit. Sublatus eſt deinde a nonnullis in multis exemplaribus iſte error, ita ut ab aliquibus ſcriberetur *Fi Fi*, ab aliis *Yehoveh*, cum tamen de hoc inter omnes conveniat, denotari iſto, *Yehovah*. Si ideo reperias ſcriptum *Yehovah* aut *Yeh Yeh*, vel characteres additos Hebraicos; ſcias ita
D in textu Hebraico haberi, licet in ejus verſione diſſenſerint Interpretes.

VIII. Aliud præterea in margine libri reperitur, cui adſcriptum Origenis nomen; litteræ etiam & verba quaſi in erroris (indicium) quæ in margine in areola quadam apponuntur una cum eo quod in libro eſt inter legendum adjungenda, nullius tamen Interpretum ſigno notata: quorum quædam in textu Hebraico reperiuntur, quædam non. Occurrunt inſuper exterius in margine libri verba quædam quaſi ad confirmandum illud quod in textu legitur adhibita, nullo notata ſigno. Quin etiam & verba Græca & Syriaca ad eluci-
E danda ea quæ in textu ſunt adhibita, quæ tenuis ductus circulo notantur. Quin etiam libris ipſis præmiſit ſcriba Capitula quædam, ex quibus paucis percipere poſſis quid in univerſo libro contineatur.

IX. Collatus eſt etiam Liber Legis, qui in manibus Judæorum reperitur cum eo, qui apud Samaritanos habetur. Reperitur autem in codicibus Samaritanis redundantia quædam & repetitio ultra illud quod recipiunt Judæi: quæ vel in unaquaque pagina infra textum vel ad calcem libri notata, uti lecturus & percepturus es σὺν Θεῷ.

X. Contulit inſuper inter ſe exemplaria iſta Hebraica ſumma cura Lucianus; & ſi quid vel deficiens vel redundans deprehenderet, illud in locum ſuum reſtituit, particulæ quam emend... t

initiali nominis præfati littera apposita, scilicet littera *Lam*. Ubicumque igitur in his libris litteræ aut verbo appositum signum LXXII. aut litteras numerum eorum indicantes inveneris; hanc lectionem ab illis esse scias, illosque ita inter Interpretes vertisse. Ubicumque autem lineas vel sine puncto, unove vel duobus punctis insignitas, illam a quibusdam e LXXII; atque ubi aliquid asterisco notatum vel in textu vel extra in margine, tale esse illud quod a LXXII. omissum. Quodcumque nota libros Hebraicos denotante est signatum, scilicet עבר litteris *Ain Be* & *Ra*, illud scias in textu Hebraico reperiri; sin vero littera *Elif* in textu vel ad marginem, illud apud Aquilam lectum: si littera *Sin*, a Symmacho sumtum: si littera Θ, a Theodotione: si E. *He*, e Versione quinta: si littera ς. *Vavv*, e sexta. Quod si adscribantur littera *Elif Vavv* & *Ra*, ω ipsa esse Origenis: si demum littera *Lam*, A. Luciani esse. Hæc sunt quæ σὺν Θεῷ scire debes.

I I.

[1] PSEUDO-JOSEPHUS BEN-GORIONIS Histor. Judaic. *lib.* III. *cap.* XVII.
Ex edit. Oxon. 1706. *p.* 104. *Interprete* JOANNE GAGNIERO.

Proinde Ptolemæus Macedo, secundus a rege Alexandro Macedone, qui rex constitutus fuit super regnum Ægypti & agmina ejus post mortem Alexandri, vir erat sapiens & prudens, & qui libenter legendis libris operam dabat, sive qui de sapientia, sive qui de legibus, sive qui de populis tractarent. Desideravit autem colligere libros legum quoscumque posset invenire, usus auctoritate regni sui, ut exploraret in illis scientias hominum hujus mundi. Hic præcepit duobus principibus suis, ut colligerent libros multos, quotquot possent comparare.

Nomen unius ארסטיאוס ARISTÆUS, nomen secundi אנרריאוס *Andreas*. Qui abeuntes collegerunt libros multos ex libris Medorum, & Persarum, & ceterorum regnorum & linguarum. Deinde venerunt ad regem, qui dixit eis: Quot habetis libros in manibus vestris? Responderunt ei, nongentos & nonaginta quinque. Et gavisus est rex vehementer; & subridens ait: Age dum & apponamus adhuc quinque; & erunt in manibus nostris mille libri: & investigabimus in illis mille scientias, mille consensus seu testimonia a filiis hujus mundi. Dixerunt ei ARISTÆUS & socius ejus *Andreas*, principesque ejus & sapientes: Domine noster rex, scito nos frustra hactenus laborasse, & defatigatos esse eundo & circumeundo maximam partem mundi, ut colligeremus illam multitudinem librorum quos attulimus tibi; quia omnes quicumque tandem ii sunt, non sunt nisi libri vanitatis, ex quibus nulla utilitas colligi potest. Si autem bonum videtur regi, scribat in Hierusalem ad sacerdotem magnum, ut ille mittat ad te sapientes Judæos qui sunt in Hierusalem, callentes linguam Græcam, qui tibi explicent librum Legis quam apud se habent, & reliquos libros prophetarum qui reperiuntur apud illos. Quia isti libri sunt libri sanctitatis & veritatis: omnes autem libri qui reperiuntur in mundo tractantes de legibus, in comparatione horum non sunt nisi libri inanitatis & vanitatis.

Fecit itaque rex in hunc modum: & misit epistolas & munera ad sacerdotem magnum qui erat in Hierusalem illis diebus, & postulavit ab eo rem illam. Tunc misit ad eum sacerdos septuaginta senes sacerdotes sapientes, inter quos princeps erat Eleazarus sacerdos sapiens, qui probatus postea fuit & tentatus tentationibus mortis per Philippum impium temporibus Antiochi regis crudelis, & occisus pro tuenda & asserenda sanctitate legis Mosaicæ, sicut scriptum est in libro quarto. Quumque venisset Eleazarus sacerdos supra dictus cum septuaginta senioribus sapientibus interpretibus in Ægyptum, excepit eos rex magno cum honore. Assignavitque eis Ptolemæus rex septuaginta domos, & separavit unumquemque a socio suo, deditque singulis scribas Græcos peritos linguæ Græcæ, tam quoad scribendi rationem, quam quoad cognitionem ejus, juxta proprietatem idiomatis.

Exposuerunt itaque sacerdotes librum Legis, & reliquos libros Scripturæ, viginti quatuor scilicet libros, & interpretati sunt eos e lingua sancta in linguam Græcam. Deinde attulerunt illos coram rege, adstante Eleazaro in capite eorum. Tunc rex jussit legi in auribus suis id quod interpretati sunt singuli ex eis, prout unusquisque interpretatus fuerat. Et ecce interpretatio una eademque, mens una & eadem, expositio denique una eademque omnibus. Qua de re lætatus est rex plurimum. —

Jussit deinde proferri de thesauris suis argentum & aurum, & dedit Eleazaro sacerdoti principi sacerdotum qui venerant ad se: ac etiam septuaginta sacerdotibus qui venerant cum Eleazaro, dedit munera in argento & auro & vestibus regiis, & remisit eos in Hierusalem: Dedit autem singulis centum drachmas auri. Sed & dimisit præterea in die illo liberos Judæos, qui retinebantur in carceribus suis [2] centum quinquaginta mille viros ex Juda. Misit quoque ad sacerdotem magnum qui tunc erat in Hierusalem illis diebus, munus argenti & auri & supellectilis regiæ. Denique misit munus Deo nostro, & pro restauratione domus ejus mensam ex auro mundo, cum vasis aureis ex auro mundo. Illa autem vasa erant vasa regia: pondus autem auri horum omnium erat mille talentorum auri mundi. Cælatura vero mensæ aureæ quam misit, repræsentabat effigiem totius terræ Ægypti & effigiem fluminis Schichor, & effigiem rivi Ægypti; & quomodo exundat & irrigat universam terram Ægypti: illi etiam mensæ fecit clausuras circum circa, & cælaturas quæ repræsentabant effigiem omnium urbium Juda & Hierusalem; neque visa fuit in universa terra mensa huic similis. Misit ergo illam Ptolemæus rex in Hierusalem ad domum Dei magni, potentis & terribilis super omnes deos terræ, qui ipse est Deus noster, [3] Deus mundi, *Jehova* [4].

1. JOSEPHI BEN-GORIONIS *Historiam Judaicam* Munsterus quidem & alii ediderunt Hebraice: at vero Arabice, parum licet conscii, πολυγλώττων Londinensium conditores titulo *alterius Maccabaicorum* protulerunt. OXON.

2. In Arabico, 130000. OXON.

3. Hæc verba, *Deus mundi*, desunt in Arabico: nec immerito. OXON.

4. Has etiam fabulas Salomon Jarchius, A. Zacutus, D. Ganzius, & Judæorum alii lubentes & creduli satis referunt. OXON.

III.

E Chronico [1] *inedito* GEORGII HOMÆDIDÆ.

Cum Ptolemæus, cognomentis Galeb Lauz & Philadelphus, ut erat scientiæ ac præcipue historiarum studiosissimus rimator, intellexerat in scriptis Mosis ac prophetarum Hebræorum curiosa plurima reperiri, abs Hierosolymis LXXII. seniores & sapientia insignes viros accersivit. Duo tamen istius collegii itinere periere; reliqui vero Legem & Prophetas in Græcum transferebant ex A Hebræo, jussu principis, conclavibus sigillatim inclusi. Placuit autem Ptolemæo ea versio; adeo ut sigillo addito in æde dei sui illam reponeret, & senes ipsos muneribus largis dimitteret, additis etiam contribulibus quos captos bello Ægyptus tenuerat. Fuit autem justus ille Simeon e numero LXXII. virorum Interpretum.

IV.

E GODOLIÆ Serie Traditionum Hebraicarum.

Anno quidem mundi conditi 3500. qui fuit Templi secundi annus 92. theologiam Mosaicam ab Antigono ordine accepit Joses aut Josephus filius Joezeri Seridensis. Eo autem tempore Eleazarus pontifex seniores aliquot, exposcente quidem Ptolemæo rege, in Ægyptum misit, qui legem Græce verterent ex Hebræo. Id opus misere corruperunt Nazareni, supposita etiam narra- B tione fabulosa nomine ARISTEÆ.

V.

In corpore τῶν παραδόσεων titulo MEGILLA, cap. I. §. VIII.

In eo quidem differunt sacra biblia a phylacteriis & schedulis januæ, quod illa omni quidem charactere dialectoque scribi liceat; hæc autem litteris duntaxat Assyriacis exarantur. Verumtamen in ea fuit sententia Raban Symeon filius Gamalielis, sacram scripturam litteris dumtaxat Græcis describi fas prælegique, non exoticis aliis. Submonent autem [2] Gemaristæ Babylonii f. 9. decretum Symeonis Gamalielidæ de Pentateucho solo obtinere, non de reliquo bibliorum sacrorum. De rege enim Ptolemæo, inquiunt illi, ista fertur historia: Senes ipsum LXXII. sibi accitos tot conclavibus conclusisse, ignaros plane cur convenerint: tum vero singulos jussisse, ut sibi Legem C Mosis doctoris sui Græce describerent: Deus autem tam miro opere unumquemque illorum animo adjuvit, ut in versione Legis omnes omnino consentirent.

Item titulo MEGILLA Patres Hierosolymitani, *fol.* 71.

Tredecim autem loca immutaverunt in Lege Interpretes Ptolemaici. Scripserunt enim *Gen.* I. I. Deus in principio fecit. *Gen.* I. 26. Faciam hominem in similitudine & imagine. *Gen.* I. 29. Masculum & feminam creavit eos. *Gen.* 2. 2. Et consummavit die sexta, atque requievit die septima. *Gen.* II. 7. Venite, confundam linguam eorum. *Gen.* 18. 12. Risit Sara apud proximos suos. *Gen.* 49. 6. In furore suo interfecerunt taurum, & in impetu suo effoderunt murum. *Exod.* 9. 20. Moses sumtis uxore & filiis, ipsos jumentis imposuit. *Exod.* 12. 40. Habitatio autem filiorum Israel, quatenus habitaverunt in terra Ægypti & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum, fuit per annos quadringentos & triginta. *Exod.* 24. 5. Miserunt autem διαιτητὰς & præstantiores de filiis Israel; pariter ac versu II. Inque electis filiorum Israel nullus defuit. *Num.* 16. 15. Nullius cujusquam desiderabile ipse ego accepi. *Deut.* 4. 19. Lunam & stellas, quas distribuit Dominus Deus tuus, ut cunctis nationibus collucerent. *Deut.* D 17. 3. Quæ vos colere ego neutiquam volui. *Deut.* 14. 7. & *Lev.* II. 6. loco λαγωῦ vocem δασύποδα reponere maluerunt Septuaginta illi senes, ne forte Lagidam offenderent.

Item titulo MEGILLA, *fol.* 9.

Hæc eadem repetunt in *Talmudo* suo doctores Babylonii, & eodem sæculo auctores *Mecilta* fol. 7. & *Bresit raba* fol. 12. atque post eos compilator *Massechet Sopherim* cap. I. & Josephus ille Gorionides, & alii. [3] Azarias denique Idumæus librum integrum Aristeæ a se versum Hebraice initio operis eruditissimi *Meor Enajim* edi curavit; necnon capitibus 7. & 8. ejusdem commentarii de Interpretatione τῶν ό. præclare disseruit.

VI.

Ex Chronico Samaritano ABULPHETACHI.

Anno ante Christum 275. mundi 4150. anno- E que decimo Ptolemæi Philadelphi egregii litterato-

1. Testimonia quæ sequuntur, Latine vertit EDUARDUS BERNARDUS. — OXON.
2. Hunc locum illustrat Wolfius *Bibl. Heb.* part. II. pag. 441. num. 11.
3. De hoc *Azaria* qui florebat anno 1571. ejusque opere heic laudato, vide sis Wolfium *Bibl. Heb.* part. I. num. 354. pag. 214.

rum fautoris, accitis Alexandriam Aarone & lectissimis Samaritarum, nec non doctoribus Judæorum sub Eleazaro suo Legem Mosaicam in Græcorum dialectum ut transferrent ex Hebraico, cum de monte locoque electo Templi, & in *Deut.* 32. 35. *de die retributionis* in Græco & Samaritico, pro ἐμοὶ ἐκδίκησις Paulli Apostoli & Masoretarum, aliisque in versubus versiones istæ variarent, rex approbavit magis Samaritarum interpretationem, eosque splendidis muneribus donavit; immo vero Judæos ille monte benedicto Garizim rescripto omnino arcuit. Referunt autem triduanas tenebras passum fuisse mundum, cum Judæi in Græcum Mosis libros verterent. Hoc autem tempore inter Judæos exortæ sunt tres sectæ: *Pharisæi* quasi nomine suo schismatici, patres quidem traditionum; & *Sadducæi*, qui rationi amant tribuere quantum Legi Mosis: & tertia portio *Hasidæi*, quod est viri probi & sani. Hi sunt philosophorum Samaritanorum adfines, & prope Hargarizim ultro habitant.

VII.

In libri pervetusti MEGILLAT TAANIT *Appendice etiam veteri subnexum est in impressis & admonitum.*

Die autem [1] quinta mensis Tebet jejunamus propter Legem Græce versam jussu regis Ptolemæi. Quin vero eodem tempore [2] caligo per tres dies terrarum orbem oppressit. Simili etiam imprudentia compilator *Massecheth Sopherim* cap. I. studium illud tot senum cum vitulo aureo pontificis primi confert pariter damnatque [3].

1. Recitat Hebraice hunc locum Wolfius *Bibl. Heb.* part. II. pag. 443. vertitque, non *die quinta*, sed *octava* mensis Thebeth, qui nostro Decembri respondet. Sic & Scaliger in animadv. ad *Chronicon Eusebii*, ad A. MDCCXXXIV. pag. 134.

2. Hæc verba non omnino ad litteram de tenebris naturalibus quæ orbem universum oppresserint, sed *de obnubilata Judæorum facie* accipienda esse interpretatur Gedaljas in *Schalscheleth Hakkabbala*, pag. 24. col. I. WOLFIUS l. c.

3. Verba hujusce compilatoris apud Wolfium l. c. pag. 542. sic se habent: *Exstat narratio de quinque Senioribus, qui Legem Ptolemæo Græce transscripserunt. Et erat dies iste amarus Israeli, sicut dies quo aureus vitulus factus est: quia Lex non potuit verti, secundum omnia quæ requisita sunt.*



INDEX I.
LOCORUM
SACRÆ SCRIPTURÆ.

GENESEOS.

EXODI.

LEVITICI.

NUMERORUM.

DEUTERONOMII.

PROVERBIORUM.

JEREMIÆ.

BARUCH.

EZECHIELIS.

DANIELIS.

OSEE.

JOELIS.

M A R C I.

L U C Æ.

I. AD TIMOTHEUM.

II. AD TIMOTHEUM.

AD TITUM.

AD HEBRÆOS.

JACOBI I.

I. PETRI I.

APOCALYPSIS.

INDEX II.

VOCUM ET PHRASEΩN GRÆCARUM, NOTATU DIGNIORUM.

A

B

Γ

Δ

E

Θ

I

K

Λ

M

N

O

Π

P

Σ

T

Υ

Φ

Χ

Ψ



INDEX III.

RERUM ET PERSONARUM.

A

B

C

D

E

F

G

L

M

O

P

S

T

V

X

Z

F I N I S.

E M E N D A N D A.

In Prolegomenis.

Pag. IX. lin. a. 5.	Martyri.	Martyris.
XXX. c. 6.	five *Miltiades*,	five *Mitiades*.
Pag. XXXII. lin. a. 4.	*Cenfuras*.	*Cenfura*.

In Textu.

Pag. 21. lin. d. 13.	ἀργῆς.	ἀργὸς.
364. e. 3.	βσξβ'.	βσξβ'.
365. a. 4.	βτξζ'.	βτξζ'.
Pag. 393. lin. c. 7.	Jupiter.	Juppiter.
Pag. 419. lin. a. 2.	τοῦ.	τούς.
440. c. 11.	πισοῦσαι.	πιςδσαι.
456. e. 2.	χωρητόν.	χωρητὸν.

In Verfione.

Pag. 31. lin. b. 5.	prælio.	prœlio.
35. c. 2.	fœtum.	fetum.
44. d. 6.	erfellere.	refellere.
45. c. 9.	corruptione,	corruptioni.
47. b. 8.	naturæ.	natura.
69. c. 6.	naturam.	natura.
80. c. 4.	editis.	edictis.
83. d. 3.	Olympicum,	Olympium,
84. a. 1.	Latialis.	Latiaris.
218. c. 9.	Zachæum.	Zacchæum.
229. b. 12.	placeat.	placeant.
230. d. 3.	compofitum.	compofitum,
231. c. 8.	fibelibus.	fidelibus.
233. c. 3.	repreffus.	repreffus.
236. b. 7.	follicit.	folicit.
238. a. 12.	præcipi.	præcepi.
241. a. 11.	pofitis.	pofiti.
243. c. 5.	confonantiam,	confonantia,
244. c. 5.	multis.	multi,
252. c. 11.	virtutem.	virtute,
266. a. 6.	cederetur.	cæderetur.
286. d. 5.	& confeftim,	ut confeftim,
302. c. 3.	videatur.	videantur.
305. e. 2.	fimili.	fimilis.
319. c. 5.	parricidam, parricidam.	patricidam, paricidam.
320. b. 8.	abfortum.	abforptum.
327. d. 4.	fœcundam.	fecundam.
350. b. 1.	homicidiæ,	homicidæ,
372. e. 11.	prælium.	prœlium.
433. a. 13.	*Dei*.	*Domini*.
434. d. 5.	decretun.	decretum.
450. d. 1.	*liberabit*.	*& liberabit*.
Pag. 458. lin. a. 4.	mnia.	omnia.
467. c. 8.	fine convertibilitate omnipotentiva & cunctorum factiva, totius deitatis operatio monftrabatur.	fine convertibilitate, omnipotentiva & cunctorum factiva totius deitatis operatio monftrabatur.
469. c. 4.	immutablem,	immutabilem.
510. b. 8.	loci.	luci.
564. e. 3.	*furget*.	*furgit*.
619. b. 6.	rurfos.	rurfus.
624. c. 7.	cœlis.	cælis.
639. c. 10.	audito.	auditu.
641. a. 13.	Scriptutarum,	Scripturarum.
644. a. 2.	mauent.	manent.
— a. 4.	poffimus.	poffimus.
647. b. 6.	prætcrita.	præterita.
669. d. 1.	qnos.	quos.
681. c. 6.	faex.	faex.
705. b. 2.	fufceptione,	fufpicione;
709. a. 1.	cupidates.	cupiditates.
714. d. 9.	Pate.	Pater.
726. d. 2.	quia homo.	qua homo.
727. d. 3.	Atquæ.	Atque.
728. b. 3.	quid.	qui.
730. c. 3.	liberornum.	liberorum.
734. c. 5.	optinum.	optimum.
752. a. 11.	Magiftro, fuo.	Magiftro fuo.
753. d. 3.	infpectabilis.	inafpectabilis.
763. a. 11.	patrem,	partem.
765. c. 7.	adeo enixe.	qui adeo enixe.
785. e. 8.	folertes.	follertes.

In notis.

Pag. 176. lin. e. 10.	*quodem*.	*quodam*.
190. a. 20.	*horoamate*.	*horomate*.
182. e. 4.	fuga.	fugæ.
193. a. 10.	adverfa.	averfa.
295. e. 13.	τινός.	τινος.
341. b. 2.	ἑξῆς.	ἑξῆς.
— not. 3. b. 6.	ἔκουσα.	ἔκρουσα.
349. not. 4. d. 9.	tom. XI. in Matt.	tom. X. in Matt.
Pag. 375. not. 1. e. 9.	*de Doctor. temp.*	*de Doctr. temp.*
389. not. 5. d. 18.	fua *eruditio*.	*fua eruditio*.
395. not. 10. e. 3.	exemplis.	Exemplis.
438. not. 5. d. 10.	Λίλον.	Λίνον.
514. not. 1. d. 4.	Hanc item hiftoriam.	*leg.* Eamdem hiftoriam.
— not. 3. —	Vaufiacæ.	Laufiacæ.
669. not. 1. e. 8.	Leg. πῷ.	Leg. τῷ.

In infcriptionibus.

Pag. 163. lin. 1.	Serapionis.	S. Serapionis.
174—718.	Sæcul. II.	Sæcul. III.
Pag. 535. col. 3.	Lucas.	
lin. 27.	CCLXIV.	CCLXI.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, & Approvazione del P. F. *Filippo Rosa Lanzi* Inquisitor Generale del Sant' Officio di Venezia - nel Libro intitolato: *Bibliotheca Veterum Patrum, antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, cura & studio Andreæ Gallandii Presb. Congreg. Oratorii: Tomus secundus e Mss.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 12. Marzo 1767.

(Sebastian Zustinian Rif.

(Andrea Tron Rif.

(Girolamo Grimani Rif.

Registrato in Libro a Carte 310. al Num. 2066.



Davidde Marchesini Segr.